hoc eſt vniuerſitatem cauſarum, l. ſolet prætor. ꝯ.
tit. ij. gl. in l. j. §. j. ꝯ. eod. Delegare verò propriè ſi-
gnificat nõ vnã cauſam cõmittere. Et ideo, quia
in dicta rubrica extrà tractat de delegato, niſi ad
vnã cauſam, ideo poſita eſt rubrica extra, de of-
fic. deleg. hic verò ſecus. Do. Franciſ. Curtius ali-
ter reſpondit, & totum è contrario prædictæ re-
ſponſionis. & ideo omitto: quia iura per eos alle
gata parum probant. Circa verbum Iuriſdictio,
F vide hic per Rui. dicetur in rub. ꝯ. tit. ij.

LEX I.

1 *Vniuerſitatum varia genera.*
2 *Reges hodie ſunt loco præfectorũ prætorio, quos prin-
ceps ad regendas prouincias ſub vniuerſitate larga
contentas, mittebat.*
4 *Poteſtatis iuriſdictio: &, quomodo ciuitates Lombardiæ
beneficio Friderici Barbaroſſæ, habuerint merum &
mixtum imperium: illudq; reuocari poßit.*
7 *Meri & mixti imperij cauſæ indelegabiles: exceptis ali-
quot*



L. 1. Quęcumque.

*quot caſibus, 21.*
9 *Homicidium ex cauſa interdum mandari poteſt.*
10 *Mandare ex quibus cauſis alteri quis non poßit.*
11 *Illuſtrium perſonarum qualeſcumq; cauſæ expediuntur
per procuratorem: &, quæ ſit ratio.*
17 *Verbum Videntur, interdum fictionem, interdum verita-
tem importat.*
23 *Adulterij pœna.*
24 *An præſes prouinciæ imperium merum habeat.*
28 *Delegatus non præſtat auctoritatem in cauſis, quæ co-
gnitionem deſiderant.*

a QVAECVNQVE. [a] ¶Summa, vt
hic per Bart. Ad euidentiã præ-
mitte multa not. dicta Bart. in
Præmiſſ. extrauag. qui ſint rebelles. ¶I-
I. tem præmitte, quòd † eſt quæ-
1 dam vniuerſitas larga, quæ ha-
bet multas prouincias, cuius dominus erat Im-
B perator, qui toti orbi dominatur, l. deprecatio. ꝯ.
ad leg. Rho. de iact. cũ his, quæ latè no. in l. cun-
ctos populos. C. de ſumma trini. & fi. catho. Et ad
has regendas mittebat princeps præfectos præ-
torio, vt patet in titulo C. de præf. præt. Orient.
& Illyric. item de offic. præfecti pręt. Africę. Nũc
loco illorum ſunt Reges, veluti in Francia, in Lõ
bardia: & ſi non habent ſuperiorem, tales tenent
vicem Imperatoris, l. apud hoſtes. ff. de capt. & i-
bi Bart. & hoc procedit in Rege Franciæ, ſecun-
C dum vnam opin. Petri & Vltram. quamuis Citra
mon. omnes contrà: & etiam Ioan. Fab. in prooe-
2 mio Inſt. in §. omnes populi. Alia † vniuerſitas eſt,
quæ etiã poteſt dici prouincia, nõ tamen ita lata,
ſicut ſuperior, veluti capiendo prouinciam, ſecũ
dum quod declarat Bar. in l. vnica, C. de metrop.
lib. x. & ad iſtas prouincias mittebatur procõſul:
ordinariè verò vt plurimùm mittebatur præſes
prouinciæ. & iſti habebant merũ Imperium. Ci-
3 uitates † verò ſub metropoli habebãt defenſores,
D qui ſolùm cognoſcebant de trecẽtis aureis, §. au-
dient. & in §. & iudicare. in authen. de defen. ci-
uit. Caſtra autem & villæ, quæ recognoſcebant
ciuitatem, nec habebãt aliquam iuriſdictionem,
habebant pedaneos iudices, ſeu delegatos. Si ve
rò non recognoſcebant ciuitatem, mittebantur
ad eos magiſtratus municipales, qui æquipara-
4 bantur defenſoribus. Sed † poſtquam Federicus
Barbaroſſa venit in Italiam, quælibet ciuitas ha-
buit merum & mixtum Imperium, & habent au
E ctoritatem, quam pręſes habebat: vnde dicuntur
Poteſtates. Vnde ſi eſſet villa, quæ haberet pote-
ſtatem, idem eſſet. Sed ſæpe princeps donat ca-
ſtrum, vel iuriſdictionem villæ alicui baroni, &
dat Imperium merum. Vnde officialis, qui depu-
tatur ab illo barone, dicitur Poteſtas, vt dicit
Mart. Laud. in tractatu de Caſtel. in verſ. ſi caſtrũ.
vbi dicit, quòd quãdo aliquis habet tale caſtrum,
& pręſcribit aliquid quod ſit alicuius ciuitatis e-
tiam vicinæ, tamen dicitur inter abſentes: quia
F ſunt in diuerſis prouinciis, cùm ciuitates quæ ha
bent merum Imperium, ęquiparẽtur prouinciæ.
Vnde dicit Martinus, quòd ad præſcriptionem
requiruntur viginti anni. Sed quia circa hęc mul
tũ dubito, vide pleniùs Io. Fab. Inſtit. de vſucap.
in princip. qui tamẽ videtur ſequi dictam opi. I-
dem eſt, ſi principes ſepararent duo caſtra ab vna
ciuitate: quia tunc iſta caſtra dicũtur etiam inter
abſentes. Succedit tamẽ hic notabilis dubitatio.
5 nam † cùm ciuitates Lombardiæ habuerint me-
rum Imperium ex priuilegio Federici, ſecundum
gloſ. in §. nulli. in authent. vt iud. ſine quoquo
ſuffrag. vtrùm Imperator ſequens poſsit reuoca-
re? videtur, ꝙ ſic: quia factum prioris non poteſt
pręiudicare ſequenti Imperatori, l. digna vox. C.
de legib. Et ſi dicas Pręſcripſerunt, reſpondeo, ex
quo titulo? ex priuilegio? non: quia à principio
non valuit in præiudicium ſequentis. Cùm ergo
ſit præſcriptio ſine titulo, & ſic cũ mala fide, quæ
hodie nõ procedit, c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj.
A Item ad hoc, vt quis præſcribat, videtur ꝙ requi-
ratur animus, ſicut in poſſeſsione. Sed iſti nõ ha-
buerunt animum: quia credebant ſe frui ex priui
legio, non ex pręſcriptione. Cogita tamen. Facit
ad hãc quæſt. quod not. Bar. in rub. huius libri, in
verb. Auguſtus. ¶Secundò præmitte, quæ præ- II.
mittit Alex. hic, † qualiter omnis poteſtas fuit 6
trãslata de populo in principẽ per legẽ Hortẽſi-
am: & quia ipſe ſingulis ciuitatib. adeſſe nõ pote
rat, ſecũdũ not. in l. magiſtros. C. de ꝓfeſ. & med.
B lib. x. ideo ſtatuit, diuerſos iudices, alteri plus, al
teri minus tribuendo, vt hic per eum. ¶Not. pri- Notabil. I.
mò, ꝙ † cauſę meri & mixti imperij nõ poſſũt de- 7
legari. Ratio eſt: qa ſpecialiter & in priuilegiũ cõ
cedũtur maioribus magiſtratib. vnde videtur eſ-
ſe electa induſtria perſonæ, arg. l. j. ꝯ. de offi. præf.
pręt. & ꝓ hac ratione vide Aret. in l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulg. & pup. Sed contra iſtam
rationẽ primo opp. de glo. in l. inter artifices. ꝯ.
de ſolut. vbi dicit, ꝙ † in dubio videtur electa eſſe 8
C induſtria perſonæ. Quando ergo quis conſtituit
magiſtratum, videtur in dubio eligere eius indu
ſtriam: & ſic non deberet poſſe facere ſubſtitutũ:
quod tamen contrarium dicitur hic. SOL. Ex quo
facit eum minorem magiſtratũ, videtur velle nõ
eligere induſtriam perſonæ, ex quo de natura ta
lis dignitatis eſt, vt deleget. ¶Secũdò opp. de l.
Gracchus. C. de adul. vbi licet interficere aliquẽ:
quod † eſt graue, & tñ de magno præiudicio tra-
ctatur. Item nõ eſt remediũ prouocationis, vt in 9
D iudicibus, & tñ poteſt à patre filio mandari, cùm
tamen pater poſſet maturiùs procedere. item for
ſitan ab occiſione adulteri tẽperare. Reſponde, ꝙ
lex iſtud permittit propter coniunctionẽ, quę eſt
inter patrem & filium, arg. l. fi. C. de impub. Item
iam filius certus eſt de voluntate patris: & ſic eſt
merus executor, non autem delegatus. Item ipſe
ſolummodo facit, & ſic mandauit ſolum factum,
non autem ius. Nam hac eadem ratione nõ poſ-
ſent iudices mandare apparitoribus, vt interfice
E rent aliquẽ: quod tñ falſum eſt. Tertiò contra i-
ſtam rationẽ opp. Ad hoc, vt † quis non poſsit per 10
aliũ quid facere, requiruntur duo, ſcilicet ꝙ na-
tura actus ita ſit, & ꝙ verba mandantis ita diſpo-
nant, vt eſt tex. in l. vnica, §. ne aũt. in verſi. ſi verò
talis. C. de cad. tol. iuncto eo, ꝙ copulatiua requi
rit cõcurſum vtriuſq; copulati, l. ſi hęredi plures.
ꝯ. de cond. inſt. Reſpõde, ꝙ imò in diſpoſitionib.
legalibus iſtud nõ eſt verũ, vt per Bar. in l. vt vim.
ꝯ. de iuſt. & iur. & in l. j. ꝯ. de his, qui not. infa. nam
F ſufficit alterũ. facit §. affinitatis. Inſt. de nup. & de
primo facit tex. in l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſsidua. ꝯ. de
ædil. edi. faciunt etiã, quę not. Din. in l. Gallus. in
§. & quid ſi tãtùm. ꝯ. de lib. & poſth. De ſecũdo eſt
tex. & ibi Bart. in l. iubemus. C. de erog. mil. ann.
lib. xij. quẽ tex. dicit Deci. hic ſe pluries practicaſ
ſe. Quartò opp. attenta dicta ratione: nã † cauſa 11
quanto magis grauior eſt & criminalis, tãto ma-
gis, ſi ſit cauſa illuſtris, debet expediri per procu-
ratorẽ, l. fi. C. de ꝓcu. ergo in noſtro caſu deberet
merũ imperium poſſe delegari. Reſpõde, ꝙ diuer

ſa ratio eſt in vtroq;:nam ideo illuſtris litigat per
procuratorē,quia illuſtris deberet ſedere cū iudi
ce.Sed ſi allegaret,ſtare deberet.Et ſic ad euitan-
dū abſurdū illud,ſtatuit̃,vt dicit gl. in auth. hoc
ius.C.de ꝓcu.Sed hoc ceſſat in delegatione meri
imperij, vel mixti:
ergo, etc. Quintò
opp.qn̄ electa eſt in
duſtria perſonæ, ſi
illud reſpiciat vtili-
tatē priuatam par-
tium,poteſt delega
ri eis cōſentientib.
c.fi.extrà, eo. Ergo
cōſentientibus par
tibus debet poſſe
delegari imperiū e-
tiā merum:cuius cō
trariū tenet gl. in l.
j.C.de peda iudici-
bus.Vltra ſolut.De
cij hîc,tene ſolutio-
nē, quæ colligitur
ex illo tex.ꝙ ibi nō
erat electa induſtria
perſonæ à papa. Et
ſi opponatur de il-
lo verbo Perſonali-

senatuſconſulto, vel
conſtitutione princi
pum tribuuntur: mã A
data iuriſdictione nõ
transferũtur, quę ve-
rò iure magiſtratus
competunt, mandari
poſſunt. Et ideo vi-
dentur errare [b] magi
ſtratus, qui cùm pu-
blici iudicij habeant B
† exercitionem lege,
vel ſenatuſconſulto
*delegatã[c]: veluti † le
gis Iulię de adulteri-
is, & ſi quę ſunt aliæ
ſimiles, iuriſdictio-
nem ſuam mandant.
Huius rei fortiſsimũ
argumentũ *eſt*, quod
lege Iulia de vi no-
minatim cauetur, vt
is, cui obtigerit † ex-
ercitio, poſsit eam, ſi
proficiſcatur, mãda-
re. Nõ aliter itaq; mã
dare poterit, quàm ſi
abeſſe cœperit: cùm
aliàs iuriſdictio etiã
à præſente mãdetur.
Et ſi à familia domi-
nus occiſus eſſe dice-

† exercitationem, *aliás.*

*delatam, *aliás.*

† lege Iulia, *aliás.*

12 ter,reſponde,ꝙ † per hoc non cēſetur electa in-
duſtria:nã in l.diuus.in prin.in verbo,ſuis mani- C
bus.iuncto §.j.ff.de falſ.probatur,ꝙ quamuis lex
dicat,ꝙ quis faciat ſuis manibus,tñ extēditur e-
tiam ad alios:nam lex puniēs ſcribentē ſuis ma-
nibus,punit etiã eum, qui fingitur ſcribere:& ſic
ſcribit ꝑ aliũ.Et de hoc vide Mod.in l. Gallus.in
§.& quid ſi tãtùm.in rep.j̃.de lib.& poſth. & hic
tex.multũ vrget contra doctrinã Bar.in d.l.iube-
mus.Sextò opp.quia dicit hîc, ꝙ ideo non poſ-
ſunt hę cauſæ delegari,quia cenſetur electa indu
ſtria perſonę.Contrà:quia attenta hac ratione,i- D
dē deberet eſſe de iure canonico: & tñ videmus
contrariũ,c.ꝙ ſedes.extrà,de offi. ordi. reſpõde,
quòd ideo illud eſt permiſſum in iure cano. quia
apud canones non eſt pœna gladij, ſed ſunt po-
tiùs modicæ pœnæ.Vnde ſi eſſent magnæ, eſſet
ſecus,d.c.fin.xvj.quæſt.j.not.Bart.in l.nec quic-
quã.§.vbi decretum.s̃.de offic.proconſul. & leg.
Et hoc modo reſpondetur ad clemen.fi. de hęre-
tic.& ad c.licet.de offic.vica.lib.vj. & ad c. fi. ne
cler.vel monach.Et ſi diceres,cur illæ, quæ ſunt E
meri imperij,in quibus tamen nõ eſt pœna mor-
tis,vel ſimilis,poſſunt delegari,& tamen de iure
ciuili non:poſſet reſponderi,ꝙ ex quo cauſæ cõ-
mittuntur habentibus perſonatum, vel dignita-
tē,illæ perſonæ cenſentur approbatæ: in cauſis
verò ciuilibus poſſunt cõmitti etiam aliquibus,
qui non erant in dignitate:facit c. ſtatutũ. de re-
ſcrip.lib.vj.Breuiter melius eſt dicere, ꝙ ſic pla-
cuit imperatori,qui fundatus eſt meliori ratiõe,
quàm papa,in hoc.Pro hoc not.tamē facit, quia F
aliàs nos videmus,quòd in arduis mandatarius
non poteſt alium ſubſtituere,vt innuit hîc Rim.
cui adde Io.Fab.in §.fi.in ꝓœmio Inſtit.Et in quã
tũ do.Alex.hîc dicit,ꝙ comites Palatini poteſta-
tē ſibi cõceſſam nõ poſſũt alteri delegare, vt hîc
ꝑ eũ,& Deciũ,qui allegat multa cõſilia:tu dic, ꝙ
iſtud fallit,qñ poteſtas legitimãdi ex cõſuetudi-
ne & ſtylo cõmuniter ſolerent omnib. concedi:
quia tunc non cēſeretur hoc dari in priuilegium:
& ſic ceſſaret ratio induſtriæ,c. quod translatio-
nem.extrà,de off.leg.Ita not.dicit hîc Rim.quod
dictum tene menti. [a] ¶Secundò not.quòd † ea, II. a
quæ ſpecialiter committimus,mandata iuriſdi-
ctione in genere,non veniunt. Facit l. obligatio- 13
ne.j̃.de pign.& pro hoc facit not.dictum Bald.in
l.j.§.eum.s̃.de offic.
præfect.vrb. vbi di-
cit,quòd cõceſſo ca
ſtro, non intelligit̃
eſſe cõceſſum merũ
imperiũ. Ratio eſt:
quia ſolet ſpeciali-
ter delegari, vt hic.
Et hãc deciſionem
ſequitur Rim.hic, &
allegat alia, vt hic ꝑ
eum.Sed in contra-
riũ adduco text. in
l.in modicis.j̃.de cõ
trah. emp. vbi † in 14
venditione vniuer-
ſitatis quædã veni-
unt,veluti locus ſa-
cer,qui tñ ſpeciali-
ter nõ veniret. Sed
reſpõde,ꝙ ille text.
procedit, qñ illa res
quæ ſpecialiter vē-
di nõ poteſt,eſt modica,vt dicit ibi tex.non autē
magna,vt in noſtro caſu.Item opp. quia quãuis
ſtatutũ laicorũ regulariter nõ liget clericos: nos
tñ videmus,quòd ſi ſtatutum loquatur per verba
vniuerſalia,compræhenduntur,vt cõcludit Alb.
de Roſa.in ſtat.in ij.parte,in ij.q.Reſpõde, quòd
illud eſt potius de conſuetudine, quàm de iure.
nam in cõtrarium facit, quia verba quantũcun-
que generalia aptantur ad apta & licita. nam nõ
venit illicitũ,l.ſi pater.ff.quæ in fraud. cred. nec
iniuſtũ,de verb.ſignifi.c.ſuper quibuſdam. in fi.
nã talis generalitas aptatur ad veriſimile,de reg.
iur.c.inſpicimus.Suprà dicta tamen videtur limi
tare Paul.de Caſtr.in conſ.cxxxij. notorium eſt.
ad fin.niſi in cõceſsione dictũ eſſet,Concedo tibi
omnem & omnimodam iuriſdictionem. ꝓ quo
facit,quod not.Alb.de Roſ.in ſtat.in iij.parte, in
quæſ.xxxij.ibi:quãdo ex forma ſtatutorum con
ceditur poteſtatibus arbitriũ in maleficiis,tale ar
bitrium debet reduci ad ius commune. Iſtud ta-
men fallit,ſi in conceſsione diceretur, Concedo
arbitrium generaliter purum,verum, liberum in
banniēdo,inquirendo,etc.quia tunc iſta clauſu-
la importat multum,vt ibi:qui dicit, quòd niſi eſ
ſent appoſita iſta verba,tale arbitrium reſtringe-
retur,niſi ad quędã leuia ſecundũ formã iuris cõ
munis,vel municipalis: allegat l. creditor.§.Lu-
cius.j̃.manda.l.hodie. j̃. de pœnis, cum ſimilib.
In contrariũ tamen facit concluſio,quę multum
pertinet ad noſtrũ tex.ſcilicet quòd ſi cõceſſum
ſit alicui merum imperium, & dictum ſit, quòd
conceditur omnis poteſtas,omnis licentia,ac li-
berum arbitriũ:ꝙ tamen † nõ poterit delegare il 15
lud alicui.Nã & iſta verba ponuntur in conceſsi-
one facta pręſidi,§.quod aũt primitus.in auth. vt
iudi.ſine quoquo ſuffrag.& eũ præſes nõ poteſt
delegare,vt hac lege,& in ea.auth.in §. nulli quo
que iudici.Sed reſponde,quòd hic etiam ſi non
delegari poſsit,per hoc tamē verba ſatis bene ex
emplificantur:in prioribus autem caſibus non.
pro quib.etiã facit l.fi.s̃.de conſti.prin. [c] ¶Ter- III.
tiò not.in tex.ibi,*delegatam*. quòd † ordinarius lar c
go mo-

† exercitatio, *aliás.*



L. 1. Quęcumque.

tur: cognitionē præ-
tor [a], quã ex ſenatuſ-
conſulto habet, man-
dare non poterit.

16 go modo poteſt dici delegatus legis: ſicut dele-
gatus à principe,poteſt dici ordinarius: cùm lex
& princeps æquiparentur,l.j.s̃.de conſtit.princ.
& l.princeps.s̃.de legib. Et per hoc infertur.ꝙ
delegatus principis non poteſt delegare cauſam
a meri imperij, ſicut
nec ordinarius: de
b quo infrà dicã. [b] ¶In
text.ibi,*vidētur errare.*
not.ꝙ † verbum Vi-
17 dentur,importat veritatē, aliàs importat fictio-
nē.Bar.in l.nemo.j̃.de reſtit.in integ.Reſponde,
ꝙ quãdo hoc verbũ refertur à Iuriſconſulto,putà
ꝙ dicat,Quod,Quid,Tibi,& ſimilia,tũc impor-
tat veritatē:gl.eſt in l.ſeruum filij.§.j.j̃.de lega.j.
facit,quod not.Bar.in l.ij.j̃.de oper. no. nunt. v-
bi quo ad verba,importat fictionem:quo ad mē-
tem,importat veritatē.Contra iſtum tex. oppo.
&videtur,quòd magiſtratus nõ ſolùm debeãt ha
bere iuriſdictionē,etiam vltra trecentos aureos, B
ſed & habere mixtum imperiũ.Nam magiſtrati-
bus conceſſa eſt modica coercitio,l.magiſtratib.
j̃.tit.ij.Sed quælibet modica coercitio in corpo-
re,maior eſt quacunq; pecuniaria,l.in ſeruorum.
18 j̃.de pœnis.SOL.Illa † lex, in ſeruorũ. procedit in
perſona nobili,quæ potius ſoluet centum aure-
os,quàm pati alapam:nõ aũt procedit in ſeruo,
de quo loquitur d.l.magiſtratibus.facit, qđ not.
Bar.in l.j.in fi.ff.de pœn.Moder.in l. fin. j̃. de in
ius vocan.Vel dic,quòd debet intelligi de aliqua C
coercitione nõ corporali,vt per Imo.in l.iiij.§.ſi
intra diem.j̃. de dam.infect. Secundò opp. tenēt
19 hîc Doct.quòd † poteſt delegari cognitio. Con-
trà,quia requiritur maior induſtria in cognoſcē-
do,maximè in examinandis teſtibus,c. iudican-
tē.xxxv.q.v.l.teſtium fides.j̃.de teſtib. Reſpõde,
quòd executio facti,eſt minoris importantiæ. I-
ſtud eſt verum de exequutione,quæ fit à ſatelliti
bus ex iuſſu poteſtatis.Sed ſignare licentias, etc.
non. Vnde iudex non poſſet cõmittere,l.ab exe- D
cutione.C.quorum app. Tertiò opp. dum dicit
hîc,quòd præſes habet merum imperium. Con-
trà:quia nõ poteſt deportare,l.j.§. quib. de lega.
iij.Sol.vt per gl.in l.illicitas.§.qui vniuerſas.s̃.de
offic.præſid.qđ ideo eſt: quia præſes non habet
20 inſulam.Vnde infertur,quòd † poteſtas, putà Pa-
piæ,nõ poſſet cõdemnare aliquē ad galleras: ex
quo ſub ſua iuriſdictione non habet galleras.qđ
not.Quartò opp.d.l.iamdudũ.C.vbi cauſæ ſtat.
vbi poteſt quis delegare cauſam ſtatus,quę tamē E
eſt maximi præiudicij:& tñ non poteſt delegare
cauſam libertinitatis,l.placet. in fin. C. de ped.
iud. Sol.vt per Bar.in l.nec quicq̃.§.vbi decretũ.
circa mediũ.s̃.de offi.proconſ.ꝓ quo facit l. cùm
quædã puella.j̃.tit.ij.& l.de die.j̃.qui ſatiſda. co-
Regula. gan.¶Colligitur ex hoc tex.regula, quòd † quis
21 nõ poteſt delegare cauſam meri,vel mixti impe-
rij.Iaſ.dat vij.fallen.Primò propter abſentiã.Se-
cundò in principe.Tertiò in delegato principis,
ſecundũ Bar.quamuis Alex.cõtrà.Quartò in ꝓ- F
conſulib.l.ſolēt.s̃.de offi.proconſul. Quintò in
cauſa reſtitutionis minorũ ad petitionē minorũ,
l.fi.C.vbi,& apud quos cauſa reſtit. Sextò in cau
ſa ſuſpecti.Septimò in cauſis canonicis, d. c. qđ
ſedem.de offic.ordi.Adde octauam in l. tam col-
latores.C.de re milit.lib. xij. Nonò in cauſa, in
qua quis fuit aduocatus,ſi in ea fiat ordinarius,l.
eum,qui.j̃.tit.ij.iuncta l.nemo ex his.C.de acceſ
ſorib.& dom.vt not.in l.imperiũ.in duab.vlt.gl.
d & ibi per Bar.j̃.tit.ij.[a]¶Not.quartò, quòd prætor
habet ius gladij.& hoc dicit Fulg.hîc eſſe ſpecia-
le.Pro quo facit tex.in l.j.§.fi.j̃.de ſuſpect.tut.do.
Alex.hîc tenet,quòd imò regulariter prætor ha-
bet gladiũ.mouet̃ per hũc tex.& l.libellorũ.j̃. de
accuſ.& in l.ij.j̃.de in ius voc. Sed tenēdo opin.
Fulg.quã etiã tenet
Rim.hîc, poſſet re-
ſponderi in adulte
rio ſpeciale eſſe. E-
odē modo reſpõde
ad §.ꝑconiſamus.in auth.de lenon.vel dic, quòd
cognoſcũt,ſed remittũt poſtea ad præfectũ vrb.
puniēdos,l.j.§.fi.de ſuſpec.tut.ſicut etiã videmus
in l.trãſigere.C.de tranſact.Tu dic,quòd † imò p̃- 22
tor habet merũ imperium,ſed tñ non habet ius
gladij,per d.l.fi.Ad hũc tex.& ad l. libellorũ. re-
ſpõde,quòd de iure Digeſtorũ in adulterio nõ e-
rat pœna gladij,ſed ſolùm deportatio,l. ſi qs vi-
duã.ff.de quæſt.not.Bar.in l.Claudius. ff. de his,
quib.vt indig.Mod.Ferrari.in l.tranſigere. C.de
trãſact.Doct.in l.quãuis. C.de adult. Et ſi oppo-
neret̃ de tex.in §.itē l.Iulia de adulteriis. Inſt. de
public.iud.reſpõde,ꝙ † de iure Digeſtorũ lex Iu- 23
lia irrogabat pœnam deportationis:ſed impera-
tores poſtea fecerũt,vt irrogaret pœnam gladij,
d.l.quamuis.Et ſi diceres,ꝙ deportatio æquipa-
ratur morti:& ideo,etc.reſpõde,ꝙ imò plus pręi-
udicat mors.nã deportatus poteſt reſtitui. Sed
de vltimo vide Scrib.in l.Gallus.§.& qd ſi tãtùm.
j̃.de liber.& poſth.vbi dixi:& ꝓ noſtra opin. eſt
tex.in l.j.in prin.s̃.de offi.præfect.vrb.ponderã-
do verbũ Omnino,quod eſt pręciſum,niſi reſpõ
deas negãdo hoc,l.penult.C.de pact.vbi Decius.
¶In gl.*ſpecialiter*.eam expedias,vt hic per Alex.
Adde,quę de hac dictione not.Bar.in l.j.j̃. de vul
ga.& pupil.dum loquitur de dictione Expreſſũ.
nam iura,quæ ipſe allegat,loquuntur potiùs de
hac dictione,etc. ¶In glo.*tribuuntur.* tractant hic
Doct.de ordinibus dignitatum:vide hic per eos.
Adde,ꝙ pręfectus vrbi dicitur illuſtris,in l. quic-
quid.C.de aduoc.diuerſ.iud.& proconſul clariſ
ſimus,l.j.C.ſi ex falſ.inſtru.Senatores clariſsimi,
l.ij.C.de his,qui ven.ęta.imper.Et dum gl.tenet,
ꝙ † præſes prouincię habet merũ imperiũ, poſſet 24
teneri cõtrariũ.nam non poteſt deportare, l. j. §.
hi,quibus.j̃.de legat.iij.l.inter pœnas.§. deportã
di.j̃.de interdict.& releg.Ergo,etc.Nec obſtat ſo
lutio gloſ.l.illicitas.§.qui vniuerſas.dum dicit,ꝙ
ideo eſt,quia præſides non habent inſulas: quia
iſta ſolutio expreſsè diuinat.Quid enim,ſi habe-
rent,veluti in l.cum nauarchorum. C. de nauic.
lib.xj.& adde tex.in l.aut damnum.in §. ſolēt.ff.
de pœn.& tamen tex.generaliter loquitur. Hoc
tenendo reſpondetur ad contraria. Et primò nõ
obſtat d.§.qui vniuerſas.quia dico, quòd loquit̃
in proconſulibus.nam hi regunt plures prouin-
cias.nam ſi voluiſſet intelligere de præſidibus,di
xiſſet Prouinciã,numero ſingulari,vt dicit in plu
ribus legibus ſuprà.Nec obſtat,quòd non vide-
tur facere ad titulum,quia dico contrariũ per l.
j.eo.tit.s̃.de offi.præſi.nam in illo titulo tractat̃
etiam de proconſule.Non obſtat etiam tex.in l.
j.C.de priuat.car.quia poſſet reſpõderi,Speciale
propter atrocitatem criminis.Vel dic,ꝙ ibi præ-
ſes prouinciæ ſolus nõ poteſt id facere, ſed bene
poteſt vnà cum præfecto auguſtali,qui eſt ſpecta
bilis.Bene fateor,quòd poteſt exercere merũ im
periũ,ſi princeps velit:& ſic,dum modò eum cõ
ſulat.Et ita procedit l.cõgruit.cum ſimilibus. vt
in l.abſentem.§.fin.cum ſeq.ff.de pœn.& ad hoc

vide Plin. in epiſtolis ad Traianũ Imperatorem
in conſultatione ſuper reſtitutione exulis, vbi
Traianus reſcribit reos capitis mittendos eſſe ad
præfectos prætorio. ¶ In gl. *ergo multò magis*, etc. I-
25 ſta conſequentia non eſt bona, nam † præfectus
vigilum eſt ſpectabilis, l. iij. ſ. de offic.
præ. vig. & tamen
non habet ius gladij. vnde poteſt punire incẽdiarios, l. j.
C. de offic. pręf. vig.
In contrariũ tamen
videtur text. in l. penult. ff. de condict.
ob cauſ. & hoc fundamẽto Alexan. conatur reſpõdere, ſed
malè. nã nõ tollit obiectum. Item facit, B
quia præſes habet merum imperium, & tamen
non poteſt cognoſcere vltra quantitatem ccc. nũ
morum, §. & iudicare. in authen. de defenſ. ciui-
26 ta. Item † latrunculator cognoſcit de cauſis cri-
minalibus, non tamen de ciuilibus quæ ſunt mi-
nores, l. ſolemus. §. fi. ſ. de iudic. Nec ſatisfacit pri
mo fundamento ſolutio do. Alexand. dum dicit,
quòd ideo præfectus vigilum non habet ius gla
dij, quia eum habet præfectus vrbis. nam non eſt
abſurdum, quòd vterq; poſsit punire. facit l. j. ſ. C
de offi. conſ. & ideo puto, quòd iſta officia ſint di
uiſa: & ſic, quòd quidam ſpectabiles poſsint, qui
dam non: declarando, vt hîc per Mod. Ferra. ¶ In
27 glo. *iuriſdictione*. quęrit hîc do. Paul. vtrùm † prin-
ceps poſsit ſpecialiter cauſam meri imperij dele
gare? & tenet quòd non, per duo fundamenta, de
quibus hîc per eum. Ego teneo contrariũ: quam
partem etiam tenet hîc Bart. nam diſputare de
poteſtate principis, eſt ſacrilegium: l. diſputare.
C. de crimi. ſacril. Item actus principum non ſũt D
ſubiecti legibus, l. ſancimus. in prin. C. de dona. l.
donationes, quas. C. de don. inter vir. & vx. Tra-
ctat etiã hîc do. Paul. vtrùm delegatus principis
poſsit ſubdelegare cauſã meri imperij? dicemus
in fi. l. ſequendo ordinem Alex. ¶ In gloſ. *quæ verò
iure magiſtratus*. ibi, *vt auctoritatem præbere manumitten-
28 tibus, etc.* Communis cõcluſio eſt, q̃ † in his manu-
miſsionibus, in quibus requirit̃ cauſæ cognitio,
non ſufficiat delegatus: & ita loquitur l. ij. ſ. eo.
cum ſimilib. in his verò, quæ non requirunt cau- E
ſæ cognitionẽ, poteſt præſtari auctoritas per de-
legatũ. Fulgoſ. tamen hîc, & Decius tenent indi-
ſtinctè, q̃ nũquã delegatus poſsit præſtare aucto
ritatẽ. quę opin. de iure eſt verior. nã l. ij. indiſtin
ctè loquitur. Ergo, etc. Nõ obſtãt allegata per A-
lex. quia cùm manumiſsio & libertas non poſsit
reuocari, §. ſemel autem cauſa. Inſtit. ex quibus
cauſ. etc. Ideo agitur de magno præiudicio. vnde
talis præſtatio auctoritatis delegari non poteſt.
nam vbi maius periculum eſt, ibi cautiùs eſt a- F
gendum, l. j. ſ. de vent. inſpic. Ergo, etc.

1 *Vſuarius in re in qua conſtitutus eſt vſus, nihil habet proprij.*
2 *Statuto quo exigitur gabella de rebus propriis, non comprehenduntur emphyteuta, vaſallus, etc.*
4 *Proprietas variè cenſetur. 5.*
6 *Delegatus æquiparatur vſuario.*
7 *Ordinarius ex cõſuetudine delegat minimã iuriſdictionẽ.*
8 *Animaduerſionis voce venit magna pœna.*

10 *Delegatus an ſuam habeat iuriſdictionem. 17.*
13 *Delegatus poſt lit. conteſt. poteſt reuocari, procurator non: eiusq; rei ratio.*

§. QVI MANDATAM.

¶ Qui mandatam [a] iuriſdictionem ſuſcepit, proprium [b] nihil habet: ſed & eius, A qui mandauit, iuriſdictione vtitur [c]. Verius eſt em̃, more maiorũ [d] iuriſdictionem quidẽ transferri, ſed merũ imperiũ, quod lege datur, nõ poſſe trãſire. Quare nemo dicit animaduerſionẽ [e] legatũ proconſulis habere mãdata iuriſdictiõe. *Paulus notat:* & imperiũ [f], quod iuriſdictiõi cohęret, mãdata iuriſdictiõe trãſire: *qd* verius eſt. B

¶ Summa, vt hîc
per Bar. [b] ¶ In tex. i- 6
bi, *proprium*. Not. pri-
mò, quòd † ille, qui 1
habet aliquã rem, ni
ſi quo ad vſum, non
quo ad dominium,
dicit̃ circa illam rẽ
nil proprium habe-
re. Et facit ad † ſtatu 2
tum diſponens, vt q
habuerit de proprio
centũ, ſoluat gabel-
lam: nam non com-
prӕhendet emphy-
teutam, nec vſufru-
ctuarium, nec feudatarium, nec eum qui habet ſo
lũ vtile dominiũ. vide Bald. in c. j. §. ij. de inueſt.
de re alie. fact. & Abb. in c. j. in ij. notab. de cauſa
poſ. & ꝓprie. Vnde ſolet dici, emphyteutam non
habere proprietatem, l. j. & ij. ſ. ſi ag. vect. Nã † ꝓ- 3
priũ alicuius illud dicitur, in quo alius non ha-
bet aliquod ius, l. propriũ. ff. commu. pręd. Eſt ve
rum, q̃ ſimplex poſſeſſor aliquando dicitur ha-
bere proprium. Vnde † ſimplex poſſeſsio dicitur 4
C proprietas, l. iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ. Sed
iſtud largo modo loquendo. nam aliàs appella-
tione proprietatis venit directum dominiũ, l. ij.
§. reliqua. ff. de interdict. Aliàs dicimus etiã † pro- 5
prietas nuda, id eſt ſine vſufruct. de qua in l. Mæ-
uio. §. fundo. & ibi Bar. ſ. de leg. ij. & proprietas
plena, l. fœminæ. §. illud. C. de ſec. nupt. itẽ quaſi
proprietas, vt per gl. in d. §. reliqua. Et an detur
vtilis proprietas, ſicut vtile dominium? dic, q̃ ſic,
vt per Alex. in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq.
D poſ. nam proprietas & dominium conuertũtur,
ſicut proprius & ſuus, l. interdum. ff. de verb. ſi-
gnific. c. j. de foro compet. in Clem. Et ad iſta faci
unt, quæ not. Mod. in l. naturaliter. §. nihil com-
mune. ſ. de acquir. poſ. & Cano. in c. j. in verſ. ſed
neq;. de poſtul. prælat. Cùm igitur ſtatutũ dicat
Proprium, intelligemus de directo dominio, per
not. in d. l. j. ff. ſi ager vectig. niſi aliter cõſtaret de
mẽte, &c. Aduerte tamen hîc: quia meliùs vide-
tur intelligere proprium, id eſt perpetuum &
E manſurum, prout accipitur in iij. Aeneid.
*Da propriam Tymbreæ domui.* — & in fine vj. libri,
—*Propria hæc dona fuiſſent.* vtrobiq; Seruius ita
exponit. [c] ¶ Notate ſecundò in verbo, *vtitur*. quòd c
† delegatus eſt veluti vſuarius. nam ſicut vſuari- 6
us non habet proprium, vt concludit Soci. in d.
§. nihil commune. ita etiam nec delegatus ordi-
narij: vnde poteſt reuocari. Quod fallit in vicario
epiſcopi, qui habet ordinariam, vt ſ. eo. in rub.
[d] ¶ Notat. tertiò in verbo, *more maiorum*. quòd d
F † vt ordinarius deleget minimam iuriſdictio- 7
nem, eſt introductum ex conſuetudine, non ex
lege. quod facit ad ea, quæ not. do. Alexan. in l.
ij. ff. de vulg. & pupil. in princ. & idem Moder.
in l. more. ff. de acquir. hæred. vnde contraria cõ
ſuetudine poſſet induci, ne poſſet delegare. Sed
vtrùm poſſet conſuetudo indirectè, vt cauſę meri
imperij poſſent delegari? Puto, quòd ſic. nam i-
ſtud poteſt fieri per principem & legem, vt per
Bart. ſ. in princ. Ergo etiam per conſuetudinem,
cùm par ſit poteſtas conſuetudinis & legis, l. de
quibus



quibus. ſ. de off. leg. & hoc tenet Inno. in c. ad no
e ſtram. in fin. extrà, de appel. [e] ¶ Quartò not. ex
8 verſic. *quare*. ibi, *animaduerſionem*. quòd † appellatio
ne Animaduerſionis, cõtinetur magna pœna, nõ
autem modica caſtigatio. & hoc, tenendo quòd
Paulus nõ corrigat Papinianum, prout tenet gl.
Pro hoc facit, quia animaduerſio ſignificat vlti-
mum ſupplicium, l. nemo. in fi. C. de ſumma trin.
Item cenſura eccleſiaſtica, c. fin. de except. lib. vj.
& ibi Archidia. & Scrib. Ego tamen puto, quòd A
animaduerſio contineat tam modicam caſtiga-
tionem, quàm magnam: & ſic, quòd Paulus de-
claret Papin. Vnde dicitur, animaduerſione debi
ta & condigna, c. paſtoralis. §. fi. extrà, eo. c. quo-
niam contra falſam. & ibi Scrib. extrà, de probat.
f [f] ¶ Quintò not. ibi, *imperium*. quòd † quamuis ap-
9 pellatione Imperij, ſimpliciter in dubio veniat
merũ, vt probatur in l. iubere cauere. ſ. de iuriſd.
omn. iud. tenendo, quòd dictio Magis, ſtet pro-
priè: & in l. muto. §. tutoris datio. ſ. de tutel. tamẽ B
fallit, quãdo dicitur imperium, quod iuriſdictio-
ni cohæret: quia tunc intelligitur de modica ca-
ſtigatione, ſecundum communem intellectum
huius §. vel ſecundum eum, quem ego dabo de
mixto imperio.
¶ In gl. j. dum conſtituit differentiã inter *Man-
dare*, & *Delegare*, dic, quòd differẽtia iure non pro-
batũr. Nam quòd Mandare ſignificet etiam v-
nam cauſam, eſt text. quem gloſ. allegat in l. ſo-
let. ſ. tit. ij. vbi prætor mandat ſpeciem vnam iu- C
riſdictionis. nec eſt dicendum, quòd Iuriſconſul-
tus loquatur impropriè. quare dic, vt dixi in rub.
ſ. eod. in princip. Item in contrarium facit iſte
verſiculus, quare nemo. iuncta l. ſolent. ſ. de offi.
proconſul. & leg. nam ſi proconſul mandet iuriſ-
dictionem legato, cùm dictio Mandet, ſit genera-
lis, ſecundum hanc gl. deberet venire etiam co-
gnitio meri imperij: quod tamen eſt falſum, d. l.
ſolent. in prin. ¶ In gl. *nihil habet*. probatur ex hoc
text. quòd † delegatus nullam habet iuriſdictio- D
10 nem ſuam, ſed habet delegatam. & hæc eſt com-
munis opi. quam primò facit iſte text. ſecundum
Dec. nõ cauillando literam. nam ſi nil proprium
habet, ergo nec delegatam. Sed ad hoc reſpon-
det gloſ. non dicitur proprium, ex quo poteſt re-
moueri ad libitum ordinarij, l. fin. §. ſed quia. C.
commu. de leg. Declaro: Res dicitur eſſe propria
alicuius, quæ eſt propriè ſua, nec in ea aliquis ha
bet aliquod ius, l. proprium. ff. commun. præd.
Sed delegati iuriſdictio ideo nõ dicitur propria, E
quia ordinarius habet ius in ea, & poteſt delega-
tam ad libitum remouere: ergo, &c. Ego teneo,
quòd non ſolùm delegatus habeat delegatam iu
riſdictionem, ſed potius ſuam. Et ſic, quòd in e-
um transferatur iuriſdictio: & iſtud probat iſte
text. ibi, transferri iuriſdictionem. Si ergo trans-
fertur, ſequitur, quòd non remaneat apud ordi-
narium, §. alijs quoque. Inſtit. de vſucap. Secun-
dò probatur in l. cognitio. in princ. ibi, cùm pro-
priam iuriſdictionem legatis tuis dederis. ſ. eod. F
11 iuncto eo, quòd † verbum Dare, ſignificat domi-
nium transferre, & facere accipientis, Inſtit. de
actio. §. ſic itaque. Tertiò hoc probat l. ij. ſ. tit. ij.
dum dicit, cui iuriſdictio data eſt, ponderando
verbum Data, vt ſuprà feci. Quartò probatur in l.
j. §. j. in iij. lectura, quam ibi refert gl. ff. quis, & à
quo. Et hoc tenendo, non obſtat primò iſte text.
in verbo Proprium nihil, &c. quia reſpõde, vt ſu-
prà dixi. Vel dic, & iſte erit nouus intellectus ad
iſtum §. quòd aut quis mandat iuriſdictionem in
genere: & tunc iſte delegatus habet ſolum exer-
citium, ſed nihil proprium habet. Ita procedit i-
ſte text. Aut in ſpecie mandat propriam iuriſdi-
ctionem, & tunc ſecus eſt, & l. cognitio. ſ. eo. ibi,
cùm propriam iuriſdictionem legatis tuis dede-
ris. Item hoc probat tex. in l. legati. ſ. de offi. pro-
conſul. dum dicit, q̃ legati nihil habent propriũ,
niſi proconſul mandauerit. Ad hoc ergo, q̃ exce-
ptio ſit de regula, ſecundum l. nam quod liqui-
A dè. §. fi. ſ. de penu leg. dicendum eſt, q̃ ſi procon-
ſul mandet iuriſdictionem propriam, delegatus
habeat propriam. Et ita etiam procedit l. ſolet. ſ.
tit. ij. Non obſtat & ſecundò d. l. legati. arguendo
à ſpeciali: quia imò tex. nõ arguit à ſpeciali. nam
nos videmus, q̃ Iuriſconſultus frequenter arguit
de legato procõſulis ad alios delegatos, vt hoc §.
& l. cognitio. ſ. eo. & l. nec quicquã. §. fi. ſ. de offi.
proconſul. Et hanc opin. tenet Fulgo. in ea. l. in
princ. quem refert Alex. Non obſtat tertiò funda
B mentum Decij, dum dicit, q̃ † iuriſdictio eſt po- 12
teſtas de publico introducta, l. j. ſ. de iuriſd. omn.
iudic. Si ergo eſt introducta de publico, eam non
habet delegatus, cùm non publicè, ſed per præſi-
dem ei deferatur: quia reſponde, q̃ quamuis de-
feratur ab ordinario, confirmatur tamen à lege,
& ſic ex publico, l. & qa. ſ. tit. ij. Vnde ſatis poteſt
dici, q̃ confirmatio eam introducat. Non obſtat
quartò fundamentum Iac. de Aren. & Bar. in l. ait
prætor. ſ. de re iudi. quod refert Decius hîc, ſcili-
C cet q̃ valet argumentum de procuratore ad dele
gatum, l. more. & l. & quia. ſ. tit. ij. not. Alex. ſ. ea.
l. Sed ꝓcurator nihil propriũ habet in cauſa, ſed
eſt nudus miniſter: ergo etiam delegatus. Sed ad
hoc reſponde, q̃ imò mandatum delegatorium
plus operatur, quàm mandatum procuratorium.
Probatur: nam in mandato generali procurato-
ris nõ venit, q̃ poſsit petere reſtitutionem in in-
tegrum, l. illud. §. j. ff. de minori. & tamẽ in gene-
rali mandato delegatorio venit reſtitutio in inte
D grum, l. fi. C. vbi, & apud quem. Et hanc reſpon-
ſionem in ſimili facit do. Alex. in principio legis.
vide etiam, quæ not. Alex. in l. more. in ij. notab.
ſ. tit. ij. Sed in contrariũ vrget, quia nos videmus,
quòd imò mandatum procuratorium plus ope-
ratur, quàm delegatoriũ. nam † procurator poſt 13
litis conteſtationem non poteſt reuocari, & ta-
men delegatus ſic: gloſ. in l. iudicium ſolui. ff. de
iudi. Conatur aſsignare rationem, quia dicit in
delegato hoc ideo permitti, quia propter reuoca
E tionem eius partes tantùm non damnificantur.
Sed iſta ſolutio non videtur bona: quia eo quòd
delegatus reuocetur, præiudicatur parti, cùm or
dinarius poſsit facere, vt iterum citentur, & den-
tur noui libelli, & nouæ dilationes, &c. §. ne aũt.
in auth. de iudic. Mod. legentes ad hęc obmutue
runt. Cogitabam, ſi poſſet aſsignari aliqua ratio.
quare pro nunc dico ſic, q̃ procurator lite conte-
ſtata ſit dominus litis, & de neceſsitate pars cogi
tur ſecum litigare, dum modò conſtet de manda
F to, & ſatiſdederit iudicatum ſolui, vel rem ratam
haberi, §. j. Inſtit. de ſatiſdat. delegatus verò con-
ſtituitur volentibus partibus, imò etiam inuitis,
c. paſtoralis. extrà, eo. Sed illi ſunt caſus ſpecia-
les: imò non ſunt ſpeciales, vt per Abb. in c. ſuper
quæſtion. §. quia verò. in fi. extrà, de offi. deleg.
nam † poteſt pars recuſare iudicẽ delegatũ, etiam 14
ſine cauſa, vt per Bar. in l. apertiſsimi. C. de iudic.
& ibi Aret. & Alex. & Canon. in c. cùm ſpeciali.
de appel. Cùm ergo delegatum capiant ex volũ-
tate, ſibi imputent. & hęc ratio ceſſat in procura-

tore. facit regula, quia plus ſuccurritur agenti ex neceſsitate, quàm ex voluntate, l. ſi fideiuſſor. §. qui neceſſariam. ff. qui ſatiſd. cog. Nam ne procurator non poſsit reuocari, eſt intereſſe partis, ne cum tot habeat litigare. Vnde ſententia, in qua condemnatur dominus, non aūt procurator qui litem cōteſtatus eſt, ipſo iure eſt nulla: vt eſt text. & ibi omnes, C. de ſent. & interloc. omn. iud. In contrarium etiam facit, quia procurator poteſt delegare, ſeu ſubſtituere aliū in ſui locū, l. ſi procuratorem. §. j. ff. manda. delegatus verò non, l. ſi. j. eo. Sed ad hoc reſponde, q, hoc eſt ratione præiudicij. nam plus poteſt prçiudicare iudex, quàm procurator: arg. not. per Iaſ. in rub. ff. de re iud. & gl. in d. l. iudicium ſoluitur. & ad ſuprà dicta facit gl. in l. procurator, qui pro euictione. ff. de procu. dum aſsignat rationem, cur finito officio non tenetur tutor, procurator verò ſic. Quintò non obſtat fundamentum, quod in contrarium adduci poſſet de l. legatus Cæſaris. ſ. de offic. præſid. vbi
15 † preſes non poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem, niſi in manibus principis. Ergo nō poterit abdicare delegādo. Et ſic delegatus nō poterit habere aliquam iuriſdictionem. Sed ad hoc reſponde, q, illa lex loquitur, quando quis vellet remouere à ſe per modum non permiſſum, putà renuntiando: non autem per modum licitum, veluti delegando. & ſic illa lex declaratur per alias: facit, qa faciliùs poteſt quis aliquid à ſe abdicare reuocabiliter, quàm in totum, l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat. & hanc reſponſionem ad aliud propoſitum tradit Bart. in l. j. §. j. ff. quis, & à quo. Item nos videmus, quòd proconſul non poteſt abdicare à ſe omne imperium, & tn̄ poteſt conſtituere legatum ad vniuerſitatem cauſarum, vt not. Bart. in l. legatus. ſ. de offi. proconſul. Sextò nō obſtat l. more. j. tit. ij. qa etiam vtitur alieno beneficio propter legē Rhemniam: & tamen habet propriam iuriſdictionem. Item legatus procōſulis, &c. Et per hęc videtur, q, iſta opin. ſit ſuſtentabilis, intelligendo tamen eam ſano modo, ſcilicet ordinarius, quotieſcunque vult, poteſt eam rehabere, & ſic ipſo iure retranſibit in ſe, vbi voluerit. ¶ Poteſt tamen etiam ſuſtineri opin. gloſ. & communis, quòd delegatus non habet iuriſdictionem propriam, ſed delegatam. Pro qua opin. faciunt fundamenta ſuprà adducta, quibus tamen videtur ſatis ſufficienter eſſe reſponſum. Facit etiam text. in l. & ſi prætor. j. eod. vbi dicitur, quòd delegatus alienā iuriſdictionem exequitur: ergo non ſuam. & ſic eſt contra prædictam opi. Sed ad iſtud poſſet reſponderi, quòd dixit Alienam: quia poteſt ad libitum reuocari, & ſic non eſt manſura: vnde ſatis dicitur aliena, ex quo poteſt ſtatim abire: facit l. fin. §. ſed quia. C. com. de leg. alleg. hîc per gloſ. Sicut etiam videmus, quòd ille dicitur miles, qui de proximo poteſt fieri miles, l. filiusfamiliās. ff. de teſta. milit. Vel ſecundò reſponde, quòd dixit Alienam, reſpectu præteriti, quaſi dicat, quæ olim fuit aliena: facit l. inſula. in fin. ff. de acquir. rer. domi. & l. diuortio. in princip. ff. de neg. geſt. & l. eius, qui in prouincia. in prin. ff. ſi cert. pet. Confirmo per optimum ſimile l. qui alienā. ff. de donat. cauſa mort. vbi res aliena, quæ tamen fuit ab aliquo vſucapta, dicitur aliena: & ſic reſpectu pręteriti. Pro hac opin. poteſt adduci ratio l. fin. j. eod. nam ſi verum eſſet, quòd delegatus haberet iuriſdictionem propriam, ſeu ſuam, poſſet etiam ſubdelegare: quod tamen eſt falſum. Sed ad hoc reſponde, quòd ratio cur non poſsit ſubdelegare, eſt, vt infinitas euitetur, l. properandum. C. de iudic. tradunt Moder. Neapol. in l. fin. j. eo. quicquid ibi dicat Dec. Lex ergo iſtud non patitur, propter dictam rationem. Item cùm habeat eam alieno beneficio, non videtur, quòd debeat abſq; facto mandantis eam ab ſe abdicare. Videtur enim ordinarius elegiſſe induſtriam perſonæ illius. Nam ſicut princeps ob maioritatem cauſa-
A rum cenſetur eligere induſtriam perſonæ, vt vidimus ſuprà in princip. l. ita ordinarius: etiam ipſæ, conſiderata perſona ordinarij, cauſæ delegabiles, ſunt ita magnæ, ſicut conſiderata perſona principis cauſæ meri, vel mixti imperij: facit in arg. gloſ. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. in verbo modica. ff. de iudi. & quę not. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Pro hac op. etiam facit, quòd delegatus non habeat propriā: quia ſi haberet propriā, neceſſe eſt quòd haberet ab ordinario. Re-
B ſpondeo ſic: ea, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, non poſſunt delegari, ſ. ea. l. in princip. ſed dare iuriſdictionem, eſt meri, vel mixti imperij: ergo, &c. Sed ad hoc reſpondetur, quòd dare iuriſdictionem magnam, eſt meri, vel mixti imperij: ſed dare minimam iuriſdictionem, qualis eſt delegabilis, non. Vnde videmus, quòd etiam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare, vt not. in d. l. ſi. j. eo. Intelligo autem iuriſdictionem delegatam à gloſ. appellari iuriſdictionem,
C quæ communis ſit inter delegantem & delegatum. & hæc videtur eſſe de mente Decij hîc, & glo. in verbo, nihil habet dum dicit, quòd ſecundum ſecundam expoſitionem verbum Transferri, debet propriè intelligi: & idem dicit gloſ. in verbo Transferri. Et hanc partem tenendo, reſpōdetur ad iura allegata in contrariū, ſcilicet ad l. ij. j. tit. ij. & ad d. l. cognitio. in verbo Dederis, quòd ſatis dicitur dare faciendo communē. nam Dare etiam ſignificat concedere, vt in auth. de æ-
D qua. dot. §. j. nam in iſta materia Dare nō capitur pro translatione dominij, vt probatur in l. ſi. ſ. de offic. præt. vbi dicitur, prętor non poteſt ſe tutorem dare, &c. nam etiam dicitur Dare, qui commodat, l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmod. Secundò non obſtat, ſi diceretur, quòd ſi iuriſdictio eſſet communis, eſſet abſurdum, quòd à delegato appelletur ad delegantem, ſecundum §. j. in l. j. ff. quis, & à quo. cū not. ibi per Bar. dū dicit, quòd abſurdum eſt, vt in eodē tribunali feratur
E ſententia primæ cauſæ, & appellationis: quia reſpondeo dictum Bart. procedere, quo ad locum, non quo ad iuriſdictionem. nam hoc modo poſſet etiam dici, quòd eſſet abſurdū, quòd appellaretur de delegato, qui haberet vſum iuriſdictionis, ad delegantem, qui habet proprietatem: cùm etiam delegatus & delegans ſint copulati. Facit, quia videmus quòd proconſul eſt iudex in cauſa ſupplicationis, quæ eſt quaſi appellatio à principali cauſa, in qua ipſe ſemel iudicauit, l. à proconſulibus. C. de appella. Poſſet etiam diſputando
F teneri, quòd † delegatus non habeat neque pro- 16
priam, neque delegatam iuriſdictionem, ſed ſolum exercitium. Et hanc opin. tenet Bart. in l. imperium. in fin. j. tit. ij. & pro hac opin. facit tex. in verbo Vtitur, & dixi ſuprà in ij. notab. Et hanc opin. tenendo reſpondetur ad iura allegata in contrarium, in quibus dicitur Iuriſdictionem transferri, vel Iuriſdictionem mandari: quod debet intelligi Iuriſdictionem, id eſt exercitium iuriſdictionis, ſicut etiam dicimus Officium, id eſt exer-

citium



citium officij, ſeu iuriſdictionis, vt not. Alex. & Rimin. in l. j. in princip. j. tit. ij. nam quòd iuriſdictio capiatur pro exercitio ipſius iuriſdictionis, eſt text. quem ad hoc not. Din. & Bart. in l. inter
17 tutores. ff. de adminiſt. tut. Poſſet † etiam vltra ſuprà dicta teneri, quòd imò delegatus habet iuriſdictionem propriam & delegatā: & ſic capiemus verbum Delegatam, non communem, ſed in proprio ſignificatu: ſicut dicimus iuriſdictionem propriam, ordinariam, quæ eſt data à lege: ſic iuriſdictionem propriam delegatam, quæ eſt data ab ordinario. & ſic hæc concluſio eſt ſimilis ſuperioribus. Vel dic, Iuriſdictionem delegatam appellari, quę eſt communis tam ordinario, quàm delegato. In hac autem conditione capio delegatam & propriam, quæ eſt vtriuſq; in ſolidum. Et ſi opponeretur, quòd eadem res non poteſt eſſe duorum in ſolidum, l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commoda. reſponde, quòd illa regula ceſſat, quando ius aliter diſponeret: argu. l. Mæuius. §. duorum. ff. de legat. ij. & hoc tenet Bart. in l. ſi. ff. vti poſsidet. allegat l. inter tutores. ff. de adminiſtra. tut. & l. j. ff. de offi. conſul. Præterea non eſt eadem, cùm vna ſit ordinaria, alia verò delegata. Et ex his remanet hæc concluſio, Iudex delegatus habet iuriſdictionem propriā: imò delegatam: imò nec propriam, nec delegatam: imò & propriam, & delegatā. & hæc omnia videtur eſſe bona diſputādo. Nam diſputādo elicitur veritas. De diſputationis effectu vide text. & ibi Doctor. l. ſi. j. de muneribus & honoribus. Circa intellectum, quem promiſi hîc dare, dicam infrà in l. j. tit. ij. vbi meliùs cadit.

## CONCLVSIONES PVBLICE PROPOSITAE
*& diſputatæ.*

Iudex delegatus habet iuriſdictionem propriam:
Imò delegatam:
Imò nec propriam, nec delegatam:
Imò & propriam, & delegatam.

*Earundem argumenta et confirmatio.*

Pro prima concluſione facit primò iſte text. ibi, transferri iuriſdictionem. Si ergo transfertur, ſequitur, q, non remaneat apud ordinarium, §. alijs quoq;. Inſtit. de vſucap. gl. in l. j. ſ. de conſtit. princip. Ergo tranſit in delegatum: & ſic delegatus habet iuriſdictionem propriam. Item facit, quia legatus habet propriam, l. legati. Ergo rectè arguendo de legato ad delegatum.

Secundò facit l. cognitio. in princ. ibi, cùm ꝓpriam iuriſdictionē delegatis tuis dederis. iūcto eo, quòd Dare, eſt facere accipientis, §. ſic itaque. Inſtit. de action.

Tertiò facit l. ij. j. de iuriſd. omn. iudic. ibi, cui iuriſdictio data eſt, conceſſa videntur. iuncto eo, quod ſ. dixi: ſcilicet q, Dare, eſt facere accipiētis.

Quartò facit rubr. C. qui pro ſua iuriſdictione iudices dare, dariúe poſſunt.

Quintò facit text. ſecundum iij. lecturam in gl. poſitam in l. j. §. j. ff. quis, & à quo. vbi eſt caſus de hac quæſtione.

Sextò facit, q, tenet Inno. in c. ſuper quæſtionū. extrà, eod. dū dicit, q, delegās diminuit iuriſdictionem, eo ipſo, q, conſtituit delegatū. Et hâc concluſionem tenendo, punctus eſt reſpondere ad contraria, quæ talia ſunt.

*Contrariorum diſſolutio.*

Primò obeſt text. hîc: Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit, iuriſdictione vtitur. Sed ad hoc reſpondē ex mente gl. Bart. & Paul. Caſtr. hîc, q, non habet aliquid proprium fictè, ſed verè ſic: eſt enim iuriſdictio propria delegantis: ſed ex quo ad libitum poteſt reuocari, dicitur aliena, & ſic nō propria. Iſtud probat text. allegatus per gl. in
A l. fin. §. ſed quia. C. commun. de leg. qui tex. ꝓbat à fortiori. nam res purè mea, tamen ſub conditionē alicui debita, dicitur aliena, & tamē conditio eſt incerta, & conſiſtit in caſu fortuito, qui fortaſſe non eueniret, ſecūdum l. j. in fin. ff. de cond. & demonſt. Hoc aūt faciliùs poteſt euenire, ex quo voluntates hominum ſunt mutabiles, l. ſi mihi & tibi. §. fin. ff. de legat. j. Et ſi diceretur, q, data hac ſolutione pro vera, ſequeretur, q, etiam ordinarius non haberet propriam: quod eſt contra l. mò-
B re. j. tit. ij. nam poteſt remoueri à principe. Sed ad hoc reſponde, q, ea, quæ conſiſtunt in voluntate ſolius principis, cenſentur impoſsibilia, l. idem Iulianus. §. fin. ff. de legat. j. not. Bart. & Scrib. in l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig.

Confirmo reſponſionem gl. prædictam: nam Proprium dicitur illud, in quo alius nō habet aliquod ius, l. proprium. ff. commun. pręd. not. Bal. in l. cùm res. ad fin. C. de probat. Sed ordinarius habet aliquod ius: nam poteſt reuocare: ergo lar-
C go modo dicitur non habere proprium.

Confirmo & tertio modo per illud, quod not. Bald. in l. dictāribus. C. de teſtam. vbi dicit, quòd proprium dicitur quatuor modis, &c.

Secundò in contrariū facit l. legati. ff. de offic. proconſ. & leg. ibi, legati proprium nil habent, niſi à proconſule eis mādata fuerit iuriſdictio, arguendo à ſpeciali: quia ad hoc reſpōdetur, quòd imò text. nō arguit à ſpeciali: nam nos videmus, q, iuriſconſultus frequēter arguit de legato pro-
D conſulis ad alios delegatos, veluti hîc, & in l. cognitio. j. eod. & in l. nequicquam. §. fin. ſ. de offic. proconſ. & not. Iaſ. hîc, & do. Alex. ſ. in princ.

Tertiò facit, quia iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta. Sed delegati imperium non eſt introductum de publico: imò ab ipſo ordinario: ergo, &c. Sed ad hoc reſponde, quòd quamuis deferatur ab ordinario, confirmatur tamen à lege, quæ confirmatio operatur iſtam iuriſdictionem. facit l. lege obuenire. ff. de verb. ſignificat. &
E quia omnia noſtra, &c. Et ſi opponatur de l. & quia. j. tit. ij. vbi dicitur, quòd delegatus non poteſt ſubdelegare, quia lex nō defert ei iuriſdictionem, ſed confirmat: reſponde, quòd quamuis iſta confirmatio non operetur vt poſsit ſubdelegari, operatur tamen, vt valeat tanquam iuriſdictio. facit, quia faciliùs lex concedet, vt dicatur Iuriſdictio, quàm vt delegetur ratione præiudicij. Et ſi diceretur, quòd nulla lex dicit, quòd habeat iuriſdictionē: dico, quòd imò quatuor ſuprà dicta
F fundamenta hoc probant.

Quartò facit, quia valet argumentum de procuratore ad delegatum, l. more. & ibi not. j. tit. ij. Sed procurator eſt nudus miniſter. Ergo etiam delegatus. Sed ad hoc reſponde, negando quòd procurator ſit miniſter. nā aut loquimur ante litis conteſtationem, & tunc etiam delegatus ei æquiparatur: aut poſt litis conteſtationē, & tunc dico, quòd imò procurator nō dicitur nudus miniſter: imò ſit dominus litis, l. neq;. C. de procur. Vnde ſententia debet ferri contra eos, l. j. C. de

ſent.

ſent.&interloc. **Eſt verum**, quòd procurator nõ poteſt reuocari, delegatus ſic: ſed iſtud non facit contra concluſionem. Potes etiam alio modo reſpondere, quòd imò non valet argumẽtum de procuratore ad delegatum, vt tenet Alexan. s̄.in princ.legis: nam potentius eſt mandatum delegatorium, l.fi. C.vbi, & apud quos.iuncta l.illud. ff.de minor.faciunt not.per Alexand. in d.l.more.in notab.ij.

Quintò facit l.legatus Cæſaris.s̄.de offic.præ- A ſid.vbi non poteſt præſes abdicare à ſe iuriſdictionem, niſi in manu principis: ergo non poterit abdicare à ſe delegando. Sed ad hoc reſpõde, ꝙ illa lex loquitur, quando quis vellet remouere à ſe per modum non permiſſum, putà renuntiando: non autem per modum licitum, veluti delegãdo. & ſic illa lex declaratur per alias. facit, quia faciliùs poteſt quis aliquid abdicare à ſe reuocabiliter, quàm in totum, l.fin.§. ſin autem ſub conditione. C.commun.de legat. facit, quod not.gl. B in §.fin.Inſtit.de iur.perſon. Et hanc ſolutionem ad aliud propoſitum dat Bart.in d.l.j.§.j.ff. quis, & à quo. Item facit, quia ꝓconſul nõ poteſt abdicare à ſe imperium: & tamen poteſt conſtituere delegatum ad vniuerſitatem cauſarum: not. Bar. in d.l.legatus. Poteſt etiam ad illam legem reſponderi aliter: ſcilicet quòd loquitur de imperio mero, vel mixto, quod tamen non poteſt renuntiari: non autem de iuriſdictione.

Sextò facit in contrarium text.in l. more.j̄.tit. C ij.vbi delegatus habet iuriſdictionem alieno beneficio: ergo non propriam. Sed reſponde, quòd ſtat ſimul, quòd habeat alieno beneficio, & tamẽ erit ꝓpria: veluti princeps habet iuriſdictionem à populo Rom. propter legem regiam, l. j. ff. de conſt. princ. & tamen habet propriam. Item proconſulis legatus habet iuriſdictionem beneficio proconſulis, l.legati.s̄. de offic. proconſul. & tamen dicitur propria.

riori caſu, ratione correlationis: de qua in rub.
ff.de acqui.poſ.per Aret. & eſt tex.in l.iij.§.nā &
è contrario.ff.ad l.Falc.cū ſimilib.ſ̃.not.in j.not.
Item quia hæredes obligantur ex contractu de-
functi,l.ſi quis domū.§.j.ff.loc.§.interdū. Inſtit.
de hæred. quæ ab inteſt. defer. Non obſtat fun-
damentum contrariū:quia miror de eorū facili-
litate:nā illa regula, Quòd debitor ſpeciei, per-
empta ſpecie liberatur, eſt vera, quando ſpecies
ipſa perimitur: non autem loquitur, quādo non
ſpecies ipſa, ſed ipſe debitor moritur: nam eius
hęredes tenentur, l.ſi ſeruum.§.nunc videamus.
ff. de verb.oblig. Quare puto,q, poſsit ſcholaris
expelli, ſed teneatur mulier ſoluere intereſſe.nā
cùm hæc ſit obligatio facti, ſuccedit intereſſe. l.
ſi quis ab alio. §. j.ff.de re iudic.not.in l.ſtipula-
tiones non diuiduntur. ff.de verb.oblig. ¶ Ter-
tiò infertur ad quæſtionem,quam ponūt hîc do.
Ioan.Put.& do. Franc. de Curte, ſenior: ſtat hîc
ſtatutum,quòd ille,qui pluri tempore audiuerit
aliquem doctorē, in doctoratu adipiſcendo te-
neatur eum ſumere pro promotore, & dare illi
ſalarium promotionis: modò quidam ſcholaris
volebat doctorari, mortuus eſt promotor, eius
hæredes petebāt ſalarium,putà quatuor aureos:
quęritur,quid iuris?Do.Ioan.Put.tenebat,quòd
deberet præſtari: quia iſtud ſalarium debet̃ ra-
tione ſcientiæ & laboris: vnde† debet tranſmit- 28
ti,ſecundum doctrinam Bart.in l.j.§.diuus.in ij.
membro, ff. de var. & extraor.cogni.Do.Franc.
Curt. tenebat contrariū: quia non debent ſcho-
lares grauari duplici onere: arg. l. matriculā. C.
de agent. in reb.lib.xij. Poſſet reſpōderi ad fun-
damenta vtriuſque:tamen ego teneo ſecundam

opinionem quæ eſt fauorabilior ſcholaribus.
Moueor per duo fundamenta: primò, quia iſtud
præmium non eſt debitum doctoribus, ſeu pro-
motorib. niſi eo tempore, quo ſcholaris docto-
ratur. Vnde ſi ſcholaris nõ facit ſe doctorari ibi,
putà quòd vadat Placentiam, non eſt debitum.
Cùm igitur nunquam fuerit debitum, nec incœ-
ptum deberi, non video rationẽ, cur debeãt hæ-
redes illud petere. Nam doctrina Bart. loquitur
in ſalario, ꝙ ſemel incœpit deberi, quod non eſt
in noſtro caſu. Secundò moueor: nam ſtatutũ lo-
quitur in promotore: ergo debet intelligi in eo,
non in hęrede, qui fictè repręſentat perſonã pro-
motoris, in authent. de iureiur. à mor. præſt. in
princ. Non ſtatuta debent intelligi propriè, & in
caſu vero, non in ficto, vt per Alex. Aretin. Iaſ. &
alios, in l. transigere. C. de tranſact. cum concor.
III. ibi per eos traditis. ¶ Tertiò not. ſecundum iij.
29 limit. ex verſic. pręſtitum. quòd † ſalarium à prin-
cipio debetur pręſidibus. Pro qua opin. facit tex.
in l. properandum. & in §. illo procul. verſic. ho-
norarijs. C. de iudic. & tex. in l. fin. C. de condic.
ob cauſ. & tex. in l. qui operas. §. j. ff. loc. & tex. in
§. proinde. in l. j. ff. de var. & extraor. cog. & in §.
diuus. eo. tit. Ego teneo, ꝙ debeatur à principio,
ſed in fine debeat ſolui. Moueor primò per text.
qui ſolet in contrarium allegari, in l. inſulam. §.
fin. ff. loc. vbi pecunia debetur à principio, quia
promiſſa erat in conuentione ad refectionẽ for-
nacis: ergo niſi promiſſa eſſet ad talem refectũ,
& ſic vt ex ea reficeretur fornax, deberet dari in
fine. Secundò moueor per tex. in l. qui duos. C.
30 de aduoc. diuerſ. iudic. vbi dicitur, quòd † pa-
tronus fiſci tranſmittit ſalariũ ſuum ad hęredes,
quod erat debitum, ex quo illud officium agere
cœperat. Si ergo trãſmittit, & erat debitũ, ſequi-
tur, quòd ipſe nondũ illud acceperat. Nec vide-
tur bona reſponſio Bart. quã tradit in d. §. diuus.
31 ſcilicet quòd illa l. loquatur, quãdo † ſalarium eſt
conſtitutum annuum, quòd tunc debeatur in fi-
ne cuiuslibet anni: primò, quia ille tex. nõ dicit,
quod deberetur annuum: vnde eſt diuinare ad
illam l. Item non videtur, quòd poſsit aſsignari
bona ratio diuerſitatis, quando eſt debitum an-
nuum, cur debeatur in fine, & debitũ quòd eſt v-
num tantùm, debeatur in principio. Tertiò mo-
ueor per text. in l. j. C. de primipil. lib. xij. vbi †
32 primipilo debet ſolui poſt adminiſtrationẽ, non
à principio: & dicere quòd ibi eſſet debitũ an-
nuum, eſt (vt dixi) diuinare. Quartò facit tex. in
l. vnica, C. de ſuffrag. vbi debent litigantes pro-
miſſa ſoluere, cùm conſequenti fuerit ea, quę o-
ptauerint ab aduocatis: & ſic requiritur, ꝙ priùs
conſequuti ſint optata, non autem requiritur ſo-
lutio à principio. Et quamuis Alex. hîc conetur
inducere illum tex. in oppoſitum: quia ſecundũ
eum, nõ poteſt illa lex intelligi, quòd debeat ex-
pectari finis, & ſic, quòd litigans conſequatur o-
ptata: quia ſequeretur, quòd victus, qui nõ con-
ſequutus eſt optata, non teneretur ſoluere aduo
catum. Nam reſpondeo, quòd illud optatum, de
quo intelligit tex. eſt, vt aduocatus præſtet auxi-
lium: vnde vbi pręſtiterit, ſiue vincat, ſiue non,
ſatis dicitur reus conſequutus optata, quo ad i-
pſum aduocatum: & ille tex. probat ineuitabili-
ter: nam per ſolam promiſsionem reus non dici
tur cõſequutus optata: imò requiritur præſtatio
ipſius ſuffragij. Vnde cùm text. dicat eum conſe-
quutũ optata, debemus intelligere de eo, quod
principaliter optauit, & ſic de ipſo ſuffragio; nã

parum eſſet promittere, niſi etiam re ipſa præſta
retur. promitto enim non ſtat per attẽdere, l. Sti-
ch' ſi hæredi. ff. de ſtat. l. Sed de hoc vltimo fun-
damento ĩ. dicturi ſumus. Quintò facit tex. in l.
ſi merces. §. vis maior. ff. loc. & text. in c. propter
ſterilitatẽ. extrà, de loc. inducendo, vt ibi per do.
Abb. in ij. not. Sextò adduco nouiter text. in l.
Titio. in princip. ff. ad municip. nam ibi Titius,
qui principis iuſſu patriæ præſtaturus erat libel-
A lũ, priùs adimpleuit iuſſum, deinde illi miſſum
fuit viaticum: & ſic ibi eſt caſus, quòd quis prin-
ceps debet fungi munere publico, deinde illi ſol
ui ſalarium in fine. Septimò adduco text. in l.
quiſquis. C. de poſtul. vbi non ſolũ aduocato nõ
debet ſolui ſalarium antè, ſed nec in medio litis:
imò requiritur finis: facit l. archiatri. & quod ibi
not. Bar. C. de profeſſ. & med. lib. x. Nec obſtat
huic fundamẽto l. properandum. §. illo procul.
C. de iudic. quia ĩ. reſpondebo. Octauò adduco
B tex. in l. fi. C. de dom. & protect. vbi † domeſtici, 33
& protectores tranſmittunt petitionem ſalario-
rum ad hæredes, etiam vltra annũ. Si ergo tranſ-
mittunt, ſequitur quòd illis in principio nondũ
præſtitum erat. idem meliùs probat text. in l. ſi
quis in ſacris. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. xij. Et hãc
partem tenendo, punctus eſt reſpondere realiter
ad allegata in contrarium. Et primò non obſtat
text. in d. verſ. in honorariis. in l. properandum.
C. de iudic. quia videtur potius, quòd ille text.
C probet cõtratrium. nam dicitur ibi, quòd iudex
antequam trãſeat inſtantia iudicij, debet ex ſuo
officio cogere litigatores, vt dent debita pręmia
aduocatis, deinde debet iudicare: & ſic patet, ꝙ
ille tex. loquitur, quando aduocati iam pręſtite-
runt operam ſuam, & iam tranſiturum eſt trien-
nium: & ſic ſunt iam in fine litis, in quo debet iu
dex iudicare: quo caſu dicitur lis finita, nec opus
eſt amplius aduocato in illa cauſa. vnde ille tex.
probat totũ contrarium opin. Bar. Non obſtat &
D ſecundò text. in l. fin. C. de condict. ob cauſ. quia
ibi dicitur, quòd pecunia repetitur, & ſic iam à
principio data eſt: quia fateor à principio datã,
ſed ſponte: cliens enim non tenebatur eam dare
à principio. Et quòd pecunia ibi ſponte data ſit,
tenet ibi gl. j. nam aliàs non faceret ad titulum.
Tertiò non obſtat text. in l. qui operas. §. j. ff. loc.
vbi aduocati non tenentur reddere ſalaria, ſi per
eos non ſtet. Verbum igitur Reddere, præſuppo
nit, ꝙ iam acceperint, l. ſancimus. C. de fideiuſ.
E Sed reſpond. ꝙ ille text. nil diſponit, quòd ſala-
rium debeatur aduocatis antè, vel priùs: ſed be-
ne diſponit, quòd ſi acciderit, quòd receperint
ab initio, ſi ꝑ eos poſtea nõ ſtet, nõ tenentur red-
dere. Atqui illa lex poteſt induci ꝓ noſtra opin.
nam clarum eſt, ꝙ in locatione rerum, ſeu ope-
rarum, merces debetur in fine anni, l. ij. & iij. C.
loc. not. in c. propter ſterilitatẽ. extrà, eod. Cùm
igitur illa lex dixerit de huiuſmodi locatiõe, cu-
ius merces debetur, in fi. ſubdit, aduocati quoq;,
F &c. demonſtrans idem eſſe in aduocatis. nam di
ctio Quoque, denotat ſimilitudinem cum ſupe-
rioribus, l. ij. §. fi. ff. pro hærede. Ad quartum fun-
damentum de §. proinde, in l. j. ff. de var. & extra-
ord. cognit. reſpond. primò, quòd † ibi non debe- 34
tur in initio ſalarium, ſed in ingreſſu ſacramenti:
quod ſacramentũ pręſtatur poſt litem conteſta-
tam, & narrationem propoſitam, & condictio-
nem obiectam, vt probatur in l. rem non nouam.
§. patroni autem. C. de iudic. & ſic non videtur
in principio, ſed poſt aliquid iam factum. Vel
ſecun-



ſecundò dic, quòd quamuis bonum fuerit illis à
principio dare ſalarium, tamẽ nõ cogitur cliẽs.
Vel tertiò reſpond. ſecundũ diſtinctionẽ, quam
ĩ. dabo. Quintò non obſt. d. §. diuus. &c. quia re-
ſpon. vt dixi in tertio, & in ſecundo fundamento
Bar. Bart. tamen circa iſtam difficultatem ali-
ter loquitur in d. §. diuus. quem ſequitur Alex.
hîc cum concord. hîc per eũ & Moder. relatis: &
diſtinguit, quandoq; datur pecunia pro ſumpti-
bus, magis quàm pro mercede laboris, veluti in
pecunia quæ datur legatis: & illa debet ſolui à
principio, vt l. legatus antequã. §. j. ff. de legatio.
l. ſi verò non remunerãdi. §. fi. ff. mand. l. ij. C. de
legatio lib. x. Et circa hanc partem ego teneo cũ
Bar. quamuis obſtet tex. in d. l. Titio. ff. in muni-
cip. niſi reſpõdeas, quòd debet dari à principio,
ſi petatur: ſecus, ſi non petatur: & ita procedit d.
l. Titio. & hæc diſtinctio videtur probari ex d. §.
fi. In contrariũ etiam facit l. inſulã. §. fi. inducen-
do, vt ſ. dixi in iij. fundamento. Obſtat etiã tex.
in l. honor. in §. facultates. ff. de mu. & hon. Vide-
tur tamẽ poſſe etiã aliter reſponderi dando no-
uum intellectum ad d. l. Titio. nam intelligit ibi
glo. & Doct. quòd quæratur, quis debeat habere
viaticum, & ſic mercedẽ pro labore quẽ haberet
in porrigendo principi decretũ. Sed hic intelle-
ctus non placet: quia non videtur, quòd debeat
dari ſalariũ pro tãtulo labore. nam quis labor eſt
in porrigendo principi decreto? Vnde videtur
intelligenda, vt loquatur de viatico, id eſt de ex-
penſis quę fiebant à Titio pro ſtudio. nã id viati-
cum ſignificat, l. cùm filius. ff. ſi cer. pet. l. ſi lon-
gius ff. de iudic. & ſic. quòd reſpub. decreuerat
eo decreto, vt daretur Titio Romę ſtudenti. &
quòd relatiuũ Eo, ꝙ eſt ibi, quęro quis viaticũ ab
eo. referat perſonã principis: nã cum myſterio
ibi facta eſt mentio ſtudiorũ. Et teneo hũc intel-
lectum, qui videtur verior: ille tex. obſtat. Quã-
doque datur ꝓ mercede: & tunc dicit Bar. quòd
eſt aduertendũ, ꝙ veriſimile, putà ſi eſſet aliquis,
qui nõ poſſet operas promiſſas exhibere, niſi pe
cunia ſibi ſolueretur, l. opus, quod auerſione. ff.
loc. Eſt verum, ꝙ illa l. parũ facit: quia loquitur
in caſu claro. meliùs facit c. inſpicimus. de reg.
iur. lib. vj. Sed ad illud etiam poteſt reſponderi,
quòd illa veriſimilitudo non attenditur in odiũ
locatoris, ex quo lex potuit apertiùs dicere, &
non dixit, ſecundum l. veteribus. ff. de pact. & l.
quicquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. opin. ta-
men Bar. videtur æquior: & ideo tenenda. Quã-
doque veriſimilitudo non apparet: & tunc aut
debentur ex contractu, & tunc dies cedit in ini-
tio, ſed in fine debet ſolui, l. ædem. & ibi not. C.
loc. aut ex expoſitione legis, & tunc ſi eſt vnum
ſalarium, debetur in initio, vt in d. §. diuus. Idem
ſi ex contractu hominis ſuccedente in locum di-
ſpoſitionis legis, argum. l. fori. & quod ibi not.
C. de aduoc. diuer. iudic. Sed in hoc ego tenui
contrariũ per ſ. dicta fundamẽta. Sed quia videt
non omnino bene reſponſum ad d. §. proinde. in
d. l. j. ideo conſiderandũ eſt circa ſalaria aduoca-
torum aliter, quàm veteres cogitauerint. nã quę-
dam iura dicũt, quòd aduocatus nõ poteſt con-
uenire cum cliente de ſalario pendente lite, nec
antè, vt in l. quiſquis. C. de poſtul. Quædam di-
cunt totũ contrariũ. & ꝙ nunc ex pacto nudo fa-
cit inter aduocatũ & clientẽ, debetur efficaciter
ſalarium, vt in l. vnica, C de ſuffr. not. l. ſalarium.
ff. man. Quædã dicunt, quòd aduocatus nõ po-
teſt petere ſalariũ à cliente, vt in d. l. j. §. proinde.

L. 4. Diem functo.

vbi eſt ratio generalis. Quædã dicunt totũ con-
trarium, & quòd poſſunt cogere mediãte officio
iudicis, vt in l. properandum. §. illo procul. C. de
iudic. Quędam loquuntur ſolùm de retentione,
vt in d. l. fin. C. de condict. ob cauſ. & in d. l. qui
operas. §. j. ff. loc. & in d. §. diuus. Quare ego puto
ſic dicendũ, ꝙ † aut loquimur in profeſſorib. iu- 35
ris ciuilis, id eſt his, q publicè legunt, qui propriè
vocantur profeſſores, vt patet ex titul. C. de pro-
A feſ. & med. lib. x. & hi non poſſunt à fiſco petere
ſalarium, d. §. proinde. nam cùm ipſi doceant ius
ciuile, non eſt æquum, quòd petant pecuniam à
fiſco, tanquam videantur fateri, quòd tantũ va-
leat pecunia, quantũ opera: aut loquimur in ad-
uocatis, qui ſoluuntur à priuatis: & ſic in his, qui
conducti defendunt clientes, & hi ad petendum
nullam actionẽ habent, ſed ſolum iudicis officiũ
vt d. §. illo procul. quod pro æquitate iudex im-
pertitur: vt † tamen ſalarium non excedat ſum- 36
B mam centũ aureorũ, d. l. j. §. licita. & ibi Bar. aliàs
eſt §. diuus. el j. not. per Bar. in l. ſi pater. §. fi. ff. de
donat. & Moder. in §. tripli. Inſt. de act. nã aliàs
ipſi aduocati non poſſunt facere aliquas pactio-
nes cum reo ante litem, nec lite pendente, vt d. l.
quamuis poſt cauſam ſic, dum modò talis con-
uentio ſalarij nõ excedat ſummã c. aureorũ, d. l.
j. §. litis cauſa. ff. de var. & extraor. cog. Oblatum
verò ſponte poſſunt recipere, l. archiatri. C. de
prof. & med. & ibi not. Bart. Et tale oblatũ ſi per
C eos nõ ſtet, nõ tenẽtur reſtituere, d. §. diuus, el ij.
& d. l. qui operas. §. fi. ff. loc. Et ex his patet reſpõ-
ſio ad omnia iura quę videbãtur contraria, præ-
ter ad l. vnicã, C. de ſuffrag. ad quã potes reſpon-
dere, quòd loquitur de ſalario, quod clientẽ con
uenit dare ante litẽ incœptã: quo caſu putat glo.
quòd licita ſit conuentio, in l. quiſquis. C. de po-
ſtul. Ego puto cõtrariũ per tex. in d. §. litis cauſa.
qui excludit niſi caſum, quando conuẽtio fieret
poſt litẽ perfectã. Item quia militat ratio prohi-
D bitiua, quæ traditur in d. l. archiatri. tam in pacto
quo fit antè, quàm in eo quod fit in medio. Vnde
aliter reſpondeo ad d. l. j. & dico, ꝙ Doctor. in
intellectu illius l. multùm deuiarũt à veritate. nã
ille titulus non loquitur in ſalario aduocati. nã
nuſquam reperitur, ꝙ ſuffragium ſignificet ſala-
rium aduocati: quia ſciendum eſt, quòd Romæ
olim, & hodie in locis in quib. dignitates con-
feruntur de publico, per populũ qui diuiſus eſt
in trib. candidati, hoc eſt illi qui petebãt digni-
E tates, conueniebãt cum aliqua tribu, & promit-
tebant illi, putà centum, ſi ſuam vocẽ ſibi dediſ-
ſent in electione magiſtratus. Iſtæ igitur voces
dicebantur ſuffragia. hodie iſtud dicimus bazo-
tare. & hoc modo etiam ſcholares creãt ſuos re-
ctores. Erant igitur aliqui, qui vt haberẽt hono-
rem, ambibant hæc ſuffragia. Habet igitur locũ
ille titulus in omnibus ſuffragijs. Et ſuffragium
hoc modo capitur in l. de quib. in fi. ff. de legibus
in l. ſi quę ſunt cautiões. ff. fam. erc. in l. illud. ff. ꝙ
F cuiuſc. vniuer. in l. vniuer. C. de legatio. lib. x. in
authent. quo. opor. epiſc. §. & hanc non pecunijs
emere. in verſicul. illud quoque. not. in c. perpe-
tuæ. de elect. lib. vj. Eſt verum, quòd abuſiuè ali-
quando capitur pro auxilio: vnde dicimus Suf-
fragor, vt in auth. vt iud. ſi. quoque ſuff. in princ.
& in l. ij. C. vt lit. pen. Diſponit ergo ille titulus
vt quilibet teneatur ſoluere ſecundum formam
illius l. vnicę, his qui ſua ſuffragia illi dederũt. Et
ſi opponeretur de toto titulo ff. & C. ad leg. Iul.
de amb. reſpond. quòd ille titulus habet locum,

quando qs clàm ambit honores, & ꝓmittit pro
ſuffragio: nos verò loquimur, quando palàm hoc
fit: quo caſu iſtud eſt de iure ꝓmiſſum, vt eſt tex.
in. d. l. vniuerſi. & in l. j. §. j. ff. de pollic. & l. ſi quis
ob honorem. eo. tit. & hoc tenet gl. in l. vnica, ff.
ad l. Iul. ambit. quam ipſe ſequitur Bart. & Alex.
in apoſt. not. in l. Barbarius. ſ. de off. prætor. Et
quòd ſuffragium non ſignificet patrocinium ad-
uocati, pódero tex. authen. vt iud. ſine quoquo.
in §. ſic igitur à nobis. ibi, neq; occaſione ſuffra-
gij, neque patrocinij. nam illa dictio Neque, po-
nitur inter diuerſa, l. manifeſtę. ff. de iureiur. Dif-
fert igitur ille tit. à titulo de pollicitationibus:
quoniam ille habet locũ, quando promiſsio nó
fit principi, vel reip. itẽ ſiue fiat nudo pacto, ſiue
non: quod nó eſt in titulo de pollicit. Vel dic, ſuf
fragium eſſe auxilium, & impetratur, quo aliqs
amicus principis ab eo impetrat gratiá. Suet. in
Veſp. quędam è charis miniſtris diſpenſatur cui-
dam quaſi fratri. petẽtem cùm diſtuliſſet, ipſum
candidatum ad ſe vocauit, exactaq; pecunia quá
tum is cũ ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine mora
ordinauit. Redeundo igitur ad propoſitum, di-
37 co, ꝗ † quando aliquid debetur ex diſpoſitione
legis, ſiue ſit vnum ſalariũ, ſiue ſit annuum, debe
tur in fine anni, per ſ. dicta fundamenta. Item
quia non debet eſſe deterioris conditionis reſp.
quam priuatus, §. filiusfam. Inſtit. quib. mod. ius
pat. pot. ſol. nam hoc modo reſp. ſolueret plus,
ſaltem tempore, §. plus aũt. Inſtit. de act. Ad d. §.
proinde. reſpondetur, ſpecialiter eſſe in profeſſo
re iuris ciuilis. ratio ſpecialitatis eſt quam aſsi-
gnat ibi text. quia non competit illi actio ad pe-
tendũ: ideo lex voluit illi dari à principio, ne vi-
deretur ciuilẽ ſapientiá ꝑtio nũmario æſtimare:
in alijs ergo in quibus competit petitio, & ceſſat
prædicta ratio, videtur, quòd in contrariũ ſit ius
commune, l. ius ſingulare. ff. de legib. quod per-
petuò not. Et in iudice, vtrùm debeat ſolui ſala-
rium ante ſententiam latam, vel poſt, vide Hipp.
IV. in ſing. cxc. ¶ Quartò not. ſecundum tertium in-
38 tellectum gl. in §. diuerſum. † quòd ſi pręſes pro-
pter ſuam culpam eſt remotus, debent aſſeſſores
indiſtinctè habere ſalarium, etiamſi alij, locẽt o-
39 peras ſuas. Et ex hoc infert Paul. de Caſt† quòd ſi
ego locaui tibi fundum ad quinquennium, po-
ſtea quia nó colis, aufero fundũ, teneris mihi ad
integram mercedem, licet ipſum alteri ęquè be-
ne locauerim: allegatur l. ſi in lege. §. ſi domus. j.
loc. facit l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſ. Alex.
hîc tenet contrarium. quam opin. ſequitur Bart.
in d. §. ſi domus. & ibi etiá Raph. Ful. Rep. hîc in
xxiij. quæſt. aliter diſtinguunt. Ego ſequor opin.
Bart. & communem, ſed non per fundamenta
Alex. nam Alex. tenet opin. Bart. per rationem
huius l. nam ideo quando aſſeſſor locauit ope-
ras alteri, non poteſt petere ſalarium reſidui tẽ-
poris: quia lex non fingit ſuper impoſsibili: quę
ratio militat etiam in noſtro caſu. nam dic, quòd
imò illa nó eſt ratio illius, ſed potius ratio inter-
eſſe, vt ſ. latius dixi in d. iij. intellectu, & in j.
not. Cùm igitur ſit ratio intereſſe, quæ haberet
locum etiá in hoc caſu, ideo teneo cum Alex. pro
quo vltra eũ facit & ſecũdò text. in l. planè. ff. de
pet. hæred. vbi probatur, quòd licet aliquis ſit in
mala fide, veluti eſt pręd o, tamen non tenetur in
plus, quàm ſi fuiſſet in bona fide, ſi propter pœ-
nam ſolutá aduerſarius lucraretur cũ aliena ia-
ctura, & ille tex. probat optimè, maximè cùm ra-
tio ſit generalis. Tertiò pro Bar. multùm ſtringit

text. in l. dominus. §. fi. ff. loca. vbi ſi quis deſerit
fundum ſine aliqua cauſa, non tenetur domino
niſi ad intereſſe. Quartò facit, & iſtud eſt funda-
mentum Fulg. quia licet propter morá condu-
ctoris non debeat locator ſentire damnũ, tamẽ
non videtur, ꝗ debeat ſentire lucrũ, l. iij. §. nunc
de officio. ff. de eo, ꝗ cert. loc. Do. Alex. conatur
probare, quòd ille tex. nil faciat ad propoſitum.
ſed malè: nam ille text. probat conſiderandũ e-
A tiam intereſſe tam intrinſecum, quàm extrinſe-
cum: & quòd conſiſtit tam in damno, quàm in
lucro. & hoc idem eſt in noſtro caſu. Tenendo i-
gitur communem, reſpon. ad allegata in contra
rium, & primùm ad iſtũ tex. quòd iſte tertius in-
tellectus non eſt verus, vt ſ. dixi, & communiter
non tenetur. Ad d. §. ſi domus. reſpond. ꝗ quam-
uis generaliter loquatur, non eſt nouũ, quòd de-
beat reſtringi ſecundum alia iura, arg. l. fin. C. de
eden. & ſic debet intelligi, vt ibi per Bar. Vel ſe-
B cundò reſpond. quòd tex. dicit, quòd ſtatim po-
teſt agi, nec dicit, ad quid. Quare intelligendum
eſt, vt poſsit agi ad intereſſe: qđ regulariter ſuc-
cedit in actione locati, l. ſed addes. §. j. ff. locat. Et
quòd ille tex. loquatur in intereſſe, expreſsè fir-
mat gl. in d. l. dominus. in §. fi. in gl. fin. dum alle-
gat iungendo illum tex. in verbo, eius quod in-
tereſt. indemnitas ſeruetur. Ad d. l. ſtipulatus es
opus. reſpondetur, ꝗ nil facit in propoſito. & ſic
ego puto, quòd opin. Bar. ſit magis vera. Sed quę
C ro hîc propriùs ad materiam noſtrę legis, quid ſi
iſte præſes propter infirmitatem remotus eſſet,
& poſitus fuiſſet ad officium leuius, an debeat
habere ſalarium quaſi primum officium comple
uiſſet? videtur, quòd ſic, per tex. in l. ex agentib.
C. de agẽt. in reb. lib. xij. quem ad hoc not. Lud.
Ro. in ſingulari lxv. an ſtante ſtatuto. & infert ad
quæſtionem, vt ibi per eum.

¶ In gl. ij. quæ incipit, *comitibus*. videt gl. intelli
gere verbũ Comites, l. aſſeſſores, vt iſta lex faciat
D ad titulũ. Et ſic pondera hîc, ꝗ ll. debent facere
ad ſuam rubr. Solet ad hoc allegari text. in l. im-
peratores. ff. de in diem adiect. qui tamen parum
probat: meliùs facit text. in §. nos ad apicem. in
proœmio lib. vj. cum ſimilib. not. in rub. Inſt. de
actio. vbi Iaſ. Videtur etiam iſta gl. innuere, quòd
idem iuris hîc ſit in alijs baruarijs: † & ſic ſi moria 40
tur præſes, debent tamen alij officiales & barua
rij habere ſalarium, quia per eos non ſtat. & hác
partem tenet Ang. & Decius, & alij Moder. hæc
E etiam eſt verior opin. D. Mart. Laud. tenet con-
trarium, cùm eis debeatur pro nuda opera perſo
nali. Vnde ſalarium non debetur, niſi pro tempo
re, quo ſeruiuerunt, l. j. C. de re milit. lib. xij. Tu
tene communem. nam aliquando caſus impedi-
tiuus contingit in perſoná conducentis operas:
& tunc ſalarium deberetur locatoribus operarũ
indiſtinctè, & ita procedit noſtra opin. Aut con-
tingit in perſonam locatoris, & tunc procedit
tex. in d. l. j. C. de re milit. lib. xij. & eſt de men-
F te Bart. in d. §. diuus. ff. de var. & extraordin. co-
gnit. Et an iſta lex habeat locũ in quocunq; po-
teſtate, & an habeat locum in aſſeſſoribus igna-
ris, qui dicũtur ſecretarij Iuſtiniani, vide hîc per
Repet. in xlv. & xlvj. quæſtio. ¶ In gloſſ. *lega-
tis*. Iſta gloſſ. fuit expedita ſ. dum retuli varios
intellectus huius legis. Poſſet hîc quæri, quid
iuris ſit, ſi aſſeſſori nó eſſet conſtitutum aliquod
ſalarium, nec aliquod tempus, & præſes mo-
riatur. vide Moder. repe. hic in xxx. q. † qui tenẽt 41
ſalariũ cóſtitui arbitrio, ſ. iudicátis, declarando,
vt per



vt per Bart. in l. j. §. in honorarijs. ff. de var. & ex-
traor. cog. In contrariũ tamen facit, quia officia-
lis electus ad beneplacitũ, dicitur etiam perpe-
tuus, vt l. iuriſperitos. in princip. ff. de excuſ. tut.
facit l. ij. §. j. ff. ſi ager vect. Circa tempus ego cre-
do, ꝗ debeatur ſalarium pro anno, argu. eorum,
quę ponit Bar. in dict. l. j. §. diuus. verſic. ſed quid
dices. Si verò eſſet aſſeſſor in patria ſua, tũc cre-
dendum eſt eſſe conductũ per id tempus, per ꝗ
potuit aſsidere, ſcilicet per iiij. menſes, l. in con-
ſiliarijs. j. eod. arg. l. fin. C. de dot. promiſ. ¶ In
gloſ. *præſtitum*. Videt velle iſta glo. in princ. quòd
ſalarium debeat dari aſſeſſoribus de publico, &
ſic à fiſco. Pro qua opin. facit text. in l. fi. j. eod. &
text. in §. feſtinabis. in authent. de mand. princ.
Communiter concluditur, ꝗ ſalarium debeatur
42 à fiſco præſidibus, & poſtea à præſide ipſis aſſeſ-
ſorib. Ad d. iura reſpondetur, ꝗ ſatis dicitur ſa-
larium dari de publico, quádo datur à fiſco præ-
ſidi, vt poſtea ipſis detur. Et hoc eſt verum de iu-
re ciuili: de iure canonico verò ſalarium conſti-
tuitur aſſeſſori à partibus, c. ſtatutum. §. aſſeſſo-
rem. de reſcript. lib. vj. c. cũ ab. de vita & honeſt.
cler. intelligendo, vt ibi not. Dicit tamen Alber.
de Roſ. hîc, quòd quando ordinarius habet ſala-
rium de publico, poteſt illud accipere à partib.
Vnde inferunt Mod. in rub. ſ. eod. quòd eodem
modo poterit aſſeſſor ſumere ſalariũ à partibus,
ſi ordinarius nullũ ei det. Iſtud ego non puto ve-
rũ: quia poterit aſſeſſor dicere ordinario, ꝗ non
vult eſſe aſſeſſor, niſi det ſibi ſalariũ de publico,
d. §. feſtinabis. maximè cùm debeatur ſibi à prin-
cipio, ſecundum magis communem opin. ¶ In
ea. *ſed illius ſic*, &c. Tractatur hîc magna quæſtio,
An mortuo præſide ante finem officij, debeatur
hæredibus ſuis integrum ſalarium? do. Alex. hîc
poſt Bart. tenet partem affirmatiuam: & eius o-
pin. eſt communis. Ego teneo negatiuam: & ſic,
quòd hæredes non poſsint petere ſalarium reſi-
dui temporis. quam opin. tenuit do. Bertrand.
de monte Fauẽtino, Iacob. Butr. Ricar. de Salyc.
Fulg. qui refert idem tenuiſſe Petr. & Cyn. quos
refert & ſequitur Bal. in c. j. quis dic. dux. in vſib.
feud. Decius hîc nó ſe firmat. Repeten. in quęſt.
x. tenet communem, quorũ verba refert penè ad
verbum Alexan. Sed pro clariori indagine argu
emus ad partes. Et primò ꝓ communi facit iſte
tex. inducẽdo hoc modo: dicitur hîc, quòd mor-
tuo præſide ſalarium debetur aſſeſſoribus pro
reſiduo tempore, & debetur ab hęredibus, ſecun
dum tertiũ intellectum. Sed ſi diceremus, quòd
hæredes ipſi non deberent illud habere à fiſco,
reſultaret iniquitas, quòd hæredes tenerentur
ſoluere pro republica, id, quod ipſi non poſſent
exigere. & hoc modo iſte text. probat, quicquid
dicat Bart. hîc. Sed ad hoc reſpond. quòd imò
non reſultat iniquitas: quia hæredes ipſi nó de-
bent præſtare, ſed fiſcus, l. fin. j. eod. §. feſtinabis.
in authen. de mand. princip. nam iſte tex. nó di-
cit, à quo debeat præſtari dictum ſalarium. Item
cùm iſte text. habeat plures intellectus, non de-
bet ſuper eo fieri fundamentũ: Bar. in l. in ambi-
guo. ff. de reb. dub. Poteſt etiam iſte tex. induci
alio modo: nam debitor & creditor ſunt corre-
latiua: vnde diſpoſitum in vno, debet habere lo-
cum in alio, l. fi. C. de indict. vid. tollen. Cùm er-
go in creditore, & ſic in aſſeſſore, diſponatur, ꝗ
debeat habere ſalariũ reſidui temporis, videtur
idem dicendũ in debitore, & ſic in pręſide. Mo-
derni reſpond. quòd hîc eſt diuerſa ratio: quia

pręſes tenetur ad genus, aſſeſſor ad ſpeciem: vn- L. 4.
de ſuccedit regula Bart. in l. ſi vno. §. item cùm Diem fun
quidá. ff. loc. Sed tu reſpond. meliùs, quòd ſunt cto.
correlatiua, quo ad hoc, quòd vnus non poteſt
eſſe ſine alio: ſed quo ad tertiá perſonam, putà
quo ad fiſcum, non: quia ſtat ſimul, quòd fiſcus
non ſoluat pręſidi, & tamẽ pręſes tenebitur aſ-
ſeſſori. ná dato prędicto fundamento pro vero,
ſequeretur, quòd tantum ſalarij deberet dari aſ-
A ſeſſori, quantum præſidi. Quod quantũ abſurdũ
ſit, nemo ignorat. Quintò iſte text. poteſt retor-
queri ſecundum Fulg. quia ſi vera eſſet opinio
communis, ceſſaret principale dubium huius l.
quod eſt contra l. quod Labeo. ff. de Carb. edic.
Nam ſi verũ eſſet, quòd ſalarium deberetur hæ-
redibus, quanto magis deberetur etiam ſua por-
tio aſſeſſoribus? Ad hoc tamen poſſet reſponde-
ri, ꝗ imò erat dubium: quia faciliùs tranſmittet
præſes ſalariũ, ex quo illi debetur propter merá
B dignitatem, ſecundũ doctri. Bart. in d. §. diuus.
quàm quod debebatur aſſeſſorib. Secundò pro
communi adducit text. in d. l. j. in §. diuus. vbi ſa-
larium non poteſt repeti ab hæredibus aduoca-
ti, quia per eũ non ſteterat. Sed ad illum text.
reſpond. Raph. Fulg. ꝗ † faciliùs denegatur repe- 44
titio, quàm actio: quia in primo caſu tractatur de
abſolutione, in ſecundo de condẽnatione. vnde
ſuccedit regul. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Do.
Alex. conatur replicare, dicens, quòd hoc proce-
C dit, quando illum ſolutũ eſt aliquo iure debitũ,
veluti in debito naturaliter: ſecus, ſi debitum ſit
nullo iure, vt vult Fulg. Vnde videmus, ꝗ com-
petit condictio indebiti. Ad hác reſponſionẽ A-
lex. replicabant quidá Moder. defendẽtes Fulg.
ꝗ nó competit repetitio: quia eſt debitum ali-
quo iure, id eſt obligatione quadá naturali, quæ
competit ex æquitate: quia per eum nó ſtat: arg.
not. per Bart. in l. Iulianus verũ debitorem. ff. de
condic. indeb. Et hæc reſponſio ſatis poteſt ſu-
D ſtineri. Quidam tamẽ Moder. aliter inducũt il-
lum tex. ſcilicet ex ratione illius legis, quia per
eum nó ſtat. quæ militat tam in actione, quàm
in exceptione. Sed reſpond. negádo iſtud: quia
† bona volũtas non ſufficit pro facto, vt eſt text. 45
in l. j. circa fin. in verſic. non tamẽ. ff. ad Syllá. niſi
dixeris, quòd ille text. procedit, quando illa bo-
na voluntas potuit ad effectũ deduci: ſecus, quá-
do non potuit: facit l. cùm hæres. §. Stichus ſi
hæredi meo. ff. de ſtat. lib. Sed huic ſolutioni ob-
E ſtant not. per Felin. in tract. de indulgentia: vbi
concludit, ꝗ pauper & infamis, qui non poſſunt
aliquid dare pro indulgentia, licet habeant bo-
nam voluntatẽ, eam tamen non conſequuntur,
vt ibi per eum. Sed dum ſ. dixi, quod obligatio
quæ oritur, quia per eum non ſtat, eſt potens ad
exceptionẽ, nó ad actionem, ſi opponeretur de
l. ſi merces. §. fi. ff. loc. reſpond. quòd † quando ca- 46
ſus euenit in perſonam rei, tunc parit exceptio-
nem ſolùm: ſi verò caſus non eueniat in perſo-
F nam illius, tunc parit etiam actionem. ita proce-
dit d. §. fin. Ratio diuerſitatis eſt euidẽs: quia mi
nus debet nocere aſſeſſori caſus fortuitus, qui e-
uenit in perſonam alterius, quàm quádo euenit
in perſonam ſuá: quia caſus fortuitus, debet no-
cere ei, in cuius perſoná euenit, d. l. ſi vno. §. item
cùm quidam. ff. loc. Et ſi opponeretur de d. §.
item cùm quidam. vbi retentio non parit exce-
ptionem, recurre ad ſolutionem Bart. in d. §. di-
uus. aliud extrà in debito ex diſpoſitione legis,
&c. Tertiò pro communi opinione adduci-
tur text.

tur text.in l.poſt duos.C.de aduoc.diuerſ.iudic.
Sed ad illum text. Moder. reſpond.quòd loqui-
tur in officiali perpetuo, nos autẽ in temporali.
Sed iſta reſponſio non placet:quia aduocatus fi-
ſci plerũq; eſt tẽporalis, l.iubemus.C.de aduoc.
diuer. iudic.quia tu reſpõde, prout ĩ. dicã. Quar
tò pro communi facit l. matriculam.C. de agen.
in reb.& l.ſi quis in ſacris. in fin.C.de proxi.ſacr.
ſcrin.& l.final. C.de dom.& protect. & l.j. C.de
primip.& l. iubemus.C. de aduoc. diuer. iudic. A
Sed ad hæc iura reſpondebat Fulg. eſſe ibi caſus
ſpeciales. Verùm quia iſta ſolutio eſt refugium
miſerorum,vt dicit gloſ.in l.filium,quem haben
tem.C.fam.erciſ.ideo aliter puto dicendũ.Qua-
re altero de duobus modis reſpõdeo.Et pręmit-
47 to,ꝙ † officialibus debebantur omni anno quę-
dam præeminentiæ, ſeu quædam munera, quæ
vocantur aliquando annonæ ciuiles.Et iſtę prę-
eminentiæ dicebantur ſolatia:ita declarat text.
in l.vnica,C.de anno.& cap.adm.Reſpõdeo, illa B
ſolatia tranſmittebantur ad hæredes. & ita lo-
quuntur ſuprà dicta iura,& tex.in d.l.poſt duos.
in fin. Sed de ſalario illa iura nihil loquũtur: at-
qui contrarium eſt determinatum,non cauillan
do literam,in l.petitionem.§.quando autem. C.
de aduoc. diuer.iudic. qui text. videtur facere i-
ſtam diſtinctionẽ, dum in principio dicit, quòd
poſt mortem patroni fiſcalis hæredes eius nil cõ
modi exinde ſperare debent præter priuilegia:
quaſi dicat, non debent ſperare ſalariũ,ſed in il- C
la ſolaria, quæ ex priuilegio competunt. Vel ſe-
cundò potes dicere, diſtinguendo : quòd aut lo-
quimur in magiſtratibus,poſt quorum mortem
ſtatim ſucceſſor datur:&hi ſalarium reſidui tem-
poris non traſmittunt ad hęredes: aut loquimur
quibus ſucceſſor non datur,niſi poſt aliquod tẽ-
48 pus:&† hi tranſmittunt ſalariũ tanquam ſi vixiſ-
ſent vſq; ad illud tempus. ita formaliter videtur
diſtinguere text.in d.l.matriculã. & ibi gloſ.Ra-
tio eſt,quia non videtur ęquum,quòd reſp.dupli D
ci onere grauetur. Quintò obſtat text.in l. lega-
tus antequã.§.j.ff. de legatio. ſed reſpond. prout
ſ̃.reſpondetur ad.§.diuus.Sextò ad l.cùm hęres.
§.Stichus ſi hæredi.ff.de ſtat. lib.reſpon.quòd a-
liud eſt in morte,aliud in infirmitate.Vnde ſi ille
ſeruus fuiſſet mortuus ante diem , eueniente die
non diceretur liber : & ſic nõ fingeretur ſeruiuiſ-
ſe,l.fi.ff.de mã.teſt. C.de dedi.liber.tollen.l.vni-
ca:&ſic ille text.potius probat contrarium. Se-
ptimò,quia in materia honoris & dignitatis an- E
nus cœptus habetur pro cõpleto,l.ad rempubli-
cam.§.annus.ff.de mun.& hon. Tractat latè Fel.
in c.cum vigeſimũ.extrà, de offic. deleg. Sed re-
ſpond.ꝙ ille tex.potius probat noſtrã opin.quia
in his quę dãtur honoris cauſa, veluti in ſolatijs
iſtud eſt verũ: ſecus in ſalario ,vbi agitur de one-
re reipub.d. l. ad reipublicæ. in verſic. cæterùm.
Et ſic remanet defenſata optimè opi. Fulg.cõtrà
Bart. & Moder. pro qua opin. primò facit ratio:
quia ſalarium & tẽpus diuiſibilia ſunt, l.Seio. ff. F
de ann.leg.Item faciunt alia fundamenta addu-
cta hic per Bart.& alios. ¶ Punctus conſiſtit vi-
Doctrinæ Bart. membrum I dere,vtrum doctri. Bart. in d.§.diuus.ſit vera: di
ſtinguit ergo hic Bart. quatuor mẽbra. Primum
49 eſt, quando † quis eligitur ad aliquod officium
habens principaliter laborẽ:& hoc caſu non de-
bet habere ſalariũ,niſi pro rata temporis,in quo
ſeruiuit,l. j.C.de re milit.lib.xij. Sed illam legẽ
dicũt nil probare : quia illa l.non loquitur de hę
rede, ſed de ipſis militibus. Curt.tamẽ hic cona-
tur ſuſtinere Bar.& dicit,quòd probat à fortiori.
Nam ſi non debetur ſalariũ ipſis qui ſunt capti-
ui pro repub. tantò minùs hęredibus,qui nil fe-
cerunt.Ego teneo aliam opin.ꝙ imò nil probet.
Nam ratio cur lex captiuis nõ conſtituat ſalariũ,
eſt,ꝗa lex exiſtimat eos fuiſſe ignauos:quia de-
buerant potiùs perire in bello,quàm permitti i-
gnominioſè ſe capi.Iſtud probatur: nam nos vi-
demus,ꝙ filius captiuus patri nõ prodeſt ad ex-
A cuſationem munerũ. l. ij. C.de his.qui nume.li-
ber. lib.x.Et tamẽ ſi ſit mortuus in acie prodeſt,
l.fin.ff.de vac. muner.Non probat ergo ille text.
quia videmus,ꝙ plura priuilegia cõpetunt,quã-
do moritur ſaltẽ in acie,quàm quando ſit capti-
uus.Suſtinendo tamẽ Bart. potes dicere,ꝙ ideo
lex non tranſmittit ſalarium,quia datum eſt illi
pro mero labore. quæ ratio militat in vtroq; ca-
ſu.Ad illã tamen l. ĩ.dicemus vnam aliam ratio-
nem.Allegat etiam l.deſertorem.§.is qui.ff.de re
B milit.qui tex. videtur probare contrarium. ſicut
etiam text. in l.non omnes.§.qui ab hoſtibus.&
tex.in l.pen.eod.tit.niſi reſtringas eos tex.vt per
gl. in d. l. j.& in d. §.is,qui.Iſta tamen concluſio
Bart.eſt vera. Secundum membrum eſt quando II.
†aliquis eligitur ad officium,quod reſpicit labo- 50
rem & probitatem ſcientiæ , vel intellectus. &
hoc caſu ſi eſt vna pręſtatio faciẽda, totũ ſalariũ
debetur,& tranſmittitur ad hęredes,vt in d.§.di-
uus. & l. legatus. §.j.ff.de legatio.Sed iſtud ſ̃.re-
C probaui: quia iura allegata loquuntur in reten-
tione : & faciliùs conceditur exceptio , quàm a-
ctio,vt ſ̃. dixi. Item d. l.legatus.non facit in pro-
poſito: quia loquitur de ea pecunia, nõ quæ da-
ta eſt occaſione ſalarij,vt eſt in noſtra quęſtione,
ſed de ea, quæ data eſt pro ſumptibus & expen-
ſis magis,quàm pro mercede laboris.Et ita intel
ligit illum text. Bart.in d.§.diuus.in verſic.vlte-
rius quæro, quo tẽpore debeat ſolui ſalariũ,&c.
Si verò erat faciẽda pręſtatio annua, tunc debet
D habere pro eo anno,in quo incepit,tàntũ,l.poſt
duos C.de aduoc.diuer.iudic.Sed ad hunc text.
ſ̃.reſpondi,quòd loquitur in ſolatijs, nõ in ſala-
rio. Bar. tamẽ permanet in ſua opin.& aſsignat
rationem diuerſitatis inter hunc caſum & ſupe-
riorem: quia iſtud non eſt merè beneficium, ſed
eſt partim remuneratio beneficij , partim ꝑpter
laborẽ:& ideo non fit interpretatio , ſicut in be-
neficijs, qualis eſt in iiij.membro Bar.nec ſtrictè
procedirur,ſicut in cõtractibus,ſed fit media in-
terpretatio.lata tamẽ:quamuis iſta verba ſint co
E lorata,mihi non placẽt:quia nos videmus,quòd
lex magis fauet creditoribus ex cauſa oneroſa,
vt ſunt illi,qui ſunt relati in primo mẽbro,quàm
creditoribus ex cauſa lucratiua,vt eſt in hoc mẽ-
bro,& ſeq.iſtud probatur in §.ſi res aliena.Inſtit.
de lega. facit gl.in l.quãuis.ff.de dam.infec. vbi
dicit,ꝙ qui non laborat, non mãducat.Tertium III.
membrum eſt,quando† quis habet officiũ,quod. 51
reſpicit laborem, & aliud, quod reſpicit diſcre-
F tionem,vel ſcientiã,& eſt diuiſibile. Exemplum
in Coneſtabili,qui habet ſalarium tanquam mi-
les, & aliud tanquam Coneſtabilis. Et hoc caſu,
quantum pertinet quia miles , habebit niſi pro
rata temporis: quantũ quia Coneſtabilis, habe-
bit pro toto tẽpore,l.his ſcholaribus.C.de erog.
mil. ann.lib.xij. Sed ille tex.videtur probare to-
tum contrarium.nam ſcholari ibi debebatur in-
tuitu laborum,quia regebat numeros,vnus ſoli-
dus: item debebatur eodẽ intuitu laboris & di-
gnitatis,ſecundũ Bart,aliud ſalarium pro cabal-
latione.



latione.Dicit text.ꝙ vtrunq; tranſmittit:& ſic il-
le tex.ſecundum communem intellectum, eſt de
directò contrarius huic tertio membro, & etiam
primo. Ego tamen teneo,quòd nullum omnino
tranſmittitur. Et reſpond. ad illam l. quæ dicit,
quòd tranſmittitur
illud,quod iam de-
bitum illi erat, ſed
ꝙ tranſmittat ſala-
rium reſidui temporis: & ſic quod erat debendũ, A
IV. text. non dicit. Quartum membrum eſt,quãdo †
52 quis eligitur ad aliquod officium habens digni-
tatem principaliter, tunc ſalarium tranſmittitur
ad hæredes pro futuro tempore,nulla habita di-
ſtinctione,ſiue vnũ,ſiue annuum.allegat l.ſi quis
in ſacris. C. de proxi. ſac. ſcrin. & l.matriculam.
C. de agen.in reb.Sed ego in hoc mẽbro ſ̃.tenui
contrarium , & reſpondi ad iura contraria. alle-
gat etiã Bart.l. j. C. de primipil. lib. xij. Antiqui
53 tus, † & tempore Cæſaris & Rom. reipublicæ,
primipilatus erat magna dignitas. nam inter le- B
giones Populi Romani nobilior erat decima le-
gio,cuius centurio dicebatur primipilus,vt dicit
Rom.hiſt.grauiſs.auctor T.Liuius in fine vij.lib.
j.dec. ſed tempore Iuſtiniani mihi videtur, quòd
non eſſet aliquis honor: & ſic, ꝙ Bar. malè alle-
gauerit illum text.nam quòd non ſit honor,pro-
bo: Cohortalis, vel apparitor non poteſt habere
aliquam dignitatem,l.ſi cohortalis.C.de cohort.
& princip. lib. xij. & tamen poteſt eſſe primipi-
lus, l. quicunque. eodem titul. & ſicut tempore C
Romanorum dicebatur primipilus , quaſi pri-
mus & nobilior centurio,tempore Iuſtiniani ha-
bitus eſt vilior, dictus ꝙ primus eſſet qui tela
iacularet in hoſtes, & qui pro obice alijs ſe præ-
ſtaret.nam ꝙ primipilarius eſſet ille qui torque-
ret prima tela,tenet etiam do.Abb.in c.ex parte.
de conſuet. in fin. quicquid dicat gloſ.in rub. C.
de primipil. Ex his ergo patet Bart.in hoc mem-
bro etiam malè loqui.Tenendo tamen eius opi-
nionem, quod primipilus ſit dignitas, pondero D
text. in l. ſed & milites. §.fin.ff. de excuſ.tut. vbi
dicitur, ꝙ primipili, qui non adminiſtrant, non
funguntur priuilegijs primipilaribus : probat i-
gitur ille tex priuilegia dari propter exercitium,
non propter dignitatem. Item ille text. facit pro
opin. Bar in ſeq. q. quòd ſalarium non debeatur
præſidi antequã adminiſtrauerit : quamuis Bart.
tenuerit contrarium in d. §. diuus.

*De Iuriſdictione omnium iudicum.*

# De Iuriſdictione* omnium iudicum.

Rubrica. †

* In quibuſdam hæc verba Omnium iudicum, omiſſa ſunt.

† Lib.II.tit.j.

1 *An appellatione iuriſdictionis veniat etiam delegata.3, 5.*
2 *Delegati propriè dicuntur iudices.*
4 *Delegatus habet propriam & ſuam iuriſdictionem.*

1 TRACTANT hic Doctor.
vtrùm† ſtatutum loquens de
iuriſdictione, compræhẽdat
delegatam.Et primò,ꝙ com
præhendat, arguitur de rub.
huius tituli,quę loquitur per
verbum iuriſdictione, & ta-
mẽ in titulo loquitur etiam
de delegata,l.ij.l. more l. & quia. cum ſimilib. ĩ.
eod. Sed ad hoc reſpon , ꝙ iſtud eſt propter ver-
bum Omnium.quod eſt terminus vniuerſalis, & Rubrica.
facit comprehendere ea, quæ aliàs non comprę-
henderẽtur,l. Iulianus. in prin.ff.de leg. iij.facit,
quod not.Bart.in l.ſerui electione.§.j.de leg.j.fa-
cit etiam,quod not.gl.in cle.j.de foro compet.v-
bi voluit,quod quã-
uis Iuriſdictio ſim-
pliciter ſumpta, ſi-
gnificet niſi minimã
A iuriſdictionẽ, tamen ſi dicamus Omnimoda iu-
riſdictio compræhendit merum & mixtum im-
perium.In contrarium tamẽ facit,quia videmus,
quòd quamuis terminus Omnium ſit generalis,
tamẽ reſtringitur ad proprias materias, l. Caius.
ff. de l. ij.vbi legans omnia, quæ continentur in
domo,non intelligitur legare nomina debitorũ,
Sed reſpond. quod iſtud fundamentum milita-
ret,ſi text. diceret De omni iuriſdictione : ſed di-
cit De iuriſdictione omnium iudicum, quo caſu
comprehendit etiam delegatos, qui† propriè di- 2
B cuntur iudices, l. à iudice, C.de iudic.Secũdò fa-
cit iudex delegatus,propriè dicitur iudex,l. à iu-
dice. C.de iudic.l.ſi quãdo.C.de dilat. & corã eo
dicitur iudicium,l.iudicium ſoluitur.ff.de iudic.
ergo propriè debet habere iuriſdictionem , cùm
Iudex & iuriſdictio videntur eſſe antecedens &
conſequens:argu.c.forus.§.in omni. de verb.ſig.
& xxiij.q.ij.c.j.Reſpondetur,quòd nõ valet con-
ſequentia : propriè eſt iudex. ergo habet iuriſdi-
ctionem propriè.iſtud probatur in l. fin.C.vbi,&
C apud quem.facit,quia Dicere ius,neceſſariò non
includit iuriſdictionem, prout conſideratur à le-
ge eſſe quid iuris publicè introductum , l. priua-
torum. C.de iur. omn. iud. Tertiò facit text. in
l.ait prætor.ff.de re iud.vbi † appellatione Iuriſ- 3
dictionis venit delegata,ſecundum communem
intellectum. Sed reſpond. quòd ibi nõ venit ap-
pellatione Iuriſdictionis , ſed appellatione No-
tionis.& ſic , quòd alius intelllectus ſit verior.Et
cùm illa lex habeat duos intellectus , non vide-
D tur ſuper ea arguendum : argu. eorum, quæ not.
Bar.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub. Quartò facit
d. l. ait prætor.iuncta l. à diuo Pio. in princ.eod.
tit.vbi pretor loquens,vt ſententiæ habentis iu-
riſdictionem exequantur, intelligitur etiam vel-
le,quòd ſententię delegatorum exequantur.Sed
reſpond. quòd ideo illud eſt: quia diuus Pius ita
reſcripſit. Vnde ſi non reſcripſiſſet,edictum præ-
toris non comprehendebat delegatam. & ſic ille
text. retorquetur. Quintò facit c. quærenti. ex-
E trà,de offic. deleg. cũ ſimilib.vbi tex. vtitur ſim-
pliciter verbo Iuriſdictionis, & intelligitur de
delegata.Sed reſpond.quòd non eſt arguendum
de capitulis, quæ vt plurimùm barbarè loquun-
tur, ad ſtatuta, quæ debent propriè intelligi : l.
non aliter.ff.de leg.iij.l.quicquid adſtringendæ.
& ibi Bart.& alij,de verb.oblig. Vel dic.quòd il-
lud ibi eſt propter rationem ſubiectæ materię,
vel vt faciat ad titulum, arg.l.imperator. ff. de in
diem adiec. nos verò loquimur in dubio , & cir-
cumſcriptis omnibus coniecturis. Pro contraria
opin. facit primò , quando aliquis legat rem in
dubio , intelligitur de ea re in qua habet domi-
nium, non in qua habet nudam poſſeſsionem, l.
Iulianus.& ibi not. ff.de leg.iij. in princ. Idẽ de-
bet eſſe in noſtro caſu, vt intelligamus de eo,qui
habet dominiũ ipſius iuriſdictionis, & ſic de or-
dinaria: non autẽ de ſola poſſeſsione , ſeu exer-
citio, vt eſt delegata. Nã delegatus habet ſolum
exercitium iuriſdictionis ſecundum magis com-
munem

munem opin.in l.more.§. eod.Sed poſſes reſpõdere, quod† imò habet proprietatem, vt tenui §. in l.j.§.q mandatam.ff.de offic. eius,cui.Secundò facit: nã iuriſdictio ordinaria eſt firmior, quã ſit delegata,vt per Alex.in rub.§.de offi.eius cui. 4
Item dignior ſaltẽ, quã ſit delegata ab ordinario,vt ꝑ Mod. Ferr. in dict.rub. in princip. Sed in dubio verba debent intelligi in firmiori atque digniori ſignificatu,l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ag. vect. vel emphy. Sed reſpond. q, intelligitur de firmiori & digniori ſignificatu, ſi intelligeretur de vtraque:quia duo vincula magis ligant,quàm vnum:not. in l. j. C. de pact. Item nos videmus, quòd plerunque iſta regula non eſt vera. nam nõ probatur in illo text. quia ibi illud eſt propter ſubiectã materiã.nam contra illam regulam eſt gloſ.iuncto tex.Inſt.de vſucap. in princ.in gl. in verb. dominum. adde Bart.in l.j.C.de vſufru. Item facit, quod not. Feli in rub. de præſcrip. in verſic. quintò facit. vbi qui dixit ſe dominum in libello, ſi non probat de directo,obtinet probando de vtili: facit etiam,quod not.Bart. per illum text.in l. j. §.j.ff. ad Syllan. Tertiò facit, quia iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata verò eſt odioſa,c. j.de reſcrip. lib. vj.vbi gl.Sed in dubio debemus intelligere de fauorabilibus, non de odioſis,c. odia. de reg.iur.lib.vj.Sed reſpond. quòd iſtud fundamentum non concludit generaliter.Quid enim,ſi ceſſat damnum delegarę,vt includeretur, quo caſu eſſet ratio d. c. odia? Ad arg.tamen formaliter reſponde,quòd quãdo tractatur de odio, non debet extendi. Iſtud eſt verum:ſed nos loquimur in caſu claro, cùm delegata ſit propriè iuriſdictio. Quartò pro hac parte facit,quia ſtatuta in dubio debent intelligi in caſu perpetuo,nõ in temporali,vt hic per Rim.qui allegat Bart. in l. ſeruus.C. de pœnis,in l.ſi adulterium.§.fin.ff. de adul.Sed iuriſdictio ordinaria eſt perpetua,delegata verò eſt temporalis. Ergo, &c. reſpond. d. regula procedit, quando ſtatutum nõ poteſt intelligi niſi in altero eorum.nam hoc caſu potius intelligitur de perpetua,quàm de temporali : ſed quando poteſt comprehendi vterq; caſus, tunc fundamentum ceſſat : quia intelligitur in vtroq;,& ſic in fortiori.Et ex his patet punctum etiã diſputabile.Ego tamen puto,q, prior pars ſit verior:
5 & ſic,quòd† ſtante ſtatuto loquente de iuriſdictione, debemus intelligere de ordinaria. Vnde infertur vera eſſe deciſio do.Ant. But. in c. ſua.de offic.vic. Quam concluſionẽ limita primò, quando ratio ſubiectæ materiæ aliter indicaret: arg. l. ſi vno. ff. loc.facit,quod not. Bart.in l. j.§.poteſtatis,§.de procur. Secũdò non procedit, quando præcedentia & ſequentia aliter declararent,l.ſeruum filij. §.fi.ff. de leg.j.Tertiò, quando ex conſuetudine appellatione Iuriſdictionis veniret delegata, c.cùm dilectus.extrà, de conſuet. Et pro hoc vltimo vide elegantiſſimum cõſilium Raph. Com.quod recitant Mod. Sen.in l.Gallus.§.ſi eius.in fin.ff.de lib. & poſth. Quartò limita,vt non procedat in materia ſtrictè interpretanda ſecundum Alex. l. ait prætor ff.de re iud. Quintò limita, quando eadem ratio eſt in iuriſdictione delegata, quæ eſt in ordinaria:quia tunc indiſtinctè cõprehenderetur.nam non poſſumus negare,quin ſaltem largè ſumpto vocabulo appellatione Iuriſdictionis, veniat delegata.

Vnde ſuccedit regula,quòd in exorbitantibus & coſrectoriis licitum eſt arguere de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latã:auth. minoris debitor.C. qui dare tut. poſſ. firmat expreſsè do. Alex. in l. ij. ff. de leg. j.Sextò limita, quando natura tituli faceret, vt deberet intelligi de delegata,veluti eſt text. in c.quęrenti. de offic. deleg. nam leges in dubio debent intelligi ſecundũ naturã tituli ſub quo ſitę ſunt,l.imperator.ff.de in diẽ adiec. Phil. Dec.in l. j.in iiij. no.ff.ſi cer.pet.Poſſent etiã dari aliæ limitationes, quę dependent à prima, vel quæ loquerentur in caſib. in quibus licita eſt extenſio in ſtatutis. Quæro,cur in C.hic titulus poſitus eſt poſt titulum de iudic.hic uon.Cogita.

## LEX I.

VLPIANVS LIB. I. *Regularum.*

A IVS dicentis[a] officium latiſſimũ eſt[b].

## LEX I.

*1 Iudicis officium eſt genus ſubalternum.*
*2 Latitudo in iudicis officio reſtringitur ad habilitatem.*
*3 Cauſæ mixti imperij poſſunt delegari,exceptis paucis caſibus. 7.*
*4 Cauſæ mixti imperij tam indelegabiles, quàm delegabiles, competunt officio iudicis.*
*5 Ius dandi tutorem poteſt delegari habentibus magiſtratum, alijs non.*
*6 Cauſæ mixti imperij an poſſint delegari.*
C *10 Copulæ Et,ſignificatio.*
*11 Delegatus compræhenditur appellatione iudicis: & adiunctio vocis Iudex, differentiam tantum, quæ inter ipſum & alios iudices eſt,oſtendit. 12.*
*13 Iudex & ius dicens an differant.*
*14 Cauſæ requirentes congnitionem plenariam indelegabiles ſunt.*
*15 De qua bonorum poſſeſſione hic textus intelligatur.*
*16 Verbi poſſe, varia acceptio.*
*17 Iuriſdictio præſcribi poteſt.*
D *18 Iuriſdictionis definitio, & quòd condere ſtatutum ſit iuriſdictionis, quatenus ſit circa cauſas iuriſdictionis.*
*19 Statutum iniquum an teneat.*
*21 Decretum variè definitur.*
*23 Decretum requiritur in bonorum poſſeſſione,quando de tertij præiudicio tractatur. 24.*
*25 Bonorum poſſeſſionem concedunt hodie iudices, etiam ſimplicem tantum iuriſdictionem habentes.*
*26 Duumvirorum poteſtas.*
*28 Cognitionis mandatum delegato factum, ad definitionem non trahitur.*
E *29 Bonorum poſſeſſio eſt iuris: poſſeſſio bonorum, facti.*
*32 Sententia ſecundi decreti eſt interlocutoria habens vim definitiuæ.*
*35 Tutoris datio nec imperij, nec iuriſdictionis.*
*41 Officio iudicis pro exceptione vtimur.*
*42 Teſtatoris voluntas non,niſi pro re, ſpectatur.*
*45 Actionis & officij iudicis diſcrimen.*
*47 Iudex fauori ſuo poteſt renunciare, partium non poteſt.*
*48 Species officij iudicis.*
F *49 Reſtitutio competit officio iudicis nobili.*
*50 Iudex petenti officium ſuum impertit.*
*51 Præſcripto territorio,præſcribitur iuriſdictio.*

IVS DICENTIS.[a] ¶ Tenendo communẽ intellectũ ſumma, vt hic ꝑ Bart.Sed ſecundũ intellectum, quem ego do, nõ ſolùm cauſæ mixti imperij, quę poſſunt delegari, competũt iure magiſtratus, ſed etiam illæ, quæ non ſunt delegabiles.



L. I. Ius dicentis.

cauſa.Sed tenẽtes contrariũ, videlicet Bal.& Ra-
pha.poſſunt reſpondere vnico verbo, ꝙ iſtud ve-
rum eſſet, ſi lex antiqua extaret: ſed eſt penitus
ſublata, vt probatur l.ſi.§.nos itaque in verbo, ſu-
blata. C.de cur.fur.Nec obſtat reſponſio Decij, ꝙ
ſit ſublata quo ad neceſsitatem, ꝙ non neceſsita- D
tur petere eam cũ interpoſitione decreti: ſed poſ
ſit, ſi velit. Nam ille tex.ꝓbat contrariũ: nam pri-
mò dicit, ꝙ neceſsitatur tutor, ſeu curator, ſi vti-
lis eſt bonorũ poſſeſsio, eam agnoſcere, quia ſub-
lata eſt petitio, &c. Et ſic ſi eſt neceſsitatus, agno-
ſcetur, qa ſublata eſt petitio: ſequitur, ꝙ non poſ-
ſit ponere decretum interponi: quia hoc caſu nõ
eſſet neceſsitatus. Item intelligere illud verbum
Sublata, quo ad neceſsitatem, eſſet magna viola-
tio: facit, quia verbum Sublatũ, ſignificat id quod E
amplius non eſt, & nullo modo reperiri poteſt,
vt ꝓbatur Inſtit. de vſufr. in princ. iuncta gl.ibi.
Eſt verum, ꝙ etiam alia opin. eſt multum æqua:
ſed vt patet ex ſuprà dictis, hodie nõ eſt neceſſa-
ria. Subdit do.Alex. hic, ꝙ poſito, ꝙ communis ſit
vera, ſcilicet ꝙ qs poſsit petere in bonorũ poſſeſ-
ſione interponi decretum, ꝙ tale decretum pote-
rit delegari, ex quo hodie non reperitur cauſæ
cognitio, arg. not.in l.cognitio.§.vt bonorum.ff.
de offic. eius, cui. allegat etiam gl. ſing. Inſtit. de F
31 libert.in §. multis. bene facit: quia † cauſæ ideo
ſunt indelegabiles propter grauitatẽ rei, & cogni
tionem, in qua cenſetur electa induſtria ꝑſonæ,
vt not.in l.j.ff.de offi.eius, cui. Sed hodie iſta cau-
ſa dicitur leuis, & nõ requiritur aliqua induſtria:
vnde videtur, quòd debeat poſſe delegari. Con-
trarium tamẽ circa hoc tenet Rim.& Dec.mouẽ-
tur: quia petens remedium legis antiquæ, vide-
tur illud petere cum omnibus qualitatibus ſuis:
& ſic ne poſsit delegari: allegãt l.ſi.§.ſi verò poſt-
quam. C. de iur. de lib.l.ſi duo.ff.de acq.hær.Bal.
in auth.iubemus.C.de iudic. Sed ad hoc reſpon-
deri poteſt negando, quòd iſta poteſtas non dele
gandi ſit qualitas: nam quamuis lex antiqua non
ſit in totum (ſecundum communem) ſublata. eſt
tamen ſublata illa qualitas indelegabilis: nam ex
quo poteſt quis agnoſcere bonorum poſſeſsio-
nem abſq; decreto, daẗ intelligi, ꝙ illa induſtria,
quę requirebatur, eſt ſublata. Vnde ſublata cauſa,
corruit etiã cauſatũ, arg. eorũ, quæ not.gl.ſingul.
in l.j.in verb.prouidentiã.ff. de legit.tut.vbi ſub-
lata ratione legis, dicitur ſublata lex. Et hoc mo-
do etiam reſpondetur ad fundamẽta Moder.Fer.
hîc facit: gl.in l.liberos.in fin. ff. de capit.dimin.
¶ In gl. *poſſeſsionem*. Not.ex hac gl. ꝙ plus eſt Mit-
tere in poſſeſsionem, quàm Pronuntiare de mit-
tendo: & hoc dubiũ diſſoluunt Paul. de Caſt. &
Iaſ.in l.pen.§.ſi.ſ.tit.j. ¶ Item not. ex hac gl. ꝙ de-
cretum ſecundum eſt definitiua ſententia, primũ
non l.præſenti.vbi gl.in verb.admodũ. C.de his,
qui ad eccleſ. Sed iſtud falſum videtur: nã gl.hoc
non dicit, ſed ꝙ ſententia de interponendo de-
creto, & ſic de mittendo in poſſeſsionem, eſt diſ-
finitiua. Et infertur hîc ad ſtatutum Cremonẽſe.
ꝙ qui nõ appellauerit à ſententia diffinitiua in-
tra tale tẽpus teneaẗ ad aliquid, vtrùm habeat lo
cũ in ſententia decreti. Cõmunis cõcluſio eſt, ꝙ † 32
ſententia, qua pronuntiatur aliquem mittendũ
eſſe in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, eſt in-
terlocutoria habens vim diffinitiuæ: vnde non
videtur, ꝙ propriè dicatur diffinitiua: & ſic non
compręhendetur ſub ſtatuto. In cõtrarium tam ẽ
facit ſing. deciſio Lu.Ro. in rub. ff.de re iud.quẽ
refert & ſequitur Herculanus Bonon.ibi: vbi di-
cit, quòd ſi in ſtatuto fiat mentio de diffinitiua
ſententia, quòd compręhendetur interlocutoria
habens vim diffinitiuæ. adde, quod notat Ang.in
l. vnica, in princ.ff. de verb. oblig. Et à contrario
ſenſu quæſtionẽ in terminis decidit Cacialupus
in l.imperium.ĵ.eod.Pro quo facit ſingul.deciſio
Bart.in l.ij.ff.de leg.j.vbi ſtatutum loquens in te-
ſtamento, habet locum in codicillis. Confirma-
tur: quia etiam in correctorijs licita eſt extenſio
de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, vt per
plura tradit Alexan. in d.l.ij. Confirmatur & ter-
tio per ſingul. deciſionẽ do.Benedicti de Plumb.
in l.etiam.§.abſens. ff.de man.vind. dum limitat
quandam deciſionem Bald.vt ibi per eum, quem
ſequutus eſt do.Iaſ.in d.rub.de re iud. Fortaſſe de
iure verior eſt contraria opin. & pro ea refert ſe
conſuluiſſe Picus hic. Tamen in iudicando ob-
tineret prior, quia communior. Pro opin.tamen
Pici facit, quod notat Aret.in l.vnica, in iij.quæſt.
princ. ff. de verb. oblig. vbi quamuis poſsit ap-
pellari à diffinitiua, non tamen poteſt appellari
ab interlocutoria habente vim diffinitiuę, & hãc
dicit eſſe communem opin. Item facit, quòd non
ſit proprie ſententia: gl.in §.ſi verò etiam.in verb.
non valente. in auh.de exhib. reis. Cogita. ¶ In
gl. *tutores*. Alex. hîc refert varias opin. Doctorum
in hac materia: tandem reſidet cum opin.Bartol.
Tu pro clariori diſcutione huius articuli propo-
ne tale dubium triplex:

Datio tutoris eſt mixti imperij.
Imò iuriſdictionis.
Imò nec mixti, nec iuriſdictionis. Et quamli-
bet ſigillatim examinabimus.

Quòd ſit mixti, probatur: quia illi competit
diffinitio mixti imperij: & cui competit diffi-
nitio, competit etiam diffinitum, l.j.ff.de dolo:
nam mi-



nam mixtũ imperium eſt iuriſdictio, quæ officio
iudicis nobili expeditur, priuatam vtilitatem re-
ſpiciens. ita diffinit Bart.in l.imperium ĵ.eo. Eo-
dem modo datio tutoris eſt iuriſdictio. nam iu-
dex dando tutorem dicitur ius dicere, vt ꝓbatur
hac l.ex verbo, ius dicentis. iũcto verſic.pupillis
non habentibus, etc. Expeditur etiam officio iu-
dicis nobili, vt hîc per Bar.in verſ.officium nobi
le. Priuatam vtilitatẽ concernit, vt probatur In-
ſti.de auct.tut.in prin.& de ſatiſdat. tut. in prin. A
Item probatur hæç cõcluſio ſecundò per text.in
l.muto.§.tutoris datio. ff. de tuto. vbi dicitur, ꝙ
datio tutoris non eſt neq; imperij, neq; iuriſdi-
ctionis: & ſic eſt de mixto: nam quando lex dicit
aliquid non eſſe imperij, intelligitur meri: & iu-
riſdictionis, intelligitur minimæ, vt probatur in
l.iubere cauere. ſecundum intellectum commu
nem, ĵ.eod. Tertiò facit, datio tutoris eſt iuriſdi-
ctionis, vt probaẗ ex diffinitione iuriſdictionis
hîc poſita per gloſ.in verb.poteſt. Ergo eſt mix- B
ti, per d. §. muto. nam eſt poteſtas introducta de
publico, per l.Attiliã, Inſtit.de Attil. tut. in prin.
cum neceſsitate.&c.l.j.ff.de mag. conuen.l. mu-
nerum.§.iudicãdi.ff.de mun.& hon. Quartò ꝓ-
batur per l.nec mandante.ff.de tut.& cur. dat.ab
his. vbi datio tutoris nõ poteſt delegari: ergo eſt
mixti imperij, ſecũdum l.j. ff. de officio eius cui.
Quintò facit, quia datio tutoris competit maio-
ribus magiſtratibus, vt l.j.ff de tut.& cur.dat. ab
his ergo eſt mixti. Sextò probatur euidenter: nã C
eius naturę eſſe debet datio, cuius reſolutio, l. ab
emptione.ff. de pact.l.ſecundum naturam. ff. de
reg.iur.l.prout quiſq;.ff.de ſol. Sed reſolutio eſt
mixti imperij, l.j.§.ſuſpecti. ff. ad Turp. & l. j. ff.
de ſuſp. tut. vbi ꝓbatur, ꝙ remotio tutoris prout
ſuſpecti, competit ſpecialiter, & in priuilegiũ: er
go, &c. Septimò facit iſte tex. qui ponit dationẽ
tutelæ inter mixtũ imperiũ: ergo, &c. l.iam hoc
iure.ff.de vulg. & pup. In contrarium, quod non
ſit mixti, facit primò tex.id d. §.tutoris datio.iũ- D
cto eo quòd verbum Imperium, ſimpliciter & in
definitè prolatum, compræhendit vtrunq; impe
rium, & ſic merum & mixtum. Sed reſpon. ne-
gando iſtud, & inducendo eum in oppoſitum,
prout ſuprà feci in ſecundo fundamento. Secun
33 dò facit, quia † priuatus dare poteſt tutorem in te
ſtamẽto: ergo non eſt mixti imperij. Sed reſpõd.
quòd fundamentum loquitur de teſtamentaria
tutela, nos verò loquimur de datiua, quæ eſt di-
uerſa ſpecies: ergo ex diuerſis non infertur, l.Pa- E
pinianus exuli.ff.de minor. Et ſi diceres, quæ eſt
ratio diuerſitatis? reſpon. quòd lex voluit datio-
nẽ tutelę eſſe mixti imperij, ad hoc vt iudex ma-
iorem adhiberet induſtriã in dando tutore, pro-
pter periculum, quod verſatur in pupillo. Sed in
teſtatore lex hoc permiſit: quia præſumit, quòd
teſtator adhibiturus ſit maximam induſtriam, &
multùm confidit de eius iudicio: Inſtit.de ſatiſd.
tut.in princ. Tertiò facit, quia ſi verũ eſſet, quòd
datio tutelæ ſit mixti imperij, fruſtra concede- F
ret Iuriſcõſultus hãc auctoritatem illis perſonis,
de quib.in l.j.ff.de tut.& cur.dat.ab his, quoniã
hi omnes habent mixtum imperium. Reſpon-
deo, quòd lex fecit mẽtionem de eis vt exclude-
ret alios, arg.Inſtit. de tut.in princ. Et ſic quãuis
datio tutoris ſit mixti imperij, lex tamen habuit
mixtam curam de ea & voluit, ꝙ quilibet paſ-
ſim poſſet eam habere: vnde ſpeciales ad hoc e-
legit perſonas, l.& ita §.j.ff.naut.caup.ſtab. &c.
Quartò facit, quia mixtum imperiũ regulariter
nõ competit magiſtratibus municipalibus, l. ea, L. 1.
quæ.ff.ad municip. Sed ius dandi competit eis, l. Ius dicen-
ius dandi. ff. de tut. & cur. Ergo, &c. Sed ad hoc tis.
reſpond. quòd imò magiſtratibus municipalibus
competunt ea, quæ ſunt mixti imperij, vt ſuprà
dixi. Non obſt. d. l.ea, quæ, quia loquitur de his
cauſis, quę participant plus de mero imperio: vn
de non valer argumentum, &c.

¶ Imò iuriſdictionis.

Hãc concluſionẽ videtur tenere Pet. in dationẽ
tutoris, quãdo bona pupilli ſunt infra quingẽtos
aureos. Poſſet tenere indiſtinctè. pro qua opin.fa-
cit, quia poteſt delegari magiſtratibus. ergo eſt iu
riſdictionis. nã aliàs nõ poſſet delegari. Et ſi dicas
ꝙ hoc dato pro vero, ſequeretur ꝙ imo poſſet in-
diſtinctè delegari: reſpõ. indiſtinctè nõ poteſt de-
legari ꝓpter fauorẽ pupillorũ. Nã lex magis cõfi
dit de officialibus etiã minoribus quã de priua-
tis, vt dicit Io. Fab.in §. pen.Inſt.de Attil.tut. Et
hãc tenẽdo reſponde ad cõtraria: & primò, dũ di
citur, ꝙ illi competit diffinitio, ergo & definitũ,
negando conſequentiã, & dando inſtantiam, ſe-
cundum gl.in c.ſicut vrgeri.j.q.j.& gl. in l.ſin au-
tem.§. poſsidere. ff.de rei vẽd.& in l. creditores.
ff.de op.no.nunt. not.Fran.de Aret.in l.ex duob.
la vltima, in vij.quęſt.Bar.ff.de duo.reis. cui adde
gl.not.in l.manumiſsiones. in gl. ſi. ff. de iuſt. &
iure. Do ergo inſtantiã. † nam iudicis dandi licẽ-
tia eſt iuriſdictionis, ſecundum communẽ opin. 34
hîç in glo.ſi.tamẽ expeditur officio iudicis nobi-
li l. imperium. in fin. ĵ.eo.vbi not. Ad l. muto. §.
tutoris.ff.de tutel.reſpon.quòd ille tex.voluit di
cere, quòd datio tutoris non erat mixti imperij.
nam mixtum imperium cõſtat ex mero imperio
& ex minima iuriſdictione, l.imperium.vbi Bar.
ĵ.eo.Dicendo ergo, non eſt imperij meri, neq: iu
riſdictionis, eſt tanquam ſi diceret, non eſt mixti
imperij: & ſic non erit iuriſdictionis coniunctæ
cum imperio, ſed de per ſe ſic: facit, quia dictio
Neque, duplicata, refert quandoque concurſum
vtriuſq; duplicati: exemplum in l.j. C.ſi cer. pet.
nam nos ſcimus, quòd conſuetudo iniqua nõ de
bet attẽdi in perſona principis: imò princeps de
bet eam reformare, ſicut etiam ſtatutum, vt per
Bald. in tit.de pace Conſtan.in prin. Modò illa l.
j. dum dicit Neque æquum, neque vſitatum deſi-
deras, nõ debet intelligi vſitatum de per ſe, quia
illud non eſſet ſatis, ſed iuncto alio pręcedenti,
ſcilicet quòd ſit æquum: ſic ergo in noſtro caſu
facit l. poſthumo. C.de contra tab. Non obſtat l.
nec mandãte. quia ad illam l.reſpondetur primò
ſecundum do. Hier. Tortum, qui tenuit hãc par-
tem, prout refert Decius in l.j.ſ. de offi.eius, cui.
ꝙ talis ſenſus eſt illius legis: Alius tutorem dare
poterit nec mandãte præſide, id eſt datio etiam
quòd præſes non mandet. & ſic verbum Nec, de-
terminabit verbum Mandante, quod eſt magis
proximũ: facit in arg.l.ſi idem §.ſi.cum ibi not.ĵ.
eo. Vel ſecundò dic, quòd ſtat ſimul, ꝙ ſit iuriſdi-
ctionis, & tamẽ non poterit delegari, velut eſt in
cauſis iuriſdictionis maioribus, de quib. in l.pla-
cet. in ſi. C.de ped.iudic.& hoc eſt, quod dicitur
in d. §.tutoris datio. vbi dicit, quòd competit his
perſonis, quibus nominatum lex detulit, non au
tem dicit in ſignum maioris magiſtratus. Et hoc
quòd non poſsint delegari, eſt fauore pupillorũ:
quia lex plus præſumit de magiſtratibus, quàm
de alijs, vt ſuprà dixi: facit ratio d.l.placet in fin.
Non obſtat etiã quintum fundamentũ, quia etiã
maioribus magiſtratibus cõpetunt ea, quæ ſunt
iuriſdictio-

iuriſdictionis,veluti etiam cauſæ ſtatus, & liber-
tinitatis,vt in d.l.placet.Nã quamuis datio tuto-
ris ſit iuriſdictionis,lex tamẽ adhibuit ſpecialem
curam circa eam : vnde ſatis poteſt cõpetere etiã
ſolis maioribus magiſtratibus.Non obſtat ſextũ:
quia tunc reſolutio eſt eius naturæ, cuius datio,
quãdo eiſdẽ modis fit datio,quibus reſolutio, vt
in d.l.ab emptione.ſecus,ſi reſolutio fiat alio mo
do, & operetur alios effectus. nam remotus pro
ſuſpecto eſt infamis. Vnde eſt diuerſa ratio: quia A
maior induſtria requiritur in remouendo, q̃ in
dando. nam in remouendo verſatur periculũ fa-
mæ, quę æquiparatur vitę, l.iuſta.ff.de manu.vin.
Item verſatur periculum etiam de vita pupilli:ex
quo debet iudex inquirere,vtrũ iſte ſit ſuſpectus,
vnde poſsit oriri aliquod malum pupillo, putà
quia pupillum voluit toxicare. Et hæc proban-
tur Inſtit. de ſuſpect. tut.§.ſuſpectus.Item ſi iſtud
fundamentum eſſet verum, ſequeretur quòd etiã
datio tutoris teſtamentarij eſſet mixti imperij: B
quod tamẽ nemini dubium eſt quàm ſit falſum.
Ad vltimũ reſpond. tenẽdo q, iudicis dandi licẽ-
tia ſit iuriſdictionis:quo caſu æqualiter determi-
natur cũ hoc vltimo.Et hæc poſſunt ſuſtineri diſ-
putando,quamuis ego aliter de iure eſſe arbitrer.
¶ Imò nec mixti,nec iuriſdictionis.
Hęc cõcluſio de iure magis eſt vera,quam tenet
glo. in l.j. ff.de tut. & cur. dat.& gl.in l.pen.ff.de
offi.procõſ.& leg.& Salic.in l.cognitio.ſ.tit.ij.
& Paul. de Caſt. hîc, quos vltimo loco ſequutus C
35 eſt domi.Leg.hîc.Volunt ergo,quòd† datio tuto-
ris non ſit alicuius iuriſdictionis, ſed ſit quædam
poteſtas conceſſa ſpecialiter à lege, vel ſenatuſ-
conſulto. & pro hac opin. facit fortiſsimus text.
cui nõ poteſt niſi cauillando reſpõderi,in d.l.mu
to.§. tutoris datio.ff. de tut. Secundò facit l.j.ff.
de tut. & cur.dat.ab his. vbi ſpecialiter concedi-
tur illis maioribus magiſtratibus. Vnde denota-
tur, quòd illis non cõpetebat vigore iuriſdictio-
nis, niſi ſpecialiter fuiſſet demandata. Et hoc te- D
nendo reſpondetur primo ad fundamenta,quòd
poſſet fieri, quòd imò ſit mixti imperij, quia illi
competit definitio, negãdo quòd competat. Nã
mixtum imperiũ eſt iuriſdictio, quę officio iudi-
cis,&c.Sed datio tutoris nõ eſt iuriſdictio. Ergo,
&c. Quòd nõ ſit iuriſdictio,probatur: quia com-
petit etiam perſonæ priuatę: vnde poteſt quis in
teſtamento cõſtituere tutorẽ filio ſuo poſſ.Inſti.
qui teſt. dari tut. per totum.Et ſi dicas,quòd imò
eſt iuriſdictio, quia competit illi definitio poſita E
hîc per glo. in verb. poteſt. reſpondeo negando
hoc, quia hîc non eſt neceſsitas ius dicendi.nam
nego, quòd dando tutores dicatur qui ius dice-
re. bene æquum ſtatuit, non tamen ius dicit.
nam hoc modo etiam priuatus dando tutorem
in ſuo teſtamẽto diceret ius: quod eſt abſurdum.
Vel reſponde alio modo, quòd tunc poteſtas de
publico introducta, eſt iuriſdictio, quando pu-
blicum,&ſic lex vult,quòd ſit iuriſdictio:aliàs ſe-
cus,vt in noſtro caſu, per d. §.tutoris datio. Facit F
pro hac ſolutione,quòd reſcriptum principis nõ
eſt lex, niſi princeps velit quòd ſit lex, aliàs non,
vt ſuprà dixi in gl. in verbo, poteſt. Item facit,
quia actus agentium non debet operari vltra eo-
rum voluntatem, l. non omnis.ĵ.ſi cer. pet.Non
obſtat etiam reg. l. ab emptione. ff.de pact.indu-
cendo,prout in ĵ.concluſione feci:quia reſpond.
vt dixi ſ. in ij.concluſione.Alia nil ſtringunt,imò
faciunt potius pro hac concluſione. Et hæc pro-
cedunt de iure Digeſtorum. Sed quid de iure In-
ſtitutionũ? reſpondeo, idem. ſed quòd modifi-
cata eſt iſta datio, quia nũc requiritur iuſſus, de-
clarando vt per Bar. & Ang. & Alexand.hîc:non
inſiſto. ¶ Subſequenter quærit hîc Paul. & do.
Alex.vtrùm † datio curationis in litem, ſit mixti 36
imperij? Concludo,quod non, vt hîc per Rimin.
& Alex.in l.ij.ĵ.eo.in fi. quamuis aliter hîc loqua
tur. Sunt duo iura de hoc : primum eſt tex.in l.ſi.
§.ſed & ſi quis.C.de adm.tut.& text.in c.ſi annũ.
de iudic. lib. vj. Poſſet teneri contrarium, per
text. in l. in vniuerſis. C. qui dar. tut. vbi dicit.
quòd requiritur decretum: ergo,&c.l. nec quic-
quam.§. vbi decretum. ff. de offic.proconſ. Non
obſtat d.§.ſed & ſi quis. quia loquitur in iudice
ordinario. nam loquitur de iudice: ergo non de
delegato,quia delegatus nõ ꝓpriè dicitur iudex,
vt dixi ſ.in iij.not.Item facit tex.ibi non compe-
tenti iudicio. quaſi vellet innuere habere locum
in ordinario ſolùm.Nõ obſtat tex.in d.c.ſi annũ.
quia loquitur de iure canonico,quo de iure om-
nes cauſæ ſunt delegabiles, prout concluditur
communiter in d. c. q, ſedẽ.de offi.deleg.& not.
Alex.hîc.Cogita,quia tenendo communem poſ
ſet reſponderi in d. l. in vniuerſis. vt ibi videbis
per te. Eſt verũ, quòd glo.in c.licet de offic. vic.
lib.vj. & gl.in d. ca.ſi annũ. quæ ſe refert ad not.
in d.c.licet.videntur velle opinionem ſuperiorẽ,
ſcilicet quòd diſtinctè datio curatoris ad litem
non poſsit delegari. Fortiùs diſputando teneri
poſſet,quòd nec de iure canonico ſit delegabilis.
Non obſtat d. ca. ſi annũ. quia officiales,de qui-
bus ibi habent ordinariam, vt not. glo.in d.c.li-
cet.Et dum dicit,quòd poteſt expediri per dele-
gatum à delegato principis: reſpond. quòd per
illam delegationem illa cauſa facta eſt delegabi-
lis, ſicut not. Bar.in d. l.j.in verſi. quęro, nũquid
delegatus.ſ. tit. j. Iſta tamen vltima non placet:
quare tenẽdo primã opin. cõtra communẽ,ſcili-
cet q, de iure ciuili datio curatoris in litem non
poſsit delegari, reſp.ad fundamentũ Doctorum,
dum dicunt,q, expeditur officio iudicis merce-
nario. reſpon. iſtud negando.nam nulla lex hoc
dicit: imò contrarium.Reſpon.igitur vt patet ex
not.per Bart.in l.iiij.ĵ.eod.dum dicit de miſsio-
ne ex primo decreto, & vide Oldr.in cõſi.lix.ver-
titur in dubium. ¶ In eadẽ ibi. *Niſi ex demandatione.*
Sed quęro hîc vtrũ† in his caſibus, vbi requiritur 37
iuſſus prę ſidis,ſic ſatis ratihabitio? videtur,quòd
ſic per c.ratihabitionem.de reg.iur.lib.vj.vbi ra-
tihabitio æquiparatur mãdato,ſeu iuſſui. Con-
trarium puto: quia ratihabitio facit ſtare actũ in
ſuſpẽſo.ſed datio tutoris eſt actus legitimus,nec
recipit conditionẽ, &c.l.actus legitimi.ff.de reg.
iur.& ibi gl. not.facit ad hoc, q, not. Bart.in l.q
in aliena. in prin.ff.de acqui. hæred. gl. in l. j. C.
qui admit.Itẽ quæro hîc,an† epiſcopus debeat 38
ipſe dare tutorẽ clerico pupillo,an verò iudex
ſecularis? Dicendũ eſt quòd hæc datio pertinet
ad epiſcopũ,vt Io.Fab.in d.§.pen.Inſtit.de Atil.
tut. ¶ In eadẽ glo. *Sed fauor pupillorum.* Iſta ratio nõ
eſt bona: quia ꝓpter fauorem eorũ videretur po-
tiùs quòd nec magiſtratib.municipalibus debe-
ret poſſe delegari,ſed deberet potius competere
maximis iudicibus,qui præſumuntur habere maio
rẽ induſtriã, vt not.in l.j.ſ.tit.ij.Debet enim lex
plus cõfidere de habentib. merũ imperiũ, quàm
de alijs. facit qđ not.Decius in d.l.j.dũ reſpõ.vl-
timo fundamento forti.Cogita. ¶ In eadẽ, *conſi-
deratur, quòd plerunque,* &c. Iſta ratio videtur falſa.
nam ſi lex permittit delegari dationẽ tutoris,ra-
tione



L.1. Ius dicentis.

tione frequentioris vſus, videtur q, debeat idem
permittere de his quę ſæpe accidunt.nam quan-
do lex aliquid diſponit circa vnum caſum ratio-
ne frequentioris vſus,nõ intelligitur per hoc ex-
cludere alium minùs frequẽtem, ſecundum glo.
in l.vnica,C.de rap. virg.& gl.in cle.j.de reſcrip.
& gl.in authen.caſſa.C.de ſacr.eccle.not.Decius
in l.cùm prætor.in prin.ĵ.de iudic. Aliter etiam
impugnat hãc gl. Iaſ. hîc, quia dicit ipſe,q,imò
etiam datio bonorum poſſeſsionis, & in poſſeſ- A
ſionem miſsio eſt frequens. Sed ſuſtinendo glo.
dic,q, datio tutoris eſt frequẽtior,cùm omni pu-
pillo detur tutor, ſecundum tex.in §.pen. Inſtit.
de tutel. ſed non omni defertur bonorum poſſeſ
ſio. Vnde tutior eſt ratio Bart. q, iſtud eſt ratione
maioritatis periculi,cùm tutor principaliter de-
tur perſonę,vt per gloſ.in l. in copulandis. C. de
nup. Et pro hac ratione facit ratio l. cognitio.
in princ. ſ. titul. ij. Eſt verùm, quòd fundamen-
tum, quod retuli paulò ſuperiùs,aliqualiter ob- B
ſtat. Reliqua circa hanc glo. videte hîc per Bart.
& Mod.

*Quæſtiones.* ¶ Circa primam quęſtionem Bart.iſta quęſtio
I. habet parum vtilitatis, ideo nõ inſiſto: quamuis
Picus hîc multa dicat. vnde verificatur,quod di-
cit Alex.in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſth.v-
bi dicit,quòd Doctores Papienſes ſæpe diſputãt
de lana caprina. Vtcunq; tamẽ dicta Bar.hîc poſ-
ſunt inferri ad quęſtionem,de qua in c.quoniam
abbas. de offi. deleg.per Aretin. Alexan. & Iaſ.in C
l. qui liberis.§.hęc verba.ff.de vulg.& pup.vbi e-
II. tiam Bart. ¶ Circa ſecundam quæſtionem, dum
quærunt Mod. poſt Bar. vtrùm officium iudicis
& actio ſint idem? Bart. concludit, q, nõ, ſed ha-
bent ſimilitudinem. Moder. addunt, quòd largè
ſumpto vocabulo , appellatione actionis venit
officiũ iudicis in fauorabilib. nõ in odioſis: ita
tenet hîc Rim. Diſputãdo poteſt teneri, q, imò of
ficium iudicis ſub actiõe propriè loquẽdo com-
præhendatur. Pro qua concluſione facit, quia of D
39 ficio iudicis cõpetit definitio actionis. Nam of-
ficium iudicis, prout intelligitur hîc per Bart. eſt
perſequutio, & ſic ius perſequẽdi in iudicio. Nã
quando intentatur talis perſequutio, dicitur iu-
dicium: ibi enim eſt actor,& ſic qui intentat per-
ſequutionem,& reus,& iudex,ex quibus cõſiſtit
iudiciũ,prout nota.in rubr.ĵ.de iudic.& in rubr.
extra,eo. tit.de iudic. quod ſibi debetur.nam offi
cium iudicis præſupponit obligationem, ſaltem
largo modo, vt per Bart.in l. ſi. ff. de iniur. glo. in E
l. ſi ſeruũ. §. ſi. ff. de verb. oblig. & gl. in l. reſcri-
ptum.in prin.ff.de pact.not.do. Alex.& Rim. hîc
& verbum Debetur, in illa diffinitione intelligi-
tur largo modo, vt ibi per glo. communiter ap-
probatam in verbo, debetur. pro qua opin. facit,
quia iudex non interponit officium ſuum, niſi
quando ſubeſt æquitas, l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo,
quod cer. loco. ſed quãdo ſubeſt æquitas, ex illa
æquitate oritur obligatio naturalis, l. qui æqui-
tate. ff. de doli except.not.Bart.in l.ſi vnus.§.pa-
ctus,ne peteret.ff. de pact.vnde regulariter ex ta-
li æquitate oritur retentio,d.l.qui ęquitate.Et ſi
diceres,q, illud verbũ Debet,debet intelligi effi-
caciter,non autem comprehendere debitum ex
obligatione naturali ſola: reſpond. q, eſt verum
in ea obligatione naturali, quæ nõ parit actionẽ.
Sed nos loquimur de ea obligatione, quę oritur
ex ęquitate, quæ eſt efficax ad agendum per offi-
cium iudicis. Secundò pro hac parte facit tex. in
l.in cauſæ.la ij. in prin. ĵ.de min.iuncto eo, quòd
dictio Alia,eſt implicatiua ſimilium,l.ſi fugitiui.
C.de ſeruis fug.Et dicere,q, ibi non implicat,eſt
mera violatio.Tertiò facit,quia officium iudicis
eſt perſequutio,declarando, vt hîc per Bart.quæ
perſequutio comprehendit extraordinarias pe-
titiões, l. pecuniæ. §.perſequutionis. ff. de verb.
ſig. Sed iſtæ extraordinariæ petitiones etiã pro-
priè dicuntur actiones , ſaltem in factum, l.fi. ff.
de var.& extraord.cogn. Quartò probatur ex d.
§. perſequutionis,dũ dicit,perſequutiõis appel-
latione extraordinarias perſequutiões puto cõ-
tineri.nam verbum Cõtineri, ſignificat propriè,
non largè,vt per Bar.in d.l.cui eorum.§.affinita-
tis.ff. de poſtul. Sed in hoc nõ facio magnã vim,
per not.per Iaſ.in l.emancipata. C.qui admin.v-
bi ponit,quòd etiã verbum Continetur, capitur
largè,& Deciũ hîc, & Iaſ. in l. Gallus.§.inſtituẽs.
poſt Aret.ibi,ff.de lib.& poſth.adde tex.in l.f.ff.
de aſsig. lib. & Mod. Peruſ.in l.j.de ſucc.edicto.
Quintò probatur per tex. not.in l.item veniunt.
§.idẽ rectè.ff. de petit. hæred.vbi tex. appellat a-
ctionem in factum ex re iudicata,officiũ iudicis.
& ille tex. ad hoc eſt ſingularis.Poteſt tamen illi
reſponderi, vt patet ex not.per Bart. in l.intra.ff.
de re iud.facit tex.in l. harum.ff.ſi ſerui.vend. Vn
de puto, q, actio in factũ, ſeu quęlibet alia extra-
ordinaria actio, dicatur officium iudicis:& hoc
ꝓbatur vltra ſuprà dicta iura, d.§.perſequutiõis.
Quare hoc tenendo reſpondetur ad contraria,&
primò ad text.in l.q, ſi minor.§.ſi.ff.de minor.dũ
dicit, nulla actio datur: reſpondeo ſcilicet ordi-
naria, extraordinaria ſic.Et ita reſpondeo ad l.
hereditas.in ſi.ff.de pet.hęr.& ad l.Quintus Mu-
tius ff.de aur.& arg. lega. cũ ſimilib. Nec iſta ſo-
lutio debet videri abſurda: ex quo etiã probatur
in d.l.in cauſæ.item facit l.naturalis.§.quòd ſi fa
ciã.ff.de præſcri.verb.ſecundũ intellectũ Ful.ibi,
quẽ refert Decius in l.cum mota. C. de trãſact.&
eſt intellectus do. Chriſtoph. Caſtil. nã dum di-
cit ibi lex,nulla erit ciuilis actio, intellige Ordi-
naria quę ſit ſpecialis & nominata,ſed bene quę-
dam generalis: facit glo. in l.& nõ tantùm.§.j.ff.
de pet.hæred. & not. in l. ita nobis pudor.C. de
adult.in l.ſacrilegii.ff.ad l.Iul. pec.l.hæc oratio.
ff. ſi lib. ing. eſſe dic. meliùs facit l.ij.C.de dolo:
vbi dicitur, quòd† de dolo actio datur, quãdo nul 40
la alia competit.& tamẽ cõpetit etiã, quãdo da-
tur alia generalis, vt not.in l. ſub prætextu.in l.
actione.C. de tranſact. Secũdò hanc partẽ tenen-
do,non obſt.tex.in l.actionis.in ĵ. verſi. ff. de act.
& oblig.quia ego admitto,quòd, prout ſpecificè
conſideramus actionẽ perſonalẽ, ſeu realẽ, diſtat
ab officio iudicis, prout ego diſto ab alio homi-
ne.Sed ſi conſideremus actionem, prout capitur
propriè, quando reſpicit genus, tunc noſtra con-
cluſio habet locũ: ſicut ego ſum homo, & Titius
etiam ipſe eſt homo. Videbatur enim ex eo quòd
illæ actiones ſunt extraordinariæ, q, nõ deberẽt
propriè dici actiones, ſicut ordinariæ: contrariũ
determinatur, quia ſunt ſimiles illis ordinariis,
prout conſiderantur in ſpecie: ſed prout conſi-
deratur actio in genere, non coarctata alicui ſpe-
ciei, tunc etiam extraordinaria dicitur ita actio,
ſicut ordinaria. Et hæc noſtra opin. optimè pro-
batur ex l.j. iuncta l.liberti. C. de liber.& eorum
liber.nam in l. j. dicitur, quòd datur extraordi-
narium remedium : in l.liberti. dicitur, q, datur
actio. nam extraordinarium remedium, & offi-
cium iudicis eſt idem, vt not.Bart. in l.j.ff.de fur.
balnea.gl.Bar.Aret.Alex.Socin.Iaſ.in ij.not.in l.
cùm

cùm filiusfamiliàs.ff.ſi cer.pet.glo.& Doct.in l.ſi
cui.la ij.ff.de cond.& dem.tex.& glo.in l.j.§.cùm
ſeruus.ff.de his,qui deiec.vel effu.text.in l.j.in §.
eſt autem.ff.de exercit.& in l.j.§. quæſitum.ff.de
ſepar.bon.glo.in l.ij. C.de inſtit.& ſubſtit.tex.in
d. l.pecuniæ.§.perſequutionis.ff. de verb. ſign.
not.Bal.in d.l.j.C.de liber.& eorum lib.Et ſuprà
dicta puto vera, quando pars impetraret officiũ
iudicis ad perſequendũ in iudicio id,qđ ſibi de-
betur.nam quãdo peteret à iudice aliquid, quod
eſſet meræ facultati iudicis cõceſſum,ſecundũ l.
non quicquid.ff.de iudic.tunc non puto, ꝙ dica
tur actio,nec propriè, nec impropriè: & ideo in
hoc caſu ſi iudex denegaret illam mirã facultatẽ,
non liceret appellare: ſecus in actionib.extraor-
dinariis.ita procedit l.j.§.pen.ff.de aqua quot.&
æſti.&l.j.C.ſi ſęp.in integ.reſti.poſtu.alleg.hic ꝑ
41 Bar.Fortiùs teneo, quòd † officiũ iudicis aliquã
do dicatur propriè exceptio. nam quãdo aliquis
agit contra Titium,& ipſe inuocat officium iudi
cis tunc tale officium ſuccedit loco exceptionis,
& dicitur propriè exceptio, vt eſt text.in l. ſi is, à
quo.in princ.iũcta gl. ff.vt in poſ. leg.ſeu fidecõ.
no. Non obſt. l. planè. ff. de pet.hæred. quia eſt
quædam exceptio ordinaria,vt eſt doli exceptio
quæ oritur ex æquitate, quæ reſpiciat perſo-
nam opponentis tantũ: & illa non poteſt habe-
re locum in caſu illius legis. Eſt poſtea quædam
alia exceptio extraordinaria, quæ fit per officiũ
iudicis,quæ datur, quando ſubeſt æquitas, ſaltẽ
reſpectu alicuius partis, vel naturæ rei. & de illa
loquitur illa lex. & ita procedit etiam l. ſecun-
dum opin.Pet.ff. eo.tit. Vel ſecundum Bart. re-
ſpond.aliter, & meliùs, quòd ibi illa l. loquitur,
quãdo iudex iam iudicauit,& ex officio ſuo exe-
quitur.nam contra talem executionem opponi-
tur officium iudicis,non exceptio doli. Vnde ſi-
cut exceptio doli opponitur actionibus ordina-
riis,ita officiũ iudicis, quę eſt exceptio extraordi
naria, opponitur actionibus extraordinariis:itẽ
aliis actibus,qui expediuntur per officiũ iudicis.
Vnde illa fundamenta de d.l. planè. & d.l.fin.nõ
ſtringunt.Opponitur etiam illud officium iudi-
cis actionibus in factum,& huiuſmodi quæ non
ſunt ordinariæ. Cogita tamẽ:quia hęc ſunt mul-
tùm noua,& nõ ſum multùm clarus.Nam ſi hæc
eſſent vera,remanerent funditus deſtructæ quæ-
dam deciſiones Bart. & aliorum , relatæ hîc per
Mod.maximè Rim. & Iaſ. Intelligo autem ſuprà
dicta,quando imploratur officium iudicis nobi-
le.nam quando imploratur mercenarium, talis
imploratio nõ dicitur actio, ex quo fit tanquam
acceſſoria ad actionem iam intẽtatam.Et hoc te-
nendo remanet expeditũ illud,quod dixit Alex.
hîc,An ſtatutum exorbitans à iure communi lo-
quens de actione,compręhendat officium iudi-
cis.Nam Alexã. tenendo quòd officium iudicis
largo modo ſumpto vocabulo ſit actio, putat, ꝙ
compręhẽdatur ſub tali ſtatuto,per reg. quòd in
exorbitantibus licita eſt extenſio de ſtricta ſigni
ficatione vocabuli ad latam,l.filium habeo.ff.ad
Maced.iuncta l.iuſta.ff.de verb. ſig. l.liberum. §.
ſi.ff.de ritu nup.adde gl. & Scrib.in auth. mino-
ris debitor.C.qui dari tut.gl.in cle.j.de reſcript.
fortiùs dicit Alex. in l. ij.ff. de leg.j. quòd habet
locum etiam in correctorijs. Sed iſtud non puto
verum:quamuis Alexandrũ ſequatur Iaſ.in rub.
ff.de re iud.& hæc opin.Alex.ſatis placet. Picus
tamen hîc videtur tenere contrarium , negando
illam reg.quam dicit eſſe contra text.in §. quòd
ſi nepotes.Inſtit.qui teſta.tut.dari. Sed ad illum
tex.reſpon.quòd † aut loquimur in aliqua mate- 42
ria,& attenditur ſola voluntas teſtatoris, vbi nõ
eſt licitum arguere de ſimilib. ad ſimilia:& tunc
in his ego puto,quòd talis regula non habeat lo
cum,quando veriſimile non eſt teſtatorem intel
lexiſſe de eo caſu,qui continebatur largo modo
ſumpto vocabulo:& ita procedat d.§.pen.qui vi
detur ſe fundare ſuper hoc.nã ſi veriſimile eſt diſ
A ponentem cogitaſſe de illo caſu,qui continebã-
tur ſublata ſignificatione vocabuli , tũc permiſſa
eſt talis extenſio:exemplum in l. Gallus.in §. &
quid ſi tantũ.ff.de lib.& poſthum. vbi diſpoſitio
Galli loquens de morte naturali , extenditur ad
mortẽ ciuilẽ,ex pręſumpta mente Galli, vt dixi
ibi poſt Cat.Saccũ in §.idẽ credendũ.Aut loqui-
mur in aliqua materia,vbi licitũ eſt arguere de ſi
milibus ad ſimilia:& tunc iſta regula indiſtinctè
procedit,prout tamẽ ĩ.declarabimus.nam in vo
B luntate teſtatoris non licet argumentari de ſimi-
libus ad ſimilia,l.cõmodiſsimè.ff.de lib. & poſt.
ſed in legibus ſic,l.non poſſunt.ff.de ll. vnde idẽ
videtur in ſtatutis.Mod.Fer.hîc aliter,& meliùs
loquitur, quòd aut loquimur in fauorabilib. &
licita ſit talis extenſio,& hoc caſu extendatur ta
le ſtatutum:aut in odioſis,& tunc ſecus: facit ad
hoc doctri.Bart.in d.l.liberorum.ff.de verb. ſig.
qui allegans dictam regulam,loquitur in fauora
bilibus:itẽ doct.Bart.in l.j.ff.de excep. vbi in fa-
C uorabilib.appellatione Actiõis, venit exceptio.
Et hoc tenet Aret.in l.j.in princ.& Soc.in rub.&
in d.l.j.in ij.not.ff.de vulg.& pup. vbi hãc opin.
eandem corroborat aliquibus fundamentis. idẽ
tenet Socin. in l. j. §. de illo. poſt Bart. ibi , ff. ad
Treb.Et prædicta procedunt in odioſis & in fa-
uorabilibus. Sed quid in his,quæ non ſunt nec
odioſa,nec fauorabilia?ego puto,quòd illa regu
la non habeat locum,per notata per eundem So
cin.in d.l.j.in §.bonorũ. ff.ad Trebel. Confirmo
D ꝑ reg.quã tradit Bar.in l.ſi qs in graui. in iij. not.
ĩ.ad Syllan.dixi in d.§.& quid ſi tantùm. in con-
cluſione.Et hoc videtur etiã ibi tenere Alex. quã
uis idem in l.j.§.lex Falcidia.ff.ad l.Falcid.dicat,
ꝙ in diſpoſitiõe nec odioſa nec fauorabili licita
eſt extenſio,per tex.in l.atqui natura.§.ſi. cum l.
ſeq.ff.de neg.geſt.Teneo priorem opinionẽ,ſci-
licet quòd poſito,quòd officiũ iudicis largo mo
do compręhendatur appellatione actionis , ſta-
tutum de ea loquens non compręhẽdet illud , ſi
E ſumus in caſibus,qui non ſint nec odioſi, nec fa-
uorabiles.Non obſtat d.§.ſi.quia nos loquimur
in ſtatutis, q̃ ſtrictiſsimè licet intelligi : & ſuprà
dicta faciunt ad ſtatutum Papienſe diſponens ꝙ
in criminalibus quis accuſatus nõ audiatur, niſi
conſtituat ſe in carcere : nam videtur, quòd non
poſsit habere locum officium iudicis,vt per Bar.
in l.quęſitum.ff.de in ius voc.cum ſimilib.alleg.
hîc ꝑ Mod.Ferr.& per Alex.in l.j.§.ſublata.ff. ad
S. C.Treb. qui tamen dicunt in contrarium eſſe
F communem opin.Eſt verum,quòd ſi ſtatutũ ex-
cluderet communem defenſionem, tũc exclude
ret etiam officiũ iudicis,vt per Bar.in l.j.§.& par
ui.ff. quod vi,aut clã.Sed in cõtrariũ facit, quod
not.Lud.Rom.in l.de pupillo.§.fin.ff.de op.no.
nunt.Sed tũc tali ſtatuto poſſet adhiberi hoc re-
medium,vt compareret vnus tãquam aliquis de
populo,qui ratione fauoris publici imploret of
ficiũ iudicis,l.nõ tantùm.ff.de appel. & per Bar.
in l.pen.§.ad crimẽ.ff.de publ.iudic.do. Ant. de
Canarro,in tract.de excuſ.per totũ : & conſuluit
do.Ma-



do.Maria. Socin. & Thomas Dotius in duobus
conſiliis,quę impreſſa ſunt poſt dictum tractatũ.
Et ſi diceres,quòd hoc modo ſtatutum eſſet illu-
ſorium:reſpond.quòd imò non erit,ex quo talis
opponẽs ratione publici fauoris tenebitur ipſe
probare, quòd ille accuſatus delictum non fece-
rit: qđ non eſſet, ſi accuſatus poſſet ipſe excipe-
re,quia incumberet onus probandi accuſatori,l.
qui accuſare.C.de edend. Vnde per iſtud ſtatutũ
transfertur onus probandi in illam tertiam per-
ſonam , quæ impetrat officium iudicis : & ratio
poteſt eſſe,quia per contumaciam huius accuſa-
ti lex præſumit contra eum:vnde eum defenden
ti incumbit onus probãdi, l.verius.ff.de probat.
Ita tenent præfati Doct.allegant Bart. in extra-
uag.ad reprimendum.in verbo,legitimè. qui ta-
men non videtur hoc dicere.Adde multa in pro-
poſito allegata per Bald. in Margarita ſua, in ver
bo,officium excuſatoris. Ego tamen puto,quòd
ſi iudex condemnauit talem reum, poſſit iſte ac-
cuſatus petere reſciſſionem iſtius ſententiæ, per
l.qui in carcerem. ff.de his, quæ met.cauſa. nam
43 † metus carceris eſt iuſtus metus. Et hoc puto ve
rum , quando talis iudex eſſet ſolitus ponere ad
torturam accuſatos, etiam non exiſtentibus ali-
quibus coniecturis : vel quando talis iudex eſſet
vir toruus aut iniuſtus , ſecundum not. per Din.
in l.liber homo. ff.de acq.rer.dom. not.do.Abb.
in c.cùm dilectus. extrà, de his , quæ met.cauſa.
cum ſimilib. quæ dixi in l.interpoſitas. in iiij. q.
C.de tranſact. nam aliàs qui eſt in carcere,reſpe-
ctu iudicis non dicitur metum pati,vt per Bal.in
l.ſi qs in hoc genus. C.de epiſc.& cler. Archi.xv.
q.vj. ſacerdotum. not.Aret.in l.accuſationis. C.
de his,quæ met.cauſ.cum aliis ſimilib.& ad hæc
facit text.in clem.paſtoralis. vbi Pet.de Anch.in
xiij.not.de ſent.& re iudic. Et ſic habes duas de-
clarationes ad dictum ſtatutum. Tertia declara-
tio eſt,vt quamuis ſtatutum dicat, ꝙ non admit-
tatur aliqua defenſio,tamẽ ſi ſit notorium talem
accuſatum nõ deliquiſſe,debebit iudex eum ab-
ſoluere. Itẽ poterit quilibet implorare officium
iudicis, vt eum abſoluat. Idem iuris eſt,quando
eſſet accuſatus in re parui præiudicij : ita not.te-
net Bald.quem ſequitur ibi Alex.in l.planè.ff.de
petit.hæred. Quarta declaratio ſit,vt talis accu-
ſatus non debeat audiri , quo ad ſui vtilitatem,
ſed quo ad damnum ſic,l.quos prohibet. ff.de
poſtul. not.Bald.in extrauag. de pace Conſtant.
in princ. in verbo, non admittemus. facit, quod
not. in c.intelleximus. extrà , de iudic. Quinta
declaratio eſt , vt ſi ſtante tali ſtatuto accuſatus
fuerit contumax,& non conſtituerit ſe in carce-
ribus , & iudex abſque alia cauſa eum abſolue-
rit , talis ſententia abſolutoria , eſt ipſo iure nul-
la.videtur enim iudex procedere errore iuris ex-
preſſo,declarando, vt per Bald.in d.extrauag.de
pace Conſt.in verbo,non admittemus. idem te-
net Bald.in l.ſcire.§.conſequens.ff.de excuſ.tut.
& vide Alex. conſ.lxxj.in ij.vol. Sexta declara-
tio eſt,quando diceretur,ꝙ accuſatio eſt ipſo iu-
re nulla,per ea quę not.Alb.de Roſ.in ſtat.in iiij.
par.quæſt.xxiij. Septima declaratio eſt,vt poſſit
quis ire ad allegandum cauſas abſentiæ. Et ſi e-
runt iuſtæ,debebit contumax abſolui.Alb.in ſta
tut.in iiij.part.q.xxxij.Octauam declarationem
vide ibidem q.xlj. Nunc redeundo ad dicta Bar.
44 in quantum Bart. concludit, † officium iudicis
non pręſupponere obligationem: pro quo adde
text.in l.deducta.in prin. ff.ad Trebel. iſtud non
eſt verum . nam præſupponit obligationem ſal- L. 1.
tem, quæ oritur ex æquitate. nam cùm officium Ius dicen-
iudicis fundet ſe in æquitate,non eſſet dicendũ, tis.
ꝙ per eum ſolueretur illud,quod eſt indebitum,
ne vnde deberet oriri æquitas, naſceretur ini-
quitas , contra l.meminerint. C.vnde vi. nam e-
tiam ex æquitate,poſito ꝙ non interuenerit con
ſenſus,oritur obligatio,l.ſi me & Titium.ff.ſi cer
tum pet. ¶Sed hoc poſito,videtur ꝙ non ſit ali-
A qua differẽtia inter officium iudicis & actionem
datiuam.Sed reſpondeo.quòd actio datiua dici-
tur,quæ datur immediatè ex lege propter æqui-
tatem,etſi nullum factum partis interuenerit,ha
bens tamen nomen proprium: ſed officium iudi
cis non habet aliquod nomẽ actionis proprium.
exemplum in certi condictione. nam quando a-
gitur ex cõtractu mutui,talis actio eſt natiua: ſed
quando agitur ad certum ex cauſa abſq; obliga-
tione præcedente, tunc eſt datiua, l.iij. in princ.
B ff.commod. ſed tamẽ retinet proprium nomen,
quia dicitur certi condictio: ſed officium iudicis
non habet aliquod nomen , ſed ſemper datur ad
extraordinaria,vt s̃.probatum eſt.Vnde ego pu-
to , ꝙ quælibet actio in factum, quæ oriatur non
ex conſenſu, ſed ex æquitate, & ſic extraordina-
ria,dicatur officium iudicis: quod poteſt proba-
ri ex l.cùm filius.ff.ſi cert.pet.cùm ſimilib.quę s̃.
allegaui. Et q̃ dixi de actione datiua, tenet Phil.
Dec.in l.certi condictio.in princ.ff.ſi cert.pet.Et
C hoc procedit in officio iudicis nobili. nam mer-
cenarium ſemper pręſupponit obligationem ex
conſenſu,ſi non principaliter, ſaltem in neceſſa-
riam conſequentiam . nam cùm quis conſentiat
actioni , videtur etiam velle conſentire his, quæ
proueniunt de æquitate ab ipſa actione , veluti
vſuris,ſeu fructibus.& ita loquitur l.qui per col-
luſionem.§.ſi.ff.de act.empt.& l.iiij.C.depoſ.Ra
tio eſt,quia ille actus, qui ſequitur de neceſſitate
primum,cenſetur eiuſdem naturę, cuius primus
D eſt,vt per Aret.in l.is poteſt.in ſi.apparatus,ff.de
acq.hæred. Et ꝙ officium iudicis præſupponat
obligationem , facit: quia poteſt illi accedere fi-
deiuſſor,poteſt cedi,poteſt ad hęredes tranſmit-
ti, vt hîc per Mod.Fer. Secunda † differentia in- 45
ter officium iudicis & actionem eſt , ſecundum
Bar.in modo libellandi: quia qñ porrigitur libel
lus in actione, debet concludi aduerſarium eſſe
ſibi obligatum ad aliquid : ſed quãdo porrigitur
ſuper officio iudicis , tunc debet concludi iudi-
E cem debere aliquid facere & ſimilia. Do. Alex.
hîc tenet contrarium,& meliùs.Nam aut pars v-
titur verbo Ago, vel verbo Intento actionem : &
tunc libellus etiam procedit in officio iudicis,
ex quo officium iudicis præſupponit actionum
inſtar,l.actionis.ff.de act.& oblig.& verba libel-
li impropriantur ad eum ſuſtinendum, vt not.in
l.ſed & ſi poſſeſſori.§.ſi iurauero.ff.de iureiuran.
Aut pars concludit in libello ſuper officio iudi-
cis aduerſarium ſibi obligatum : prout dicit hîc
F Bart.& tũc etiam libellus debet ſuſtineri,ex quo
officium iudicis præſupponit aliqualem obli-
gationem,veluti eſt illa,quæ oritur ex æquitate,
vt s̃.dixi.Vnde videtur,quod iſta differentia Bar.
non ſit vera, maximè tenendo , ꝙ officium iudi-
cis & actio ſint idem, capiendo actionẽ in gene-
re. Sed Mod.hîc conantur ſaluare Bart. ſed mi-
nùs bene: vnde non refert. Et intellige hanc dif-
ferentiam in his caſibus, in quibus requiritur li-
bellus, quos referam ĩ:nam officium iudicis no-
bile non ſemper requirit libellum. Tertia † dif- 46

ferentia eſt, quia ille qui tenetur officio iudicis, non conſtituitur in mora per ſolam interpellationem extraiudicialem, l. cùm poſtulaſſem, ff. de damn. infecto. ſecus in eo, qui tenetur iure actionis, l. mora. ff. de vſu. Ratio eſt, ſecundum Decium hîc, quia officiũ iudicis non præſupponit obligationem. Et vbi non eſt obligatio, A ibi non eſt petitio: vbi non eſt petitio, ibi nulla mora, l. lecta. verſiculo, ſed cùm ſortis. ff. ſi certum peta. Iſta ratio ſic intellecta eſt contra ea, quæ ſuperiùs dixi. Vnde dic, quòd imò officium iudicis pręſupponit obligationem ex æquitate. Vnde dic, quòd ideo per ſolam interpellationẽ extraiudicialem quis non conſtituitur in mora: quia illa obligatio non eſt exorta niſi poſtquam iudex interpoſuit officium ſuum, & cognouit æquum eſſe illi ſuccurri: nam tunc oritur obliga- B tio, & poſt illud interpellatus quis conſtituitur in mora. Quando enim quis interpellatur in iudicio, tunc certum eſt, q iudex videt eſſe æquum illi ſuccurri. Vnde ſtatim declaratur ortam eſſe obligationem ex æquitate, propter quam obligationem quis conſtituitur in mora, mediante interpellatione. Sed antequàm iudex aditus ſit, dubium eſt, vtrũ iſta obligatio debeat approbari. Vnde nõ conſtituitur reus in mora. Iſtud probatur ex doctrina Bart in l. quod te. in verſ. venio C ad vltimũ. ff. ſi cert. pet. vbi quando aliquis probabiliter ignorat ſe debere p interpellationẽ extraiudicialem, non conſtituitur in mora. Et propter iſtam doctrinam limita primò hanc concluſionem Bart. vt procedat ſolùm in officio iudicis nobili: ſecus in mercenario. ita tenet not. Bald. hîc poſt Cyn. in l. vnica. in v. q. C. de alien. iudic. mut. cauſa fact. allegat l. item ſi verberatum. §. ſi. ff. de rei vend. idem tenet Dec. & Iaſ. hîc. & ratio patet ex prædictis. nam in officio iudicis merce- D nario ceſſat illa probabilis ignorantia, q non ſit declaratum de iſta æquitate, ex quo deſeruit actioni, & venit in conſequentiam actionis. vnde qui ſcit antecedens, debet ſcire conſequens: arg. l. ſeq. & l. illud. ff. de acq. hær. Limita ſecundò, ſecundũ Rim. hîc, in collatione, quia per ſimplicem interpellationem conſtituitur quis in mora, licet fiat officio iudicis. l. ſi ſoror. & ibi Bal. C. de collat. allegat l. ſi filius. in fi. ff. de colla. & hoc eſt ratione ſeruandę correlationis, de qua in illo E text. Decius tamen hîc intelligit illum tex. quòd ibi mora erat facta, nõ per interpellationem extraiudicialẽ, vt nos loquimur, ſed per iuſſum iudicis, cuius officio petitur collatio fieri, iuxta l. j. in prin. de colla. Quarta differẽtia, ſecundũ Bart. quia officiũ iudicis debet miſericorditer implorari, ſed actio non: allegat gl. in rub. de interrog. act. Iſtud dictũ Bar. nõ eſt verũ. nam imò ſemper tenetur iudex impertiri officium ſuum parti: ſin F minus, appellari poteſt, vt l. j. §. pen. ff. de aqua quotid. eſt verũ, quòd procederet, quando peteretur officium iudicis ſuper ea, quæ ſunt merę facultatis cõceſſa libero arbitrio iudicis, vt in l. nõ quicquid. ff. de iud. nam in primo caſu iudex denegans officiũ ſuum, ſi partẽ lędat, tenetur ad intereſſe parti, prout dicit Rim. hîc, allegando Bar. in l. quod iuſſit. j. de re iudic. & Bar. in l. j. C. quomodo & quando iudex. Quòd ſi non denegaret, ſed eſſet negligens, tunc à negligentia non appellatur, ſed pars debet adire ſuperiorẽ, vt compella-

LEX. II.

IABOLENVS Lib. VI. *ex Caſſio.*

CVi iuriſdictio [a] data eſt, † ea quoque conceſſa eſſe videtur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit.

tur talis iudex, ſcdm Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. nou. nun. cũ ſimilib. hîc alleg. per Rim. Et in quibus caſib. poteſt appellari à tali officio iudicis, vide Picũ in rep. l. in quartã. ff. ad l. Fal. Mod. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de ver. oblig. cũ concordantib. doctorib. quos poſui in d. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quot. ¶ Sed punctus eſt ſcire, quãdo † aliquid cõcedatur meræ facultati iudicis, vel non. nõ reperio, qui hoc decla- 47 ret. Ego puto ſic dicendũ, q aut ſumus in caſu claro, & tunc ſtamus expreſſis, l. cõtinuus. ff. de ver. oblig. aut ſumus in dubio, & tũc illud cõceſſum reſpicit merũ fauorẽ iudicis, & hoc caſu poteſt illi iudex renũtiare, per reg. l. pen. C. de pact. vnde non põt pars appellare. & hoc cẽſetur cõceſſum meræ facultati iudicis. Exemplũ: quis vult agere de facto coram iudice, certè põt iudex ſcindere libellũ, quia intereſt ſua, ne proceſſus ſit fruſtratorius, vt no. Inno. in c. j. de offi. vic. & tunc pars nõ poterit appellare, nec conqueri, nec dicetur ſibi fieri iniuria. Et ita pcedũt, quæ not. Pau. Caſt. Alex. & Aret. in l. vbi pactũ. C. de tranſact. aut non reſpicit fauorẽ iudicis: ſed ſi iudex nõ impertiret officiũ ſuũ, pars locupletaretur cũ aliena iactura: & hoc caſu debet iudex impertiri, aliàs appellari, l. planè. ff. de pet. hæred. facit doctri. Bar. in l. filiusfamiliàs. ff. de dona. meliùs, q not. Aret. in l. age cũ Geminiano. in fin. de tráſac. alleg. not. per Bar. in l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. ſuper gloſ. in verb. in opponẽdo. ff. de pact. Aut actor impetrat aliquid qđ pertinet ad ſuam vtilitatẽ, & nemini nocet: & tunc iudex debet impertiri. Sed ſi non impertitur, etiã q aliqualis iniuria fiat ipſi neganti, per hoc tamen non poteſt appellari: ita loquitur l. j. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. de iure tamẽ canonico videtur, q poſſit appellari, per gl. in c. bonę memorię. de poſtul. prę lat. not. Bar. in d. §. permittitur. Quod fortè etiã procedit de iure ciuili, quando talis rogans rogaret iudicem, vt damnum evitet, per not. per Bar. in l. ij. in verſ. ad huius autem declarationem. ff. ſol. mat. Et hęc not. ad ea, quæ ponit Bar. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. Et in iſtis duobus vltimis mẽbris poſſet procedere doctri. Bart. hîc, quòd debet eius officium miſericorditer implorari. Alias quatuor differentias ponit hîc do. Iaſ. alias ſex ponũt quidã Mod. Præpo. in princ. Inſtit. de actio. in vj. charta: vide ibi, quia maior pars non eſt vera. ¶ Circa tertiam III. quæſtionẽ Bart. dum quærit, Quotuplex † eſt of- 48 ficiũ iudicis, etc. Doctores cõmuniter tenẽt, quòd ſit niſi duplex, & quòd adverſariũ nõ detur: quia aut datur loco deficientis exceptionis, & eſt nobile: aut deſeruit exceptioni, & eſt mercenariũ. ita tenet Alb. Iaſ. Decius, & vterq; magiſter meus hîc. & hæc opin. videtur vera. In quantum tamẽ Bar. dicit, q † reſtitutio in integrum cõpetit offi- 49 cio iudicis nobili, quidã in circulis tenebant cõtrarium, mouebãtur: quia in integrum reſtitutio ſemper deſeruit actioni, vel exceptioni pponendę: ergo competit officio iudicis mercenario, ſecundum Bar. hîc. Tu tene communem, & reſpõ. negãdo, quòd deſeruiat vnquam actioni, vel exceptioni. nam non deſeruit, ſed eam generat, ſeu reſuſcitat. Nam actio, quæ reſtituitur per in integrum reſtitutionem, non eſt eadem cum prima, ſed eſt vtilis, ſecundum Bar. in l. Mæuius. §. duobus. ff. de leg. ij. quamvis Cyn. in l. ij. C. ſi adverſ. tranſact.



tranſact. tenuerit, quòd ſit eadem, ſed malè, vt ibi p Bart. Cùm ergo reſuſcitet, vel faciat nouam dari, non dicitur illi ſeruire, ſed potius parére. nam iura contraria, quæ loquuntur de præparatoriis, loquuntur de illis quæ ſeruiunt actioni, non de his quæ eam gene- ei, *aliàs.* rant. Exemplum: actio ad exhibendum, interrogatoriæ actiones, & ſimiles, deſeruiunt actioni iam natæ, non autem A IIII. faciunt eam naſci. ¶ Circa iiij. q. Bart. dum quæ- 50 rit, vtrùm † iudex poſſit officium ſuum exercere ſine petitione partis, fac regul. Quòd iudex non impertitur officium ſuum, niſi petenti. Fallit in xxxv. caſibus, quos breuiter enumerat Aret. in l. vnica, C. vt quæ deſunt aduoc. part. iud. Circa illam q. an Iuriſdictio cohæreat territorio, adde, quod not. Bar. & Lud. Rom. in l. ſi aliena. §. j. p il- 51 lum text. ff. de vſucap. vbi dicunt, q † præſcripto B territorio, præſcribitur iuriſdictio.

L. 2. Cui iuriſdictio.

LEX II.

1 *Conceſſa re, non ſemper cenſentur conceſſa conſequentia. 2, 5.*
3 *Non dicimur poſſe, quod incommodè poſſumus.*
4 *Dictio Rectè, interdum commoditatem denotat.*

CVI IVRISDICTIO. [a] ¶ Not. ex hac lege regulã, q cui aliquid con- C ceditur, intelligũtur conceſſa omnia, ſine quibus illud explicari nõ poteſt: facit l. veteres. & ibi gloſ. & Bart. ff. de itin. actuque pri. & l. ſi fundum. §. qui 1 fundum, excepto. ff. de leg. j. ¶ Limitatur † hæc regula primò, vt non intelligantur concedi ea, ſine quibus commiſſis expediri poteſt, licet non ita commodè: ita ſingulariter declárat Gemin. poſt Io. And. in c. ſolet. per vnam glo. ibi, de ſent. excom. lib. vj. pro hac allegat Iaſon l. j. in fin. ff. ſi vſufr. petat. & hanc limitationem tenet Felin. in D plurib. locis. Contrarium, & meliùs, tenet Aret. in c. de teſtib. de teſti. & Modern. in c. præterea. in vlt. not. in ij. limit. extrà, de offic. deleg. allegat Aret. text. in l. penult. ff. de vſufr. vbi quis poteſt ædificare in area legato vſufructu eius: quod ædificium tendit ad maiorem commoditatem, ſcilicet vt fructus cuſtodiantur. Eſt verum, quòd ad illud reſpondẽt Moder. quòd ibi intelligitur de ædificio neceſſario. Sed iſta reſponſio eſt contra E illum text. cuſtodia enim non eſt neceſſaria plus in domo, quàm extrà: eſt bene magis commoda. Et quia ille text. videtur contradicere l. vſufructuarius. §. ædificium. & l. vſufructuarius nouum tectorium. §. eodem titulo. concordando diſtingue: aut ſi veniret illud conſequens, vitiaretur actus, & tunc nunquam cenſetur eſſe conceſſum: ita loquitur d. l. vſufructuarius. Aut dubitatur, vtrùm venerit conſequens, quod ad commoditatem & vtilitatem tendit: & dicendum eſt, quòd F ſic, dicta l. pen. & ita loquitur Aretin. Aut dubita- 2 tur, vtrùm † venerit conſequens voluntarium: & tunc dicendum eſt, quòd non, d. l. vſufructuarius nouum tectorium. facit l. j. ff. de impen. in rebus dotal. Secundò pro hac concluſione Aretin. adducitur text. in l. quicunque. §. ſi ei, quem. ff. de inſtit. vbi probatur, q cui aliquid conceditur, intelliguntur etiam conceſſa ea, quæ inde ſequuntur, etiamſi nõ ſequantur neceſſariò, ſed ad commodum. fideiuſſor enim non eſt de neceſſitate,

q fideiubeat pro inſtitoribus. Ad hoc tamen reſpondent Moder. q ideo venit, quia non eſt vis ex quo dominus teneretur ſoluere, etiamſi fideiuſſor non interueniſſet. Sed iſta reſponſio non placet: quia imò intereſt domini, non teneri tantis actionibus, arg. l. cùm filius. §. variis. ff. de legat. ij. Item non litigare cum tot, arg. l. minoribus. la j. de minor. Item poſſunt conſiderari alij intereſſe: & ſic hæc iura Aret. probat. Tertiò pro hac concluſione adducit Decius hîc regulã, quòd † dicimur ea nõ poſſe, quæ commodè non 3 poſſumus, l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignif. Sed reſponde, q ille tex. nil facit, vt patet ibi ex gl. in verbo, meo. Sed quamuis ille text. non probet, probatur tamen hæc concluſio ex aliis. Quartò adduco tex. in l. auibus. ff. de legat. iij. vbi legatis auibus, continetur etiam auiaria, ſeu caueę: quia ſine illis aues commodè haberi non poſſunt, vt dicit ibi gl. Quintò probatur ex l. fin. §. tit. ij. vbi mandata iuriſdictione, venit modica coercitio. nam ſine illa iuriſdictio commodè expediri non poteſt. Et hæc duo iura ad hoc adducunt hîc Moderni. Addo vltra eos ſextò text. in l. ſi fundum. §. qui fundum, excepto. ff. de legat. j. vbi † legans 4 fundum, intelligitur etiam legaſſe iter & actum: cùm tamẽ iter eſſet neceſſarium, actus verò plus tendat ad commoditatem. Septimò facit text. in l. qui penum. §. ſi. ff. de penu leg. vbi legans penum, putatur legaſſe omnia, quibus expediri penus rectè poteſt. Pondera verbum Rectè, quod ſignificat cõmodè, l. j. §. licet. ff. de peric. & com. rei vend. Nec obſtat, ſi diceres, q hæc duo iura loquuntur in fauorabilibus, in quibus fit extenſio: quia reſpond. q etiam in conceſſionibus odioſis eſt idem. Exemplum in c. de prudentia. extrà, de donat. inter vir. & vxor. nam iuriſdictio delegata eſt odioſa, c. j. de reſcrip. lib. vj. vbi gl. not. & tamen in iuriſdictione delegata veniũt etiam conſequentia non neceſſaria, ſed quæ ſolùm ſunt ad bene eſſe. ita probat ille text. ſingul. ad hoc. Et hãc partem tenendo reſpond. ad gl. in d. c. ſolet. vt per Moder. in d. c. præterea. in vlt. not. Ad tex. in d. l. j. in fin. reſpond. q quando eſſet aliquod commodum magnum, tunc conſideretur: ſecùs, ſi minimum, & ita loquatur illa l. Cogita: quia iſta dependent ab his, quæ not. per Bart. Aret. & alios, in l. Gallus. in §. & quid ſi tantũ. ff. de lib. & poſthum. & ibi dixi concluſ. j. dum tracto, vtrùm vbicunque caſus omiſſus poteſt comprehendi virtute expreſſi, fiat ad illum extenſio. & tenui, q ſic. & q illud omiſſum continetur aut ratione actus, aut propter neceſſarium antecedens, aut ratione connexi, vel propter neceſſarium exurgens ex eadem cauſa, aut ratione acceſſorij tendentis ad eundem effectum, aut ex vi vocabuli: dic, vt ibi. Limitatur † ſecundò iſta regula, vt hîc 5 per Iaſ. qui ponit alias limitationes, & dum limitat, quando illud, quod eſt conceſſum, veniret minus alio, quod veniret in conſequentiam. Pro iſta facit, qđ not. in l. ij. ff. de penu leg. In contrarium tamen facit dictum Petr. de Anchar. quod refert Iaſ. in l. j. ff. de tranſact. Item, quod not. in c. ſi clericus. de præbend. vbi † conceſſa alicui præben- 6 da, & ſic re corporali, intelligitur conceſſus canonicatus, & ſic quid ſpeciale: vide c. cùm M. de conſtit. item l. quoties. C. de iudic. Item ad regulam. huius l. adde, quod not. Bart. in authent. ha-

bita. Cod. ne filius pro patre. in l.vtimur. ff. de
ſepulchr.violat.l.iubemus. Cod.de dignitat. li-
bro duodecimo. item facit ſignanter deciſio Io-
annis Andreæ in addition. Specul. in titulo de
locat.§.nunc aliqua.item vide Iaſonem in l.Bar-
barius. ff. de offi-
cio prætoris. item
Iaſonem in l.cen-
† ſingulari, aliàs. turio.de vulgar.&
pupil. & ad mate-
riam vide gloſ. in
c.fin. in fin. in ver-
bo, alioquin. di-
ſtinct.iiij.

## LEX III.

VLPIANVS LIB. † II. *de Officio Quæſtoris.*

IMperium [a] aut me-
rum, aut mixtũ eſt.
A Merum eſt imperiũ,
habere gladij poteſta
tem ad animaduerten
dũ *in* facinoroſos ho-
mines, quod etiã Po-

## LEX III.


1 *Summatur l.imperium.*
2 *Sententia lata in iudicio ſummario, eſt mera definitiua. 3,4,31,& ſeq.*
5 *Imperium merum, & iuriſdictio in ſpecie, opponuntur vt ſpecies.* B
6 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris.*
9 *Definitio & declaratio mixti imperij: &, an delegetur. 10.*
12 *Diuerſa lectio verſ.fin. 13,14,15.*
18 *Infamiæ notam inurere, eſt meri imperij.*
20 *Diiudicatio, quæ capitalis pœna infligẽda veniat, ſumitur ex ratione delicti, ab vſu principis, à conſuetudine, & aliis ſimilibus coniecturis.*
21 *Quibus iudicibus competat merum imperium: &, quomodo procedat, quòd penes ſolum principem eſſe dicatur. 22,23,24,25,26,27,80,81,82, & ſeq.*
29 *Pœna morte expirat, ita quòd è viuis ſublati, ab ea liberi eſſe debeant.*
30 *Poteſtas eſt generalior imperio. 161.*
40 *Iuriſdictionis appellatio an compræhendat merum & mixtum imperium. 41,42,43, & ſeq.*
56 *Tres gradus iuriſdictionis.*
57 *Modica corporis coercitio an ſit meri imperij. 58, 59, 60,61,62,63,64.*
65 *Meri imperij definitio, & eiuſdem explanatio. 77,79.*
66 *Accuſatio an diſtinguatur ab officio iudicis, et ab actione. 67,68.*
71 *A contractibus ad iudicia licitum eſt arguere.*
78 *Condere legem non eſt meri imperij, ſed meræ facultatis, & permiſsionis. 110,111,112.*
89 *Azonis & Lotharij Iuriſconſultorum de mero imperio altercatio.*
108 *Reſeruata principi nequeunt acquiri per præſcriptionem: item, quid iuris in imperio mero.*
169 *Exempla meri imperij. 119,133,134,137.*
113 *An populus Romanus, ſenatus, præfectus prætorio, poteſtatem legis condendæ habeant.*
117 *Præfectus prætorio & Cardinalis, quo ad dignitatem, comparantur.*
118 *Exempla reſeruatorum principi.*
120 *An mutilationis membri pœna dicatur capitalis. 121, 122,125,127.*
129 *Ius incarcerandi eſt meri imperij.*
130 *In carcerem detruſio aliàs in pœnam, aliàs tantùm cuſtodiæ cauſa fit.*
131 *Ad perpetuum carcerem damnatus hodie non efficitur ſeruus pœnæ.*
132 *Forma exequendæ per gladium pœnæ à loci conſuetudine ſumitur.*
135 *Tortura interdum eſt meri imperij, interdum iuriſdictionis.*
136 *Tres modicæ coercitionis ſpecies.*
138 *Mulcta interdum eſt meri, interdum mixti imperij, interdum iuriſdictionis. 139.*
140 *Pœna publicationis & confiſcationis bonorũ eſt meri imperij.*
142 *Conſideratis imperij meri exemplis, quõ delegatio in iis fieri poſsit, examinat. 143,144,145. & ſeq.*
167 *Mixtum imperium quid ſit: &, cur ſic dicatur. 168.*
169 *Mixtum imperiũ quibus iudicib. competat, et variorum iudicũ explicatio. 170 171,172, et ſeq.*
181 *Sex imperij mixti gradus ordine explicati. 182, 197, 200.*
185 *Comes Palatinus non niſi ex ſpeciali conceſsione, poteſt patre defuncto filios legitimare.*
187 *Creare tabelliones an ſit de reſeruatis principi. 195.*
195 *Tabularij & tabelliones differunt.*
198 *Supplicatio à ſententia præfecti prætorio eſt mixti imperij maioris.*
201 *Reſtitutio in integrum, miſsio in poſſeſsionem ex vtroq; decreto, & quæuis executio, an per delegatum expediri poſsint. 202,203, & ſeq.*


IMPERIVM. ¶ Summa, vt hîc per
Alexan. vel ſecundum intellectum,
quem infrà tenebo. † Merum impe 1
rium conſiſtit circa cauſas crimi-
nales: mixtum verò partim conſi-
C ſtit ex mero imperio, partim ex iuriſdictione mi-
nima, vt eſt interpoſitio decreti & iudicis dandi
licentia. Hoc dicit. Iſtam legem intendo ordina-
tè repetere, quia vtilis eſt eius materia, & eam
Doctores, ſecundum Bart. malè explicant. vnde
eſt diligenter attendendum. ¶ In text. in princ. *Notab.* I.
not. primò, iuncta ſecunda parte huius legis, q̃
merum illud dicitur, quod de p ſe conſtat, & eſt
ſimplex & abſtractum ab omni alio ente, ſeu ab
omni alia qualitate: facit tex. in §. prætoriæ. Inſt.
D de diuiſ. ſtipul. facit conſimilis text. in l.v. incip.
ſtipulationum. in princ. quæ à mero prætoris of-
ficio, ff. de verb. oblig. facit etiam l. vnica, §. fin. ff.
ſi quis ius dicen. non obtemp. & l. qui res ſuas. §.
mihi Romæ. ff. de ſolut. & l. ſi ſic. in princ. & ibi
Angel. not. ff. de legat. j. cum ſimilib. Et hæc infe-
runtur ad quæſtionem, vtrùm † ſententia lata in 2
cauſis ſummariis, ſecundum clem. ſæpe. de verb.
ſignif. ſit mera diffinitiua. Angel. hîc dicit, ſe con
ſuluiſſe, quòd non: & hæc opinio eſt communis.
E & pro ea facit, quia ex quo poteſt ferri lite non
conteſtata, ſapit naturam interlocutoriæ. Secun
dò adducit Angel. q̃ ibi vnum & idem ens habet
effectum vnius ſubiecti, & formã alterius, debe-
mus illũ denominare ſecundũ ſubiectũ forma-
lem, tanquã à fortiori & digniori. forma em̃ eſt,
quæ dat eſſe rei, l. Iulianus. §. ſi quis. ff. de exhib.
l. Seia. ff. de aur. & argen. leg. Contrarium tenuit
Paul. de Caſt. hîc. mouetur, quia ſentẽtia diffini-
tiua dicit̃, quia diffinit negotiũ principale. quo-
F quo modo diffiniat, dicitur mera diffinitiua. alle
gat gl. in l. ſi q̃s à liberis. §. ex his. ff. de lib. agnoſ.
per Bart. in l. ij. ff. de appel. recip. facit l. j. ff. de re
iudic. Et hanc partem ego puto veram, quã con-
firmo. Eius naturæ eſt ſententia, cuius proceſſus.
nam ſententia debet referre ſe ad acta, l. lege Iu-
lia. ff. de manumiſs. facit l. ait prætor. §. j. ff. de re
iudic. Sed proceſſus in cauſis ſummariis eſt ſim-
plex, & ſic merus, d. clem. ſæpe. vbi dicitur, quòd
p̃cedit ſimpliciter, & de plano, &c. Ergo etiam
ſententia diffinitiua debet dici ſimplex & mera.
Et



Et quòd ſimplex & mera conuertatur, probatur
3 ſic: Merum † ſignificat purum: & purum, & ſim-
plex æquipollet, l. manifeſtiſſimi. & ibi Aret. C.
de furt. Et hoc tenendo, reſpondetur ad contra-
ria, negando quòd diffinitiua non dicatur mera,
niſi lis ſit conteſtata. Nam quòd non requiratur
litis conteſtatio ad eius eſſentiam, probat̃ ex dif
finitione, quam ponit text. in d. l. j. ff. de re iudic.
Nec obſtat, quòd ſit ſimilis interlocutoriæ: quia
quando caperet aliquid ab interlocutoria, tunc A
faterer, quòd non eſſet mera diffinitiua: ſed per
hoc, quòd ſit ſimilis, non: facit in arg. l. quod Ner
ua. ff. depoſ. Non obſtat ſecundum, quia nego, q̃
non habeat formam diffinitiuæ. Illa igitur regu-
la procedit, quando aliqua res habet effectum ſo
lum vnius, ſed formam alterius. Sed in noſtro ca
ſu iſta dffinitiua habet effectum, & formam diffi-
nitiuę. Iſtud probo: nam argumentum ab etymo
logia vocabuli valet, quãdo nõ repugnat diffini-
tio, vt per Bart. in l. ij. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & B
per Scrib. in l. j. ff. de acquir. poſſeſ. Vnde arguen-
do ab etymologia vocabuli, diffinitiua dicitur,
quia litem diffinit. Quocunq; ergo modo diffi-
niat, debet dici mera diffinitiua, cùm diffinitio
eius, quæ ponitur in d. l. j. nõ repugnet. ¶ Secun
dò iſtud not. infertur ad aliam quæſtionẽ, quòd
ſtatutum loquens de mera interlocutoria, non
habet locum in interlocutoria, habente vim dif-
finitiuæ: quia illa non eſt mera: ita tenet Angel.
Imol. Paul. de Caſt. Alex. Aret. Iaſ. in l. ſtipulatio- C
num. quę eſt quinta in ordine, in prin. ff. de verb.
oblig. & latè Felin. in rubr. extrà, de re iudic. &
hæc opin. eſt vera. Contra eam tamen facit, quia
quòd habeat vim diffinitiuę, iſtud venit in conſe
quentiam. Vnde non videtur, q̃ per iſtud, quod
incidenter venit, debeat alterari ſubſtãtia inter-
locutoriæ: arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. per.
& l. ſi qua mihi. in princ. ff. de ritu nupt. Secundò
in contrarium videtur vrgere: quia etiam q̃ ali-
quid in effectu ſequatur diuerſum à forma, tamẽ D
per hoc non tollitur, quin ille actus dicatur me-
rus. Exemplum in c. vt inquiſitionis. §. prohibe-
mus. de hæret. lib. vj. dicitur ibi, q̃ crimẽ hæreſis
eſt merè eccleſiaſticum, & tamẽ ſecundum com-
munem opin. in effectu etiam pertinet ad laicos:
quia etiam quòd inquiſitor condemnauerit hæ-
reticum ſecundum formas iuris canonici, tamen
debet eum tradere iudici ſeculari, iuxta c. præſi-
dentes. de hæret. lib. vj. qui iudex poterit etiam
ipſe de nouo inquirere, ſecundum Bart. & alios E
in l. magiſtratibus. j̃ eod. & in l. diuus. & in l. non
dubium. ff. de cuſtod. & exhib. reor. vnde in effe-
ctu nõ eſſet merum. Ad hoc fundamentum dffi-
cile eſt reſpondere, niſi negando communẽ opi-
nionem: & ſic, quòd ſecularis non poſsit rurſus
inquirere. quam opinionem cõtra communem
etiam tenet Iaſ. in d. l. magiſtratibus. ſed melius
eſt tenere communia. Quare ſic puto dicendum,
4 quòd † aut verbum Mera, apponitur alicui nomi
ni ratione totius, & tunc procedit opin. Doct. in F
d. l. ſtipulationum. in princ. aut apponitur ratio-
ne partis mixtæ, & tunc etiam illa pars de per ſe
conſiderata, poteſt dici mera, d. §. prohibemus. ſi
verò conſideremus eam, prout eſt iuncta alteri,
tunc non eſt mera, ſed mixta: & ita probatur ex
hoc textu in ij. reſponſo: facit §. quòd ſi partim.
Inſtit. de rer. diuiſ. Vnde in caſu noſtri ſtatuti dic,
quòd aut eſt fauorabile, & tunc veniet etiam in-
terlocutoria, habens vim diffinitiuæ: aut odio-
ſum: & non veniet: arg. c. odia. de reg. iur. lib. vj.
aut non eſt nec fauorabile, nec odioſum, & tunc L. 3.
idem. nam in dubio verba debẽt intelligi plenè, Imperiũ.
non autẽ ſecundum quid, l. ſi ita fuerit. & l. quiſ-
quis. ff. de leg. iij. Illud tñ notandum eſt, q̃ quo-
ties aliquis actus de ſui natura eſt mixtus, poteſt
tamen dici merus: exemplum in mulſo, qđ con-
ſtat ex melle & vino. vnde poterimus dicere, me
rum mulſum. ita p̃batur in l. j. in prin. ff. de vulg.
& pupil. & in l. Gallus. §. j. ff. de libe. & poſth. vbi
A actus, qui ſui natura habet conditionem, dicitur
ſimplex. Et hoc poteſt inferri ad teſtem, qui iura
ret dicere meram veritatem, vt tamen poſſit di-
cere verbum quod de ſui natura eſt ambiguum:
de quo vide quod not. in c. ſi pro clericis. extrà,
de accuſ. Reliqua circa hanc dictionem vide per
Bal. in l. etiam. C. de obſeq. pat. præſt. Et quæ ſit
mera interlocutoria, & interlocutoria habens
vim diffinitiuæ, vide p̃ Lud. Rom. in rubr. j̃. de re
iud. & tangit aliquid Ioan. Bapt. Sanſeuer. hîc in
B repet. in vlt. verb. ¶ Secundò not. ex prin. l. iun- II.
cto fine, quòd † imperium merum & iuriſdictio, 5
in ſpecie ſumpta, ſunt tanquam ſpecies oppoſi-
tę. Nam ſicut imperium reſpicit tantùm maiora,
ita iuriſdictio reſpicit tantùm cauſas minimas.
vnde aliquibus competit ſolum merũ imperiũ,
veluti latrunculatori, l. ſolemus. §. fin. ff. de iudic.
aliquibus tantùm cauſæ iuriſdictionis minimæ,
vt delegatis, l. j. s̃. tit. ij. Regulariter tamẽ cui com
petit merum imperium, competit etiam iuriſdi-
C ctio minima. Abſurdum eſt enim, vt in eius ſalu-
tem vel exiſtimationem valeat quiſquã proferre
ſentẽtiam, cuius de nulla re poſſit pecuniaria iu-
dicare. ita dicit text. in l. ex eo. C. de agen. in reb.
lib. xij. Et ex iſto not. infert Paul. de Caſtr. hîc ad
quæſtionẽ, q̃ ſi quis præſcripſerit iuriſdictionẽ,
non intelligitur præſcripſiſſe merũ imperiũ, nec
econtrà. Facit, quia † præſcriptio eſt ſtricti iuris, 6
& tantum dicitur præſcriptum, quantum poſſeſ
ſum, & non plus, l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. a-
D ctuque pri. facit etiam, qđ not. Iaſ. in l. præced. in
ij limit. Item pro hac opin. poteſt adduci text. in
c. cùm contingat. extrà, de foro compet. vbi eſt
text. q̃ quis poteſt præſcribere iuriſdictionẽ abſ-
que coercitione. & illum text. ita intelligit Abb.
ibi. Item facit, quia ſi nos loquimur in perſona
priuata, talis perſona nullo tempore poteſt præ-
ſcribere merum imperium, ſecundũ Ant. de But.
& dom. Abb. in d. c. cùm contingat. & infrà dice
mus poſt repet. hîc in xv. quæſt. In contrarium fa
E cit, quod not. Bal. in c. fi. de conſuet. quia † præ- 7
ſcripta re, putà domo, intelliguntur præſcripta
acceſſoria, putà ſeruitutes, vt eſt text. in l. ſi alie-
na. §. j. ff. de vſucap. & not. Bart. in l. de quibus. in
repet. ff. de legib. Sol. Iaſ. s̃. l. prox. quòd ideo ibi
præſcribuntur ſeruitutes, quia inſunt rei. Tu ali-
ter dic. nam illa l. loquitur, quando quis poſſedit
domum, & quaſi poſſedit ſeruitutes. vnde vtrun
que præſcribitur. nos verò loquimur, quando q̃s
poſſedit niſi vnum: quo caſu aliud quantumcun-
F que acceſſorium non præſcribit. Secundò con-
tra hanc concluſionem facit, quod not. Bald. hîc,
dum dicit, q̃ qui præſcripſit condemnationem,
cenſetur etiam præſcripſiſſe abſolutionẽ, & hoc
refert, & ſequitur Socin. in rubr. ff. de acq. poſſeſ.
in fine. Sed ad hoc poteſt reſponderi negando i-
ſtam deciſionẽ, q̃a in cõtrarium eſt glo. eſt in cle.
j̃. de hæret. quã ibi ſequitur Card. & nouiſſimum
contrarium tenuit Iaſ. in l. iij. ff. de re iudic. item
quia in contrarium eſt text. in d. c. cùm contin-
gat. Item poſito quòd illa deciſio ſit vera, tamen

non vrget cōtra deciſionem Paul. Caſtr. hîc. nam dictū Baldi procedit ratione correlationis, quæ facta eſt propter legem antiquam, vt per Aret. in d. rub. de acquir. poſſeſ. quę ratio ceſſat in noſtro caſu: ſtat enī merum imperium abſq; iuriſdictione, & econtrà, d. l. ſolemus. §. fi. & d. l. j. ſ. tit. ij. Tertiò contra ſ. dictā concluſionē facit tex. A in c. j. de relig. do. quem allegat etiam Rim. hîc, vbi p̄ poſſeſſionem vnius membri, ſeu vnius articuli, quis præſumitur pręſcripſiſſe totam rem. Et illum tex. ad hoc reputat ſingularem do. Abb. & infert ad aliquas quæſt. de quibus ibi per eum. Breuiter, per illum tex. communiter tenet̃, ꝙ aut ſumus in dubio, & p̄ pręſcriptionem partis quis præſumitur dn̄s totius: aut ſumus in claro, ꝙ qs non habebat iuriſdictionē, nec merū imperiū: & tunc per præſcriptionē alterius non intelligitur B acquiſitum alterū. & hoc ſecundo caſu procedit dictum Paul. de Caſt. Sed an primo caſu admittatur probatio contra illam præſumptionem? Ego putarem, ꝙ ſic, arg. l. ſiue poſſideris. C. de probat. Et hoc modo declaranda eſt deciſio Ant. de But. in c. fin. de cauſa poſſ. & propr. vbi voluit, ꝙ præſcribens decimam in vino, intelligitur etiā præſcripſiſſe in frumēto: quia iſta omnia concernūt ius decimandi. Ego iſtam deciſionē nullo modo puto veram: maximè, quia videtur contra text. C in d. l. j. §. ſi quis hoc interdicto. Item quia d. c. j. de relig. do. loquitur, qn̄ quis præſcripſit aliquā partem, & neceſſe eſt, ꝙ altera pars omnino ſit in rerum natura. Nam ibi qui dederat ſacramenta baptiſmi alicui eccleſiæ, præſumitur eſſe epiſcopus etiā illius eccleſiæ. Ratio eſt, quia neceſſe eſt, ꝙ illa eccleſia ſit ſubiecta alicui epiſcopo. Sed in noſtro caſu ſtat ſimul, ꝙ aliqua villa, vel aliqui ciues teneantur dare decimas de vino, & tamen non tenebuntur de frumēto: & ita in ſimili not. D quæſtionem decidit dom. Abb. in d. c. j. & ad materiam illius c. vltra allegata per Rim. hîc. vide do. Alex. in conſ. lxviij. viſo. in j. vol. facit quod not. Inno. in c. tuam. de decimis. Subdit tn̄ Paul. de Caſtr. ꝙ ſi quis præſcripſerit merū imperium, reſpectu vnius qualitatis, putà in decapitādo, ꝙ poterit mutare hanc qualitatē, & ſic reos ſuſpendere: quia iſtud non eſt mutare ſubſtantiam, ſed qualitatem, l. iij. §. ſi quis nouum. ff. de riuis. iſtud dictum etiam ſequitur Rim. hîc, & adducit deci- E

8 ſionem Bal. ſ. relatam. Ergo puto, ꝙ † vterque in hoc malè loquatur. moueor, quia nos videmus, ꝙ in materia iuriſdictionis aliqua qualitas addita, vel remota, facit illam iuriſdictionem diuerſam. ita not. in l. ius ciuile. ff. de legi. in l. j. §. ſi qs ſimpliciter. ff. de verb. oblig. vbi illa qualitas, vt iudex poſſit procedere ſimpliciter, & de plano, alterat ipſam iuriſdictionem, & de ordinaria facit delegatam: facit, quia diuerſum eſt ius in his: quod patet in l. aut damnum. in prin. j. de pœnis. F Fortiùs teneo, q, qui præſcripſerit merum imperium, putà ius decapitandi homicidam, non intelligatur præſcripſiſſe ſuſpendendi furem. nam iſti ſunt caſus & qualitates, ex quib. mutat̃ ſubſtātia facti. vnde debet habere locū doctrina Bar. in l. edita. C. de eden. Iſtæ enim qualitates penitùs ſunt diuerſę. Vnde quando qualitas detracta, vel adiecta libello, mutat ſubſtantiam actionis, vel obligationis, tunc videtur eſſe nouum iudicium, & debet dari libellus de nouo. ita tenet Bar. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. ad leg. Iul. de adult. & in ſimilibus terminis refert Aret. in d. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. vbi per hoc reprobat ſuprà dictam opin. Doct. in d. l. ius ciuile. Vtcunque non poteſt negari, quin iſti caſus, & iſti modi condemnationis ſint diuerſi. Vnde cū præſcriptio ſit quædam conſuetudo, prout notat Ioan. Andr. & Abb. in c. cùm dilectus. de conſuetud. & conſuetudines ſub modo & forma nō valent, niſi ſub illo modo & forma. C. de teſtam. l. fi. not. Bald. in extrauag. de pace Conſtan. circa med. vnde idem Bal. in c. j. qui feud. dare poſſ. dicit, ꝙ conſuetudines tantum habēt in potentia, quantum in actu, & non plus: & hanc opin. tenet Alb. de Roſ. hîc circa med. dom. Abb. in c. quod tranſlationem. in vlt. notabili. de offic. legat. Ad B text. in §. ſi quis nouum. reſponde, ꝙ illa lex non loquit̃ in odioſis, vt eſt noſter caſus. illa enim lex eſt fauorabilis, & fundatur ſuper æquitate, quæ vult, quòd liceat in alieno facere, qđ mihi prodeſt, & alij non nocet. De ſecundo per Bart. in l. ij. ff. ſolut. matrim. ſubtiliter per Ioan. Fab. Inſtit. de l. Fuſia Can. tollen. Subdit aliud Paul. de Caſtro, quod quia nil eſt addendum, non refero.

testas appellatur. Mixtum[a] imperiū eſt, cui etiā iuriſdictio ineſt, quod in dāda bonorū

III. a [a] ¶ Tertiò not. ꝙ † mixtum imperium eſt, qđ conſtat ex mero imperio & iuriſdictione minima. nam mixtum imperium, ſecundum Bar. j. eſt 9 C iuriſdictio, quæ expeditur officio iudicis nobili, & hoc habet à mero imperio, priuatam vtilitatē reſpiciens, & hoc capit à minima iuriſdictione. Ex hoc corollario quęrunt Doct. cùm imperium mixtum capiat partē imperij, & iuriſdictionis, cur potiùs non eſt dictum mixta iuriſdictio? Sed ad hoc reſpōdet Alex. ꝙ ideo relatio facta eſt ad merum imperium, quia eſt nobilius. Et ſic ex ratione huius text. not. reg. Quòd quotieſcunque D aliquid componitur ex duobus pariter, ſemper denominatur à nobiliori: facit l. cùm in diuerſis. ff. de relig. Adde, quòd regulatur ſecundum naturam validioris, l. quæritur. ff. de ſtat. hom. Item benignioris, l. cùm pupillus. & ibi Bart. ff. ad leg. Falc. Item accidentalis potiùs, quàm naturalis, l. ij. in fi. ff. ad l. Aquil. Et ad iſtam reg. adducit Iaſ. hîc plura ſimilia, de quibus dic, vt per eum: & latiùs Felin. in c. j. de præſcript. & vide etiam Alex. & Aret. & Soc. in l. ij. ff. de verb. oblig. in princ. E Ego iſtud not. infero ad vnum, ad quod alij non aduerterunt. nam cùm mixtū imperium ſit compoſitum ex mero & iuriſdictione minima, ſtante prędicta regula, ſequitur, quòd debeat ſapere naturam meri imperij, tanquam validioris: & ſic, ꝙ nō poſſit delegari. quod facit pro cōmuni opin. contra Guid. de Suz. & eam, quā ipſe tenui in l. j. ſ. eod. Confirmatur iſta communis concluſ. quia † materia mixta, quotieſcunq; concurrunt duæ 10 rationes, vna, quę ſuadeat cauſam debere delegari, F altera quæ ſuadeat contrarium, debet attendi cauſa, ne delegetur. Iſtud probat̃ in c. ſuper quæſtionū. in §. ſi verò duo. de offic. deleg. & illū tex. ad hoc ibi not. do. Abb. nā delegatus papę poteſt ſubdelegare, delegatus priuati nō, l. à iudice. C. de iudic. Pone, ꝙ ſit aliquis delegatus mixtus, ſcilicet principis & partis, vtrū poſſit ſubdelegare? Dicit text. quòd non. Et iſtud etiam facit contra doctrinam Doctorum hîc. nam videretur, quòd data opin. Doctor. pro vera deberet ſapere naturam nobilioris, & ſic tanquam delegatus papæ poſſet



poſſet ſubdelegare, niſi reſpondeas limitando prædictam concluſionem, quòd attenditur nobilius, niſi attento eo reſultaret aliquid odioſum. nam ſubdelegare eſt odioſum: arg. c. j. de reſcrip. lib. vj. Ad idem pro communi facit gl. quam ibi not. Abb. in c. P. & G. de offic. deleg. nā ordinarius de iure poteſt delegare, delegatus non. A Quid in caſu mixto? nō poterit. ita colligitur ibi. & ad hoc illā glo. allegat Iaſ. in d. l. ij. ff. de verb. oblig. Tenendo tamen contra communem, poſſet breuiter ad allegata reſponderi, quòd prædicta regula fallit, quando per talem mixtionē res ipſa fieret vilior: quia tunc nō eſt æquum, quòd tantum operetur res mixta, quantum mera, maximè quando aliquid competeret tanquam mero, aliàs non competiturum. hoc probatur in §. ſi duorum. Inſt. de rer. diuiſ. cum ſimilibus. Ad ſe- B cundum reſponde, quòd illud nō eſt propter illam regulam, ſed quia delegatus papæ vilior factus eſt, quia paſſus eſt eſſe ſubdelegatus condelegati. Et hanc rationē tenet ibi Abb. alia parum vrgent. Illud non eſt omittendum, quòd multa permittuntur ratione mixturæ, quæ tamen de p̄ ſe non permittuntur: ad quod allegat Rim. gl. in l. j. C. de muner. non contin. lib. x. quæ voluit, ꝙ ſi vni ſocio detur vacatio muneris, quòd debeat etiam alteri ſocio dari. Ego illam gl. nō reperio, C quare ego puto contrarium, p̄ not. in l. interualla. C. de muner. & hon. lib. x. de quo tamen dic, vt ibi, & vt per Mod. hîc. Et adde gl. in §. j. in verbo, agentes. Inſtit. de inoffic. teſtam. vbi licet filij fratrum non poſſint ipſi querelare teſtamētum, tamē admittuntur cum aliis, qui iam querelauerunt. facit etiam, quod not. in d. l. ij. vbi Rom. latè, & alij. Et not. ea, quæ ſuprà dicta ſunt de mixtis, loquuntur, quando eſt mixtum, quod diuidi non poteſt: ita tenet Rim. hîc, & Socin. in d. l. ij. D Sed contra doctrinam Doctorum hîc, ego nouiter oppono de gl. in §. fin. in procœmio Digeſtorum, iuncta l. verbum, erit. §. fin. ff. de verb. ſignif. nam nos ſcimus, quòd Græci pugnando per decennium ſuperauerunt Troianos. certè ſi iſtud bellum denominaretur à nobilioribus, & ſic à victoribus, deberet appellari bellum Gręcum, non autem Troianum: & tn̄ gl. in d. §. fin. appellat bellum Troianum. Vnde eodem modo dicimus, Bellum Punicum, bellum Macedonicū. Cogita, E & aduerte: quia tunc aliqua qualitas facit actum mixtum, qn̄ ineſt vt ſpecies: ſecus, ſi ineſt vt genus. Exemplū, in mero imperio ineſt iuriſdictio, vt genus: & ideo p̄ hoc non dicitur mixtū: ſecus, ſi ineſſet vt ſpecies, vt in mixto: facit l. hæreditatis. C. de pet. hæred. & ſic patet, ꝙ in mero imperio ineſt iuriſdictio in genere, in mixto ineſt iuriſdictio & in genere & in ſpecie.

† vt iuriſdictio iud. *aliàs.*

poſſeſsione conſiſtit. †iuriſdictio[a] eſt etiam iudicis dandi licentia.

IIII. a [a] ¶ Quartò ex iſto fine huius legis not. ꝙ, † iudicis dandi licētia 11 eſt iuriſdictionis. ita p̄ hunc tex. tenuit gl. in l. j. ſ. F eod. & quia iſte verſ. eſt difficilis, ideo diligenter eſt aduertendū. Et quantū conieci, legitur à Dd. duobus modis: ego tertio modo legam. Et pri- 12 mo legit eū Alex. ꝙ, † illa verba Iuriſdictio eſt etiā iudicis dandi licētia, voluit dicere, iuriſdictionis eſt cauſas delegare, & ſic & iudicis dandi licētia eſt iuriſdictionis. Sed non videtur, ꝙ iſte intellectus poſsit procedere: primò, quia cùm hîc ſit dictio Etiā, quę eſt implicatiua, l. j. ff. ſol. matr. dato hoc intellectu, ſequeretur, ꝙ implicaret mixtum imperium: & ſic, ꝙ illud poſſet delegari. qđ tn̄ eſt falſum, tenendo cōmunia. de quo in l. j. ſ. tit. ij. & dixi in l. j. ſ. eod. Eſt verum, ꝙ Alex. hîc fortè ſentiens diffinitionem dicit, ꝙ tex. vult implicare hoc modo, qđ etiam iudex nō habens merum & mixtū imperiū, tamen habebit licentiam delegandi. & ita etiam reſpondet Deci. hîc A poſt Moder. Peruſ. Sed certè iſta ſaluatio non poteſt applicari verbis text. vnde eſt facere legē de nouo. Secundò contra iſtum intellectum facit: quia velle dicere, ꝙ ideo delegare ſit iuriſdictionis ſimplicis, quia cōpetit cuilibet magiſtratui, etiam infimo, dum modò habeat iuriſdictionē, etiamſi nō habeat mixtum imperium, iſtud non videtur verum: quia multi ſunt meri & mixti imperij, quæ tn̄ competunt cuilibet magiſtratui, pu- B ta modica coercitio, l. fin. ſ. tit. ij. Tertiò, & fortiùs, facit, quia imò non eſt verum, ꝙ iudicis dandi licentia ſit iuriſdictionis. nam eſt mixti imperij. probatur, quia expeditur officio iudicis nobili, quod concernit priuatam vtilitatē. Quòd expediatur officio iudicis nobili, patet. nam poteſt iudex ex ſuo officio etiam, qn̄ aliqua lis non ſit adhuc intentata, conſtituere delegatum. Cùm ergo non conſtituatur officio iudicis mercenario, ſequitur, ꝙ conſtituatur officio iudicis nobili. I- C tem probatur, quia ad impetrādum iudicem delegatum non eſt prodita aliqua actio: ergo delegatio expeditur officio iudicis nobili. Itē facit, quia quę expediūtur officio iudicis mercenario, nō expediuntur niſi ad petitionem partis, vt patet ex not. p̄ Bart. in l. j. ſ. eod. Sed dare iudicem poteſt quis ſponte, etiam qn̄ aliquis non petat. Vnde delegatus poteſt conſtitui etiam inuitis & ignorantibus partib. c. paſtoralis. de offic. deleg. & not. Spec. in tit. de deleg. iudi. §. j. & hoc tenet D Rim. & Iaſ. hîc: & ſic iſte intellectus nullo modo videtur procedere. ¶ Vnde † ſecundo modo le- 13 gitur iſte verſ. à Rim. hîc, & hunc intellectū tenet Pet. & Cyn. hîc, & etiam Bart. & Mod. repet. hîc, in xxvij. q. ꝙ text. non velit dicere, ꝙ licentia dandi iudicem ſit iuriſdictionis, ſed ꝙ de natura cauſarum minimæ iuriſdictionis eſt, vt poſſint delegari. & hoc, ſecundum eos, p̄batur in l. j. §. q̄ verò. ſ. tit. ij. Sed contra hūc intellectū obſtat etiam primum fundamentū, qđ deduxi eſſe contra pri- E mum intellectū. nam hoc modo dicendū eſt, aut ꝙ dictio Etiam nō implicet, aut ꝙ implicet mixtum imperiū: & ſic, ꝙ illud poſſit delegari: qđ tn̄ eſt contra communē ſententiam. Itē contra hūc intellectum facit, quia nō eſt ſemper verū, ꝙ cauſæ iuriſdictionis poſſint delegari. iſtud probatur in l. placet. in fi. C. de ped. iud. ſed ad iſtud poteſt reſponderi, vt hîc p̄ Rim. Item videtur iſte tex. calumniari miris modis. Intelligere hūc text. iuriſdictio eſt, i. de natura iuriſdictionis eſt iudicis dā- F di licentia, i. iudicis datio: & ſic illud verbum Licentia, eſſet ſuperfluū. Item ſi I. C. voluiſſet iſtud dicere, certè ſciuiſſet hoc per clariora verba dicere: argu. l. vnicæ. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. nam non eſt dicendum, quòd I. C. barbarè & ineptè loquatur. Eſt tamen verum, ꝙ Picus hîc tenet hunc ſecundum intellectum: & reſpondet ad primū fundamentū, admittendum quòd cauſę mixti imperij poſſint delegari. quam opin. etiā tenuit Pyll. hîc, in gl. magna. ſed nō reſpōdet aliis: ideo, &c. ¶ Tertio modo ego aperiā

L. 3. Imperiū.

14 intellectũ huius verſ.& teneo, ꝙ † iudicis dandi
licentia ſit mixti imperij, ꝑ ea quę ſuperiùs dicta
ſunt.Senſus igitur in hac l.eſt talis.Primò Iuriſc.
diuidit imperium in merum & mixtum, deinde
deſcribit merũ imperium, qđ eſt habere gladij
poteſtatem,&c.deinde deſcribit mixtum,qđ eſt
cui iuriſdictio ineſt, qđ in danda bonorum poſ-
ſeſſione cõſiſtit: iuriſdictio eſt etiam iudicis dãdi
licentia, i.iuriſdictio eſt etiam in licentia dandi
iudicis: quaſi dicat, ſicut in bonorũ poſſeſſioni- A
bus,& ſic in mixto imperio ineſt iuriſdictio, ita
ineſt etiã in licentia dandi iudicis:quo caſu cum
participet partim de mero, quia expeditur offi-
cio iudicis nobili, & cùm illi etiam inſit iuriſdi-
ctio,quia priuatam vtilitatẽ concernit,ſequitur,
ꝙ ſit mixti imperij. Vnde hoc modo dictio Et, ſi
volumus tenere ꝙ implicet, implicabit ratione
bonorum poſſeſſionis,& implicabit magis dubi
tabile. Si verò volumus tenere, ꝙ ampliet,ſecun
dum l.ea tñ adiectio.ff.de leg iij.ampliabit decla B
rando & ponẽdo aliud exemplum. Nam Iuriſc.
deſcribit mixtũ imperium, & dat illi duo exem-
pla,vnum in bonorum poſſeſſionibus,aliud in li
centia dandi iudicis. & ſic illud verbum Licen-
tia, eſt ablatiuum, cùm ſecundum primos duos
intellectus ponatur in nominandi caſu. Et ꝓ hoc
intellectu facit, quia Iuriſcon.in principio legis
promittit dicere,niſi de duobus,ſcilicet mero &
mixto.Vnde non eſt veriſimile,ꝙ voluerit etiam
ponere de iuriſdictione.Item ſicut deſcribit me- C
rum & mixtũ imperium, deſcripſiſſet etiam iu-
riſdictionem,quod tamen non facit,quia nil de-
ſcribit, ſed ponit ſolùm vnum exemplum. Item
quòd iudicis dandi licentia ſit mixti imperij, ſa-
tis probatur in l.prima.ſuprà,eodem.iuncta reg.
l.iam hoc iure.j̃.de vulgar.& pupill.& nos hunc
articulum j̃.latiùs diſputaturi ſumus. Et cũ hunc
intellectum in circulis retuliſſem,multa fuêre in
contrarium adducta:quæ quia parũ vrgent,ideo
omitto. Illud adducebat præceptor meus,colo- D
ratè, ꝙ ſecundum hũc intellectum illud verbum
Iuriſdictio,eſſet ſuperfluum. Sed ego reſponde-
bam, ꝙ poſitum eſt ad maiorem declarationem.
Item,ꝙ non eſſet abſurdum,allegabam text.in l.
manifeſtę.iunctis his,q̃ ibi dicit Iaſ. ff.de iureiur.
Item allegabam text.Papin.in l.j. verſ.quare ne-
mo.s̃.tit.ij. vbi Mandata iuriſdictione, poſſet o-
mitti in ſeq.reſpon.ſed tamen poſitum eſt ad ma
iorem declarationem:ad idem tex.Vlp.in l.ligni
15 appellatione.in fi.ff.de leg.iij.Sed † cõtra hũc in- E
tellectum nouiter etiam adducebatur,ꝙ hoc da-
to,& ſic conceſſo,ꝙ iudicis dandi licẽtia ſit mix-
ti imperij,ſequeretur, ꝙ quis non poſſet delega-
re,niſi haberet mixtũ imperium.vnde qui habe-
ret ſolam iuriſdictionem,nõ poſſet delegare: qđ
tamen videtur falſum. Breuiter ad hoc difficilis
eſt reſponſio, niſi teneas,ꝙ mixtũ imperiũ com-
petit iure magiſtratus. Quam concluſionem ſem
per credidi veram, vt dixi in l.j. s̃.tit.eod. Vnde
cùm quilibet ordinarius habeat iuriſdictionem, F
& mixtum imperium,poteſt delegare cauſas iu-
riſdictionis vigore mixti imperij. Vel tenendo
communem, potes dicere ꝙ eſt mixti imperij,
ſed eius quod poteſt delegari, & competit iure
magiſtratus:quale eſt illud,de quo in vlt. mẽbro
hîc relato per Bart.ſcilicet de illo,in quo non re-
quiritur cauſæ cognitio.nam poteſt quilibet or-
dinarius delegare cauſas abſq; alia cauſæ cogni-
tione,dum modò ſit delegabilis.facit c.paſtora-
lis.de offic.deleg.& quod not.in l.cùm apertiſſi-
mi.C.de iudic. Et ex hoc ſequeretur,ꝙ poſſet or-
dinarius iudicem dare cum licentia ſubdelegan
di:de quo dic, vt per Alex.in l.more.j̃.eod. quic-
quid dicat in l.à iudice.C.de iudic. De hoc tamẽ
fortaſſe j̃.aliquid dicam.

¶ In gl.j.Angel. hîc tenuit, ꝙ † diffiniatur me- 16
rum & mixtum imperium. alij omnes contrà.
Tamen opin.Angel. diſputando poteſt ſuſtine-
ri,& primò circa merum,dum dicitur, ꝙ merum
eſt habere gladij poteſtatẽ, dicit Angel. ꝙ debet
intelligi de gladio ciuili,non materiali. c.nouit.
extrà,de iudic. cum ſimilib. de quib.ꝑ Mod.hîc.
Item intellige gladij tam abſoluendi, q̃ condem
nandi, ad hoc vt ceſſet fundamentum Decij hîc:
& hoc modo tolletur, qđ dicit Iaſon hîc, de leui
mulcta pecuniaria. Ad ſecundum, dũ dicitur, ꝙ
condere legem eſt meri,& competit principi,ſe-
natoribus,& præfectis prætorio,reſpõde,ſecun-
dum Rim. ꝙ illud eſt illis attributum in priuile-
gium: & ſic vult dicere, ꝙ ipſi non habent ex eo
ꝙ habeant merum imperium, ſed propter aliud
ſpeciale,l. non ambigitur.ff.de legib. l.formam.
C.de offic.præfect.præt. Vel dic, ꝙ diffinit merũ
imperium,prout competit iudicibus ordinariis,
nõ prout competit principibus. nam ſenatores,
& principes,& præfectus prætorio æquiparant̃.
nam ſunt illuſtres, vt not.in l.j. s̃.tit.ij. in gloſ.in
verbo,tribuuntur. Vel dic,ꝙ condere legem non
eſt meri imperij, quod connumeretur in mero.
Vnde ſi princeps concederet alicui merum impe
rium, nõ intelligeretur conceſſiſſe auctoritatem
legis condendæ, prout infrà tangam. Ad aliud,
dum dicitur, ꝙ non habet genus, ſecundum do-
ctrinam Bart.in l.j.ff.de teſtam.reſponde,ꝙ diffi-
nitio eſt bona, etiam ꝙ non habeat genus, dum
modò conuertatur cum diffinito.iſtud probatur
in l.j.in prin.ff.de dolo. Circa ſecundum faciliùs
procedet diſputatio. nam mixtũ imperium eſt,
cui ineſt merum & iuriſdictio, exemplificando
duobus modis,ſecundum intellectum quem te-
nui. Et ſic iuriſdictio, prout in ſpecie ſumpta,nõ
diffinietur hîc. vnde ceſſat fundamentum, quod
adducebat do.Iaſ.hîc. ¶ In gl. *poteſtatem*. habes,
ꝙ † omnis pœna capitalis eſt meri imperij. Quæ 17
autem ſit pœna capitalis, dic, vt etiam declarat
gl.in l.tranſigere.C.de tranſact. Sed † vtrùm no- 18
tare aliquem infamia,ſit meri imperij? ego puto,
ꝙ ſic,per iſtam gl.nam pœna infamię dicitur pœ
na capitalis,vt eſt tex.in l.licet.la ij.ff.de verb.ſi-
gnific. & not.Alexan.in d.l.tranſigere.facit,quia
pœna vitæ,& pœna infamiæ æquiparantur.l.iu-
ſta.ff.de manu.vind.Et ad hãc gl.facit, quia aliàs
videmus, ꝙ diſpoſitio loquens de morte verifi-
catur in morte ciuili,veluti in deportatione,rele
gatione,& ſimilibus,l.j.§.fi.j̃.de contra tab.l.Sta
tius.§.Cornelio.ff.de iur.fiſci. Circa quod diſtin
guit Socin. in l.Gallus. in §.& quid ſi tantùm.ff.
de lib.& poſth.ꝙ aut mors ciuilis cauſatur liber-
tatis & ciuitatis amiſſione, & tunc venit appel-
latione mortis, l.ex facto. §.ſi quis rogatus. ff.ad
Trebel.l.res vxoris.C.de donat.inter vir.& vxo.
Aut cauſatur ex amiſſione ciuitatis tantũ: & tũc
non venit, l.Statius. §.Cornelio Felici. ff.de iure
fiſci. l.ex ea parte. §.inſulam. & ibi Moder. ff.de
verb.oblig. Fallit, quãdo ex morte naturali plus
commodi non conſequimur, quàm ex ciuili: &
ſic, quando fruſtra expectaretur mors naturalis,
quia tũc venit. ita procedit d.l.j.j̃.de contra tab.
& ita declarat Imol.& Alex.in l.ex facto.§.ex fa-
cto.ff.ad Trebel.Iſtam tamen fallentiam non te-
nent



nent quidam Repet.in d.§.& quid ſi tantùm.per
plura,quibus reſponde,vt ſpecialiter ibi dixi.nõ
19 eſt noſtra materia.Aduerte tamen,ꝙ † hodie de-
portatio, & relegatio, & interdictio aquæ & i-
gnis non habent locum:& ſic non ſunt in vſu,ſe-
cundum gl.in §.relegati. Inſt.quib.mod.ius pat.
poteſt.ſolui.nã loco deportationis ſucceſſit exi-
lium perpetuũ,declarando,vt ꝑ Bart.in q.incip.
ſtatuto Lucanæ ciuitatis. & per omnes in l.j. C.
de hæred.inſtit. cum concord.Item carcer perpe A
tuus de iure canonico,vel damnatio in triremes,
intelligendo ſecundũ auth.ſed hodie.C.de don.
inter vir.& vxo. In locum autẽ relegationis ſuc-
ceſſerunt confinia.Vnde tales confinati retinent
bona ſua,nec perdunt ea,quæ ſunt de iure ciuili,
ſecundum Mod.in d.l.j. In locum interdictionis
aquæ & ignis, ſucceſſit excommunicatio, vt per
Angel. & Alex. in d.§.& quid ſi tantùm. Et hoc
intellige,prout ibi dixi in glo.aquæ & ignis, vbi
tenui,ꝙ etiam de iure Digeſtorum erat in vſu in- B
terdictio aquæ & ignis.Sed quid ſi ſtatutum im-
ponat pœnã capitalem, vel ſi princeps reſcribat
iudici, ꝙ debeat talem pœnam capitis afficere?
Paleotus Bon.tenet,ꝙ iudex debeat talem reum
condemnare in exilio.Nam cùm hoc verbũ poſ-
ſit tripliciter intelligi,debet intelligi de mitiori.
adducit gl.ſing.in l.j.in verbo,capitalis.C.ne Iu-
dæi vel hæret.manc.idem tenet Imo.in l.ij.ff.de
publ.iud.Angel.de Aret.in tract.malefic.in verb.
& caput à ſpatulis. & ibi do.Ang. in addit.Aret. C
in c.qualiter,& quando.in §.fin.de accuſ.& vide
omnino Rim.in l.tranſigere.C.de tranſact.Picus
hîc dicit,ꝙ ſi reſcriberetur clericum capitali pœ-
na afficiendum, debet intelligi, id eſt excommu
20 nicatione. allegat Angel. in s̃.d.loco. Tu † cir-
cà iſtud conſidera cauſam quæ mouit principẽ,
& delictum qđ talis reus fecit: nam ſi meruit pœ
nam decapitationis, illa verba non debent intel
ligi de exilio,ex quo videtur etiã de mente prin-
cipis cõcordare cum legibus,l.conſulta diualia. D
C.de teſtam.nec præſumatur princeps velle ali-
quem punire leuiùs, quàm mereatur delictũ, l.ſi
apparitor. C.de cohortal.lib.xij.not.Bald.in ex-
trauag.de pace Conſt.in prin. in verbo,diſpenſa
tionem. Ceſſantibus coniecturis,ſatis eſſet ſi pu-
niretur pœna infamiæ,ex quo ipſa eſt pœna capi
talis, vt s̃.dictũ eſt, vel pœna relegationis, vel a-
lia, quæ leuior videbitur, arg.l.in interpretatio-
ne.ff.de pœnis.Iſtæ aũt coniecturæ poſſunt colli
gi ex pluribus,putà ab vſu principis, à conſuetu- E
dine, à præcedentibus, à ſequentibus, & aliis q̃
pluribus. Et ad hanc noſtrã opin.optimè facit l.
præſes. ff.de pœn. Et ꝙ pœna infamiæ ſit capita-
lis,facit ſing.deciſ.And.Barb.in apoſtil.ad Bald.
in c.j.in princ.quib.mod.feud.amit. vbi dicit, ꝙ
ſicut vaſallus amittit feudum, ſi non defendat vi
tam domini ſui, ita amittet,ſi nõ defendet famã,
cuius periculum vitæ comparatur,d.l.iuſta.ff.de
manumiſ.vind.quæ deciſio eſſet menti tenenda,
ſi foret vera.Sed ego multùm dubito:quia nõ vi- F
detur, ꝙ in huiuſmodi pœnis debeat fieri exten-
ſio de caſu vero ad fictum. faciunt ea, quæ dicit
Bart.in l.fi.C.vnde vi:& dixi in d.§.& quid ſi tan
tùm.in viij.concluſ. maximè cùm nõ ſit tanta ra-
tio. Item quia pœnæ non habent locũ, niſi à iure
expreſſæ, §.cùm igitur. in auth. de non elig.ſec.
nub.& l.ij.in §.diuus.ff.de ſepul.viol. ¶ In ij.par
21 te gl.ibi, *quam poteſtatem*,&c. Habes ex hac gl. ꝙ †
omnes præſides habent merum imperium:intel
ligendo tamẽ Præſidem,pro omni ordinario ha-
bente imperium,ſecundum l.j.s̃.de offic.præſid. L. 3.
& ſecundum gl.in l.placet.in verb.in præſidum. Impetiſſ.
C.de peda.iud. Vnde Rim. & alij dicunt, ꝙ gloſ.
vult, quòd quilibet ordinarius à præſide habens
ordinariam,habeat merũ imperium. hanc opin.
tenet glo.in l.j. s̃.tit.ij.in l.illicitas.§.qui vniuer-
ſas. s̃.de offi.præſid. Contrarium tenet Ang.hîc,
& Fulgo.in.d.l.j.quem ibi ſecutus ſum. Vltra ibi
dicta confirmo hanc partem.nam merum impe-
rium cõpetit ſpecialiter, & in priuilegium qui-
buſdam magiſtratibus, qui nominatim expreſſi
ſunt. Vnde ſuccedit regula, quòd in priuilegiis
non habet locũ argumentum de minori ad ma-
ius: nec è contrario, l.j.§.fi.ff.de conſtit.princ.&
l.quod verò.ff.de legib.cum ſimil. vnde iſtud pa
tet ex l.ſolemus.§.fi.j̃.de iudi. facit, quod ſcribit
Aul.Gellius Noctium Atticarum lib. xiiij. c.xij.
vbi dicit, ꝙ † Tribuni habebant præhenſionem, 22
id eſt, ius capiendi per perſonam, non tamen ha
bebant vocationẽ, id eſt,citandi in iudicio: Con
ſules verò habebant præhenſionem & vocatio-
nem: Quæſtores nec præhenſionẽ, nec vocatio-
nem.Dic,vt ibi: referunt etiam Rep.hîc.Item fa-
cit, quia præſides poſſunt decapitare reos, d.§.q
vniuerſas. & tamen non poſſunt deportare,l.j.§.
à pręfectis.ff.de leg.iij. & hoc eſt ratione volũta-
tis principis, qui voluit concedere talia priuile-
gia, prout ſibi placuit. vnde non debet quæri ra-
tio,l.non omnium.ff.de legib.nam ratio,quã aſ-
ſignat gl.eſt falſa, prout dixi in d.l.j.quamuis ibi
occaſione diſputãdi aliter dixerim. Suprà dictis
adde,quòd in puncto iuris poſſet ſuſtineri præfe
ctum vrbis non poſſe iudicare in litibus priuato-
rum, per l.pen.ff.de offic.præfect.vrb. arguendo
à ſpeciali. Qui † autẽ habeant merũ imperium, 23
dic,ꝙ habent illud hi magiſtratus,quibus ſpecia
liter legibus,vel ſenatuſconſultis datum eſt.non
enim merũ imperium competit ex eo, ꝙ quis ſit
ex maioribus magiſtratibus,ſed ex eo,ꝙ lex ſpe-
cialiter detulit.vnde illi,qui nominatim illud ha
bere dicuntur,putà quia eſt expreſſum aliqua le-
ge,illud habẽt,alij nõ,d.l.j. Et an poteſtates ter-
rarum noſtri temporis habeant poteſtatem ban-
niendi,& an habeant imperium merũ, vltra con
cor.de quibus ꝑ Alex.& Rim.hîc, vide ꝑ Bald.in
extrauag. de pace Conſt.in verbo, in iuriſdictio-
ne. & ꝑ do.Ioan.Bapt.Sanſeuer. in repet.l.diem
functo.in j.q.s̃.tit.j.Et in quantũ Bar.hîc,in verſ.
quæro,quibus in iudicibus.dicit,quòd ciuitates
Lombardiæ de pace Conſtantię habent merum
imperium: dicit Alex. hîc, ꝙ Bald.in c.j. de nat.
feudi. dicit, quòd illud imperium merum fuit
conceſſum ciuitatibus,niſi per xxx.annos. Vnde
hodie eſt apud Imperatorẽ tale imperium. Sed
dicit Alex. quòd contrarium innuit Bart.hîc, &
contrarium tenuit idem Bald.in extrauag.de pa
ce Conſtan.in fin.in verbo,xxx.annis. Sed certè
mihi videtur, quòd prior opin. ſit probabilior:
quia non videtur, quòd ibi tempus ſit ſolùm ad-
iectum iuramẽto,vt dicit ibi Bal. ſed potius om-
nibus conceſſionibus.nam clauſula in fine poſi-
ta,in dubio refertur ad omnia præcedentia, l.iij.
§.filius autem.& ibi not.Bart.ff.de libe.& poſth.
Sed poſito, quòd conceſſerit in perpetuũ,vtrùm
poterit Imperator,qui nunc eſt,reuocare? puto,
quòd ſic, per not.per Bart. in rubr.huius libri,&
in l. apud hoſtes. ff.de captiuis & poſtlimini.re-
uer. pactum † enim principis non ligat ſucceſſo- 24
rem, vt per Bald.in c.j. in fin. in verſic.extra not.
qui feud.dare poſſ. ¶ In iij.parte gl. ibi, *licet qui-
dam*

*dam dicant.* reprobat iſta gl. opinionem Loth. qui
25 tenebat, quòd † ſolus princeps habebat merum
imperium. pro qua opin. adducit Bald. in extra-
uagan. de pace Conſt. in verbo, in iuriſdictione.
quòd omnis iuriſdictio, & omnis diſtrictus apud
Imperatorem eſt, vt in c. j. in verbo, poteſtas, &c.
quæ ſint regal. in vſibus feud. facit l. fi. C. de legi-
bus. & l. j. ff. de conſti. princip. cum ſimilib. Nihi-
lominus Bald. ibi tenet contrarium. vnde etiam
26 hîc diſtinguit, quòd † merum imperium eſt du-
plex, vnum abſolutum, & aliud non. idem tenet
Rep. hîc, in x. quæſt. illud abſolutum habet ſolus
princeps. vnde ſunt multa, quę reſeruata ſunt ſo-
li principi. & ita loquuntur iura contraria: illud
non abſolutum habet quilibet præſes. In d. verſ.
extrauag. aliter reſponde, quòd ſolus princeps
dicitur habere merum imperium, eò quia alij ha
bent ab illo, & gerunt eius auctoritate. Sed certè
habent à lege, d. l. j. ſ. tit. ij. Breuiter ego puto, q́
hæc vltima opinio ſit veriſſima, & q́ ſolus prin-
ceps habeat merum imperium: præſides verò il-
lud nõ habeant, ſed ſolam exercitationem, vt eſt
text. ad quem Doct. non aduertũt, in d. l. j. ſ. tit. ij.
ibi, & ideo videntur errare magiſtratus, qui cùm
publici iudicij habeãt exercitationem, &c. & in
frà, q́ l. Iulia nominatim cauetur, vt is cui conti-
27 gerit exercitatio, &c. Pondera, quòd † bis poſi-
tum eſt Exercitatio, ad denotandũ, quòd habent
præſides ſolum exercitium, ſeu vſum. Vnde cùm
habeant in mero ſolum vſum, non poſſunt illud
delegare, cùm ipſi ſint tanquam delegati, vt pro-
batur ex illa l. ibi, lege, vel ſenatuſconſulto dele-
gatam. ſicut ergo vſuarius non poteſt conſtitue-
re alium vſuarium, l. ij. in prin. ff. de vſu & habit.
ita nec iſti. facit, quia videmus, quòd delegatus
ordinarij non poteſt ſubdelegare, propter iſtam
eandem rationem, quam tenent Paul. Caſt. Ang.
Alex. in l. more. j. eo. & ita eſt in his, quæ ſunt ma
gis imperij, quàm iuriſdictionis. nam illa, quam-
uis ſint in ordinario iure proprio, ſapiunt tamen
naturam meri imperij. vnde nec ipſa delegãtur,
l. ea, quæ. ff. ad munici. Ratio eſt, quia ſequuntur
naturã nobilioris, & eius quod præualet, l. quæ-
ritur. ff. de ſtat. hom. in aliis verò cauſis mixti im-
perij iſta ratio ceſſat, ſicut etiam in cauſis iuriſdi-
ctionis: vnde illæ poſſunt delegari. & ſuprà dicta
eſt vera ratio, cur cauſæ meri imperij non poſ-
ſint delegari. nam ratio Doct. in d. l. j. non conclu
dit. Item hoc modo intelligetur text. propriè in
verbo, delegatam. & in verbo, exercitationem.
vnde hoc not. quia ſunt noua in hac materia, &
infrà aliquid dicã in materia meri imperij, poſt
Bartol. ¶ In gloſ. *animaduertendum.* Ad hanc gloſ.
adde, quòd animal debeat eſſe rationale, ad hoc
vt puniatur: aliàs non debet puniri. Fallit in caſu
c. mulier. xv. q. j. & hæc dicta ſuperioribus die-
bus induxi ad quæſtionem, de qua fui interroga
28 tus. Quidam † habebat accipitrem, qui euolauit
in domum cuiuſdam vicini, & comedit eius car-
nem, puta vitulinam: iſte vicinus eum interfecit:
quęrebatur, vtrùm dominus poſſet agere contra
iſtum vicinum? dixi, quòd ſic: quia non debuit il-
le accipitrẽ interficere, ſed repellere: facit etiam,
quod not. Bar. in tract. de Falcone, incip. Comes
Guido de Blancardo, &c. vbi ponit, quid ſi quis
malè paſcat falconem, veluti (inquit) ſi det ei pa-
nem, caſeum, rapas, tenetur in illius æſtimatio-
nem: & ita pronunciaſſe Hubertum de Bonacur
ſio ſcribit. Facit etiam iſta gl. ad quæſtionem, v-
29 trùm † aliquis mortuus debeat ſuſpendi? Iſta gl.

facit q́ non. ad idem facit tex. in §. interdum. In-
ſtit. de hæred. quę ab inteſt. def. vbi Ang. de Aret.
in v. notab. dicit, quòd poſt mortem quis nõ de-
bet puniri, ſed poteſt memoria damnari: vnde,
ſecundum eũ, malè faciunt magiſtratus, qui ma-
lefactores poſt mortem faciunt ſuſpendi. Con-
trarium tamen tenuit Bal. & alij relati per Alex.
in l. fi. ff. ad l. Iul. maieſt. vide ibi per eum. Facit e-
tiam iſta gloſ. ad aliam quæſtionem, de qua vide
A Bar. in l. fi. ff. de cadau. punit. vtrùm debeat pote
ſtas Papiæ dare cadauer hominis medicis pro fa
cienda anatomia? Per hanc gl. eſſet dicendum, q́
non: tamẽ dicit hîc do. Franc. de Curte, quem ſe-
quitur Dec. quòd imò debet, ratione publicæ v-
tilitatis, arg. l. ij. C. de primip. lib. xij. Aduerte ta-
men, quia nos videmus, q́ etiam de iure canoni-
co quis punitur poſt mortem: exemplum in ex-
communicato, qui nõ debet ſepeliri in eccleſia,
c. ſacris. de ſepult. Idem de hæretico, de cuius cri
B mine poteſt poſt mortem cognoſci intra quin-
quennium, vt tradit Bart. in l. j. C. de apoſta. aliàs
eſt l. ij. Item facit ad quæſtionem, q́ delinquenti
ex forma ſtatuti amputetur manus, vtrũ debeat
amputari arida? dic, q́ ſic, vt p Alb. de Roſ. in iij.
parte ſtat. in quæſt. lx. quamuis Cyn. contrà, in
authen. ſed nouo. C. de ſer. fugi. ¶ In fine ibi, *vel
partem.* Potes exemplificare in caſu auth. ſed no-
uo iure. C. de ſeru. fugi. nam de iure Digeſtorum
nõ reperitur, quòd fuerit pœna mutilationis ali-
C cuius membri, ſecundũ Angel. & Fulg. hîc. Alex.
tenet contrarium: quia imò erat pœna talionis,
§. pœna. Inſtit. de iniur. Sed ad hoc reſpond. vno
modo, vt hîc per Rim. & Dec. Vel ſecundo mo-
do, vt hîc per Repet. in xj. quæſt. dixi in l. tranſi-
gere. C. de tranſact. vbi etiam Alex. tenuit opin.
Fulg. Sed pulchrum eſſet videre, quando aliquis
eſt condemnatus in amputatione alicuius mem
bri, de quo debet intelligi, an de manu, vel de pe
de, vel ſimilibus? non eſt noſtra materia. vide An
D gel. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, quas ſi
nõ ſoluerit intra decem dies, amputetur ſibi ma-
nus. vbi dicit, de qua manu? vide etiam ibid. in
verb. membrum. p totum. ¶ In gl. *poteſtas.* Aduer
te tamen: quia † poteſtas etiam in perſona magi- 30
ſtratuum eſt nomen generalius, q̃ ſit imperium:
quia ſignificat nõ ſolùm merũ imperium & mix
tum, ſed etiam iuriſdictionem, vt eſt gl. in l. j. ſ. de
conſtit. princip. ad idem gl. in l. j. ſ. de offic. proc.
& leg. Et not. q́ etiam Latinè loquendo, prætor
E dicitur poteſtas. ita eſt text. Iuriſconſulti in l. fi-
deiuſſor. la ij. in princ. ff. de pignor. & circa hoc
verbum vide latè per Alber. de Roſa, in dicto ver
bo, poteſtas. & per Bart. & dom. Alex. in apoſtil.
in l. j. §. fi. ff. de tribut. act. Ad ſuprà dicta facit: q́
ſicut poteſtas ſi capiatur generaliter, compræ-
hendit iuriſdictionem minimam, ita etiam impe
rium, ita loquitur l. penul. ff. de iuſt. & iur. l. liber
homo. la ij. ff. ad leg. Aquil. ¶ In glo. magna, in
verb. *mixtum.* Ex iſta gl. infert Angel. ad quæſtio-
F nem, vtrũ † ſententia lata in cauſis ſummariis ſit 31
diffinitiua mera? & tenet, quòd non: & quia iſte
articulus eſt diſputabilis, ideo arguã ad partes.
Et primò pro parte negatiua, quam tenet Angel.
facit, quia illud dicitur merum, quod de p ſe con
ſtat, & non capit naturam alicuius compoſiti in
ſpecie. iſtud probatur ex iſta gl. hîc: ſed diffiniti-
ua in cauſis ſummariis ſapit naturam interlocu-
toriæ: quia fertur lite nõ conteſtata, nec ſeruatis
aliis ſolennitatibus: ergo non eſt mera. Sed ad i-
ſtud fundamentũ reſponde, negando quòd non
dicatur



dicatur diffinitiua, niſi ſit ſeruatus ordo iudicia-
rius: nam bene eſt verum, quòd in cauſis, in qui-
bus requiritur forma iudicij, iſtud poſſet proce-
dere: ſed in ſummarijs dico, quòd etiam ſi nõ ſer-
uetur aliquis ordo, nec lis conteſtetur, tamen di-
citur diffinitiua: caſus eſt in d. cle. ſæpe. vbi text.
appellat eam diffinitiuam: ergo merè. Secundò
ad idem facit, quod not. gloſ. l. iij. in glo. fin. ff. de
32 except. vbi dicit, quòd † quando exceptio ali-
qua partim ſapit naturam dilatoriæ, partim per-
petuæ, talis exceptio dicitur anomala: ergo idẽ
in noſtro caſu. Sed in hoc non eſt fienda vis: quia
reſpondetur, vt ſuprà dixi, negando quòd talis
ſententia in cauſis ſummarijs ſapiat naturam in-
terlocutoriæ, ex quo etiam poteſt eſſe diffiniti-
ua abſque tali ordine. Tertiò facit fundamen-
33 tum, quod retuli ſ. in j. notab. quia † quotieſ-
cunque vnum & idem ens habet effectum vnius
ſubiecti, & formam alterius, debemus illud de-
nominare à forma, non ab effectu, l. an inutilis. in
princ. ff. de acceptil. Sed ad hoc reſponde, quòd
in noſtro caſu iſtud ens, & ſic iſta ſententia ha-
bet formam & effectum eiuſdem, ſcilicet ſenten
tiæ diffinitiuæ: vnde ab ea debet denominari:
34 nam nego, quòd † in ſummarijs requiritur ordo
iudiciarius, & quòd ſine illo ſententia lata non
ſit merè diffinitiua, vt probatur ex diffinitione
diffinitiuæ, de qua in l. j. ff. de re iudic. Item quòd
iſtud fundamentum nõ ſit verum, probatur: quia
hoc dato pro vero, ſequeretur quòd talis ſenten-
tia deberet dici interlocutoria: quod tamen eſt
falſum: quia imò dicitur diffinitiua, vt in d. cle.
ſæpe. de verbor. ſignific. Item, & tertiò, nego,
quòd habeat formam interloquutoriæ, & quòd
feratur lite non conteſtata. nam in his cauſis
ſummarijs primus actus qui ſequitur litis con-
teſtationem, ſolet haberi pro litis conteſtatio-
ne, cap. j. de elect. lib. vj. l. nulla. & l. nihil. C. de
procurat. Comprobatur: quia cauſa ſummaria
habet inſtantiam, cap. fin. vbi Abb. extrà, de iu-
dic. & inſtantia incipit à lite conteſtata, l. prope-
randum. in prin. C. de iudic. vbi hoc tenet Paul.
Caſt. Quartò facit, quod not. Ang. Paul. Caſtr.
Alex. Aretin. Iaſ. in l. vnica, in princip. ff. de verb.
oblig. vbi dicunt, quòd interloquutoria habens
vim diffinitiuæ, non eſt mera interloquutoria:
ergo diffinitiua capiens formam interloquuto-
riæ, non debet dici diffinitiua mera. Sed ad hoc
poteſt reſponderi primò, negando quòd capiat
formam interloquutoriæ, declarando, prout ſu-
prà dixi. Secundò poteſt reſponderi retorquen-
do fundamentum. nam ſicut interloquutoria ha
bens vim diffinitiuæ, non eſt mera interloquuto
ria, ſed poteſt dici diffinitiua: quantò fortiùs de-
bet dici mera diffinitiua illa, quæ diffinitiua eſt,
& diffinit omni modo negotium principale, ſic-
ut facit hæc ſententia lata in ſummarijs cauſis, in
quib. proceditur ſimpliciter, & de plano? Quin-
tò facit doctrina Barto. in l. ſi cum exceptione. §.
hæc autem actio. ff. quod met. cauſ. vbi dicit Bar.
q́ ſententia diffinitiua cognoſcitur nõ ſolùm ex
eo q́ diffiniat cauſam principalem, ſed etiam ex
eo q́ fertur ordine iuris ſeruato. Sed ad hoc po-
teſt reſponderi primò, negando doctrinam Bart.
eſſe veram in illo ſecũdo membro. Secundò po-
teſt illa doctrina retorqueri, dum dicit, q́ vna eſt
diffinitiua, quæ diffinit cauſã principalẽ: alia eſt,
in qua debet ſeruari ordo iudiciarius. In primo
ergo membro fatetur Bar. q́ diffinitiua diffiniẽs
cauſam, dicitur diffinitiua: ergo mera. & ſic ibi il

lud membrum facit pro nobis: vnde ſatis verifi- L. 3.
catur noſtra concluſio. Sextò ad idem allegatur Imperiũ.
doctrina Bart. in l. Titia. ff. de accuſat. vbi Bart. i-
dem dicit, quod in d. §. hæc autem actio. vnde re-
ſponde, vt ſuprà dixi. Poſſunt tamen prædictæ
doctrinæ alio modo induci pro opin. Ang. Pro-
batur ibi, q́ diffinitiua capitur duobus modis, &
ſic Diffinitiua, eſt verbum ambiguum. nam † Am- 35
biguum eſt, quod duplici modo poteſt intelligi,
A l. veteribus. & ibi not. ff. de pact. l. ij. vbi omnes,
ff. de reb. dub. Sed ſententia in cauſis ſummariis
dicitur diffinitiua, d. cle. ſæpe. & ſic nuncupatur
nomine ambiguo. Si igitur eſt ambiguum, ergo
non eſt ſimplex: & p conſequens nõ eſt merum.
Vnde talis ſententia in ſummariis non eſt mera.
Sed aduerte, quia iſta inductio habet fallaciam:
quia quamuis ipſum verbum Diffinitiua, ſit am-
biguum, ipſa tamen ſententia in ſummariis lata,
neceſſe eſt quòd accommodetur vni tantùm ſen
B ſui. Vnde in ſe poteſt eſſe mera diffinitiua. quod-
libet enim pronuntiatum quamuis dubium ſit,
& in vtranq; partem trahi poſſit, tamen certum
eſt, q́ niſi vnum ſignificat, ex quo de mente lo-
quentis eſt, non, niſi vnum, dicere. ita probatur
in l. in ambiguo. vbi Socin. ff. de reb. dub. Septi-
mò adducitur text. iuncta gl. in l. prolatam. C. de
ſenten. vbi prolata ſententia ſine ordine iudicia-
rio, putà ſine litis conteſtatione, cognitione cau-
ſæ, teſtium depoſitionibus, & aliis probationi-
C bus, &c. ſecundum gl. ipſo iure eſt nulla: ergo i-
dem in noſtro caſu. Sed certè miror de Doctori-
bus, qui hunc text. allegẽt in propoſito. nam illa
lex loquitur in caſibus, in quibus proceditur ſe-
cundum formam iudiciorũ, non ſummariè. nam
ſi haberet locum in ſummariis, ſequeretur, quòd
in noſtro caſu ſententia eſſet ipſo iure nulla: q́
eſt contra d. clem. ſæpe. Octauò adducitur, quia
ſententia diffinitiua debet ferri iudice ſedente
pro tribunali, c. fi. de re iudic. lib. vj. not. gl. in l. j.
D C. de ſent. ex breui. recit. Sed in cauſis ſummariis
non requiritur, quòd ſententia feratur iudice ſe-
dente p tribunali, d. cle. ſæpe. Ergo debemus di-
cere, quòd ſapiat naturam interloquutoriæ, quæ
poteſt ferri etiam iudice non ſedente pro tribu-
nali, vt per Bart. in l. ij. in fin. C. de ſenten. ex bre-
uicul. recit. Breuiter reſponde, quòd ſecundum
hoc non deberet neque dici diffinitiua: quod ta
men eſt falſum, per d. clem. ſæpe. Item dum dici-
tur, q́ requiritur, q́ iudex ſedeat, nego hoc in cau
E ſis ſummarijs. Eſt bene verum, quòd procedit in
aliis, ſed nihil ad propoſitũ. Nonò pro hac parte
adducit Rimi. quia † præceptum factum à iudice 36
debitori confitenti, ſecundum formam l. ſi debi-
tori. ff. de iudic. ſi emanauit poſt litem conteſta-
tam, dicitur ſententia diffinitiua: ſi lite non con-
teſtata, dicitur interloquutoria, ſecundum Bart.
in l. non fatetur. ff. de confeſ. & Bald. in l. fi. §. ne-
ceſſitatem. C. de bon. quæ lib. Ergo in noſtro ca
ſu ſentẽtia in ſummariis lata, lite nõ conteſtata,
F deberet dici interloquutoria. Sed ad hoc reſpon
de, prout dixi in ſuperiori fundamento. Vel aliter,
& ſecundò, dic, quòd imò Bar. in d. l. non fatetur.
dicit, quòd tale pręceptũ ſemper eſt interloquu-
toria: & hoc eſt verum, quia non tendit ad diſtin
ctionem cauſę, ſed ad executionem. Decimò ar-
gumentatur Rimi. quia nos videmus, q́ ſecundũ
decretum licet diffiniat cauſam, tamen dicitur
interloquutoria habens vim diffinitiuę, vt dictũ
eſt in l. j. ſ. eo. tit. Ratio eſt, quia fertur lite nõ con
teſtata. Ergo idem in noſtro caſu. Sed ad hoc po
tes

tes accõmodare ſolutiones prædictas. Vel dic, ꝙ
ideo eſt interloquutoria, quia non fert̃ ſuper eo,
quod in iudicium principaliter petitũ eſt. actor
enim agit ad debitum, iudex autem condemnat
reum in bonis, ea actori vendendo. Et hoc modo
poteſt etiam reſponderi ad aliud fundamentum
Rim. dum allegat clem. ſi. de appel. Contrariam
opin. quæ videtur magis vera, tenuit Paul. de Ca
ſtro hîc, quem ſequitur Rim. hîc, & Aret. in l. ſti-
pulationum. quæ eſt in ordine v. in princ. ff. de A
verb. oblig. & pro ea primò facit d. clem. ſæpe.
quæ dicit, ꝙ talis ſententia eſt diffinitiua: ergo
merè diffinitiua. Sed ad hoc faciliter poteſt re-
ſponderi, ꝙ quamuis ſit diffinitiua, non ſequitur
ergo merè, ex quo capit partem ab interloquuto
ria: quia fertur non ſeruato iuris ordine. Vel ſe-
cundò reſpõde, ꝙ diffinitiua dicitur duobus mo
dis, declarando, vt per Bar. in d. l. Titia. de accuſ.
cum ſimil. Secundò facit fundamentum, quod ſ̃.
retuli in notab. Eius naturæ eſt ſententia, cuius B
proceſſus, l. vt fundus. ff. commu. diuid. Sed pro-
ceſſus eſt ſimplex, & de plano factus: ergo etiam
ſentẽtia debet dici ſimplex, & mera. Sed ad hoc
reſponde, quia iſtud fundamẽtum in multis pec
cat. nam hoc dato, ſequeretur ꝙ ſententia lata in
cauſis, in quibus eſſet ſeruatus ordo iudiciarius,
non eſſet mera, ex quo proceſſus non eſſet ſim-
plex. Sed iſtud eſt falſum: ergo, &c. aliter ẽm ca-
pitur Simplex reſpectu proceſſus, aliter Merum
reſpectu ſententiæ. Tertiò adducitur, qa ſenten- C
tia dicitur diffinitiua, quia diffinit negotiũ prin-
cipale. Si ergo diffinit, eſt mera diffinitiua. Nec
dicatur, quòd non valet argumentum affirma-
tiuè ab etymologia vocabuli, ſecundum Bart. in
l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. pet. quia imò valet, quan
do nõ repugnat diffinitio, vt in noſtro caſu. nam
diffinitio eius quę ponitur in l. j. ff. de re iud. non
repugnat, ex quo non facit mentionem aliquam
de ordine iudiciario. Sed ad hoc reſpõde, ꝙ non
valet, Diffinit negotium principale, ergo eſt me- D
ra diffinitiua: quia requiritur, quòd ſeruetur or-
do, ad hoc vt ſit mera. Nec obſtat d. l. j. quia re-
ſpondeo, quòd ibi non diffinitur niſi diffinitiua
ſimpliciter, non autem mera. nam quòd diffini-
tiua dicatur mera, eſt quædam qualitas. In diffi-
nitionibus autem ſatis eſt, ꝙ diffiniatur princi-
pale, non autem qualitates: probatur ex l. j. ff. de
dol. Qualitas enim adeſt vel abeſt, præter ſubie-
cti corruptionem, vt per Bart. in tract. de teſte, in
verſic. xxvij. quæro, quotuplex. Quartò, pro hac E
fortiùs adducitur fundamẽtum. nam ſi ſeruatus
eſſet ordo in cauſis ſummariis, omnes faterẽtur,
ꝙ ſententia in his lata, eſſet merè diffinitiua. Vn-
de quamuis lex abſtulerit dictam ſolennitatem
ordinis, tamen ſententia videtur, ꝙ debeat dici
merè diffinitiua: ſicut etiam videmus, ꝙ quam-
uis hodie ſolennitates, quæ requirebantur in iu-
diciis ſunt ſublatæ, l. ij. incip. nulli prorſus. C. de
form. & tamen ꝑ hoc non dicitur, quin iudicium
dicatur merum. idem videmus in teſtamentis, l. F
quoniam. C. de teſtam. idem in ſtipulatione, §. in
hac re. verſ. ſed hæc ſolennia. Inſt. de verb. oblig.
& tñ non eſt dicendum, ꝙ hodie non dentur te-
ſtamẽta mera, & ſtipulationes meræ. Sed ad hoc
fundamentum reſpondetur primò, ꝙ in his caſi-
bus ideo tales actus cenſentur meri, quia non ha
bent cuius naturam ſapiant, & ſic vnde miſcean-
tur. nam iudicium, ſtipulationes, teſtamenta, &
ſimilia, etiam ꝙ ab illis ſublatę ſint ſolennitates,
tñ non miſcentur: quia non habent, cuius naturã
ſapiant, ex quo ante illam ſublationem non erat
aliquod genus iudicij, ſtipulationis, vel teſta-
menti, in quo non requireretur ſolennitas. Sed
in noſtro caſu bene datur aliud genus ſententię,
in quo non requiritur ſolennitas. vnde non eſt
mirum, ſi ſapit eius naturam: & ideo talis ſenten
tia lata in ſummariis, non dicetur mera. Secun-
dò reſpondetur, ꝙ allegata in contrarium proce
dunt, quãdo † talis ſolennitas ſublata eſt ab om- 37
nibus iudiciis, ab omnibus teſtamentis, & ſtipu-
lationibus: & ſic, quando in totum ſublata eſt.
nam tunc cenſentur illi actus de nouo producti
abſq; illa ſolennitate, & dicuntur meri. Sed quã-
do illa ſolennitas eſt ſublata, niſi ab vno caſu, ex
quo remanet prior in aliis diſpoſitio, ille actus
non dicitur merus: & ita loquitur opin. Ang. Fa-
cit pro hac ſolutione, qđ not. Aret. in l. ij. in prin.
in ſeptima qualitate ſubſtitutionis pupillaris, ff.
de vulg. & pupil. qui dicit, ꝙ quamuis correcta
ratione legis, cenſeatur correcta lex, hoc eſt ve-
rum, quando ratio corrigitur in totum, quia tũc
cenſetur talis ratio nunquam fuiſſe: ſecus, ſi cor-
rigatur in parte. allegat text. in l. j. in fin. ff. de mi-
noribus, cum aliis, vt ibi per eum. Tertiò poſſet
reſpõderi, negando ꝙ hodie tales ſtipulationes,
& iudicia, & teſtamenta dicantur mera: nam nul
libi hoc probatur. imò in contrarium facit text.
Inſt. de ſucceſ. ſublat. in prin. vbi iudicia, quibus
ſublata eſt ſolennitas, videntur appellari extra-
ordinaria. Prior plus placet. Quintò pro hac par
te facit, quia imò talis ſentẽtia debet dici mera,
ex quo interuenit ordo iudiciarius, ſi non for-
maliter, ſaltem effectualiter. nam primus actus,
qui ſolet ſequi litis conteſtationem, habet vim li
tis conteſtatæ, l. nulla. C. de procura. cùm igitur
ſit ordo: ergo, &c. Sed ad hoc reſponde, ꝙ ad hoc
vt dicatur mera, requiritur ꝙ interuenerit ordo
formaliter, nõ effectualiter, cùm plus ſoleat ope-
rari forma, quàm effectus: quia illa eſt, quæ dat
eſſe rei, l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib. Se-
cundò reſponde, ꝙ verbum Mera, importat pro-
priè. vnde ad hoc vt diffinitiua mera dicatur, re-
quiritur ꝙ interuenerit ordo propriè. Sed talis li
tis conteſtatio eſt potius inducta per fictionem
iuris: vnde non debet habere locum in his caſi-
bus, in quibus veritas attenditur, l. ait prætor. §.
hæc verba. ff. de neg. geſt. vnde videmus, ꝙ ſtatu-
ta non habent locum in caſu ficto, eò quia pro-
priè debent intelligi, vt not. in l. tranſigere. C. de
tranſact. Sextò facit, quia iſtas ſolennitates ius
induxit de iure poſitiuo: ergo etiam tollere po-
teſt, l. eas. ff. de cap. dim. Sed reſponde, ꝙ bene
poteſt tollere, ſed eas tollendo alterat actum, &
tranſmutat in alium. vnde facit de mera diffini-
tiua diffinitiuam mixtam. Facit, quia eſſet abſur
dum, ꝙ talis remotio nil operaretur circa actum:
niſi reſpondeas, ꝙ ſatis eſt, ꝙ operetur circa effe-
ctum. nam facit vt poſſit procedi ſummariè, &
de plano, ſicut priùs nõ poterat. vnde verba non
debent duplicem actum operari. & ſic circa mo-
dum procedendi, & circa verba prædicta regula
probatur in c. non poteſt. §. fi. de præbend. lib. vj.
vbi Gem. not. Septimò facit doctrina Bartol. &
communis in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi quis. ff. de
lib. agnoſc. vbi dicit, ꝙ ſententia lata in ſumma-
riis, eſt diffinitiua: ergo, &c. Reſponde, ꝙ aut lo-
quimur in caſibus, in quibus proceditur ſolùm
ſummariè: & tunc procedit doctrina Bart. quia
diſtinguit, aut lis eſt conteſtata, & eſt diffinitiua:
aut non eſt conteſtata, & non valet. nos verò lo-
quimur



quimur in his cauſis, in quibus ꝓceditur ſumma
riè ſimpliciter & de plano, non ſeruata, &c. ſecũ-
dum d. clem. ſæpe. Alia fundamenta quę poſſent
adduci, ſemper poſſent eludi. nam nulla lex eſt,
quæ faciat mentionem de mera diffinitiua. Et ex
his patet plenè diſputatꝰ hic articulus, circa quẽ
propone tale dubiũ, vtrùm diffinitiua lata in cau
ſis, in quibus proceditur ſummariè, &c. ſit mera
diffinitiua? Expedito hoc articulo, veniamus ad
gloſ. ¶ In eadem ibi, *iuriſdictioni cohæret, & ſine ea nõ* A
*eſt*. Iſtam primam rationem communiter repro-
bant Doctores hîc: quia, ſecundum eam, eſſet ne-
ceſſe dicere, ꝙ imperio mero non cohęreat iuriſ-
dictio, quod eſt cõtra text. hîc, in implicatiua E-
tiam. nam, ſecundum Doctores, illa implicat, ꝙ
38 † etiam iuriſdictio inſit mero imperio. Tamẽ po-
teſt iſta prima ſuſtineri: quia alio modo ineſt iu-
riſdictio in mixto, alio in mero. nam in mixto in-
eſt in ſpecie, in mero ineſt in genere, ſicut anima
ineſt homini, non tamen facit actum mixtum, l. B
ſi quid earum. §. inter emptũ. ff. de leg. iij. Nec eſt
vera impugnatio Doctorũ, dum dicũt, ꝙ Etiam,
implicat, ꝙ iuriſdictio inſit mero: quia imò impli
cat aliter, hoc modo: non ſolùm merum imperi-
um ineſt in mixto, ſed etiam iuriſdictio. & ita de-
clarat vna gloſſella ſ̃. in verb. etiam. Et ex hoc ſe-
quitur, quòd Bart. malè loquutus fuerit hîc, in
verſic. idem de mero & mixto. dum põderat hũc
text. ad probandum, ꝙ iuriſdictio ineſt mero &
39 mixto imperio: quia † iſte tex. probat contrariũ. C
nam loquitur de iuriſdictione in ſpecie, quæ in-
eſt mixto: nõ aũt de iuriſdictione in genere, quæ
ineſt mero. & ita etiã impugnat Bar. Picus hîc. Se
cunda ratio eſt vera. ¶ In eadẽ ibi, *& dic, quòd nomi*
40 *ne*, &c. Opin. gl. eſt vera, ꝙ † appellatione iuriſdi-
ctionis venit merũ & mixtũ imperiũ. & iſtud pro
batur in l. j. ſ̃. de offi. eius, cui. & in §. iuſiurãdũ. in
verb. iuriſdictionẽ. in auth. de defen. ciui. Eſt ve-
rũ, ꝙ argumentũ gl. ſecũdũ Alex. Iaſ. & Rim. hîc,
nõ eſt bonũ, qa argueret affirmatiuè ab etymolo D
gia vocabuli. Picus hîc conatur ſaluare gl. ſed ma
lè. Quare tu dic alio modo, ꝙ argumentũ gl. con-
cludit. nam arg. ab etymologia vocabuli valet,
quando non repugnat diffinitio, etiam affirma-
tiuè. ita tenetur in l. ij. §. appellata. ff. ſi cert. pet. &
ſoleo allegare text. in §. exhibitoria. in fi. Inſt. de
interdict. Aduerte tamen, quia qdam Mod. in d. l.
j. diſputatiuè dixerũt, ꝙ ibi non ꝓbatur, ꝙ merũ
imperium non poſſet delegari. Mouebãtur: quia
41 tex. dicit, ꝙ † mandata iuriſdictione, merum non E
transfertur: nimirum (dicunt ipſi) ideo eſt, quia
cùm verbum Iuriſdictio, poſsit capi, vt genus, &
vt ſpecies, debet potiùs capi vt ſpecies, per not.
per Bart. in l. hoc legatum. ff. de leg. iij. Bar. in l. j.
in fi. ff. de eden. Alex. in rub. ff. ſol. mat. idem in l.
Gallus. §. ſi eiꝰ. ff. de lib. & poſth. Si ergo capitur,
vt ſpecies, mirum non eſt, ſi non videtur manda-
tum merum & mixtum imperium: & hęc dicunt
ipſi procedere, niſi eſſet verſic. quæ verò, &c. qui
declarat. Breuiter licet multa dicta fuerint, ego F
puto contrarium, per regulam l. j. §. qui in perpe-
tuum. ff. ſi ag. vect. item per tex. in l. j. §. quod autẽ
prætor. ff. de aleat. item per hanc gl. quæ cõmuni
ter tenetur. Non obſtat regula, de qua in d. l. hoc
legatum. quia potiùs probat noſtram opi. nam i-
deo ꝓpoſita actione ibi intelligitur de ſpeciali,
non de generali: quia ſpecialis eſt potentior cir-
ca illam cauſam, quàm generalis. Vnde ſi talis a-
ctio ſpecialis infamaret, quo caſu non eſſet beni-
gnior generali, & per conſequens non eſſet po-
tentior, tũc cenſeretur intentata generalis, vt di-
cit Alex. in l. certi cõdictio. in princ. ff. ſi cert. pet.
Potentia enim cõſideratur ratione benignitatis,
vt probatur ex l. quæritur. ff. de ſtatu homi. iũctis
his, quę ponit Bar. in l. cùm pupillus. ff. ad l. Falc.
ꝓbatur igitur in d. l. hoc legatum. ſecundum do-
ctri. Bar. ibi, ꝙ debet attendi illud, quod eſt potẽ-
tius. Modò in noſtro caſu, ſi velimus intelligere
illud, quod eſt potentius, certè intelligemus iu-
A riſdictionem in genere, quæ cõpræhendit merũ
& mixtum imperium: vnde vera reddetur cõmu
nis omnium opin. in illa l. ¶ Et hæc glo. infertur
ad quæſtionem, utrùm ſi cõcedatur alicui caſtrũ
cum iuriſdictione, intelligatur cõcedere merum
imperium: & ſic, vtrùm cõceſſa iuriſdictione ge-
neraliter, veniat merum imperiũ. Iſtum articulũ
tetigit latè Alex. in l. j. ſ̃. tit. ij. & tenet, quòd veni
at merum imperiũ. Ego puto, ꝙ contraria opi. de
iure ſit verior: tamẽ arguemus ad partes. ſic enim
B veritas magis eluceſcit, ſecundum l. fi. §. mixta. ff.
de muner. Primò pro hac parte, quam tenuit A-
lex. facit hæc gl. quę vult, ꝙ † appellatione iuriſdi 42
ctionis veniat merum & mixtũ imperiũ. Cũ ergo
dicatur, Cõcedo tibi iuriſdictionem, debet intel
ligi verbum generaliter: & ſic etiam mixtum &
merum imperium. nam verbũ generale, generali
ter debet intelligi, l. nõ diſtinguemus. ff. de arbit.
& ad hanc partem, iſtam gl. allegat Bal. in quodã
ſuo Repertorio, ſiue Margarita, in verb. Iuriſdi-
C ctio. Sed ad hoc reſponde, faciendo vim in eo, ꝙ
merum imperium debet ſpecialiter concedi, d. l.
j. in princ. Vnde ea, quæ ſpecialiter debent cõce-
di mandata in genere iuriſdictione, non veniũt,
vt not. in d. l. j. facit, qa vbi requiritur ſpecialis mẽ
tio de aliquo, nõ ſufficit generalis, c. fi. de offi. de-
leg. nã † verba generalia referũtur ad id, quod eſt 43
veriſimile, c. inſpicimus. de reg. iur. lib. vj. Sed nõ
eſt veriſimile, ꝙ per generalia quis velit deroga-
re ſpecialibus, l. ſemper. ff. de reg. iur. Ergo, &c. I-
D tem verba generalia reducuntur ad ius cõmune,
l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Secundò adduci-
tur, quia iſta conceſsio iuriſdictionis eſt quoddã
beneficium: & beneficia principũ ſunt latiſsimè
interpretanda, l. fi. ff. de conſtit. princ. Ad hoc re-
ſponde primò, ꝙ tũc talia beneficia latiſsimè in-
terpretantur, quando nõ derogarent publico fa-
uori, l. ſi aliquãdo. C. de ope. publ. Ratione enim
publicæ vtilitatis introductũ eſt, vt merum impe
rium cõcederetur nominatim, ſecũdũ d. l. j. quo-
E niam aliàs poſſet merum imperiũ haberi per ali-
quem virũ malè induſtrioſum, qui poſſet plures
inſontes damnare. Vel ſecundò reſpõde, ꝙ præ-
dicta regula eſt vera, niſi cõcederentur plura ſpe-
cialia, l. ſi non lex. ff. de hæred. inſtit. not. Iaſ. in d.
l. fi. facit l. j. C. de dot. promiſ. Nã cõceſsio iuriſ-
dictionis ſimplicis, eſt beneficium latũ à princi-
pe, cõceſsio meri imperij eſt aliud: ergo, etc. Vel
tertiò pone aliam nouam limitationem ad præ-
dictã regulam, ꝙ quamuis latiſsimè interpreten-
F tur, non tamẽ cõpręhendunt ea, de quibus ſolet
fieri ſpecifica mentio. probatur in c. quod tranſ-
lationem. extrà, de offic. leg. Valet enim argumẽ-
tum de cauſis meri imperij ad cauſas reſeruatas
ſummo pontifici. vtique enim ſunt indelegabi-
les. facit, qa nos videmus, ꝙ ſuſtinẽdis teſtamen-
tis ſit latior interpretatio, l. in teſtamentis. ff. de
reg. iur. & tamen ſi ea, quæ ſpecialiter requirebã-
tur, exprimantur per nomen generale, teſtamen
tum rumpitur. Non enim exhæredatio inter cæ-
teros ſatis eſt, vbi requiritur exhæredatio facta

nominatim,l.j.& ij.ff.de lib. & poſt.§.j.Inſtit.de
exhæred.lib.Tertiò facit, quia etiamſi non eſſet
beneficium principis, tamen in noſtro caſu vide
tur,q; debeat venire merũ imperiũ, ad hoc vt ver
ba intelligantur in potẽtiori ſignificatu,l.j.§.qui
in perpetuum.ff.ſi ag.vectig.Sed reſpõde primò,
q; ille tex.malè ꝓbat iſtam regulã.Item poſito,q;
ſit vera,fallit,niſi ſubiecta materia, vel natura rei
44 aliter oſtendat.Vnde videmus,q; † etiam vſufru-
ctuarius & feudatarius dicuntur domini:cùm ta
men ſint ſolùm domini vtiles, nõ autem directi,
vt per Bar.in l.j.§.domini.ff.ad Sylla.facit glo.in
verb.dominiũ.Inſtit.de vſucap. in princ. ſed na-
tura rei aliter iudicat, quia requiritur ſpecialis
mentio.Quartò facit text.in d.l.j. ibi, mandata
iuriſdictione. Nam aliàs illa lex in dicto princi-
pio non probaret intentionem Iuriſconſulti, &
eſſet de indubitali, quod eſt cõtra l. Labeo.ff.de
Carb. edi. Breuiter dici poſſet, quòd illud prin-
cip.de per ſe non probaret,ſi ſic abſolutè dictum
eſſet, Mando iuriſdictionem: ſed Iuriſconſultus
ibi nõ habuit reſpectum ad verba, ſed potiùs ad
ſenſum:& ſic voluit ibi dicere, Mandata iuriſdi-
ctione, id eſt quoquo modo mandetur: & iſtud
probatur ex verſ.quæ verò, qui aduerſatur ſupe
rioribus. Vnde per ſequentia declarantur præce
dẽtia,l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ff.de leg.j.Ideo igitur
ibi comprehenditur merum imperiũ:quia mate
ria ſubiecta iſtud neceſſariò importat. ſed in no-
ſtra quæſtione eſt ſecus.Vnde ſatis admitto, q; ſi
conſtaret de mente principis,quòd vellet conce
dere merum imperium,tunc per illa verba veni-
ret: ſed in dubio non præſumitur: vnde exem-
plum, quod ſuprà dedi de exhæredatione inter
cæteros,nõ omnino concludit.Secundò reſpon
detur,quòd† aliud in legibus,aliud in diſpoſitio
45 nibus hominum.nam in legibus omnis indefini
ta æquipollet vniuerſali, in diſpoſitionibus ho-
minum non,vt per Bart.in l.ſi pluribus.ff.de leg.
ij.Facit, quia aliàs faciliùs fit extenſio in verbis
legis, quàm in verbis teſtatoris: probatur in l.
cõmodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.& in l. fi. C. de
poſthu.hęre.inſti.Et not.iſtam ſolutionem,quia
eſt generalis,& conuenit multis,quæ in contra-
rium poſſent adduci. Quintò facit text. in l. j. §.
quod autem.ff.de aleat.vbi dum prætor dicit,A-
ctionem non dabo,intelligitur nec ciuilem, nec
criminalem: ergo in noſtro caſu ſi mando iuriſ-
dictionem,debeo intelligere & ciuilem & crimi
nalem.Et huic fundamento neſciuerunt reſpon
dere quidam ſuſtinentes in d. l. j. Tu reſponde
primò,quòd ideo ibi venit pœnalis,quia aliàs e-
luſorium eſſet edictum prætoris: quia quamuis
non poſſet agere ciuiliter, tamẽ poſſet agere cri-
minaliter,vel etiam pœnaliter, ob quod veniret
magis puniendus fur. Vnde cùm mens præto-
ris eſſet aggrauare aleatorem, in nihilo eum ag-
grauaſſet, aut certè in paruo, cùm poſſet aleator
agere ad ſuam rem, & eam rehabere. Sed in no-
ſtro caſu iſta conceſſio aliquid operaretur, quia
ſaltem poſſet talis delegatus iudicare in cauſis
minimę iuriſdictionis. Vel,& ſecundò, dic,quòd
illa l.loquitur per verba negatiua,Non dabo. Vn
46 de ſuccedit regula, quòd† plus negat negatiua,
quàm ponat affirmatiua, c.ipſo iure.de reſcript.
lib.vj.c.fin.c.cùm dilectus.in glo.magna,de cõ-
ſuetud.& l.hoc genus.in gloſ.fin.ff. de condit.&
demonſtr. Vnde videmus, quòd verbum Poteſt,
verificatur vno caſu: Non poteſt, negat omnem
potentiam,vt cõſueuit not.in l. Gallus.in princ.
ff.de liber.& poſthu. Tertiò reſponde, aliud eſſe
in diſpoſitione legis,aliud in diſpoſitione homi
nis,per ea quæ ſuprà dixi, allegando Bart. in l. ſi
pluribus.ff. de leg. ij. Sextò facit fundamentum
Alex.de l. cognitio.in princ. ff. de offic.eius,cui.
vbi † cauſa remotionis ſuſpecti tutoris, quæ eſt 47
mixti impij,& per conſequẽs nõ paſſim delega-
bilis, tamen mandata generali iuriſdictione ve-
nit.Sed ad iſtam obiectionem reſponde,quòd i-
A ſtud eſt fauore pupillorum,vt clarè dicit text.ibi
propter vtilitatem pupillorum: ergo in contrari
um ius commune. nam ibi eſt periculum in mo-
ra, ex quo malus tutor de facili poſſet pupillum
ſpoliare, & etiam interficere, vt probatur in l.j.
ff.vbi pupil.educ.deb. Vel ſecundò reſponde,
quòd imò eſt paſſim delegabilis. Vnde mirum
non eſt, ſi venit mandata iuriſdictione. Iſtud
probatur in l.j.§.j.ff.de ſuſpect. tut.intelligendo
tamen de remotione,quæ fit à lege,vel etiam de
remotione, quæ fit per ſententiam, ſecundum
B aliam opin. Nam ſi intelligamus de remotione,
quæ fit ad puniendum, illa non poteſt expediri,
niſi per ſolum præſidem,l.j.§.ſuſpecti.ff.ad Tur-
pil. & de hac nihil in iſta l. cognitio. Septimò
adducit Alex. quòd idem debet operari genus,
quod etiam ſpecies,l.ſi duo.in fi. ff. de adminiſt.
tut.l.omnes.C. de præſcript. xxx. annor. Sed in
ſpecie potuit mandari merum imperium: ergo
etiam in genere.Breuiter dic, fundamentũ ꝓce-
dere,qñ clarum eſſet, q; iuriſdictio eſſet poſita in
C ſimili confeſſione,vt genus.Sed nego hoc: quia
imò capitur,vt ſpecies. nam cùm princeps nõ ſo
leat merũ concedere generaliter,ſed potiùs ſpe-
cificè,arguendo ab vſu illius,eſt dicẽdum, quòd
nec nũc ex talibus verbis velit iſtud concedere:
vſus enim patrisfamiliâs eius mentem declarat,
l.vel vniuerſorum.ff. de pignor. actio. l. ſi ſeruus
plurium.ff. de leg.j. Octauò adducitur per Alex.
tex. qui,ſecundũ eũ,multùm vrget, in §.prohibe
D mus.in auth.de collat.vbi † ea,quæ ſunt meri im 48
perij,& quę delegari poterant,ꝓpter abſentiam
transeũt in generali delegatione, excepta cauſa
vltimi ſupplicij & mutilationis. Breuiter miror,
q; Alex. allegauerit hunc tex. nam ibi nõ dicitur
aliqd de iuriſdictione,ſed dicitur q; conſtituit lo
ci ſeruatorem,ſeu vicem gerentem: quo caſu cla
rum eſt, q; tranſit etiam merum imperium,per l.
ij.C.de offic.eius,qui vic.alt.ger.Vnde conſtitu-
endo talem vicegerentem,intelligitur conſtitue
E re iudices, ſecundum quod iura dicunt. Sed in noſtro ca
ſu ceſſat iſta interpretatio.Vnde cùm ſimꝰ in du-
bio, debet potiùs intelligi mãdata iuriſdictio in
ſpecie.Vnde ego fateor, q; quando natura actus,
ſeu materia ſubiecta importaret, vt merum etiã
veniret,tunc ego non diſputo,ſed loquor in du-
bio, & ceſſantibus coniecturis. Poſſet etiam re-
ſponderi,ſecũdum d.l.ſi pluribus, vt ſuprà dixi.
Nonò adducit Alex. Modica coercitio eſt meri
imperij, vt infrà per Bart. & tamen mandata iu-
F riſdictione generaliter venit,l.j.§.fi.l.fi.§.fi.ſ.tit.
ij.l.magiſtratibus.j.eo.§. audient.in auth.de de-
fen.ciuit. Ergo eodem modo debet venire aliud
merum imperium,quod venire poteſt.Princeps
enim poteſt illud delegare. Sed ad iſtud reſpon-
detur, q; ideo modica caſtigatio venit, quia ſine
ea iuriſdictio explicari nõ poteſt.Item quia prin
ceps ſolitus eſt eam mandare ſub generalib.ver-
bis,ſed merum imperium magnum nõ:quia no-
minatim ſolet demandari,d.l.j.in prin,vnde ſuc
cedunt rationes ſuprà relatæ. Decimò per eun-
dem



dè adducitur text.in l.ſi quid erit.ff.de offic.pro-
conſ. vbi legatus mandata ſibi generaliter iuriſ-
dictione habet coercitionem modicam, quæ ta-
mẽ eſt mixti imperij:ergo,&c.Breuiter iſtud fun
damentũ tendit ad idem,ad quod ſuperius. Vn-
49 de reſponde,vt ibi. Vndecimò † adducit idẽ tex.
in l.j.§.à præfectis.ff.de leg.iij.vbi conſtitutus ex
mandatis principis in vicem præfecti prætorio,
habet merum imperium. Sed reſponde primò,
q; illud eſt de natura actus, vt vicegerẽs habeat
merum imperium,d.l.ij.C. de offic.eius,qui vic.
alter.ger. Vel ſecundò dic,q; quamuis dicat Man
datis,tamen Iuriſconſultus non declarat, vtrùm
fuerint generalia, vel in his fuerit facta ſpecialis
mentio de cauſis meri imperij.vnde non facit ad
propoſitum. Duodecimò adducit tex. in l.lega-
ti.ff.de offic.proconſul.& leg.vbi dicitur, quòd
proconſules legatis mandant iuriſdictionem,&
ſic generaliter: & tamen in l.j.C.eod.tit.dicitur,
quòd legati proconſulis poſſunt audire cauſas
criminales. Sed ad hoc reſponde, quòd in d. l. j.
non dicitur, quòd debeant audire cauſas crimi-
nales,quando eſt mandata illis iuriſdictio gene-
raliter.Vnde debet potius intelligi, quando eſt
mandata ſpecialiter iuriſdictio ad cognoſcen-
dum.Non obſtat d.l.legati.quia (vt dixi) ex quo
ſumus in diſpoſitione legis,debet illa indifferẽs
iuriſdictio ęquipollere vniuerſali:ſecus in diſpo
ſitione hominis, per not.in d. l. ſi pluribus.nam
in diſpoſitione hominis propter coniecturas a-
liud eſt dicendum, prout ſuprà declaraui. Deci-
motertiò adducit tex.in l.ſi.C.vbi, & apud quẽ.
50 vbi † mandata generali iuriſdictione venit cauſa
mixti imperij, ſcilicet reſtitutio in integrũ. Poſ-
ſet reſponderi, eſſe ſpeciale fauore pupillorum,
vt communiter dicitur.& eſt ſpeciale non ſolùm
quòd veniat,cùm ſit cauſa mixti imperij,ſed etiã
q; veniat in generali mandato.Et ſi opponeretur
de l.j.C. de dot.promiſ.vbi dicitur,q; duo ſpecia
lia non debent ſimul cõcurrere: reſponde, quòd
poſſunt concurrere, quando vnum venit ex alte
ro,ſecundum Bar.in l. eandem. ff. de duob. reis.
nam conceſſo quòd veniat in generali manda-
to, conceditur neceſſariò quòd poſſit delegari.
Vel nega, q; cauſę mixti imperij non ſint delega-
biles. Vel dic, & meliùs, q; ibi non dicitur,vtrùm
veniat in mãdato generali,an ſpeciali. Allegat e-
tiã Alex.in hac materia alia fundamenta, quę, qa
illis patet reſponſio ex ſuprà dictis, non curo re-
ferre. Decimoquartò poteſt allegari tex.in auth.
de defen.ciuit.in §.nulla.in fi.vbi verbum Iuriſdi
ctio, ſimpliciter & abſolutè poſitũ, importat me
rum imperiũ.ergo idem in mandato iuriſdictio-
nis ſimpliciter facto.Sed reſponde, quòd ibi ver-
bum Iuriſdictio,importat merum imperiũ, quia
materia ſubiecta ita de neceſſitate importat. I-
tem quia ſequentia hoc volunt, dum dicitur Prę
ter illa ſola,quæ iuriſdictione egent,& ex ipſa iu
dicum auctoritate pendent. Vnde ſuccedit reg.l.
ſi vno.ff.loca.& d.l.ſi ſeruus plurium. ff. de leg.j.
nos verò loquimur ceſſantibus coniecturis. De-
cimoquintò poteſt adduci text. in l. j. §. cùm vr-
bem.ff.de offic.præfect.vrb.vbi dicitur, Cùm vr-
bem noſtram fidei tuæ cõmiſerimus, conſequẽs
eſt, vt quicquid intra vrbem fit, cẽſeatur commiſ
ſum fidei pręfecti. Sed reſponde,quòd illa verba
propriè intellecta aliter intelligi nõ poſſunt, ſed
in noſtro caſu bene poteſt iuriſdictio intelligi in
ſpecie, per rationes, de quibus ſuprà. Vel dic, q;
illud eſt q̃a iuriſdictio coheret territorio, vnde
venit in conſequẽtiam vrbis, ſecundum not.per
Bart.in l.j.§.eo. Decimoſextò adducit text. in c.
ex literis.de offi. deleg. vbi in mandato generali
venit excommunicatio.Sed reſponde, q; aliquã-
do non eſt meri, vt infrà per Alex. vel q; hoc eſt de
iure canonico,de quo faciliùs delegatur,c.quod
ſedem.eo.tit. Contrariam opin.tenet Iaſ.hîc, &
alij relati per Alex.in d. l.j. & eam puto magis a-
A micam legibus: tamen diſputando etiam poteſt
teneri prior.Pro hac tamen primò facit,quia me
rum imperium debet cõcedi nominatim & ſpe-
cialiter.ita videtur dicere text.in d.l. j. ibi, quæ-
cunque ſpecialiter lege, vel ſenatuſconſulto,vel
cõſtitutione,&c.Sed vbi requiritur ſpecialis mẽ
tio,non eſt ſatis mẽtio facta per verba generalia,
l.j.& ij.ff.de lib.& poſt.ergo,&c.Breuiter reſpõ-
dendum eſt,negando q; † nominatim debeat di- 51
ci merum imperium. Non obſtat d. l. j. quia aut
cõſideramus perſonas,quib. demãdatur merum
B imperium,& illę debent nominatim exprimi:i-
ta loquitur illa l. & l. j. ff. de tut. & curat. dat.ab
his.l.muto.§.tutoris datio. ff. de tut. l. j. §. item à
præfecto.ff.de legat.iij. Aut conſideramus ipſum
merum imperiũ,& iſtud nullibi probatur, q; de-
beat nominatim exprimi. vnde videtur, q; ſatis
ſit ſi exprimatur verbis generalibus:niſi dicas, q;
iſtud probatur in d. l. j. arguendo de re ad perſo-
nas.quod argumentum regulariter valet, & ecõ
trà,l.ij.ff.ne quis eum, qui. Sed ad hoc poteſt re-
C ſponderi,quòd hîc ſumus in materia priuilegio-
rum, ſeu beneficiorum, quæ dependent à mera
voluntate principis, & ideo in eis non eſt licita
talis argumentatio,l.j.§.ſi.ff. de conſtit. princip.
l.quod verò.ff. de legib. Contra iſtam tamen re-
ſponſionem videtur text.in l. miles ita. §. & quia.
ff. de teſta.mil. Sed diſputãdo dic, quòd illud eſt
ex præſumpta mente principis. vel, illa exten-
ſio poteſt fieri per habentem auctoritatem legis
condendæ, &c. Secundò facit, quia mandatum
D procuratoris & mandatum delegati æquiparan
tur,& valet argumentum de vno ad aliud, l.mo-
re.j.eod. Sed in mandato generali procuratoris
nõ venit, quòd poſſit tractare cauſas criminales,
& ſic meri imperij, vt in clem. nõ poteſt.de pro-
curat.l.non ſolùm.§. fi. ff. de procurat. Ergo nec
in mandato delegatorio. Sed ad hoc reſpondet
Alex. negando quòd valeat argumẽtum de vno
ad aliud,& dando inſtantiam, ſecundum glo. in
c.ſicut vrgeri.j.q.j.& glo.in l.manumiſſiones.ff.
E de iuſt.& iur.cum ſimilib.nam in mandato pro-
curatorio non venit, vt quis poſſit petere reſtitu
tionem in integrum,l.illud.§.j. ff.de minor.& ta
men in delegatorio ſic, d. l. fin. C. vbi, & apud
quem. Sed iſta reſponſio non placet:quia iſta re-
ſponſio dandi inſtantiam nõ videtur realis.nam
hoc modo nunquam poſſemus arguere de ſimi-
libus ad ſimilia: quia ſemper daretur inſtantia,
ex quo rariſſimus caſus reperiretur, qui in ali-
quo nõ eſſet diſſimilis: vnde ſemper daretur in-
F ſtantia. Item illa inſtantia non videtur bene con
gruere, quia venit à diuerſis.nam d. §. j. loquitur
de petitione fienda à procuratore iudici,d.l.fi.lo
quitur de ſentẽtia fienda à iudice & de cognitio
ne:vnde ex diuerſis nõ infertur,l.Papinianꝰ exu
li.ff.de minor. l. naturaliter. §. nihil cõmune.de
acquir. poſſeſ. Quare potes dicere, q; ideo non
venit in mandato procuratoris, vt exerceat cau-
ſas criminales, quia in illis regulariter nõ admit
titur procurator,l.ſi.C.de iniur.not.in auth.hoc
ius.C.de procur.in caſibus verò ſpecialibus non

videtur: quia ea non habentur in conſideratio-
ne,l.nam ad ea. ff. de legib. ſed in noſtro caſu eſt
ſecùs:qa imò de poteſtate ordinaria poteſt prin-
ceps concedere merum imperium, vt per Bar.in
l.j.ſ.tit.ij.licet Pau.de Caſt.ibi teneat contrariũ,
& malè. iſta tamen reſponſio non videtur vera.
Vnde ergo dic,(& hæc reſpõſio probatur ex tex.
& glo.fi.in d.clem.non poteſt.)quòd illud eſt ra-
tione periculi: item, ibi mãdatum erat generale,
A & eius verba hoc non importabãt: ſed in noſtro
caſu etiam ex propria ſignificatione verborum
venit merum imperium:vnde non mirum,ſi faci
liùs venit.facit reg.quæ not. in auth.minoris.C.
qui da.tut.poſ.Tertiò adducitur text.in l.j.§.qui
mandatam. ſ. tit. ij. vbi mandata iuriſdictione à
proconſule, tamen non cadit cognitio meri im-
perij, quæ poteſt ſpecialiter demandari, ſecun-
dum l.ſolent.in princ.ff. de offic.proconſul. Sed
ad hoc reſpondet Alex. quòd ibi loquitur de me
B ro imperio maioris gradus, quod in legatũ non
tranſit,nec quo ad cognitionem, nec quo ad de-
finitionem. Sed iſta reſponſio Alex. non placet
52 ꝓpter plura.Primò,quia † legati poſſunt cogno-
ſcere de omnibus cauſis criminalibus,etiam ma
ioribus,vt eſt text.in l.vnica,C. de offic.procon-
ſul. & leg. Item quia reſtringit text. & diuinat.
Quare tu aliter reſpõde:primò, q ideo nõ venit,
quod venire poteſt,ſcilicet cognitio:quia in du-
bio non cenſetur procõſul delegaſſe aliquas cau
C ſas,quo ad diffinitionẽ:aliquas verò, quo ad co-
gnitionem tantùm,per reg.l. iam hoc iure. ff. de
vulg.& pup.Vnde non mirũ,ſi requiritur ſpecia-
lis mentio.Vel ſecundò,& planiùs, dic, quòd in
d.§.qui mandatam.non dicitur,q non veniat co
gnitio:ſed bene dicitur,quòd non venit animad
53 uerſio:vnde nil facit.Quartò,quãdo†aliquid ſpe
cialiter in ſignum prærogatiuæ eſt alicui reſerua
tum,illud non tranſit in generali mandato, c. q,
translationem.de offic.leg.Sed merum in priui-
D legium eſt reſeruatũ maioribus magiſtratibus,
d.l.j.Ergo,&c.Sed ad hoc reſponde, negando q
mixtum imperium ſit reſeruatum principi,& ſit
ſignum præeminentiæ:quia bene eſt ſignũ emi-
nentiæ in alijs ordinarijs, non in principe. nam
princeps habet alia ſibi reſeruata, putà facultа-
tem legis condendæ: ſed nos non loquimur de
his.Et ſi diceretur, valet argumentum de cauſis
meri imperij,de iure ciuili, ad cauſas reſeruatas
ſolo pontifici,de quibus loquitur d.c.q; transla-
E tionem.quia vtræq; nõ delegantur:reſpõdeo ne
gando hoc:quia nullibi probatur. imò contrari-
um:nam papa non ſolet concedere illa reſerua-
ta alicui,& tamen princeps ſolet concedere me-
rum imperium. Quintò adducitur tex. in c. ij.de
offic.vic.lib.vj.vbi ſi epiſcopus cõſtituit vicariũ,
non veniet in generali mandato,quòd poſsit in-
quirere,&c.Sed ad hoc reſpõde hîc, vt per Alex.
quòd ille caſus ſine dubio eſt ſpecialis: cùm vica
* rius habeat ordinariam, & tamen ibi non poſsit
F exercere illa, quę ſunt meri imperij: maximè cũ
merum imperium de iure canonico ſit delegabi
le,c.quod ſedẽ.de offic. deleg. nam quòd ſit ſpe-
ciale,quòd non poſsit inquirere,corrigere,& pu
nire exceſſus,patet ex eo, quòd in eum tranſeũt
alia,quę de natura ſui ſunt indelegabilia, vt ſunt
cauſæ mixti imperij.Item quia poteſt inquirere,
ſi non ad puniendum, ſaltem ad denuntiandum
ſuperiori ſuo, putà epiſcopo, vt tenet ibi Ioan.
And.Lap.& Gemin. Vel ſecũdò reſponde, quòd
54 † ibi iſte erat cõſtitutus per verba generalia, quæ

de ſui natura non importabant, vt poſſet inqui-
rere:ſed in noſtro caſu iſtud mandare iuriſdictio
nem, etiam de propria ſignificatione importat
merum imperium:ergo,&c.facit cle.non poteſt.
de procur.cum his,quæ ibi not.Ioan. And. Sex-
tò adducit Alexan.text.in l.ſolent.in princ.ff.de
offic.proconſ.iuncta l.legati.eod.tit.vbi manda
ta iuriſdictione nõ venit cognitio meri imperij,
etiam quod venire poteſt. Vnde ſi demus caſum,
A in quo venire poſsit etiam diffinitio, eodem mo
do non debet venire:ſpecialiter verò ſic,ſicut ve-
nit,quando ſpecialiter dicitur,Mando cuſtodia-
rum cognitionem,vt ibi dicitur.Breuiter reſpon
de, vt hîc per Alexand. quia iſta lex parum facit.
Septimò adducit Alex.gl.in l.ij.in fi.ff. de off.ꝓ-
conſul. quæ dicit, quòd mandata iuriſdictione
generalibus verbis legato à proconſule, tamen
non venit facultas interponendi auctoritatem
manumiſsioni,quæ eſt meri imperij.Sed reſpon
B de,quòd illa gl.non eſt vera, nec communiter te
netur. Non obſtat illa l. ij. quia legatus non po-
teſt abſente proconſule, ſeu eo nondum prouin
ciam ingreſſo: ſed poſtquam iam ingreſſus eſt,
tũc poteſt,l.apud proconſulem. ff. de manumiſ.
vind.Ratio poteſt eſſe,quia procõſul, antequam
ingrediatur prouinciam,non videtur habere iu-
riſdictionem propriam, ex quo nondum iuit in
quaſi poſſeſsionem:ſed illam volũtariam, quam
habet,habet potiùs ex quadam æquitate,ex quo
C eſt voluntaria: vnde non poteſt illam delegare.
Octauò pro hac parte facit text.in l.cognitio. in
princ.ſ. de offic.eius. vbi mandata iuriſdictione
venit cognitio ſuſpecti tutoris propter vtilita-
tem pupilli.Ergo ſi ceſſat vtilitas, non debet ve-
nire,arguendo à ſpeciali.Breuiter reſpõde, quòd
illa vtilitas pupilli non fuit cauſa finalis,ſed im-
pulſiua:vnde ea ceſſante, nõ ceſſat diſpoſitio,l.j.
§.ſexum.ff.de poſtul.Bart.in l.ij.§.fi.de donatio.
Vel ſubaudi Maximè:nam neceſſariò non requi-
D ritur iſta vtilitas,vt ꝓbatur in l.j.§.j.ff.de ſuſpect.
tut. quæ indiſtinctè & abſolutè loquitur. Prædi-
cta ſolutio corroboratur ex not. per glo. in l.Gal
lus.§.idem credendum.in gl.in verb.priùs. ff.de
liber.& poſth.nam in iure ſæpius ſubauditur di-
ctio Maximè,vt nòt.in §.item Seruiana.Inſtit.de
actio.Nonò adducitur text.in l.ea,quæ.ff.ad mu
nicip.vbi cauſæ, quę ſunt mixti imperij,non de-
legantur,& tamen veniunt in ſpeciali mandato,
l.cognitio.§.vt bonorum. ſ. tit. ij. Sed reſponde
E aliam rationẽ eſſe d.l.ea, quæ.nam eſt falſum, q
in ſpeciali mandato veniant ea,quæ non poſſunt
delegari.Non obſt.d. §.ut bonorũ. quia loquitur
de mixto imperio,in quo non requiritur magna
cauſæ cognitio, ſed l.ea, quæ. loquitur de eo, in
quo requiritur plenaria cognitio:vnde non facit
ad propoſitum. Nam q veniant etiam generali-
ter,eſt tex.in fin. C.vbi,& apud quem. Decimò
adducitur,quia in generali commiſsione non ve
nit,quòd quis poſsit confiſcare omnia bona ali-
F cuius: nam talis poteſtas nunquam venit, niſi in
ſpeciali mandato,l.j.C.ne lic.ſine iuſſ.princ.not.
Bald.in l.fin.ff.de offi.præfect.vig.Sed ad hoc re-
ſponde,negando q illa l.hoc dicat. bene dicit,q
non licet ſine iuſſu principis: ſed nõ dicit, vtrùm
requiratur ſpecialis,vel generalis licentia. Vnde
videmus,q omnes magiſtratus, qui habent me-
rum imperium, poſſunt confiſcare omnia bona,
vt ibi not.Vndecimò adduci poteſt doctrina Bar.
in l.ij.ſ.eod.vbi conceſſa alicui aliqua re,non ve-
niunt ea,quę ſunt diuerſę ſpeciei: ſed merum eſt
diuer-



diuerſæ ſpeciei à mera iuriſdictione: ergo, &c.
Breuiter reſpõde,q doctrina Bart.procedit, quã
do ſumus in claro, quòd quis conceſsit aliquam
rẽ tantùm,&dubitatur, vtrùm veniat maior illa,
quàm eſt expreſsè conceſſa, quæ tamẽ tendit in
conſequentiam conceſſæ. Sed nos ſumus in du-
bio,vtrùm iſta verba Iuriſdictione,debeãt intel-
ligi generaliter, vel ſpecialiter: vnde parũ facit.
Duodecimò adducitur doctri.Bar.in l.hoc lega-
A tũ.ff.de legat.iij. vbi quoties verba poſſunt intel
ligi in genere,& in ſpecie,ſemper intelligũtur in
ſpecie.Sed ad hoc reſpõde primò, negãdo q iſta
regula probetur in illa l.nam aliud eſt ſi lego ea,
quæ Titiæ cauſa paraui, quòd contineantur niſi
ea,quæ ſunt mea, non autem communia: aliud
eſt,quòd intelligantur in ſpecie. Vel dic, quòd
ideo ibi intelligitur ſpecies, quia eſt potentior
genere in illo caſu,declarando,prout ſuprà dixi.
Vel dic,quòd ideo ibi in dubio cẽſetur intentata
B actio ſpecialis, non generalis: quia utraq; nõ po
teſt ſimul venire. non enim coaceruantur duę a-
ctiones ex eadem cauſa ad idem,vt per Bart.in l.
edita.C.de eden.Sed in noſtro caſu vtraque po-
teſt venire,ſcilicet iuriſdictio in ſpecie,& iuriſdi
ctio in genere. Decimotertiò adducit do.Iaſ.
hîc text.in l.ſi in aliquam.§.fi.ff.de offic.procon-
ſul.& leg. vbi proconſul habet pleniſsimam iu-
riſdictionem,& ſic merum imperium: & hoc eſt
ꝓpter verbum Pleniſsimam. Ergo, etc.Breuiter
C reſponde,quòd iuriſdictio in genere ſumpta, eſt
triplex,pleniſsima,plenior,ſemiplena,vt ibi de-
clarat gloſ.Sed mandando iuriſdictionem,vide-
tur potius mandari pleniſsima,argu.l.j. §.qui in
perpetuum. ff. ſi ager vectig. Vel dic,quòd ille
tex.non fundat ſe ſuper illo verbo Pleniſsimam.
Decimoquartò adducitur per Rimin.& Iaſ.gloſ.
in clem.j.in verb.omnimodam.de foro compet.
quæ dicit,quod quando princeps concedit iu-
riſdictionem omnimodam, tunc venit merum
D imperium, aliàs non. Sed reſponde, quòd ille
55 text.dum dicit, quòd † epiſcopi excluſi à domi-
bus ſuis habẽt iuriſdictionem omnimodam,po-
nit verbum Omnimodam,non ad declarandum
merum imperium, quia illud ſatis compræhen-
ditur ſub verbo Iuriſdictionem, c.in archiepiſco
patu.de rapt.c.fi.ne cleri.vel mona.lib.vj. ſed ad
declarandum qualitates ipſius meri imperij &
iuriſdictionis:quaſi dicat,q poſsint exercere me
rum imperium & aliam iuriſdictionẽ omni mo-
E do & forma,qua priùs ſolebant, cùm non eſſent
expulſi ab epiſcopatu: & ita eſt de mente illius
tex.licet Cardi.& Abb.ibi aliter dicant.Adducit
etiam do. Iaſ.hîc quaſdam deciſiones, quibus re
ſpond.per not.per gl.in l.ſed licet.ff.de offi.prę-
ſid. deberet enim in diſputationib. allegare de-
ciſiones Doctorum,vt per Io. Bapt.de ſancto Se-
uerino in tract.De modo ſtudendi.Decimoquin
tò adducitur text.in extrauag. de pace Conſtan.
in prin.vbi Imperator cõcedit iuriſdictionẽ tam
F in ciuilibus,quã in criminalibus, populis Lom-
bardiæ.Nam ſi appellatione iuriſdictionis veni-
ret vtraq;,eſſent ibi verba ſupflua.Sed reſponde,
q ibi dicta ſunt ad maiorẽ declarationem, l.non
ſolent.ff.de regul.iur.§.quibus.in j.conſtit.Cod.
Dic,q non eſt arguẽdum de ſuperfluitate in illis
conſtitutionibus, in quibus multa ſuperfluã re-
periuntur,ſicut in Nouellis conſtitutionibus Iu-
ſtiniani,ſicut dicit gl.in d.j.cõſti.& Car.in d.cle.
j.ſuper gl.omnimodã.Et ſic patet, q vtraq; pars
eſt ſuſtentabilis, licet negatiua videatur magis

L.3. Imperiũ.

eſſe de mente iurium.Sed conceſſo caſtro ſimpli
citer,vtrùm veniat etiam merum imperiũ? Bald.
tenet,q non,in l.j.§.cùm.ſ.de offic. præfec. vrb.
per rationes ſuprà dictas,& per tex.in l.Pompò-
nius.ff.de procur.ſed vide eundem latè in c.j. de
capit.qui cur.vend. & etiã Alber. de Roſ.eadem
refert hîc, verſic. Item quæro, vtrùm recogno-
ſcens caſtrum videatur recognoſcere merum im
perium?tangit Iaſ.in l.j.in fi.ſ.eo.& Rimin.in l.j.
A in ij.not.ſ.de offi.eius, cui. Sed quid ſi princeps
mandet regimen,vel protectionem?vide Bart.in
l.j.C.de exc.mu.lib.x.vbi dicit,q non venit me-
rum imperium. ¶ In eadem gl.ibi,*dic ergo,quatuor*
*eſſe gradus*,&c.Iſta gl.in hoc malè loqtur,qa † ſunt 56
niſi tres gradus iuriſdictionis generaliter ſum-
ptę,imperium merum,& mixtum,& minima iu
riſdictio. Sub primo compræhenduntur omnes
cauſæ criminales reſpicientes ſanguinem homi
nis.Nam facultas condendi legem non eſt me-
B ri imperij,vt j.dicã.Item leuis mulcta, & merum
imperium nunquam delegatur. Sub mixto ſunt
omnes cauſæ pecuniam reſpicientes,tam publi
cam,quàm priuatam, quę tamẽ expediuntur of-
ficio iudicis nobili: & ſic mulcta eſt mixti impe-
rij.Sub iuriſdictione ſunt omnes cauſæ,quæ per
viam actionis expediuntur, importãtes intereſ-
ſe pecuniarum tam publicum, quàm priuatum,
vt j.declarabimus.Modica vero coercitio ſi expe
diatur de per ſe ad puniẽdum facinoroſos homi
C nes,eſt meri imperij indelegabilis:ſi verò veniat
in cõſequentiã actionis, & ſic expediatur officio
iudicis mercenario, eſt iuriſdictiõis. ita declarat
Alb.de Roſ.in l.fi.ſ.tit.ij.& j. dicam.& hæc ſunt
veriora veris, licet diſputãdo j. aliquid dicam in
cõtrarium. nam ſi teneamus has opiniones,ceſ-
ſant mille cõtraria hîc adducta & per Fulg.& per
alios Moderniores. ¶ In ea.ibi, *coercitio autem mo-*
*dica*,&c.Propono hîc tale dubium,vtrùm†corpo 57
ris coercitio modica ſit meri imperij? Bart.q ſic.
D Fulg.q nõ.Alex.& cõmunis diſtinguit.Pro opi.
Bart.primò poteſt adduci iſte text.nam non po-
teſt negari, qn modica coercitio corporis veni-
at ſub poteſtate gladij, capiendo gladium ciuili
ter, prout capitur hîc ab omnibus: item quin ſit
animaduerſio in facinoroſos homines: ergo cui
competit diffinitum,etiam cõpetit diffinitio,l.j.
ff.de dolo.Sed ad hoc reſpõde, q poteſtas gladij
hîc comprehendit pœnam capitalem,& ius mor
tis ſolùm.Sed modica coercitio non facit aliquẽ
E mori,l.aut damnum.§.j.ff.de pœnis.Ergo,&c.Et
ſi diceres,q hoc modo intelligendo non cõpræ-
henderetur,nec deportatio,nec relegatio, quod
eſt abſurdum:reſpõ. q hîc diffinitur merum im-
perium,prout eſt in pœna capitali,ſumendo pœ
nam capitalem largè:quo caſu comprehenditur
etiam relegatio,l.ij.ff. de publi. iudic.meliùs fa-
cit l.hos accuſare.§.omnibus. ff. de accuſat. Sed
modica coercitio nunquam reperitur etiam lar-
gè,q veniat appellatione pœnæ capitalis, argu.
F l.tranſigere.& quod ibi not.C. de tranſact.facit,
q,not.Bar.in d.l.ij. Relegatio enim maior pœna
eſt, quàm coercitio corporis, vt probatur in l. ſi
quis fortè.§.fi. ff.de pœnis, & in l. exilium. ff.de
interdict.& releg.In † contrarium pro opi.Fulg. 58
ſtringit tex.in l.fi.ff.de off.eius. vbi modica coer
citio dicitur imperium non merũ,et ſic mixtum:
ergo modica coercitio non eſt meri imperij.Sed
ad illum text.reſpond.Bar. q loquitur de coerci
tione quadã verbali, nõ de coercitione corpora-
li.Iſta reſpon.non placet Raph.nec mihi,quia ni

mis violat illum tex. Item nos videmus, ꝙ vbi iu
ra loquuntur de coercitione, ſemper intelligunt
de corporali, l. ſi quis certè. §. fi. ff. de pœn. Item di
cit Raph. Iſta ſolutio eſt contra illum tex. qui di-
cit, prĕſupponit modicam coercitionē eſſe mix-
ti imperij, & tñ modica coercitio verbalis nō eſt
mixti imperij, ſed iuriſdictionis. Alex. hîc ſuſti-
nendo Bart. vno modo reſpōdet, Rim. alio: vide
hîc eos. ſed non poteſt negari, quin iſte text. vio-
letur. Secundo modo reſpondet Alex. & Iaſ. ꝙ
d. l. fin. dicit, ꝙ modica coercitio non eſt merum
imperium: eſt verum, maius, ſed tamē eſt merum
imperium minimum. Sed iſta reſpon. nil valet:
59 quia † Plus & minus non faciunt diſcerni in ſpe
cie, l. ſcapham. ff. de evict. Vnde cùm text. abſolu
tè dicat Imperium, quod non eſt merum, debet
compræhendi omne. Item tex. dicit nō merum.
Vnde ſuccedit reg. ꝙ negatiua antepoſita nomi-
ni, vel verbo, negat omnia, l. Gall⁹. & ibi not. Iaſ.
in prin. ff. de liber. & poſthu. Tertio modo re-
ſpondetur, tenendo opinio. Alber. de Roſ. in d. l.
fin. & Bal. hîc, ꝙ illa lex loquitur de modica coer
citione, quæ venit in cōſequentiam actionis, vel
officij iudicis, quod intercedit cauſis mixti impe
rij: vnde illa non eſt meri imperij, ſed ſapit natu-
ram ſui principalis, c. acceſſoriū. de reg. iur. lib.
vj. Sed nos loquimur de modica coercitione,
quæ principaliter & de per ſe fit ad animaduer-
tendum in facinoroſos homines: & hęc bene de
bet eſſe meri imperij. & hęc opinio eſt vera. Ta-
men diſputando poteſt impugnari: quia non vi-
detur, quòd per hoc quòd iſta modica coercitio
tendat in conſequentiam actionis, vel officij iu-
dicis, debeat mutare ſuam naturā, ſed potius de-
bet iudicari de ꝑ ſe. Probatur: in cauſis mixti im-
perij, vel iuriſdictionis proceditur ad pecuniariā
vtilitatem: ſed quęcunq; pœna corporalis eſt gra
uior qualibet pecuniaria, l. in ſeruorū. ff. de pœn.
Cùm igitur hęc pœna maior veniat in conſequē
tiam minoris, ſequitur ꝙ debet iudicari de per
ſe. nā acceſſoriū maius & dignius principali ſuo,
iudicatur de per ſe, vt eſt gl. multùm not. in l. ij. in
gl. fin. ff. de pecul. legat. Secundò adducit Raph.
text. in l. j. §. fin. ff. de offic. eius, cui. vbi mandata
iuriſdictione non venit merum imperium, ſed
modica coercitio. Breuiter reſpond. quòd fun-
damentum procedit intelligendo illud verbum
Notat, determinando, non corrigendo, vt eſt cō
munis opin. Sed melius eſt intelligere corrigen
60 do: nam † verbum Notare. in proprio ſignificatu
ſignificat corrigere: facit, quod not. Bar. in l. Pau-
lus notat. ff. de prætor. ſtip. & iſtum text. ita in-
tellexit hoc anno Picus. Tertiò adducit, modica
coercitio tranſit in legatū proconſulis, l. ſi quid
erit. ff. de offic. proconſ. ergo nō eſt meri imperij:
quia merum imperium non tranſit in legatum
procōſulis, vt eſt text. in d. l. j. verſic. quare nemo.
Sed ad hoc reſpond. ꝙ non tranſit merum impe-
rium magnum, ſed minus ſic, vt eſt modica coer-
citio, vt hîc per Alex. & Iaſ. & ſic in effectu volūt,
quòd illud verbum Notat, declaretur, id eſt corri
git, vt ſuprà dixi. nam aliàs nimis violaretur tex.
61 Quartò pro hac parte adducitur: nam † prĕfectus
vigilum non habet merum imperiū, l. vnica, C.
de offic. præf. vig. & tamen habet coercitionem,
l. iij. §. j. & l. fin. ff. de offi. præf. vig. ergo, &c. iſtud
fundamentū fuit Alb. de Roſ. in l. magiſtratibus.
ĵ. eo. Sed reſpond. negādo, ꝙ nō habeat merum:
imò contrariū tenet gl. in l. j. ſ. tit. ij. & in hac l. in
verb. poteſtatem. vbi dixi. Nam cùm ſit ſpectabi-
lis, ſequitur ꝙ habeat merum imperium. Ad iura
allegata reſpō. ꝙ habet habitu, licet non actu. &
ita reſpon. Alex. in d. l. j. & Alb. de Roſ. in d. l. ma-
giſtratibus. nō enim habet actu, quia inuenit iam
occupatum à præfecto vrbis. Sed quia hæc ſolu-
tio eſt contra ea, quę dixi in d. gl. in verb. poteſta
tem. in ij. parte, ideo reſpon. aliter, ꝙ iura dicunt,
ꝙ nō habet imperiū in cauſis capitalibus: ſed nō
dicunt, ꝙ non habet modicam coercitionē, quæ
A proprie nō eſt cauſa capitalis, l. ij. ff. de priua. de-
lict. Non ergo ſimpliciter dicunt, ꝙ non habeat
merum imperium: & ſic patet, ꝙ hoc dubium eſt
diſputabile. Opin. tamen Bar. ſanè intellecta vi-
detur verior: pro qua etiam facit, quia non eſt du
bium, quòd magna coercitio eſt meri imperij: er
go etiam modica: cùm plus & minus non faciāt
differre ſpecie, l. ſcapham. ff. de euict. Sed tamen
ad hoc reſponderi poteſt, prædictam reg. veram
eſſe, niſi illud Minus, conſideretur de per ſe, tan-
B quam res diuerſa ab eo quod eſt magis. nā iter,
actus & via differunt niſi ſecundum plus & mi-
nus: & tamen ſunt ſpecies diſtinctæ, Inſtit. de ſer
uit. ruſt. præd. in prin. facit, quod not. Bar. in l. fi.
ff. de fund. inſt. Eſt bene verum, quòd Bar. ſibi cō
trarius, in authē. de inceſt. nupt. in prin. & auth.
de defen. ciuit. in §. audient. tenuit, quòd modica
caſtigatio corporis, vt eſt fuſtigatio, ſit iuriſdictio
nis, non meri imperij. ¶ In fine gl. Tenet igitur
gl. ꝙ cauſæ à ccc. aureis ſuprà ſint maioris iuriſdi
C ctionis, & non poſsint delegari, per l. placet. in
prin. C. de ped. iudi. & hæc opin. eſt communis:
& Bart. & Angel. in d. l. placet. tenent fortiùs, ꝙ
nec cauſæ à ccc. aureis infrà poſsint delegari, niſi
in caſibus ibi poſitis: ſed iſtæ opin. videntur mul
tùm reſtringere materiam delegationum. Vnde
ego teneo alium intellectum ad d. l. placet. ſcili-
cet ꝙ in principio loquatur de mero imperio, in
verſic. quod non ita. de mixto, in verſic. quod vſ-
que adeo. de iuriſdictione in ſpecie ſumpta, & ꝙ
D in principio declaret l. j. ff. de offic. eius, cui. Hoc
† modo placet nobis, ꝙ præſides in his cauſis, in 62
quibus ipſi cognoſcere non poterāt, ſcilicet quia
abſentes, ſecundum d. l. j. adhibere examen ſuæ
notionis non poſſunt, ita ꝙ non poſsint delega-
re, niſi ex duabus cauſis, ꝓpter occupationes pu-
blicas, & propter multitudinem cauſarum: & ſic
in cauſis abſentiæ non poterunt delegare, niſi ta
lis abſentia ſit propter commoditatē publicam.
quo caſu compræhēdetur ſub illa fallentia Oc-
E cupationis publicæ. Subſequitur deinde, & cùm
ſtatuerimus cauſas meri imperij non poſſe dele-
gari, cùm incluſio vnius ſit excluſio alterius, ſe-
cundū l. cùm prętor. ff. de iudic. nolumus tamen
intelligi, ꝙ cauſæ mixti imperij indiſtinctè dele-
gentur, ſed potiùs ſecundum veteres leges. Et ſic
dum tex. dicit, dandi iudicis licētia permiſſa cre-
datur, intellige indiſtinctè. ¶ Verſiculus ſi. eſt pla
nus. & tenēdo hunc intellectum, ſi opponeretur
ibi de verbo, ex officio ſuo. quòd compræhendi
F etiam cauſas meri imperij: nega iſtud, tenendo
ꝙ accuſatio ſit ius diſtinctū ab officio iudicis no-
bili. Quam partem tenuit Pet. & Bal. & Iaſ. hîc, &
Bar. & Alex. ſibi cōtrarij, in l. iudex. ff. de re iudi.
idem Bart. in extrauag. ad reprimendū. in verbo,
per accuſationem. & Bald. in d. l. placet. & Ioan.
de Imol. & Angel. in l. v. in prin. ff. de verb. oblig.
dum dicunt, ꝙ † quādo iudices maleficiorū pro- 63
cedunt per inquiſitionem, dicunt ꝙ procedunt
ex mero officio: ſed qñ per accuſationem, nō: &
hos refert & ſequitur Ang. de Aret. in tract. male-
ficiorum,



ficiorum, in verb. mero. & in verbo, necnon ad
querelam. & in verb. necnon ad denuntiationē.
idem etiam tenet do. Paul. Picus hîc, & nos ĵ. latè
diſcutiemus: quamuis Rep. hîc in viij. quæſt. co-
netur defendere Bar. ab iſtis contrarietatibus. Et
ſi diceretur, nónne quando procedit per inquiſi-
tionem, proceditur officio iudicis? reſpon. ꝙ de
iure ciuili regulariter nō proceditur per inquiſi-
tionem: vnde caſus ſpeciales nō ſunt in conſide-
ratione, l. iiij. ff. de fideicom. libert. Et tenendo
prædictā opinio. non obſtat fundamētum Alex.
dum dicit, ꝙ cauſæ à ccc. aureis ſuprà non com-
petunt iure magiſtratus: patet, quia non compe-
tunt defenſoribus ciuitatum, §. & iudicare. in au
thent. de def. ciuit. ergo non poſſunt delegari, l.
j. ſ. tit. ij. Reſpond. ꝙ non competunt illis non ex
64 defectu cauſę, ſed ex defectu perſonæ. Vnde † cō-
petunt præſidibus iure magiſtratus, non autem
defenſoribus. ratio poteſt eſſe, quia æquū viſum
eſt, ꝙ etiam in cauſis pecuniariis maiorem præe-
minentiam haberet præſes, quàm defenſor, qui
eſt minimus magiſtratus. Et ꝓ noſtra opi. facit,
quia ſi præſes poteſt delegare modicam coerci-
tionem in corpus, ſecundum l. fin. ſ. tit. ij. quantò
magis pecuniariam cauſam, argu. l. in ſeruorum.
ff. de pœnis, niſi reſpondeas, vt hîc per Repetent.
in xiij. q. & Iaſ. poſt Raph. alia vide hîc latè per a-
lios, maximè Picum.

MERI Imperii diffinitio.

¶ Quæro hîc, omiſsis aliis quæſtionibus, ne ſi
mus nimis ꝓlixi, qd † eſt MERVM IMPERIVM?
65 Iacob. de Aren. diffinit vno modo, & eius diffini
tio eſt ſuſtentabilis: nam defenditur eodem mo-
do, quo diffinitio poſita in hoc tex. de qua ĵ. dice
tur. Alber. de Roſ. hîc quamplurimas refert. Bart.
reſidet cum opi. Pet. ſcilicet ꝙ Merum imperium
eſt iuriſdictio, quæ expeditur officio iudicis no-
bili, vel per accuſationem, publicam vtilitatem
principaliter reſpiciens. Addit Bart. ꝙ illud ver-
bum Per accuſationem, nō eſt neceſſarium: quia
accuſatio eſt officium iudicis nobile, vt hîc per
eum: cuius opin. eſt communis, vt hîc per Rep. in
viij. q. Breuiter pro clariori inueſtigatione ꝓpo-
no hîc huiuſmodi dubium, Vtrùm † accuſatio ſit
66 ius diſtinctū ab officio iudicis & ab actione? Pro
parte negatiua, ꝙ nō ſit ius diſtinctum ab officio
iudicis, quam tenuit hîc Bart. & in aliis locis rela
tis hîc per Mod. primò facit tex. in l. placet. in ver
ſic. qđ nō ita. C. de peda. iudic. vbi luce clariùs o-
ſtenditur, quòd cauſę, quę non poſſunt delegari,
& ſic merum & mixtum imperium, competunt
officio iudicis nobili. Sed ad illū tex. poſſet mul
tipliciter reſponderi, tenendo varios intellectus
Doctorū. Vnde ſup eo nō eſt faciēda magna vis,
per doctrinā Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub.
Quare potes tenere intellectum, quē dedi ad il-
lum text. in l. j. ſ. eod. ſcilicet ꝙ ibi loquatur, niſi
de cauſis mixti imperij: in principio legis, de cau
ſis mixti imperij delegabilibus, in verſi. quod nō
ita. de cauſis, quæ delegari non poſſunt. Vnde be
ne fateor, ꝙ cauſæ mixti imperij competunt offi
cio iudicis nobili, ſed non cauſæ criminales. Vel
ſecundò reſpond. tenēdo intellectum, qui vide-
tur verior, quem ſ. retuli in gl. fin. huius l. ſcilicet
ꝙ in principio loquatur de cauſis meri imperij,
in verſi. quod non ita de cauſis mixti imperij. Et
intelligendo hoc modo, qui intellectus videtur
planiſsimus, retorquetur ille §. in oppoſitū. nam
in d. verſi. quod non ita. loquendo de cauſis mix-
ti imperij, expreſsè facit differentiam à cauſis, de
quibus in principio legis, dicendo ꝙ in d. verſi.
quod non ita. cauſæ expediuntur officio iudicis
nobili: quaſi dicat, ꝙ in ſuperiori caſu non. Ter-
tiò reſpon. tenendo intellectum communem, ꝙ
licet text. in d. l. placet. excludat ea, quę ex ſuo of
ficio iudex exerceret, propter hoc non includun
tur ea, quæ expediuntur mediante accuſatione:
ex quo illa verba aliud poſſūt includere, ſcilicet
mixtum imperium & criminales cauſas, quę ex-
pediuntur per inquiſitionem: ſed de accuſatione
A ibi nil dicitur. Nec obſtat huic reſpōſioni, quod
dicit Rimin. ꝙ data hac reſponſione pro vera, ſe-
queretur ꝙ imperator permiſiſſet cauſas in qui-
bus proceditur per accuſationem poſſe delegari.
nam cùm tantùm excipiat cauſas quæ officio iu-
dicis nobili expediuntur, ſequeretur ꝙ cauſę in-
tentatę per accuſationē, poſſent delegari: ex quo
exceptio firmat regulā in caſibus non exceptua-
tis, l. nam quod liquidè. § fin. ff. de pen. leg. quia
ad hoc reſpond. ꝙ imò iſte caſus reperitur exce-
B ptus, ſi nō in d. l. placet. at alibi, veluti in l. nemo
poteſt gladij. ff. de reg. iur. in l. ſolēt. in prin. ff. de
offi. proconſ. & leg. Secundò pro hac parte addu
citur, quoniā vbi ꝓceditur criminaliter per viam
accuſationis, in libello non ponitur concluſio,
nec eſt neceſſaria, vt per Bar. in l. ij. §. ſi publico. ff.
de adult. & Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior.
ff. de his, qui not. infa. Bar. in l. libellorum. in fin.
prin. ff. de accuſ. Bald. in l. ſi quis ſe. & in l. in cau-
ſis. C. de accuſ. Ratio eſt, quia per accuſationem
C non intentat quis ius, quod reſideat in perſona
ſua, & propria non eſt in facultate libellantis au
ferre poteſtatem iudicis, vt per Bart. in d. §. pœna
grauior. ad hoc facit notab. dictū do. Ant. de But.
in c. examinata. de iudi. qđ refert Iaſ. in §. omniū.
Inſtitut. de actio. vbi dicit, ꝙ quotieſcunq; peti-
tur officium iudicis, nunquam in libello requiri
tur concluſio. Sed reſpond. ꝙ quamuis non requi
ratur concluſio ſpecialis, poteſt & debet poni ge
neralis. exemplum, Quare peto vt dictus Titius
D condemnetur, prout iura diſponunt, etc. illud e-
nim ius accuſationis reſidet in perſona accuſan-
tis, non ad aliquid præciſè dandum, ſed ad inter
eſſe. Intereſt enim vniuſcuiuſque priuati, in vrbe
malos homines non eſſe. Vnde iſtud fundamen-
tum concludit, actionem & accuſationem eſſe di
uerſa: accuſationē verò & officium iudicis eſſe ſi
milia. Sed per hoc non ſequitur, ꝙ ſint eadem, l.
quod Nerua. ff. depoſi. Tertiò facit, quando im-
ploratur officium iudicis, nunquam cenſetur ali
E quid debitum fuiſſe, niſi deniq; lata ſententia, l.
reſcriptū. ff. de pact. vbi Bald. dixit in l. j. ſ. eo. &
eſt text. in l. ſi qua pœna. in verſi. ſimul. ff. de verb.
ſign. Idem eſt, quando proceditur per viam accu
ſationis, d. l. ſi qua pœna. Ergo, etc. Sed reſpond.
vt ſ. quòd iſtud fundamentū probat eſſe ſimilem
accuſationem officio iudicis: ſed non ſequitur, i-
gitur eadē, d. l. quod Nerua. ff. depoſit. Item non
eſt indiſtinctè verum, quòd antequā quis ſit con-
demnatus, accuſatus non dicatur aliquid debe-
F re, vt declarat Bart. in authen. de inceſt. nupt. in
prin. & Bart. in l. j. ff. de infa. veluti quando ipſo
iure quis perdit dominium bonorum in caſu au
then. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Quartò pro hac
parte adduco text. in l. fi. ff. de priuat. vbi videtur
expreſsim dictū, quòd ex crimine furti oriuntur
duæ actiones, vna ciuilis, ad pœnā putà, duplū,
vel quadruplū: alia criminalis. Et dum facit men
tionem de criminali, dicit extra ordinem cogno
ſci. Vnde ſuccedit regula, quòd quotieſcunq; lex
dicit Extra ordinē cognoſci, ſemper intelligitur

officio iudicis nobili:iſtud probatur in l. cùm fi-
lius.vbi omnes,ff.ſi cer.pet. & not.Bar.in l.j.ver-
ſic.ſcitis. in fin. ff. de fur. balne.vbi expreſsè fir-
mat per illum text.quòd contra fures nocturnos
proceditur criminaliter,officio iudicis. Breuiter
reſponde,ꝙ ille tex.loquitur in delictis priuatis,
in quibus regulariter agitur ciuiliter ad pœnam,
ſeu ad intereſſe pecuniarium. Vnde quando agi-
tur criminaliter,illud eſt extraordinarium,vt di-
cit text.in l.fin.& ibi not.ff.de furt. Extraordina
rium enim dicitur,quod regulariter non fit,l. ſo-
lent.& ibi Bald.ſ̃.de offic.proconſ. & leg. Vnde
videmus,quòd ad furtum,quod eſt publicũ de-
lictum,non poteſt agi criminaliter,niſi cõtra fu-
rem nocturnum:vt dicit gl.in d.l. fi. & in d.l.j.ff.
de fur.balnea.quando eſſet fur notorius , ſeu fa-
moſus,l. fi.ff.de fur.& l.capitalium.§.famoſos.ff.
de pœnis.Vel dic,ꝙ dicitur extraordinarium ra-
tione pœnæ,quæ non eſt certa,& imponitur ar-
bitrio iudicis,conſideratis qualitatibus , an die,
vel noctu,etc.ſecundum l.aut facta. ff. de pœnis:
facit,quod not.Bar.in d.l.fi.in verſi.quæro, quid
in crimine iniuriarum. Vel tertiò, & meliùs,re-
ſpond.per l.ordo.ff.de publi.iud.Ad illud,quod
not.in l.j.reſponde,ꝙ ibi proceditur per inquiſi-
tionẽ,ſecundũ Bar.ibi. Vel dic,vt patet ex ſuprà
67 dictis. Contrariam † opi.tenuit Bald.hîc,& alij,
quos ſuprà retuli in gl.fi.quos etiã refert Mod.re
pet.hîc in viij.q.cui adde Bar.in rub.ff. de publi.
iud.& Bar.in l.j.in prin.in iij.q.j̃.tit.ij. vbi Mod.
Taur.not.Et hæc opi.videtur verior,& magis de
mente iurium:quamuis do. Franc. Aret. in rub.
extrà,de accuſ.dicat contrarium. Pro hac igitur
opi.facit primò,quia nos videmus,quòd actio &
accuſatio paribus iuris regulis procedũt: & ſicut
in actionibus requiritur libellus,ita in accuſatio
nibus,l.libellorum.de accuſ.& idem ordo iuris,
c.cùm dilectus.de ſimo.& frequenter vnum pro
alio ponitur,l.qui accuſare.C.de eden. Hoc fun-
damentum eſt Rim.quod certè venit multùm à
remotis:quare reſponde,ꝙ quamuis in multis ę-
quiparentur,tamen nõ cenſentur eſſe idem , nec
per omnia ſimilia.Non obſtat,ꝙ requiratur libel
lus in accuſationibus:quia idẽ eſt etiam in quo-
cunq; officio iudicis nobili, regulariter loquen-
do,vt not.Bart.in l.nec quicquam. §. vbi decre-
tũ.ff.de offic.proconſ.& leg.Non obſt.de ordine
iuris & de nomine:qa etiã in officio iudicis ſer-
uatur ordo iudiciarius,vt no.in l.j.ſ̃.eod.Et actio
qñq; ponitur ꝑ officio iudicis.l.j.iũcta l. liberti.
C.de lib.& eor.lib.& tamen officium iudicis dif
fert ab actione,vt vidimus in l.j.ſ̃. eod. Secundò
pro hac parte adducit Bald.quis ſi accuſatio eſſet
officium iudicis,non diſtingueretur ab inquiſi-
tione,quę etiam ipſa eſt officium iudicis,quo cri
mina puniuntur,c.qualiter,& quand.de accuſ.et
c.licet.& c.per tuas.de ſimo.Sed iſtud fundamẽ-
tum,vt dicit Alex.eſt fragile:quia fatemur, quòd
accuſatio eſt officium iudicis,ſicut etiam inquiſi
tio,capiẽdo officium iudicis,prout eſt genus , &
compręhendit ſub ſe has ſpecies:quæ tamen in-
ter ſe diſtant,ſicut actio eſt ius perſequendi in iu
dicio,quod ſibi debetur,& compręhendit ſub ſe
diuerſos cõtractus, depoſitum , & cõmodatum,
& ſimiles:& illis dantur actiones:ſed tamen non
ſequitur,ergo ſunt idem. Tertiò adducitur alia
ratio:quia ſi accuſatio & officium iudicis eſſent
idẽ,cur diuerſis nominibus appellarentur? l. ſi i-
dem.C.de codicil.Sed reſpond.ꝙ imò non ſunt
idem:quia plus continet officium iudicis, quàm
accuſatio.Vnde valet conſequẽtia:Eſt accuſatio,
ergo officiũ iudicis:ſed non è conuerſo.nam hoc
dato,ſequeretur ꝙ non deberet aliqua res ſpecifi
cè nominari,ſed tãtùm per genus,quod eſſet cõ-
tra text.in §.ait prætor.in l.j.ff.de vi , & vi arma.
Quartò adducit Bald.quòd ſi accuſatio eſſet offi
cium iudicis,& ſic idem cum inquiſitione, accu-
ſator ſuperueniẽs poſt inquiſitionem formatam
poſſet inhærere primo proceſſui, abſq; eo quòd
A nouam porrigeret accuſationem:& tamen con-
trarium eſt verum,vt per Din.& alios,in l.ſi mari
tus.§.ſin aũt extraneus.ff.de adult. Sed reſpon.
negando quòd ſit idem cum inquiſitione,vt ſ̃.di
xi.Vnde per talem accuſationem cùm mutetur
ſubſtantia præcedentis iudicij,mirum non eſt ſi
requiritur alius proceſſus,ſecundũ not.per Bart.
in l edita.C.de eden.Quintò adducitur,quia ac-
cuſatio eſt remedium ciuile, l. ij. §. deinde Cor-
nelius.& ibi Bald.ff.de orig.iur. Sed officium iu
B dicis eſt de iure gentiũ,quo tempore omnia ma-
nu regia expediebantur.d.l.ij.in princ.Ergo,etc.
Sed ad hoc reſpond.Aretin.in d. rub. de accuſ.ꝙ
ſatis accuſatio poteſt dici de iure ciuili, quia no-
ua forma illi data eſt à iure ciuili:allegat l.j.§.ſed
cùm adiicitur.ff.de verb.oblig.Iſta ſolutio eſt du
bitabilis:quia text.dicit,quòd ius ciuile conſti-
tuit publicas quæſtiones.Pondera verbum Con
ſtituit,quod importat de nouo facere, nõ autem
approbare,vel aliquid addere.Iſtud probatur ex
C eodem text. dum dicit, quòd Cæſar conſtituit
quæſtores:& tamen clarum eſt, quòd conſtituit
eos de nouo.Quare reſpond.aliter, quòd ſtat ſi-
mul,quòd publicæ quæſtiones conſtitutæ ſunt
de iure ciuili,& tamen accuſationes ſunt de iure
gentium,ſicut in ſimili dicunt Vltramontani in
actionibus,quæ ſunt de iure gentium : & tamen
ipſæ leges,vnde oriuntur,ſunt introductæ de iu-
re ciuili,vt per Io.Fab.Inſtit.de actio. in princ.&
Bar.in l.ex hoc iure.in fi.ff.de iuſt.& iure.Vel te-
D ne ſolutionem Aret. Ad contrarium reſpond. ꝙ
verbum Conſtituit, etiam ſignificat approbare
dãdo nouam formam,l.ſi vt proponis. C. de con
fir.tut.Sextò adducitur, quia † ſicut ex maleficio 68
oritur obligatio naturalis ex æquitate, quæ vult
maleficia puniri,ex qua oritur poſtea actio ciui-
lis efficax ad agẽdũ,vt Inſt.de oblig.quę ex deli.
naſc.in §.j.& declarat Bart.in l.ex hoc iure. ff. de
iuſt.& iur.ergo pariformiter videtur , ꝙ debeat
dari obligatio naturalis & etiam ciuilis , ex quo
E lex vult punire delicta,& etiam pœnam ſtatuere:
maximè,quia magis fauemus reipublicæ, quàm
priuatis hominibus,auth.res,quæ.C.commu.de
leg.Et iſtud fundamentum etiam reſtringit alio
modo:quia,ſecundum hoc,accuſatio pręſuppo-
nit obligationẽ:ergo non eſt officiũ iudicis:quia
illud non præſupponit obligationẽ,l. cùm pro-
ponebatur.ff.de dam.inf. Nec eſt bona reſpõſio,
ſi diceretur,ꝙ prædicta procederent,ſi iſte delin-
quẽs eſſet obligatus ipſi accuſatori.Sed hoc non
F eſt verum: quia eſt obligatus fiſco.nam ad hoc re
plicaretur,ꝙ iſte priuatus agit tanquam procura
tor fiſci,& ratione publicæ vtilitatis,l.ita vulne-
ratus.ff.ad l.Aquil.Breuiter etiam ad iſtud funda
mentum poteſt reſponderi,admittendo ꝙ oria-
tur aliqualis obligatio.nam officiũ iudicis præ-
ſupponit aliqualem obligationem,vt vidimus ſ̃.
l.j.ſed non tantã,quanta eſt in maleficiis,de qui-
bus in d.§.j.nam æquitas naturalis magis dictat,
vt iniuriã paſſo ſatisfiat,qui eſt principaliter læ-
ſus,quàm reipublicæ,quę lęditur mediante per-
ſona



ſona cui iniuria infert,l.ſed ſi vnius. §. filio. ff. de
iniur.facit,quod not.Aret.in l.Gallus. §. qd ſi is.
in fi.ff.de lib. & poſthu.nam dictis maleficiis eſt
dare obligationi reſpectu intereſſe ad quod agi-
tur ciuiliter & criminaliter,ſed non reſpectu pœ
næ,vt nos loquimur.Item ſi verum eſſet prædi-
ctum fundamẽtum,ſequeretur ꝙ inquiſitio non
eſſet officium iudicis:quod eſt contra omnes in
rubrica extrà,de iudic.Item nõ eſt verum,ꝙ quis
accuſans dicatur agere tanquam procurator fiſci
ratione publicæ vtilitatis:quia potius præſumi-
tur in dubio id facere maleuolẽtia,& odio,vt eſt
gl.in §.item propter inimicitias.Inſtit. de excuſ.
tut. dixi in l. tranſigere. in ij. not. C.de tranſact.
69 Septimò ego adduco aliam rationem.nã † accu-
ſatio eſt remediũ ordinariũ:ita ꝓbatur ſubtiliter
intuenti in l. ordo.ff.de publ.iud. & firmat Bart.
in l.ſi maritus.§.ſin aũt extraneus. ff. ad l. Iul. de
adult.Din.in l.in prouinciali.ff.de op. noui nũt.
Cyn.in l.ea quidẽ.in fin.C.de accuſ.Inn. in c. ſu-
per literis.de reſcrip.Angel.in l.ſi vacantia. C.de
bon.vac.lib.x.poſt medium.Ioan.And.in reg. a-
ctus legitimi.de reg.iur.lib.vj.& videtur eſſe cõ-
munis omnium cõcluſio.Si igitur eſt remedium
ordinarium:ergo non eſt officium iudicis , quod
eſt remedium extraordinarium,l.cùm filius. ff. ſi
cer.pet.cum multis ſimilibus,quæ dixi ſuprà in
l.j.facit l.in cauſę.la ij.ff.de minorib.Breuiter re-
70 ſpond.ꝙ † ordinarium dicitur pluribus modis.
nam dicitur ordinarium, quod à lege inducitur
regulariter,vt eſt text.not.in l.j.C.de indict. lib.
x.ibi,non iam amplius extraordinarium,ſed ca-
nonicum,id eſt ordinariũ.ad idem tex. in l. j. C.
de vac.publi.mun.Vnde dicit Bar.in d.l.ſi mari-
tus.§.ſin aũt extraneus.ꝙ ſi inquiſitio regulariter
permittitur à ſtatuto,tunc diceretur remediũ or-
dinarium.& hoc modo accuſatio eſt remedium
ordinarium,& ita procedunt dicta Doctor. ſ̃. al-
leg.Secundo modo dicitur ordinariũ , quod re-
gulariter permittitur,& in quo ordo ſeruatur , l.
ordo.ff.de publ.iud.Inſt.de ſucceſ.ſubla.in prin.
& capiendo ſic,inquiſitio non eſt remediũ ordi-
narium:quia in ea non ſeruatur ordo, vt declarãt
Moder.in rub.de iudic.in Decretal.Hoc etiã mo
do accuſatio non eſt remedium ordinarium ho-
die,d.l.ordo.& eſt text.in l.fin.ff.de priua.delict.
Tertio modo dicitur ordinarium,quod fit per a-
ctionem,ſecundum regulam iuris cõmunis , vel
etiam per officium iudicis,ſecundum prædictas
reg.& hoc caſu accuſatio eſt remediũ ordinariũ.
Si verò tale officium iudicis eſſet inductum ex ę-
quitate contra reg.iuris communis,tunc proce-
dunt contraria:quia dicitur remediũ extraordi-
narium.ita loquitur d.l.cũ filius.& d.l. in cauſæ.
la ij.cum ſimilib.Dum ergo dicitur, Eſt ordina-
rium,ergo non eſt officium iudicis:nego hoc , vt
71 dixi.Octauò ego adduco † arguendo de contra-
ctibus ad iudicia,qđ argumentũ valet , l. omnẽ.
ff.de iudic.Modò in contractibus illi,qui habent
ſpecificum & proprium nomẽ,dicuntur contra-
ctus nominati,& de per ſe ſubſiſtũt:illi verò , qui
aut nõ habẽt nomẽ,aut habent generale, dicun-
tur innominati,& extraordinarij , vt dicit Bart.
in l.iuriſgentium.in princ.ff.de pact.Bart.in l. ij.
ff.de iureiur.Bart.in l.ſiue apud acta.C.de tranſa.
Ergo idem in iudiciis,vt quæ habent nomẽ ſpe-
ciale,vt eſt accuſatio,diſtent ab extraordinariis
omni modo,& ſic ab officio iudicis. Vnde vide-
mus,ꝙ perſecutio,ex quo eſt nomẽ generale , eſt
idem cum officio iudicis,l.pecuniæ verbũ.§.per-
ſecutionis.ff.de verb.ſign.Sed reſpond.ꝙ hoc da
to,etiam inquiſitio eſſet ius de per ſe diſtinctum
ab officio iudicis,ex quo appellatur pulchro no
mine:quod tamen eſt falſum.Nonò ego adduco.
Nam ſi rectè aduerterimus officium iudicis, non
dicitur niſi vbi non eſt aliquod ſpeciale nomen
petitioni.Vnde videmus,petitio qua minor im-
plorat officium iudicis,vt ſe in integrum reſtitu-
at,dicitur officium iudicis. Ratio eſt , quia alio
A nomine non appellatur.In integrum enim reſti-
tutio,non eſt petitio,ſed effectus,qui reſultat,&
qui petitur per ipſum officium iudicis: idem da-
tio tutoris,interpoſitio decreti , conſtitutio ſala-
riorum,& ſimiles.Vnde in noſtro caſu cũ ipſi pe-
titioni ſit ſpeciale nomen appoſitũ,ſcilicet accu-
ſatio,nõ videtur ꝙ debeat appellari officium iu-
dicis.& iſta meo iudicio eſt mera veritas. Et ſic
non obſtat,qđ ſ̃.dicebam de inquiſitione: quia
† inquiſitionem nõ præcedit aliqua petitio: imò 72
B iudex ex ſe ꝓcedit,l.congruit.ff.de offic. præſid.
Nec obſtat de denuntiatione,quia per illam nõ
petitur officium iudicis,ſed ſolùm denuntiatur,
vt not.in l.diuus.ff.de cuſt.reor.Tamen diſputa-
tionis cauſa potes reſpondere,ꝙ imò non eſt ab-
ſurdum,ꝙ aliquid nominetur ſpecialiter , & ta-
men ſit pars generis:veluti rei vendicatio , quæ
ſpecialiter nominatur,& tamẽ quis non malè di
xerit eam eſſe actionem. Decimò adduco text.
in l.j.ſ̃.eod.vbi ius dicentis officium latiſsimum
C eſt,& dat exempla niſi mixti imperij.Certè ſi Iu-
riſconſultus voluiſſet,ꝙ cauſę criminales dicere
tur expediri officio iudicis nobili,dediſſet etiam
ibi exemplum meri imperij:& hoc modo non eſ
ſet diminutus, maximè cùm dicat Latiſsimum,
debuerat dare exemplum nobilius: ſicut facit in
noſtro tex. dum examplificat merũ imperium,
vt dicit Decius hîc.Vnde ad illum text. impoſsi-
bile eſt reſpõdere rectè.nam reſponſiones Raph.
& reſponſiones Mod.nil valent,vt ibi dixi: tamẽ
D diſputando poterũt adduci.Quare potes dicere,
ꝙ ibi dictio Et,implicat merum imperium.Et ad
argumentũ Raph.reſpõde,vt ibi per Rim. ꝙ Et,
implicat nunc dubitabilius,nunc minùs dubita-
bile,prout ſubiecta materia patitur, arg. l. ſi idẽ.
§.fin.j̃.eod.Eſt verum,ꝙ iſta ſolutio eſt multùm
inepta:tñ videtur communiter recepta, etc. Vn-
decimò adduco text.Inſtit.de offic.iudic. in pri.
vbi dicit tex.ꝙ ſupereſt,vt de officio iudicis dica
mus:& ſic vult dicere text.de offic.iudicis,vſque
E ad finem libri:deinde ſequenti tit.dicit,de publi
cis iudiciis,ad notandum, quòd † etiam publica 73
iudicia ſunt officij iudicis:& ꝙ ſapiunt naturam
præcedentis tit.in quo dicitur tantùm de officio
iudicis mercenario:ergo etiam debemus dicere
idem in ſeq.maximè,quia valet argumentum de
ſituatione rubricarum,vt per Alex. cũ concord.
in l.j.in iij.not.ff.ſi cert.pet.cum ſimil. Potes di-
cere,ꝙ rub.ponitur generalis.vnde in illo tit.tra
ctatur de mercenario,in ſequenti tractatur de no
F bili.Sed tñ iſta reſpõſio nõ eſt omnino tuta:quia
hoc modo deberet tractare de omni nobili.Qua
re dic,quòd tale argumentum eſt fragile. Duo-
decimò adduco fundamentum Iaſ.hîc:nam offi-
cium iudicis nobile dicitur,quod nulli ſeruit , vt
per Bart.in d.l.j.ſ̃.eod.Canoniſtæ in c.fin. de iu-
dic.Sed quando eſt porrecta accuſatio , officium
iudicis de per ſe non ſtat,ſed famulatur illi accu
ſationi.Ergo nõ eſt officium iudicis nobile. Sed
ad iſtud fundamentũ patet reſponſio ex ſ̃.dictis.
nam dicitur nobile,quãdo non deſeruit alicui a-
ctioni:

ctioni:ita loquitur Bart.& Canoniſt.nam dato aſ
ſumpto Iaſ.generaliter pro vero,ſequeretur ꝙ of
ficium iudicis nunquã eſſet nobile, ex quo deſer
uiret alicui petitioni.nam officium iudicis debet
implorari,veluti in integrum reſtitutione, & ſi-
milibus.vnde datur libellus,vt vidimus in d. l. j.
Decimotertiò adduco,officium iudicis nobile e-
tiam lata ſententia diffinitiua non expirat,l. illi-
citas.§.fin.ſ.de offic.prçſid.Vnde videmus,quòd
qui reſtituit in integrũ aliquẽ,ſi ſubſit cauſa, po- A
teſt reuocare,ſecundum Alex.in l.iudex.ff.de re
iud.Sed iudicis officium in criminalibus lata dif
finitiua expirat,l. diui fratres. ff. de pœnis. ergo
nõ eſt nobile.& hoc tenet Bart.in d.l.iudex.licet
Alex.hîc conetur ſaluare Bart.ab ipſa contrarie-
tate.ſed certè parcat mihi:quia Bart.nimis clarè
locutus eſt.Adde,ꝙ illa ratio Bart. communiter
tenetur:vnde impoſſibile eſt,quòd hęc ꝓcedat.
74 Tenendo tñ contrariã,reſpõdet Alex.ꝙ † imò e-
tiam officium iudicis nobile lata ſententia expi- B
rat,Non obſtat d.§.fin.quia loquitur in mulcta,
in qua eſt ſpeciale,ex quo iudex habet laxiores
habenas in mulcta,quàm in pœna,l.aliud.§.inter
pœnam.ff.de verb.ſign.l.ſi qua pœna,cum gl.eo.
tit.& hanc ſolutionem etiam tenuit Alb.de Roſ.
in d.§.fin.Et ex his patet hunc articulum eſſe ad
vtranq; partem diſputabilem.Tamen de iure ve
rior videtur hæc ſecunda opin. contra commu-
75 nem.Et eſt aduertendum,ꝙ † licet accuſator non
dicatur agere ad aliquid,quod in ſuam vtilitatẽ C
redundet:eſt verum,quo ad intereſſe pecuniariũ,
ſed ad intereſſe affectionis & vtilitatis ſic,ex quo
publicè intereſt,vt delicta puniantur,l.ita vulne-
ratus.ff.ad l.Aquil.facit,quia bonis nocet, quicũ
que parcit improbis, vt dicit Anneus Seneca in
ſuis iambicis,& eſt tex.in auth.de mand.prin. §.
homicidia.not.Bald.in extrauag.de pace Con-
ſtant.in princ.in verb.diſpẽſationem.facit xxiij.
q.iiij.c.ſi is,qui prçlatus.Et tenendo hanc partẽ,
quę videtur magis vera,ſequitur,quòd diffinitio D
Bart.non eſt bona:ex quo merum imperium ex-
peditur officio iudicis mercenario deſeruiẽte ac
cuſationi.Et ſi diceres,eſt ſaltẽ vera reſpectu in-
quiſitionis,reſpõd.quòd illa regulariter de iure
ciuili non eſt permiſſa:quia ſine accuſatione ne-
mo punitur,l.reſcripto.§.fin.ff. de mun. & hon.
Not.Bart.in l.ij.§.ſi publico.ff.ad l.Iul. de adult.
Et aduerte,in quãtum dicit hîc Rim. ꝙ accuſans
videtur accuſare tanquam procurator fiſci:dic,ꝙ
iſtud non eſt verum. nam procurator non poteſt E
tranſigere,l.tranſactionis.C.de tranſact. & tamẽ
accuſator ſic,etiam in præiudicium fiſci, l. tranſi
gere.& ibi not.C.eod.tit.de tranſact.Data igitur
præcedentis dubij parte affirmatiua pro vera,ha
bes vnum fundamentum contra definitionẽ Bar
toli. Secundò contra eam facit fundamentum
Iaſ.hîc,quia imò datur merum imperium, quod
principaliter reſpicit priuatam vtilitatẽ. Exem-
76 plum:† abſolutio in cauſa criminali eſt eius natu
ræ,cuius condemnatio,l.ſolent.ff.de offic. proc. F
& leg.not.Mod.rep.in xj.quæſt.in fin.& Decius
hîc in ſimili.Reſponde,talis abſolutio principa-
liter reſpicit priuatam vtilitatem,ſcilicet vtilita-
tem abſoluti,ſed ſecundariò publicã,vt per Bart.
in l.j.ff.ſol.mat.in verſic.tertia eſt quædam vtili
tas,etc.Tertiò contra eam facit,quia ſi diffinitio
Bart.eſſet vera,ſequeretur ꝙ Iuriſconſultus eſſet
ineptus & defectiuus,qui cùm vellet dare exem-
plum meri imperij,dederit exemplũ mediocris.
nam debuerat potius exemplificare de facultate

condendi legem,quæ eſt maximi. Ea enim quæ
ſunt nobiliora,debent referri, quia quæ ſpeciali
nota digna ſunt,ſi prętermittãtur,videntur qua-
ſi neglecta,l.item apud Labeonem.§. ait prætor.
ff.de iniur.Nec valet reſponſio Decij, ꝙ ideo de-
derit exemplum gladij,quia cognoſcebãtur plu
res gradus imperij per illud exemplum,quia de-
buerat dare exemplum vtriuſque,ſicut in edicto
prætoris bis dictum eſt,Ne quid infamandi cau-
A ſa fiat,ſemel per verba generalia in l. prætor edi-
xit.ff.de iniur.& iterum ſpecialiter d. §. ait præ-
tor.Quartò facit, quia quotieſcunque princeps
acciperet bonorum poſſeſsionẽ,faceret mitti in
poſſeſsionem debitorũ publicorum: talis actus
eſſet meri imperij,quod eſt abſurdum. ¶ Quare
† omiſsis diffinitionibus aliorum,puto quòd ve- 77
ra diffinitio ſit,quã ponit hîc text.ſcilicet ꝙ Me-
rum imperium eſt habere gladij poteſtatẽ ad ani
maduertendum in facinoroſos homines. Et iſta
B diffinitio conuertitur cum diffinito ſuo:vnde eſt
bona,l.j.§.j.ff.de dolo.Contra eam tñ aliqua ob-
ſtare videntur,quæ ĩ.ponã,& ad ea particulatim
reſpondebo.ſic enim clariora reddentur hæc o-
mnia,ne videamur in tenebris ire. Primò igitur
obſtat,quia † facultas condendi legem eſt meri 78
imperij,& tñ non compræhenditur ſub hac diffi
nitione,quia nõ omnis lex tendit ad puniendũ,
l.legis virtus.ff.de legi.Sed ad hoc reſpond.ꝙ po
teſtas legis condendę nõ competit niſi principi,
C & præfecto prætorij,& ſenatoribus:quę perſonę
æquiparantur principi.Sed hîc intẽdit Iuriſcon-
ſultus tractare,niſi de eo mero imperio, qđ com
municatur à principe aliis iudicibus ordinariis:
iſtud ꝓbatur ex rubr.huius tituli de iuriſd.omn.
iud.& ſic de iuriſdictione,quã habent omnes iu-
dices.nam leges ſunt declarandæ ſecundum na-
turam rubricę,l.imperatores.ff.de in diem addi.
Sed qa iſta reſponſio poſſet morderi,ideo reſpõ-
deo aliter,negando ꝙ facultas condẽdi legem ſit
D meri imperij.nam nullibi hoc probatur.Nec ob-
ſtat diffinitio Bart.qa illam nego.Nec eſt facien-
dum fundamentũ in eo, ſuper quo diſputamus.
Item data differentia Bart.pro vera,non tamẽ eſt
meri imperij:probatur,quia merũ imperium eſt
iuriſdictio,quæ expeditur,etc.nam poteſtas con
dendi legẽ non eſt iuriſdictio.Patet,quia illi nõ
conuenit diffinitio iuriſdictionis poſita in l. j.in
verb.poteſt.ſ.eod.nã in ea nõ eſt neceſsitas ius
dicẽdi:ex quo princeps eſt ſolutus legibus,l.cõ-
E ſulta.C.de teſtam.Item non eſt neceſsitas: quia
bene princeps poteſt dominari abſq; quòd faci-
at nouas leges:ex quo poteſt vti legibus iã factis,
quales ſunt hę leges.Item condendo legẽ nõ di-
citur ius dicere:aliud eñ eſt ius dicere, aliud de
nouo facere,vt patet ĩ.qđ quiſq; iur.in aliũ ſtat.l.
j.nec eſt de ſubſtãtia legis,ꝙ ſit æqua: quia etiam
ꝙ ſit iniqua,valet mero iure,c.cũ omnes.de con-
ſtit.Vnde potiùs dicendũ eſt,quòd poteſtas con
dendi,prout reſidet in principe,ſit meræ faculta
F tis,ſeu quædã permiſsio,quę nõ cadit ſub iuriſdi
ctione.facit opinio Raph.de qua in l.j.ſ. eod.per
Alex.in gl.poteſt.Secundò contra hanc diffini-
tionẽ adducit Iaſ.quia nõ compræhendit pote-
ſtatem creandi tabelliones,quę tñ eſt meri impe
rij maximi,c.cùm P.tabellio.de fid.inſtr. Itẽ ad-
ducit Decius,quòd nõ cõpræhendit poteſtatem
cõcedendi,vt aqua ex publico flumine ducatur,
ſecundum l. quo minùs,ff.de flum. Breuiter re-
ſpon.quòd † vtrunq; eſt mixti imperij,ex quo ten 79
dit in vtilitatem priuatã principaliter. Vel & ſe-
cundò



L. 3. Imperiũ.

cundò dic,ꝙ nõ eſt imperij,ſed cuiuſdam faculta
tis,ſeu meræ permiſsionis. Vnde conceſſo mero
imperio,non videtur,ꝙ veniat iſta facultas. Vel
reſpond.& tertiò,vt ſ. ꝙ hîc loquitur de eo impe
rio,qđ communicatur magiſtratibus, nõ autem
de reſeruato ſolo principi. Eſt verum, ꝙ Oldr.in
conſil.lxxv.tenet,ꝙ etiam prçſes poſsit creare ta
belliones.cuius opinio eſt vera. Tertiò adduci-
tur,quia iſta diffinitio nõ eſt bona.nã omnis bo-
na diffinitio conſtat ex genere, ꝓprio & differen A
tiis.In iſta diffinitione hæc nõ ſunt:ergo,etc.do-
ctrina eſt Bart.in l.j.ff.de teſta. Breuiter reſpond.
primò,ꝙ imò ſatis eſt,ꝙ convertatur cum ſuo dif
finito,etiam ꝙ non habeat illa, de quibus ſ.iſtud
probatur in l.j.§.j.ff.de dolo. hoc tenet do. Phil.
Dec.in rep.rub.extrà,de probat.Vel dic,quòd dif
finitio debet formari hoc modo: Merum impe-
rium eſt poteſtas animadvertẽdi in facinoroſos
homines,ſeu exercendi gladium in facinoroſos,
etc.nam poteſtas ponitur,vt genus:terminus A- B
nimadvertendi,ponitur ad differẽtiam mixti im
perij,& ſimplicis iuriſdictionis. Quartò addu-
citur,ꝙ non compræhendit mulctam.Sed potes
dicere, ꝙ imò compręhẽdit per verbum Animad
vertendum,capiendo id generaliter & latè.nam
mulcta eſt animadverſio quędam pecuniaria. ad
hæc text.in l.aliud eſt fraus.§.inter pœnam.ff.de
verb.ſignif. Vel nega mulctam eſſe imperij meri,
nec minimi,provt ĩ. diſputabo in vj. gradu poſt
Bart. Quintò adduco, quia quis poteſt habere C
poteſtatem animadvertendi, etc.& tamen nõ ha
bebit merum imperium.Quid enim ſi ſit aliquis,
qui de facto habeat,putà prædo? Sed reſpond.ꝙ
etiam de facto dicetur habere merũ imperium.
Vel dic,ꝙ iſta uerba poſita in text.debẽt intelligi
de iure,non de facto.nam verba Iuriſconſulti de-
bent in dubio referri ad ius,non ad factum,vt eſt
gl.in c.conſultationi.in fin.extrà,de temp.ordin.
Sextò adduco,qa non videtur,ꝙ verbum Gladij,
debeat intelligi de gladio ciuili,ſed potiùs de gla D
dio materiali:nam verba in dubio debent inter-
pretari ſecundùm ſenſum naturalem & materia-
lem,nõ ciuilem:gl.in c.ſuſceptũ.de reſcr.lib.vj.l.
fin.C.de his,qui ven.ætat.Sed reſponde,ꝙ hîc ſu
mus in clato ratione ſubiectæ materiæ, l.conti-
nuus.ff.de uerb.oblig.Septimò,data hac diffini-
tione ꝓ vera,ſequeret̃ ꝙ quilibet haberet merũ
imperiũ,ex quo quilibet habet gladij poteſtatẽ
ad animadvertendũ in facinoroſos homines, pu
tà in deſertorẽ,l.j.C.vt lic.vnicuiq; ſine iud. Sed E
reſpon.ꝙ diffinitur merum,provt competit iudi
cibus,ſecundum rubr. l.imperatores.ff.de in di.
addict.Vel dic,ꝙ Poteſtas,capitur ratione iuriſdi
ctionis,ſecundum l.poteſtatis.ff.de verb.ſig. Vel
dic,ꝙ illud eſt ſpeciale.vnde nõ eſt in conſidera-
tione,l.iiij.ff.de fideic.lib.nec in diffinitionibus,
vt per Alex.in rubr.ff.ſol.mat. ¶ Succeſsiuè quæ-
80 rit Bart.quibus † iudicibus competat merũ impe
rium? & anteq̃ expediam eius dicta, quia ſ. dixi.
Princeps an ſolus habeat merum imperium.
quòd ſolus princeps habet imperiũ merũ,nũc re F
uoco iſtud dubiũ.Et † pro opin.affirmatiua, quæ
81 videtur de iure verior,quã etiã tenuit Loth. gloſ
ſator,& gl.facit meliorem hîc in verb.poteſtatẽ.
& Alb.de Roſ.hîc,dicit,quòd iſta opin.nõ eſt in-
epta.Pro ea igit̃ facit text.in d.l.j.ſ.tit.ij.in verſi.
& ideo.ibi,exercitationẽ.& ibi,delegatã. niſi ad
illud Delegatã,reſpondeas,prout dicit ibi do.A-
lex.quòd etiam ordinarius dicit̃ delegatus à le-
ge,c.ad abolendam.in fin.de hæret.Bart.in l.iiij.
§.j.ff.de dam.infect.Sed certè iſta ſolutio multũ

impropriat text.Papin.Secundò † pro hac parte
facit text.in l.ſaccularij.§.ſũt pręter. ff. de extra- 82
ord.crim.vbi dicit̃,quòd merũ imperiũ pertinet
ad executionem præſidis,& deinde in §.ſeq. di-
citur,nam huius rei executio præfecto vrbis à di
uis fratribus data eſt,& in §.ſeq.hanc rem præſi-
des grauiter exequi ſolẽt, etc. Pondera verbum
Executio,per qđ demonſtrat̃,quòd magiſtratus
habẽt meram executionẽ,& ſic ſunt meri execu
A tores,non autem ipſi ſunt domini meri imperij.
nam executor propriè dicitur merus mandata-
rius. vnde delegatus dicitur executor, c.ſi quis
contra clericũ.extrà,de foro cõp. l. apertiſsimi.
cum gl.in verb.executore.C.de iudic.nã in per-
ſona executoris nullũ ius reſidet, niſi quoddam
exercitiũ:facit,qđ not.Bart.in l.fundi.ff. de acq.
poſſ.facit,qđ not.in l.j.ſ.eo. Tertiò † faciũt iura, 83
quæ dicũt,quòd magiſtratus habẽt ſolùm admi-
niſtrationẽ,vt eſt text.in l.vnica,C.ne liceat cert.
B iud.ſine perm.prin.confiſc.& text.in l.fin.verſic.
cæteri. C. de modo mulct. & text. in l.vnica,in
prin.ibi,qui admin.maior.inſul.meruer.& circa
mediũ,in §.adminiſtrationẽ aũt deponere. & in
fine ibi,ſciant autem vniuerſi iudices,apud quos
vel adminiſtrationis iure.& rub.eius tituli, C.vt
omnes iud.tam ciuiles,etc.ad idem text.in l.fin.
C.de offic.vic.& text.in l.iij.& in l. pen. §. opta-
mus ergo.C.de offic.pręf.præt.& text.in l.vnica,
C.ſi quac.prędit.pot.l. fin.C.vbi ſenat.vel clariſ.
C & toto tit.in rubro & nigro,in authent. de admi
niſtrat.facit authen.ad hæc.C.de iudic. cum ſimi
lib.Adminiſtratores enim ꝓpriè dicũtur, qui nõ
habent aliquod ius in re,ſed ſolùm exercitatiõ-
nem,vt ꝓbatur ex tit. de adminiſtr. tutor. & eſt
gl. not. in rub. C. de adminiſt. rer. publi. lib.xj.
Quartò † facit text.in l.fin.§.executores.C. vt ne 84
mo priuat.vela reg.vbi lex cõſtituit pœnam his,
qui alienos titulos prædiis ſuis imponunt:& di-
cit,quòd oẽs iudices debẽt eſſe executores illius
D legis,ad denotandũ quòd ordinarij conſtituunt̃
à principe,quibus poſtea à lege datur executio
meri imperij,declarando verbum Executio,ꝓut
ſ.feci.& hæc opinio mihi videtur magis amica
legibus.Quintò facit tex.in l.j.ff.de conſti. prin.
vbi dicit̃,quòd princeps habet omne imperium,
& quòd omnis poteſtas,quæ erat apud populũ
Romanũ,trãslata eſt in principẽ. Si ergo omnis
eſt apud principẽ,ſequit̃ quòd apud ordinarios
nulla ſit,ſed tantùm quidam vſus,arg.l.Iulianus.
E in princ.ff.de leg.iij.Et intelligere illam legem,
vt loquat̃ ſolùm de reſeruatis ſolo principi,eſt ab
ſurdũ,& contra mentem illius : quia hoc modo
ſequit̃ etiã,quòd princeps non haberet merum
imperium,quod eſt falſum.Ad idem eſt text.in l.
j.§.cùm enim antiqua.C.de vet.iur.enucl.& tex.
in l.j.ibi,regimentis reipub.ad imperatores per-
petuò translatis.ff.de offic.præf.præt. & text. in
§.ſed & quod principi.Inſtit. de iure natural. &
text.in l.ij.§.nouiſsimè.ff.de orig.iur.Sextò pro
F hac parte fortiter facit text.in authent. iuſiuran-
dum,quod præſtatur ab his.in princ.vbi omnes
magiſtratus iurãt,ſe ſeruaturos fidem imperato-
ri,occaſione ſibi traditæ adminiſtrationis ab im-
peratore. Pondera † verbũ Adminiſtrationis, vt 85
ſ.dixi , & verbum Traditæ, quod non importat
translationem iuris,ſed ſolùm merum factum,§.
ſic itaq;.Inſti.de actio.& l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.
cum ſimilib.& fortiùs inducas illum text.quia il
la verba ſunt poſita in iuramento, & huiuſmodi
verba debẽt præciſè & propriè intelligi,vt eſt gl.
in l.ſi

in l.ſi pecuniam. in princ.in gl.neceſſe habeas.ff.
de condic.cauſ.dat.quam ſingularem dicit Lud.
Rom.in rub.j̃.de arbit.& Imo.in c.j. de iudic. &
pro illa eſt text.in c.fin.ne prælati vic. ſuas. Ad
86 † idẽ eſt text.in authen.vt iud.ſine quoquo ſuffr.
in §.ſcriptum eſt exemplar.in prin.vbi dicitur,ꝗ
magiſtratus ſuſcipiunt adminiſtrationem ab im
peratore.nam verbum Suſcipere, non importat
tranſlationem dominij,vt per Bart. in l.cùm mo
ta.C.de tranſact.Item ponderando verbum Ad- A
miniſtrationis,vt ſ̃.dixi. nam iura quotieſcunq;
faciunt mentionem de adminiſtratoribus,intel-
ligunt ſemper de habentibus merum imperium.
non de aliis magiſtratibus,vt in §. nulla. & in §.
audient.& vtrobiq; gl.in authen. de def.ciuit. ra
tio eſt,quia in aliis magiſtratibus non habent ſo
lam adminiſtrationem,ſed etiam ius proprium.
87 Septimò adduco,quia † omnis iuriſdictio, & o-
mnis diſtrictus apud ſolum principem eſt, c.vni
co,quę ſint regalia.in vſibus feud.& ibi Bald.idẽ B
Bald.in extrauag.de pace Conſt.in prin.in verb.
iuriſdictione.Si ergo eſt apud ſolum principem,
ſequitur ꝗ magiſtratus ipſi non habeant iuriſdi-
ctionem,ſed ſolùm meram executionẽ. facit ad
hæc text.in l.j.C.de legib.ibi,nobis ſolis.& l.fin.
88 eod. tit. Octauò adducitur, quia † princeps eſt
fons,& origo,& conſtitutor omnium magiſtra-
tuũ,l.j.ff.ad l.Iul.de ambit.§.iudices. de pace iu-
ram. firm.in vſib.feud.not.Alb.de Roſ.hîc.Vnde
cùm princeps habeat merum imperium, non vi- C
detur ꝗ etiam magiſtratus habeant:quia per hoc
eadem iuriſdictio eſſet apud duos in ſolidũ, con
tra l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculũ.ff.commod.
facit,quod in ſimili not.Alex.in l.j.ſ̃.tit.ij. & Iac.
But.in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic. pręſ.
ꝗ ideo præfectus vigilum non habet ius gladij,
quia præfectus vrbis iam illud præoccupauerat.
Contrariam opin.tenent omnes,qui venere poſt
89 Azonem: nam † cùm ſuper hoc articulo fuiſſet
quæſtio inter Lotharium & Azonem, depoſue- D
rant quilibet vnum equũ,qui cederet illi qui vi-
ciſſet,& imperator iudicauit contra Azonem:vn
de Azo in Summa C.eod.dicit, ꝗ ob hoc amiſit
equum,ſed nõ fuit æquum.Dicit tñ Alb.de Roſ.
hîc,ꝗ ideo Lotharius tenuit hanc opin. vt adula
retur principi.Vtcunq; licet prædicta opin. con-
tra communem mihi videatur verior,tamẽ addu
cam aliqua pro hac parte:dixi in lib.ij. Paradox.
c.vj.Primò pro opin.Azonis facit text.in d. l.j.ſ̃.
tit.ij.in princ.nam ſi ordinarij nõ habẽt merum E
imperium iure proprio,videtur ꝗ ille text. eſſet
de indubitabili:nam cùm nõ haberẽt iuriſdictio
nem,quantum ad merũ imperium,clarum eſt, ꝗ
ea mandata venire non debuerant: quia nemo
dat,quod nõ habet,l.traditio.ff.de acq.rer.dom.
Item text.dicit,iuriſdictionem ſuam mandãt, &
intelligit de mero imperio:quia aliàs inepta eſ-
ſet dubitatio:facit dictio Suam,quæ ſolet impor
tare dominium:Bart.in l.cùm ſuæ.& l. ſeq. ff. de
leg.iij.Bar.in l.is,qui ſuus.ff.de manumiſ.gl.in l. F
ij.in prin.ff.de orig.iur.Sed † ad hoc reſpond.iu-
90 riſdictio eſt nomẽ verbale: aliquãdo ſignificat i-
pſum ius,prout eſt poteſtas de publico introdu-
cta,etc.aliquãdo ſignificat ipſum factum, ſcilicet
ipſum ius dicere:modò prout eſt ius, militarent
ſ̃.dicta fundamenta,ſed prout eſt factum,nõ.Vo-
luit enim ibi Iuriſconſultus dicere, malè facere
eos,qui mandant iuriſdictionem,id eſt ipſum fa
ctum dicendi iuris,& ſic ipſam exercitationem:
idem in prin.l.ibi,mãdata iuriſdictione. nõ ipſo
iure,quod habet nullum,quantũ ad proprietatẽ,
ſed ipſo facto,& ſic quodammodo iuriſdictione
delegata.nam ordinarij, quo ad merũ imperiũ,
ſunt delegati legis,cùm penes principem rema-
neat ipſa ꝓprietas.Et quòd iuriſdictio aliquan-
do ſignificet ipſam exercitationem,& ſic merum
factum ius dicendi,ꝓbatur in l.inter tutores. ſe-
cundum intellectum Din.Bar.& communem,ff.
de admin.tutor.facit,quod not.Bart.j̃.ead.l.in fi.
A dum dicit,ꝗ iuriſdictio eſt duplex, ordinaria &
delegata:nam iuriſdictio delegata nil aliud eſt,
quàm ipſe vſus & merum factum,vt l.j. §. qui mã
datã.& ibi not.ſ̃.tit.ij.Dum igitur dicitur Suam
iuriſdictionem facere,quod eſt ſua iuriſdictio,id
eſt ſua exercitatio:ipſe enim vſus eſt ſuus. Secun
dò pro opin.cõmuni facit text.in l. & ſi prætor.
ſ̃.de offic.eius,cui.ibi,nõ tamen pro ſuo imperio
agit.nam à contrario ſenſu probat illa lex, quòd
prætor circa cauſas,in quibus eſt ordinarius, &
B etiam circa imperium agit pro ſuo imperio,pon
derando dictionem Suo,quę importat dominiũ,
& dictionem Imperio,quę in dubio debet intel-
ligi de mero,l.muto.§.tutoris datio.ff.de tutel.l.
iubere cauere.j̃.eod.Sed ad hoc reſpon.ꝗ ibi im
perium non capitur pro mero: nam ſi caperetur
pro mero,certè eſſet ineptus ſenſus legis, nec di-
ctio Tamen,quæ eſt aduerſatiua,aduerſaretur in
ſpecie,contra not.in l.Iulianus.in princ.ff. de hę
redi.inſtit.Vnde neceſſe eſt intelligere illũ text.
C de imperio,id eſt de iuriſdictione, ſeu de impe-
rio,largè ſumpto vocabulo, quod cõpræhendit
omnem iuſſum,& omnem poteſtatem,vt etiã ca
pitur in l.liber homo. la ij.ff.ad leg.Aquil.in l.pe
nult.ff.de iuſt.& iur.eſt etiã text.in l.ij.C. de lib.
& eor.lib.& illũ text.ita intelligit ibi gl. & alij,
& Moder.Ferr.hîc circa penultimũ gradum meri
imperij.Tertiò facit text.in l.iiij.ſ̃.de offic.præſ.
vbi dicit text.ꝗ † pręſes prouinciæ maius impe- 91
rium habet omnibus in ea prouincia poſt princi
D pem.ad idem eſt tex.in l.& ideo.ff.de offic.proc.
& leg.vbi etiã proconſul habet maius imperium
poſt principem: certè in illo text. debemus intel
ligere de mero imperio.Et cũ excipiatur ibi prin
ceps,ad hoc vt exceptio ſit de regula, debemus
dicere,quòd ſit de eadem ſpecie imperij, de qua
loquitur in principe,arg.l.nam quod liquidè. §.
ſi.ff.de penu leg.xxxij.quæſt.vij.c.dominus.Sed
ad hoc reſpond.quòd verbum Imperio, capitur
generaliter pro quocunque iuſſu,ita quòd com-
E præhendit etiam merum imperium,quo ad exer
citationem:nam exercitatio meri imperij etiam
dicitur imperium,ſicut exercitatio iuriſdictionis
poteſt dici iuriſdictio,vt ſ̃.dixi:facit l. j. ſ̃. eod. i-
bi,ius dicentis officiũ,id eſt exercitium officij,vt
communiter ibi dicunt Doctor. Ad illud,quod
dicitur,quòd exceptio non eſt de regula, dic pri-
mò,quòd ibi illud Poſt principem,nõ eſt dictum
vt exceptio,ſed potiùs vt quædam excluſio:nam
princeps habet ipſum ius & proprietatem ipſius
F meri imperij,præſes exercitationem.Vnde ſatis
maior dicitur princeps. Vel dic, poſito quòd ſit
exceptio,quòd illa exceptio excipit ſolùm reſpe
ctu generis,ſeu reſpectu vnius partis, nõ omniũ.
Nec iſtud eſt abſurdum:quia plerunq; exceptio
excipit ſolùm reſpectu partis,vt in l.j.ff.ſi qs ius
dic.nõ obtem.vbi à maioribus magiſtratibus ex
cipitur duumvir, qui tamẽ nõ eſt maior magiſtra
tus,ſed magiſtratus tantùm,ſecundum commu-
nẽ.Quartò facit text.in l.vnica,ff. de offic. præf.
Auguſt.Ad idem text.in l.pen.de offic.præſid.v-
bi di-



L. 3. Imperiũ.

bi dicitur,quòd prędfectus Aegypti non priùs de-
ponit imperium, (quod ad ſimilitudinem pro-
conſulis lege ſub Auguſto ei datum eſt)quàm e-
ius ſucceſſor ingreſſus eſt Alexandriam:nã ſi de-
ponit imperium,ergo habet,cùm priuatio præ-
ſupponat habitum,l.decem.ff.de verb.oblig. I-
tem pondera verbum Datum,qđ ſignificat Quo
ad proprietatem,& ſic penitùs tranſlatũ.Sed re-
ſponde,ꝗ illud verbum Imperium,debet intelli
gi generaliter,vt compręhendat iuriſdictionem, A
& etiã merũ imperium,quo ad exercitationem,
declarando vt ſ̃.dixi:nam illa exercitatio eſt ꝓ-
priè ſua.Vel dic,ꝗ verbum Datum, nõ ſignificat
tranſlationẽ dominij,niſi in contractibus,& diſ-
poſitionibus hominum:& ita loquitur §. ſic ita-
que.Inſt.de actio.nam aliàs ſignificat merum fa-
ctum,vt in materia noſtra:eſt tex.ſecundũ vnum
intellectũ,in l.ij.ff.de iur.om.iud.cui iuriſdictio
data eſt.& facit l.fin.ff.de offic.præf.præt.ſe tuto
rem dare nõ poteſt. Quintò facit:quia ſi prædi- B
cta opin.eſſet vera,ſequeretur quòd ordinarij re-
ſpectu cauſarũ meri imperij, eſſent tanquã dele-
gati:reſpectu cauſarum iuriſdictiõis,eſſent ordi-
narij: & ſic eadem res diuerſo iure cenſeretur:
quod eſt cõtra l.eum,qui ædes.ff.de vſucap. Sed
reſpon.quòd illa regula habet locum, niſi in cor
poralibus.Item non eſt abſurdum iſtud,quando
cauſa ſubeſt,vel quando hoc eſt de rei natura, vt
dicit Bald.in l.j.in iij.opp.C.de furt.idem tenet
Aretin.in l.cẽturio.ff.de vulg.& pupil. allegat l. C
iij.§.qui fideicommiſſariam.& l.pater filio. ff. de
hæred.inſtit.Et quòd iſtud non ſit abſurdum,pa
tet in c.ſuper quęſtionum.§.ſi verò duo.extrà,de
offic.deleg.& in l.& ſi prętor.ſ̃.tit.ij.Sextò facit,
quia,ſecundum prędictã opin. ordinarij, quo ad
merum imperium,eſſent delegati: ſed delegati
re integra,moriente delegãte,nõ poſſunt de cau
ſa cognoſcere,l.& quia.j̃.eod.Ergo etiã mortuo
principe,deberet ceſſare iuriſdictio ordinariorũ,
quo ad merum imperium,in quo ſunt delegati. D
Sed conſequens eſt falſum,vt per Rim.in d.l.mo
re.& l.ſeq.in ij.not.& eſt text.in c.ij.de offic.vic.
lib.vj.Reſpon.ꝗ argumentũ loquitur de delega-
tis ab ordinariis:ſed iſti prędſides ſunt delegati le
92 gis.Eſt verũ,ꝗ † ipſa ꝓprietas remanet in princi-
pe,ſed lex nunq̃ moritur,l. Arriani. C. de hæret.
Vnde etiã quòd princeps moriatur,ex quo prin-
cipaliter nõ habent ab eo,ſed à lege, mirum non
eſt,ſi non priuantur:ipſa autem proprietas,mor-
tuo imperatore,interim dum fiat alius,tendit ad E
papam,c.licet ex ſuſcepto.vbi Innoc.extrà,de fo
ro compet.ad ſuprà dicta facit text.in c.ij. de of-
fic.deleg.& l.cùm ꝓponebatur. de iudic. & Iaſ.
in d.l.& quia.in v.notab.nam in hoc diſtat talis
ordinarius,quo ad merum imperium,à delegato
principis:quia ordinarius eſt principaliter dele-
gatus legis,ſecundariò delegatus principis: dele
gatus verò principis eſt delegatus illius,ſecũda-
riò delegatus legis.Septimò facit text.in l.illici-
tas.§.q vniuerſas.ff.de offic.prędſi. ibi, ius gladij. F
Octauò facit diffinitio meri imperij hîc tradita
per Iuriſconſ.Et ſic videtur,quòd opin. Loth. ſit
magis vera.Tamen diſputando qui vellet tene-
re communem,poſſet reſpondere ad allegata in
contrarium.Et ad l.j.in verbo,exercitium. & ad
alia iura,quę dicunt quòd ordinarij habent exe-
cutionem,ſeu adminiſtrationẽ cauſarũ crimina-
lium,quòd per hoc non excludunt, quòd etiam
non habeãt iure proprio:nam executio,admini-
ſtratio,& exercitatio regulariter eſt cõnexa cum
ipſa proprietate.Vnde ex tali executione & ad-
miniſtratione,ſeu exercitatione, quis præſumi-
tur dominus,niſi aliud conſtaret:ſicut ex poſſeſ-
ſione quis præſumitur dominus,l.ſi coloni.C.de
agr.& cẽſ.lib.xj.Modò nos habemus, ꝗ quoties
lex facit mentionem de aliquo,nunquam intelli
gitur excludere connexum,c.tranſlato. de cõſt.
Et ita limitat regulã l.cùm prętor.de iudic.Rim.
in l.j.ſ̃.de offic.eius,cui mand.facit, quia execu-
A tor etiam ponitur pro eo, qui agit iure proprio,
clem.j.de offic.ordin.Itẽ adminiſtrator, clem. j.
de reſcript.Ad id quod dicitur, ꝗ omnis iuriſdi-
ctio eſt apud principem,fateor de potẽtia, ſed i-
pſe cõmunicauit cum ordinariis, & vocauit eos
in partem laboris,vt eſt text.xciiij. diſt. c. valde.
& text.in c.multùm ſtupeo.iij.q.vj.not. Alex.in
l.j.ſ̃.de offic.eius,cui.Ad illud qđ dicitur de ver-
bo Traditę,reſpon.quòd verbum Tradere,etiam
ſignificat tranſlationem dominij,c. degradatio.
B de pœnis,lib.vj.Vnde dicimus,Traditus Satanę,
c.omnis.xj.q.iiij.Non obſtat d.§.ſic itaque. quia
loquitur in contractibus,vt dixi ſ̃.Vel dic, Tradi
tæ,id eſt porrectæ:ſed per hoc non negat,quin e-
tiam dederit ius proprium,ex quo eſt illi conne-
xum,per d.c.tranſlato.Ad illud,quod dicitur de
iuramento:dic,quòd imò verba in iuramento e-
tiam latè interpretantur, & aliquando impro-
priè ſecundum mentem proferentis,vt per Aret.
in §.j.Inſtit.de action.Socin.in l.j.§.ſi ſtipulanti.
C in vltimis verbis,ff.de verb.oblig.Ad illud,quod
dicitur,quòd eadẽ res non poteſt eſſe apud duos
in ſolidum:dic,quòd imperiũ quod habet prin-
ceps,non eſt idem cum eo,quod habet ordinari-
us.nam in vno dicitur merum,quaſi liberum, in
alio quaſi non mixtum,vt ſ̃.ead.l.per Bart. Nec
eſt abſurdum,ꝗ ſit apud duos,iuris intellectu, l.
Mæuius.§.duobus.verſic.neque enim. ff. de leg.
ij.ita vt locus ſit pręoccupationi:facit l.magiſtra
tibus.ff.ad municip.Bartol.in l.j.§.ſi plures.ff.de
D exercit.idem in l.fin.vti poſſidet.Et in quantum
ſ̃.vltimo loco adducebam pro communi text.in
l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic.præſid.dũ di
citur,quòd † præſes habet ius gladij, reſpond. 93
quòd habet ius gladij,hoc admitto, ſed non di-
citur,vtrùm habeat iure proprio,vel iure alieno:
habet igitur ius gladij,id eſt poteſtatem decapi-
tandi,quã habet occaſione exercitationis, quam
habuit à principe. Facit verbum Habuit,quod
eſt latiſſimum,l.ſtipulatio iſta.Habere licere. in
E princ.ff.de verb.obligat.facit etiam, quia etiam
delegatus ordinarij rectè dicitur habere ius iudi
candi, habere ius modicè coercendi, & tamen
non habet iure proprio,l.qui iuriſdictioni præ-
eſt.& l.magiſtratibus.j̃.eod.facit l.penult. & fin.
ff.de iuſtit.& iur.vbi verbum Ius,latiſſimè capi-
tur. Item dum dicebam, quòd † imò ordinarij 94
habent merum,ex quo illis competit diffinitio
hîc poſita:habent enim poteſtatem gladij ad a-
nimaduertendum in facinoroſos homines. Si er
F go illis competat diffinitio,ergo & diffinitum,l.
j.ff.de dolo:reſpond.quòd iſta diffinitio comprę
hendit merum,prout eſt in perſona principis, &
prout eſt in perſona ordinarij. In perſona prin-
cipis,intellige verbum Habere,ſcilicet iure pro-
prio,in perſona ordinarij,intellige Habere, ſcili
cet iure alieno.nam verbum Habere, eſt latiſſi-
mum,vt ſuprà dixi.Et tenendo hanc opinionem
reſultat vera ratio,cur merum imperium nõ poſ
ſit delegari, ſcilicet quia ordinarij, quo ad me-
rum imperium,ſunt tanquam vſuarij: & vnus v-

ſuarius alium conſtituere non poteſt,l.ij.in prin.
ff.de vſu,& habit.facit ratio Doct.de qua per A-
lexand. Paul. Caſtr. Angel. & Iaſon. in l.more.ſ.
eod.Paul.de Caſtr.in l.à iudice.C.de iudic. quæ
ratio eſt communis.Sed contra hoc obſtat, quia
poſſet delegare mixtum:ſed dic,quòd eſt verum,
excepto eo,quòd participat plus de mero,ſecun
dum l.iubere.ſ.eodem,l.ea,quæ.ſ.ad munic. Ra-
tio eſt,quia cùm participet plus de eo, ſapit na-
turam nobilioris,l.quæritur.ſ. de ſtat. hom. tra-
A ctat Iaſ.hîc.Item & ſecundò obſtat: quia imò vi-
detur,quòd debeat delegare,ſicut etiam delega-
tus principis,l.à iudice.C.de iudic.Sed dic,quòd
imò delegatus principis non ſubdelegat merum
imperium,vt tenuit Alexand.& dicit eſſe de iure
veriorem,in l.j.ſ.titul.ij.Nec obſtat l.j.C.qui pro
ſua iuriſdict.quia illa l.habet plures intellectus:
ergo,etc.Bart.in l.in ambiguo. ff. de rebus dub.
¶Expedita hac difficili quæſtione reuoco aliud
in dubium,de quo quædam dixi in l.j.ſ. de offic. B
95 eius, cui. vtrùm † præſes prouinciæ habeat ius
gladij abſolutè?Et primò pro opinione cõtra o-
mnes,quòd non habeat,eſt text.ſuper quo eſt fa-
ciendum magnum fundamentum,in l.j.§.à præ-
fectis.ff.de legat.iij.vbi præſes prouinciæ non ha
bet ius deportãdi,niſi fuerit confirmata eius ſen
tentia ab imperatore:ad idem text.in l. ſi quis fi-
lio.§.eius,qui deportatur.ff.de iniuſt.rup. & irri.
& l.ij.§.j.ff.de pœn.& text.in l.inter pœnas.ff. de
interdict.& releg.& l.j.ff.quando appel.ſit. Si igi C
tur præſes non poteſt incutere mortem ciuilem
abſque licentia principis:ergo tantò minus na-
turalem,in qua eſt maius periculum: quia reuo-
cari non poteſt, l. intercidit. ff. de condit.& de-
monſtr.Valet enim argumentum de morte ciuili
ad naturalem,l.Gallus.§.& quid ſi tantùm. ff. de
lib. & poſthum. Nec obſtant ſolutiones datæ.
Prima,quam tradit gl.in l.illicitas.§.qui vniuer-
ſas.ff.de offic.præſid.quod eſt ſpeciale in depor-
tatione:quia debet deportatis aſsignari inſula, D
& præſes non habet inſulam.nam iſta ſolutio eſt
falſa:quia imò præſes habet inſulam, vt eſt text.
in l.relegatorum.§.j.ff.de interdict.& releg.& eſt
text. in l. cùm nauarchorum. C. de nauic.lib.xj.
Aliam ſolutionem ponit Richar.Malumb. quòd
præſes ideo non poteſt deportare,quia per eam
quis perdit ea,quæ ſunt iuris,quæ habet homo à
principe,vel à lege:vnde nõ debent poſſe illi au-
ferri ab eo,qui dare illa non poteſt,l.ſi arrogator.
in fin.ff.de adopt.facit c.indultum.de regul. iur. E
lib.vj.Sed contra iſtam ſolutionem obſtat, quia,
ſecundum communem,poteſt de per ſe in metal
lum damnare,per quod perdit ea quæ ſunt iuris
ciuilis,l.aut damnum.§.in miniſterium.ff.de pœ
nis:& ſecundum prędictam ſolutionem nõ poſ-
ſet. Nec obſtat reſponſio Alb. de Roſ.in d.§.qui
vniuerſas.quòd illud eſt cõceſſum per quandam
conſequentiam:quia illa ſententia prędidis facit
eum ſeruum pœnæ,& per conſequens, perdit iu
ra ciuilia:quia reſpondeo,quòd quæ non conce- F
duntur directè,nec indirectè concedi debent, l.
oratio.ff.de ſponſal.§.alienus.Inſtit.de hęredib.
inſtit.Item ſi poteſt præſes auferre ea,quæ habet
à natura,ſcilicet vitam,putà decapitando, quan-
tò magis ciuilia?cùm faciliùs naturalia iura non
tollantur,quàm ciuilia,§.final.Inſtit. de leg.agn.
tut.l.eas.ff.de capit.dimin. Tertiam ſolutionem
ponit ibi Iacob.de Raua.dum dicit,quòd depor-
tatio propriè eſt pœna nobilium,decapitatio in-
feriorum:quia pro delicto,pro quo plebeius de-

capitaretur,nobilis deportatur,d.l.inter pœnas.
in fin.ff.de interd.& releg.facit l. capitalium. in
fin.ff.de pœnis:& nobiles non debent ita de faci
li puniri à præſide.Sed nec iſta ſolutio placet,qa
etiam deportantur viri non nobiles, dum modò
ſint liberi,d.l.ſi quis filio.§.eius,qui.& l. eis,qui.
ff.de teſtam.l.fi.ff.de ſepul.viol.Cùm ergo nulla
ratio ſpecialitatis aſsignari poſsit,debemus dice
re idem ius de vno,quod de alio,l. fin. C. ad leg.
A Falcid.Facit,quia inconſtans eſt dicere,eum qui
ſuſtibus damnare non poſsit, in metallum dare
poſſe,l.capitalium.§.& vt generaliter. ff. de pœ-
nis:ergo idem in caſu noſtro. Secundò facit re-
ſcriptum diui Traiani,quod eſt inſertum in Epi-
ſtolis Plinij ad Traianum, vbi Traianus Plinio,
qui tũc erat præſes prouinciæ in Bithynia, ſe cõ-
ſulenti de quodam,qui pœnam capitalem mere-
batur,reſpõdit,eum remittendum ad pręfectum
prætorio:certè ſi iſtud pertinuiſſet ad præſidem,
B potuiſſet ipſe Plinius iudicare abſque aliis reſcri
ptis:vnde voluit Traianus, vt potiùs mitteretur
ad præfectum prætorio,qui erat ordinarius in ta
libus pœnis,quàm concedere ſibi poteſtatẽ. Eſt
verum,quòd ſi Plinius iam iudicaſſet, ad impera
torem pertinebat ſententiã confirmare. Tertiò
facit tex.in l.quoties.C.de luc.aduoc.lib.xij.arg.
à ſpeciali.Contrariam † opinionem tenent om- 96
nes:pro quibus poſſunt adduci plura.Primò tex.
in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic.præſ. qui
C vniuerſas prouincias regũt,ius gladij habet.Sed
poteſt reſponderi,q; nõ loquitur de præſide, ſed
de proconſulibus,qui habent plures prouincias
ſub ſe:& ideo dixit tex.Qui vniuerſas, in nume-
ro plurali.Facit,quia in toto illo titulo, (ſi bene
aduertamus)vbi loquitur de præſide, ſemper fa-
cit ſpecialem mẽtionem de illo.Sed ibi nõ facit
aliquam mentionem.Vnde arguendo à conſue-
tudine Iuriſconſulti,quæ videtur attendenda,ſi-
cut etiam in teſtatore,l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.
D de leg.j.Iſta ſolutio optimè conuenit.Et ſi oppo
neretur de rubr.argum.l.imperatores.ff. de in di
em addict.reſpon.quòd præſes eſt nomen gene-
rale,& compræhendit etiam proconſulem,l.j.ff.
eod.tit.nam pręſes in eo titulo capitur generali-
ter,maximè vbi adiectum eſt verbum Prouincię,
vt dicit gl.in d.l.j.Secundò contra prædictam o-
pin. facit text. in l. vnica, C. de priuat. carc. vbi
præſides puniunt capitaliter reos priuatorũ car-
cerum.Sed reſpond.quòd hoc non faciunt ſoli,
E ſed vnà cum præfectis auguſtalibus,qui ſunt ſpe
ctabiles,& qui bene hoc caſu habent merum im-
perium purè.Vel dic,quòd illud eſt ſpeciale re-
ſpectu atrocitatis criminis, vt videtur innuere
text.in verſic.vt ſæpe dicta nefandiſsimorum ho
minum arrogãtia modis omnibus opprimatur.
Tertiò facit text.in l.vniuerſi.C.vbi cauſæ fiſcal.
vbi rector prouincię poteſt facere comburere p-
curatorem Cæſaris,ſi concuſsiones indebitas fe
cerit.Sed reſpond.quòd ſine dubio ibi eſt caſus
F ſpecialis,cùm non poſsit regulariter pręſes puni
re,ſeu decapitare nobilem virum abſque licẽtia
principis,l.diui.§.decuriones.ff.de pœn. vnde il
le caſus eſt ſpecialis.Et ſi diceres,quòd ad hoc ne
duo ſpecialia inducantur,debemus dicere regu-
lariter,q; poſsit abſq; iuſſu principis decapitare:
reſpondeo,q; vnum ſpeciale venit in conſequen
tiam alterius:vnde nõ habet locum regula l.j.de
dot.promiſ.ita dicit Bart.in l.eandẽ.ff. de duob.
reis.Vel ad hũc text.dic,quod imò præſes debet
conſulere principem,nec text.negat, imò proba
tur



L. 3. Imperiũ.

tur euidenter per d.§.decuriones.Quartò induci
tur d.l.diui.§.decuriones.& §.ſi qui ex principa-
libus.ff.de pœn.arg.à ſpeciali.Sed reſpond.quòd
eſt ſpeciale,quòd non poſsint relegari abſq; iuſ-
ſu præſidis:ſed quòd nõ poſsint deportari,vt eſt
noſtra fictio,non dicit:vnde ille text. nõ videtur
multùm vrgere.Quintò faciunt iura plurima, vt
eſt text.in l.aut damnum.cum fine præced. l. ff.
de pœnis,& l.ſi præſes.eod.tit.& l.j.§.ſuſpecti.ff.
ad Trebel.& l.ſaccularij.§.ſunt præter.& §.hanc A
rem.ff.de extraord.crim.& l.iij.in fi. ff. de ſepul.
viol.vbi dicitur,præſidem habere ius gladij. Sed
reſpond.hoc fatendo:nam poteſt condemnare,
ſed eſt poſtea neceſſe, quòd princeps confirmet
ſententiam,ſeu factum comprobet,vt dicit text.
in d.§.eius.in l.ſi quis filio.ff.de iniuſt.rupt. Vn-
de hoc videtur innuere d. §. hanc rem. & §. ſunt
præter.dum dicit,præſides exequi.Dicuntur enĩ
exequi ſententiam quodammodo principis, ex
quo eſt ſua ſaltem per confirmationem:arg. l. le- B
ge obuenire.ff.de verb.ſign. & qa omnia noſtra
facimus,etc.& in l.j.circa med.C. de vet. iure e-
nucl.Et not.iſtam ſolutionem,quia per hanc re-
ſpondetur,etiam aliis fundamentis ſ.relatis.nec
debet videri abſurda,ad hoc vt iura iuribus con-
cordentur,c.cùm expediat.de elect.lib. vj. nã e-
97 tiam videmus,quòd † pręſes neq; ex cauſa poteſt
reuocare diffinitiuam,per quam cõdemnauit a-
liquem,l.j.§.fin.ff.de quæſt.l.diui.ff.de pœnis,ni
ſi princeps reſcribat:& in dictis iuribus contine- C
tur.Et tñ in l.in metallũ.ff.de pœnis, generaliter
dicitur,q; in metallũ dãnati debẽt reſtitui à pręſi
de ex cauſa:ſed dicũt Doct.& gl.ibi,q; debet in-
telligi ſecũdũ alia iura,ſcilicet d.§.fi.& d. l. diui.
facit,qa ſententia pręſidis confirmať per princi-
pẽ,nõ deberet poſſe appellari,l.j.ff à quib.appel.
nõ lic.Sed reſpon.aliud in ſentẽtia diffinitiua,a-
liud in declaratiua,ſeu approbatiua,q̃ videtur in
terlocutoria,arg.l.j.§.j.de appel.& eſt tex. in l.j.
in prin.ff.qñ appel.ſit.Et ſic iſta opin.eſt diſputa- D
bilis:tñ cõmunis eſt vera.Nec obſtat,q; nõ poſsit
deportare:q ſtat ſimul q; nõ poſsit deportare, &
tñ poterit decapitare.nam in hac materia nõ vi-
detur,q; pcedat argumentũ de maiori ad minus:
nec econtrà:argum.l.ſolemus.§.fi.ff. de iudic. &
eorum,quæ dixi poſt Rim.in ead.l. in gl.poteſta
tem.in ij.parte.faciũt etiam,quæ not.Rim.in l.j.
in gl.multò magis.ſ.tit.ij.Poſſet hîc etiã pponi
aliud dubiũ,vtrùm prætor habeat ius gladij: ſed
quia iſtud tangit Alexan.in l.j.ſ.tit.ij.& ibi exa- E
minaui,ideo non curo hîc referre,licet Alber. de
Roſ.hîc tractet:& idem etiam ponit in l.fin. ff.de
offic.prætor.in hoc enim articulo opin. contra
communem videtur verior,quam tenet Fulgoſ.
& Rimin. ibi: & ante eos alij relati per Alberi.

Quibus iudicibus competat merum imperium.

¶Nũc redeundo ad dicta Bart.dũ quærit,quibus
iudicibus competat merum imperiũ: diſtingue,
98 vt hîc per eum.Et dum primò dicit,quòd † quãdo
aliquis præeſt alicui vniuerſitati, quæ facit pro-
uinciam,tunc habet merum imperiũ: aduerten- F
dum eſt,quia iſtud non videtur ita abſolutè verũ.
nam merum imperium debet cõcedi ſpecialiter,
vt eſt text.in l.j.ſ.tit.ij. Ergo per hoc quòd quis
conſtituatur præſes alicui prouinciæ,non debet
dici habere merum. Sed ad hoc reſpõdet Picus,
q; ſatis dicit princeps cõcedere ſpecialiter, quan
do deputat officialem ad loca, quibus aliàs erat
cõceſſum merum imperium.Et ideo ſi quis con-
ſtituatur poteſtas alicuius ciuitatis, quæ habeat
multas ſub ſe,vt eſt ciuitas metropolitana, talis

poteſtas videtur conſtitui loco præſidis: & ideo
habet merum imperium.facit,quod not. Bar. in
l.j.C.de metropol.lib.xj.Angel.in l.fi.C. de pręſ-
ſcr.long.temp.Iſta reſpõſio videť cõtra d.l.j.quia
hoc dato,ſequeretur quòd eo ipſo quòd quis eſt
talis poteſtas,haberet merũ imperiũ: & ſic merũ
imperium competeret iure magiſtratus: quod
eſt contra d.l.j.Non obſtat,quod dicitur de præ-
ſide:quia eo ipſo quòd eſt præſes,non habet me-
A rum imperium:ſed poſtquã eſt factus pręſes ſpe-
cialiter à principe,illi tribuitur.Sed dic, quòd i-
mò habet merum eo ipſo quòd eſt præſes, nec ta
men dicitur cõpetere iure magiſtratus:quia non
habet vigore magiſtratus, ſed quia lex ſpeciali-
ter cõceſsit.Vnde etiã videtur idem in noſtro ca
ſu,ad hoc vt ſubrogatũ ſapiat naturã eius cuius
loco ſubrogatur,§.fuerat.Inſtitu.de actio.Et hęc
faciunt,vtrùm Rex,marchio,dux, & ſimiles ha-
beant merum imperium?Et de rege non eſt du-
B bium.nam ęquiparatur pręfectis prętorio,vt per
Guil.de Cun.& per Bald. in l. vnica, ff. de offic.
præf.præt.Alexan.in d.l.j.ſ.tit.ij.& eſt illuſtris,
c.nouit.de iudic.Ergo habet merũ. Vnde hodie
valet argumentum de imperatore ad regẽ, vt hîc
per Rimin.qui adducit multas deciſiones Baldi:
cui adde,quod not.tradit Bald. in rub. quæ ſint
regal.in vſibus feud.vbi dicit,quòd quicunq; rex
in regno ſuo eſt monarcha,licet imperatore mi-
nor ambitu circuli,ſicut ſcapha eſt minor nauis,
C l.ſcaphã.ff.de euict.l.fi.ff.de fund.inſtr. Eſt enim
princeps & ſolus dominus ſui territorij,& maris
ſibi ſubiecti.Item adde,quod not. idem Bald. in
d. tit. quæ ſunt reg. in c. j. in fin.vbi dicit,quòd
quando papa creat aliquẽ in regem, ſtatim quæ-
runtur regi omnia,quæ ſpecialiter ſolent conce-
di regi,de quibus in d.tit.quę ſint reg. Itẽ ſtatim
quæruntur omnes iuriſdictiones.Et licet omnes
iuriſdictiones ſint regis,non tamen omnes ſunt
meri imperij.Itẽ adde,quòd ſicut imperator po-
D teſt concedere ciuitatem,vel iuriſdictionem,ali
cui epiſcopo,ita etiã rex.Vnde ſunt multi epiſco
pi,qui habent ciuitatem & iuriſdictionem à re-
ge.ita dicit Bald.in extrauag.de pace Conſtant.
in verbo,in ciuitate.Item adde, quòd † rex nõ po 99
teſt facere deteriorem conditionem ciuitatis,vel
regni ſui, ſicut nec imperator, vt dicit Bald.in
præludiis feud.verſic.expedita diffinitione feu-
di,etc.Vnde rex Franciæ non poſſet alienare v-
nam de ciuitatibus ſui regni inuitis ciuibus, ſe-
E cundum Bald.in tit.ſi de feud.fuer.contro. inter
do. & agna. in §. generali. vbi dicit, quòd etiam
Conſtantinus quando donauit vrbem beato Syl
ueſtro,fecit cum conſenſu populi.Idẽ tenet Mo-
der.repet.in l.donationes, quas diuus imperat.
verſi.quartò induco.C.de don.inter vir. & vxor.
Ad idem facit,quod not.Bald.in l.nec ſi volens.
C.de lib.cauſ.vbi dicit, † quòd ſi rex Francorum 100
faceret aliquam ciuitatem confiteri eſſe ſuam, &
iurare fidelitatem,cùm tamen nõ eſſet ſua, quòd
F talis confeſsio & iuramentũ nihil penitus valeť.
Et idem dicit eſſe in papa,& in imperatore:quia
rediguntur ad inſtar tyranni:& Bal. ſequitur Iaſ.
in §.item ſi quis.Inſtit.de actio.Alibi dicit Bald.
quòd ſicut imperator non poſſet ſibi facere pa-
rem,vel ſuperiorem,quia lex regia contradicit:
ita etiam Rex.Vnde non poſſet facere ſe viuo fi-
lium ſuum regem,niſi quo ad nomen: quo ad re-
gimen,non.Bald.in prælud. feud. verſic. aliqua.
Archidi.idem tenet in §. item obijcitur. ij. q. vij.
Alibi Bald.in c.j.de feud.march.&c.dicit, quòd

imperator tanquam tyrannus eſt,ſi ſe non gerit
tanquam reſpublica.Vnde,ſecundum eum, mul
ti alij reges, quæ priuatæ vtilitati negotiantur,
ſunt tyranni:quia prædo eſt,qui non vtilitati do
mini,ſed priuatæ ſtudet,l.ſi pupilli.§.ij.ff.de neg.
geſt. & ibidem Bald. invehitur contra eos, qui
vendunt dignitates. Vnde etiam dicit,quòd rex
vendere nõ poteſt iuriſdictiones,licet in multis
locis vendant, tanquam hæreditarium pecus &
ouile.Ibidem dicit,quòd collationes regaliũ di-
gnitatum ſpectant ad ſolum imperatorẽ:ſed pa-
pa, quantum poteſt, vſurpat ad ſe.adde etiam,
quod not.Bald.in c.intellecto.extrà, de iureiur.
101 Et ex his apparet,quòd † par eſt poteſtas impe-
ratoris & regis.quam opin.etiã tenet Phil. Dec.
in rub.de conſt.extrà,in j.lect.Illud tamen aduer
tendum eſt,quòd tenendo illam opin. q, omnes
reges recognoſcãt de iure imperatorem in ſupe-
riorem ſuum:quæ opin.videtur verior,vt cõmu-
niter tenetur in l.cunctos populos.C. de ſum.tri
nit.& fid.cathol.falſum eſt,quòd ſit par eorũ po
teſtas imperatoriæ poteſtati.nam non poſſunt fa
cere aliquod bellum contra ſubditos, vel alios,
abſque ſpeciali licentia imperatoris.Et licet hoc
in ſpecie nõ reperiatur deciſum,tamen clarè col
ligitur ex doctr.Bart.in l.ex hoc iure. in princ.ff.
de iuſtit.& iur.vbi vide per Iaſ.& ibi etiã aliquã-
do dixi:&,ſi bene memini, in hoc puncto tenui
102 cõtra communem.Supereſt † videre de duce, v-
trùm dux habeat merum imperium: & clarũ eſt
de cõſuetudine,quòd ſic.Idem videtur etiam de
iure,cùm duces habeãt hoc priuilegium ab impe
ratore.Vnde dux Mediolani in terris ſuis habet
plenitudinem poteſtatis,& poteſt ea,quæ poteſt
imperator.ita cõſuluit Angel.in conſil. ccxvij.in
cauſa accuſationis. & Paul. de Caſt. in conſil.
ccxxv.ad primum.prope fi.conſilij Lud.Rom.in
ſingul.ccccl vij.an dux Mediolani.Lud. Rom. in
ſingul.ccclix.quemadmodum imperator. in iij.
lib.Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.Ioan. Ba
ptiſta Sanctoſeuerin.hìc in xiiij.quæſt.Facit, quod
not.Felin.in capit.quæ in eccleſiarum.de conſti-
tut.licet do.Alexand.dubitet in conſil.ij. viſis co
dicillis.in j.vol.Eſt verum,quòd imperator poſ-
ſet reuocare tale priuilegium,ſi vellet,cum cauſa
tamen,ſecundum Bart.in l.hoſtes.ff. de capti. &
vide Lud.in d.ſingul.ccccl vij.qui dicit idem eſſe
etiamſi imperator ob talem gratiam recepiſſet
pecuniam,per text.in l.Titius.ff.de obſeq. Sed
quid de Marchione?puto idem,ſi hoc ſpecialiter
& ex aliquo priuilegio habeat. Quid autem ſit
Marchio, quid Comes, quid Capitaneus,vide
per Bald.in tit. de feud.march.duc.vel comita-
tus,etc.& plenè per Corſetum in repet. c. grãdi.
de ſupplen.neg.prælat.lib. vj. vbi multa cumu-
lat.Non eſt noſtra materia. ¶Circa ſecundum
membrum doctr. Bart. in quantum dicit, quòd
103 † qui præeſt vniuerſitati,quæ non facit prouin-
ciam,ſed ciuitatem,non habet merum imperiũ,
vt hìc per eum:aduerte,quia iſta doctr.Bar.vide-
tur facere contra opin. Bald. in c. j.in fi.prin.de
controuer.inueſt.& Bar.in l.ſi quãdo. C.de bon.
vac.lib.x.cum his,quæ ibi latè not.Alexand. vbi
dicunt,quòd cõceſſo caſtro,venit etiam merum
imperium illius caſtri.Aſsignat Bald. rationem:
quia in dubio omnia nomina vniuerſitatum ius
& factum ſignificant: allegat Inno.in c. propo-
ſuit.de conceſ.præb.cum ſimilib. Breuiter pro
concordia poſſet dici,quòd aut princeps conce-
dit alicui vniuerſitatem,quæ erat,quo ad iuriſdi-
ctionem,ſub alio,& non videtur cõcedere iuriſ-
dictionẽ:aut cõcedit vniuerſitatẽ,quæ habet iu-
riſdictionẽ propriam,& non erat ſubiecta alicui:
& tunc ſecus.Et ſic procederet opin.Bal.& alio-
rum:quia non præſumitur princeps velle auferre
ab vno & tribuere alteri,l.fin.C.ſi contra ius, vel
vtilit.Et de iſta quæſtione vide,quæ not. per Iaſ.
in l.j.in fin.ſ. eo. & dixi ſ.Et aduerte circa verba
Bart.quòd † vniuerſitas capitur multipliciter: la 104
A tiſsimè,vt quando compræhendit prouinciam:
latiùs,vt quando compræhendit vrbem: latè, vt
quando compræhendit caſtrum. Alibi dicitur,
quòd vniuerſitates propriè dicũtur,quæ poſſunt
remanere in vno,etiam quòd alij omnes perirẽt:
aliæ verò non ſunt vniuerſitates,ſed aceruì,l. re-
rum mixtura.ff.de vſucap.not.in l.ſi grege.ff. de
leg.j.Barb.in apoſt.ad Bald.in d.c.j. in fi. Et ex
hac doct.Bar.hìc poſſet decidi, vtrùm † poteſta- 105
tes terrarũ habeant merum imperium? de quo p
B Bald.in extrauag.de pace Conſtant. in verbo,cri
minalibus.& in c.j.hìc finit.lex Corrad.Commu
niter concluditur,quòd de iure non habent, ſed
de conſuetudine ſic.Et circa hanc quæſtionẽ vi-
de Ioan.Bap.de ſancto Seuer.in repet. l. diẽ fun-
cto.in j.q.ſ.de off.aſſeſſ. ¶ Sed † vtrùm ciuitates 106
Lombardiæ,de quibus in pace Conſtantiæ, ho-
die habeant merum,ratiõe illius pacis? Bart. hìc
tenet,quòd ſic.& eius opin.eſt communis.Bald.
tripliciter variauit.nam in d. extrauag. in verb.
C triginta annis.tenet opin.Bart.hìc:alibi in c.j.de
natura feud.tenet,quòd nõ,& quòd illa pax fuit
facta niſi p xxx.annos:alibi in c. j. hìc finitur lex
Corrad.dicit,q, ideo rectores illarũ ciuitatũ non
habent merum,quia per formam illius pacis re-
quiritur,quòd confirmẽtur ab imperatore, quod
de facto non ſeruatur,& ideo ſola cõſuetdo pa-
trocinatur huiuſmodi ciuitatibus. & hæc opin.
eſt multùm probabilis.Sed de hoc articulo ſ. di-
xi. ¶Sed quæro hìc,circũſcripta pace Conſtãtiæ
D & præſcriptione,vtrùm † Papia habeat ius gladij? 107
Dic,quòd ſic.nã imperator Federicus primus fe-
cit cõmunitatem Papiæ comitatum,vt dicit Bal.
in c.j. de natura feud. vnde princeps Papiæ cum
ſit comes,habet merum imperium.nam comites
ſunt ſpectabiles:ergo,etc.vt per Iaſ.in l.j.ſ. tit.ij.
& hæc not. ¶In quantum Bart.hic dicit,quòd
Doctores legentes habent merum imperium in
ſcholares,per authent.habita.C.ne fil.pro patre.
circa hoc vide, quæ ponit Alexand. in l.j.ſ.tit.ij.
E & adde idem eſſe in rectore,qui etiam ipſe habet
merum imperium. ſed hodie conſuetudo eſt in
contrarium.Not.tamen.quòd etiam hodie ſcho
laris non obediens rectori,perdit priuilegia ſcho
larium.Vnde dicit Bald.c.j.de cõtro.feudi apud
par.termi.quòd ſcholaris,qui non vult iurare re-
ctori,non debet haberi pro ſcholari.facit tex. in
c.cùm in eccleſiis.de maio.& obed. & vide, quod
not.Iaſ.in l.quædam.§.nũmularios.in fi. j. de e-
den. ¶ Sed vltra alios quærit hìc Picus,cùm ho-
F diernis temporibus caſtra ſeparentur à princi-
pibus,& dentur in feudum comitibus & baro-
nibus,etc. vtrùm talia habeant merum? Deter-
minat,quod non,ſed merum reſidet apud ipſos
vaſſallos.vnde non poſſunt cognoſcere de cauſis
criminalibus per poteſtates,ſed ipſi debent iudi
care,niſi quando abſunt,per l.j.ſ.titul.ij. Et hoc
tenet Spe.in tit.de iuriſdict.om.iud.§.venio.ver.
quæ autem ſunt meri.licet in contrarium videa-
tur deciſio Fulg.in conſil.j.Sed dic,vt hìc per eũ,
qui inducit dicta Bar.ad aliam quæſtionẽ,vtrùm





L. 3. Imperiũ.

natus in tali caſtro, quod ſeparatũ eſt à principe,
poſsit ingredi collegium Doctorũ Papiæ,in quo
viget ſtatutum, ne admittatur,niſi natus in ciuita-
108 te:vide hìc per eum. ¶ Sed † vtrùm merum impe-
rium acquiratur præſcriptione? Alber.de Roſ.hìc
ponit,& Iaſ.Abb.in c.cùm contingat.de foro cõ-
pet.Felin.lariſsimè in c. cùm non liceat. de præ-
ſcrip.Bar.hìc ſe remittit,quem ſequor. Et an re-
ſeruata principi acquirantur præſcriptione? Dic,
quòd non:vt not.in l.j.§.fin.vbi Bar.& Rom.ff.de
aquã plu.ar.Angel.& Rom.in l.vſucapionem.ff.
de vſucap. ¶Circa ſequentem quæſtionem Bart.
109 dum Bart.quærit,quæ † ſint exempla meri impe
rij,& conſtituit facultatem condendi legem, in
mero imperio maximo vidiſtis,qualiter ſuprà te
110 nui,quòd † imò non eſt meri imperij, nec iuriſdi-
ctionis,ſed potius cuiuſdam permiſsionis, ſeu fa
cultatis reſeruatæ principi: ſicut in ſimili dicit
Rain.Bald.Angel.Iaſ.in l.omnes populi. ff.de iu
ſtit.& iur.dum dicunt,quòd condere ſtatuta, nõ
eſt iuriſdictionis,ſed potius cuiuſdam permiſsio
nis:ergo idem in lege generali.nam valet argu-
mentum de ſtatuto ad ius commune. nam ſtatu-
tum in eo loco,in quo viget,dicitur ius commu-
ne,c.cùm veniſſet.extrà,de eo, qui mitt. in poſ-
ſeſſ.cauſ.rei ſeruan.not.Bald.in extrauag. de pa-
ce Conſtant.in verb.criminalibus.in fin. per il-
lum text.in §.volumus.Item pro hac opin. facit,
quia Iuriſconſulti habebant auctoritatem legis
condendæ,§.reſponſa prudentum.Inſtit. de iure
natur.gent.& ciui.& tamẽ nõ eſt dicendũ, quòd
haberent iuriſdictionem,capiẽdo eam prout ca-
pitur in l.j.in verbo,poteſt.per gloſ.ibi, nec me-
rũ imperium.ſ.eod.Item facit, quia merũ impe-
rium ſemper reſpicit publicam vtilitatem, vt hìc
per Bart.ſed facultas condendi legem non: quia
poteſt fieri lex reſpectu priuatæ vtilitatis alicu-
ius:& eſt tex.in l.j.§.huius ſtudij.ff.de iuſt.& iur.
111 Item † non videtur,quòd competat ſoli principi:
quia etiam Baro, vel Marchio, vel alius dux in re
gno ſuo poteſt cõdere legem vniuerſalem reſpe-
ctu ſuæ iuriſdictionis:vnde dux Mediolani & alij
principes poſſunt facere legem ſuper ſuo territo
rio.Et quamuis magis latum ſit regnum impera-
toris,non tamen lex ligat eos qui ſunt extra eius
territoriũ,veluti Perſas,l.mercatores. C. de com
mer.& mercat.Sic etiam in duce,qui etiã ipſe eſt
monarcha in regno ſuo,licet minor: vnde plus,
vel minus non debet facere differentiã in ſpecie,
vt in ſimilibus terminis dicit Bald.in rubric.quæ
ſint rega.in vſib.feud.niſi dicas iſtud procedere
hodie.Sed olim tempore Iuſtiniani nemini lice-
bat niſi principi,vt eſt text.in l.fin.C.de legib.&
conſt.Aduerte tamen,quòd quamuis Roma ho-
die ſit papæ ex conceſsione Conſtantini,impera
tor tamen inibi exiſtens poterit facere legem ge
neralem vrbi & orbi.ita dicit Bald.in rub.Cõſti-
tut.feud.do.Loth.imperat.quas ante ian. beati
Petri condidit obſer.etc.in vſibus feud. Et hæc
procedunt in imperatore.Sed quid in papa?Dic,
quòd facultas condendi legẽ illi data eſt à deo,
& eius leges cenſentur à Deo factæ:vnde conſue
tudo,vel ſtatutum contra illas non valerent,tan-
quam contra ius diuinum eſſent inductæ: ita di-
cit Domin.de ſancto Gem.in c.ſic omnes. per il-
lum text.xix.diſt.facit gloſ.in l.fin.in verb.diui-
no.C.de præſc.lon.temp.Quod tamen non pu-
to indiſtinctè verum.vide Alber.de Roſ. in l. j. ſ.
112 de legib.Et in † quantum dicit Bart.quòd præfe
ctus prætorio habet poteſtatem condendi legẽ,
Raph.hìc limitat,& dicit,quòd hoc eſt verum re
ſpectu prouinciæ cui præeſt,argu.l.fin.j.eod.quẽ
ſequitur Moder.repet.hic in xj.quæſt. Sed Bart.
hic,ſi bene ponderetur,innuit contrarium, dum
dicit,quòd poteſt facere legem generalem, ſicut
princeps & ſenatus,quos non eſt dubium poſſe
facere legem generalem vrbi & orbi,vt ſ. dixi.&
ita etiam intelligit Rim.Ferr.hic.Item dum Bar.
dicit,quòd ſenatus poteſt facere legem genera-
A lem,gl.in l.non ambigitur. ſ. de ll. videtur velle
contrarium. Quare pro expeditione harum o-
pin.propono huiuſmodi dubium, Vtrùm ſolus
imperator poſsit condere legem vniuerſalem?
Et † primò eſſet videndum de populo Romano, 113
vtrùm ipſe poſsit facere legem? ſed quia hæc nõ
eſt noſtra materia,teneo communem,quòd non
poſsit, eò quia omne imperium ac poteſtatem
tranſtulit in imperatores,l.j.de conſtit.princ.l.v-
nica,ff.de offic.præfect.præt. Et hæc eſt commu-
B nis opin. vt per gloſ. in d. l. non ambigitur.vbi
Bart.& alij:Bart.& Scrib.in l.fin.C. de ll. Secun-
dò eſt videndum,vtrùm ſenatus poſsit? & quòd
poſsit facere legem,eſt text.in l.non ambigitur.
ſ. alleg. Sed ad illum text.reſpon.primò,quòd
poteſt ſenatus concedente principe,aliàs nõ: &
ita reſpond.Bart.in d.l.fin.Vel dic,quòd illa lex
eſt correcta hodie:ex quo omne imperium, & o-
mnis poteſtas translata eſt in principem. & ita
reſpondet gl.ibi.Sed iſta reſponſio non ſatisfa-
C cit:quia tempore Vlpiani,qui fecit illam legẽ,ſa-
tis erat imperium translatum,& tamen text. ge-
neraliter loquitur.Tertiò dic, quòd eſt correcta
hodie p l.fi.C.de ll.& hãc laudat Accur.in illa l.
Sed iſtæ ſol.nõ placẽt.nam prima expreſsè ſub-
audit ad text. aliæ corrigũt,cùm tamen legũ cor-
rectio euitãda ſit,l.præcipimus.C.de appel.Qua-
re quarto modo reſpondeo,quòd ſenatus poteſt
legẽ condere:fateor,non ratione ſui,ſed ratione
principis.nã princeps ipſe,ſeu imperator, eſt in
D numero ſenatorum,l.ius ſenatorũ. C. de dignit.
lib.xij.Vnde ſi in ſenatu princeps non ſit, nõ pu-
to q, lex facta ab ipſo valeat, tãquã acephala. de-
eſt ẽm auctoritas capitis,quod eſt imperator,l.quiſ-
quis.C.ad leg.Iul.maieſt.Et hoc modo reſpõde-
tur ad alia S.C.veluti eſt de petit.hæred. Maced.
Velleianum,& ſimilia. Secundò pro hac parte,
vltra alios,induco text.in §.ſenatuſcõſultũ. cum
§.ſeq.Inſtit.de iure natural.in §.ſenatuſconſultũ.
dicitur ſenatuſconſultum habere vim legis, in §.
E ſeq.dicitur,ſed & quod principi placuit,legis ha
bet vigorem,etc.Pondera dictionẽ Sed & quod,
quæ aduerſatur præcedenti in facto,ſed idem in
iure diſponit,vt not.Bart.in l.hoc amplius.§. his
autem.ff.de dam.inf.gl.in l.ſed & ſi lege.ff. de pe
tit.hæred.Aretin.& Mod.in l.Gallus.§.idẽ cre-
dendum.ff.de lib.& poſth.Colligitur ergo ibi,q,
ſicut princeps poteſt legẽ facere,ita etiã ſenatus.
Et ille tex.facit contra eos,qui dicũt l. non ambi
gitur.eſſe correctam per l.fin.C.eo.nam tex.Inſti
F tutorũ ſunt poſteriores legibus C.exceptis quin
quaginta deciſionibus,vt per Azon.in procemio
Inſtitut.ſed illa l.fi.non reperitur,quòd ſit ex illis
quinquaginta deciſionib.ergo,etc. Breuiter ad
illum tex.reſpond.quod ſenatus poteſt vnà cũm
principe, vt dixi:ſed §.ſeq. loquitur de principe
ſolo,& ſic etiam ſatis bene aduerſatur.Et ſi dice-
retur,cur quando princeps eſt vnà cum ſenatori-
bus,ſenatuſconſultũ inde proditũ non ſumit no
men à principe,vt dicatur conſtitutio? reſpond.
fatua petitio eſt.Pro contraria opin. quæ eſt cõ-

munis,eſt tex.in l.fin.C.de legib.ibi,ſi em̃ in prę-
ſenti tempore leges condere ſoli imperatori cõ-
ceſſum eſt,etc.Sed ad hoc reſpõderi poteſt,provt
reſpondet ibi gl.& Bar.in d.l.non ambigit.quòd
dum dicitur,ſolus princeps poteſt facere legem,
eſt verum.nam alij non poſſunt facere ſoli.nec e-
nim ſenator ſolus poteſt facere legẽ, ſed omnes
ſimul ſic.Sed hæc ſolutio videtur eſſe contra illũ
text.qui poſtea ſe declarat,dũ ſubdit,& ll.inter-
pretari ſolũmodo dignũ imperio eſſe debet. nã
tenendo ſolutionẽ communem, illa illatio non
videtur bona.& certè non eſt de mẽte iuris:qua-
re dic,quòd quamvis dicat ſoli principi permiſ-
ſum,non tamen excludit ſenatores,qui æquipa-
4 rantur principi,l.quo minus.ff.de flum.nam† di-
ctio Solus,non excludit ſimilia, vt eſt glo. ordin.
in l.cùm notiſsimi.in verb.ſolá.C.de pręſcr.xxx.
vel xl.ann.nã cùm princeps ſit caput,ſenatus ve-
rò mẽbra, vt not.in l.quiſquis.in princ.C.ad leg.
Iul.maieſt.ſequitur,quòd ſint cõnexi: & talis di-
ctio nõ excludit connexa,d.l.cùm notiſsimi.no.
Aretin.in l.ſi quis extraneus.in iij.notab.ff.de ac
115 quir.hæred. ¶ Tertiò eſt videndum, qd† de præ-
ſecto prætorio? Bar. hîc & alij cõmuniter tenẽt,
quòd poteſt facere legem generalẽ:& ſic etiã ex-
tra ſuã provinciam: & iſtud facit ex cõceſsione
imperatoris ſibi facta per l.formã.C.de offic.pręſecti
fecti præt.Sed ad illum tex.reſpondebat Odofr.
quem ibi ſequit̃ Bar.quòd dum dicit Generalẽ,
debet intelligi quo ad ſuos omnes ſubditos, nõ
autem toti orbi.Et ita etiam intellige Raph. hîc,
& Io.Fab.in §.ſed & quod principi.Inſtit. de iur.
natur.Sed intelligendo illum tex.hoc modo,ni-
hil ſpeciale,& de nouo induceret in pręfecto prę
torio.nam & alij ordinarij poſſunt facere legẽ ge
neralem,quo ad ſuos ſubiectos, vt no.in l.j.§.pro
hoc.j̃.tit.j. & in l.diuus.ff.de cuſt reor.ibi, ſed &
caput.not.Inn.in c.ij.de locat.& facit c.fin.extrà
de offic.leg.& hanc partem tenet Ioan.Fab. in d.
116 §.ſed & quod principi.Sed, † quicquid dicant a-
lij,tene contrariũ,q; imò alij ordinarij minores
poſsint ſtatuere regulariter de per ſe : ita tenet
Bar.in l.oẽs populi.in iiij.q.j.partis,ff.de iuſt. &
iur.quem ibi ſequitur Iaſ.& Alexand. cum mul-
tis concord.in l.j.j̃.tit.j.Ad illũ tex.poteſt etiam
aliter reſponderi dando nouum intellectũ,quòd
illud verbum Generalis,ponatur reſpectu verbo
rum, non autem reſpectu populi, quod ſit talis
ſenſus, quòd lex præfecti prætorio generalibus
verbis concepta, putà per terminos vniuerſales,
Quicunq;,vel Omnis,etc.omnes liget tanquam
lex imperatoris,dum modò non ſit legibus con-
traria, vel imperator de nouo aliquid diſponat
in contrariũ:& ſic hæc lex declarabit l.apertiſſi-
mi.C.de iudic.vbi determinat imperator ſecun-
dum formam generalem pręfecti prętorio,quòd
iudex delegatus poſsit recuſari tanquam ſuſpe-
ctus.Sed debent tunc partes cogi ad compromit
tendum in arbitrũ.Et ſecundum d.l.vult impera
tor,quòd etiã delegatus principis poſsit recuſa-
ri.& ſic talis delegatus,qui eſt dignior ordinario
quo ad cauſam ſibi delegatam,provt latè conclu
dit do.Alex.in rub.ſ̃.de offic.eius,cui.ligatur for
ma generali præfecti prætorio. Nec obſtat huic
intellectui,quod dicit Iaſ.in d.l.apertiſsimi. q; i-
mò delegatus non ligabatur tali forma,ſed intro
ductum fuit per illã l.Iuſtiniani: quia dico,quòd
ligabatur. illa em̃ lex non venit ad aliquid de no
uo inducendum,ſed ad declarandum,quod pro-
batur ibi ex verbo Etiam, quod non de nouo in-
ducit,ſed eſt ampliatiuũ,l.j.ff.ſolut.mat.Pro con
traria parte, quam tenuit, vt dixi, Raph. Odofr.
Ioan.Fab.& Bart.ſibi contrarius,facit,quia† præ 117
fectus prætorij & Cardinalis ęquiparantur,vt eſt
glo.approbata in l.j.ff.de offic.præf.præt. ſequi-
tur Alex.in rub.ſ̃.eo.tit.Iaſ.in l.j.ſ̃.tit.ij.Sed Car-
dinalis non poteſt facere legẽ generalẽ,clem.ne
Romani.§.j.de elect.Idem de legato, c.ex parte.
lo vltimo,de verb.ſign.Ergo,&c. Sed ad hoc re-
A ſpon.quòd æquiparantur,quo ad dignitatẽ,non
autẽ quo ad omnes alios actus. nam princeps &
ſenatus æquiparantur,& tamen in quibuſdã ma
ior eſt princeps ſenatu: facit, q; nõ videtur,quòd
debeat argui de eccleſiaſticis dignitatibus ad ci-
uiles:ita dicit Alber.de Roſ.in d.l.vnica,ff.de of-
fic.præf.præt.vtcunq;, tamen puto, quòd iſta o-
pinio ſit verior, licet diſputando vtraque opin.
ſit tolerabilis. Tenẽdo igitur prædictam opin.q;
poteſtas condendi legẽ non ſit meri imperij, ſed
B potius quædam facultas reſeruata principi,eſſet
hîc videndũ,quæ poteſtates poſſent poni in hoc
ſupremo gradu.Et fortaſſe non ineleganter quis
dixerit apponendam ſententiam, qua aliquis ex
principalibus ciuitatis cõdemnetur ad mortem:
nam talem ſolus imperator profert,vt eſt text.in
l.diui fratres.§.ſi qui ex principalibus.ff.de pœn.
De† reſeruatis autem ſolo principi,vide hîc quę- 118
dam per Iaſ.quibus adde,quòd revocare diffini-
tiuam latam à pręſide,reſeruatum eſt principi ex
C cauſa,d.l.diui.ff.de pœn.l.j.§.fi.ff.de quæſt. Item
ex provincia damnatum ducere in aliam provin
ciam ſine eius permiſſu non licet, l.ad beſtias.ff.
de pœn.Itẽ immunitatẽ à munere cõcedere nul-
lus iudex poteſt,ſed princeps cum cauſa,l.nemo
iudex.C.de decur. lib.x. Item ſenatoribus nul-
lus poteſt aliquod mun⁹ indicere, niſi princeps,
l.nemo pręfectus.C.de dig.lib.xij.Item illuſtres
in criminalibus non puniuntur niſi à principe,l.
ſi grauius.C.de digni.eod.lib.xij. Item eum qui
D ſeruus iudicatus ſit,& poſt quinquẽnium inſtru-
menta ingenuitatis invenit, ſolus princeps reſti
tuit,l.ij.§.fi.ff.ſi lib.ing. eſſe dic. Item eum cui fi-
deicõmiſſaria libertas data eſt,ſi hęres latitet an-
te reſtitutam hæreditatem , ſolus princeps libe-
rat,& orcinum facit,l.itaq;.ff.de fideicomm.lib.
Item ſolus princeps confirmat adoptionem non
iure factam,l.adoptio.ff.de adop.Item reſtituere
aliquem natalibus,& tribuere ius annulorũ, l. j.
C.de iur.aur.annu.Itẽ tribuere ius dominij,quã-
E do in cauſa iudicati dolo debitoris pignora non
reperiunt emptorem,l.fin.C.ſi in cauſa iud.l.fin.
§.ſin autẽ tempore.C.de iure do.imper. Item le-
gitimare baſtardum abſque matrimonio cum e-
ius matre contracto,authent.præterea.C. de na-
tur.lib.Sunt & alij,vt in l.cùm de nouo. C. de ll.
in l.ij.§.ſed quia diuinæ. C. de vet. iure enucl. in
auth.itẽ ſine.C.de natur.lib.§. imperatoris. Inſt.
de adopt.§.ſed ex cõſtitutione.Inſtit.quibus mo
dis ius pat.pot.ſol. Item concedere duplomata
F itinerũ ſolus princeps poteſt,& non facit niſi cũ
cauſa.ita ſcribit Traianus Cæſar ad Plin.quę epi
ſtola eſt in lib.epiſtolarum Plin.ad Traia. prope
finem. Erant autẽ duplomata priuilegia,quibus
concedebatur interdiu noctuque abſq; ſolutio-
ne portoriorum,vt ibi colligitur: & eſt text. in l.
cõtinuus.§.cùm ita.ff.de ver.oblig. in l,eos, qui.
§.fi.ff.ad leg.Iul.de falſ.Item imponere noua ve-
ctigalia ſolus princeps poteſt,l.ij.& l.ſeq. C. ve-
ctig.noua inſtit.non poſſ. & hæc omnia ſuprà di
cta nõ puto eſſe iuriſdictionis, ſed potius faculta
tis



L. ſi Imperiũ.

tis reſeruatę ſolo principi. Item poſito quòd ſint
iuriſdictionis,non debet de eis argui contra diſ-
finitionẽ iſtius l.ex quo iſta l. loqtur. niſi de me-
ro & mixto,quod ſolet cõmunicari per principẽ
alijs magiſtratibus. Et de reſeruatis Papæ, vide
per Hoſtien. in Summa de offi. leg. vbi numerat
ix. caſus. Et in quantum Rimin. hîc dicit, quòd
condere legem circa merum imperium,erit me-
ri imperij:circa mixtum,erit mixti,&c.dic,quòd
iſtam opin.tenuit Bald.in l.nulli. C.de ſent.quẽ
II. gradus. ſequutus ſum in l.j.ſ̃.eod. ¶ Circa ſecũdum gra-
119 dum meri imperij,dum Bar.dicit, q; † mutilatio
mẽbri eſt meri imperij, proponendũ eſt tale du-
120 bium,quod quidã publicauerũt:vtrùm † muti-
latio mẽbri ſit pœna capitalis? Et pro parte nega
tiua primò facit:quia grauior eſt membrorũ diſ-
ſolutio vtriuſq; manus abſciſsione : ita dicit tex.
in §.fi.in authen.vt nulli iudic.Sed membrorum
diſſolutio,putà quę fit per torturam,non eſt pœ-
na capitalis:probatur in §. quæ verò. vbi Bart.in
auth.de teſtib. vnde cõpetit etiam iudici delega
to,vt cõmuniter tenent Doct.in l.ij.ſ̃.eod. & fir-
mat Alex.hîc.ergo nec mutilatio,arguẽdo à ma-
iori ad minus,authen.multo magis.C.de epiſ.&
121 cler.Sed ad iſtud fundamentum reſpõ.quòd † in
d. §. fin. debet intelligi de tali diſſolutione, quæ
principaliter fit ad pœnam,non in conſequenti-
am alicuius actionis:& quę nõ eſt reparabilis,&
quæ fit per omnia mẽbra:quia talis diſſolutio eſt
pœna capitalis,nec poteſt aliquo modo delega-
ri.Vnde minor negatur.Præterea d. §. quæ verò.
malè probat prædictam opin.vnde Bar.in d.l.ij.
tenuit oppoſitum:& ſic videtur,quòd iſtud fun-
damentum non omnino concludat.Secũdò pro
122 iſta parte facit. quia † pœna capitalis eſt tantũ tri
plex, ſcilicet mors, amiſsio ciuitatis tantùm, &
amiſsio libertatis tantùm:ita eſt tex.in l. ij. ff. de
publi.iudic.gl.in l.transigere.C.de tranſact. Sed
hæc pœna nõ repitur in illis.Ergo, &c. Breuiter
reſpon. q; imò dicitur etiam pœna capitalis, alia
quæ non enumeratur ibi,putà infamię,l.licet.ff.
de verb.ſign.Vel dic,q; continetur ſub primo ex-
emplo mortis,cui ęquiparatur,vt in §.phibem⁹.
in authent. de collat. nam membrum quod ab-
ſcinditur, moritur: j. q. c. ſicut. & argumentum
valet de parte ad totum, l. quæ de tota. ff. de rei
vend.Vnde Alexand.& Moder.in d.l.tranſigere.
dicunt, quòd illa lex loquens de pœna capitali,
habet locum in abſciſsione mẽbri. Tertiò facit:
quia damnatus ex crimine capitali non poteſt
teſtari,l. eius. & ibi no.ff.de teſta. l. Gallus. §. &
quid ſi tantùm.ff. de lib.& poſthu.Sed cui ampu
tatum eſt mẽbrum,poteſt teſtari, l.cui manus.ff.
de teſta. Ergo amputatio membri non eſt pœna
capitalis : & hoc fundamentum facit Bar. in l.ij.
ff.de public.iudic.Tamen ad hoc poteſt reſpõde
ri,quòd d. l. cui manus. loquitur de mutilato ex
infirmitate, non autem de mutilato ad pœnã.vn
de illa l.nõ facit in propoſito.nam quòd non lo-
quatur de pœna,probatur, quia de iure Digeſto-
rum non erat pœna mutilationis membri, vt eſt
communis opin.in hac l.& in l.tranſigere. C. de
tranſac.ergo nõ potuit illa l.loqui de ea.Pro con
123 traria parte, q; † imò talis pœna ſit capitalis,facit
tex.vnicus & ſingularis in c.j.§. ſi quis alium. de
pace ten. in vſibus feud. iuncto principio eius c.
nam in principio dicitur,quòd ſi quis violauerit
pacem,& aliquem occiderit,ſi per duellum non
probauerit, q; id fecit ſui defendendi cauſa, de-
bet capitaliter puniri:ſi verò ſimus in claro, non
requiritur duellum.quòd ſi iſte,qui eſt ſuperſtes
non pugnauerit,ſed ſit contumax,debet eius hæ
reditas pertinere ad deſcendẽtes. deinde in d.§.
ſi quis alium.dicit tex. quòd ſi aliquis aliquẽ vul
nerauerit, ſi per duellum non probauerit q; id fe
cit ſui defendendi cauſa, debet manu mutilari,
& iudex, ſicut ſuperiùs dictũ eſt, debet iudicare,
et rebus eum priuare.Pondero dictionem Sicut,
quæ refert in dubio omnimodã ſimilitudinem,
A l.ſicut.C.de lib.cauſ. Sicut ergo in principio pu-
nitur ille aggreſſor pœna capitali, ita debem⁹ di
cere in noſtro caſu.Item ibi dum dicitur,q; hęre-
ditas ad legitimos defertur, datur intelligi,q; ibi
eſt pœna capitalis : & ſic taliter dãnatus habetur
pro mortuo:aliàs tex. non bene dixiſſet Hęredi-
tas, ſecundum Bal.ibi , ex quo viuentis nulla eſt
hæreditas,l.j.ff.de hæred.vel act.vend.Item pon
dera per dictam dictionem Sicut, q; ſicut in præ-
cedenti caſu dicitur,Hæreditas defertur ad legi-
B timos,ita etiã in caſu d.§.ſi quis alium.& illum §.
dicit ſingularem , & per illum tenuit hanc opin.
Bal.in l.data opa.in penult.charta,C. qui accuſ.
non poſſunt.Tamen tenendo cõtrariam, poteſt
reſponderi, q; dictio Sicut, refert ſimilitudinem
in eo,q; quando conſtat, non requiratur duellũ,
de quo dictum erat in principio. Nec obſtat, q;
bona tranſeant ad alios, tanquam bona mortui:
quia eſt ſpeciale in illo caſu , vt dicit Aretin. in l.
cui manus.ff.de teſtam. Vel dic, q; dictio Sicut,
C nõ ſemper refert Omnino,iuxta illud, Eſtote p-
fecti,ſicut pater veſter, qui in cœlis eſt : facit tex.
in l.ſi cum exceptione.§.quatenus. verſi. ſicut in
interdicto.ff.quod met.cauſ.& quod not.Bar.in
l.Iulianus.ff.de hæred.inſtit.Secundò facit,quia
† pœna capitalis dicitur, ex qua mors infertur,l. 124
ij.ff. de public.iudic. Sed in membri abſciſsione
infertur mors , ſaltem illi mẽbro, q; abſcinditur:
c.quemadmodum.xxiij.q.vij.Ergo, &c.Confir-
matur per argumẽtum de parte ad totum,l. quæ
D de tota.ff.de rei vend. Item quia valet argumen-
tum de membro ad caput,c. non decet.vbi gloſ.
xij.diſtinct.Item quia abſcindẽs ſibi membrum,
dicitur ſui ipſius homicida, Abb. in c. pactiones.
de pact. Sed ad hoc potes reſpondere, quòd ad
hoc vt dicatur pœna capitalis, eſt neceſſe quòd
totum caput moriatur,prout dicit Paul.de Caſt.
in d. l. cui manus. ff. de teſta. nam aliàs ſequere-
tur, quòd abſciſsio vnguis eſſet pœna capitalis.
quo quid inanius? Non obſtant igitur illæ con-
E firmationes,quia non procedunt,quando eſt di-
uerſa ratio, prout in noſtro caſu. Non obſtat di-
ctum do.Abb.quia reſpon.quòd iure non proba
tur. Vel dicas, quòd illud eſt largo modo : vnde,
&c. Tertiò adducitur text. in §. prohibemus. in
authen.de collat.vbi † æquiparatur pœna capita 125
lis & amiſsio membri : facit gl. in l.ij.C.de offic.
eius,qui vic.alter. geſ. Confirmatur per not. per
Alexand.& Moder.in l.tranſigere.C.de tranſact.
vbi volunt,quòd illa l. quę loquitur de pœna ca-
F pitali,habeat locum in amputatione membri.I-
tem facit, quia de iure canonico prohibitæ ſunt
pœnæ capitales:vnde etiã hęc eſt prohibita,c.in
archiepiſcopatu. de raptorib. c. reos ſanguinis,
xxiij.q.ij.facit etiam text.in c.j. qualiter vaſſ.iu-
rare deb.in vſib.feud. Sed reſpond.quòd quam-
uis æquiparetur quo ad iuriſdictionem iudicis,
non tamẽ ęquiparatur quo ad ipſam pœnam. &
ita reſpond. Bart.in d. l. ij. de pub. iudic. Eſt ve-
rum, quòd iſta reſpõſio non eſt multùm tuta : ex
quo iuriſdictio iudicis limitatur ſecũdum graui-

tatem pœnæ, arg. l. fin. ff.de offic.præf.vig. quia
potes dicere,quòd ille §.prohibemus.& d.c.j.lo
quũtur de tali amputatione,quæ eſſet acerrima,
& quaſi par morti,non autem de ſimplici ampu-
tatione, putà manus. Et iſta opin. probatur ex
disiunctiua Aut,arg.l.j.ff.de reb.dub.Ad gloſſ.in
d.l.ij.reſpond. quòd communiter reprobatur,vt
per Rim.in l.j.ff.de offic.eius,cui.Ad not.per A-
lexand.in l.tranſigere.dic,quòd contraria opin.
A videtur verior, quam tenuere etiam aliqui con-
ſulendo,vt ibi dixi: & illam opin.ſequutus ſum.
Vel dic,quòd venit non ex vi verbi, ſed ex identi
tate rationis.Ad c.in archiepiſcopatu. dic, quòd
non habet locum de iure canonico,non propter
hoc quòd ſit capitalis, ſed quia eſt pœna ſangui-
nis:quæ ſatis eſt ad faciendum, quòd de iure ca-
nonico non habeat locum d. c. reos ſanguinis.
Quartò ſubtiliter videtur probari in l. vnica, C.
de ſuper.exact.lib.x. iuncto §. coges. in auth. de
126 mand.prin.Dicitur in d.l.vnica, quòd † exactor B
exigens aliquid vltra debitum, debet puniri ca-
pitaliter: & in §. coges. dicitur, quòd mutilatur
manu:ergo,&c.Sed reſpond.quòd in d.§.coges.
illa pœna quis nõ punitur,quòd nimis exegerit,
vt eſt caſus d.l.vnicę, ſed qa antapochas nõ red-
diderit:& ſic eſt caſus diuerſus. Nec obſtat, ſi di-
ceres,q in d.§.coges. eſt eadem ratio,ex quo de-
bet reddere antapochas, ne poſſit nimiũ exige-
re,quia reſpond. quòd plus punitur delictũ iam
C factum,quàm præſumptum.Vel reſpond.vt pla-
cet ex not.per Bar.in d.l.vnica, q illud eſt ꝓpter
frequentiam.Quintò facit:quia talis pœna irro-
gat infamiam,ſaltem de facto:vnde debet dici ca-
pitalis,l.licet.la ij.ff.de verb.ſign.Sed reſpond.q
debet intelligi de pœna capitali, ꝓpriè ſumpta,
non largè. Vel dic, quòd aliquando non irrogat
infamiam in exiſtimationem,veluti in l.ſi fugiti
ui.C.de ſer.fug.vbi tali pœna ſeruus punitur. Et
clarum eſt,quòd ſeruus nullã habet exiſtimatio-
nem.Vnde in ea puniri non poteſt, §.ſeru⁹.Inſti. D
de cap.dim. Vtcũq; etiam q vtraq; pars ſit diſpu
tabilis,puto q talis pœna non ſit capitalis nullo
modo.nam pœna capitalis,aut eſt ꝓpter morté:
ſed hæc non eſt mors,vt probatur in §.fin.in ver-
ſic.ſi verò criminis.in authent.vt nulli iud. Nam
cùm ſuperiùs dixerit text. de pœna mortis, ſub-
ſequitur text.de abſciſsione membri, & aduerſa
tur ſuperiori per dictionem Si verò, quæ aduer-
ſatur præcedentibus in facto, ſecundum not. in
l.ſed & ſi lege. ff. de petit. hæred. & ſic oſtendit, E
127 quòd † amputatio membri nõ eſt pœna mortis,
quia aliàs omnimodè nõ aduerſaretur. nec talis
pœna irrogat amiſsionem libertatis, aut ciuita-
tis,aut famæ,vt dixi s̃.in quinto fundamento.Er
go,&c.Eſt verum,quòd ex prædictis patet etiam
reſponderi poſſe ad hoc fundamentum,& maxi
mè ad dictionem Verò,per not.per do.Alex.in l.
filius à patre.ff. de lib. & poſthum. Et circa hoc
dubium vide multos concor.per Alexan. in d.l.
ij.in apoſt.ad Bar.& in d.l.cui manus.& adde eũ F
dẽ,& alios,in l.tranſigere.C.de trãſact.vbi multa
circa hoc dixi:vide ibi. ¶ Succeſsiuè circa eundẽ
128 gradum,dũ Bar.dicit,q † eſt mors ciuilis,vt quã-
do quis perdit libertatẽ,vt in l.illicitas.§.qui vni
verſas.ff.de offic.præſid.aduerte circa hoc, quia
nõ videtur,quòd debuerit poni in iſto gradu, ex
quo grauior eſt pœna amiſsionis vitæ,vel mem-
bri,quàm amiſsio libertatis:ex quo amiſsio vitę
& membri nõ poteſt reuocari,amiſsio libertatis
ſic,l.intercidit.ff.de cond.& demonſt.facit l.ſer-
uitutem.quæ eſt l.antepenult.ff.de reg.iur.Pon-
derando verbum Ferè,facit etiam glo.in c.ſuſce-
ptum.de reſcrip.lib.vj. quæ dicit, quòd iura lo-
quentia de morte,non habẽt locum in morte ci-
uili,niſi in his caſibus, in quib. reperitur expreſ-
ſum:Sed poteſt ad hoc reſpond. quòd Bart. non
conſiderauit pœnam reſpectu rei, & ſic prout eſt
grauis,ſed reſpectu ſuę iuriſdictionis:prout in ſi-
mili dicit Bart. in l.ij.ff.de public.iudic.dum lo-
quitur de mutilatione manus. Vel dic, quòd illa
reſtitutio non habetur in conſideratione, prout
probatur in d.l. intercidit. nam cùm conſiſtat in
voluntate ſolius principis, habetur pro impoſsi
bili,l.apud Iulianũ.§.fi.ff.de leg.j.l.continuus.§.
cùm quis.ff.de verb.oblig.vbi per Aretin. Ad gl.
in d.c.ſuſceptum.dic,quòd reprobatur commu-
niter,vt per Aret.in l.ex ea parte.§. inſulam.ff.de
ver.oblig.& Mod.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.
ff.de lib.& poſthu. maximè per vtroſq; repeten-
tes,vbi diffuſè examinant. ¶ Quęrit etiã Bar.hîc,
vtrùm † miſsio in carcerem ſit de hoc mero impe 129
rio?& dicit,quòd regulariter de iure ciuili nõ,ex
quo fit tantùm ad cuſtodiam,non ad pœnam, vt
hîc per eũ. Tu dic, quòd imò de iure ciuili habet
locũ pœna perpetui carceris, vt in ſeruo,l.incre-
dibile.C.de pœn.Idem videtur in libero,ſi ſubſit
cauſa.nam ipſo iure tenet talis ſententia condẽ-
natoria, vt not. gloſſ. in d. l. incredibile. Vnde ſi
ſubſit cauſa legitima,non debet reuocari.Eſt ve-
rum,q regulariter fieri nõ debet,l.aut damnum.
§.ſolent.ff.de pœn.& l.ſeruus.C.de pœn.& l.j.C.
de exact.trib.l.vnica,lib.x.Eſt verũ,quòd de iure
canonico eſt ſecus,vt hic per Bart.qui diſtinguit,
q † aut miſsio in carcerem fit ad pœnam, ſecun- 130
dum ſuprà dicta,& erit meri imperij:aut fit ad cu
ſtodiã,& non eſt meri.Iſta opin. Bar.in hoc vlti-
mo mẽbro poteſt eſſe vera,tenendo quòd in hac
lege ponatur diffinitio meri imperij: ſed tenẽdo
diffinitionem Bar. quæ communiter apꝓbatur,
videtur quòd nõ poſsit procedere. nam iſta miſ-
ſio fit cauſa publicæ vtilitatis, ſcilicet vt cogno-
ſcatur interim,an ſit re⁹, vel ne quod publicè in-
tereſt,l.vnica,C.de famo.lib.vt ſi reus ſit,puniat,
l.ita vulnerat⁹.ff.ad leg.Aquil.ſi inſons, abſolua
tur,ſecundum l.abſentem.ff.de pœn.Cùm igitur
poſsibile ſit, quòd reſpiciat publicam vtilitatẽ,
& expediatur officio iudicis nobili, ſeqtur q ſit
meri imperij. Nec obſtat fundamentum Bar. dũ
dicit,quòd poteſt expediri per iudices minores:
ergo,&c.quia reſpõdeo,quòd iſtud nõ ſequitur.
nam & modica coercitio corporis,ſecundũ Bar.
j̃.eſt meri imperij:& tamen expeditur etiam per
magiſtratus municipales,l.magiſtratibus.j̃.eod.
§.& iudicare.in authen. de def. ciuit. Eſt verum,
quòd Mod.Ferr.hîc,ſaluando Bar.dicit,quòd dũ
Bar. dicit, quòd talis miſsio in carcerem non eſt
meri imperij,debet intelligi,ſcilicet maioris, de
quo ibi loquitur Bart. ſed bene eſt minoris. Sed
licet Bar.poſsit ſaluari,tamen videtur quòd talis
miſsio ſit potius mixti imperij, tenendo diffini-
tionem huius l.niſi teneamus, quòd ſit meri;ex
quo venit in conſequẽtiam cauſæ meri imperij:
argu.l.cùm principalis.ff.de reg.iur.& hoc vide-
tur tenere Bald.hîc:quæ opin.mihi placet,Vnde
ſubdit etiam Bald. quòd quando fieret propter
cauſam mixti imperij, talis miſsio eſſet mixti: ſi
verò fieret etiam ob cauſam iuriſdictionis, eſſet
iuriſdictionis.& hãc opin.ſequuti ſunt Mod.hîc;
quæ ſatis mihi placet.Sed cõtra ſuprà dicta opp.
q imò talis incarceratio nullius ſit iuriſdictio-
nis.



nis.nam priuati nullam habent iuriſdictionem,
l.priuatorum.C.eod.& tamẽ priuati poſſunt te-
nere aliquẽ in carcere,l.capite quinto. ff. ad leg.
Iul.de adulter.facit,quod not.gloſſ.in l.vnica,in
fin.C.de priuat.carcer. vbi quis poteſt incarcera
re ſuos ſeruos.Sed reſpond.ad d.l.capite. ibi ca-
ſum eſſe ſpecialẽ,ratione neceſsitatis inductum.
Item ibi non dicitur carcer, niſi tranſactis demũ
xx.horis captum retinuerit.Alia vide hîc per Ri-
min. ¶ Illud non eſt prætereundum, quod dicit
Picus hîc,quòd ex hac doctrina Bar.videtur pro-
131 bari, quòd † cùm damnati ad perpetuos carce-
res æquiparentur mortuis, ſequitur, quòd non
poſsint teſtari,quia perdunt ea,quæ ſunt de iure
ciuili,l.eius,qui.ff.de teſtamen. & fiunt ſerui pœ
næ,l.quidam ſunt.ff. de pœn. Et hæc infereban-
tur ad quæſtionem de quodã,quem dux Medio-
lani condẽnauerat in furno Montiæ:vtrùm poſ-
ſet teſtari,& vtrùm perdat ea,quę ſunt de iure gẽ
tium? Et dicendum eſt, quòd non poteſt teſtari,
Bart. in d.l.eius,q.§.j.& perdit ea,quę ſunt iuriſ-
gentiũ,Bart.in d.l.quidam ſunt ſerui.licet Picus
in diſcurſu teneat contrariũ, ſed malè. Aduerte
tamen, quòd per talẽ incarcerationem nõ fieret
ſeruus pœnę,ſaltem hodie, per authẽ.ſed hodie.
C.de donat.int.vir. & vxor. & vide,q not. Bart.
in l.ij.verſic.quæro:aliquis eſt dãnatus. ff.de pu-
132 blic.iud. ¶ Sed quæro hîc,quando † aliquis con-
demnatus eſt ad mortẽ, qualiter intelligatur ver
bũ Gladij,quo fieri debet executio, an debet eſ-
ſe bipennis,vel enſis,&c? vide tex.in l. ſi quis for
tè.§.fin.ff.de pœn.ſed ſeruanda eſt cõſuetudo re-
III. gradus. gionis,l.de quibus.s̃.de legib. ¶ Circa † tertium
133 gradum imperij,dum Bart. ponit deportationẽ,
aduerte, quia videtur, quòd meliùs poſuiſſet eã
in ſecundo gradu, ex quo difficiliùs quis depor-
tat,quàm damnet in metallũ. iſtud probatur in
l.j.§.à præfectis.ff.de leg.iij.iũcta l.illicitas.§.qui
vniuerſas.ff.de offic.præſi. Tamẽ ſuſtinẽdo Bar.
dic,quòd illud non eſt ex defectu iuriſdictionis,
ſed ex defectu loci,quia præſes non habet inſulã
tenendo communia.Vel tene opin. de qua s̃.di-
xi. Et an bãniti noſtri temporis debeant poni in
hoc gradu? videtur dicendũ, quòd ſic, per not.in
l.j.C.de hęredi.inſtit.nam tales perdũt ea tantũ,
quæ ſunt iuris ciuilis:ſed illi, qui ſunt in ſecũdo
gradu, perdunt etiã ea quę ſunt iuriſgentiũ,vt ſu
prà dictum eſt.Et aduerte,quia hęc pœna regula-
riter nõ æquiparatur morti, niſi in his caſibus,in
quibus per talem deportationẽ fruſtra expecta-
retur mors naturalis,vt per Soc.in l.Gallus. §. &
qd ſi tãtùm.in ij.notab.ff.de lib. & poſth. ¶ Cir-
134 ca quartum gradũ,dum Bart.dicit, q † relegatio
eſt huius meri imperij, Doct. communiter cum
eo tranſeunt,nam hæc pœna ſaltem largo modo
dicitur capitalis,l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de
accuſ. & hac pœna affliguntur hi, quos dicimus
confinatos,vt dicit Rimin.hîc,& not.in d. l. j. C.
de hæredib. inſtit.Et in quantum Bar.allegat gl.
in §. relegati. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol.
quæ dicit, q quando aliquis bannitur, ſi banni-
tur propter aliquod maleficium,& confiſcantur
eius bona,æquiparatur deportatis:aliàs æquipa
ratur relegatis : aduerte quia illa gl. non videtur
vera.nam deportati nullo modo poſſunt ſucce-
dere,l.eius.ff. de teſta. & tamẽ ſunt tales,quibus
bona cõfiſcata ſunt propter delictum:& ipſi pri-
uati ciuitate,poſſunt ſuccedere : caſus eſt ſingul.
in l.certa forma. C.de iure fiſ.lib. x.& de illo tex.
135 j̃.dicam.Item in quantum Bar.dicit,q † tortura,
quæ fit ad vindictam, eſt meri imperij : illa verò,
quæ fit ad inueſtigationem,poteſt eſſe de iuriſdi
ctione,declara,vt hîc per Rimi.q aut fit ad inue-
ſtigationem cauſæ meri imperij,& eſt meri:ſimi
liter & mixti & iuriſdictionis, ſi fiat ad inueſtiga
tionẽ cauſæ iuriſdictionis.Ratio eſt,quia acceſſo
rium naturam ſequi conuenit principalis, vt in
regul.acceſſoriũ.de reg.iur.lib.vj.& in iſto quar-
to gradu continentur hi, qui torquentur in pla-
A teis propter portationem armorum. nam tales
lęduntur in exiſtimatione,non autem patiuntur
capitis diminutionẽ. Illud tñ verũ eſt, q iudices
nõ debent procedere ad ſimiles pœnas, niſi ſint
perſonæ viles, quas plectere volũt,l.capitalium.
§.non omnes.ff.de pœn.Ideo malè faciunt Vene
ti,ſecundum Picum,qui Paduæ torquent ſchola
res in publico:deberent enim potius relegari,vt
fit communiter Papiæ. Dicunt etiam hîc aliqui,
q Bart. meliùs feciſſet ponere in hoc gradu am-
B putationem membri. Sed hoc non puto verum,
ex quo talis pœna non reſtituitur,.ſed hęc nil im
minuit.& circa hoc vide etiam Bal.in c.j.de mil.
vaſſ.qui contu.eſt:qui dicit,q bãnire eſt meri im
perij.vnde nõ cõpetit,niſi maioribus iudicibus.
¶ Circa quintum gradum vide, quæ dixi s̃.in gl.
magna, vbi diſputaui illud dubium, vtrùm mo-
dica coercitio in corpus ſit meri imperij. ſed hîc
quæro,quæ ſit iſta modica coercitio? dic, quòd
† modica coercitio eſt triplex:corporalis,realis, 136
C verbalis.Corporalis videtur eſſe, per quam cor-
pus affligitur,vt eſt fuſtigatio,vt dicit Bar.in au-
thent.de inceſt. nupt. in princ. & in authent. de
def.ciuit.in §. audiẽnt. in quibus locis mirabili-
ter dicit, quòd talis fuſtigatio non eſt meri impe
rij,ſed iuriſdictionis : cuius cõtrarium hîc tenet.
Tortura etiam eſt huius modicæ coercitionis,vt
dicit Paul.de Caſt.in l.magiſtratibus.j̃.eod.licet
Bart. hic videatur velle contrarium, dum pònit
eam in ſuperiori gradu.Sed mihi plus placet opi
D nio Pauli, pro qua videtur text. in l. veluti. ff. de
pœn.dum dicit Modicam coercitionem eſſe vin
culorum verberationem. Realis coercitio eſt fa-
cere aliquem duci in carcerem:& hæc competit
magiſtratibus municipalibus. Poſſunt enim illi
crimino ſum capere,& ad præſidem remittere,§.
audient.in auth.de def.ciuit.not. Paul. de Caſtr.
in d.l.magiſtratibus.& Bart.in l.fin.§.j. ff. de pu-
blic. & Bart. in l. diuus. in fin. ff. de cuſt. reor.&
hoc caſu ſunt tãquam meri executores.Vnde di-
E cimus etiam citare re ipſa. Quod an competat
delegatis,dic,vt s̃.eo.in l.ij.communis eſt, quòd
non, nec ante litẽ conteſtatã, nec poſt. Coerci-
tio realis etiam dicitur, quando iudex condem-
nat in expenſis ratione contumaciæ, vt dicit A-
lexand.in l.ij.s̃.eod. Verbalis coercitio eſt, quæ
fit verbis, putà pronuntiare aliquem mittẽdum
in poſſeſsionem propter cõtumaciam rei ex pri-
mo decreto,vt in l.cognitio.§.vt bonorum.s̃.tit.
ij. vel deferre actori iuramentum in litem pro-
F pter dolum rei, vel audientiam actori denegare
propter eius cõtumaciam,vel alijs modis,vt de-
clarat Bar.in l.magiſtratib⁹.j̃.eod. Paul.de Caſt.
in l.j.§.qui mandatam.ff.de offi.eius, cui.& hęc,
ſecundum eos,paſsim poteſt delegari,l.fin.s̃.tit.
ij.Poteſt etiã addi quarta modica coercitio, pu-
tà pecuniaria, vt eſt leuis mulcta, de qua j̃.dicet.
¶ Circa † ſextum gradum meri imperij Doct. cõ 137
muniter tranſeunt tum Bar. tenendo eam opin.
quòd in hac l. ponatur diffinitio meri imperij,
quæ videtur eadem cum diffinitione Iacob. de
Aren.

Aren. & videtur, ꝙ mulcta non ſit meri imperij,
ſed potius mixti. quam partem putant Mod. ve-
riorẽ de iure. Sed eſt articulus, pro quo nõ poſ-
ſunt fieri fundamẽta, quæ ſtringãt: quare teneas,
quam partem velis: ego puto, ꝙ ſit iuriſdictionis,
declarando tamen, vt ĩ. Quare propono iſtud
138 dubium, vtrùm † leuis mulcta ſit meri imperij? Et
circa hoc diſtinguũt quidam, ꝙ aut pœna appli-
catur parti, & eſt mixti: aut applicatur fiſco, et eſt
meri: & videtur hæc eſſe communis opin. de qua
in l. j. in princip. & in §. fi. ĩ. eod. tit. Ego multùm
dubito: quia non videtur, ꝙ mulcta indicatur of-
ficio iudicis nobili, ſed potiùs per viam actionis.
Nam ex illo edicto oritur actio in factum, ſecun-
dum gl. ibi, in princ. in verb. iudicio. pro qua fa-
cit, quia ex omnibus edictis oritur actio in fa-
ctum, l. iij. §. ex hoc edicto. & ibi not. ff. nau. caup.
ſtab. item facit, quia Iuriſconſultus appellat mul
ctã imponi pœnali iudicio: item in §. fi. dicit Hoc
iudiciũ, &c. Vnde ſuccedit, ꝙ paſsim dicitur, ꝙ
vbicunq; in edicto reperitur verbum Iudicium,
putà Iudicium dabo, &c. intelligitur de actione
in factũ, l. iiij. §. hoc aũt iudicium. ff. de dam. inf.
& l. ita de facto. in prin. in gl. in verb. iudicium. ff.
naut. caup. ſtab. Nec obſtat reſponſ. Alex. ibi, ꝙ
competit actio in factum, & etiam officium iudi
cis: quia reſpond. ꝙ tenendo communia, non vi-
detur, ꝙ poſsint ſimul cõcurrere, ex quo vna prę-
ſupponit plenam obligationem, aliud nõ: l. qui
per colluſionem. ff. de act. empt. l. cùm poſtulaſ-
ſem. ff. de dam. inf. Et ꝙ non poſsint concurrere,
ſatis patet ex not. per Bart. in l. j. ſ. eod. Et hanc
partem tenendo, reſpondetur ad tex. in d. l. j. in
princ. nam dum dicitur ibi, ꝙ verba illius legis
referuntur ad iudicem, dum dicit Magiſtratibus
cõceſſum eſt, &c. ergo oritur officium iudicis, l. ſi
ſoror. C. de collat. cum ſimilib. reſpond. ꝙ illa re-
gula procedit, quando illa verba, quę referuntur
ad iudicẽ, ſunt futuri temporis: ſecus, ſi ſint præ-
ſentis, vel præteriti, vt in illo text. ita not. limitat
illam reg. do. Iaſ. in l. ſi paſcenda. per illum text.
C. de pactis. Tenendo tamen opin. Bart. ꝙ imò
oriatur officiũ iudicis nobile, reſpon. ad allegata
in contrarium. & primò, dum dicitur, ꝙ ex omni
edicto oritur actio in factum, nega iſtud. Nõ ob-
ſtat gl. in d. l. iij. quia procedit, quando in edicto
dicitur, Iudicium dabo. nam propter illud ver-
bum Dabo, iſtud verbum Iudicium, non poteſt
ad aliud rectè accommodari, niſi ad actionem:
ſed quãdo ſimpliciter dicitur Hoc iudicium, &c.
tunc eſt ſecus: quia dum modò ſit actor, reus, &
iudex, dicitur iudiciũ, etiam ꝙ aliqua actio non
intentetur, ſed ſolum officium iudicis. iſtud pro-
batur in c. forus. in §. in omni. de verb. ſignific. Et
hoc modo etiam reſpondetur ad ſecundum fun
damentum. Mihi tamẽ videtur verior eſſe opin.
ꝙ mulcta imponatur per officium iudicis: ſed v-
bi eſt impoſita, ſecundum l. fin. C. de mod. mulct.
tunc petitur per actionem in factum ex illo edi-
cto, ſi quis ius dic. nõ obtemp. vnde poteſt iudex
mulctare, vt vindicet ſuam iuriſdictionem: & ta-
lis mulcta applicabitur fiſco, d. l. fin. & hoc caſu
139 poteſt eſſe vera doctrina Bar. hîc. Aliquando † ex
tali cõtemptione iuriſdictionis, quæ fit, putà per
contumaciam, læditur pars, & petit à iudice ta-
lem contemnẽtem mulctari: & hoc caſu ad iſtud
petendũ datur officium iudicis nobile: vnde hęc
impoſitio eſſet mixti imperij, ex quo talis mul-
cta hoc caſu datur parti lęſę, & ſic tẽdit ad priua-
tam vtilitatem. iſta probantur in d. l. j. §. fin. ſecũ-
dum vnum intellectum. Sed vbi mulcta iam eſt
impoſita à iudice, pars quę eam petit, agit actio-
ne in factum, quæ oritur ex iudicato: & hoc caſu
eſſet iuriſdictionis, vt patet ex not. per Bar. in l. à
diuo Pio. in ſi. principij, ff. de re iud. not. Alex. in
d. §. fin. in prin. Et hæc ſunt not. licet alij aliter di
cant, tenendo quòd indiſtinctè impoſitio leuis
mulctæ expediatur per accuſationem: quo caſu
etiam opinio Bart. erit vera: vide d. §. fin.
A ¶ Expeditis gradibus meri imperij, quęro hîc
de tribus, quæ Bar. omiſit. Primò, vtrùm, quãdo
imponitur pro delicto pœna confiſcationis bo-
norum, talis cõfiſcatio ſit meri imperij? Secũdò,
vtrùm quando imponitur pecuniaria, quæ ob e-
ius defectũ tranſit in corporalem, ſecũdum not.
in l. ſi qs id, quod. ĩ. eod. talis ſit meri? Tertiò, qñ
imponitur pœna corporalis, & per ſtatutum al-
terata ſit, vtrũ attẽdatur pœna corporalis, an quę
imponitur à ſtatuto ad cognoſcendum iuriſdi-
B ctionem iudicis? Circa primum dicendum vide-
tur prima facie, ꝙ nõ ſit meri imperij. nam Bar. in
inferiori gradu ponit modicam coercitionem in
corpus, ad denotandũ ꝙ infra eam non eſt dare
merum imperiũ: arg. l. proximę. ff. de verb. ſignif.
Si igitur modica coercitio in corpus vix eſt meri
imperij: ergo confiſcatio bonorum non erit: ex
quo maior eſt pœna corporalis etiam leuiſsima,
quacũq; pecuniaria, l. in ſeruorũ. ff. de pœn. Bre-
uiter non videtur dubitatum tenendo cõmunia:
C ꝙ † ſit meri imperij. nam obſtat d. fundamẽtum: 140
quia poteſt contineri ſaltem ſub vltimo, ſcilicet
ſub mulcta. Vel reſpond. vt ĩ. dicetur. Quòd igi-
tur ſit meri imperij, probo. nam clarum eſt ꝙ pœ
na l. Iulię eſt meri imperij, l. j. in prin. ſ. tit. ij. Et ta
men illa pœna aliquando eſt cõfiſcatio bonorũ,
§. item lex Iulia de vi publica. Inſt. de publ. iud. I-
tem facit, quia confiſcatio bonorũ & pœna mor
tis æquiparãtur, l. propter litem. ff. de excuſ. tut.
vbi Bart. not. idem Bar. in l. iiij. in fin. ff. de cond.
D ob turp. cauſ. not. Mod. in l. trãſigere. C. de tranſ-
act. & facit illud Ouidij lib. j. Epiſtolarum,

*Viſcera noſtra tuæ dilacerantur opes.*

Sed punctus eſt ſcire, cuius gradus ſit? Bal. in l. iij.
ff. de offi. præfec. vig. dicit, ꝙ eſt meri imperij ma
ximi, quod competit ſoli principi. idem tenet Ri
min. hîc, & do. Alex. in l. j. ſ. de offic. eius, cui. &
hæc opin. non videtur habere contradicentem:
allegant text. in l. vnica, C. ne lic. ſine iuſſ. princ.
adde tex. in l. certa. C. de iur. fiſ. lib. x. Sed ille tex.
E probat contrarium, ꝙ imò competit quibuſlibet
habentibus merum imperium. facit, quia ſi quis
habet poteſtatem in corpus, tanto magis in eius
bona, vt probatur in l. fi. C. ne fid. dot. dent. Item
quia poteſt damnare & corpus & bona ſimul, pu
tà deportando, vel in metallum dando, quia nõ
debeat poſſe damnare in bonis tantùm. facit, ꝙ
not. Alber. de Roſ. in l. illicitas. §. qui vniuerſas.
ff. de offi. præſid. Quare cõcluſiuè loquendo dic,
ꝙ quando confiſcantur omnia bona, talis pœna
F poteſt poni in quarto gradu, in quo non ponun-
tur niſi pœnæ per quas non inducitur aliqua ca-
pitis diminutio, ſed lęditur ſtatꝰ, & exiſtimatio.
Sed contra hoc obſtat, quia videtur, ꝙ imò mo-
dica coercitio ſit maior pœna, per d. l. in ſeruorũ.
Reſpõd. ꝙ aut loquimur in perſonis nobilibus,
& tunc fundamentũ non obſt. quia perſonæ no-
biles nõ debẽt coerceri in corpus, l. capitalium.
§. non omnes. ff. de pœn. Aut loquimur de igno-
bilibus: & tunc nego aſſumptum: quia vilis per-
ſona plus ęſtimat nummos, quàm verbera, vt di-
cit



cit Bart. in l. j. in fin. ff. de pœn. Secunda conclu-
ſio ſit, ꝙ ſi non confiſcãtur omnia bona, ſed pars,
& ſic quando imponitur pœna pecuniaria, tunc
etiam eſt meri imperij: ſed ſi ſit magna quãtitas,
erit quarti gradus: ſi pauca, erit vltimi. Specul. ta
men in tit. de iur. omn. iud. verſi. ſed quid de re-
legatione. facĩt differentiam, vtrùm ſit magna
quãtitas, & erit meri: ſi verò ſit pauca, putà infra
ccc. aureos, erit iuriſdictionis. Sed iſta dicta Spe.
reprobat do. Alexand. hîc, & Rimin. pro quibus
facit, quia Plus & Minus non debẽt facere diffe-
rentiam in ſubſtantia, ſed in qualitate tantùm, l.
ſcaphã. ff. de euict. Item quia grauitas cauſæ non
eſt, quę faciat aliquid plus imperij, quàm iuriſdi
ctionis: ſed eſt officium iudicis, vtrùm ſit nobile,
vel mercenarium. Vnde Bal. in d. l. fi. dicit, ꝙ hæc
pœna pecuniaria ſemper eſt mixti imperij. Sed
eius opi. reprobat etiam Alexan. hîc, atq; Rimin.
vnde teneas, quod ſ. dixi. Eſt verum, ꝙ tenendo
contra communem, poſſet teneri opin. Bal. pro
qua eſt gl. hîc in gl. magna circa med. quam opi.
etiam ipſe ſecutus ſum in d. glo. & videtur mul-
tùm amica iuribus. ¶ Circa ſecundum dic, vt
141 hîc per Rim. ꝙ † aut talis pœna pecuniaria pete-
tur per actionem, & erit iuriſdictio: aut per offi-
cium iudicis, & tunc iudicabitur, prout ſi à prin-
cipio veniret pœna corporalis, per not. per Bar.
in l. ij. ff. de publ. iud. & per Bar. in l. fi. ff. de iniur.
vbi dicit, ꝙ non admittitur procurator, vbicunq;
poſsibile eſſet venire pœnam corporalem: ita in
noſtro caſu. Adde, ꝙ ad conſiderandum, vtrùm
aliquid ſit ſub iuriſdictione iudicis, attẽditur nõ
quod eſt, ſed quod evenire poſſet, vt not. in l. ſi i-
dem. §. j. ĩ. eod. ¶ Circa tertium dic, ꝙ attenditur
pœna ſtatuti, vt colligitur ex not. per Bar. in d. l.
j. ff. de publ. iud. pro quo facit, quod not. Rimin.
in l. trãſigere. C. de tranſact. ¶ Succeſsiuè quęrit
Bart. vtrùm † merum imperium poſsit delegari? *Merum imperiũ an poſsit delegari.*
& dicit, ꝙ primi quatuor gradus non poſſunt de-
142 legari, alij duo ſic. Circa primum gradum, hoc
eſt circa facultatem legis condendæ, clarum eſt,
ꝙ princeps cùm ſit ſolutus legibus, poteſt eam
delegare. Item etiam alios gradus: ſed Bart. lo-
quitur de ordinariis. quo caſu dic, ꝙ nõ poſſunt
regulariter. Fallit in xij. caſibus numeratis per
Rim. in l. j. ff. de offi. eius, cui. vide ibi. Circa quin
tum gradum propono hîc vnum dubium, vtrùm
modica coercitio in corpus, quando eſt meri im
perij, poſsit delegari? Pro parte affirmatiua, quã
tenet Bartol. & Alexand. hîc, primò facit text.
in l. fin. §. j. & in l. j. §. fin. ff. de offi. eius, cui mand.
in quibus iuribus videtur ꝓbari, ꝙ modica coer-
citio competit iure magiſtratus. ergo poteſt de-
legari, l. j. in verſi. quæ verò. ff. de offic. eius, cui.
Sed ad hoc reſpond. Bar. in l. magiſtratibus. ĩ. eo.
ꝙ prędicta iura non loquuntur de coercitione in
corpus, ſed de quadã coercitione verbali, de qua
ſ. dixi. Iſtam ſolutionẽ impugnat Raph. quia illa
l. dicit, ꝙ tranſit imperium, quod nõ eſt merum:
ergo mixtum. illa verò coercitio verbalis, de qua
dicit Bar. eſt potius iuriſdictionis. Sed ad hoc re
ſpon. ꝙ imò poteſt eſſe, ꝙ talis coercitio erit mix
ti, putà quando iudex pronuntiat aliquem mit-
tendum in poſſeſsionem ex primo decreto pro-
pter contumaciam rei, prout declarat Paul. de
Caſt. in d. l. j. in §. fin. & ſ. dixi. Tu alio modo re-
ſpond. ꝙ ibi tranſit modica coercitio in corpus:
eſt verum, ſed trãſit conſequutiuè ad iuriſdictio-
nem: quo caſu etiam ipſa ſit iuriſdictionis, vt di-
cit ibi Alber. de Roſ. Vnde ille text. non obſtat:
quia nos loquimur de modica coercitione, quã-
do eſt meri imperij: & ſic, quando principaliter
fit ad pœnam in cauſis criminalibus. Nec placet
concordia Alex. quia & Raph. Comenſ. vtranq;
impugnat, & bene: Modern. Ferr. hîc. Secundò
pro hac parte adducit Rimin. text. in l. ij. ſ. eod.
vbi mandata iuriſdictione omnia veniunt, ſine
quib. iuriſdictio explicari nõ poteſt. Sed ad hoc
faciliter poteſt reſponderi, ꝙ quando talis coer-
A citio veniret conſequutiuè ad mandatum iuriſ-
dictionis, nõ eſſemus in terminis dubij: quia tũc
non eſſet meri imperij, ſed potius iuriſdictionis:
& ita reſpond. ad §. ſi verò ignoti. allegatum hîc
per Rim. Tertiò pro hac parte ego adduco poſt
Bar. & alios: nam modica coercitio corporis cõ-
petit etiam magiſtratibus municipalibus, & de-
fenſoribus ciuitatum, l. magiſtratibus, ĩ. eo. §. au-
dient. in authent. de defen. ciui. Ergo poteſt de-
legari, per regulam d. verſi. quę verò. Sed reſpon.
B primò, prout reſpond. Bar. in d. l. magiſtratibus.
ꝙ multa competunt magiſtratibus municipali-
bus, quę tamẽ non tranſeunt in delegatum. nam
magiſtratus municipales habent hoc ſibi ſpecia
liter conceſſum. vnde non tranſit in delegatum,
d. l. j. in prin. Tu potes ſecundo modo reſponde-
re, negandoq; magiſtratus municipales habeant
iſtam coercitionem in corpus, quando eſt meri
imperij. Non obſtat d. l. magiſtratibus. quia re-
ſpõde, ꝙ † dum dicitur Modica caſtigatio, debet 143
C intelligi de ea, q̃ venit acceſſoriè ad iuriſdictio-
nem, quæ eſt iuriſdictionis, vt ſuprà dixi. Vel dic,
ꝙ † debet intelligi de aliqua coercitione, quę nõ 144
lędat corpus, putà quando facit iudex ſeruos fer
re furcam per viciniam: quo caſu fiunt infames.
Cuius conſuetudinis meminit Donatus Gram-
maticus in And. Terentij. Vel dic, ꝙ illud proce-
dit in ſeruo, qui quantum ad ius ciuile attinet,
pro mortuo habetur, l. antepenult. ff. de reg. iur.
& quantum ad iudicia, ęquiparatur aſino, vel bo
D ui, vt per Bar. in l. nec quicquã. §. vbi decretum.
in repet. ſ. de offi. proconſul. & leg. Ad §. audiẽt.
reſpõde, ꝙ non dicit, ꝙ debeant punire coercen-
do corpus, ſed tantùm competenti caſtigatione,
quæ poteſt fieri alio modo, quàm per coercitio-
nem corporis. Nec obſt. ꝙ debeat intelligi de
coercitione in corpus, per l. leuia. ff. de accu. quia
reſpond. quòd illa l. loquitur in ſeruis. & pro hac
opin. eſt caſus in l. ſi priuatus. ff. qui, & à quibus.
vnde reſpond. vt ſ. Quartò probatur per text.
E in l. ſi quid erit. ſ. de offic. proconſul. & leg. Sed
reſponde, ſpeciale in legato proconſulis. Vel re-
ſponde, vt patet ex ſuprà dictis. Quintò proba-
tur in l. nullum. C. de teſtib. Sed dic, ꝙ loquitur
in ordinario: vel dic, vt ſuprà dixi, reſpondendo
ad §. ſi verò ignoti. Contrariam † opin. ego puto 145
eſſe veriorem, quam tenet Bar. in l. ij. ſ. eod. & in
d. l. magiſtratibus. ĩ. eo. & l. nec quicquam. §. vbi
decretum. ſ. de offic. proconſ. & leg. quam etiam
ſequitur Rimin. hîc: pro qua primò facit, quia mi
F nor eſt mulcta, quàm leuis coercitio in corpꝰ, vt
patet ex doctri. Bar. hîc, dum ponit coercitionẽ
in v. gradu, & mulctam in vltimo. Sed mulcta re-
gulariter non delegatur, l. ij. §. fin. ff. de iudic. Er-
go tanto minùs nõ debet delegari modica coer-
citio. Sed ad hoc, iſtum articulum, vtrùm mul-
ctandi ius poſsit delegari, eſſe multùm dubium,
infrà videbimus: & not. in l. j. in prin. ĩ. tit. ij. Vn-
de non videtur, ꝙ debeat fieri fundamentum ſu-
per hoc, per not. per Bart. in l. in ambiguo. ff. de
rebus dub. Item dato ꝙ verum ſit, ꝙ ius mulctan
di

di non delegetur,dico illud eſſe, quia delegatus
non eſt tantæ auctoritatis, vt poſsit punire con-
temnentes ſe per mulctã : ex quo dicitur peda-
neus & vilis iudex,l.fin.C.de peda.iud.nec eſt in
eo aliqua neceſsitas, ex quo habet alia remedia,
quibus poteſt iuriſdictionẽ ſuam defendere, vt
not.in d.l.j. in princ. Sed in noſtro caſu eſt quæ-
dã neceſsitas:ex quo iniquum eſt, ꝙ ob delictũ,
quod meretur leuem coercitionem,mittatur ali
quis de vna ciuitate ad aliam cauſa punitionis. A
Secundò probatur,ſecundum Rimin. per tex.in
d.§.ſi verò ignoti.in authẽ. de teſtib. & §. ſi verò.
in authen. de exhib. re. vbi coercitio non tranſit
in delegatum eo caſu, cùm tamen ſit mixti impe
rij,vel iuriſdictionis.Si ergo ibi non tranſit,mul-
to minùs in noſtro caſu,quando eſt meri.Sed re-
ſpond.ꝙ imò tranſit.Non obſtat d.§.ſi verò igno
ti. quia bene delegatus recurrit ad ordinarium,
non ꝙ ipſe non poſsit coercere,ſed quia non ha-
bet familiam. Et ꝙ hoc ſit verum, probatur ex- B
preſsè, dum dicit, quòd debẽt ſumere apparito-
rem defenſorum vrbis. Ad alium §. ſi verò. dic,
ꝙ non loquitur de modica coercitione, de qua
nos,ſed de ea quæ eſt mixti imperij,in qua requi
ritur cauſæ cognitio.Item ibi non dicitur, quòd
reus non fugiſſet, quin delegatus nõ poſſet eum
punire.Tertiò adducit Rimin.text.in l.nemo po
teſt.ff.de reg.iur. vbi nemo poteſt gladij poteſta
tem ſibi conceſſam in alium transferre. Adduci-
tur fortiùs ponderando dictionem Nemo po- C
146 teſt,quæ † negat omnem potentiam, vt not.in l.
nemo poteſt.ff.de leg.j.in l. Gallus.in prin.ff. de
liber.& poſthu.Sed reſpond. quòd debet intelli
gi ibi de gladio,prout cõſiſtit in magna animad-
uerſione,vt in pœnis capitalibus. Vel dic,quòd
d. regula limitatur per d. §. audient. Non obſtat
illa negatiua poſtpoſita verbo: quia non ſemper
negat omnem potentiam:patet, quia illa regula
habet duodecim fallent. quas numerat Rimi. in
d.l.j.s̃.tit. ij. Quartò adducit Rimin.text.in l.ij. D
147 C.de ſport.vbi † nõ poteſt delegatus punire cor-
poraliter executorem negligentem, ſed debet
eum mittere ad iudicem idoneum. Confirmatur
fortiùs iſtud fundamentum,quia maiorem pote
ſtatem habent delegati in huiuſmodi executo-
res,quàm in alios, vt patet tenendo communia:
quia poſſunt eos mulctare,d. l. ij. & tamen alios
non,l.ij.§.fin.ff.de iudic.not.in d. l. j. in prin. in-
frà, tit. ij. Tamen ad hoc potes reſpond.quòd i-
mò poſſunt coercere corporaliter,modicè tamẽ. E
Nec obſtat ille text. quia loquitur de graui caſti-
gatione corporis.Vel dic, quòd ideo non poteſt
ibi, quia executores ſunt milites, & ſic nobiles:
nam ęquiparantur ſaltem exiſtentibus in digni-
tate,C.qui milit.poſ.lib.xij.in rub.l. penult. vbi
latę dixi,C.de pact.Et tales nobiles non poſſunt
coerceri in corpus, l. capitalium. §. non omnes.
ff.de pœn.& in auth.de inc. nupt. in prin. ibi, &
ſi vilis fuerit etiam corporis caſtigatio. Non eſt
igitur mirũ, ſi mittuntur ad maiores magiſtratꝰ, F
qui eis cingulum,& ſic dignitatem, remouẽt,vn
de tunc tanquam ignobiles poſſunt coerceri in
corpus. Iſta autem remotio cinguli videtur eſſe
meri imperij: nam eſt veluti quædã degradatio,
quæ eſt eius gradus, cuius eſt de iure ciuili mors
naturalis,vt per Innoc.in c. qualiter,& quãdo.el
ij.de accuſ.not. in c.cùm nõ ab homine.de iudi.
in c. ad abolendam. de hæretic. in antiq. tangit
148 Rim.hîc.Quintò adducit Rim.quælibet † pœna
corporalis,licet minima, cenſetur maior quacũ-
que pecuniaria,l.in ſeruorũ.in fi. ff. de pœn. Sed
cauſæ magnæ pecuniariæ non delegantur,l.pla-
cet.in prin.C.de ped.iud. Ergo nec modica coer
citio in corpus,quæ eſt maior. Fortiùs ſtringit i-
ſtud fundamentum conſiderãdo rationem:nam
ratio,cur non poſsint cauſæ delegari,eſt magni-
tudo ipſarum,propter quarũ præiudicium cẽſe-
tur electa induſtria pſonę,l.j.ff.de offi. prę.f.pręt.
not.in l.j.s̃.tit.ij.Cùm ergo ſit maioris pręiudicij
A iſta modica coercitio, ſequitur ꝙ minus poterit
delegari,quàm cauſæ magnæ pecuniarię.Sed ad
hoc reſpon.vt etiã s̃.dixi,ꝙ aut loquimur in per-
ſonis nobilibus:& tunc fundamentũ facit, quia
illæ non poſſunt coerceri in corpus, vnde nõ eſt
poſsibile, ꝙ delegetur talis coercitio. At loqui-
mur in perſonis vilibus:& tũc nego aſſumptum:
quia perſonæ viles pro x.aureis paterẽtur centũ
flagella, vt dicit Bart.in l. j. in fin. ff. de pœn. Se-
cundo modo poteſt reſpond. ſecundum Odofr.
B in l.j.in prin.s̃.de offic.eius,cui.ꝙ pœna corpora
lis eſt maior quacunq; pecuniaria, reſpectu per-
ſonæ quæ patitur: ſed reſpectu iuriſdictionis iu-
dicis,non. Hanc ſolutionem reprobat Picus hîc:
tamẽ poteſt ſuſtineri:nam etiam videmus,quòd
mutilatio mẽbri eſt minor pœna,quàm ſit mors:
& tamen reſpectu iuriſdictionis iudicis cenſetur
æquè grauis,vt per Bar.in l.ij.j̃.de publ.iud.& s̃.
dictum eſt. Tertio modo reſpond. Raph. quem
ſequitur Picus, ꝙ quamuis maior ſit iſta coerci-
C tio corporalis pœna pecuniaria magna, tamen
lex iſtam permittit delegari ratione publicę vti-
litatis,quæ eſt vt delicta puniantur, l.ita vulnera
tꝰ.ad leg.Aquil.Iſta ſolutio ſic intellecta,eſt mul
tùm fatua:quia publica vtilitas dictat totum cõ-
trarium,ſcilicet ne coercitio in corpus expedia-
tur per magiſtratus municipales, ſed per ordina
rios,quorum experta ſit prudentia,l.vnica, ff. de
offic.præf.præt.Quare dic, ꝙ lex iſtud permiſit,
quia ob aliquod crimen quod aliquis ignobilis
D perpetraſſet, videbatur iniquũ, ꝙ mitteretur de
vrbe in vrbem ad puniendum:& fortè plus con-
ſumptum eſſet in eo hinc atq; hinc traducendo,
quàm fuiſſet ſumma delicti : in cauſis verò à ccc.
aureis ſuprà,iſta ratio ceſſat, qa illę optimè poſ-
ſunt ferre expenſam:facit §. & iudicare. in auth.
de defen.ciuit. Sextò facit text.in authen. de in-
ceſt. nupt. in prin. iuncto fine illius authent. In
prin. dicitur, quòd hi, contrahunt inceſtas nu-
ptias, poſſunt puniri corporali caſtigatione, ſi
E ſint viles:in fine dicitur,ꝙ gentium præſides de-
bent iſtud exequi.Ecce ergo, ꝙ cõpetit niſi præ-
ſidibus,non autem delegatis, vel defenſoribus:
quia qui vnum dicit,&c.l.cùm prætor.j̃.de iudi.
confirmatur:quia videtur, ꝙ per illud authenti-
cum iſtud competat ſpecialiter iſtis præſidibus:
ergo non poteſt delegari,l.j.in prin.s̃. tit. ij. Sed
ad hoc reſponde,ꝙ etiam defenſores poſſunt di-
ci gentium præſides. nam † præſes eſt nomen ge 149
nerale,& comprænhendit quemlibet, qui præſit,
F l.j.ff.de offic.præſi.Vel dic, ꝙ per hoc non dene-
gatur magiſtratibus aliis,ſed poſuit præſides ra-
tione maioritatis,ſecundum gl.in auth.caſſa. C.
de ſacr.ſanct.eccleſ.Vel dic, contineri eos ratio-
ne connexitatis,c. tranſlato. de conſtit. Ad l.j.
dic,quòd non eſt ſatis,quòd ſpecialiter conceda
tur ordinarijs in ſignum maioritatis, niſi dene-
getur inferioribus, vt communiter concluditur
ibi per Alexand.& alios: ſed iſtud non reperitur
denegatum alijs minoribus:ergo,&c.imò repe-
ritur oppoſitum,per d.§.audient.in auth. de de-
fen.



fen.ciuit.&c.Et ex his puto,ꝙ clarè remaneat diſ
cuſſus iſte articulus,cuius altera pars videtur ve-
rior. ¶ Circa ſextum gradum, vtrùm Bar.hîc be-
ne dicat, eſt magnum dubiũ. Quare pro clariori
intelligẽtia propono hîc aliud dubium hoc mo-
150 do: Vtrùm † ius mulctãdi tranſeat in delegatum?
151 & Bar.hîc tenet,quòd ſic.In † contrarium eſt cõ-
munis opin.vt per Alex.in l. j. j̃. tit. ij. vbi etiam
Iaſ.Arguẽdo igitur ad partes, pro parte affirma-
tiua facit, quia iſtud ius competit etiã magiſtra- A
tibus municipalibus, l. j. in princip. j̃. ſi quis ius
dic.&c.ibi,omnibus magiſtratibus,&c. Si igitur
illud habent magiſtratus municipales : ergo cõ-
petit etiam delegatis,per reg.l.j.§. quæ verò. ſu-
prà,de offic. eius,cui. Nec obſtat in illo tex.ver-
bum Duumuiris: quia nõ debet intelligi de ma-
giſtratibus municipalibus, ſed potius de quibuſ
dam qui præerant criminalibus, vt latiùs ſuprà
viſum eſt in l.j.s̃.eod. Sed ad hoc reſpond.ꝙ imò
iſte text. non debet intelligi de municipalibus, B
ſed potius de alijs ordinarijs, putà præſidibus,
procõſulib. &c. Iſtud probatur ex illo tex. dum
dicit, ꝙ poſſunt mulctare ſecundum ſuam pote-
ſtatem. nam illud verbum Poteſtas, propriè in-
telligendo non poteſt referri niſi ad habẽtes me-
rum & mixtum imperium,l.poteſtatis verbo.ff.
de verb.ſignific.& ſatis probatur in hac l.ibi,me-
rum imperium eſt poteſtas,&c.Item potes tene-
re illam opin. ꝙ verbum Duumuiris,in illo text.
intelligatur de municipalib.quo caſu illa l. pro- C
babit contrarium. Secundò pro hac parte facit,
quia modica coercitio competit magiſtratibus
municipalibus,l.magiſtratibus.j̃.eod.§.audient.
in authen.de defen.ciuit.Si ergo competit modi
ca coercitio in corpus, tantò magis debet cõ-
petere mulcta,arg.l.ij.C.de ſport.vbi faciliùs cõ-
petit mulctandi ius,quàm ius coercendi corpus.
Sed ad iſtud fundamentum reſpond. Iaſ.Fulg.&
Paul. de Caſt. quem refert Alexan.in d.l.i. quòd
poſſunt coercere perſonaliter: quia iſtud tendit D
ad publicam vtilitatem principaliter : ſed mul-
ctare,non : quia iſtud tendit ad priuatam vtilita-
tem,cùm ſit conſequutiuum ad actionem coram
ſe intentatam. Sed iſta reſponſio nil valet: quia
iſta reſponſio concludit oppoſitũ. nam faciliùs
delegatur mixtum imperium, quàm merũ. Item
eſt falſum,ꝙ ius mulctãdi ſit mixti imperij: quia
imò tendit ad publicam vtilitatem, vt expreſsè
vult Bar. hîc, dum dicit, quòd eſt meri imperij.
152 Reſponde igitur alio modo, quòd † magiſtratus E
municipalis non poteſt mulctare: quia mulcta
imponitur in contemnentes auctoritatem iudi-
cis: & ſic etiam in contumaces. Sed iſtud nõ po-
teſt habere locum in magiſtratibus municipali-
bus,ex quo ipſi ſunt viles,nec habẽt tantã aucto-
ritatem, vt poſsint coercere eos, qui illam con-
temnunt: l.iij.j̃.ne quis eum,qui. Iſta ratio ceſſat
coercitione corporali, quæ fit occaſione deli-
cti perpetrati: quia tunc clarũ eſt, quòd delique
runt. Tertiò facit tex. in l. ij.s̃. eod.vbi cui iuriſ- F
dictio data eſt,omnia cenſentur cõceſſa,ſine qui-
bus iuriſdictio explicari nõ poteſt. Sed ſine mul
cta non poteſt, quia poſſet pars ſemper eſſe con-
tumax.Ergo,&c.Reſpond.ꝙ veniunt,quãdo ve-
nire poſſunt. Sed nego, ꝙ mulcta poſsit venire.
Nam ex quo eſt meri imperij,ſequitur ꝙ nõ poſ-
153 ſit delegari: d.l.j.in princ.s̃. tit.ij.Vel dic,ꝙ † imò
poteſt iuriſdictionem ſuam expedire etiam ſine
mulcta. nam habet alia remedia, de quibus per
Bar.in d. l.de magiſtratib. Quartò adducit Salic.
in d. l. j. j̃. tit.ij. quòd imò delegatus poſt litem
conteſtatã debet poſſe mulctare, ſicut poteſt e-
tiam torquere teſtẽ : arguendo à maiori, §. ſi ve-
rò ignoti.in authen.de teſtib.Sed ad hoc reſpon.
quòd imò minus eſt illud torquere, quàm mul-
ctare:patet:quia torquere in caſu d.§.& in caſu §.
ſi verò. in authent. de exhibend. reis, eſt iuriſdi-
ctionis,vel mixti imperij, ſecundum quòd venit
in conſequentiam cauſę principalis:ſed ius mul
A ctandi eſt meri imperij: vnde, &c.Quintò addu-
citur: Maiorẽ † poteſtatẽ habet delegatus, quàm 154
arbiter,vt probatur ex l.j.§.qui mandatam.s̃.tit.
ij.iuncta l.priuatorum.C.eod.Sed arbiter poteſt
mulctare, l. non ex omnibus.§.ſed etiam contu-
maciam. ff. de arbit. Ergo etiam delegatus. Sed
reſpond.quòd ille §. ſed etiam.non loquitur de
mulcta,ſed de delatione iuramenti in litem con
tra litigatorem,ſecũdum vnum intellectum, qui
eſt magis amicus literæ. Vel tenendo alium dic,
B quòd ideo poteſt mulctare, quia partes cõſen-
ſerunt. Vnde in noſtro caſu ſatis fateor, ſi partes
hoc permitterẽt delegato,quòd poſſet,ſed ex vi-
gore ſuæ iuriſdictionis non. Vel intellige illum
§. vt loquatur de alia pœna, quàm de mulcta, ſed
etiã alia pœna,quæ fertur in contumaces:de qui-
bus per Bart. in d.l.magiſtratibus.j̃. eod. nam ꝙ
nõ loquatur in mulcta, probatur:quia mulcta eſt
meri imperij,vt patet hîc ex doctri.Bart.Sed par-
tes non poſſunt arbitro concedere ea,quæ ſunt
C meri imperij, d.l. priuatorum.Vnde poſito,ꝙ ab
illis extorqueat pecuniam, non tamen dicetur
mulcta,ſed potius quædã pœna, quæ applicatur
parti,non fiſco.Et ꝙ non loquatur de mulcta,fa-
cit,quod not.Bart. in l. arbiter certo die.ff. de ar-
bit.Sextò adducitur text. in l. ij.C. de ſport. vbi
dicit text. ꝙ † omnibus iudicibus,tam delegatis 155
principis quàm ordinariis,aut delegatis ab ipſis,
pręſtita eſt licẽtia mulctãdi executores negligen
tes:ergo ibi eſt text. clarus pro hac opin. Sed ad
D illũ text. reſpõde altero de tribus modis. Primo,
ꝙ eſt ſpeciale in illo caſu, quòd poſsit delegatus
mulctare executorem negligentem, ratione de-
licti,in eo officio,quod ſibi ſubditum eſt.Et hanc
opin.tenet Bart. Bald. in lectura antiqua. Angel.
Alexand.in d.l.j.j̃.tit.ij.Secundo modo reſpõde,
ꝙ † illa lex loquitur in delegato ad vniuerſita- 156
tem cauſarum, qui æquiparatur ordinariis,l.mo
re.vbi not.j̃.eod.& hũc intellectum tenet ibi gl.
& do.Alexand.in d.l.j.& confirmo hunc intelle-
E ctum per verbum Iudicibus,poſitum in illo text.
quod in dubio non debet referri ad pedaneos,
ex quo ſunt impropriè iudices,vt dixi in l.j.s̃.eo.
Item per verbum Mandantur,quod in dubio in-
telligitur de vniuerſitate cauſarum,vt eſt gl.not.
in l.j §.qui mandatam.s̃.de offic.eius,cui.Item vi
detur impoſsibile, quòd loquatur in alio quàm
in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, ex quo
dicit eos, qui à iudicibus noſtris delegãdas lites
accipiunt: & ſic præſupponit, quòd iſti habẽt li-
F tes delegandas: ergo loquitur in delegatis ad v-
niuerſitatem cauſarum, qui bene poſſunt delega
re aliis,ſecundum not.d.l.more. j̃. eod. nam de-
legatus ad vnam cauſam tantùm,non poteſt dici
habere lites delegandas, ex quo non habet niſi
vnam. & regulariter non ſubdelegat, l. à iudice.
maximè tenendo opin. Alexand.ibi,C.de iudic.
Tertio modo reſpondeo, quòd in quantum lo-
quitur de mulcta, non debet referri ad iudices
delegatos,ſed ad alios ordinarios. Nec iſtud de-
bet videri abſurdũ, ꝑ not.per Raph. Com.Paul.

L. 3. Imperiũ.

de Caſt. & do Alexand. in l. vbi pactum in princ.
C. de tranſact. vbi verbum Data, in illo text. non
debet referri ad pactum, ſed ad tranſactionem,
ad quam referri poteſt. facit, quia verba debent
referri ad iuris diſpoſitionem, etiamſi poſita ſint
ſub aliqua generali clauſula, vt not. Iacob. de A-
ret. Bald. & Cato Sac. in l. Gallus. §. j. per illum
text. ff. de lib. & poſtum. allegant etiam text. in
l. damni. §. ſed quid. ff. de dam. infecto. Secunda
eſt vera. Septimò adduci poteſt text. in capitul. A
ex literis. extrà, de offi. deleg. vbi delegatus à de-
legato papæ poteſt interdicere: & conſequenter
mulctare: ergo idē in delegato ordinarij, ex quo
delegatus principis & ordinarius æquiparātur,
vt per Alexan. in rub. ſ. tit. ij. Sed ad hoc reſpon-
de primò, quòd ille text. loquitur de iure cano-
nico, quo iure etiam cauſæ meri imperij ſunt de-
legabiles: ſecus de iure ciuili. Et hanc opin. tenet
ibi do. Phil. Dec. in c. de cauſis. eod. tit. Secundò
reſpōde, quòd aliud in delegato ordinarij, aliud B
in ſubdelegato delegati principis. nam in eū fa-
ciliùs tranſeunt grauiora, quàm in delegato or-
dinarij. iſtud patet, quia delegatus principis po-
teſt ſubdelegare merum imperium, ordinarius
non, vt per Bart. in l. j. ſ. in ti. ij. Tertiò reſponde,
quòd aliud eſt interdicere, aliud mulctare. nam
faciliùs permittitur coercitio per viam interdi-
cti. quàm per pecuniam, ex quo circa pecuniam
ſuſpecti ſunt ipſi iudices: facit, quod not. Bald.
Sal. in l. vnica, C. de lic. ſine iuſſu princip. &c. O- C
157 ctauò facit: pro † contumacia infertur mulcta, d. l.
j. ĩ. tit. ij. Sed contumacia eſt delictum, d. l. j. §. fin.
vbi omnes not. Et punire leuia delicta, ſpectat ad
dictos magiſtratus municipales, d. l. j. magiſtrati
bus. ĩ. eod. §. audient. in authent. de defen. ciuit.
Si pertinet ad magiſtratus municipales, ergo cō
ſequenter ad delegatos, per l. j. verſic. quæ verò.
ſ. de offic. eius, cui. Sed reſpond. primò, quòd
multa competūt magiſtratibus municipalibus,
quę tamen non competunt delegatis, vt per Bar.
in d. l. magiſtratibus, & eſt de mēte Bart. in d. l. j.
in princ. ĩ. tit. ij. Nō ſequitur igitur, competit ma
giſtratib. municipalib. ergo etiam delegatis. Se-
cundò reſpond. negando, q competat etiam ma
giſtratibus municipalibus. Non obſtat funda-
mentum: quia reſpond. q contumacia nō eſt pro
priè delictum, vt not. per Doct. in d. §. fin. Et hanc
ſolutionem tenet ibi do. Claud. de Seyſello in
d. prin. ſed nō placet: quia illa data pro vera, cùm
ſit leuius delictum, deberet tantò magis compe-
tere eius punitio magiſtratibus municipalibus.
158 Quare dic, q † magiſtratus municipales poſſunt
punire leuia delicta: eſt verum: ſed debent puni-
re per modos licitos, non per illicitos, vt eſt mul
ctæ impoſitio: habēt enim alia remedia, quibus
poterunt punire huiuſmodi contumaciam, de
quibus in d. l. j. per Bar. & Mod. & per Bar. & Paul.
de Caſtr. in d. l. magiſtratibus. ĩ. eod. Nonò facit
tex. in l. ij. in fin. ff. de iudic. vbi poteſt quis dele-
gatus mulctare, ſi hoc ei eſt permiſſum, ſecundū
intellectum Bart. Sed certè ille tex. probat con-
trarium: quia illud verbum Permiſſum debet in-
telligi à lege, vel à principe, ſecundum gl. ibi fa-
cit l. j. in princip. ſ. tit ij. Decimò: Legatus pro-
conſulis poteſt mulctare, l. ij. ff. quis, & à quo. Er-
go etiā delegatus ordinarij, l. j. ff. de ſuſpect. tut.
SOL. Speciale in legato proconſulis, arg. not. in
159 l. more. ĩ. eo. Contrariam † partem tenet Bar. &
alij communiter, in d. l. j. dando tamen quaſdam
fallentias, de quibus per Alexan. ibi: qui tenens
etiam, q magiſtratus municipales poſſunt infli-
gere mulctas, delegati non. Ratio eſt, ſecundum
eos, quia plura permittuntur magiſtratibus mu-
nicipalibus, quæ tamen non competunt delega
tis. Sed iſta mihi videtur carere ratione, nec pu-
to doctrinā Bar. quam ipſi allegant in l. magiſtra-
tibus. ĩ. eo. eſſe veram: & eam etiam dicit ibi Pi-
cus eſſe multùm fragilem. Quare Fulg. & do. Iaſ.
& alij. Mod. ibi tenuere, q nec magiſtratibus mu
nicipalibus conceſſum ſit ius mulctandi, ſicut
nec delegatis: arguēdo primò facit text. in d. l. in
princ. ĩ. tit. ij. vbi à magiſtratibus excipit duum-
uiros, quibus dicit non cōpetere ius mulctandi.
Sed duūuiri ſunt magiſtratus municipales, l. iiij.
§. duas. ff. de dam. inf. ergo ibi eſt caſus pro hac
quæſtione. Inducitur fortiùs ille tex. dum dicit,
q magiſtratus mulctāt ſecundum ius poteſtatis
ſuæ, ponderādo verbū Poteſtatis, qđ in perſona
magiſtratuum ſignificat merum imperium, l. po
teſtatis verbo. ff. de verb. ſignific. & hac lege, ibi,
quod etiam poteſtas appellatur. Sed ad illū tex.
potes reſpondere, q imò duumuiri, & magiſtra-
tus municipales multùm differūt: † quia duum- 160
uiri ſunt magiſtratus excelſi, habentes ſupremā
poteſtatem, vt dicit Ang. in d. l. j. Et licet do. Iaſ.
ibi non teneat hunc intellectū, (quia, ſecuudum
eum non probatur iuribus) tu dic, q ille intelle-
ctus eſt ipſa veritas, & probatur per ſex principa
lia fundamēta, quę retuli in l. j. ſ. eo. & ſic in illo
text. debet eſſe dictio Tantùm prout communi-
ter habetur, ſecundum Ang. Poteſt eſſe etiā exce-
ptiua, tamen declarando, vt dixi ſ. d. l. j. vbi reſ-
pondi fundamētis, quę in contrarium adducun-
tur: dic, vt ibi. Non obſtat fundamentum de ver-
bo Poteſtatis: quia † ibi capitur nō pro mero im- 161
perio, ſed pro quacunq; iuriſdictione, & ſic etiā
minima. Vnde tale verbū capitur largè, ſecūdum
Iac. But. Bal. & Alex. in d. l. j. ĩ. tit. ij. facit, qđ not.
Alex. in l. eum, qui. ĩ. eo. vbi per multa probat, q
D Poteſtas, in dubio ſignificat iuriſdictionem gene
raliter ſumptam. idem tenet Archid. xj. quęſt. j. c.
magnum. & videtur eſſe cōmunis opin. Vel ſe-
cundo modo reſponde, q admittēdo, q verbum
Poteſtas, ſignificat imperium: ſed in magiſtrati-
bus municipalibus & delegatis tranſit iſtud im-
perium merum: nām trāſit modica coercitio cor
poris, & ius mulctandi, quæ ſunt meri, ſecūdum
Bar. hîc: dum igitur tex. dicit, q poſſunt mulcta-
re ſecundum ius ſuæ poteſtatis, intellige, q poſ-
E ſunt mulctare ſecūdum ſuum imperium. Ipſum
enim mulctare, eſt meri imperij: licet alij, vt Paul.
Caſt. in d. l. j. teneant cōtrarium, & malè. Secūdò
pro hac parte facit tex. vbi videtur expreſſum, in
l. defenſores. la ij. C. de defenſ. ciuit. ibi, defenſo-
res nullas infligant mulctas. Sed Azo in Summa
C. eo. & in Summa C. ſic modo mul. ait, q debe-
mus intelligere textum, vbi dicit Nullas, ſcilicet
graues, ſed modicas ſic: & ita illum tex. intelligit
Alexand. in d. l. j. Nec obſtat, ſecundum eum, di-
F ctio Nullas: nam † iſta dictio non excludit plerū- 162
que omnia, l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. actio. l.
naturaliter. §. nihil commune. vbi gl. ff. de acqui.
poſſ. Idem tenet Picus in d. l. j. vbi dicit, q ex quo
habent leuem mulctam, poterunt mulctare vſq;
ad duos aureos, l. ſi oleum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de
dol. Hanc ſolutionem reprobat Iaſ. quia diuinat
ad illum tex. ſed Alex. dicit, q non eſt abſurdum,
vt iura iuribus concordentur, c. cùm expediat. de
elect. lib. vj. Tu reproba ex alio: quia illa verba eſ
ſent de indubitabili: nam quis dubitaret, q † de- 163
fenſores



fenſores non poſſunt inducere magnas mulctas,
ſi nec præſides poſſunt? l. fin. C. de modo mulct.
in princ. quod eſſet contra l. Labeo. ff. de Carb. e-
dict. Itē ille text. fuiſſet multùm defectiuus, qui
non declaraſſet vſq; ad quantam ſummā poſſent
mulctare defenſores, ſicut declarauit in ordina-
riis, in d. l. fin. C. de mod. mulct. Vtcunq;, iſta ſolu
tio eſt penitus inimica illi legi, niſi dicas, q ideo
debet intelligi de ſeuerioribus propter verbum
Seueriores non exerceāt quæſtiones, qđ incon- A
tinenti ſequitur: vnde ex ſequentibus declaratur
mēs legislatoris, ſicut patrisfamiliâs, l. ſi ſeruus
plurium, in fi. ff. de leg. j. Et hanc ſolutionem te-
net etiam Hoſtienſ. in Summa extrà, de mulcta.
Vel ſecundo modo potes reſpondere ad illum
text. q mulcta dupliciter infertur, aut in conte-
mnentes aliquod edictum, ſeu ſtatutum factum
à iudicibus: aut ratione contumaciæ, vt declarat
Hoſtienſ. in Summa, de mulct. verſic. quibus au-
tem, etc. Si loquimur circa primum modum, B
tunc procedit illa lex: nam iſti defenſores non
poſſunt ſtatuere, vt per Bart. in l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. Cùm ergo non poſsint ſtatuere,
mirum videri non debet, ſi non poſſunt mulctas
infligere venientibus contra ſua ſtatuta, ſeu edi-
cta, l. j. in fi. ff. ne quis eum, qui. & l. ſeq. vnde col-
ligitur ratio dubitandi. Et ſi diceretur, hic caſus
eſt indubitabilis, nego hoc: nam etiam veniens
contra actum nullum, aliquando punitur, argu.
not. in l. vbi pactum. in fin. vbi Bar. C. de tranſac. C
Iſtæ enim collectę pecuniarię nō poſſunt impo-
ni neq; ex decreto ciuitatum: item l. ij. C. vectig.
noua inſtit. non poſſ. & de hoc loquitur illa lex.
Sed quando mulcta infertur ratione contuma-
ciæ, veluti ĩ. tit. ij. l. j. tunc puto, quòd etiam dele
gati poſsint, & conſequenter defenſores. Et pro
164 hoc induco d. l. defenſores. nam † nō poſſunt in-
dicere mulctas, quia indebitæ, & ipſi non debēt
aliquid indebitum exigere. Sed quando mulcta
debetur ratione contumaciæ, non dicit indebi- D
ta, imò debita: quia reus ſe obligat non cōparen
do. vnde eum ſua contumacia damnat, vt dicit
Hoſtien. in d. verſi. in quib. in Summa, de mulct.
Item facit, quia ad defenſorem ſpectat coercere
improbos, ratione publicę vtilitatis, vt dicit tex.
in d. l. defenſores. Certè ſi non poſſet mulctare,
non coerceret. Vnde debet illa hoc modo intel-
ligi. Et ſic habes qualemqualē reſpōſionem, &c.
Tertiò facit tex. in l. iij. §. ſi quis ad pedaneum.
vbi Alber. de Roſ. notat, ff. ne quis eū, qui in ius. E
vbi eximens vocatum in ius, à pedaneo non po-
teſt mulctari, nec incidit in illud edictum. Breui-
ter reſpond. altero de duobus modis: primo, ſe-
165 cundum Bar. ibi: nam † delegatus non poteſt ci-
tare re, & ſic capere perſonaliter, vt not. in l. ij. ſ.
eo. ille autem titulus Ne quis eum, qui loquitur,
quando aliquis eſt citatus re, & ſic perſonaliter,
vt declarat Bar. in rub. illius tituli. Vnde cùm de-
legatus non potuerit iſtud facere, mirum nō eſt,
ſi eximens talem vocatum non poteſt mulctari, F
per reg. illius l. iij. in prin. & hęc eſt mera veritas.
Secundo reſpondeo tenendo vnam ſolutionem
gl. ibi, quòd ideo non mulctatur talis eximens,
quia poteſt delegatus recuſari, l. apertiſsimi. C.
de iudic. ſecus eſt poſt litem conteſtatam: quia
tūc nō poteſt: & ſic ceſſante ratione poterit mul
ctare. facit tex. in §. ſi verò. in auth. de exhib. reis.
Mihi tamen plus placet ſolutio prima. Quartò
facit l. ij. §. j. in verſ. à competēti iudice. ff. ſi quis
in ius voc. non ier. ponderando verbum A com-
petenti iudice, quaſi dicat, q omnis iudex non L. 3.
eſt competens: & ſic nec delegatus. Item induci- Imperii.
tur alio modo, dum dicit, mulcta damnabitur p
iuriſdictione iudicis: ponderando verbum Iudi-
cis, quod eſt genitiuum, & importat dominium,
l. ij. ff. de relig. & ſump. fun. not. in rub. ff. de ope.
noui nunt. Sed in delegato nō cadit iſtud domi-
nium iuriſdictionis, l. j. §. qui mandatam. ſ. tit. ij.
Ergo, &c. Et eſt caſus in l. ait prętor. in prin. ff. de
A re iud. vbi edictum prætoris loquens de iuriſdi-
ctione iudicis, non verificatur in delegato. & idē
dicit ibi Alex. in ſtatutis. Et quamuis hunc text.
alij ita non inducant, tamen mihi videtur, q for-
tiſsimè vrgeat pro hac parte cōtra communem.
Tamen reſpōdendo potes dicere ad primum, q
illud verbum A competenti, dictum eſt ratione
aliorum iudicum, putà chartulariorū, & ſimiliū.
nam quamuis iura loquant per hoc verbum Cō
petenti iudicio, includunt tamen delegatos: &
B conſequenter etiam magiſtratus municipales.
tex. eſt in §. ſed & ſi quis. in l. fin. de admin. tut. v-
bi datio curatoris ad litē debet fieri in competē-
ti iudicio, & tamen poteſt fieri ſub delegato: c. ſi
annum. de iudic. li. vj. not. Alex. in l. j. poſt Paul.
Caſt. Ang. & alios ſ. eo. Ad ſecūdum reſpondeo,
quòd imò genitiui declarantur ſecundum ſubie
ctam materiam, & aliquando ſignificant niſi poſ
ſeſsionem, vt notatur in d. rub. ff. de op. no. nunt.
per Bar. allegat tex. in l. j. in prin. iuncto §. ait prę-
C tor. & §. ſeq. ff. naut. caup. ſtab. Ad d. l. ait prætor.
reſponde eodem modo. & ita tenet Alex. in rub.
ſ. eo. vbi etiam Mod. Ferrar. Vel nega, quòd dele-
gatus non habeat iuriſdictionem propriam, te-
nendo vnam opin. quam tenuit gl. in d. §. qui mā
datam. Tertio modo reſponde ad omnia ſuprà
dicta, & planiùs, quòd quamuis dicat mulctam
inferri ab ordinarijs, per hoc nō negat quin poſ-
ſit etiam inferri à delegatis, ſi hoc eis mandatum
ſit, cùm repræſentent perſonam ordinarij, c. ſa-
D nè. de offi. deleg. c. ſtuduiſti. de offi. vic. Quintò
poteſt adduci tex. in l. eos. C. de modo mulct. vbi
imperator numerans q mulctare poſsint & qua-
tenus, non ponit niſi ordinarios: noſtrum igitur
non eſt leges extendere, l. cùm prætor. ff. de iudi.
Sed reſpon. q poſuit ordinarios, qui poſſunt p-
pria auctoritate mulctam dicere. Sed ponendo
eos, videtur etiam ponere eos, qui repręſentant
eorum perſonam, d. c. ſanè. & cōſequenter etiam
magiſtratus municipales, per extenſionem paſ-
E ſiuam regulæ, quæ eſt poſita in d. l. j. verſic. quæ
verò. ſ. tit. ij. Sextò adduci poteſt tex. in l. ij. & iij.
C. de mod. mulct. vbi procurator & curator reip.
non poſſunt mulctare: ergo tanto minùs delega-
ti, & pedanei, qui ſunt viles iudices, l. fi. C. de pe-
da. iudic. Sed reſpon. quòd procurator Cæſaris,
vel reip. non habēt iuriſdictionem neceſſariam,
ſed voluntariam tantùm, l. j. C. de peda. iud. facit
l. ij. C. ſi aduerſus fiſc. vbi ſolus non poteſt cogno
ſcere, ſed in illo caſu ſpeciali adiuncto præſide.
F nam regulariter nullo caſu cognoſcit. vnde non
habet merum imperium, l. fi. ff. de offic. procur.
Cæſ. & non eſt magiſtratus, ſed habet quandam
dignitatem tantùm, vt dicit Ioan. Cremon. in Sū
ma ff. de offic. proc. Cæſ. Iſta ceſſant in delegato:
quia ipſe habet iuriſdictionem ſaltem delegatā,
d. §. qui mandatam. Vel reſpon. alio modo, quòd
non habent ius mulctandi grauiter, ſed modicè
ſic. ita reſpon. Azo in Summa C. de modo mulct.
Septimò adducitur tex. in l. aliud. §. item mul-
ctam. ff. de verborum ſignificat. vbi mulctam di-

cere poſſunt magiſtratus ſoli & præſides ꝓvin-
ciarum, quibus hoc mandatis permiſſum eſt, &
ſic ſpecialiter. ad idem text. in l. ij. §. fin. ff. de iu-
dic. ergo ſuccedit reg l. j. in prin. s̃. tit. ij. Sed ad
hoc potes reſpondere, quòd imò magiſtratus di-
cuntur etiam delegati, l. j. ff. de iudic. vbi not. Nō
obſtat dictio Solos: quia poſita eſt ad excluden-
dum procuratorem Cęſaris, & procuratorem fi-
ſci, qui non ſunt magiſtratus, vt ſuprà dixi, ſecun
dum Io. & ſi opponeres de fine illius l. dum dicit
pœnam autem, etc. ponderando aduerſatiuam.
nā tales procuratores non poſſunt infligere pœ-
nam, l. fin. s̃. eo. Tertiò reſpond. exemplificando
in caſu l. j. & ij. C. qñ lic. vnicuique ſine iud. etc.
Ad tex. in l. ij. §. fi. reſpond. quòd potius facit pro
contraria opin. ponderando verbum Publicę. nā
etiam magiſtratus municipales habēt de publi-
co, vt patet ex diffinitione iuriſdictionis tradita
per glo. in l. j. s̃. eo. Item delegati ratione confir-
mationis, l. more. j̄. eo. itē intelligendo illud ver-
bum Specialiter permiſſum, ſcilicet ab ordina-
rio, ꝓut videtur intellexiſſe Bar. in d. l. j. in princ.
166 in tit. ij. Et ex his† remanet expeditus iſte articu
lus dubius qdem, & in vtranq; partē diſputabi-
lis. Cuius tñ veritas videtur eſſe, ne leuis mulcta
competat nec magiſtratibus municipalibus, &
conſequēter nec delegatis. Et ſic opin. quam te-
net hic Bar. non eſt vera. Fortaſsè tamen poſſet
habere locū vno caſu, ſcilicet qñ aliquis cōtem-
pſiſſet auctoritatem ordinarij, tunc poſſet ordi-
narius mādare delegato, vt ipſe imponeret mul-
ctam. poteſt. n. quis pro aliena iuriſdictione mul
ctare, vt in d. l. j in princ. vbi Iaſ. in v. not. ff. ſi quis
ius dic. non obtemp. Et puto, ꝙ hęc fuerit mens
Bart. hîc, licet Doctor. hîc, & ibi, videantur intel
ligere Bart. alio modo: & ſic, quòd ſit contrarius.
quod non eſt veriſimile.

De mixto imperio.

¶INGREDIOR nunc materiam mixti im
perij. Et primò quæro, cur dicatur mixtum? Tu,
vltra Bar. & alios, dic, quòd non dicitur mixtum,
quia partem capiat ab aliquo, ſed ratione ſimili-
tudinis: quia† quo ad quid, eſt ſimile mero impe-
167 rio, quo ad quid, eſt ſimile iuriſdictioni. nam in
quantum expeditur officio iudicis nobili, eſt ſi-
mile mero imperio, in quantum concernit vtili-
tatem priuatam, eſt ſimile iuriſdictioni in ſpecie
ſumptę. Nec iſtud debet videri nouum, quòd a-
liquid dicatur mixtum ratione ſimilitudinis, ſic-
ut in ſimili videmus in l. ij. in fin. ff. ad l. Aquil. &
hoc modo mixtum intelligunt Doctor. in l. ij. in
168 princ. ff. de verb. oblig. Quęro,† quomodo diffi-
niatur mixtum imperium? & Bart. poſt Pet. dif-
finit hoc modo: Eſt iuriſdictio, quę expeditur of-
ficio iudicis nobili priuatam vtilitatem concer-
nens. Iſtam diffinitionem communiter ſequuti
ſunt alij. Ego teneo opin. gl. hîc, & Iac. de Aret.
quòd Mixtum imperium ſit etiam, quādo reſpi-
cit vtilitatem publicam, dūmodò cōcernat cau-
ſam pecuniariā, vt in leui mulcta. Pro qua opin.
eſt text. in hac l. dum dicit Gladij poteſtatē, etc.
Nam mulcta etiam largiſsimo modo non vide-
tur ꝙ debeat venire ſub appellatione gladij. Itē
adduco text. in l. capitaliū. ff. de pœn. in quo tex.
enumerantur gradus pœnarum meri imperij, &
tamen nō ponitur ibi mulcta. Nec video pro Bar.
adduci aliquem text. per quem probetur iſta ſua
opin. nec aliquid facit exemplum bonorum poſ
ſeſsionis, quod Bar. hîc inducit pro ſe: quia illud
facit etiam pro opin. gl. nam in tali bonorū poſ-
ſeſsione agitur de cauſa pecuniaria. Nec obſtat
datio tutoris: quia illa non eſt mixti imperij, ſed
cuiuſdā facultatis, l. muto. §. tutoris datio. ff. de
tut. dixi in l. j. s̃. eo. & j̄. aliquid dicam. Vel dic, ꝙ
ex quo datur etiam rebus, reſpicit in neceſſariā
conſequentiā vtilitatem pecuniariam. Idem eſt
de his, quæ poſita ſunt per Bart. in primo gradu
mixti imperij, quæ tamen mihi nō videntur eſſe
mixti imperij, vt j̄. dicā. Ego tamen puto diffini-
tionem, quæ poſita eſt in hac lege, eſſe veriorem,
A ſcilicet Mixtum imperiū eſt poteſtas, cui ętiam
iuriſdictio ineſt. Poteſtas, eſt genus: iuriſdictio,
differentia: cui etiam ineſt, proprium. Eſt verum,
quòd iſta diffinitio eſt obſcura, & venit declarā-
da, prout ſuprà dixi. nam reincidet in idem cum
diffinitione Iac. de Aret. ¶ Quæro poſt Bart. qui-
bus †competat mixtum imperium? Et Bar. dicit, 169
quòd competit his, quibus & merum, vt in auth.
de def. ciuit. in §. iuſiurandum. in fin. ibi, & quæ
ex auctoritate iudicum pendent. Tu dic, & ſatis
B eſt de mente Bar. ꝙ eſt quoddam, quod compe-
tit ordinarijs tantùm: quoddam eſt, quod com-
petit etiam delegatis, vt j̄. videbimus. Sed quia
veniunt infrà examinādæ quædam quæſtiones,
ideo ad euidentiam clariorem præmitte, quòd
inter iudices, quibus cōpetit adminiſtratio mix-
ti imperij, & etiam iuriſdictionis, eſt magna dif-
ferentia, quam tamen ſolent Doctores noſtri cō-
fundere. Nam† quidam ſunt, quibus mandata eſt
iuriſdictio: alij ſunt, qui dicuntur iudices dati: a- 170 Iudicum differentia.
C lij ſunt iudices ex ſacra iuſsiōe delegati: alij ſunt
iudices ab imperiali fortuna dati: alij ſunt, qui
dicuntur executores: alij ſunt, qui dicuntur ar-
bitri iuris: alij ſunt iudices chartularij. Iudices
quibus mandata eſt iuriſdictio, ſunt illi, quibus
ordinarius mandauit ſuam iuriſdictionem cir-
ca vniuerſas cauſas, ſecundum gl. in l. j. §. qui mā-
datam. in j. glo. s̃. de offi. eius, cui. & tales poſſunt
etiam dici delegati ad vniuerſitatem cauſarum.
Mandata † etiā iuriſdictio dicitur, quādo eſt mā-
D data ab ordinario ad vnam cauſam tantùm: quo 171
caſu talis ordinarius nil apud ſe retinuit de iuri-
dictione circa eam quæ delegata eſt. Vnde talis
delegatus repræſentat in totum, circa illam cau-
ſam, perſonam delegantis: & ab eo non appella-
tur delegans, ſed is qui prouocaretur à delegan-
te: prædicta probantur in l. etſi prætor. s̃. tit. ij. in
l. ſolet. j̄. eo. in l. j. §. j. ff. quis, & à quo. & talis dele-
gatus non poteſt alteri mandare ſuā iuriſdictio-
nem, l. ſi. in princ. s̃. tit. j. l. more. j̄. eod. Sed poteſt
E dare iudicem. l. cùm prętor. §. is quoque. ff. de iu-
dic. ſecundum verum intellectum, ſecūdum quē
exemplum non reſtringit regulam, ſicut facit te
nendo communem, quod eſt contra l. j. §. quod
vulgo. ff. de vi, & vi ar. maximè cùm Iuriſconſul-
tus argumentetur ſæpiſsimè de legato procon-
ſulis ad alios delegatos, vt in l. j. §. qui mādatam.
in l. cognitio. s̃. tit. ij. in l. j. §. j. ff. de ſuſp. tut. facit
l. ſi quid erit. ff. de offi. proconſ. cum ſimilib. qui-
bus conantur reſpondere Mod. in l. more. j̄. eod.
F ſed malè. Iudices † dati, qui alio nomine dicun- 172
tur etiam pedanei, dicuntur delegati ad cauſæ
cognitionem tantùm, & ad diffinitionem tan-
tùm, & ad cognitionem & ad diffinitionem ſi-
mul, ad vnam tamen cauſam tantùm. Et† tales 173
iudices non habēt niſi illam ſpeciem iuriſdictio-
nis, ſine qua iuriſdictio commodè explicari non
poteſt, l. ij. s̃. eo. nam hoc caſu is, qui eum dat, nil
ab ſe abdicauit, ſed retinuit iuriſdictionē in illa
cauſa: & à tali iudice ad eum: qui eū dedit, appel-
letur, l. j. in prin. ff. quis, & à quo. Item talis iudex
datus



datus dicitur habere tantùm iudicandi faculta-
tem, l. fin. ſecūdum primum intellectum, C. vbi,
& apud quem. Vnde non poteſt alium iudicem
dare, l. à iudice. C. de iudi. quę lex propriè loqui-
tur in his terminis. Et tales dicūtur fungi ſolùm
munere iudiciario, d. l. à iudice. vnde non poteſt
ſuam ſententiam exequi, l. à diuo Pio. in prin. ff.
de re iudi. nam ſtatim lata ſentētia, expirat eius
iuriſdictio: ſecus eſt in alio, vt j̄. dicam per gl. in
c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg. & gl. in c.
ſi quis contra clericum. de foro compet. Et præ-
dictas declarationes & differentias tenuit Alber.
gloſſator in j. lectura, quem ibi ſequitur Rapha.
Com. Ioā. de Imo. Ioan. de Ana. in repetit. Angel.
de Aretio, do. Bartol. in d. l. j. §. j. ff. quis, & à quo.
Fulg. in l. ſolent. j̄. eo. Moder. Flor. rep. in l. cùm
prætor. §. is quoque. ff. de iudic. Andr. Barb. in c.
ſuper quæſtionum. §. porrò. de offi. deleg. & ſatis
eſt de mente Lanc. Decij in l. ſi. in prin. s̃. tit. j. dū
dicit, quòd is, cui mandata eſt iuriſdictio, poteſt
iudicem dare: & dicit Iaſ. in d. l. à iudice. C. de
iudi. ꝙ iſta opin. eſt profectò admirabilis & no-
ua, licet ipſe eam non teneat: mihi videtur amica
174 iuribus. Iudices † ex ſacra iuſsione, vel ex ſacra
forma delegati, dicuntur iudices dati à magiſtra
tibus ordinarijs accedēte iuſſu principis: de eis
loquitur tex. in §. ſi verò. in authen. de exhib. reis.
Et hūc intellectū ad illum tex. tenet Raph. Com.
& Alex. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudic. A-
lexan. in l. ij. & Moder. Ferr. ibidē, s̃. l. proxi. De-
claro: & attendite, quia hæc non reperiuntur in
ſcartapacijs. Quando† erant aliqui litigaturi ſub
175 iudice ordinario, & actor vel reus cuperet cau-
ſam citò finiri, ſupplicabat imperatori, vt iuberet
per reſcriptum, quod alio nomine dicitur Sacra
forma, vel Sacra iuſsio, iudici ordinario, vt dele-
garet illam cauſam, & poſtea princeps concede-
bat tali iudici dato, vt procederet ſummariè, vel
alio modo, ſecundum quod erat ſupplicatum: &
hoc fieri indiſtinctè poterat ante litem conteſta-
tam, vt eſt text. & ibi gl. in verbo, competentem.
in auth. de litig. in §. omnem. in verſi. ſi verò apud
iudicem. Poſt litem conteſtatam fieri nō poteſt,
vt eſt tex. in auth. in medio lit. nō fieri ſacras for.
in princ. licet gloſſæ & Doct. illum textum nō vi
deantur bene intelligere: & hæ iuſsiones nō va-
lent, niſi ſubſcriptæ ſint à quęſtore, & contineāt,
inter quos lis ſit, & ad quem iudicem dirigātur,
& per quam fuerint directæ perſonam: vt eſt tex.
in authē. vt diui. iuſsi ſubſcript. hab. per totum.
Et ab his iudicibus appellatur ad eos, à quibus
dati ſunt, non autem ad principem, vt eſt text. in
l. fin. ff. quis, & à quo. & nil amplius habēt, quàm
alij iudices dati, niſi quod illa ſacra iuſsio fecit,
vt poſſent procedere ſummariè. Et pro iſta decla
ratiōe etiam eſt tex. not. in l. j. §. ſi quis in appel-
latione. ff. de appel. Et ſic tenēdo hanc opin. quæ
videtur vera, reſultat fortiſsimum fundamentū
contra illam opin. quę communiter tenetur in l.
ius ciuile. ff. de legib. quam tamen impugnat A-
ret. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.
quòd quando princeps reſcribit iudici, vt proce-
dat ſummariè, & ſic alterando eius iuriſdictionē
quòd talis iudex ſit in illa cauſa delegatus prin-
cipis. Iſtud eſt contra text. in d. §. ſi quis in appel
latione. inducendo, vt patet ex ſuprà dictis. Co-
gita, & aduerte: quia tales iuſsiones nō ſemper
fiunt, vt iudex procedat ſummariè, ſed etiam ꝓ-
pter aliquem alium fauorem ſupplicantis, vt eſt
gl. quam ibi not. Bart. in d. authen. vt diuinæ iuſ.
in gl. in verbo, iuſsionem. Iudices † ab imperia- L. 3. Imperiū.
li fortuna dati, videntur eſſe illi, qui ab imperato
re delegati ſunt, quorum officium nō expirat e-
tiam mortuo principe. Declaro: delegatio facta 176
alicui ſub nomine dignitatis, etiā mortuo eo cui
facta eſt, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate: tex.
eſt in c. quoniā abbas. extrà, de offic. dele. not. in
l. more. & l. & qa. j̄. eo. Tangit Bar. & alij oēs. in l.
qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupil. Vnde
A pariformiter videt̃ arguēdo à mādatario ad man
dantem, quòd ſi aliquis ſit delegatus ab imperia-
li fortuna, etiam quòd moriatur imperator antè,
quàm lis ſit conteſtata coram delegato, ex quo
dignitas ipſa ſeu imperialis fortuna remanet, nō
expiret tale mādatum: imò poſsit delegatus per-
ſequi. imperialis enim fortuna nunquam mori-
tur, ſed imperium ſemper eſt, vt concludit Bald.
in extravag. de pace Conſt. in verb. cōceſſerimus.
allegat §. quia igitur. in authen. quomodo opor.
B epiſc. facit, quod not. Inno. in c. licet ex ſuſcepto.
de foro compet. Bart. in l. j. in §. denique. ff. de a-
qua plu. arc. Et pro hac noſtra opin. videt̃ caſus
in c. ſi gratioſè. de reſcrip. lib. vj. & videtur tenere
Bart. in l. j. dum allegat d. c. ſi gratioſè. s̃. eo. decla
rando, vt ibi per do. Paul. Pic. Et in hoc differt ta-
lis delegatus à delegato principis: quia mortuo
principe ante litem cōteſtatam, delegatus prin-
cipis non poteſt amplius cognoſcere, l. more. j̄.
eo. ſecus in hoc: in alijs ęquiparantur. Quod not.
C ad declarationem eorū, quæ habentur per Doct.
in d. l. more. & l. ſeq. in fin. & hi vidētur eſſe iidē
cum datis à iudiciali culmine, per tex. in l. fin. in
prin. C. de iudic. iuncto eo, quòd dictio Siue, ſen-
ſum coniungit, & verba diſiungit, ſecundum ꝓ-
prietatem ſermonis, vt per Bart. in l. ſi quis ita. ff.
de aur. & arg. leg. Bar. in l. ſi is, qui cc. §. vtrùm. ff.
de reb. dub. Bartol. in rub. C. de nauicula. lib. xj.
Exequutores: iſtud † nomen æquiuocum eſt, & 177
habet plura ſignificata, vt per do. Abb. in c. paſto
D ralis. §. quia verò. extrà, de offic. deleg. ſed intel-
ligendo, prout facit ad præſentem materiā, dic,
quòd exequutor dicitur quatuor modis. Primo
modo dicit̃ executor quilibet ordinarius: quia
ſententiā, quam tulit, poteſt exequi, l. à diuo Pio.
ff. de re iudi. in princ. & hoc modo capitur in l. ſi.
§. executores. C. vt nemo priua. vela reg. Secun-
do modo exequutor dici poteſt etiā is, cui man-
data eſt iuriſdictio: quia etiam talis poteſt exe-
qui, vt infrà dicemus. Item poteſt dici execu
E tor iudex delegatus, cui delegata ſit etiam exe-
cutio, c. ſi quis contra clericum. de foro compe.
nam talis excutio poteſt delegari ab ordinario:
de iure canonico, prout etiam loquitur ille text.
clarum eſt. De iure ciuili contrarium tenent o-
mnes in d. l. à diuo Pio. in princ. Ego infrà tene-
bo contrarium: & contrarium etiam tenet gloſ.
in d. c. ſi quis contra clericum. & ita debet intel-
ligi text. in l. fin. & in l. apertiſsimi. C. de iudic. &
ita intelligit ibi Bart. Tertio modo dicitur exe-
F cutor, apparitor, ſeu nuntius, qui facit executio-
nem iuſſu præſidis. & quilibet iudex habet duos
executores, §. nullo. in auth. de iudicib. & ſi fue-
rint negligentes, poterit iudex etiam delegatus
eos mulctare, & remouere ab officio, l. fin. C. de
ſportul. Et iſti executores pluribus nominibus
appellantur, de quibus per gl. in d. §. nullo. & de
his executoribus debet intelligi tex. in l. ſanci-
mus. C. de iudic. Quarto modo dicuntur exe-
cutores quidam iudices ordinarij, qui ex vigore
alicuius legis municipalis exequuntur ſenten-

tias omnium iudicum, tam ordinarium, quàm
delegatorum, vt eſt nunc Mediolani. Et iſti etiã
dicuntur Exeuntes, ſecundum Raph. & Iaſ. in d.
l. fin. C. de iudic. & de his nulla lex in corpore
iuris: licet Rapha. & Iaſ. ibi teneant contrarium,
per d. l. fin. & d. l. ſancimus. ſed (vt dixi) loquun-
178 tur in alijs. Abitri † iuris dicuntur iudices da-
ti ab ordinario ad vnum articulum tantùm. Exē-
plum: Ego litigo tecum, & peto, vt ſatiſdes: tu vis
179 ſatiſdare: ego † nego fideiuſſores idoneos: debet A
ordinarius dare arbitros, qui cognoſcant ſint i-
donei, nécne: & ab iſtis arbitris poteſt appel-
lari: imò etiam abſque appellatione ſententia
corrigi ab eo, qui eum dedit. ita loquitur text. in
l. arbitro. & in l. ſequē. ſecūdum communes in-
tellectus, ff. qui ſatiſd. cogan. & text. in l. fin. ff. à
quibus appel. non lic. Poſſunt etiam iſti arbitri
iuris dari à partibus, ſed confirmantur ab haben-
te iuriſdictionem. Vnde ex eorum ſententia ori-
tur actio: exemplum eſt in l. apertiſsimi. C. de iu- B
dic. in l. fin. eod. tit. Et eo caſu nō ſunt dati ad ar-
ticulum tantùm, ſed ad totam cauſam, ſed ſunt
quodam modo ſubdelegati. Exemplum: Si re-
cuſauerim delegatum principis tanquam ſuſpe-
ctum, ſi ille adeſt. coget me compromittere in ar-
bitros: ſi verò abſit, tunc coget me ordinarius il-
lius loci, in quo ſum: ſed ille delegatus quem re-
cuſaui, exequetur ſententiam illorum arbitro-
rum. Et de iſtis arbitris iuris, qui propriè intel-
liguntur dati ad vnum articulum, loquitur text. C
in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudic. vbi dicit,
quòd hi, qui eos dederunt, exequentur eorum
ſententias. De eis etiam loquitur text. in l. cùm
antea. in princip. C. de arbitr. Hodie etiam di-
cuntur arbitri iuris, illi arbitri qui dantur ex vi-
gore alicuius ſtatuti, putà illius quod diſponit,
vt cauſæ inter agnatos compromittantur in ar-
bitros. Certè hi arbitri, cùm eligantur ex neceſ-
ſitate ſtatuti, habent iuriſdictionem, & eorum
ſententiæ debent habere executionem, niſi ap- D
pellatum ſit. nam ab his poteſt appellari, ſecun-
dum magis communem opin. in l. fin. C. de iu-
dic. tangit Aretin. in l. j. C. de arbit. Et aduerte,
quia inter hos eſt differentia, quia illi arbitri, qui
dati ſunt ad aliquem articulum, nullã habēti iu-
riſdictionem, niſi delegatam, d. l. fi. ff. à quib. ap-
pel. nō licet. Sed videtur, quòd arbitri dati vigo-
re iſtius ſtatuti habeant ordinariam: de quo dic,
vt not. per Archid. in c. legitima. de appel. lib vi.
latiùs per Felin. in c. final. extrà, de re iudic. & E
ibidem do. Abb. vbi concludit, quòd eorum iu-
riſdictio plus accedit delegatæ, quàm ordinariæ.
quod confirmo, vltra eum, per ea, quę ponit Bar.
in l. more. j. eo. dū dicit, quando committitur à
populo iuriſdictio circa vnum genus, ſeu nego-
tium tantùm, tunc in dubio cenſetur delegata.
180 Iudices † qui habēt tantummodo iudicandi fa-
cultatem, ſunt qui dicuntur chartularij: itē alij,
veluti procurator Cæſaris. nam ille haberet iu-
riſdictionem inter priuatos ſolùm voluntariam, F
non neceſſariam. Vnde eius iuriſdictio inter pri-
uatos eſt iure prorogationis, l. j. C. de peda. iudi.
Et de hoc procuratore, vel ſimilibus, loquitur
tex. in l. rem non nouam. C. de iudic. nam non
puto, quòd loquatur in iudicib. chartularijs: ex
quo non reperio legem, quæ dicat chartularios
habuiſſe iuriſdictionē, etiam quòd glo. in l. j. ff.
de iudic. quam ibi ſequitur Bar. & Paul. de Caſt.
itē gl. in d. l. rem nō nouã. vbi Bal. & in d. l. fi. vbi
Bald. & Salic. vbi, & apud quem. dicāt eas leges

loqui de chartularijs. ſed, vt dixi, iſta legibus, nul
lis probātur. Et hanc opinionem contra omnes
tenet, quod equidem ſciam, ſolus inſignis doctor
do. Thomas Dotius Senēſ. in l. ait prætor. §. ſi iu-
dex. ff. de re iudic. Eſt bene verum, quòd commu-
niter in Tuſcia per ſtatuta iſti notarij, ſeu chartu-
larij, habent iuriſdictionem voluntariam: ſed i-
ſtud nō eſt de iure communi, vt dixi. nam in Tu-
ſcia eunt partes ad notariū, & rogant vt ſcribat
A inſtrumētum, qualiter Titius mutuauit Seio cē-
tum: tunc notarius qui ex vigore ſtatuti habet iu-
riſdictionem, facit præceptum Seio, quòd ſoluat
illa, putà intra decem dies, prout mutuãs volue-
rit: tale pręceptum tãquam factum per iudicem
in confeſſum, habet executionem paratam, ſecū-
dum l. ſi debitori. ff. de iudic. & hoc inſtrumen-
tum vocatur guarentigiatum, quaſi dicas fortifi-
catum. Guarentiziare enim ſignificat validare,
& fortem facere, vt eſt text. ſingularis in iure, &
B ibi Bald. notat in c. vnico, §. ſi autē inter. de lege
Corra. in vſib. feud. Et ex his habes declaratos
iſtos terminos, quorum maiorem partem ſolent
Doctores & præcipuè noſtri temporis confun-
dere. ¶ Succeſsiuè calcando veſtigia Bar. quæ-
ro, quot † ſint gradus mixti imperij? & Bart. facit 181 *Imperij mixti gradus.*
ſex gradus, ſicut etiam fecit in mero imperio. ali
bi Bar. in l. iiij. §. ſi intra. ff. de dam. infe. facit tres
tantùm gradus, & non computat duos primos
gradus, quos ponit hîc. Iaſon hîc facit tres tan-
C tùm gradus, & eum ſequuntur Mod. nam pri-
mum & ſecundum iungit ſimul, quia competit
ſolo principi, & præfecto prætorij: tertiū & quar
tum etiam iungit ſimul, quia vterq; requirit ple-
nam cauſæ cognitionem: quintum & ſextum e-
tiam in eundem gradum copulat, quia vterque
requirit niſi ſummariam cauſæ cognitionem, &,
ſecūdum eum, poteſt delegari. Circa iſta nō mul-
tùm inſiſto, quia ſunt paruæ vtilitatis. Tamē vi-
detur, quòd Bar. melius locutus ſit in d. §. ſi intra.
D quia mihi non videtur, quòd dare veniam ætati,
vel interponere auctoritatē arrogationi, vel co-
gnoſcere ex ſupplicatiōe, ſint mixti imperij, ſed
potius cuiuſdam facultatis reſeruatæ ſoli prin-
cipi, vel communicatæ etiam cum pręfecto præ-
torio. iſtud probatur: quia non ſunt iuriſdictio-
nis in genere. patet, cùm non ſit in illis neceſsi-
tas iudicandi, l. princeps. ff. de legib. In contra-
rium facit, quod not. Phil. Dec. in conſil. cl. du-
bitatur principaliter. Præterea magna differen-
E tia eſt inter Dare veniam, & Ius dicere, l. j. ĵ. quod
quiſ. iur. Item ſi princeps hæc non concedit, non
poteſt pars conqueri: ergo ſunt meræ facultatis,
l. non quicquid. ff. de iudic. faciunt, quæ dixi s̄.
Item poſito quòd ſint mixti imperij, non faciunt
ad hunc titulū, qui loquitur niſi de eo imperio,
quod eſt communicatum cū omnibus ordina-
rijs, l. imperatores. ff. de in di. ad. facit, quod not.
Doct. in l. j. in glo. in verb. tribuuntur. s̄. tit. ij. vbi
dum Bar. dicit, quòd imperator eſt ſuperilluſtris,
F & ſic in dignitate, Doctores eū reprobant, quia
non eſt in dignitate, ſed ſuper omnem dignita-
tem, & fons, & origo dignitatum. Pariformiter
ea, quæ ſibi ſoli competunt, non debent dici im-
perij, ſed cuiuſdam præeminentiæ, & facultatis
ſibi reſeruatæ. Vnde ſi princeps concederet me-
rum imperium, ſeu mixtum, non videtur quòd
deberet venire illud, quod competit ſoli princi-
pi, vt etiam dicit do. Claud. hîc. ¶ In quantum
Bart. in hoc primo gradu dicit, quòd † Dare ve-
niam ætati competit ſoli principi, per l. ij. C. de 182
his,



his, qui ven. ætat. quæro, quæ ſit ratio quòd hoc
imperatori ſit reſeruatum? videtur dicendum: i-
deo, quia iſta veniæ datio eſt quaſi contra natu-
ram, nã minor tempore, per talem dationem ha-
betur tanquam ſi eſſet maior, vt eſt glo. in rub. C.
eo. tit. & hanc rationem videtur tenere Innoc. in
c. cùm P. tabellio. extrà, de fide iſtru. Tamen non
multùm placet: quia ſatis potuiſſet princeps cō-
cedere id præſidib. per legem: quo caſu præſi-
des facerēt auctoritate legis, & ceſſaret prędicta A
ratio: ſicut etiam videmus, quòd facere vt creda-
tur pelli animalis mortui, eſt quaſi contra ius na
turale: & tamen præſides hoc poſſunt auctorita-
te legis, ſcilicet creandos tabelliones, vt conclu-
dit Old. Laud. in conſ. lxxv. quod incip. qs poſ-
ſit creare notarium. & j. dicemus: quia omnes hîc
indiſtinctè tenent cōtrarium, non aduertentes
ad illud cōſilium Old. & certè illa lex ij. eſt mul-
tùm not. Nam ibi cognitio, vtrùm debeat dari ta
lis venia, bene competit pręſidibus & aliis, vt p- B
batur in d. l. ij. §. ſed ſenatores. vbi debent præſi-
des interuenire de moribus & honeſtate eorum
qui veniam ætatis petunt, & tamen ipſa pronū-
tiatio non: quod facit ad ea, quæ not. in l. cogni-
tio. §. vt bonorum. s̄. tit. ij. per Iaſ. in l. iubere ca-
uere. s̄. eod. vbi dicūt, quòd delegatur cognitio,
non autem pronuntiatio miſsionis in poſſeſsio-
nem, ſecundum vnam opin. ad idem textus in l.
ſolent. s̄. de offic. proconſ. & leg. in princ. & ta-
men videtur, quòd maior induſtria requiratur in C
cognoſcendo, quàm in pronuntiando. dic, vt in
dictis locis. Item illa lex eſt contra vnam opin.
Decij hîc, qui dicit hūc gradum maximum com-
petere etiam ſenatoribus, per l. nō ambigitur. ff.
de legib. & l. quo minus. ff. de flumi. Iſta opinio
eſt contra illum text. in d. §. ſed ſenatores. vbi ſe-
natores minores non poſſunt impetrare veniam
ętatis, niſi à principe. nam videbatur cùm ipſe ſit
ſenator, quòd debeat ſibi ipſi, & vnà cum aliis ſe-
natoribus dare veinã, per not. per Albe. de Roſ. D
in l. fin. s̄. de offic. præt. quod tamen text. negat.
Non obſtat d. l. non ambigitur. quia eſt correcta,
vt dicit ibi gloſ. Item procedit de iure Digeſto-
rum, quo tempore ſenatus habebat maximã po-
teſtatem, maiorem quàm Imperator: hodie eſt
ſecus: ſicut etiam videmus, quòd ſenatus Regis
minor eſt ipſo Rege. allegat etiam Decius text.
in l. j. §. de qua autem. ff. de poſtul. cui reſponde
eodem modo. Tamē videtur, quòd opinio Dec.
ſit ſeruanda in practica, ratione euitandæ corre- E
ctionis legum: arg. l. præcipimus. C. de appel.
183 nam per ſubauditos intellectus, etc. ¶ In † quã-
tum Bart. in eodem gradu collocat interpoſitio-
nem auctoritatis in arrogatione, adde, quòd il-
la competit etiam populo Romano, ſecundum
A. Gel. in lib. v. Noctium Attilarum c. xix. qui di-
cit, ideo dictam arrogatiōem, quia genus hoc in
aliam familiam tranſiens per populi rogatio-
nem fit. Eius rogationis verba hæc ſunt:
184 † VELITIS, IVBETIS VTI L. VALE- F
RIVS L. TITIO TAM IVRE, LEGEQVE
FILIVS SIBI FIAT, QVAM SI EX EO
PATRE, MATREQVE FAMILIAS E-
IVS NATVS ESSET, VTIQVE EI VI-
TAE, NECISQVE IN EVM POTESTAS
FIET, VTI PARIENDO FILIO EST.
HAEC ITA VT DIXI, ITA VOS QVI-
RITES, ROGO, etc. Ego puto hæc verba fuiſ-
ſe introducta ante imperatores, quo tēpore Se-

natus & populus Romanus regebãt. nam eo tē- *L. 3. Imperiū.*
pore patres habebant vitæ & necis poteſtatem
in filios, non autem tempore imperatorum, l. in
ſuis. in fi. ff. de lib. & poſthu. vnde hodie nec po-
pulus Romanus poterit interponere auctoritatē
in arrogationibus, per not. in l. j. ff. de conſtit.
princ. Et aduerte, quia Gellius aduerſatur Iuriſ-
conſulto in d. l. ij. in etymologia vocabuli, vnde
dicta eſt arrogatio. & circa eam vide plura per
A Gellium in d. c. xix. quorum partē referunt qui-
dam Moder. (nempe Cattellianus Cotta) in ſuis
Memorabil. in verbo, arrogationis formã. Mihi
magis placet etymologia aſsignata per A. Gell.
quàm etymlogia Iuriſcōſulti: qa, ſecūdū eã, infãs
non poſſet arrogari: qđ videtur falſum, per l. etiã.
la vltima, ff. de adopt. gl. in d. l. ij. vtraq; eſt ſuſtē-
tabilis. Sed vtrùm † papa poſsit interponere au- 185
ctoritatē in arrogatione? dic, q; ſic, vacante impe
rio, ſecundū do. Chriſtopho. Porc. Inſt. de adopt.
B in §. j. nam mortuo imperatore imperiū trãſit ad
papam, vt notat Innoc. in c. licet. de foro cōpet.
Ioan. Fab. ibi tenet idē, etiam viuo imperatore,
quo ad bona ecleſiaſtica, & quo ad ordines: ſe-
cus, quo ad ſuceſsiones, iure ciuili: vide ibi. ¶ In
quãtum Bart. in eodem gradu collocat eman-
cipationem infantis: dic, idem eſſe etiam de ab-
ſente, per l. pen. C. de emanc. lib. & aduerte: quia
ſi papa, vel imperator concederet comiti Pala-
tino, vt poſſet legitimare, tamen non poterit le-
C gitimare infantes, ſecundum Picum hîc in ij. le-
ctura. Idem etiam, quia non poſſet legitimare
filios, mortuo patre, quando eſſet quæſitum ius
aliis agnatis, niſi ſpecialiter hoc eſſet ſibi cōceſ-
ſum: ſecundum Bald. in l. ij. in verſic. & nota,
quòd Papa. C. de ſeruis fugit. traditur in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantùm. in fin. ff. de liber. & poſt-
hu. Et iſta dicta Bar. hîc faciunt, quòd ſtatutum,
per quod legitimatur filius naturalis, non va-
let: nam cùm iſtud ſit reſeruatum ſoli principi,
D non valet. Et hoc, quando eſſet ſtatutum ali-
cuius ciuitatis, quæ ſuperiorem recognoſceret,
ſecundum not. per Bart. in l. denique. ff. de mi-
nor. in princip. Bald. Alexan. Aretin. Iaſon in l.
more. ff. de acqui. hæred. Alex. in l. bonorum. C.
qui admit. Quando verò de facto non recogno-
ſceret, talis legitimatio valeret, quo ad bona exi-
ſtentia in illo territorio, quod ſubeſt illi ciuitati:
ſecus, quo ad alia bona, vt per Alexand. in con-
ſil. ij. in j. volu. & multa poſſent poni in iſto gra-
E du, quæ ſunt reſeruata principi, quæ poſui ſu-
prà. Et de reſeruatis Papæ, vide lx. caſus enume-
ratos per Hoſtien. in Summa de offi. leg. Hîc ſo-
lùm intendo tractare iſtud dubium, Vtrū † facul 186
tas creandi tabelliones ſit reſeruata ſoli princi-
pi? Et q; ſit reſeruata, & huius mixti imperij ma-
ximi, tenet Inn. in c. cùm P. tabellio. de fide inſt.
quem ibi ſequuntur alij. Idem tenet Alexand.
hîc, qui allegat cōcord. & Iaſ. qui dicit eſſe me-
ri imperij maximi. quod nō eſt verum, vt dixi ſu-
F prà. Primò igitur pro hac parte facit, quia quòd
credatur pelli animalis mortui, hoc eſt cōtra ius
commune, & quodam modo contra ius natura
le. Sed contra ius non licet facere, niſi ſoli prin-
cipi, l. princeps. ff. de legib. Ergo, etc. Facit, quod
notat gloſ. in rub. C. de his, qui ven. ætat. imp.
iunctis his, quæ ponit hîc Bartol. Sed ad hoc re-
ſponde fatendo, quòd ſolus princeps poſsit, ſeu
lex per eum lata: ſed præſes, & alij ordinarij id
faciunt ex poteſtate ſibi conceſſa à principe, c.
j. §. iudices verò. de pace tenen. in vſib. feud. vel à

lege, l. j.in princ. ſ.de offic.eius,cui.ergo,&c.fa-
cit c.ſanè.de offic.deleg.ca. ſtuduiſti.de offic.vi-
car. In hoc tamen differunt notarij creati à prin-
cipe,ab alijs,qui à præſidibus prouinciarum & à
ciuitatibus creantur: quia illi poſſunt vbique in-
ſtrumenta conficere: hi verò non, niſi intra pro-
uinciam,aut ciuitatem,in qua ſunt creati. Secun
dò pro hac parte facit: qa vſus tabellionum fuit
inuent⁹ & approbatus à principibus, & nullibi
reperitur, q alius poſsit eos creare: ergo non eſt A
præſumendum ab alijs,c.inter corporalia.extrà,
de tranſlat.prælat.Sed reſponde, q imò iſtud nō
videtur ex genere prohibitorum: vnde quęlibet
credūtur permiſſa, quæ non reperiūtur prohibi-
ta,l.nec non.§.qd eis.ff.ex quib.cauſ.maior. Itē
videtur ſatis expreſſum,per fundamēta, quæ pro
contraria parte adducuntur:ergo creatio notarij
non eſt reſeruata ſoli principi. Tertiò facit tex-
188 tus in l.actuarios.C.de numer.lib.xij.vbi † actu-
arij, & ſic tabelliones quæ ſcribunt acta,non de- B
bēt ordinari,niſi vbi manus principalis ſanxerit.
Sed ad hoc reſpondet Oldr. in d. conſi. lxxv. q
ibi non loquitur de tabellionibus, ſed potius de
quibusdam exactoribus publicarum pecunia-
rum.nam hi propriè dicuntur actuarij, & licet i-
pſe non dicat, eſt glo.in l.ne diutius. C.eo.tit.&
tex.in l.actuarij. C.de erog.mil.anno.lib.xij. Cū
igitur illud officium eſſet propoſitū recipiendis
pecunijs, mirū igitur non eſt, ſi cautiùs agitur, l.
hoc iure.ff.de ſolut.not.in l.qui proprio.§.qui a- C
lium. ff.de procur. Iſta reſponſio eſt multùm pe-
riculoſa: quia cautiſsimè etiam agēdum eſt cir-
ca tabelliones, cùm poſsint multa mala facere.
Quare aliter tu dic,quòd ille tex.loquitur de ex-
actorib. pecuniarum ipſius principis. Vnde mi-
rum videri non debet, ſi princeps vult ipſe eum
eligere,ſicut quilibet dominus eligit ſibi famu-
189 los,arg.l.ij. ff.de optio. leg. Sed † iſte tabellio e-
tiam q ſit ſeru⁹ publicus,non tamē dicitur pro-
priè ſeruus principis: vnde ab eo non debet eli- D
gi.nam Publicus, in noſtro caſu nō capiť ratio-
ne principis,ſed ratiōe populi.Vel,& tertiò, dic,
q ille tex.loquitur de loco,vbi debet fieri actua-
rius, non de ipſa collatione officij.ſecunda pla-
cet. Quartò adducitur tex. in §.ſi verò præter. in
authen. de tabellionib.vbi dicit imperator. Ta-
belliones habent auctoritatem à nobis, &c. Sed
reſpondet Oldr. quòd illud authenticum eſt lo-
cale. Sed hæc ſolutio non placet. Quare ſecun-
do modo reſpon. quòd loquitur de auctoritate, E
quam ſtatim ibi conceſſerat imperator,q poſſet
delegare, vt dicit ibi gl.in verbo,dudum. Tertio
modo dic, quòd ſatis habet auctoritatem ab im-
peratore, quando præſes poteſt eum creare, &
lex dat poſtea ei auctoritatem. ſecūda ſolutio ad
hunc tex.eſt vera. Quintò ego adduco:quicunq;
habent aliquod militiæ cingulum, vel quoquo
modo militant,debent fieri per principem,l.ne-
minem.C.de re mil. lib.xij.& l.fi.C.de offic.ma-
giſt.offic.not.Bart. in l.j.C.de digni. lib. xij.Sed F
190 † tabelliones dicuntur militare, l. j. C. de tabul.
lib.x. Ergo,&c.Reſpōde,quòd imò ſatis eſt pro-
batoria, vel quòd fiant à magiſtris militum, ſed
bene debent illi poſtea referre ad principem d.l.
neminem. Vel dic, quòd prædicta iura loquun-
tur de veris militibus, quorum opera vſui eſt in
bello. Et ſi argueretur ab identitate rationis: dic
quòd maius oritur præiudicium ab illis militi-
bus, quàm à tabellionibus, ex quo illi poſſunt
præiudicare, quo ad vitam, quæ anteferenda eſt

rebus, l. iuſtiſsimè. ff.de ædil.edict.l.ex eo.C.de
agen. in reb.lib. xij. Sextò adduco text.in l.non
enim.ff.de adopt.vbi † tabelliones dicuntur ſer- 191
ui publici: ad idem l. ij. ff. rem pupil. ſal. for. &
text.in §.cùm autem. Inſtit.de adopt. Si ergo di-
citur publicus, videtur quòd debeat eligi de pu-
blico, & ſic à principe: ſicut res publica dicitur
ea,quæ eſt principis,vt per Bart.in rub.C. de iu-
re fiſc.lib.x.& hunc text.ita voluit inducere Bar-
tol.in l.nec enim. in §.eorum.in fin.ff.de adopt.
Sed dic, quòd dicitur publicus, non quòd ele-
ctus ſit à principe, ſed quòd publicè ſeruit, vt di-
cit gloſſ.in d. §. cùm autem. Septimò ego addu-
co ſecundum regulas iuris ciuilis, nemo alteri
ſtipulari poteſt. l. ſtipulatio iſta, Habere licere.
§.alteri.ff.de verb.oblig. Sed † notarius alteri ſti- 192
pulari poteſt,vt not.Bart.in d.l. nec ei.§. eorum.
de adopt. Ergo facit contra regulas iuris com-
munis. Iſtud non poteſt concedere,niſi princeps
qui eſt ſupra legem, l. princeps.ff.de legib. ergo
tabellio habet officium à principe. Sed reſpond.
quòd bene princeps vel lex conceſsit, quòd ali-
quis, ex quo eſt tabellio,poſsit ſtipulari alteri:
ſed tamen non ſequitur. ergo princeps ipſe fa-
cit tabellionem: quia imò potuit permittere i-
ſtud præſidi. Octauò ego adduco, quòd hîc di-
cit Bald. verſic. circa tertiam quæſtionem poſt
Inn.in d.c.cùm P. tabellio. quòd ſolus princeps
poteſt creare tabelliones generales. Sed reſpon-
de,quòd per hoc non negatur,quin particulares
creari poſsint à ciuitatibus præſidibúſve prouin
ciarum. & vide Alex. in conſi. lxxv. Contrariam
† opinio. tenet Hoſt. in ſumma,de fide inſtr.in §. 193
quibus Hoſt. in Summa, ne cle.vel mona.§.quæ
ſunt permiſſa.verſi.quid igitur.& Oldr. in conſi.
lxxv.incip.quis poſsit creare notarium. Io.And.
in addit.Spec. in tit.de inſtru.edit.§.reſtat.verſi.
ſed quis.Guil.de Cuneo in l. non enim.ff.de ad-
opt. Bart. in l.nec ei. §. eorum.verſi.quæro, quis
poſsit creare. vbi citat multa iura, ff.de adop.do.
Abb.in c.cùm P.tabellio.in fi. de fide inſtru. quē
alij ibi ſequuti ſunt.& hæc opin. eſt grauioribus
auctoritatibus corroborata, &,vt puto,commu-
nis. Pro qua primò facit text.allegatus per Bart.
in §.ex prouinciali.in auth.de def.ciuitat.vbi de-
fenſor habet à præſide prouinciæ vnū exceptо-
rem,& ſic notarium:ergo præſes prouinciæ eſt il-
le,qui facit notarios.& hunc tex.allegat etiā do.
Abb.in d.c.cùm P. tabellio. ſed certè venit mul-
tum à longè.nam primò poſſet negari, quòd ex
ceptor ſit notarius, prout videtur eſſe de mente
glo.in §.his qui cauſas. in auth. de iudic. Et po-
ſito, quòd eſſent notarij,nō ſunt ex illis, qui ſcri-
bunt inſtrumenta venditionum,alienationū,te-
ſtamentorum, & ſimilia:ſed ſolùm erant ſcribæ,
qui ſcribebant acta ipſius præſidis. Et quòd non
loquatur de talibus, probatur:quia vult,quòd a-
pud defenſorem ſint niſi duo: & tamen clarū eſt,
quòd de iſtis tabellionibus, de quib. nos loqui-
mur,poſsūt eſſe plures,in auth.de tabel. in prin.
Vel ſecundò dic, quòd quamuis eos habeat præ-
ſes prouinciæ,nō tamen per hoc ſequitur, quòd
ipſe eos creauerit.Secundò adducitur: Eius † eſt 194
remotio cuius eſt creatio,l. prout.ff.de ſolut.l.ſe
cundum naturam.ff.de reg. iur.l.de tutela. C.de
in integ. reſt. Sed remotio cōpetit etiam mino-
ri principi,§.fi. in auth.de armis.§. ſi verò prętер.
iuncto fin. & titulo, de tabel.in auth.l. iubemus
nulli.§.his tabellionibus.C. de ſac.ſan.eccle.Idē
debemus dicere de creatiōe.Sed ad hoc reſpon.
quòd



quòd ſtat ſimul,quòd creatio ſit reſeruata,remo-
tio nō.ſicut videmus, quòd creatio tutoris com-
petit ſolis ordinarijs & maioribus magiſtratib.
l.muto.§.tutoris datio.ff.de tut.l.nec mandante.
ff.de tut. & curat.dat. ab his. & tamen remotio
competit etiam minimis magiſtratibus,l.cogni-
tio. in prin. ſ.de offic. eius, cui.cum infinitis ſi-
milibus: ſed hoc cum diſtinctione accipi debere
ex ſuperioribus liquet. Tertiò adducit Bart. tex.
vbi dicit eſſe expreſſum in l.duos.C.de ſuſcep.& A
arca. libr. x. vbi debent præſides creare duos ta-
bularios, & ſi non fecerint, puniuntur. Sed reſ-
195 ponde,quòd † iſti tabularij nō ſunt de illis,quos
vocamus tabelliones,ſed quidam alij ſcribę,qui
notabant geſta præſidis, vt ſ. dixi. quod patet,
quia tabelliones durant perpetuò, illi verò ni-
ſi per tres annos. Item illi non erant deputati
ad ſcribendum,ſed principaliter ad compellen-
dos fiſci debitores ad ſolutionem,& ad ſcriben-
dum eorum nomina: hęc probantur in l.ij.C.de B
numer. lib. xij. nam d. l.duos.debet intelligi de
tabularijs,qui etiam vocantur numerarij,ſecun-
dū d.l.ij. non aūt de tabularijs ſimpliciter.iſtud
probatur per diſiūctiuam Seu,poſitā in d.l.duos.
de qua per Bar.in rub.C.de nauic. lib.x.vbi dicit
quòd diſiunctiua Seu,vel Siue,licet verba diſiun
gat,tamen ſenſum coniungit, vt l.ij. ff. in lit. iur.
& Felin.Sand.c.inter cæteras.verſic.circa mate-
riam.de reſcript.in antiquis. Quartò adducitur:
Generali lege ſancitum eſt,vt in omnib.prouin- C
cijs & diœceſibus tabularij ordinentur,C.de ta-
bul.libr.x.l.generali. & tamen princeps non ſta
tuit per quem, nec ſibi hoc retinuit: vnde præſi-
dibus conceſiſſe videtur,l.j §.cùm vrbem.ff.de of
fic.præf.vrb.Inducitur fortiùs tex.in d.l.genera-
li.nam lex imperatoris ſeipſum non ligat,vt not.
in l.j.ſ.quod quiſque iur. nec ſucceſſorem ſuum,
vt notat Bal.in c.j.in fi.prin.de his,qui feud. dar.
poſſ.in vſib.feud. Innoc.in c.cùm ad monaſt.in
fin.de ſtat.mon.Iaco.Butr.in l.præſcriptione.C. D
ſi contra ius, vel vtil. public. Cùm ergo illa lex
non poſsit loqui in imperatore, ſequitur quòd
loquatur in alijs ordinarijs qui bene poſſunt li-
gari ab illa lege. Sed ad hunc tex.poteſt reſpon-
deri,& difficulter. &primò ad primū,quòd quā-
uis debeant eſſe tabelliones in quacunque vrbe
non tamen textus dicit, quòd quilibet præſes
creare poſsit. Nec obſtat d. §. cùm vrbem. quia
cùm quis acceperit territorium, bene verum eſt
quòd intelligitur accepiſſe quamcunque iuriſ- E
dictionem, ex quo iuriſdictio cohæret ipſi terri-
torio,ſecundum Bart.in l.j.in fin.ſ.eo. Sed iſtud
creare tabellionem non eſt iuriſdictionis,vt ſ. di
xi, ſed cuiuſdam facultatis reſeruatæ principi.
Item poſito,q ſit iuriſdictionis,non tamen venit
ex quo eſt de reſeruatis: ſed d. §. cùm vrbem.nō
loquitur de reſeruatis. Ad ſecundum, quod ego
feci,difficiliùs reſpōdetur,niſi dicas,q illa verba
Liberi homines ordinentur,nō ſunt dicta reſpe- F
ctu principis,ſed reſpectu ipſorum ordinandorū
qui bene ligantur illa lege:quaſi velit dicere q
non debet aliquis permitti ſe fieri tabellionem,
niſi ſit liber,&c. Quintò adducitur,Ea quæ ſunt
reſeruata principi:ſunt reſeruata propter maxi-
mam dignitatem, c. qd ad tranſlationē de offi.
leg.c.j.de tranſlat. epiſc. Sed notariatus non eſt
dignitas,ſed vile officiū, l.vniuerſos. C. de decu.
lib.x.Bar.in l.fi. C. de tabul.eo.lib. niſi ſit nota-
rius principis,vt per Bar.in l. vnica.C. de mand.
princ.ergo non debet dici eſſe reſeruatum. Sed

reſponde, q non eſt reſeruatum,non ratione di- L. 3. Imperiū.
gnitatis,ſed ratione pręiudicij,quod poſſent in-
ferre falſificando inſtrumenta. item quia ſit qua-
ſi cōtra naturam, vt credatur pelli animalis mor-
tui,vt ſ.dixi.Sextò facit tex.in l.j.C.ne quis liber
inuit.act. reip.lib. x. vbi per ordinarios compel-
litur quis officium notariatus aſſumere. Et licet
ille text. obſtet ſecundum vnum intellectum gl.
tamen poteſt tenere alius primus. Vel dic,quòd
ibi non loquiť de officio notariatus: patet, quia A
illum actum reipublicæ non poſſunt cogi gere-
re ingenui,l. ij.C.eo.tit.& tamen ad tabelliona-
tum eſt fecus, l. generali. C.de tabul. in fi. lib. x.
ſed loquitur de alio officio, per qd quis ſolici-
tabat acta reipublicæ. & erat talis ſeruus,&c. Se-
ptimò: protocollum vnius notarij mortui com-
mittitur alteri notario,qui auctoritate ordinarij
façiat illud authenticum: caſus eſt in c.cùm P.ta
bellio de fide inſtru. Modò ordinarius poteſt fa-
cere: vt inſtrumentum non authenticum fiat au- B
thēticū: pariformiter debet poſſe de nō notario
notarium,arguendo de re ad perſonā,ſecundum
l.ij. ſ.ne quis eum, qui & de cauſato ad cauſantē
ſecundum l. & ſi amicis. ff. ad leg. Iul. de adult.
Abb. in rub. extrà, de re iud. Sed ſit reſponſio,q
faciliùs interponitur auctoritas in aliquo actu,
quàm de nouo ille actus fiat,§. Inſtit.de tutel. Itē
licet non eſſet authenticum, tamen à principio
& ſemper valuit: vnde in totum fictum non di-
citur,&c.l.cùm filius. §. hæres.ff.de leg.ij.Itē eſt C
longè diuerſa ratio in hoc caſu de perſona ad rē:
ex quo plus poſſet præiudicare perſona, quàm
illud inſtrumentum.Vnde in hoc caſu tale argu-
mentum non valet. Et hanc partem tenēdo,quæ
videtur verior,reſtat videre,vtrùm † quando prę- 196
ſes creauit tabellionem,talis tabellio poſsit con
ficere inſtrumentum extra territorium? Bart. in
d.l.nec ei.§.eorum.in fi.ff.de adopt.& in l.apud
proconſulem. ff. de manumiſ. vind. tenet, quòd
non:cuius opinio eſt vera.In contrarium tamen D
facit,quia præſes habebat magiſtratum annuū,
& tū poterat creare tabelliōes per id tēpus quo
ipſe iuriſdictionē non habebat,ſ.per triennium.
Caſus eſt in l.duos.C.de ſuſcep.& arca.lib.x.ar-
guendo etiam de tempore ad locum, ſecundum
l. vinum.ff.ſi cer.pet.Cogita: quia non eſt noſtra
materia,& vide tex.l.fi.ff.de pœn. & gloſ.in c.fi.
in verb.ſtatuto.de conſtit.lib.vj. ¶ Circa † ſecū- 197
dum gradū mixti imperij,dum Bar.ponit ea,quę
competunt principi & præfecto prætorio: Iaſ.& E
Modern.mouent difficultatem,cur Bart.in j. gra
du meri poſuerit ea, quæ competunt principi &
præfecto prætorio: hîc verò poſuerit in ſecun-
do. Augetur difficultas, quia cùm imperium me
rum ſit maius mixto, & præfectus prætorio ha-
beat ſummum gradum meri imperij,non autem
mixti, ſequitur quòd cui competat maius, non
cōpetat minus: quod eſt contra not.in l. in ſuis.
ff. de liber.& poſthu. Ad primum reſpondet Iaſ.
q ideo illud eſt,quia in gradibus meri non repe- F
riebatur aliquid,quod nō competeret etiam prę
fectis prętorio. Sed iſta ſolutio eſt falſa:quia cō-
demnare pręſidem capitaliter,nō competit prę-
fecto prætorio, l. diui.§.fin.ff.de pœn. Item con-
dere legem vniuerſalem,vt ſ.dixi. Ad ſecundum
nemo reſpondet. tu dic, quòd in hac materia nō
eſt licitum argumentum de maiori ad minus.i-
ſtud probať in l. ſolemus.§.fi.ff.de iudic. l. illici-
tas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. & firmat
Socin.in repet.l.j.§.j.in ij.q.ff.quis,& à quo. Ta-
men me-

men meliùs cogitando poſſet dici, quòd iſti gradus poſiti ſunt per Bart. magiſtraliter, nec ſuper eorum ratione eſt laborandum. ¶ Item in quan-
198 tum Bar. quem omnes ſequuntur, dicit,† ſupplicationem à ſententia præfecti prætorio eſſe mixti imperij maioris, videtur diſputando poſſe dici, quòd imò ſit iuriſdictionis. Nam ſicut appellatio ſuccedit in locum cauſæ principalis, l. cùm apud Sempronium. ff. iudic. ſol. firmat dom. Iaſ. hîc: ita etiam ſupplicatio, l. ſi quis aduerſus. cum gloſſ. C de precib. imperat. offer. Si ergo cauſa principalis erit iuriſdictionis, ſequitur quòd etiā ſupplicatio erit eiuſdem naturæ, ad hoc vt ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locū ſubrogatur, l. ſi eum. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis caut. Sed aſſumptum eſt multùm dubium, vt j. videbimus. Item non videtur, quòd argumentum de ſubrogante ad ſubrogatum, multùm valeat in iſta materia, per ea quæ notat do. Abb. in c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò duo. de offic. deleg. & do Alex. in l. j. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. &c.
199 Sed quæro hîc: Pone, lata † eſt ſententia nulla, vtrùm præfectus prætorio poterit illam confirmare? ego puto, quòd non per ea, quæ ponit Angel. in l. licet. j. de iudic. & Riminal. in l. more. j. eo. vide per eos. Item in quantum Bar. allegat l. j. C. de officio præfect. præt. aduerte, quia voluit illam allegare, ad hoc quòd multa cōpetunt principi, quæ competunt etiam præfecto prætorio: licet aliqua non. nam in d. l. libellis datus præfecto prætorio non inducit litis conteſtationē, & tamen ſi eſſet datus principi, ſic, l. j. & ij. C. quan-
200 do lib. prin. dat. lit conteſt. &c. ¶ Circa † tertium gradū Bar. collocat cauſas mixti imperij, quæ requirunt plenā cauſæ cognitionē, & coercitionē realem, vel perſonalē: & exemplificat hîc aliquibus modis. Pro expeditione huius gradus intēdo hîc examinare quinq; quæſtiones. Prima erit, vtrùm reſtitutio in integrū potuiſſet delegari de iure Digeſtorū, & quid de iure Codicis? Secūda, vtrùm miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto poſsit expediri per delegatū? Tertia, quid de miſſione in poſſeſsionē ex ſecūdo decreto, tā in cauſa damni infecti, quàm in alijs? & conſequenter, vtrùm mixtū imperiū regulariter poſsit delegari? Quarta, vtrùm delegatus poſsit expellere aliquē de poſſeſsione re ipſa? Quinta, vtrùm quælibet exequutio in quacunq; cauſa etiā à trecen-
201 tis aureis ſuprà, poſsit expediri per delegatum? Circa primam Doct. communiter tenent, q. † de iure Digeſtorum reſtitutio in integrum non poterat delegari generaliter, ſed in ſpecie ſic. allegāt tex. in l. ſi. C. vbi, & apud quē. Alex. tamē in l. j. ſ. de offi. eius, cui. videtur velle, q. nec olim poſſet ſpecialiter delegari reſtitutio in integrū: qd' non puto verum. Pro eius tamen opinione facit fortiſsimus tex. in l. ea, quę. ff. ad municip. vbi magiſtratib. municipalib. nō competit in integrum reſtitutio: ergo nec delegatis, per reg. l. j. §. quę verò. ſ. tit. ij. Sed ad illum textum reſpondetur per Bar. hîc primò, q. eſt ſpeciale fauore minorū: arg. l. ij. & iij. ſ. tit. ij. Sed iſta ſolutio nō eſt bona: quia eſt contra text. in d. l. ſi. C. vbi, & apud quem. vbi dicitur, q. pcedit etiam in reſtitutione maiorū, & ſic etiam gl. in l. j. ff. de dam. infec. quę aſsignat
202 hāc rationem, non eſt vera. Secūdò † modo reſpō det Ludouic. Roma. in l. j. ſ. tit. ij. eſſe ſpeciale fauore reſtitutionis, quę eſt multum fauorabilis & æqua, l. j. ff. de in integ. reſtit. & hanc tenet Dec. hîc: ſed mihi nō placet, quia idē fauor debuerat facere, vt competeret etiam magiſtratib. municipalibus. Item maior fauor eſt, vt lapſi reſtituātur per virum magnæ induſtriæ, quàm per quemlibet pedaneum, vt per Ioan. Fab. in §. ſi. Inſtit. de Atil. tutor. quem refert Alex. in l. j. ſ. eo. & eſt tex. in l. nō diſtinguemus. §. Iulianus. ff. de arbit. Item fauor & æqtas nō eſt ſatis ad faciēdū aliquid delegari, l. ij. ſ. tit. ij. Nec obſt. l. iij. ſ. tit. ij. qa vtilitas eſt cauſa impulſiua. Tertio modo his dieb. reſpō-
A debatur, q. imò de iure Digeſt. nō poterat delegari, neque ſpecialiter. Nō obſtat tex. in d. l. ſi. dū dicit Veteribus legibus, ſcilicet legibus Codicis anterioribus, nō autem Digeſtorum: ſed iſta ſolutio nil valet, quia cauillatur ad illum tex. Item de iure Digeſtorum in mādato generali procuratorio non veniebat, vt procurator poſſet petere reſtitutionem in integrum pro domino, in ſpeciali ſic, l. illud. vbi not. ff. de minor. ergo idem in delegatorio, per ea, quę habentur in l. more. j. eo.
B & ſic ad illum text. nō cadit ſolutio, vt etiam dicit Fulgoſ. in l. j. ſ. tit. ij. Pro † contraria parte eſt 203 textus fortiſsimus in l. ſi. C. vbi, & apud quem. vbi clarè dicitur in ſi. l. q. olim de iure veteri, & ſic Digeſtorum poterat in integrum reſtitutio ſpecialiter demādari: hodie poteſt etiam in genere. Sed ad illum tex. reſpondebatur in circulis, q. loquitur in cognitione, vtrùm ſit danda, vel ne: nō autem in ipſa datione reſtitutionis. iſtud probatur ex rub. quæ dicit, vbi, & apud quem cognit.
C reſtit. agitanda ſit. nam verba debēt intelligi ſecundum rubricam, l. imperatores. ff. de in diem adiect. Ad idem inducebat tex. in d. l. ſi. in princ. dum dicit Apud quem iudicem debet examinari reſtitutio in integrum. nam verbum Examinari, nō videtur q. importet ipſam pronuntiationē reſtitutionis. item ad idem facit d. l. ſi. in princ. ibi, ſancimus huiuſmodi cauſæ cognitiones, &c. Sed iſta reſpōſio nō placet, per tex. in d. l. ſi. circa medium, vbi is, qui iudicem dederit, videtur ipſe
D dare reſtitutionem in integrum: & ſic loquitur de ipſa datione, nō de cognitione. Nō obſtat rubrica, dum loquitur de cognitiōe: quia debet intelligi etiā de pronūtiatione. Iſtud probat: quia in diſpoſitione legis appellatiōe cognitionis, venit etiā pnūtiatio l. iij. §. cognoſcit. ff. de offi. pfect. vigil. l. j. C. ſi contra ius, vel vtil. public. not. in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudica. & firmat do. Alex. in l. j. ſ. eo. Nō obſtat, qd' dicitur de ex-
E aminatione: quia intelligitur etiam de pnuntiatione. caſus eſt in l. ſi. ſecūdum intellectū Bar. & communem, C. de iudi. & ſic remanēt hîc duo iura de directo contraria. Quare ad euitandam iſtam contrarietatem ego nō video modum, niſi teneamus opinionem Fulgoſ. de qua per Alex. in l. j. ſ. de offi. eius, cui. ſcilicet q. multò plura cōpetunt præſidib. iure magiſtratus, quàm competant defenſorib. & magiſtratib. municipalib. ſicut etiam è conuerſo videmus, q. quędā ſunt quæ nō cōpetunt delegatis, quę tamē cōpetunt defen-
F ſorib. ciuitatū, vt p Bar. in l. magiſtratib. j. eo. & puto, q. opinio Fulgo. rectè intellecta ſit vera, q. j. latè defēdem⁹. Interī teneas, q. † reſtitutio in in- 204 tegrū de iure Digeſt. poterat ſpecialiter delegari, in genere nō, p tex. in d. l. ſi. Nec in hoc eſt aliqd ſpeciale, ſed regulariter pceditur, ex quo regula riter mixtū imperium poteſt delegari, vt dixi in l. j. ſ. eo. & j. meliùs dicam. ¶ Secūda principalis quæſtio eſt, vtrùm † miſsio in poſſeſsionē ex pri- 205 mo decreto poſsit delegari? Et p parte negatiua q̄ eſt cōmunis, in l. ſeq. primò adduco: nā † anteq̄ 206 peruenia-



peruenìatur ad primū decretū, debet prius reus citari per edicta, vt eſt tex. in l. ij. C. vbi in rē actio. Sed delegato nō permitti tur citatio per edicta, l. ſancimus. in ſi. cū ibi not. C. de iudic. l. conſentaneum. vbi not. & authēt. qui ſemel. C. quomodo & quando, not. Alex. in l. ij. ſ. eo. Ergo nec debet cōpetere ipſa miſsio: quia cui negatur neceſſariū antecedēs, intelligitur etiam negatū conſequēs, l. illud. ff. de acquir. hæred. Ad iſtud fundamentū
A reſponde primò, negādo q. ſit neceſſariū antecedens: quia iſtud eſt bene verū in ordinario, vt loquitur tex. in d. l. ij. ſed in delegato nō reperitur, q. ſit neceſſariū. Secundò reſponde: ibi ſpeciale in illo caſu: ratio eſt, quia ille tex. loquitur de miſſione in poſſeſsionem, quæ ſit in actione reali, ex qua conſtituitur quis irreuocabiliter dominus, quo ad poſſeſsionē. vnde cùm pariat plenū præiudicium, non eſt mirū, ſi nō poteſt delegari, ſicut etiā nec miſsio in poſſeſsionē ex ſecundo de-
B creto, l. iiij. §. duas. ff. de dam. infec. & hoc tenet Salicet relatus per Alex. in l. ſeq. Tertio modo reſpōd. quòd imò citatio per edicta permittitur delegatis, authent. qui ſemel. ſ. alleg. Nō obſtat text. in d. l. ſancimus. quia ibi nō probatur, quin delegatus, ſi velit, poſsit citare per edicta. Nec obſtat text. in §. ſi verò etiam quidā iurent. in authen. de exhib. reis. quia ibi loquitur de iudice dato ab ordinario, vel etiā dato ex ſacra forma, ſiue iuſsione. qui ideo non poterant aliquid age-
C re, quia erant ſimpliciter dati, nec mādatum erat tam amplum, vt hæc cōtineret. Eſt verum, quòd is, cui mandata eſt iuriſdictio, item iudex ſpecialiter datus ad hoc, poſſet, per d. authen. qui ſemel. declarando tamen ſuprà dicta nomina iudicum, prout ſ. dixi. Secundò pro hac parte adducebatur in circulis text. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex. in fine, vbi ſub vna determinatione ponitur, quòd quando reus eſt contumax, debet præſes vel citare
D realiter actorem, vel mittere in poſſeſsionem ex primo decreto: tunc ſic alternatiua poſita inter duo diuerſa, denotat eandem qualitatem reſpectu æquiparationis eſſe in vna parte, quæ
207 eſt in alia, l. j. ff. de reb. dub. Sed † citatio realis non competit delegatis, vt not. omnes in l. ij. ſ. eodem. ergo idem in altera parte alternatiuæ, ſcilicet in miſsione in poſſeſsionem. Sed ad iſtud fundamentum reſpond. primò, quòd non eſt verum, quòd alternatiua inducat eandem qualitatem. Nec text. in d. l. j. ff. de reb. dub.
E aliquid facit. Imò contrarium probatur in l. in vniuerſis. C. qui dar. tutor. poſ. iunctis his, quæ ponit Bartol. Alexand. in l. j. ſ. eod. dum tenet, quòd in datione curatoris in litem, non eſt neceſſarium decretum. Secundo modo reſponde, quòd imò delegatus poteſt citare realiter, §. ſi verò ignoti. authen. de teſtib. not. gloſſ. in d. l. ij. Non obſtant contraria: quia reſponde, vt ſ. dixi de citatione per edicta. Tertiò adduco text. in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudic. vbi quælibet exequutio debet fieri per ordinarium, non
F per delegatum. Ponamus, quòd miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto, fiat vigore ſententiæ interlocutoriæ, qua delegatus interlocutus eſt mittendum eſſe in poſſeſsionem ex primo decreto: certè cùm veniat loco executionis, non debet poſſe delegari, d. l. à diuo Pio. Sed reſponde primò, quòd ille text. loquitur, quando aliquis eſt datus iudex generaliter: nam lata ſententia, expirat eius officium, arg. not. per Bartol. in l. quod iuſsit. ff. de re iudic. Sed ſi ordinarius ſpecialiter velit delegare talem executionem, text. non negat: imò poteſt, vt eſt gloſ. in c. ſi quis contra clericum. de foro comp. & largiùs j. dicam in v. q. Quartò adducitur text. in l. j. & in l. iiij. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infect. vbi ſpeciale eſt in cauſa damni infecti, quia periculum eſt in mora: ergo in contrarium ius commune, l. ius ſingulare. ff. de legib. Sed re-
A ſponde, quòd illi text. non loquuntur de delegatis, ſed magiſtratibus municipalibus. Vnde fateor ſpeciale eſſe, quòd competat municipalibus magiſtratibus. Sed quòd competat delegatis, eſt de iure communi. nam multò plura poſſunt delegari, quæ tamen non competunt decurionibus, l. fin. C. vbi, & apud quem. l. ea, quæ. ff. ad municip. & latiùs, j. veniet dicendum. Quintò: plus † fauetur iudici quò ad actus iudi- 208 ciales, quàm parti, vt not. per Riminal. & alios,
B in l. vbi pactum. C. de tranſact. vbi poteſt iudex repellere agentem de facto, conſentiente reo: quia quamuis partes velint, tamen ſua intereſt, ne coram ſe agatur de facto, vt not. Innoc in c. j. de offic. vicar. Sed iudex delegatus non poteſt punire contumaciam rei reſpectu ſui, putà mulctando, vt omnes tenent in l. j. j. ſi quis ius dic. non obtemp. & dixi ſ. ergo tantò minus poterit punire contumaciam reſpectu actoris mittēdo in poſſeſsionem ex primo decreto. Sed ad
C hoc reſponde primò, quòd maior ratio eſt in parte, quàm in iudice, ex quo pars agit de damno euitando, delegatus de lucro captando: vnde ſuccedit reg. l. fin. verſic. cùm enim. C. de codicil. l. Mæuius. §. duorum. ff. de leg. ij. Vel dic, ideo † impoſitionem mulctæ non cadere in de- 209 legatum, quia ea ſit ratione contemptæ auctoritatis. Sed pedaneus non habet tantùm auctoritatis, vt poſsit indicere eam, l. iij. ff. ne quis eum, qui. tangit do. Claud. de Seyſel. hîc. Sextò adducitur text. in l. ea, quæ. ff. ad municip. vbi ma-
D giſtratus municipalis non poteſt mittere in poſſeſsionem: ergo nec delegatus, per reg. l. j. §. quæ verò. ſ. tit. ij. Sed reſponde, quòd non ſequitur. Non competunt magiſtratibus municipalibus: ergo nec delegatis, per d. l. ſin. C. vbi, & apud quem. & j. veniet latiùs dicendum. Septimò adducit Alexand. in l. ſeq. text. in §. ſi verò etiam. in authen. de exhib. reis. vbi nō poteſt delegatus aliquid facere contra reum con-
E tumacem: & ſic non poteſt mittere in poſſeſsionem. Sed ad illum text. reſponde, quòd loquitur † in iudice dato, qui non habet tam amplum 210 mandatum, ſicut is, cui mandata eſt iuriſdictio. Sed in ſuo mandato non veniunt niſi ea, quæ veniunt conſecutiuè ad expeditionem cauſę commiſſæ, non autem maiora expreſsis, prout declarat Bartol. in l. ij. ſ. eod. vnde bene fateor, quòd iudex ordinarius poſſet ſpecialiter, ſi vellet, mandare talem miſsionem ex primo decre-
F to. Octauò adducit Alexand. text. in l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic. vbi, ſi reus non compareat, & ſic ſit contumax, debet iudex exequi & mittere in poſſeſsionem, ſi poteſt: ſin minus, referat ad maiorem iudicem. & ſic innuit, quòd delegatus non poſsit mittere in poſſeſsionem, ſed debet referre ad maiorem iudicem. Sed ad illum text. reſponde, quòd illa relatio non ſit ad maiorem iudicem, ea ratione quòd ſit defectus iuriſdictionis in delegato: ſed quia ille, in cuius bonis debet fieri executio, abeſt, &

L. 3. Imperiū.

eſt, & habet bona in alieno territorio, vnde de-
bet iudex ſententiam referre ad iudicem territo-
rij, vt ipſe exequatur: & illum text. ita intelligit
Bart. in l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iudic. Vel
dic, quòd ille textus procedit in iudice ſimplici-
ter dato, per ea, quę ſuperiùs dixi: ſecus eſt, ſi ſpe-
cialiter illi eſſet mandata miſsio. Nonò adduci-
211 tur per Alex. Iſta † miſsio in poſſeſsionem ex pri-
mo decreto, expeditur officio iudicis nobili, vt
concludit Bar. quem communiter ſequuntur, in
l. iubere cauere. ĩ. eo. per text. in l. Fulcinius. §. j.
ff. de bon. auct. iudic. poſsid. Si ergo ſic eſt, ſe- A
quitur quòd nõ poſsit delegari, per tex. in l. pla-
cet. verſic. quod non ita. C. de ped. iudic. Sed ad
hoc reſponde, quòd talis conſequentia nõ eſt bo
na. nam plura ſunt mixti imperij, quę tamen poſ
ſunt delegari, vt hîc per Bar. imò regulariter po-
teſt. vt ĩ. diſputabo. Decimò adducitur: Miſsio
212 † in poſſeſsionem eſt magis imperij, quàm iuriſ-
dictionis, l. iubere cauere. ĩ. eod. ergo nõ poteſt
delegari. Confirmatur per tex. in l. j. ſ. eod. vbi
illa l. loquitur de ordinario: ergo excludit dele- B
gatũ, l. cùm prætor. ff. de iudic. Item ibi ponitur
miſsio in poſſeſsionem. Item alias cauſas mixti
imperij, quæ non delegantur: ergo nec ipſa miſ-
ſio, per regulã l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil.
Sed ad primum reſponde, quòd nõ valet conſe-
quentia, vt iam ſ. dixi. Ad ſecundum dic, quòd
imò etiã aliæ cauſæ mixti imperij ibi relatę poſ-
ſunt delegari, vt ĩ. dicam. Item nego, ꝙ illa lex nõ C
loquatur etiam in delegato. nam hîc titulus eſt
213 generalis, vt not. in rub. ſ. eod. Contrariã † par-
tem ego puto de iure veriorem, quam tenuit Ful-
goſ. & alij relati per Iaſ. in l. ſeq. & pro ea argu-
mentando primò facit text. ineuitabilis in l. co-
gnitio. §. vt bonorum. ff. de offic. eius, cui. vbi cla-
rè dicitur, quòd miſsio in poſſeſsionẽ poteſt de-
legari. Sed ad illum tex. reſpondetur primò, ꝙ
illę textus loquitur de pronuntiatiõe, vtrùm dã-
da ſit bonorum poſſeſsio, & vtrùm permittenda D
ſit miſsio, nécne: ita illum tex. intelligit gloſ. in
d. §. vt bonorũ. & gloſ. in l. j. ſ. eod. Et hęc ſolutio
eſt communiter approbata, quam etiam commu
nem dicit ibi Iaſ. & Alexan. in l. ſeq. Sed certè eſt
expreſsè contra illũ tex. ibi, in verbo, detur. nam
Intelligere, id eſt Danda pronuntietur, eſt viola-
tio, quam nemo ſanæ mẽtis admitteret. Item eſt
contra illum text. in fine ibi, in poſſeſsionẽ mit- E
tatur, mandari poteſt: & ſic ipſa miſsio mandari
poteſt, non autem loquitur de pronuntiatione.
Secundo modo reſpondetur, quòd ille text. lo-
quitur de his cauſis, quæ non requirunt plenam
cauſæ cognitionem, ſed ſummariam, & quę non
pariunt magnum præiudiciũ. Sed miſsio in poſ-
ſeſsionem ex primo decreto, parit magnum prę-
iudicium: quia per eam peruenitur ad miſsionẽ
ex ſecundo, in quo agitur de maximo præiudi-
cio. Et hanc reſponſionem tenet do. Iaſon in d. F
l. ſeq. Sed iſta reſponſio eſt contra illum tex. nam
bonorum poſſeſsio cauſa litis agnoſcẽdę, etiam
ipſa eſt pręambulum ad magnum præiudicium:
quia per eam peruenitur ad ius querelandi in to
tum. & tamen dicit ibi text. quòd poteſt delega-
ri. Idem eſt in bonorũ poſſeſsione Carboniana.
Item eſt magna reſtrictio ad illum text. intelli-
gere eum de bonorum poſſeſsionibus, quæ non
tribuunt ius, cùm text. generaliter loquatur, &
maximè cùm in ſpecie textus loquatur de bono
rum poſſeſsioue ventris nomine. Nam ſi opin.
communis eſſet vera, textus ibi eſſet ſuperfluus;

prout etiam dicit ibi do. Iaſ. Nec obſtat tex. dum
dicit, vt poſſeſsio bonorũ, &c. quia etiam debet
intelligi de his quę ſunt iuris, per tex. in l. ſi duo-
bus. in princ. ff. de bonor. poſſeſ. cõtra tab. & tex.
in l. liberto ſuo hęrede. ff. de bon. liber. & text. in
rub. ff. de poſſeſ. hæred. petit. & text. cum ibi not.
in l. j. C. vnde legit. Item quamuis aliqua cauſa
expediatur ſummariè, tamen videtur, quòd de-
beat requiri tãta iuduſtria, ſicut in alijs. nam quò
celeriùs agitur, eò cautiùs aduertendũ eſt, l. Car-
bonianũ. §. cauſæ. & §. ſeq. ff. de Carb. edic. Ter-
tio modo reſpondẽt Moder. Taurin. quòd ideo
delegatus non poteſt mittere in poſſeſsionem,
quia per talem miſsionem poſſet excitari ſcan-
dalum, putà quia complices rei reſiſterent de fa-
cto: ſecus in caſu d. §. vt bonorũ. Sed iſta reſpon-
ſio nil valet: quia idem poſſet accidere in miſsio-
ne in poſſeſsionẽ ventris nomine, & in alijs, de
quibus loquitur illa lex: nam iſte timor ſcandali
non eſt ſatis ad faciendũ ne delegato competat
talis miſsio: probatur in l. iiij. §. duas. ff. de dam.
infect. & ſic ibi eſt caſus pro hac opin. Secundò
pro hac parte adducitur de Ioã. de Imol. in l. iiij.
§. duas. ff. de dam. infec. tale fundamentum, De-
fenſores ciuitatum, poſſunt punire leuia delicta,
etiam flagellando, & ſic per modicam coercitio-
nem corporis, §. audient. in authen. de defen. ci-
uit. not. Bartol. in hac l. ergo tantò magis debent
poſſe mittere in poſſeſsionem, cùm quęlibet pœ
na corporalis, &c. l. in ſeruorum. ff. de pœn. Cõ-
firmatur iſtud fundamentum Imol. nam miſsio
in poſſeſsionem fit in pœnam contumaciæ rei,
qui non vult comparere, l. is, cui. in princ. ff. vt in
poſſeſſ. leg. no. Sed † contumacia eſt leue crimen, 214
l. j. §. fin. & ibi not. ĩ. ſi quis ius dic. non obtemp.
Et leuia crimina punire ſpectat ad defenſores, &
conſequenter ad delegatos, d. §. audient. Ergo
ad eos ſpectabit mittere in poſſeſsionem, quę eſt
pœna contumaciæ. Sed ad hoc primum funda-
mentum reſpondet Imola, quòd eſt verum, quòd
defenſores ciuitatum poſſunt punire leuia deli-
cta in ſeruis de iure Digeſtorũ, l. magiſtratibus. ĩ.
eod, ſed de iure Authenticorum etiam in liberis.
Et ſic vult Imola, quòd de iure Digeſtorum non
poterant mittere in poſſeſsionem, hodie ſic. Vn-
de ſequitur, quòd d. l. magiſtratib. hodie ſit cor-
recta. Hæc ſolutio non placet Alex. nec Iaſ. per
l. præcipimus. in fin. C. de appellat. Tu potes te-
nere eam alio modo, tenendo quòd d. §. audient.
non loquatur niſi in ſeruis. quam opinionem te-
net do. Claud. in l. ſeq. & ego ſuperiùs ſequutus
ſum, per text. in l. ſi priuatus. ff. qui, & à quibus.
addo nunc text. in l. item apud. §. adiicitur. ff. de
iniur. Tamen iſta ſolutio eſt expreſsè contra
mentem illius §. audient. Secundo modo ad il-
lud fundamentum reſpondet Alexan. & do. Iaſ.
quòd non valet conſequentia Imol. Poteſt coer-
cere ad publicam vtilitatem: ergo poterit ad pri-
uatam, l. ij. C. de primipil. lib. xij. Sed dic, ꝙ imò
valet, ex quo difficiliùs competit aliam merum
imperium, quàm mixtum. Tertio modo reſpon-
detur, quòd non valet illa conſequentia: quia ea
data pro vera, ſequeretur abſurdum: primò, ꝙ
mixtum imperium regulariter delegaretur. ſed
dic, quòd iſtud non eſt abſurdum, vt infrà vide-
bimus. Secũdò, quia ſequeretur, quòd cauſæ à
ccc. aureis ſuprà competerent defenſorib. Sed
ad hoc reſponde, quòd ideo non competũt, ex
quo ſunt tanti valoris, vt poſsint optimè ferre
expenſam, litigando contra ciuitatem coram
pręſi-



præſide. Sed in modica coercitione corporis eſt
ſecus, quia deliquit fortaſſe aliquis vilis, qui nõ
habet quadrantem: vnde reſponde, non debet
ferre hoc incommodum, vt magnis expẽſis mit-
tatur ad pręſidem: arg. l. mediterraneę. C. de ann.
& trib. libr. x. Tertiò adducit Salic. relatus per
Modern. in l. ſeq. text. in auth. ei, qui. C. de bon.
auct. iudic. poſsid. vbi adminiſtrator poteſt mit-
215 tere in poſſeſſionem. Sed † adminiſtrator poteſt
ſignificare per ordinarium, quã delegatum, cle. A
j. de reſcript. Ergo cùm ſit generaliter poſitum,
debet generaliter intelligi, l. de pretio. ff. de pu-
blic. Sed ad hoc reſpondent Alexand. Iaſ. Deci.
Claud. & alij Moder. quòd in hoc caſu debet in-
telligi niſi de maioribus magiſtratibus, ad hoc
vt iura iuribus concordentur, c. cùm expediat.
de elect. lib. vj. addunt Moder. pro hac opin. glo.
in §. nulla. in authẽ. de defen. ciuit. ſed certè ego
non video, quæ iura obſtent, per quæ debeat re-
ſtringi. Quartò adducitur: quia cùm iſta miſſio B
in poſſeſſionem ex primò decreto, fiat inciden-
ter ad actionem, aut ad officium iudicum inten-
tatũ, videtur quòd debeat poſſe expediri per de-
legatum: nam cauſæ etiam grauiores, putà cauſa
ſtatus, poſſunt expediri coram iudice aliàs non
idoneo, ſi incidenter veniant, vt eſt tex. in l. quo-
ties. C. de iudic. & tex. vbi Iaſ. not. in l. à diuo Pio
§. ſi ſuper. ff. de re iudic. Sed ad hoc reſpondent
Iaſ. Deci. & Claud. quòd illud procedit, quando
illa cauſa grauior eſt eiuſdem ſpeciei, cuius eſt C
principalis: ſecus, ſi ſit diuerſæ, per not. per Bar-
tol. in l. ij. ſ. eod. Sed iſta reſponſio non videtur
vera, nec illa doctrina Bartol. placet: quia vide-
tur contra text. in d. §. ſi ſuper. & contra not. in c.
ſi clericę. de præben. in c. cùm M. Ferrarienſis. de
conſtit. vbi conceſſa alicui prębenda, & ſic re cor
porali, venit canonicatus, & ſic res ſpiritualis di-
uerſæ ſpeciei maior & dignior: & text. in l. non
cogendum. §. fin. ff. de procur. & §. ſi verò ignoti.
in auth. de teſtib. Quintò adducit Ludoui. Rom. D
cùm iſte paſſus ſit dubius de iure ciuili, & de iure
canonico ſit clarus, per text. in c. cùm veniſſent.
de eo, qui mitt. in poſſeſſ. rei ſer. cauſ. ſtandum
eſt iuri canonico, etiam in foro ciuili, per not. in
c. j. & ij. de oper. noui nunt. not. Bart. in l. priui-
legia. C. de ſacroſ. eccleſ. Sed ad hoc reſpondet
do. Alexand. quòd hįc articulus non eſt dubius.
Quæ ſolutio eſt multùm inepta: quia iſtud oſten
dunt innumerę Doctorum opin. quæ vltrò & ci-
trò adducuntur. Secundo modo reſpondet Iaſ. E
quòd in hac materia non eſt ſtandum iure cano-
nico, ex quo reperitur expreſsè contrariari iuri
216 ciuili. nam † de iure canonico mixtum imperiũ
regulariter delegatur, vt not. in c. quod ſedẽ. de
officio ordin. quod eſt contra ius ciuile, l. j. in
princ. ſ. tit. ij. Breuiter iſta ſolutio non ſatisfacit:
quia teneo, quòd etiam de iure ciuili mixtum
imperium competat iure magiſtratus, vt ĩ. di-
cam: vnde non videtur eſſe facienda differentia
inter ius ciuile & canonicum, cum iura non de- F
dignentur ſacros canones imitari, d. c. j. & ij. de
oper. noui nunt. Sextò adduco in ſimili funda-
mentum do. Ant. de Alexan. Diſpoſitio † loquẽs
217 in caſibus ſimplicibus in materia indifferenti,
extenditur ad caſum mixtum. ita not. in l. ij. in
princ. vbi omnes, ff. de verb. oblig. Sed in caſib.
ſimplicibus delegatus habet coercitionem. Iſtud
patet in coercitione, quando eſt meri imperij,
per §. audient. in authent. de defenſ. ciuit. Item
in coercitione, quando eſt iuriſdictionis, per §.



ſi verò ignoti. in authen. de teſtibus. Ergo idem L. 3.
debemus dicere in caſu mixto: & ſic in coerci- Imperiũ.
tione, quando eſt mixti imperij, miſsio † enim
in poſſeſsionem eſt quædam caſtigatio contu- 218
maciæ. Sed poſſet reſponderi, quòd diuerſa eſt
coercitio de qua in minore, à coercitione de qua
in conſequẽtia. vnde in argumẽto reſultat falla-
cia, niſi dicas, hoc procedere arguendo à maio-
ri: quo caſu reſponſiones Doct. quas retuli ſ. in
ij. fundamento huius partis, tollere vidẽtur hoc
fundamentum. Septimò, ſine miſsione in poſ-
ſeſsionem iuriſdictio delegati explicari non po-
teſt, §. ſi verò etiam quidam iurent. in authent. de
exhib. reis. Ergo mandata iuriſdictione, debet
venire iſta licentia mittendi in poſſeſsionem,
per text. in l. ij. ſ. eod. Sed ad hoc reſpondet Bar.
ibi, quòd non intelliguntur venire, niſi ea, quæ
ſunt eiuſdem ſpeciei. Sed iſta reſponſio non eſt
vera, per ea, quæ dixi ſ. in iiij. fundameuto. Te-
nendo tamen communem, ad iſtud poſſet re-
ſponderi, quòd veniunt ea, quæ poſſunt venire:
ſed miſsio non poteſt venire, ex quo eſt mixti
imperij indelegabilis, d. l. ea, quæ. ff. ad municip.
Sed hæc ſolutio reincidit cum ſuperiore. Et ex
his ego puto veriorem eſſe illam opinio. quæ eſt
Fulgoſ. contra communem, quòd † miſsio in poſ 219
ſeſsionem ex primo decreto poſsit delegari ma-
ximè, per text. in d. §. vt bonorum. cui impoſsibi
le eſt bene reſpondere. Eſt verum, quòd quidam
Moder. in hoc articulo aliter diſtinxerunt, vt ſci-
licet diſtinguamus de miſsione, quæ fit vigore
cauſæ iuriſdictiõis, & illa poſsit delegari, d. §. vt
bonorum. & de miſsione, quæ fit in cauſa mixti
imperij, & illa ſapiet naturam cauſæ principalis,
& non poterit delegari: & ita procedat text. in l.
ea, quæ. ff. ad municip. Mihi non placet iſta di-
ſtinctio, quia eſt contra d. §. vt bonorũ. qui non
debet reſtringi. Item quamuis miſsio in poſſeſ-
ſionem fiat vigore cauſę iuriſdictionis, tamen eſt
mixti imperij, vt eſt text. in l. cùm debitoris. C.
de iudic. dum dicitur ibi, quòd talis miſsio ex-
peditur officio iudicis: ergo nobili. nam quotieſ
cunque lex facit mentionem de officio iudicis.
intelligitur de nobili, l. placet. verſic. quod non
ita. C. de ped. iudic. Eſt verum, quòd iſtud ali-
quando fallit, vt in l. officium iudicum. ff. de rei
vendic. tamen regulariter procedunt ea, quæ di-
xi. Item contra iſtam diſtinctionem facit, quia i-
ſta miſsio in poſſeſsionem maioris præiudicij,
eſt grauior, quàm ſit principalis cauſa: ergo de-
bet cenſeri de per ſe, per gloſſ. approbatam in l.
ij. ff. de pen. leg. vbi acceſſorium nobilius prin-
cipali, cenſetur de per ſe. facit, quod not. Bartol.
in l. ij. ſ. eod. Ioan. And. & Din. in c. acceſſorium.
de regul. iur. lib. vj. Sed quæro hîc, iſta † miſsio 220
in poſſeſsionem ex primo decreto cuius gradus
ſit? Bartol. hîc non poſuit, nec in magno, nec in
paruo: tamen videtur congruentiùs reponenda
eſſe in paruo: quam opinio. tenet Lãcelotus De-
cius hîc, etiam quòd alij Moder. teneant contra-
rium, quaſi debeamus conſiderare ſcandalum,
quod inde oriri poſſet. Tu tene, quam velis: quia
ex hoc nunquam lucraberis aliquid. ¶ Tertia
quæſtio, quę venit examinanda, eſt, vtrùm † miſ- 221
ſio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto poſsit
expediri per delegatum. In quadam quæſtione
omnes tenent partem negatiuam, in l. iubere ca-
uere. ĩ. eod. in l. iiij. §. duas. ff. de dam. infec. lo-
quendo de iure ciuili: (nam de iure canonico eſt
ſecus, vt not. in c. quod ſedem. de offic. ordin.)

ſolus Rapha. Fulgoſ. tenet, quòd etiam de iure ciuili poſsit talis miſsio delegari, in l.j. in l. cognitio. §.fin. s̃. tit. ij. in l. iubere. j̃. eod. & eius opinionem ego puto veram. Pro cuius pleniori indagine videndum eſt, vtrùm mixtum imperium, de quo per Bartol. in iſto tertio gradu, & conſequẽter omne aliud, regulariter poſsit delegari. Et quantum video, omnis iſta quęſtio dependet ab intellectu l. j. ff. de offic. eius, cui. & quia Fulg. reſtingit aliqualiter ſuum intellectũ ad illam l. ego referam non omnino, prout ipſe tenet, ſed prout eum puto verum. Puto igitur, q̃
222 † dum text. dicit, quæcunq; ſpecialiter lege, &c. quòd debeamus intelligere iſtud verbum Specialiter, propriè, quaſi dicat nominatim & in ſpecie, reſpectu ipſarum cauſarum: non autem ſpecialiter debemus intelligere, id eſt in priuilegiũ maioritatis cauſarum, quæ competunt maioribus, & denegantur minoribus. nam cõtra iſtum intellectũ cõmunem obſtat, qa text. multùm im ꝓpriatur. Itẽ quia eſt falſum præſuppoſitũ Doctorum: quia quædam cõpetunt maioribus magiſtratibus, quæ ſunt denegata minoribus, & tamen poſſunt delegari. iſtud probatur in l.fi. in fin. C. vbi, & apud quem. iuncta l. ea, quæ. ff. ad municip. ad quem textum nulla bona ratio ſpecialitatis poteſt aſsignari, vt s̃. viſum eſt. Itẽ iſtud probatur in l. cognitio. §. vt bonorum. s̃. tit. ij. iuncta d. l. ea, quę. quę iura tenendo communem neceſſe eſt violare mirum in modum, vt s̃. viſum eſt. Cùm igitur poſsimus iura planè & abſque vlla violatione intelligere, vt j̃. apparebit in reſponſionibus ad fundamenta, non video cur Alexand. Rimin. Iaſ. & Modern. tantum obſtinati ſint: tenendo hanc communem, inducendo mille confuſiones in hac materia. Punctus eſt igitur videre, quæ ſint ea, quæ ſpecialiter competant. Et puto, quòd merum imperium, prout eſt animaduerſio gladij, diffinita in hoc text. competat ſpecialiter & nominatim lege. Nam ſi rectè animaduerterimus, omne merum imperium, & omnis vindicta inducta eſt lege aliqua capiendo legem propriè, non prout compræhendit etiam reſponſa prudentum, ſed prout rogata erat à populo, l.j. ff. de publ. iudic. l. ſi quis fortè. §. fi. cum l. ſeq. l. capitalium. ff. de pœn. l. nemo poteſt gladij. ff. de regu. iur. & in hoc ſatis teneo cum communi. Mixtum verò imperium nõ competit ſpecialiter, niſi quoddam, de quo reperitur expreſſum: aliud poteſt delegari. Expreſſum eſt, quod j̃. dicitur, veluti alienatio ruſticorum prædiorum, quæ vetita eſt minoribus, oratione diui Seueri & Antonini, niſi cum cauſæ cognitione, quæ prætori ſpecialiter cõmiſſa eſt. l.j. in prin. ff. de reb. eor. & ideo non delegatur, l. ij. ff. de offic. eius, cui. Item vetita eſt trãſactio ſuper alimentis relictis in vltima voluntate, niſi cũ cauſæ cognitione, quã ſpecialiter diuus Marcus cõmiſit pręrori, vel pręſidi, l. cùm hi. ff. de trãſact. Ideo non delegatur, d. l. cùm hi. §. ſed nec mãdare. Item datio tutoris ſpecialiter eſt cõmiſſa quibuſdã magiſtratibus, l.j. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. muto. §. tutoris datio. ff. de tut. ideo non delegatur, l. nec mandãte. ff. de tut. & curat. s̃. alleg. Et hęc vera ſunt, ſecundũ Fulgoſ. in his, quę ſpecialiter lege, vel ſenatuconſulto, vel conſtitutione principũ tributa ſunt: nã hæc mãdari non poſſunt: ſecus eſt, ſi tributa ſint etiam ſpecialiter ab edicto prætoris. nam hæc mandari poſſunt, & ſic miſsio in poſſeſsionẽ ex cauſa damni infecti peterit demandari etiam ex ſecundo decreto, l. iiij. §. duas. ff. de dam. infec. Idem eſt in bonorũ poſſeſsione, d. §. vt bonorum. & hęc dicit Fulgoſ. eſſe vera. Nec obſtat l. fi. C. qui admit. quia † loqui- 223
tur in duumuiris & municipalibus, non in alijs delegatis. Confirmo opin. Fulgoſ per fortiſsimũ fundamentum ex tex. in l. cognitio. in prin. s̃. tit. ij. Dicit ibi tex. cùm propriam iuriſdictionẽ legatus eius dederis, conſequens eſt, vt etiam de
A ſuſpectis tutoribus poſsint cognoſcere: nã niſi mãdata iuriſdictione tranſiret mixtum imperiũ, conſequentia, quam facit Antoninus Imperator, eſſet falſa. Nec obſtat, ſi diceretur, vt dicebãt quidam ſocij, quòd valet illa conſequentia, ex quo talis cognitio de ſuſpectis tutoribus eſt facta delegabilis: quia reſponde, q̃ ante illud reſcriptũ non erat delegabilis, & vt expreſsè innuit tex. in l. j. §. j. ff. de ſuſpect. tut. Item cùm antè contrariũ expreſſum non eſſet: ergo debuerat ſtari regulę,
B l. omnis definitio. vbi glo. ff. de regul. iur. Secundò non obſtat, ſi reſponderetur, quòd illa conſequentia eſt bona in legato proconſulis, non in alijs delegatis: quia reſpondeo, quòd iſtud eſt cõtra illum tex. qui arguit de vno ad alium: itẽ contra tex. in d. l. j. §. j. ff. de ſuſpec. tutor. ibi, ſimili modo, &c. vnde ad illum tex. non cadit reſpõſio. Et tenendo hanc partem, reſpondeo ad fundamenta, quæ adducit Alex. in contrarium. Et primò dicit Alex. q̃ hæc opin. eſt contra tex. in l. pla-
C cet. in verſic. quod non ita. C. de ped. iudic. Sed ad illum textum potes reſpõdere, tenẽdo intellectum quem s̃. dedi ad d. l. j. in gl. fi. quem intellectum tenendo iſte tex. nil obſtat. Vel potes tenere alium intellectum, quem illi legi dedi, in d. l. j. s̃. eo. vel intellectum Guid. de Suza, quem refert Alex. in d. l. j. s̃. tit. ij. Sed verior eſt is, quem dedi s̃. in hac l. quòd in princ. loquatur in cauſis meri imperij. in verſi. quod non ita. in cauſis mixti, & dum dicit tex. Dãdi iudicis licentia permiſſa cre-
D datur, ſubaudi indiſtinctè. Secundò adducit Alex. tex. in §. ſi verò etiam quidam iurent. in auth. de exhib. Sed reſponde, prout ipſe ſibi reſpõdet: quam reſpõſionem tenet etiam in l. ij. s̃. eo. licet ibi, hoc eſt in d. l. j. eam nõ teneat, ſed malè. & reſpondi aliter ſuprà pręcedenti articulo, in vij. fundamẽto partis negatiuę. Tertiò † adducit tex. 224
in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. s̃. de offic. proconſ. & leg. Sed reſponde, quòd intellectus dari ad illum tex. ſunt omnes violatiui. Quare intel-
E lige eum realiter, dum dicit, vbi decretum neceſſarium eſt, non debet proconſul id per libellum expedire, id eſt non eſt ſatis, quòd ſubſcribat libello coram ſe oblato, ſed debet reipſa interponere decretum. Iſte intellectus probatur in l. minorum. C. de præd. minor. in l. non omnia. ff. de reg. iur. in l. ij. C. de aſſeſſor. dixi in l. j. s̃. eo. nã intelligere per libellum id eſt per delegatũ, eſt interpretatio, quam cerdones non admitterẽt. Et ſi diceres, prout dicebat Picus, illa l. probat à ma-
F iori, reſpondeo quòd iſtud falſum eſt, ex quo decretum requiritur pro forma, ff. de reb. eor. l. ij. & l. adoptio non iure. ff. de adopt. nõ autem requiritur pro forma, quòd interponatur plus à pręrore, quàm à delegato niſi in cauſis nominatim tributis. Quartò obſtat text. in l. ij. in prin. s̃. tit. ij. Sed reſponde illud ſpeciale ratione fauoris minorum, idem præiudicij irreuocabilis. §. ſemel. Inſtit. qui, & ex quibus cauſis. Vel dic illud ꝓcedere, quando mãdata eſt iuriſdictio generaliter: ſecus, ſi in ſpecie: arg. l. cognitio. in prin. eo. tit. &

j̃. dicam





j̃. dicã: & ita procedit tex. in l. apud ꝓconſulẽ. ff. de manumiſ. vind. nam ſolutiones Doct. eũ violant. facit ad primam ſolutionem tex. in l. placet. in fin. C. de pedan. iudi. Quintò adducit tex. in l. ſolent. s̃. de offic. proconſ. & leg. in l. nemo poteſt gladij. ff. de regul. iur. Sed reſponde, q̃ ibi illud eſt, quia merũ imperiũ ſpecialiter & nominatim competit, vt s̃. dixi. Vel dic, q̃ merũ imperium nõ poteſt delegari, nõ, per d. l. j. ſecundũ illas leges. Et ſi dicas, q̃ eluſoria & inutilis eſt iſta opinio, reſpondeo quòd non eſt verum, quo ad cauſas mixti imperij, de quibus nos loquimur. Sextò adducit Alex. tex. in §. ſi verò ignoti. in auth. de teſtib. ſed ad illũ tex. non reſpõdeo. Probat totũ contrariũ, & probat opin. Fulg. Septimò adducit Rimin. quia data opin. Fulg. pro vera, ſequeretur, q̃ ſi princeps delegaret ſpecialiter cauſam alicui, talis non poſſet ſubdelegare, ex quo haberet eam nominatim à principe, & ſic à lege: quod eſt cõtra tex. in l. à iudice. C. de iudic. Sed reſpõde, q̃ Raph. loquitur in ordinario, qui habet ſpecialiter cauſam à lege. Non enim omnè, quod cõcedit princeps, eſt lex: ſed ita demũ, qñ apparet eum actum à principe factũ animo condẽdi legẽ: ita dicit Rim. in d. l. j. in alleg. not. in l. j. ff. de conſtit. princip. facit glo. in c. j. de conſtit. cum ſimilib. Octauò adducit Rim. aliam rationem, quia prætori competit ſpecialiter officium dandi bonorum poſſeſsionem, l. ij. s̃. de offic. præt. & tamen delegatur, d. §. vt bonorum. Sed reſponde, quòd Raph. loquitur, quando aliquid competit ſpecialiter tributum à lege, intelligendo legem propriè, prout eſt rogata ab aliquo coram populo: & ſuprà dixi. Nonò adducitur, quia ſequeretur, quòd municipales magiſtratus non poſſent delegare coercitionem, ex quo illis ſpecialiter eſt conceſſa, §. audient. in auth. de defen. ciuit. Sed reſponde admittendo conſequentiam, quam opin. tenet Socin. in reper. l. j. §. j. ff. quis, & à quo. Fulg. in l. ſolent. j̃. eo. adducit etiam Iaſ. in d. l. j. quòd dato intellectu Fulg. pro vero, aduerſatiua Quæ verò, quæ eſt in illo text. non bene aduerſaretur. ſed iſtæ ſunt nugæ: & ſic
225 patet † intellectum Fulg. eſſe veriſsimum, & nullam omnino legem eſſe, quæ ſecundum hanc opin. non realiter intelligatur. Pro qua, vltra ſuprà dicta, facit, quia intelligere ſpecialiter, id eſt in priuilegium maiorum magiſtratuũ, prout eſt communis opin. iſtud eſt falſum: quia pręſupponit, q̃ omnes maiores magiſtratus habeant merum imperium & mixtum: quod non puto verum, vt dixi in hac ea. l. in gloſ. in verbo, poteſtatem, & tenet Rimin. & Moder. in d. l. j. Item tenendo communẽ, impoſsibile eſt aſsignare bonam rationem, cur mixtum imperium de iure ciuili non delegetur de iure canonico ſic. Item impoſsibile eſt aſsignare bonam rationem, cur cauſa à ccc. aureis infrà poſſet delegari miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, dato caſu qđ non importet tantam, ſummã non poſſet delegari. Sed tenendo opinionem Fulgoſ. dic, quòd eſt ratio induſtriæ, propter periculum quod verſatur in mero imperio, arg. & l. vnicæ, ff. de offic. pręfect. pręt. in illis cauſis mixti eſt quidã ſpecialis fauor, vel minorũ, vel alimentorũ, qui expreſsè apparet conſideratus in dictis ll. s̃. allegat. facit l. j. cum ibi not. C. de fideicommiſ. Tenendo igitur hanc opinionem Fulgoſ. paulò largius intellectam circa principalem quæſtionem, dicendum eſt quòd talis miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, poſsit per delegatum expediri. Sed contra hanc concluſionem obſtant decem fundamenta ſuprà relata pro parte negatiua in præcedenti quæſtione. ſed reſpon-
A de, vt ibi dixi. Secũdo obſtat tex. in d. l. iiij. §. duas ff. de dam. infect. Sed reſponde, quod ille textus loquitur de delegatione facta à prætore mortuo magiſtratibus municipalibus: non autem loquitur, quãdo prętor viuus, vel alius ordinarius vellet delegare alicui ſpecialiter: vnde non facit ad propoſitum. Multo enim plura competunt ordinariis iure magiſtratus, quàm competant municipalibus, vt ſuprà dixi. Et ita debet intelligi di-
B ctus verſiculus, quæ verò iure magiſtratus, &c. in d. l. j. Et † aduerte, vt tollam aliud fundamentum 226
Rimin. in hac materia, puto ſic diſtinguendum, ſi loquimur, vtrùm mixtum imperium delegetur? dic, quod ſic regulariter, etiam mandata generali iuriſdictione. ſed in quibuſdam caſibus requirebatur ſpeciale mandatum, veluti in reſtitutione in integrum de iure Digeſtorum, ſecundum d. l. fi. in fin. C. vbi, & apud quem. ratio erat, quia erat maximi præiudicij, ex quo de directò veni-
C ebat contra ius ciuile: ſed hodie fauore reſtitutionis hoc eſt ſublatum, argum. l. j. ff. de minorib. per dict. l. fin. Idem erat in cognitione de ſuſpectis tutoribus: ſed hoc etiam eſt ſublatum fauore pupillorum, vt dicit text. in d. l. cognitio. Ratio, cur fuerat inductum, poterat eſſe præiudiciũ ratione infamiæ, qua notatur talis remotus, §. ſuſpectus autem. Inſtit. de ſuſpect. tut. Vel quia tendit ad reſciſsionem actus: vnde militat ratio, quę eſt in reſtitutione in integrum. nam difficiliùs
D factum infectum fit, quàm infectum factum, l. ſicut. C. de actio. & oblig. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. ¶ Tertius caſus eſt in auctoritate præſtanda in manumiſsione: nam generaliter non venit, l. ij. s̃. tit. ij. in ſpecie ſic, l. apud proconſulem. ff. de manumiſ. vind. ratio poteſt eſſe, quam ſuprà dixi. Sed contra hanc opinionem Fulgoſ. adduco text. in l. vbicunque. ff. de reg. iur. vbi eſt tex. quòd vbicunque cauſæ cognitio requiritur, debet prætor adiri: ſed re-
E ſponde, quòd debet adiri, vel vt ipſe cognoſcat, vel vt alium det, qui cognoſcat. Superſunt adhuc duæ quęſtiones examinandæ, quas per te diſcutias, & per alios Doct. & etiam per s̃. ſcripta.

## LEX IX.

PAVLVS LIBRO III. *ad Edictum.*

SI familia [a] alicuius albũ corruperit: nõ ſi-

## LEX IX.

6 *In actib. tractũ habẽtib. præſumitur tota ciuitas deliqſſe.*

7 *In pœnalibus & correctorijs dicta de caſu vero, non cõpræhendunt fictum.*

10 *Damnum compræhendit etiam furtum. 11, 12.*

13 *Non ſunt idem à familia album corruptum, & furtum commiſſum eſſe, aſsignata diuerſitatis ratione. 15.*

14 *Contractus ſunt facti.*

21 *Quando dominus pro familiæ delicto teneatur. 25.*

24 *Solutione vnius correorum debendi, liberatur alter.*

SI FAMILIA. [a] ¶ Iſta † lex eſt multùm difficilis in text. & ideo volo prius declarare verba tex. nam habet tres principales intellectus. Vnum, quem ponit gl. quem omnes ſequuntur: alium dedit dom. Leg. datum à a 1

quibuſdam Mod. Senenſ. tertium ego dabo. Secundum primum hoc dicit, quã ſunt plura facta in delinquendo, & agit de vtilitate publica, tũc dominus tenetur pro familia delinquẽte nomine vniuſcuiuſq; & per ſolutionem pœnæ pro vno, non liberatur alius.[d] ¶ In tex. ibi, *Si tamen dominus,* &c. Secundũ hunc intellectũ illa dictio Si tamen, non aduerſaretur alicui, quod eſt contra naturam illius dictionis, l. quid tamẽ. ſ. de arbit. Bart. in l. j. ſ. ſi quis ius dicẽ. non obtemp. vnde Moder. hic legunt Tantùm, quæ dictio refertur ad dictionem, quæ ſ. ſequitur in text. ibi, quantũ liber præſtaret: & ita habet antiquus Codex in collegio Caſtilioneo, q fuit D. Petr. de Beſutio: & hæc litera eſt ſatis bona.

d

† cùm defendere, *aliàs.*

*præſtitit, *aliàs.*

†quando, *aliàs.*

† quẽadmodum & cùm, *aliàs.*

militer hic edicitur[b a], vt in furto, ne in reliquos actio detur, ſi tantum[c] dominus[d], † cũ defendere voluit[e], vnius nomine* præſtiterit, quantũ liber præſtaret: fortaſſe[f], † q a[g] hic & contempta maieſtas prætoris vindicatur, & plura facta intelligunt: † queadmodum[h o], cùm plures ſerui iniuriam fecerunt, vel damnũ* dederũt, quia plura facta[i] ſunt, non vt in furto, vnũ[k]. Octauenus[l] hic quoq; domino ſuccurrendũ ait: ſed hoc poteſt dici[m], ſi dolo malo curauerit, vt ab alio albũ corrumperetur: † quia tunc vnum conſilium ſit, *nõ plura facta. Idẽ Pompo. lib. x. notat.

*dederunt, plura, *aliàs.*

†quando, *aliàs.*

*nec, *aliàs.*

e [e] ¶ In text. ibi, *Eum defendere noluerit.* Legendũ eſt Cùm, licet alij libri habeãt eam, ſcilicet familiam. Sed prior placet.[h,o] ¶ In tex. ibi, *Quemadmodum.* Not. hic iuncta l. illud. ff. ad leg. Aquil. q † dictio Quemadmodũ, non aſsimilat, niſi in facto, & in iure nõ. Ratio eſt: quia non poteſt hic cõmodè: facit, quod not. Bar. in l. Iulian⁹. ff. de hęred. inſtit. in prin. ad idẽ text. cũ ibi not. in l. ſi idẽ cum eod. ſ. fi. ſ. eo. Et certè mirũ eſt, q Iuriſconſultus ad deciſionẽ iuris adducat vnum ſimile, niſi de facto, quod de iure eſt in totũ contrariũ. Vnde iſtum intellectũ non tenent Moder. Senenſ. ſed ipſi dant aliũ, qui de directo eſt contrarius cõmuni, ſecundũ quem hoc dicit, Si familia albũ corruperit, etiã q agat de vtilitate publica, & ſint plura delicta, tamẽ dominus non cogitur præſtare, niſi tantum, quantum ſi vnus homo liber id feciſſet: nam publica vtilitas ſatis vindicatur per talem pœnam, & pluralitas delictorũ non eſt ſatis ad aliter ſtatuendum: quod probatur in iniuria data, vel damno à ſeruis illato.[b] [n] ¶ In tex. ibi, *Edicitur.* Vult dicere text. ſi † familia albũ corruperit, quàmuis ſpecialiter prætor non edixerit circa pœnam, vt fecit in tit. ſi fami. furt. fec. dic. tamen idem dicendũ eſt: & ſic ipſe Iuriſconſultus extendit hunc caſum, ſicut etiam facit in l. illud. ff. ad leg. Aquil. & ſic intellige, Non edicitur, ſcilicet à prætore.[c] ¶ In tex. *ſi tamen.* Secũdum communem intellectum legendum eſt, ſi tantùm, vt ſuprà dixi. Sed ſecundum hunc bene ſtat aduerſatiua, quia aduerſatur ſuperius dictis: qa ex edicto prætoris erat diuerſitas inter corruptionem albi & furtum familiæ. Iuriſconſ. idem in hoc verſ. inducit.[f] ¶ In text. ibi, *Fortaſſe.* Secundum hunc intellectum debet fieri punctus poſt illam dictionem, quaſi dicat Iuriſconſultus, Fortaſſe, ſub audi idem ſtatuendum eſt: deinde quod ſequitur[g] *Quia,* ratio eſt deciſionis, idem ſtatuendum eſt, quia hocmodo maieſtas prętoris vindicatur: nam ſatis eſt, ſi propter vindictam prætor habeat tantum, quantum liber homo præſtaret. Et ſi diceretur, hoc dato, ſequeretur quòd non plus puniretur ſeruus peccans contra publicam vtilitatem, quàm contra priuatam ſu-

rando. quod videtur contra textum in l. vtilitas. C. de primipil. reſponde, iſtud non eſſe mirum, ex quo prætor agit de lucro in totum captando, alter de damno euitando, etiam quòd in conſequentiam lucretur aliqua. Item iſta pœna eſt magna, ſcilicet quingentorum aureorum, quod non cadit in furto communiter. Item etiã in furto læditur aliqualiter vtilitas publica. Item ibi is cui furtum factum fuit, ſtetit ſub periculo amiſſionis totius rei furatæ: vnde ſibi ſuccurritur: quia qui in vno grauatur, in alio releuari debet, per l. eum, qui. ſ. de iureiur. [i] ¶ In text. ibi, *Cùm & plura facta.* Arguit Iuriſconſultus: quia quando plura facta intelliguntur, dominus liberatur ſoluendo tantum, quantum liber homo præſtaret, l. illud. ff. ad leg. Aquil. ergo pariformiter in noſtro caſu: & ſic dictio Quemadmodum, ſtabit ſimilitudinariè, quo ad ius, & quo ad factum. [k] ¶ In text. ibi, *Non, vt in furto, vnum.* Hæc ratio facit, quæ potuit mouere prætorem, ne ediceret idem in noſtro caſu, quod in furto. Iuriſconſultus tamen ipſe hoc extendit, non obſtante ratione prætoris: quia illa ratio prætoris non erat ſufficiens ad inducendam diuerſitatem inter furtum & corruptionem albi, per d. l. illud. [l] ¶ In textu ibi, *Vnde Octauenus.* Ad corroborationem ſuæ opinionis adducit Iuriſconſultus autoritatem Octaueni, qui induxerat idem in furto & in corruptione albi, in vno caſu, quando in tali corruptione eſſet niſi vnum factum: verùm Iuriſconſultus determinauit iſtud generaliter: qa ratio Octaueni non erat ſufficiens, per d. l. illud. [m] ¶ In textu ibi, *Sed hoc poteſt dici.* Intellige, ſecundum eum, ſcilicet Octauenum, & ſic, quòd Iuriſconſultus declaret mẽtem Octaueni, qui in hoc dicebat, quando dolo malo, &c. Cætera ſunt plana. ¶ Iſte ſecundus intellectus, quamuis non habeat multa contraria, tamen eſt expreſsè contra mentem huius legis. Quare tertio modo ego Teneo igitur quòd † in princ. tex. illud verbum[n] *Edicitur,* debeat intelligi à prætore, & q tex. aſsignet duas rationes de hoc. Prima eſt, quia maieſtas contempta prętoris vindicatur. quo caſu militat fauor publicus. Secũda eſt, quia ſunt plura facta, non vnum. Quęlibet ratio harum de per ſe ſumpta, nõ eſt ſufficiens: prima non, vt eſt tex. in hac ead. in fin. nec ſecunda, vt eſt tex. in l. illud. ff. ad l. Aquil. Sed vtræque ſimul iunctę ſunt ſufficientes. Modò ad actionem[h o] *Quemadmodum,* dum dicunt: quòd non refert ſimilitudinem niſi in facto non iure, reſpondeo, q, imò data paritate terminorũ, refert idem etiam in iure: nam poſito, q, damnum, vel iniuria fieret, ſit prętori, & ſic contra vtilitatẽ publicã, tunc idẽ eſſet ex omni parte. non tamen reſtringo iſtum text. quando damnum, vel iniuria fieret contra vtilitatem publicam:



*L. 9. Si familia*

blicam: ſed dico, quòd dictio Quemadmodum, hic etiam eſt potens ad inducendum ſimilitudinem in iure.

Notab. I. ¶ Not. primò ex princ. l. q † vniuerſitas poteſt
5 delinquere: & hoc clarum eſt in vniuerſitate parua, vt eſt familia, prout loquitur hic tex. ſed in vniuerſitate magna, prout ciuitas, eſt magis dubium: & in hoc communiter concluditur, quòd poteſt. Sed in dubio, vtrùm † præſumatur tota ciuitas
6 deliquiſſe? dic, quòd aut fuit actus momentaneus, & non præſumitur: aut actus habens tractum, vt rebellio, & tunc præſumitur communi conſilio factum, & poterit ciuitas condemnari, niſi conſtet populum vi id feciſſe. Ita concludit Socin. poſt alios, in l. iij. ſ. fin. ff. de acquir. poſſeſ. Nec obſtat, ſi aliquæ perſonę exprimantur, putà impuberes, & viduæ: quia in vniuerſali non conſideratur ſingulum, l. j. ſ. per hãc actionem. ff. de rei vendic. vbi Bart. & vide Oldr. in conſil. cccxv. circa iſtud propoſitum, &c. Bart. in l. aut facta. ſ. fin. ff. de pœnis.

II. ¶ Not. ſecundò ex eodem princ.
7 l. q † lex loquens per dictionem Si quis, vt in l. præced. compræhendit etiam vniuerſitatem, & ſic familiam. Pondera iſtud fortiùs: nam iſta materia eſt pœnalis: vnde hic videtur caſus contra regul. quæ traditur per Bart. in l. fi. C. vnde vi, & per Aret. in l. Gallus. in ſ. quid ſi is. & per Rim. in ſ. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & poſthu. vbi dicitur in materia pœnali, vel correctoria, vel exorbitanti diſpoſitio loquens in caſu vero, non extẽditur ad caſum fictũ: nam edictum pretoris loquebatur per dictionem Si quis: quaſi dicat Homo: & tamẽ habet locum in vniuerſitate, quę eſt ficte aliquis homo, arg. l. mortuo. ff. de fideiuſſor. Simile habetur in l. nihil. iuncta l. j. ff. ad Mac. vbi diſpoſitio illius S.C. odioſa, vt in l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. loquens per dictionem Quis, habet locum in vniuerſitate: & ſic in caſu ficto, d. l. mortuo. Sed ſuſtinendo prędictam regulam dic, q, in contrarijs iuribus illud eſt propter rationem in lege ſcriptam. nam tunc ſemper fit extenſio, gl. iuncto tex. in c. j. in verbo, elegãter. de elect. lib. vj. cum concord. de quibus per Alex. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſol. mat. Vel ad d. l. nihil. reſpõde alijs modis, prout dixi in d. ſ. & quid ſi tantùm. Ad hunc tex. reſponde, quòd imò iſta lex eſt fauorabilis, ratione publicæ vtilitatis, vt per Bart. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſi. libr. xj. nam in diſpoſitione in qua non agitur de effuſione ſanguinis, principaliter conſideratur fauor reipubl. in his verò, in quibus agitur de effuſione ſanguinis, principaliter conſideratur odium rei: vtrunque probatur ſubtiliter intuenti in l. tranſigere. C. de tranſact.

III. ¶ Not. tertiò, quòd
8 † quæ nõ proſunt ſingula, multa iuuant. ad idem tex. vbi Iaſ. in vj. notab. pro Raph. in l. re coniuncti. ff. de legat. iij. & gl. in l. j. C. qui numer. tut. Sed contra iſtud oppo. de text. in l. ſpadonem. ſ. qui iura multa. ff. de excuſ. tut. vbi Nic. de Neap. notat totum contrarium, & dicit, q, d. ſ. qui iura. loquitur de plurib⁹ imperfectis diuerſi generis, in quibus vnũquodque, prout erat, nõ poterat ſufficere. Sed certè hic pondero caſum in contrarium. nam iſtę duę rationes, de quibus in hoc textu, ſunt diuerſiſsimę, & natura perfecta de ſe
9 eſt ſufficiens. Quid † dicemus? pro nũc potes dicere, quòd ille ſ. loquitur de multis dimidijs, & ideo inſufficientibus: nos loquimur de integris ſufficientibus. Item ibi ne multa iuuẽt, eſſet fauor: hic, ſi non iuuarent, eſſet odium, non fauor. nam hæc lex eſt fauorabilis, vt ſ. dixi. Item datio tutoris non teſtamentarij eſt fauorabilis, vt patet ex not. per Aret. & Dec. in l. Gallus. in ſ. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſthum. & per conſequens, excuſatio eſt odioſa, arg. not. in l. ſi ſic fuerit. ff. de reb. dub. Iſtud tamen not. intellige eſſe verum, quando iſta mulcta conſiderantur. ſecus eſt, ſi niſi vnum haberetur in conſideratione: facit, quod not. Bald. in c. j. de grad. ſucc. in vſib. feud. quem referunt & ſequuntur Moder. rep. d. l. re coniuncti. in iij. not. & ſatis eſt de mẽte Mod. Peruſ. in auth. hoc itaque. C. comm. de ſucc. & vide omnino illam deciſionem Bal. quia eſt not. & iſtud not. quomodo procedat, vide Bart. in l. j. ſ. idem Cornelio. ff. de quæſt. Bart. in l. admonendi in verſic. his præmiſsis quæro. ff. de iureiur. ex cuius dictis potes colligere clariorem ſolutionem ad prędictã difficultatem ¶ Not. quartò, quòd † furtum & damnum ſunt diuerſa. Vnde inferunt Modern. ad ſtatutum diſponens, q, ſtetur iuramento damnum paſsi, vt non habeat locum in eo, qui furtum paſſus eſt. & hanc opin. tenet Bald. hic, & in alijs locis, quem refert & ſequitur dominum Iaſonem cum concord. Breuiter † ergo in hoc puncto puto veritatem eſſe in contrarium. Moueor: nam damnum eſt diminutio patrimonij, l. iij. ff. de dam. infect. ſed in furto diminuitur patrimonium. ergo, &c. Et ſi diceretur, non eſt licita argumẽtatio ab etymologia vocabuli adfirmatiuè, prout concludit Doct. in l. ij. ſ. appellata. ff. ſi cert. petat. reſpondeo, quòd imò eſt licita, quando nõ repugnat aliquid, vt ibi concluditur. & ſoleo ponderare textum in ſ. exhibitoria. in fin. Inſtit. de interdict. Et quòd non repugnet aliquid, patebit ſ. in reſponſionibus ad fundamenta. Secundò adduco text. qui non ſolet allegari, in l. in hoc iudicio. ff. de ſeruo corrup. vbi dicitur, quòd actione de ſeruo corrupto venit æſtimatio rerũ furtim ſubtractarum: quia omne damnum per eam reſarcitur. & certè in illa lege videtur expreſſum. & illum tex. ad hoc not. ibi Alb. de Roſa. & idem Alb. in ſtatutis, in ij. parte, in quæſt. lxiij. in fin. Tertiò hoc confirmat Donatus grammaticus in Teren. cui credendum eſt per ea quæ habentur per Bart. in l. j. ff. ſi cert. pet. Et hanc partem tenendo non obſtat iſte text. & text. in l. quantæ. ff. de publica. & in l. ij. in princ. & in ſ. cæterùm. & in ſ. ſed vtrùm. ff. vi bon. rapt. & in l. ſi ſeruus ſeruum. ſ. ſi oliuam. & in prin. l. ff. ad l. Aquil. & in ſ. ſi quis. de manumiſ. & text. in l. nauta. ff. naut. caup. ſtab. & tex. in l. Neratius. in verſ. ſunt enim diuerſa maleficia. ff. de ſeruo cor. & text. in l. ſi longius. ſ. j. de iudic. cum ſimilib. quia reſpondeo, q, hoc nomẽ damnum, eſt generale, vt probatur in l. iij. ff. de dam. infec. & differt à furto, ſicut genus à ſua ſpecie. Vnde cùm nomẽ iſtud generale ponitur in diuerſis titulis ſecundũ materiam ſubiectam, & diſtat à furto, prout dixi: & ſic non obſtat alternatiua Vel, per ea quæ habentur in l. ij. ff. ad l. Aquil. Secundò non obſtat text. iuncta gl. in l. prætor. ſ. hoc edictum. ff. de dam. infect. quia reſpondeo, quòd ille text. probat noſtram opin. ponderando dictionem Alijs, quæ in dubio debet implicare idem conſiderata proprietate, arg. l. Iulianus. in princ. ff. de hæred. inſtit. Ad gloſ. quæ videtur velle, quòd furtũ ſit impropriè damnum: ego reſpondeo, quòd mens gl. eſt, quòd † furtum, quo ad duplum, vel quadruplum, & ſic quo ad pœnã, eſt impropriè damnũ, ex quo eſt niſi amiſsio lucri, ſecundum not. in d.

l.iij.& per Paul. Caſtr.& Moder.in l.repræhen-
denda.C.de inſtit. & ſubſt. ſed quo ad ipſam rē
amiſſam, eſt propriè damnũ. Et hoc vult dicere
glo.dum dicit,ſed ibi impropriè damnum, quia
ſpectat ad pœnam,etc.facit,quia iſtud duplum,
vel quadrupium,datur ad æſtimationem damni
dati,& ſic rei furto ſubtractæ:vnde ipſa re ablata
dicitur datum damnum, nõ autem ablata pœna:
ita dicit Iaſ. in §.pœnales.Inſtit.de action.per gl.
A in §.emancipatus.in l.ij.ff.de collat. bono.& gl.
in l.pro hærede.§.fin. in gl. fi. & ibi Imol. ff. de
acq.hæred.& ad hanc quæſt. vide Alex. in l.ij.ff.
V. de dam.infect. ¶ Quintò not. eſſe differentiam
13 † inter furtum commiſſum à familia,& albũ cor-
ruptum à familia,quia in furto eſt vnum tantùm
factum & dicitur niſi vnũ furtum : in corruptio-
ne albi ſunt plura facta. Rationem conatur aſsi-
gnare Bart.quia furtum eſt nomē iuris, & album
corrũpere eſt factum, ſicut iniuriam facere, da-
B mnum dare,etc.Sed iſta ratio mihi non videtur
vera,quia per hoc,ꝙ verba ſonent in factum, nõ
videtur,ꝙ facta debeant dici plura,nam etiam in
furto verba ſonant in factum:furtum eſt contre-
ctatio rei alienę fraudulosè inuito domino,l.j.§.
furtum.j.de furt. hæc omnia ſunt facti .Item per
hoc,ꝙ ſit delictum nominatum, nõ debet dici iu
ris:innominatum verò minùs. nã arguit de con-
tractibus ad delicta, prout etiam arguit Bar. hîc,
& eſt text.in l.omnem.ff.de iudic. Nos videmus
14 C ꝙ † contractus tam nominati, quàm innominati
ſunt facti,l.conſilio.§. fi.ff. de cur. fur.Item quòd
ꝓpter pluralitatem actuum nõ dicantur plura fa
cta,eſt text.in hac l. in fin.vbi ad hoc vt dicantur
plura facta,videntur cõſiderari nõ tam actus ipſi
quàm etiam pluralitas conſiliorum.Vnde in iſto
puncto ego ſum multùm dubius: tamen dicam
15 quod ſentio.Puto igitur,ꝙ † ad hoc vt dicantur
plura facta,non ſit differentia inter delicta nomi
nata, & innominata,per ea,quę ſ.dixi:ſed etiam
D quòd ſint plures actus,dum modò fiant vno cõ-
ſilio,dicatur niſi vnum factum:ſi verò fierent di-
uerſis conſiliis, dicãtur plura facta, per text.in l.
Pomponius.la ij.ff.de neg.geſt.Iſtud vltra ſ.dicta
probo per ea,quæ ponit Oldr.de Laud.in cõſil.
cccxxv. circa iſtud, etc. vbi dicit, ꝙ vniuerſitas
quandam vnitatem conſtituit, & vnum corpus
repræſentat : vnde actuum vnitas eſt in ea, & v-
num crimen duntaxat committitur,ſi vnitas cõ-
ſenſuum præceſsit:ſicut videmus, ꝙ quando ali-
E quis peccat manibus,pedibus, & capite, dicitur
niſi vnum delictum : corpus enim eſt quid vni-
uerſale, membra ſunt eius partes, vt per Innoc.
de ſenten.excom.c.graue.Si verò interueniãt di-
uerſi conſenſus, tunc eſt ſecus:argumēto eorum
quæ habentur in c. in Geneſi.de elect. Ad pro-
poſitum dico, quòd eſt poſsibile, quòd in furto
ſint plura facta, putà quando pręceſsit diuerſum
conſiliũ familiæ, per ea quæ notat Angel. in l.ſi
quis quid perferendum.j. de furt.& eſt textus in
tur: nam edictum de minoribus eſt prohibito-
rium,l.j.ff.de mino.& tamen ex eo non oritur a-
ctio,l.quòd ſi minor.§.fi.eod.tit. Item quòd non
poſſit oriri actio, clarũ eſt: quia actio eſt ius per- D
ſequendi in iudicio, quod ſibi debetur: Inſtit.de
act.in princip.ſed parti agenti nil debetur: ergo,
&c. Et hoc fuit fundamentum Bart.in dicta l.ij.
ǰ.tit.ij. Facit, quia non poteſt aliquis ad hoc ſo-
lum agere, vt alij noceat, & ſibi non proſit, vt eſt
textus in l.in fundo. ff.de rei vend. Bart.in l.edi-
ta. in fin. C.de eden. Nec obſtat de accuſatione:
quia ſibi prodeſt accuſator, per ea, quæ haben-
tur in §.homicidia. in authent.de manda.princ.
per Bald.in extrauag.de pace Conſt.in princ. in E
verbo, diſpenſationem. & xxiij.q.iiij. c.ſi is, qui
prælatus. In hanc vltimam opinionem etiam va
cillat Picus: mouetur,quia textus dicit,magiſtra
tus defendere ſuam iuriſdictionem pœnali iudi-
cio, ſ̃.eadem l.in princ. Sed quotieſcunque lex
vtitur tali verbo Iudicio, intelligitur de actione.
inde dicitur, iudicium dabo,&c. l.iiij. §.hoc au-
tem iudicium.ff.de dam.infect. & d.l.iij.in prin.
in gloſ. in verbo, iudicium. ff.naut.caup.ſtabul.
&c. Sed certè text. in dicta l.iiij. probat contra- F
rium. nam ibi non oritur actio, ſed officium iu-
dicis, l.cùm poſtulaſſem.ff.eo.tit.Præterea illud
concederetur, quando lex dicit Iudicium dabo.
Sed appellatione iudicij ſimpliciter venit inſtan
tia: not.per text.in c.forus. extrà,de verb.ſignif.
Item illud verum, quando poteſt oriri actio: ſed
in noſtro caſu impoſsibile eſt,per text.in d.prin.
Inſtit. de actio.& not. in d. l. edita. Bald. hîc for-
tiùs tenuit, quòd nec poſt indictã mulctam oria-
tur actio: & ſic ante indictam mulctam concor-
dat cum communi,pòſt diſcordat: mouetur Bal.
quia † iſta indictio mulctæ eſt interlocutoria: 9
probatur, quia poteſt reuocari, l. illicitas.§.fi.ſ̃.
de offic. præſi. iuncta l. quod iuſsit.ff. de re iudi.
Sed iſta probando Bal. poſſet euitari,per text. in
l. eos.in fin. C. de modo mulct. quare meliùs al-
legaſſet gloſ. in cle. j. de ſeq. poſ. & fruct. & glo.
in §. ad excludendas. in verbo, interlocutus. in
authen. de litigioſ. & not. in rub. ff. de re iudic.
vbi Angel.Lud. Alex. & alij. Modò dicit Bald.
cùm talis ſententia ſit interlocutoria, ſequitur ꝙ,
ex ea non oriatur actio,cùm non ſapiat vim diffi-
nitiuæ: glo.in cle.fin.in glo.ij. de appellat. Alex.
hîc: ergo, etc.& cum Bald. tenet Rom. Sed iſtud
fundamentum Bald. parum obſtat: quia in con-
trarium eſt cõmunis, per Bart. in d.l.à diuo Pio.
& ibi Alex. Quare tenendo eius opin.quæ eſt ve
riſsima, comproba illo fortiſsimo fundamento:
quia impoſsibile eſt, quòd oriatur actio, ex quo
nihil debetur parti,per d.§. Inſti. de actio.Eſt ve-
rum,quòd ad iſtud poſſet reſponderi,quia debe-
ret ſaltem oriri reſpectu procuratoris fiſci, cui
illud debetur. Sed & fortiſſimum, tenendo hũc
primum intellectum. Secundò adduco textum
in l.eos. C.de modo mulct. ponderando eum in
princ.& in verſi.id quoque. & princ.huius l.quę
† iura loquuntur,quando mulcta exigitur. & ſic, 10
quando iam eſt indicta: & tamen diriguntur ad
iudicem: ergo oritur officium iudicis, l.ſi ſoror.
C.de collat. Bart.in l.j. ff.de condict. ex leg.in l.
ſolent. ff.de aliment.& cib.leg. Eſt verum, quòd
contra hanc noſtram opinionem obſtat textus
in dicta l.eos.§.j. vbi dicit, mulctandi neceſſitas
imminebit: & ſic loquitur de actione,qua inten-
tata neceſſe habet iudex iudicare: l.munerum.§.
iudic.ff.de mun.& honor.Sed reſpon.quòd imò
idem eſt in officio iudicis.nam l.non quicquid.
ff.de iud.& l.j.C.quomodo,& quando iudi.non
procedunt, niſi in his,quæ ſunt meræ facultatis.
Vel reſponde per gloſ. in l.j. ff.ſoluto matrimo-
nio. nam eſt neceſſe reſpectu bonorum morum,
ne quis impunè delinquat, l.ita vulneratus.ff.ad
leg.Aquil. Secundò contra hanc opinionem Bal
di obſtat doctrina Bart. in dicta l. à diuo Pio. in
fin.principij, ff.de re iudicata. Sed tenendo opi-
nionem Imol.ibi,nil facit. Tamen tenendo opi-
nionem Bart.dic, quòd † vt oriatur officium iu- 11
dicis, vel actio, iſtud facit res debita, & æquitas
hoc ſuggerens,vt per Bart.in l.j.ſuprà,tit.ij. Mo-
dò,quę dicit Bartol.in d.princ. loquuntur de in-
terlocutoria lata in fauorem partium: quo caſu
ſatis fomenti eſt, vt poſſit oriri actio, ad hoc vt
damnum parti reſarciatur. Sed quando vadit ta-
lis interlocutoria in fauorem fiſci, tunc non eſt
tanta æquitas,nec ſubeſt tantum fomenti, vt in-
de oriatur actio: nam æquitas magis dictat, vt
parti ſuccurratur, quàm fiſco, qui venit ex cauſa
lucratiua,argum.l.ſed ſi vnius.§.filio.ff.de iniur.
l.Mæuius. §.duorum. ff.de legatis ij. Facit, quia
ex maleficio nos videmus, quòd in fauorem par
tis oritur actio: Inſtit.de obliga. quæ ex delict.in
principio. & tamen in fauorem fiſci non, ſed ſo-
lum officium iudicis: vt per Bart.in l.imperium.
ſ̃.titul.ij. Aret.in rubr. extrà,de accuſ.& eſt com-
munis opinio. Ex his patet, non eſſe bonum ar-
gumentum de interlocutoria quę fit in fauorem
partis, ad eam quæ in fauorem fiſci fertur. ¶ In
eadem ibi,*primò,& bene*,&c.Gloſ.tenet iſtam pri-
mam lecturam, quòd hoc iudicium nõ detur ad
id,quod intereſt, ſcilicet totaliter, ſed quanti ea
res eſt.



res eſt, id eſt, ad ſumptus litis, &c. Hanc lectur.
dicit Alb.de Roſ. hîc eſſe communẽ. Iaſ.tamẽ &
Moderni tenuerunt contrarium: & licet nil alle-
gent, quod ſtringat, ego tamẽ reprobo iſtum in-
tellectum per tria.Primò,quia nunquam mulcta
datur parti,ſed fiſco,l.mulctarum. Cod.de mod.
mulct. & vt ſuprà dixi: ergo, &c. Nec obſtat, qđ
dicit Hugo hîc relatus per Abb. quòd gl. loqui-
tur, quando iudex imperauit parti, vt compare-
ret ſub pœna decem applicandorum parti non A
contumaci: quia tunc dicit ipſe, debebit dare ei
parti: ſecus, ſi ſimpliciter comminetur: quia de-
bebuntur fiſco, d.l.mulctarum. quia reſpondeo,
quòd hoc caſu non erit propriè mulcta: gl.in l.ij.
C.de epiſc.aud. Secundò reprobo, quia neceſſe
eſt,quòd iſte textus loquatur in mulcta applican
da fiſco, ad hoc vt iſtud iudicium merã pœnam
contineat, ponderando copulam Et, per not.
per textum in l.Seiæ.§.Caio.ff.de fund.inſtrum.
dixi ſuprà. Tertiò reprobo, quia iſta litera eui- B
denter violatur. nam ad verbum Intereſt, Tota-
liter: ad dictionem Quanti, ſubauditur Particu-
lariter & extrinſecè. Iſtæ ſunt meræ ſubauditio-
nes: & eſt facere textum de nouo. Præterea im-
poſſibile eſt intelligere Intereſt, ſcilicet Totali-
ter,& ſic ad totam cauſam.nam appellatione In-
tereſſe quantumcunque generali, non venit niſi
damnum emergens & lucrum ceſſans: gl.Iac.de
Aren.Bart.Bald.& alij,in l.vnica,C.de ſent. quæ
12 pro eo,quod intereſt.Sed † in noſtro caſu contu- C
macia non facit ceſſare lucrum totius cauſæ, per
l.ſatis. & ibi not. ǰ. tit.j. ergo non venit appella-
tione intereſſe. Et huic fundamento nunquam
reſpondebis. ¶ In eadem ibi,*ſi quis caut.l.ij.§.final.*
Melius facit l.ex hoc edicto.in princ.ǰ.de eo,per
quem fact.erit. Sed tenendo contra hanc gloſ.
reſpond., quòd ibi propter iſtam contumaciam
datur actio in factum contra tertium: quia aliter
non poteſt eſſe conſultum parti. Sed in noſtro ca
ſu poteſt eſſe conſultum: quia condemnabitur D
in definitiua, ſecundum l.terminato. C.de fruct.
& lit.expenſ. & ǰ.dicemus in ij. lect.gl. ¶ In ea-
dem ǰ.*de rei vend.*&c. Aduerte,quia ille tex.loqui-
tur ſolùm,vt mittantur milites, qui auferãt rem:
ſed glo.ibi tenet,quòd imò poſſit iurare in litem
victor. Quod puto verum,quia illa eſt actio arbi-
traria, l.videamus. & quæ ibi not.ff.de in lit.iur.
& hanc gl.ſequitur Alber.de Roſ. hîc in j.oppoſ.
& aduerte ex hac, quòd videtur limitari iſte tex-
13 tus in † quantum loquitur de mulcta affligenda E
fiſco. nam iſtud fallit, ſi quis ſit contumax in exe
cutione: quia tunc ſatis eſt,ſi puniatur, quanti a-
ctor in litem iurârit, vel aliis pœnis, ſecundum
dictam l.quæ reſtituere. quæ opinio eſt æqua &
amica iuribus. nam non ſuppletur ad dictam l.
qui reſtituere. Tamen contrarium communiter
tenent in §.is videtur. ſ̃.eadem lege. ſed opinio
contra communem poſſet teneri per l.ij. §.final.
ǰ.titul.ij. ¶ In eadem,ibi,*ſecundùm opponitur*.Glo.
ponit ſecundum intellectum, qui (vt arbitror) F
Bulg. ſcilicet vt qui ſit contumax, nõ ad intereſ-
ſe, ſed ad totalem cauſam puniatur verè æſtima-
tam: & hic intellectus eſt penè de directo con-
trarius ſuperiori: gloſ.dicit,quòd hæc poſitio eſt
fatua,vt hîc per eam. Bar.hîc ſaluat Bulg. qui te-
nebat hunc intellectum, contumaciam non mul
ctari niſi in fine cauſæ: vnde in fine cauſæ nimi-
rum ſi hæc pœna etiam atrox infligitur: facit l.
qui reſtituere.ff.de rei vend.Eſt verum,quòd iſta
opinio reprobatur ſuprà, eadem lege, in §.is vi-
detur. ¶ In eadem, *iniquè*. Per hunc textum not. L. 1. Omnib. §. Hoc iudicium.
ꝙ † pœnæ non debẽt excedere delictum,l.reſcri-
ptum.ff.de his,quib.vt indig. Item not.quòd ini
què facit iudex, qui propter contumaciam mul-
ctat aliquem in tota cauſa: vnde poſſet appella-
ri, l.in mulctis. C.de appellat. & ibi not.Bald.& 14
fortè eſt nulla ipſo iure. Quamobrem pro reſolu
tione huius gloſ.quæro hîc,vtrùm † poſſit iudex 15
condemnare aliquem propter veram contuma-
ciam in tota cauſa. Et pro parte affirmatiua pri-
mò facit textus adductus per Alexand. in l.con-
querebatur.ff.iud.ſol. vbi promittens de iudica-
to ſoluendo,ſi non defendat,& ſic ſit contumax,
punitur in tota cauſa. Sed reſpondet Alex.quòd
ille promiſſor punitur non propter contuma-
ciam,ſed propter promiſſionem. nam † qui pro- 16
mittit de iudicato ſoluendo, intelligitur de de-
fendendo. quod ſi non facit,cùm ſit obligatio fa
cti,non mirum,ſi tenetur ad intereſſe, ſecundum
l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.
Nec obſtat, ſi diceretur, quòd hoc modo quili-
bet contumax poſt litem conteſtatam deberet
puniri totaliter. nã † in litis conteſtatione quaſi 17
contrahitur,l.iij.§.idem ſcribit.ff.de pecul. & vi-
dentur partes ſe obligaſſe ad reſpondendum, &
ſtandum iudicio: quo caſu hæc eſt obligatio fa-
cti: quia reſpon.illam promiſſionem facti neceſ-
ſariam,nec eſſe ſtatutam pœnam, vnde ſuccedit,
l.ſi fideiuſſor. §.qui neceſſaria. ff.qui ſat.cog. Se-
cundò pro hac parte adducitur textus,in l.ſed &
ſi per prætorem. §.ſed & ſi dum decreto. cum gl.
ff.ex quib.cauſis maior. vbi † propter contuma- 18
ciam poteſt iudex denegare audientiam, & ſic
nõ audire eum: quo caſu mulctatur in omni cau-
ſa. Sed ad hoc reſpondet Bald.quòd ille textus
loquitur ad tempus, non ſemper, ſeu perpetuò.
Picus dicit, quòd hæc ſolutio eſt diuinatiua: ta-
men non diuinat.nam iſta denegatio audientiæ
eſt affixa perſonæ iudicis. Vnde vbi functus erit
magiſtratu iudex, tunc qui illi ſuccederet,pote-
rit eum audire, nec denegabit audientiam. Præ-
tor autem de quo loquitur illa lex, vt plurimùm
durat niſi per annum: vnde eius ſucceſſor non
denegabit: argum.not. in l.apud proconſulem.
ff.de man.vind. vbi Bartolus in l.final. ff.de pœ-
nis.& ſic erit ad tempus. Secundo modo reſpon
detur, ſecundum Baldum, quòd illud eſt per ex-
cluſionem: hîc per condemnationem. nam faci-
liùs admittetur exceptio, quàm in totum exclu-
datur ipſo iure, l.iuriſgentium. §.ſed cùm nulla.
ff.de pactis. l.j.& ij. ff.de ſuperfic. Sed hæc ſolu-
tio non ſatisfacit: quia ſaltem in effectu priuare-
tur quis propter contumaciam tota cauſa: quod
videtur durum. quare tertio reſponde, vt infrà
dicam. Tertiò adducitur doctrina Bartoli, in l.
ſecunda. Cod. de edend. vbi † poteſt iudex im- 19
perare alicui, vt ſi eſt creditor Titij, probet in-
tra decem dies: quòd ſi non probauerit, impo-
net perpetuum ſilentium. nam ſi non probet,&
ſic ſit contumax,nunquam amplius audietur:al-
legat l.Titia. de accuſat. l. diffamari. Cod.de in-
gen.manu. cum ſimilibus. Sed reſponde, quòd
iſtud non eſt in pœnam contumaciæ. nam iu-
dex non adſtrinxit,vt aliquid faceret: vnde non
poteſt dici contumax, l.contumacia. ff.de re iu-
dicata. ſed eſt, quia lex præſumit eum calum-
niatorem: vnde ſi non probet reum debitorem
intra terminum ſtatutum, oritur præſumptio
iuris, & de iure propter interlocutoriam ſeu
comminationem iudicis, propter quam ſem-

per repellitur. Et hoc modo poteſt etiam reſpon
deri ad textum in dicta l. ſed & ſi per prætorem.
§. ſed & ſi dum decreto. ꝟ. quib. ex cau. maio. nam
gl. ibi videtur intelligere illum textum hoc mo-
do: quinimo ita eum allegat Innocē. in c. G. per-
petuus. de fide. inſtrum. & Riminal. in dicta l. ij.
Quartò adducitur textus in l. de ætate. §. qui ta-
cuit. ff. de interrog. action. Sed ad illum textum
reſpondetur, quòd illud eſt, quia fuit contumax
coram iudice, quo magis punitur. allegat not. A
in c. ij. de teſtam. Vel dic, quòd ibi non poteſt di-
ci totale præiudicium: quia quamuis conuenia-
tur in ſolidum, habet tamen bona tanquam hæ-
res: vnde non poteſt dici omnino deterioratus.
Quintò adducitur textus in l. contumacia. §. con
tumax. ff. de re iudicata. vbi contumax damno li
tis coercetur. Sed ad illum textum reſponde, vt
ibi per Bart. & glo. Vel tenendo nouam opinio-
nem dic, quòd ille textus loquitur, quando quis
citatus ter, & noluit comparére: ſecus, ſi ſemel,
vel bis, quia tunc minus delinquit. Ex ſuprà di-
ctis igitur diſtingue. Contumax † non punitur 20
in tota lite, l. properandum. §. ſin autem. Cod. de
iudic. Fallit, niſi ipſe promiſerit pœnam totius
litis, vel lex fingat promiſſionem, l. cùm quære-
batur. ff. iudic. ſol. Fallit ſecundò ad tempus, qa
poteſt puniri per aliquod tempus, dicto §. ſed &
ſi dum decreto. Tertiò fallit in eo, quem lex præ-
ſumit calumniaturum: quia infra tempus ſibi ſta
tutum à iudice non egit, l. diffamari. Quartò,
quando eſt contumax in præſentia iudicis, dicto
§. qui tacuit. Intelligendum tamen ſanè. Quin-
tò in eo, q citatus eſt ter, d. §. contumax. & ita in-
telligo tex. in l. conſentaneum. C. qūo & qñ iud.

## IN II. PANDECTARVM IVRIS CIVILIS PARTIS TITVLVM ALCIATVS NIHIL SCRIPSIT.

TOMI

# Tomi I. Pars II. continens infortiatum Digeſtorum, ſeu Pandectarum.

## RELIGIOSISSIMO ANTISTITI ALEXANDRO CAMPEGIO Epiſcopo Bononienſi, Andreas Alciatus Iuriſconſultus S.

*CVM Commentarios meos de Rebus creditis editurus ſim, te potiſsimùm delegi, optime & humaniſsime Antiſtes, cuius nomini eos dicarem, vt meæ erga te obſeruantiæ teſtimonium aliquod publicè ferrem, vtq; in nouo ſcribendi genere egregium mihi patronum aduocarem, qui partes meas commode tueri aduerſus obtrectatores poſſet. Et cùm cauſa mea maieſtati cultuíque Iuriſprudentiæ coniungatur, ad te maximè, gentémque tuam huiuſmodi patrocinium atq; autoritas pertinet, qui à prima origine familiæ veſtræ hæc ſtudia peculiariter tractaſtis: dubiúmque reliquiſtis, plus vobis illa, an illis vos deberetis. Vt omittam auum tuum Ioannem Campegium, qui primi nominis profeſſor in celeberrimis quibuſque Italiæ academijs fuit. quanto cum iudicio, acumine, ſolertia, pater tuus Laurentius ea tractauerit, euentu ipſo apertiſsimè demonſtratum eſt: qui tantæ in ſupremo Cardinalium collegio eſt celebritatis, tam ſecunda fama eo in ordine agit, vt inter mundi religioníſque noſtræ clariſsima lumina nihilo minus præluceat: & quamuis ad maximam dignitatem virtute ſua peruenerit, omnia tamen iudicio videatur etiam maiore dignus. Cuius veſtigijs tu inſiſtens, magnam indolis, ingenijq; tui ſpem excitaſti, quæ vberrimos fructus iamiam cœpit effundere. Meritò igitur te potiſsimum delegi, in cuius clientelam lucubrationes haſce noſtras traderem, cuius iudicio dictata hæc qualiacunq; ſubijcerem: vt ſi qua in re lapſus eſſem, te correctorem: vbi rectè ſenſiſſem, te defenſorem experirer. Quæ ergo tua eſt humanitas, noli prouinciam hanc tuæ fidei creditam aſpernari: editionemq; iſtam, quæ ab autore ipſo proficiſcitur, defendas, atq; patrocinio tuearis. Eſt enim mihi, ſi neſcis, non ſolùm cum æqualibus & ſymmyſtis, ſed cum librorum quoq; negociatoribus (ſi dijs placet) & chalcotypis non iniuſta poſtulatio, qui ſpe lucri allecti, nomen meū traducere non deſiſtunt. Superiore anno Speculatoris Epitomen ab aliquo ſtudioſo in vſum ſuum confectam, addito titulo, ceu Alciati Practicam, ediderunt. Atqui eiuſmodi librum me compoſiturum nec ſomniaui vnquam: poſſúntque qui naſum habent, à phraſi ipſa dijudicare, an meus ille ſit ſtylus. Nuperrimè verò redemptū ab aliquo auditore meo librū, Si certum petatur, inuulgarunt, quæ res non multùm male me haberet, ſi aliquanto maiore diligentia fuiſſent vſi, vt emendatior in manus hominum exiret, vtq; etiam integer. Deſunt enim in eorū archetypo non ſolùm aliqui verſus, ſed quodam in loco etiā integra folia. Coactus igitur hac nota, quamuis inter maximas occupationes, librum in manus reſumpſi, & quoad eius fieri potuit, correxi, nouaq; lima meliorem reddidi, quæque omiſſa erant, adieci: ſicque expoſitum partum iure Quiritum vendicaui, atq; agnitum tuæ fidei commendandum duxi, vt meriti in te amoris quoddam quaſi pignus eſſet, vtq; ad gratiam me tuam non ſine munere aliquo inſinuarem. Veterum fuit hæc conſuetudo, vt patronos ſuos aliquibus xenijs beneficiarij & clientes conciliarent. Mereretur quidem excellens virtus tua, atq; humanitas, vt ſumptuoſius à me colereris: ſed non pauca dare videri poſſunt, qui quod maximum habent, id libentiſsimo animo offerunt. Ego vnius haud integri anni fœturam non idcircò tuis foribus ſuſpendi, vt eius te moueret æſtimatio: eſt enim leuide ſe munus: ſed vt mnemoſynon mei in te amoris, atq; ſummæ obſeruantiæ habeas, & vt ſolemus dicere, glebæ apprænſione totum aruum poſſideas. Vale.*

*Bononiæ, Calend. Martijs, Anno*
M. D. XXXVIII.

Autori negotium faceſſunt typographi.

Alciati practica.

Libellus, Si certum petatur.

# De rebus creditis, Si certum petatur, & de certi condictione.

Lib.12.tit.1.

*Rubrica*†.

IN RVBR. ARGVMENTA.

1 *Quæ ſint actiones in rem.*
2 *Quæ ſint actiones mixtæ.*
3 *Ius, quod quis habet in re, fortius eſſe, quàm quod habet in perſonam, multis declaratur exemplis.*
4 *Differentia inter dominia rerum & actiones perſonales, quantum ad præſcriptiones pertinet.*
5 *Imperatoris Iuſtiniani continuatio huius libri & tit. ad præcedentes.*
6 *Actiones in rem nulla obligatione nituntur, et à ſolo iudicis executiuo officio pendent.*
7 *Creditor debitore dignior, eáq; ratione hunc tit. de rebus creditis, non debitis, inſcriptum.*
8 *In correlatiuis id ſolum quod expreſſum eſt, principaliter accipitur, niſi ex ratione legis alia coniectura ſubijciatur.*
9 *Per ſpecialia res magis declarari, quàm ex generalibus.*
10 *Huius tituli tractatus, & cur à mutuo eum Iuriſconſul. auſpicetur.*
11 *Contractus ex mutuo in cauſam depoſiti trãsferri ſolet.*
12 *Exprimi edicti verbis actiones appellari ſolitas.*
13 *Condicere quid priſcis ſignificet.*
14 *Certum vnde, & quot modis petatur.*
15 *Certi cõdictio ex mutuo vel ſtipulatione propriè datur.*
16 *Mutuum propriè quid.*
17 *Genus perire non poteſt, ſecus in ſpecie.*
18 *Cur mutuum inter bonæ fidei actiones non numeretur.*

CVM in præcedentibus libris
de actionibus in rem viſum
1 ſit, qualis eſt † Vendicatio, Publiciana, Confeſſoria, Negatoria, & Petitio hęreditatis[a]: cùm
etiam viſum ſit, de actionibus
miſtam cauſam obtinentibus,
2 quales ſunt † Familiæ erciſcundæ, Communi di
uidundo, Finium regundorum [b] (hæ enim non
ſolùm ad declarationem dominij pertinent, ſed
etiam vice mutua, ſi iudici ſederit, aliud quàm
petitum eſt, recipiunt[c], atq; ad perſonales præ-
ſtationes dantur[d], quo caſu & aduerſus eum qui
non poſſideat, competunt[e]:) cùm item de iis a-
ctionibus viſum ſit, quæ cùm perſonales ſint, ta-
men in rem ſcriptæ dicuntur, & ideo aduerſus
quemlibet poſſeſſorem conceduntur[f]: qualis eſt
actio Ad exhibendum, quæ merè in rem non eſt,
quia obligationem in perſonam prætendit, nec
declarationem dominij continet[g]: qualiſque eſt
actio noxalis[h], qualis & actio de mortuo inferen
do[i], quæ ex interdicto oritur, quod in rem ſcri-
ptum eſt[k]: meritò nunc ad actiones merè perſo-
nales tranſeundum eſt, quæ poſteriori loco ideo
tractari debuerant, quia non tanta ſecuritate in-
nituntur, quanta ſuperiores[l], quæ rem ipſam co-
3 mitantur. Nam & videmus † ius in re fortius eſ-
ſe, quàm quod ad rem competit[m]: nec tam facilè
amitti, ſicut ius perſonale, vnde generali remiſ-
ſione non compræhenderetur[n]: à principe ſine
cauſa auferri non poſſet[o]: aditione hæreditatis à
creditore facta, non confunderetur[p]: beneficio
coniugalis humanitatis vel liberalitatis non di-
minueretur[q]: vt ſi vxori vendicãti maritus obii-

a l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de petit. hæred.
b §. quædam. Inſtit. de action.
c d. §. quædam.
d l. pen. vbi gl. ſ. comm. diuid.
e l. hæredes. §. quantum. ſ. familiæ erciſcun.
f l. ij. §. eſt autẽ. vbi gl. ad exhib.
g l. ſi tertius. §. aquæ pluuia. vbi Bart. de aq. plu.
h §. omnis. Inſtit. de nox. ac.
i ſ. tit. j.
k l. j. §. interdicta. de interdict.
l l. plus cautiõis. de regul. iur.
m c. pen. de præb. in 6.
n l. Aurelius. §. Meuia. ff. de liber. leg.
o l. item ſi verberatum. ff. de rei vend. Alex. hîc.
p Bal. l. ſi vxor. C. de bon aut. iud. dixi l. debit. de pac.
q l. Neſennius. §. fundum. ff. de re iudic.

ceret, ſe amplius facere non poſſe: quæ ſententia
receptior eſt[r]. Addunt alij, huiuſmodi ius anti-
quius quoque eſſe: quia veriſimile eſt dominia
rerum ante contractus fuiſſe inuẽta[s]. Dixerit ali-
4 quis: Atqui † dominia longo tempore, decem
vel viginti anno-
rum, præſcribun-
tur, cùm tamen a-
ctiones perſona-

*Si certum petatur*[a].

A les diutius viuãt, nec niſi triginta annorum præ-
ſcriptione ſopiantur[t]. Sed reſpondendum, id fa-
uore poſſeſſoris inductum, ne diutius dominia
ſint in incerto[u], maximè cùm ex tacito domini
conſenſu, talis vſucapio procedat[x]. At perſona-
les actiones non ex poſſeſſione, ſed ex negligen-
tia præſcribuntur[y]: nec lex ſolet, antequàm vſu-
captum ſit, huiuſmodi acquiſitionem perpende-
re[z]. Et hoc modo communis ſententia defendi
5 poteſt vtcunque. † Iuſtinianus tamen aliter fa-
B cti ſui rationem probat[a], nempe, in primis ſe de
magiſtratibus dixiſſe, iiſque omnibus quæ præ-
paratoria iudiciorum ſunt: deinde ſecunda par-
te de iudiciis tractaſſe, ad hunc vſq; librum, quo
tertium tomum aggreditur, ad res creditas, ſeu
ad contractus ipſos, in quibus res neceſſaria ſit,
pertinentem: quam octo libris proſequitur: vn-
de & in vetuſtis codicibus ſic inſcribitur: Dige-
ſtorum liber xij. qui de rebus creditis eſt primus,
Si certum petatur condictione. Apparet igitur
C primò de actionibus in rem dictũ eſſe, quia prin-
6 cipaliter ad iudicia pertinent, † & nulla obliga-
tione innituntur[b], & à ſolo iudicis executiuo of-
ficio pendent[c], quod quidem nobile eſt[d], nunc
autem de rebus creditis tractari, quæ ad contra-
ctus reſpiciunt: & cùm rerum creditarum actio
principalis ſit certi condictio, ab ea potiſſimùm
hunc contractum cœptũ fuiſſe. Sed cur de rebus
creditis inſcriptum, & non potius de rebus debi
7 tis? An † quia creditor ipſe dignior cenſetur, tan
D quam in eo actiua ſit contractus pars, in debito-
re verò paſſiua[e]? Vnde & qui mutuò accipit, quo
dammodo creditoris ſeruus efficitur[f]. An, quod
eſt receptius, quia hîc de actionibus tractatur,
quæ creditori competunt, non de exceptione
8 debitorum[g]? Vnde infertur, † in correlatiuis id
ſolum quod expreſſum eſt, principaliter accipi,
non quod in conſequentiam ſubauditur[h]: niſi ex
ratione legis alia coniectura ſubiiciatur: vt ſi lex
cenſoria iubeat de inſtrumento debiti ſolui cen-
E teſimam vectigalis nomine, creditor ipſe ſoluet,
cuius fauorem contractus reſpicit[i], vt qui com-
modum habet, is & onus ſubeat[k]. Idem ſi teſta-
tor dicat ſe legare Titio omnia debita ſua, intel-
ligeretur, id eſt, credita, & ſic æs ſuum, & non a-
lienum[l]: alioqui actus non valeret[m].

r Alex. l. maritũ. ff. ſolut. matr.
s §. ſingulorum. de rer. diuiſ. l. j. in prin. ſ. de acquir. poſſeſ.
t l. ſicut. Cod. de præſcript. xxx. vel xl. ann.
u l. j. de vſucap.
x l. alienationis. de verb. ſign.
y Bart. l. ſequitur. §. qui viam. de vſucap.
z Glo. l. qui bis idẽ de verb. obl.
a l. ij. §. igitur prima. C. de veteri iur. enucl.
b §. i. Inſtit. de actionibus.
c l. iubere. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.
d Alex. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 31. ff. de acq. poſſeſ.
e Gl. & Doct. l. i. in princ. de verbor. oblig.
f Gl. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg. iii.
g Gl. & Doct. l. i. C. eod.
h l. fin. C. de indiuid. toll.
i l. debet. ſ. de ædil. edict.
k Bald. & Salic. in rub. C. eod. Socin. conſil. 247. col. 2.
l Argu. l. Lucius. §. hæredum. ff. ad Trebel.
m Bald. d. rubr. ſi cert. pet.

[a] SI CERTVM PETATVR.

PRior pars Rubricæ eſt generalis ad octo li-
F bros ſequentes, & poſterior eſt ſpecialis ad
hunc titulum, vnde & ſolet à ſecunda hac parte
9 à noſtratibus ſemper allegari: † quia per ſpecia-
lia res magis declarãtur, quàm ex generalibus[n].
Sed cur Certum dixit, & non Mutuum? Et idem
eſt: niſi quia veriſimile eſt, placuiſſe Iureconſul-
10 to Certum appellare, † quoniam hîc tractatur nõ
ſolùm quando ex vero mutuo res debentur, ſed
etiam quãdo ex ſtipulatione, in qua quid certũ
deductum ſit ex quacũq; cauſa[o]: idq; Fulgoſius,
Picus Deciuſq; probãt. Sed cur tractatum hunc
de

n c. quanq̃. 23. diſt. l. item apud Labeonẽ. §. ait prætor. de iniur.
o l. ii. §. fin. l. certi condictio. l. ſi quis certum. ſ. eod.



de Rebus creditis, à mutuo Iureconſultus incœ-
pit, cùm tamen frequentior ſit contractus em-
ptionis[a], dignior verò & fauorabilior matrimo-
nij dotiſue conuentio? Sed hi contractus ad hũc
tractatum nõ faciunt, cùm conſenſu, non autem
re contrahantur. Hodiè tamen contractus mutui
non adeò frequens eſt, quia propter prohibitio-
11 nem vſurarum pauci mutuant: † imò ſi qui con-
tractus ex mutuò celebrentur, in cauſam depoſi-
A ti ſolent transferri[b], propter multa quæ depoſi-
to priuilegia competunt[c]. Nec ideo tamen con-
tractus ſimulatus dicitur[d], imò omnia priuilegia
haber, quæ aliàs depoſitum habere ſolet[e]. Sed
nunquid hęc verba, Si certum petatur pro actio-
nis cuiuſdam nomine accipiantur? Et lex expreſ
ſim pro actione accipere videtur[f]: ſed tamen id
demonſtratiuè, vel potius ex vulgari more eſt,
12 † quo ſolemus ex primis verbis edicti, actionem
ipſam appellare: vt cùm dicimus, actio vti poſſi-
B detis[g], actio quorũ bonorum[h], & ſimilia: quo lo
quendi modo & Vergilius in Daphnide vtitur:
*Hæc nos formoſum*, &c.

[a] CERTI CONDICTIONE.

13 COndicere † priſca lingua denunciare eſt[i].
In actionibus enim quibus aliquis perſo-
naliter conueniebatur, ſolebat coram aliquo,
qui atteſtaretur, condici & conueniri, qua die in
C iudicio ſiſtendũ eſſet: vnde Condictiones, per-
ſonales actiones generaliter dictæ ſunt. Sed hoc
14 in titulo de ea tractatur, † qua certum petitur: id
autem eſt quandoque ex ſtipulatu, vt cùm quis
per contractum ſtipulationis quid certum pro-
miſit[k]: quandoq; ex natura contractus, vt in mu-
tuo[l]. Nam cùm quis quod indebitè ſolutum eſt,
vel ex turpi, aut nulla, aut defecta cauſa repetit,
ſpecialiori nomine, indebiti, ob turpẽ cauſam,
ſine cauſa, cauſa non ſequuta, condictionem ha-
D bere dicitur. Quod & dicendum, cùm quis ex
legati cauſa, vel lege Aquilia, vel cauſa furtiua
condicit[m]: & tunc enim certũ ex natura rei con-
dicit, licet ſpecialiore nomine, ex legato, ex lege
15 Aquilia, ex furto condicere dicatur. † Propriè
igitur certi condictio ex mutuo, vel ex ſtipula-
tione datur, quia nullum aliud ſpecialius nomẽ
habet[n]. Sed cur nõ ſpecialiter de mutuo hîc edi-
ctum eſt, ſicut infrà de depoſito, de commodato,
ſed potius inſcriptum eſt de certi condictione?
16 Et ſciendum, † propriè apud veteres mutuum di
E ci, quod gratuitum, & ſine vſurarum conuentio-
ne eſt[o]: hîc autem tractaturus erat Iureconſultus
de vtroque: meritò magis placuit certi appella-
tio, quæ propriè & ſignificantius vtrique compe
tit. Cùm enim in mutuo idem in genere redden-
17 dum ſit, genuſque perire non poſſit[p], ſemper cer
tum eſt quid debeatur. Non ita in commodato
depoſitoque eſt, in quo non genus, ſed ſpecies
debetur[q], quæ extingui poteſt: vnde ea etiã poſt
F moram perempta, quod petitur, certum non eſt,
vt Fulgoſius cenſuit[r]. Qua ex interpretatione
18 infertur ratio, † cur mutuum inter bonæ fidei a-
ctiones non numeretur[s]. Hæ enim ſic dicuntur,
quia iudex in eis ex bono & æquo æſtimare po-
teſt, quid, quantumque reddendum ſit[t]: quod in
hoc iudicio propter naturalem eius certitudinẽ
fieri non poteſt. Nam & cùm ex eo dominium
transferatur, & periculum omne accipiẽtis eſt[u]:
vnde nec tanta in eo vertitur fiducia, cùm à caſu
fortuito creditor ſecurus ſit[x], quanta in commo

a l. iuſtè. de vſucap.
b l. Lucius. l. dic. §. i. ſ. depoſ.
c l. pen. C. depoſ.
d l. ſi ex precio. C. eod. vbi Bar.
e Arg. l. ſi filius. §. fi. C. ad Maced. Doct. l. ii. §. i. ſ. eod.
f l. i. ſ. de tritic.
g l. i. §. eſt igitur. ff. vti poſſid.
h l. i. in fi. ff. quo. bon.
i §. appellamus. Inſtit. de actio.
k Inſt. de verbor. oblig.
l §. i. Inſt. quibus mod. re cõtrah. oblig.
m d. l. certi cond. in princ.
n l. inter liberas. §. i. de adult.
o Plaut. Nã ſi mutuò non potero, certum eſt ſumam fœnore.
p l. incendium. C. cod.
q l. ii. ſ. eod.
r l. certi cõdictio. ſ. eod.
s §. actionũ. Inſt. de action.
t §. in bonę fidei. Inſt. de act.
u l. pignus. C. de pignor. actio.
x l. Titius. ff. de præſcr. verb.



dato, depoſito, & ſimilibus, in quibus res mea
penes te, meo periculo eſt. Adde quòd Ariſtote-
les Problematum particula vigeſima nona cen-
ſuit, noluiſſe legiſlatorẽ tanto fauore hunc con-
tractum proſequi, quia vt plurimum cauſa vſu-
rarum celebraba-
tur[y], vt meritò ſtri
cti iuris iudicatus
ſit.

Rubrica.

*& de certi condictione.*[a]

y l. Lucius. ſ. depoſiti.

LEGIS I. ARGVMENTA.

1 *Secundum propoſitum argumentum loquendum eſt.*
2 *Pertinentia quæ dicantur.*
3 *Iudex quatenus ſententiam declarare poßit.*
4 *Titulus & rubrica vnde dicantur.*
5 *Rubricæ cur propoſitæ: ſimiliter an & quatenus diſpoſitionem inducant.*
6 *Natura præpoſitionis De.*
7 *Rubrica quando textum vel legem declaret.*
B 8 *Generalitas rubricæ extenſionem de vna ſpecie ad alteram nonnunquam inducit.*
9 *Filia ab hæreditate materna excluſa, an à paterna ſimiliter excludatur.*
10 *Per demonſtrationem fit declaratio, noua tamen non diſpoſitio.*
11 *Specialitas rubricæ generalitati legis non derogat.*
12 *Quoties contextus rubricæ aduerſatur, contextum neglecta rubrica attendimus.*
13 *A generali ſtatuto, condito ſpeciali, receditur.*
C 14 *Rubrum generale quandoque per rationem ſpecialem reſtringi.*
15 *Pœnalia & odioſa non ſunt extendenda.*
16 *Decretorum rubricæ non ſunt authenticæ.*
17 *Cognitionem generis cognitio ſpecierum debet præcedere.*
18 *ἐνθύμημα proprium oratorũ, & Iuriſconſultorum argumentum.*
19 *Teſtis deponens in ſpecie, interrogari poteſt vt eam in genere declaret.*
D 20 *Teſtis non tenetur reddere definitionem iuris.*
21 *Quibus caſibus teſtis ad declarationem non teneatur.*
22 *Periti quandoq; errant, eóq; diligentius interrogandi.*
23 *An dictum teſtis interrogati non rectè reſpondens, cùm tamen interrogari non debuerit, valeat.*
24 *Interrogatio quæ fieri non debuit, nemini præiudicat.*
25 *Quomodo verba teſtis ad ius vel factum referenda.*
26 *Nomina iuris gentium ab omnibus intelligi.*
27 *Si teſtis vel notarius erret in deſcriptione rei, in verbo legali, nihil obeſt.*
E 28 *Primum dictum teſtis per ſubſequens ineptum non vitiatur.*
29 *Teſtis maiorem propoſitionem omittens, num fidem faciat.*
30 *Conſanguineus & vicinus præſumuntur ſcire res conſanguinei & vicini.*
31 *Lex aliquando dictum teſtis ſupplet, & pro eo præſumit: iuncta præſumptio atteſtationi, veritatem probat.*
32 *Præſumptio ex veriſimilibus oritur.*
F 33 *Arbitrio iudicis relinquitur, ex qualitate & perſona teſtis, item negotij de quo teſtificatur, an fides ei adhibenda veniat, colligere.*
34 *Perpendenda qualitas aſſertionis in teſte.*
35 *Naturam rei de qua deponitur iudex examinabit.*
36 *Ex ſignis & coniecturis intenditur vel remittitur legis præſumptio.*
37 *Teſtes de veritate deponentes, ijs qui legis præſumptione nituntur præferendi.*
38 *Vnus teſtis præſumptiuus non facit ſemiplenam probationem, & proinde non eſt locus iuri ſuppletorio.*

39 *Sententia lata prætextu teſtium præſumptiuorum, nunquam tranſit in rem iudicatam.*
40 *Celſus cuius dignitatis fuerit.*
41 *Argumentum ab auctoritate in iure quando valeat.*
42 *§. penult. l. j. C. de vet. iur. hodie generali conſuetudine abrogatus.*
43 *A cõmuni ſententia an et quando recedi poſſit.*
44 *Commẽtatores iuris tanquã iuris teſtes habentur, ideoq; quod in teſtibus obſeruatur, vt plures & grauiores præponderent, & inter eos locum habet.*
45 *Qui ſcribentium potiſsimum ſequendi.*
46 *Iuriſconſulti alicuius celebris conſilium, ab expenſis et pœna excuſat aliquem.*
47 *Sumitur argumentum etiam ab autoritate principum.*
48 *Scripta priuatorum, ſiue ſacroſancta, ſiue prophana, quando auctoritatem legis, vt ab his argumenta duci poſsint, obtineant.*
49 *Cùm in materia peccati verſamur, ſcripta ſanctorũ patrum legibus præferuntur, aliàs ſecus.*
50 *Auctoritas ſummi* Pontificis *ſcriptis ſanctorum patrum præferatur.*
51 *Regulæ cancellariæ vbi & quando ſeruandæ.*
52 *Ab auctoritate veterum in ſua cuiuſque arte efficax argumentum.*
53 *Vetuſtis chronicis libris, prouinciarum inſcriptionibus, tabulis, gentilitijs ſignis, fidem adhiberi.*
54 *Pleraque vetuſtatis per imperitos vel adulatores corrupta.*
55 *Dictum teſtis, qui ab autoritate rationem ſumit, quibus caſibus valeat.*
56 *Quibus caſibus auritus teſtis probet, & quis eius dicti effectus.*
57 *Dictum teſtis auriti non transfert onus probandi in aduerſarium, quod aliqui voluerunt, quemadmodum nec fama.*
58 *Mandata principum abſq; ſcripturæ exhibitione fidem non faciunt.*
59 *Si teſtis ſe ad publicam ſcripturam referat, id exhibendum eſſe, tuncq; ex ſcriptura magis quàm atteſtatione oriri probationem.*
60 *Quo pacto amiſſo inſtrumento eius tenor probari debeat.*
61 *Ex delicto debitum, creditum nõ dicitur, nec delinquẽs creditor.*
62 *Locus à coniugatis probabilis.*
63 *Difficilius quis aduerſus creditores ex delicto priuilegium impetret, quàm ex contractu.*
64 *Priuilegia ſtrictius accipienda.*
65 *Debitum ex legato vel fideicõmiſſo propriè creditum dici poteſt.*
66 *Vera & propria poſſeſsio dicitur, etiam quæ legis commento transfertur.*
67 *In debito ceſſo etiam dici creditum.*
68 *Condictio indebiti creditum complectitur.*
69 *An debitum ſub conditione, creditum rectè dicetur.*
70 *Donatio conditionalis non eſt propriè donatio.*
71 *Participium futuri temporis ad animi voluntatem refertur.*
72 *Quoties adiecta qualitas definitioni non aduerſatur, nihil proprietati obeſt.*
73 *Argumentum à correlatiuis ad ſenſum reſpicere, non ad vocis proprietatem.*
74 *An ceſsionarius ſit creditor.*
75 *An fideiuſſor dici poſsit debitor.*

†Ere

CVM Rubrica de rebus creditis generalis ſit, ad octo ſubſequenteis libros pertinens[a], Iureconſultus hoc reſponſo in omneis hoſce libros præfatur, Tituliq; verba interpretatur, & generalia eſſe oſtendit. Meritò ergo inquit:

## LEX I.

### VLPIAN. LIB. XXVI. ad Edictum.

BEne †eſt[a], priuſquam ad verborum interpretationẽ veniamus, pauca de
A ſignificatione ipſius tituli[b] referre. Quoniam[a] igitur multa ad contractus varios pertinentia iura sub hoc titulo Pretor inſeruit, ideo rerum creditarum titulũ præmiſit.
A Omnes enim contractus, quos alienam

a ¶Bene eſt, &c.) Vt ſit aduerbium loco nominis poſitum. Terẽtius in Phorm. Vt bene ſit tibi. Et ita ſe habet receptior lectio, quam & ipſe pro-
bo. In Pandectis tamen Florentinis, è re, id eſt, ex
vtilitate vel ex præſenti materia, legitur[b]. Nã he-
re, i. herile, barbarum ineptiſſimumq; eſt. Adno-
tatq; hîc Bartolus, è re, i. †ſecundum propoſitum 1
argumentum debere nos loqui: qđ alibi Vlpian.
πρὸς ἔπος dicit[c]. Vnde & teſtis nõ niſi de pertinen-
B tibus ad articulos interrogari debet[d]. †Dicun- 2
tur autem pertinentia, ſiue declarationem reſpi-
ciant, ſiue connexa articulis ſint[e]. Idem ſi eorum
appendices ſint[f], & qualitercunque pertineant,
etiam ſi leuiter, ſatis eſt[g], vt quia modicè admi-
niculentur[h]. Sed num hęc declaratio poſt publi-
cationem admittẽda ſit? Quod videretur[i], dum-
modo veriſimilis ſit. Nam ſi colore declarationis
aliquid corrigeretur, ſecus eſſet: niſi id inconti-
nenti fieret, antequam potuerit à partibus teſtis
C ipſe ſubornari[x]. †Nam nec iudex declarare ſen- 3
tentiam latam poteſt, niſi quatenus veriſimils
verborum vis inferret: quod alibi traditur[l].
b ¶Tituli.) †Tituli, id eſt, rubricæ[m]: à tuendo, 4
id eſt, indicando nomen autoris, vel ſubſequen-
tem textum, vt Feſtus ait. Nos autem vulgò ap-
pellamus Rubricã, quòd rubro colore tituli de-
pingi ſoleant. Apud veteres verò, Rubrica ipſa
pro lege ponitur. Perſius:

*Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.*

D opinor, quia Prætor album ſuum literis rubris
inſcriberet. Quintilianus libro xij. Iureconſulti,
inquit, ſe ad album & rubricas tranſtulerunt. vn
de & Iuuenalis:

*—Cauſas age, perlege rubras*
*Maiorum leges.—*

†Apparet igitur rubricam ipſam cauſa demon- 5
ſtrationis adiici ſolere: vnde & Index Latinè,
ἔλεγχος Græcè dicitur: meritò diſpoſitionem indu
cere non debet, ne præter voluntatem autoris
E accipiatur[n]. Videntur enim rubricæ ſui natura,
ad ſubſequentem textum referri, & ideo reſtri-
ctionem, declarationemque ab eo patiuntur[o].
†Quod & præpoſitionis De, natura ſuadet, quæ 6
materiæ ſubſequentis demonſtratiua eſt[p]. Quòd
ſi quando rubricam diſponere videmus, id non
ex propria natura, ſed ex aliqua extrinſecus acce
dente ratione fit: veluti quoties contextus inte-
ger non extat, vt in pleriſq; Codicis titulis, qui-
bus ſubiecerat leges Græcas Iuſtinianus, quę ho
F die non reperiuntur[q]. Cùm enim veriſimile ſit,
concordaſſe rubricam cum textu, probabiliter
ex rubrica coniicimus, quid in textu olim fuerit:
quod nõ abſimili ſpecie Bartolus tradidit[r]. Rur-
ſus idem eſt, cùm rubrica ipſa cum textu concor
dat, & vtrunque extat: nec enim tunc quicquam
impedit, quin vtrunque poſſit alligari[s], licet ex
contextu ipſo potius agatur: quia ille principa-
lior[t]. †Cæterùm & quoties rubrica ex genera- 7
litate verborum clara eſt, contextus verò ſub-
ſequens ambiguus, tunc per rubricam declara-
bitur[a].

a l. ii. §. igitur prima. C. de veter. iur. enucl.
b Arg. l. iam dubitari. verſ. nõ ab re. ff. de hære. inſtit.
c l. de ætate. §. quod autem. ff. de interdi. acti.
d Bar. l. ſi duo patro. §. idem Iul. ff. tit. i.
e Argu. l. ii. §. de iuriſd. om. iud.
f l. ſi quis hæres. de act. hæred.
g c. quoniam. vbi Bal. de teſtibus.
h l. ad probationem. vbi Bal. C. de probat.
i c. cum clamor. de teſtibus.
k c. præterea. de teſtib. cogn.
l l. ab executione. de appel.
m l. ii. §. penul. de interd.
n l. non omnis. ff. eod.
o l. aſſe. de hæred. inſtit.
p l. idem Pomponius. ff. de arbit.
q Rub. C. de relig. gloſ. C. de ſponſal. C. vt nemini lic. lib. x.
r Bar. l. admonendi. col. ii. de iureiur.
s Rub. & l. i. C. ne fideiuſ. dot.
t Gemin. rubr. de ſumma Trinit. lib. x.



bitur[a]. Sicut enim vna pars legis aliam decla-
rat[b], & ex præcedentibus ſubſequentia expli-
cantur[c], ita ex titulo lex ipſa interpretationem
poteſt accipere. †Vnde cùm lex municipalis de
8 dote generaliter in rubrica ediceret, & in con-
textu de dote tra-
dita loqueretur, ſcri-
bit Iaſon Baldum
reſpõdiſſe, de pro-
miſſa quoq; idem
eſſe, quia hæc in iu
re noſtro æquipa-
rentur[d]: & quia ex
generalitate rubricæ apparet nullam inter hæc à
legiſlatoribus differẽtiam perpenſam fuiſſe. Sed
quid ſi contextus ſpecialiter loqueretur, an ex
generalitate rubricæ argumentabimur, idem eſ-
ſe etiam in caſu diuerſo, & qui nulla æquipara-
tione ei connecteretur? Et Baldus reſpondit hoc
9 quoque caſu rubricæ ſtandum eſſe[e]. †Nam &
cùm contextus ſtatuti filiam ab hæreditate ma-
tris excluderet, reſpondit Paulus Caſtrenſis à pa
terna quoque excluſam cenſeri[f]: quia rubrica ſta
tuti generaliter concepta erat, ſtantibus maſcu-
lis fœminæ non ſuccedant: videturque hanc ſen
tentiam receptiorem eſſe[g]. Sed tamen ab ea di-
uerſi eunt Iaſon & Decius, quia rubrica demon-
10 monſtratiuè ſolùm apponitur: †& quamuis ex
demonſtratione fiat declaratio, non tamẽ fit no-
ua diſpoſitio[h], cùm hæc non parum inter ſe dif-
11 ferant. †Sed & ſi rubrica ſit ſpecialis, contextus
verò generaliter loquatur, receptum eſt genera-
litatem textus potius obſeruandam[i]. Ergo in
caſu contrario idem dicendum, vt ad contextus
verba ſemper reſpiciamus. Ego hanc Iaſonis De-
ciique ſententiam quibuſdam caſibus veram eſ-
ſe non dubito. Primus, cùm rubrica per dictio-
nem demonſtratiuam concepta eſt, qualis eſt
præpoſitio De, qualiter, quomodo, quando, &
ſi qua ſimilia: itemque ſi conditionalis vel dubi-
tatiua ſit[k]: nec ab hoc diſſentit crebrior opinio,
quę omnino perfectam ſentenriam requirit[l]. Se-
12 cundus eſt, †cùm contextus rubricæ aduerſatur:
tũc enim ad contextum attendimus[m], tanquam
poſteriorem diſpoſitionẽ, quæ priora corrigit[n].
& ita Saliceto, Alberico, Alexandro viſum eſt:
nam & textum maiore cum deliberatione com-
poſitum videri Butrius cenſuit. Adde, idem eſſe,
etiam ſi non aduerſaretur expreſsè, ſed tacitè: pu
tà, quia rubrica de genere aliquo loqueretur, cõ-
13 textus ſpeciem exciperet. †Si enim poſt gene-
rale ſtatutum condito ſpeciali, à primo receſſum
videtur[o], quanto magis idem in rubrica dicen-
dum[p]? Tertius eſt, quando ſpeciale ſtatutum ra-
tionę aliqua inniteretur, à qua reſtringi rubricæ
14 generalitatem æquũ eſſet. Exempli cauſa: †Ru-
brica generaliter ſcripta eſt, Negociatores ne mi
litent[q]: an eos excludet, qui nullo ſacramento
adiguntur? Certè non[r]. Item Rubrica, Ne ruſti-
cani inuiti ad illum obſequium deuocentur: an
eos ruſticanos comprændit, qui in vrbe habitãt?
Non planè[s]. Ergo idem in caſu noſtro dicendũ,
quoties contextus non ſolùm ſpecialis eſt, ſed
15 ſpecialem quoque rationem habet[t]. †Quartus
eſt caſus, cùm ſtatutum aliquam pœnam, aut o-
dium contineret[u]: tunc enim ex generalitate ru-
bricę nõ eſſe extendendum: quod Corn. ex facto
reſpondit[x], & Iaſon quoq; ſentit[y]. Quintus eſt,
16 cùm rubrica ipſa ex ſe authentica non eſſet, †vt
in rubricis Decretorũ[z]: vel aliter de fide aut au-
toritate eius dubitaretur: ſolent enim quandoq;
ab ipſis ſtudioſis fieri, vt facilius reperiant quid
quoque loco velint. Nam & qui Bibliis & Euan-
geliis ſingulis capitibus ſunt præpoſiti tituli, hu
iuſmodi fuiſſe ex Græcis codicibus apparet. I-
demque in opere
Tranquilli factum
fuiſſe conſtat. Sa-
nè huiuſmodi titu
los in ſingulas le-
ges fieri poſſe, du-
bium nõ eſt, quod
Iuſtinianus παράτιτ-
λα appellauit[a], nos Summaria diximus.
a ¶Quoniam igitur.) Argumentatur Iurecon-
ſultus, propoſitione, quam maiorem, ſeu πρότασιν
vocant, omiſſa, quòd ex ſe nota ſatis ſit: †ea eſt, 17
vt ſpecies cognoſcatur, prius generis nomen no
ſci oportet[b]. Sed hîc de certi cæteriſque condi-
B ctionibus, quæ ad res creditas pertinent, tracta-
tur: hæc eſt adſumptio, ſeu minor. Sequitur con
cluſio, quę etiam complexio dicitur: Ergo de re-
bus ipſis, & de credendi verbo prius eſt dicen-
dum. Sic enim integer ſyllogiſmus eſt, quo Dia-
lectici vtuntur: cui ſi quid demas, †ἐνθύμημα dici- 18
tur: eſt enim id argumentum, ex vno adſumpto,
concludens: quod Oratoris, Iureconſultiq; pro-
prium eſt. Sed quid de teſtimoniis dicendum
eſt? Et primò: †quid ſi teſtis de aliqua propoſi- 19
C tione ſpeciali loquatur, an interrogari poterit,
vt ea in genere declaret? Verbi gratia: dixit Ti-
tium mutuauiſſe, an poſſit interrogari, quid ſit
mutuum? Et Bartolus, quem cæteri ſequuntur,
poſſe cenſuit[c]: †non quòd ideo teneatur teſtis 20
definitionem iuris referre[d], ſed ſimpliciter per
verba facti declarare, quemadmodum ipſe intel-
ligit mutuum[e]: hoc eſt, mutui demonſtrationẽ
facere non definitionem. Non enim poteſt de
ſpeciali mutuo quis teſtimonium dicere, niſi
D ſciat quid in genere mutuum ſit. Qua ratione &
qui de fama, de conſuetudine, de inſtitutione, de
poſſeſſione, de notorio, de artifice atteſtatur, in-
terrogari poterit quid ſit fama, quid huiuſmodi,
quod pluribus reſponſis traditum extat[f]: debe-
bitque referre ille, non harum definitionem, ſed
typum quendam & deſcriptionem: ita vt ſi di-
cat, talem bonæ famæ virum eſſe, poſſit de con-
trario interrogari, quid ſit mala fama: ſi noctu
quid factum dixerit, quid ſit lex[g]. †Si tamen de 21
E re quis atteſtetur, quæ ex ſe clara apertaque ſit,
fruſtra ab eo alia demõſtratio exquiretur[h]. Idem
ſi ex prius dictis depræenderetur, tem ab eo rectè
intelligi[i]. Idem ſi ex qualitate perſonæ: vt ſi pro-
feſſor medicinæ atteſtaretur, ægrum apoplexia
periſſe, non eſt operæprecium talem interroga-
ri, quid ſit apoplexia, vt Pontanus cenſuit[k]: cui
Alexander aduerſatur, †cùm etiam periti quan- 22
doque errent[l]: & qui de peritia artis atteſtantur,
diligentius debeant interrogari[m]. Ego verò hac
F in re plurimum iudicis arbitrio tribuendum exi
ſtimauerim[n]. †Sed quid ſi hic teſtis interroga- 23
tus, non rectè reſponderit? Et ſi interrogari non
debuit, ſuſtineri teſtimonium eius aliqui cenſue
runt[o]. †Interrogatio enim, quæ fieri nõ debuit, 24
nemini præiudicat[p]. Sed tamen receptius eſt, vi-
tiari teſtimonium, ſicut cùm bonam rationem
non adducit[q], niſi aliqua interpretatione ſuſti-
neri poſſit: vt quia rem ſemel rectè declararit, de-
inde iterum interrogatus reſponderit, neſcio, in-
telligetur aliter quàm ſuprà dixerit[r]: & hoc, ne
ſibi

L. i. Bene eſt.

a Gl. l. j. C. de cap. ciu. cenſ. exi. li. xii. l. i. C. ne lic. ter. app & rub. C. etiam ob chiro. pecu.
b l. ſed & poſteriores. ff. de legib.
c l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de legat. j.
d l. aſsiduus. C. qui potior. in pign.
e Bald. conſil. habend. 76. an ſtatutũ. in 3. & 24. in 5. vol.
f Caſtr. conſ. 334. præſens caſus. col. 4.
g Alex. conſil. 83. & 122. in 3. vol. Soc. 128.
h l. hæredes palã. §. ſed ſi notam. de teſtam.
i Glo. auth. de inceſt. nupt. verb. illicitas.
k Gl. rubr. ſi quis teſtam. lib. Bal. rubr. C. an ſeruus ex ſuo fact.
l But. in procem. decret. Alex. & Iaſ. hîc.
m Gl. rub. de præben. ſala. lib. x.
n l. pacta nouiſsima. C. de pact.
o Bart. l. quæſitũ. §. fin. col. iii. de fund. inſtr.
p Bald. l. ſi ab hoſtibus. ſol. matr. Abb. conſ. 13. colum. fin. in 1.
q Rubr. nego. ne milit. lib. xij.
r Gloſ. l. fin. C. de iuriſd. om. iudi.
s l. j. vbi glo. C. ne ruſt. lib. xij.
t l. adigere. §. quis. de iur. patr.
u argum. l. in teſtamento. de cõdict. & demon.
x Corn. conſ. 217. col. 4. in 1.
y Arg. l. ij. de libe. & poſth.
z 3. q. 9. c. quartæ. vbi gl. Archid. 9 diſt. qs neſciat.

a l. ij. §. hoc autẽ. C. de veter. iur. enucl.
b d. l. j. de iuſtic. & iur. ꝑ o. rub. C. de pact.
c c. præſentiũ. §. teſtes. de teſtib. in 6. gl. l. teſtiũ. C. de teſtib.
d Bart. l. j. C. de vſuris.
e l. qui teſtamento. §. fi. vbi Bar. de teſtam.
f Alex. conſil. 28. colum. 4. & 150. col. 5. in 5. Dec. conſ. 105. Mod. hîc.
g Alex. l. de ætate. ff. de minor. ad Bart.
h l. j. in fi. de dot. prælег. Bar. l. de ætate. col. 5. de minor.
i Arg. gl. c. ij. ver. rationabili. de confeſ. in ſexto.
k Gl. l. cõtinuus. §. cùm quis. de verb. oblig.
l l. iii. §. Neratius. de acq. poſſ.
m l. ſemel [illegible] de re mil. [illegible]
n l. iiii. §. tu magis. ff. de teſtib.
o Arg. l. i. in prin. C. de rei vxor. actio.
p l. pen. de quæſt. Alex. conſil. 5. in l. ſolã. vbi not. C. de teſtib.
r Bar. d. l. de ætat.

fidem ſecuti inſtitui-
mus, complectitur.
Nam (vt lib. 1. Quæ-
ſtionum Celſ. ait[a]) cre
dendi appellatio ge-
neralis eſt: ideo ſub
A hoc titulo prætor &
de commodato, & de

25 ſibi incontinenti aduerſari videatur[a]. † Sed & ſi
verba interrogationis probabiliter ad ius referri
poterát: vt ſi interrogatus ſit, quid ſit ſtipulatio:
ſi reſponderit neſcio, videtur de definitione iu-
ris ſenſiſſe: & ideo teſtationem quę prius factum
ipſum adfirmaue-
rit, non vitiari[b].
qua tamen in re vi
detur Socinus diſ-
ſentire, tanquam
imputãdum ſit te-
ſti, qui ea verba ſe-
cundũ facti demõ-
ſtrationem non acceperit, vt qui ſcire debuerit,
non de iure, ſed de facto interrogari teſtes[c]. Ego
ex qualitate perſonæ diiudicandum cenſeo: vt ſi
talis ſit, qui veriſimiliter ſciret, quemadmodum
de facto cõtraheretur ſtipulatio, cùm dixerit ne-
ſcire ſe, credatur de definitione iuris intellexiſ-
26 ſe[d]. † Quod in dubio in nominibus iuris gen-
tium exiſtimandum eſt, quæ vulgò ab omnibus,
quatenus ad factum pertinent, intelliguntur[e].
27 † Cæterùm & ſi in deſcriptione rei erret teſtis in
verbo legali, dum rectè de effectu loquatur, ſatis
eſt: vt ſi Senatuſconſultum Valerianum pro Vel-
leiano dixerit: quod & in Notario proditũ eſt[f]:
Idem putauerim ſi ex interuallo poſt atteſtatio-
28 nem interrogatus, malè reſpondeat, † non vitia-
bitur primum dictum, ex quo ius parti quęſitum
eſt[g], ne facile teſtes ſubornati, quod ſemel affir-
mauerint, interuertant, iúſue partis perimant[h]:
quod & in notario Alexander rectè defendit[i].
Præſumit enim lex aduerſus ſecundam hanc at-
teſtationem: & priorem, cùm adhuc integra e-
rat, approbat[k]. Priori igitur præſumptioni, tan-
quam efficaciori, ſtandum eſt[l]: quod & tandem
Decius hîc alia ratione, ſed friuola, probat, cùm
& ex interuallo notarius potuerit veræ expoſi-
tionis obliuiſci, quam tempore celebrati con-
tractus memoriter teneret[m]. Secundo dubitatur:
29 † Quid ſi teſtis maiorem propoſitionẽ omittat?
vt quia pro teſtimonio dixerit, Titium eſſe diui-
tem, vel prudentem virum, vel bonæ conditio-
nis: deinde de caſu ſentẽtiæ interrogatus reſpon
derit, ſcio, quia ſum eius conſanguineus vel vici
nus: an faciat fidem? omittit enim maiorem pro-
30 poſitionem, quæ eſt, † conſanguineum præſumi
ſcire res conſanguinei[n], ſicut vicinum res vici-
ni[o]? Et recepta eſt ſententia, his verbis ſatis pro-
bari ſigna, vnde legis præſumptio oriri poſſit,
quæ pro veritate habetur[p]: eius enim atteſtatio-
nem, qui ſcire ſe dixerit, iam conſtat eſſe perfe-
ctam[q]. Sed quia interrogatus rationem ſubiice-
re tenetur, ipſeque præſumptiuam ſolùm ſubie-
cerit, quia vicinus tametſi imperfecta vi verbo-
31 rum videatur, † lex ſupplet[r], præſumitque vici-
num eius rei notitiam habuiſſe, iungiturque le-
gis præſumptio ipſi atteſtationi, vt veritas talis
fuiſſe credatur: idque fidei faciendæ ſatis eſt[s].
Quapropter in caſibus, in quibus lex præſumit
in vicino vel coniuncto ſcientiam, concluſio hęc
32 ſolùm procedet: † & cùm præſumptio ex veriſi-
33 milibus ſignis oriatur[t], † multum in hoc poterit
arbitrium iudicis, qui diſcernat, an de re agatur
quæ vt plurimũ vicinis vel coniunctis nota ſit[u]:
qualis eſt, an quis ſit iuuenis vel ſenex, an quis ſit
mortuus[x] an infirmus[y], an quis ſit filius[z]: item
diſcernat, an de re agatur, cuius veritas ſenſu cor
porali percipi liquidò non poſſit: in his enim fa-
cilius admittetur hæc ratio: vt cùm quis atteſta-

a l. non ad ca. ff. de condi. & demonſt.
b Arg. c. cum tu. de teſtib.
c d. l. qui teſtamẽto. §. fin.
d Glo. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verbo. oblig.
e l. iiij. de legat. j.
f Iaſ. auth. nouiſſima. col. 7. C. de inof. teſtam.
g c. ſicut. de teſtibus. l. eos. vbi Bar. de falſ.
h Bart. l. ſi quis in graui. §. j. ad Syllanum.
i Alex. l. ſcien. de verb. oblig.
k d. c. ſicut. de teſtibus. & not. c. per tuas. de ꝓbat.
l l. diuus. de in integr. reſtit.
m l. peregrè. de acquir. poſſeſ.
n l. octaui. ff. vnde cogn.
o c. quantum. c. ſeq. ꝑ. de præſump.
p l. fin. de probat. gl. l. ſi tutor petit. C. de peric. tut.
q l. ſolam. C. de teſtib.
r c. in præſentia. de probat.
s Bal. l. ſi quis ita. de hæred. inſti. Rot. deciſ. ii. de proba. in antiq.
t l. confeſſionib. in princ. de interrog. actio.
u l. neq; natales. C. de proba. vbi gloſ.
x l. ii. §. ſi dubitetur. vbi Bartol. quęad. teſt. aper.
y Bart. l. quæſitũ. in fin. de re iud.
z l. ſi vicinus. C. de nupt.

tur de diuitiis, in quibus clàm ſubeſſe æs alienũ
poteſt[a]: vel de exiſtimatione alicuius, quæ ex bo
nis moribus oritur[b]. Idem dicendum cùm de eo
agitur, quod ſpecialem fidem non requirit, ſed
in genere probari ſufficit: hæc enim facilius ad
noticiam vicino-
rum perueniũt: vt
ſi probandum ſit,
aliquem eſſe vſura
rium, hæreticum,
venatorem, aleato
rem, & ſi qua ſimi-
lia[c]. Sed & quali-
tas ipſius teſtis perpendenda erit. Quid enim, ſi
vicinus vel conſanguineus quidem ſit, ſed qui
nunquã cum eo conuerſari conſueuiſſet[d]? Quid
ſi abſens diutius fuiſſet[e]? vel tali ægritudine adfe
ctus, vt veriſimiliter nõ potuerit de ea re inſtrui[f]?
Quid ſi nuper in eam viciniam commigraſſet?
B non enim eſt veriſimile, talem iam negocia pro-
ximi vicini explorata habuiſſe[g]. Intelligetur er-
go concluſio hæc in vicino vel coniuncto qui fa
miliaris ſit, & veriſimiliter conſcius. † Perpen- 34
denda quoq; qualitas adſertionis erit: nam quid
ſi teſtis negationem aliquam propoſuerit[h]? niſi
talis ſit, quæ in notitiam vicinorum vel coniun-
ctorum ſoleat peruenire[i]. Nam agnato quoque
proximo temerè non creditur, qui ſimpliciter
neget factum eſſe teſtamentum: ſed diſcuſſione
C aliqua opus eſt[k]. Poſtremò rem quoque ipſam 35
iudex perpendet, momentaneo actu, an ſucceſ-
ſiuo explicari potuerit. Quæ eñ momento tem-
poris, vel domi ſecretò ſolét tranſigi, in aliorum
notitiam non perueniunt[l]: quod Caſtrenſis hîc
tradit[m]. † &, vt breuiter finiamus, ex ſignis & 36
coniecturis vel intendetur legis pręſumptio, vel
minuetur: vnde lex plurimum hac in re Iudicis
officio tribuit[n]. Cæterùm & in iure non parum
intereſt, an certitudini probatio innitatur, an ſo-
D li præſumptioni: & ideo in caſu noſtro, † ſi alij 37
teſtes de veritate affirment, iſtis vicinis vel con-
ſanguineis præferentur[o], qui ſola legis præſum-
ptione ſuſtinentur[p]: quod Socinus & Decij fra-
tres tradiderũt. Item & ei qui ſolo tali teſte pro-
bauerit, † non deferetur iuſiurandum ſupplendæ 38
probationis cauſa[q], tanquam huiuſmodi teſti-
monium omni ex parte integrum non ſit[r]. † Igi 39
tur ſententia talium teſtium prætextu lata, nun-
quam in rem iudicatã tranſit, quin quandocun-
E que certioribus probationibus hæ præſumpti-
uæ elidi poſſint[s]. Sed & mitius punietur qui ta-
libus probationibus condemnatus fuerit[t]. Ve-
rùm ego poſteriores hoſce effectus temerè non
adfirmauerim, ſed alibi diſputandos reſeruo.

a ❡ Celſus ait.) † Locus hic ab autoritate Iu- 40
bentij Celſi eſt, qui Conſul, Prætor, Iuriſconſul-
tus fuit, & publicè de iure reſpondendi habuit
poteſtatem[u]. Vnde apparet hîc, † argumentum 41
ab autoritate, in iure validum eſſe: quod mirum
F non eſt in Iureconſultis veteribus, quorum re-
ſponſa vim legis habebant[x], cùm conſulti à iudi
ce ex litigantium voluntate erant[y]: vnde plerun
que ſignata reſponſa Prætoribus ipſis ſcribebãt,
quæ litigatores ipſi ad eos deferebãt[z]. In noſtra-
tibus verò recentioribus aliud videtur[a], qui in-
terpretãdo iura ſcriptis, commentarióſue facien
do, aduerſus Iuſtiniani edictum committunt[b].
Et ideo nõ niſi à trecentis annis citrà quiſquam
id auſus fuit. Sed tamen cùm Principum autori-
tate conſtituta ſunt gymnaſia, profeſſoresq; in-
uitati,

a Bald. l. paupertas. de excuſ. tutor.
b c. cùm dilectus. de purga. cano. c. poſtquam de elect.
c Gl. l. ob crimen. §. fi. de teſtib. Bal. l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cler. Alexand. conſil. 72. in primo.
d Socin. conſ. 187. col. x. verſic. ſecunda ratio.
e l. Titius. §. j. de libe. & poſth.
f Bart. l. is poteſt. col. iii. de acq. hæred.
g Arg. l. qui cum vno. §. fin. de re milit.
h Gl. §. ſi verò abſit. verb. vidiſſe. auth. de hæred. & falc.
i Gl. magn. l. j. in princ. de itin. actuque pri.
k Bart. l. is poteſt. col. fin. de acq. hæred.
l Bal. d. c. quãto.
m Bar. l. qui duos. col. 3. de rebus dub.
n d. l. iij. §. tu magis. de teſtib.
o Argum. c. in noſtra. de teſtib.
p Bal. l. presbyteri. in fin. C. de epiſc. & cler.
q Glo. l. iii. §. iii. i. verſic. ſi leuior. de minor.
r Iaſ. repe. l. admonendi. 75. ꝑ. tit. i. 7. falc.
s l. ſi qui adulterii. C. de adult.
t c. adferte. de præſumpt.
u l. ii. in fi. de orig. iur.
x §. reſponſa. Inſt. de iur. nat.
y l. iii. §. i. de minor. l. Titius. de act. empt.
z l. ii. §. fi. de orig. iur.
a l. i. C. de legib.
b l. i. §. pen. C. de vet. iur. enucl.



uitati, qui iura propter naturales ambiguita-
42 tes ſcripto interpretarentur[a], † apparet generali
conſuetudine abrogatam eſſe illius edicti prohi-
bitionem: ideoque in eis crebrioris ſententiæ
43 autoritate valet argumentum[b], † à qua nõ niſi ex
euidenti ratione recedere ius dicenti fas eſt[c].
† Cenſentur autem hi tanquam iuris teſtes[d]: &
44 ideo in pari numero, ſicut in teſtibus, commu-
nior erit illa ſententia, quæ grauioris exiſtima-
tionis habebit autores[e]. Ita & in his interpreti-
bus dicendum. Quòd ſi grauiores ſuperentur
numero, poterit iudex arbitrari, quos ſequi de-
45 beat[f]. † Hi autem potiſſimùm ſequendi, quo-
rum interpretatio contextui ipſarum legum ma
46 gis applaudit[g]. † Sed & traditum eſt, celebris
alicuius reſponſum Iureconſulti, clienti prodeſ-
ſe, ne in expenſis condemnetur[h]: cùm temere li-
tigaſſe videri non poſſit, qui ſummi viri conſi-
lium, licet infelici euentu, ſequutus eſt[i]. Pro-
deſt & ne in pœnam incidat, quæ ob ignoran-
tiam iuris conſtituta ſit[k]: & is enim excuſatione
47 dignus eſt[l]. † Ab autoritate quoque Principis
valet argumentum, qui legis condendæ pote-
48 ſtatem habet[m]. Quod adeò verum eſt, † vt etiam
priuatorum ſcriptorum fides, ſi à Principe in id
approbata ſit, confirmet[n]. Qua ratione videmus
in iure noſtro Homerũ, Hippocratẽ, Theophra-
ſtum, Ciceronem, Vergilium, quandoque in vim
legis citari. Sic Pontifex Rom. legẽ Moſaicam,
decreta ſanctorum, dicta prophetarum, & huiuſ-
modi exempla quandoque adducit, quæ qui-
dem legis autoritatem non habent, niſi quate-
nus in id approbata reperiantur[o]. Solet tamen
dici, ſancti alicuius ſcriptoris opinionem, quæ
autoritate veteris vel noui teſtamenti roborata
ſit, cuicunque legi, etiam Pontificiæ præferen-
49 dam[p]: quod rectè recentiores intelligunt, † cum
de materia peccati tractatur: aliàs eñ leges ipſæ
50 Principũ præualerent[q]. † Quapropter in caſibus
quibus Pontifex de iure diuino aliquid limitare
poteſt, eius lex eſſet præferẽda[r]: nec quicquã ſan
ctorum autoritas faceret, qui ea mente non ſcri-
pſerunt, vt dictata ſua vim legis habere vellent.
Qua ratione traditum eſt, Innocentij Papæ quar
ti commentarios pro lege habendos non eſſe,
cũ non eo animo ipſe ſcripſerit, ſed vt interpre-
51 tis ſolùm officio fungeretur[s]: † quod & in regu-
lis, quas Cancellariæ vocant, reſponſum eſt[t]: eas
enim Papæ ſolùm obſeruari in curia ſua volunt:
niſi quatenus editæ ſub plumbeo ſigillo ſint, ꝙ
52 quidam ſcripſerunt[u]. † Cæterùm & ab autori-
tate veterum in ſua cuiuſq; arte legitima eſt pro-
batio: quales ſunt qui communi ſtudioſorum
calculo per Academias iam diu approbantur: vt
Hippocrates, Galenuſque medicis[x]: Plato & A-
riſtoteles philoſophis[y]: Liuius, Salluſtius, Ta-
citus, hiſtoricis[z]: Cicero, & Vergilius humanita-
53 tis profeſſoribus[a]. † Idemque de vetuſtis Chro-
nicis Doctores hîc ſentiunt[b]. & libris, quam in
prouinciarũ archiuiis fideliter conſeruati ſunt[c].
54 In quibus tamen omnibus iudicio opus eſt: † qa
pleraque vetuſtatis per imperitos vel adulato-
res corrupta ſunt. Sed & monimentis, ſeu lapi-
dum inſcriptionibus fidem adhiberi conſtat[d]:
quia ſolebant plerunque antiqui titulos ſuos il-
lis inſcribere[e]. Vnde ex tabulis marmoreis in
ædicula aliqua repoſitis, receptum eſt ius patro-
natus probari[f]: ſicut & eius dedicationem, aut

a l. ij. §. his legib. vbi Bal. de orig. iur.
b l. diui. de iure patro. l. j. de offic. quæſto.
c Bart. l. ii. C. de pœna iudi. Dd. c. j. de conſtit.
d d. l. ii. §. fin. l. ſi. C. de iis qui in eccl. man.
e c. in noſtra. de teſtibus.
f Arg. c. in canonicis. 19. diſtin.
g d. l. ii. §. ſed neque l. j. §. fin. de vet. iur. enucl.
h l. eum quem temerè. ff. de iud.
i Abbas c. calumniam. in fin. de pœnis.
k l. iuris. C. q admitti.
l l. in bonorum. de bon. poſſeſ.
m l. i. de conſtit. princ. l. ſi. C. de legibus.
n 16. & 20. diſtin. per totum.
o glo. c. non licet. 10. diſt. Fel. c. i. de præſump.
p Gl. c. de libellis. 12. diſt.
q Gl. l. i. C. ſi vt ſe ab hæred.
r 24. qu. i. c. ſunt quidam. Dd. c. quæ in eccle. de conſtit.
s Innocen. c. per tuas. de ſimon.
t Anchar. conſil. 267. Card. 99.
u Franci. Pauinus in prælu. gl. extrauag. Ioan. 22.
x l. ſeptimo. ſ. de ſtat. hom.
y l. i. de nund. l. ſi pater. de ſolu.
z l. in quæſtionibus. ad l. Iul. maieſta. d. l. i. de officio quæſto.
a l. Cic. ff. de pœnis. l. in tantum. in fi. de rer. diuiſione.
b Gl. in §. hæc autem. tria. in ꝓœmio digeſtor.
c l. immunitates. de agr. & cenſib. lib. xi. d monumentorum. C. de reli. e l. abſit. C. de priuil. dom. aug. libro vndecimo. f Bald. conſil. 310. in 5. volum.

L. 1.
Bene eſt.

dedicationis legem[g]. Quod & ad gentilitia inſi-
gnia protrahendum eſt[h], quæ quis templis, vel
altarium ornamentis affigit: tametſi plerique
non tam religionis, quàm ambitionis cauſa id fa
ciant: quo caſu præſentem laudem pro diuinæ
remunerationis ſpe paciſci videntur[i]. † Sed 55
quid in teſte, qui rationem dicti ſui ab autorita-
te ſumat? Et regulariter traditum eſt, non pro-
bare[k]: quia videtur huiuſmodi teſtimonium de
A auditu eſſe[l], &, vt Plautus ait, Pluris eſt teſtis
oculatus vnus, quàm auriti decem. In caſibus
igitur, quibus auriti teſtes ſufficiunt, proba-
bit[m]: † vt in iis quæ poſt hominum memoriam 56
facta eſſe proponuntur[n]: vel cum de probatio-
ne cognationis matrimonij impediendi gratia
agitur[o]. Inducet & generaliter talis teſtis auri-
tus præſumptionem ſeu coniecturam potius
quandam, quæ aliis probationibus adminicu-
letur[p]: † quam aliqui cenſuerunt tantæ efficacię 57
B eſſe, vt onus probandi in aduerſarium transfe-
rat[q]: quod ego non ſatis probo: quia non con-
ſtat hanc eſſe præſumptionem legis, ſed potius
ſimplicem coniecturam, quę nutantem animum
iudicis inclinare poſſit[r], nõ autem tantum præ-
iudicium parti facere[s]: alioqui & fama onus
probandi in aduerſarium transferret, quod ta-
men regulariter verum non eſt[t]. Cæterùm & fi-
dem faciet is teſtis, cùm à propria autoritate
præſidium ſumit[u]: vt ſi interrogatus, quomo-
C do ſciat mutuum celebratum fuiſſe, reſpondeat
ſcio, quia vidi ſchedulam à me tunc ſcriptam,
vnde ea res mihi ad memoriam reducta eſt[x].
quod adeò verum eſt vt parum referat, etiam ſi
chartula manu eum teſtem producentis ſcri-
pta eſt: non enim ideo præſumetur ſuborna-
tus teſtis: Quod Rofredus libello ad Senatuſ-
conſultum Libonianum cenſuit[y]. Sed quid ſi di
cti rationem, teſtis ex generali & publica auto-
ritate adferat? vt ſi CHRISTVM ſub Auguſto
D Cæſare natum atteſtaretur, addita ratione, quia
id ex Euangeliis liquidò conſtat. Bartolus ne-
gat fidem facere, ſed Euangelia ipſa adhiben-
da[z]. † Ego id ſpeciale eſſe in mandatis Princi- 58
pum ſcio, vt abſque ſcripturæ exhibitione fi-
dem nullam faciant[a]: vnde arbitror talem te-
ſtem, cùm & optimam & euidentiſſimam ratio-
nem adducat, fidem facere. Non tamen nega-
uerim, ſi adfirmetur quicquam in Euangeliis,
de hoc non eſſe adhibendam ſcripturam, túnc-
E que ex ſcriptura magis quàm ex atteſtatione o-
riri probationem[b]. Idemque in aliis publicis
documentis dicendum, † vt ſi quis in contra- 59
ctus teſtimonio dixerit, ſe ſcire, quia publicum
hac de re documentum perſpexerit, non proba-
bit, niſi exhibito inſtrumento[c], vel niſi pro-
betur ipſius documenti amiſſio[d]: † quo caſu qui- 60
buſdam accedentibus qualitatibus, poteſt te-
nor inſtrumenti probari: ex cuius probatione
lex præſumit, ita rem ſe habuiſſe[e]. In primis e-
F nim opórtet documentum citra culpam hoſce
teſtes producentis amiſſum eſſe[f]. oportet teſtes
non ſolùm tenoris meminiſſe, ſed etiam viros
peritos, induſtioſque eſſe, qui potuerint ſcri-
pturæ fidem agnoſcere[g]: vt quia viderint in eo
nihil ſolennium deeſſe, nullo vitio chartæ fidem
vacillaſſe[h]. notarij manum agnoſcant[i], diei &
temporis memoriam teneant[k]: & id enim ſub-
ſtantiam reſpicit, vt ſalua ſit redarguendi facul-
tas[l]. Quod ſi quicquam horum deſit, fides immi
nuitur. Non tamen putauerim hanc qualitatem
proban-

g Ioan. And. rub. de conſec. eccl.
h Feli. c. tertio loco. colum. ii. de probat.
i Domin. 45. diſt. c. duæ. Anc. conſil. 113.
k l. teſtium. C. de teſtib.
l Gl. §. ſi verò abſunt. verb. videre & vidiſſe. de hær. & falc.
m Specul. in tit. de teſtib. verſ. teſtimonium verò. de audit. col. 26.
n l. ſi arbiter. de probat. l. ii. §. i. idem Labeo. ii. de aqua plu. arc.
o c. licet vniuerſis. de teſtib.
p Arch. 22. q. 9. c. hoc videtur.
q Rom. ſing. 343.
r Bar. l. admonendi. col. iii. ꝑ. titulo i.
s Argu. l. ſi prius. de noui operis nunt.
t Bart. l. de mino. col. fi. de quæſt.
u l. iubemus. C. de teſtam.
x l. ſed ſi quis ex. quemad. teſta. aper.
y Felin. c. præterea. de teſt. cog.
z l. i. C. de mand. princ. §. eos. authent. de collat.
a l. pactum. quod bon. C. de pact.
b l. ſi ita. de cond. & dem. Authen. ſi qs in aliq. C. de eden.
c d. authẽ. ſi quis in aliq.
d l. ſi. C. de fid. inſtrum. l. ſi quis ex arg. §. fi. ſ. de eden.
e Felin. c. ſicut. I. col. de re iudic.
f l. ſicut. l. ſ. C. de fid. inſtrum.
g c. cùm olim. de priuil. Alexand. conſ. 196. n. 2.
h l. ſ. C. de edict. diui Adria. toll.
i §. ſi quis. auth. de inſtru. caut. & fide.
k Auth. vt prępo. no. c. quoniam. de proba.
l l. optimum. C. de contrah. ſtipul.

probandam, quòd ſint periti: ſed ſatis eſt, ſi iudi-
ci vel ex interrogationibus, vel aliter de quali-
tate perſonarum quomodocunque appareat[a].
a ¶ Nam cuicunq; rei.) Ex his verbis adnotāt
61 Dd. † quod ex delicto debeatur, propriè rei credi-
tę appellatione nō
comprændi. Is em̃
cui debetur, delin-
quentis fidem ſe-
cutus non eſt. Cre-
ditorem tamen ex
communi vſu lo-
quendi dici, ex Bu
trigarij ſententia communiter receptū eſt[b]. Sed
Fulgoſius, Salicetus, Pontanus hāc differentiam
inter rem creditam & creditorem nō probant[c],
quibus & nō aſſentimur. Cùm enim & creditor
& creditum à verbo Credere formentur, quod
de vnius proprietate dicitur, de alio quoq; dici
62 debet: † quia & hæc topicorum regula eſt, vt à B
coniugatis probabilis ſit locus[d], quod Cicero
ad Trebatium ſcribit, vt meritò hāc ſententiam
tutiorem eſſe Alexander cenſuerit: quia quoties
aliquid immutatur, id quoque immutatum cen-
ſetur, quod gradatim conſequitur[e]. Et hinc diſ-
putat Pontanus: An moratoria dilatione aduer-
ſus creditores alicui conceſſa, id quoque differa-
tur, quod ex delicto debitum ſit: & concludit dif
ferri, vt priuilegium Principis latè intelligatur[f].
Quod procederet, ſi de præiudicio concedentis C
tantùm ageretur[g]: vel aliàs nulli fieret præiudi-
cium, vt cùm de redimēdo captiuo agitur[h]. Me-
ritò igitur Cyni, Gulielmiq; receptior eſt ſenten
63 tia: † quia difficilius quiſque aduerſus credito-
res ex delicto priuilegium impetrat, quàm ad-
uerſus eos, quibus ex contractu debet[i]. Nam &
ſi quis poſt priuilegium deliquerit, eo non adiu-
uatur[k]: vt veriſimile ſit idem eſſe, ſi ante priuile-
gium peccauerit[l]. Nec obſtat quòd talis ex com-
muni loquendi vſu creditor dicatur, & ſic verba D
priuilegij pro debitore ſint: quia ego non tam ex
communi vſu, quàm ex lata ſignificatione id eſſe
arbitror: lex enim ait, creditoris loco eſſe[m]. Vn-
de vt demus eam ſignificationem edicto, quod
Caius Vlpianuſque interpretabantur, conueni-
re[n], ſicut & aliis quibuſdam iuris communis lo-
cis[o]: non idcirco ſequitur, vt idem ſit in priuile-
64 gij huius ſenſu, † quod ſtrictius accipiendū eſt[p].
65 Sed & non abſimilis eſt hæſitatio, † quid in eo
quod ex legato vel fideicommiſſo debetur? Et E
hîc magis propriè creditorē eſſe dicendum eſt:
quia hęres adeundo, quaſi contrahere cum lega-
tariis videtur[q], & ideo illi aliquo modo eius fi-
dem ſequuti cenſentur. Nam & teſtator ipſe fi-
dem hæredis ſequutus eſt, vnde & fideicommiſſi
eſt nomen[r]. Repræſentat autem in ea parte teſta
torem ipſum legatarius[s]. Satis igitur eſt vt credi-
tor quis dicatur, quòd fidem alterius ſecutus ſit
66 vel verè, vel legis interpretatione[t]: † ſicut vera &
propria poſſeſſio illa dicitur, quæ legis commen F
67 to transfertur[u]: † quod & in quæſtione ceſſiona-
rij, infrà ſentiunt Doctores: fortiuſq; cenſuerim:
& hoc caſu propriè rem creditam dici[x], quod Sa
licetus & Fulgoſius tradiderunt. Nam & infrà
huic titulo ſubiicitur de condictione indebiti,
68 † tanquam & ille tractatus ad res creditas perti-
neat: & tamen qui indebitum ſoluit, verè fidem
accipientis non ſequitur, imò errat[y]. Nec me mo
uet, quòd quandoq; videmus conſtitui differen-
tiam inter legatarios & cæteros creditores[z]: qa

a Gl. d. l. iii. verſi. inimicitiæ. vbi Fulg. de teſtib. gl. § j. verb. officii. authen. de teſtib.
b l. creditores. l. ſeq. de ver. ſig.
c Arg. l. fi. de acceptil.
d l. cùm ſenatus. in fine. de rebus dubiis. l. vetus. verſi. nec enim. de vſufruct.
e Gl. c. cū in cunctis. verb. attigerit. de elect. gl. clem. generalē. de ætat. & qualit.
f l. fin. ſ. de conſtit. princ.
g l. j. § meritò. ne quid in loc. public.
h Gl. c. ſacroſ. 12. q. 2.
i l. ſed ſi ex parte. § quanquam. ſ. quod cum eo q in alien. pot. l. ſi reum. de re iud.
k § ſi quis autē. auth. de mand. princ.
l c. quemadmodum. de iur. iu.
m l. ſi cui ex empto. de ver. ſig.
n d. l. creditores. & l. ſeq.
o l. reſcriptū. de pact. § pen. Inſtit. de pœn. temerè litig.
p c. ex tuarum. de autoritate & vſu pallii.
q l. apud Iulia. § ſi. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.
r Inſtit. de codic. in princ.
s l. id tempus. in fin. ff. de vſuc. l. fi. in fi. de fideicommiſ.
t l. j. C. qui man. nō poſ. l. qui in fraud. § ex omni. ff. q & à quib. manu.
u l. quod meo. vbi Alc. de acq. poſ.
x l. ſi is cui. § Flauius. de ſolut.
y l. ſi per errorē. de iur. om. iudi.

**pignore edixit. Nam cuicunque rei[a] adſentiamur, alienam fidem A ſecuti, mox recepturi quid ex hoc cōtractu, credere dicimur. Rei quoq; verbum, vt generale Prætor elegit.**

& ſæpe videmus, ſpeciem aliquam diuerſo iure
à genere, vel ab eiuſdem generis alia ſpecie ſepa-
rari[a], nec tamen ſequitur, quin propriè ſpecies
ſuo generi inſit: videturque hæc ſententia hodie
receptior eſſe. Sed rurſus dubitatur, † quid in cre 69
ditore conditiona
li? Et videtur non
eſſe propriè credi-
torem: quia mox
nō eſt recepturus,
vt hîc dicit. Quid
em̃ ſi conditio nō
eueniat? Item quia
lex non ſimpliciter creditorem, ſed conditiona-
lem vocat[b]: ea autem adiectio impropriè credi-
torem dici indicat[c]: quod maximè in conditio-
ne dicendum, quæ proprietatem contractus vi-
detur mutare. † Vnde donatio cōditionalis pro- 70
priè non eſt donatio[d]. Item, quia id ab inuito ex-
torqueri non poteſt. Ergo ſi reus nō eſt debitor[e],
nec ipſe creditor propriè dicendus eſt. Et ita cen
ſent hîc cōmuniter interpretes. Sed pro diuerſa
ſententia vrget Vlpiani reſponſum, contractus à
legatis diſtinguēs, & in contractu, pendente con
ditione, creditorem eſſe affirmās[f]. Idemq; alibi,
hos quibus ſub conditione debetur, creditores
accipi ait[g]. quod qui ex communi loquendi vſu,
non autem ex proprietate intelligūt, vim verbis
legis faciunt, & (vt Picus ait) in bicipiti Parnaſſo
ſomniant. Nam niſi in tali ius crediti firmum eſ-
ſet, tranſmitti in hæredem vtiq; nō poſſet[h]. Nec
lex noſtra huic ſentētiæ aduerſatur, quæ ad aſſen
tientis opinionē refert, vt mox, perfecto contra-
ctu, credat fore, vt quandoq; recipere poſſit. † Par 71
ticipium em̃ futuri temporis, Recepturus, ad ani
mi quandam voluntatem[i], vt Valla exiſtimauit,
refertur. Nec verū eſt, ex conditione proprieta-
tem mutari, niſi eiuſmodi ſit, quę ſubſtantiæ con
tractus aduerſetur, vt in donatione dicimus[k]:
Donatio enim executionis quæ per tranſlatio-
nem iuris fit, nomen eſt, quæ à conditione impe
ditur: ſecus ſi à conuentione nomē aſſumpſiſſet[l].
† Nam quoties adiecta qualitas definitioni non 72
aduerſatur, nihil proprietati obeſt. Vnde ſoror
vterina, propriè eſt ſoror[m]: pronepos, proauus,
propriè nepotis, aut aui appellatione compræn-
ditur[n]. Et vt demus reum ipſum propriè debito-
rem non eſſe[o], (quod tamen non niſi argumento
à contrario legis ſenſu colligitur) non ſequitur
quin alius ſit propriè creditor, † quia argumen- 73
tum à correlatiuis ad ſenſum reſpicit, non ad vo-
cis proprietatem: quod & Alex. hîc ſentire vide-
tur[p]. Vnde nihil repugnat, reum impropriè debi
torem dici, alium verò propriè creditorem eſſe:
nō enim definitur debitor quis eſſe, cuius fidem
quis ſequutus eſt. Vnde apparet, qđ ad vim ver-
bi attinet, non eſſe correlatiua hæc, cùm correla-
tiuas definitiones nō habeant. Sed ſatius deniq;
eſt ſic diſtinguere, vt ſi de effectu exactionis lo-
quamur, talis propriè nō ſit creditor[q]: & ita com
munem ſententiam defendamus. Si verò de for-
ma, vel ſolennitate cōtractus tractetur, ſecus ſit,
vt Decius rectè ait: dicitur em̃ tūc propriè credi-
tum ſubeſſe[r]. Idem ſi de materia agatur, quę pro-
miſcuè tam cōditionali, q̃ puro creditori conue-
niat[s]. Idem ſi conditio talis ſit, quæ exceptionē
perpetuam non inducat, vt in fideiuſſore ĩ. dice-
mus; vel ea conditio omnino ſit euentura[t], quod
Romanus hîc ſenſit[u]. Quapropter idem genera-
liter in creditore in diem dicēdum eſſet: certum
enim

z l. fin. § j. verſi. ſi. centia verò. C. de iur. delibe. l. quotiēs. ſ. de ſepara.
a l. cum lege. de teſt. Bald. l. ij. C. de iur. aur. anulorum.
b l. cōditionales. l. ſeq. ff. de ver. ſign.
c Bart. l. Lucius. § quæſitum. de lega. iij.
d l. j. ii. reſpon. de donat.
e l. debitor. de verb. ſign.
f l. is cui. § j. de actio.
g d. l. creditores.
h § ex conditionali. Inſt. de verbor. oblig.
i Gl. l. ij. in princ. ſ. eod.
k d. l. j. de donat.
l Bar. l. iuris gentium. in princ. de pact.
m Socin. conſil. 25. in tertio.
n Dd. l. Gallus. § forſitan. de lib. & poſthum.
o d. l. debitor.
p Alex. verſ. non obſtat d. l. debitor.
q Argu. d. l. debitor.
r ſ. l. ſeq. § fi. verbi, poſt nuptias.
s Gl. auth. minoris. verſ. hæc autem. C. qui tut. dan. l. in poſſeſſionem. vbi Bar. ſ. ex quib. cauſ. in poſſeſ.
t l. ſi pupillus. § quæ ſub conditione. de noua.
u Io. And. in Speculo. in rubr. de ceſſio. action. in fin.



enim eſt diē euenturam: vnde à principio obli-
gatio, & actio oritur[a]. Illud quoque exiſtimaue-
rim, poſtquam conditio euenerit, cenſeri etiam
propriè retrò creditorem fuiſſe, licet ſecus ſit in
legatis[b]: quia in eis conditio retrò nō trahitur[c].
Sed quid in ceſſionario dicendum? an is propriè
74 creditor ſit? † Et receptum eſt, eſſe[d]. Cùm enim in
eum trāslatæ ſint actiones, repræſentat iuris in-
terpretatione primum creditorem[e]: & ideo in
qualibet diſpoſitione, creditoris appellatione A
comprænderetur, niſi diuerſa legislatoris mens
argueretur: vt quia eius rei facta eſſet ceſſio, quæ
iure cedi non poſſet[f]. Nam & ſi lex iubeat peten
te creditore, debitorem in carcerem duci, nō du-
cetur, niſi denunciatum ſit, debitoris ceſſionem
factam eſſe[g], cùm propter ignorātiam nihil im-
putari poſſit ei, qui non ſoluerit[h]: licet Pōtano
aliud quandoque viſum ſit[i], quem ego hac in re
non ſequor. Sed nunquid reus ipſe propriè ceſ-
ſionarij debitor appellabitur? Et Baldus ne- B
gat[k], ſed alij aiunt, quorum ſententia mihi vide-
tur melior: ab eo enim inuito extorqueri pecu-
nia poteſt[l]. Quòd ſi ex parte debitoris ceſſio fa-
75 cta ſit, tunc Baldi ſententia probabilior eſt, vt
talis ceſſionarius propriè non ſit debitor[m]. † Sed
an fideiuſſor propriè debitor ſit? Et ferè omnes
tradunt eſſe, quia iura eum plerunque appellāt
debitorem[n]: & quia verum eſt, eius fidem ſecu-
tum eſſe creditorem, licet non ſolius. nec bene-
ficium excuſſionis facit[o], vt ideo minus debi- C
tor dicatur, cùm ex eo perpetua exceptio non
oriatur[p]. Vnde ſæpiſſimè reſponſum eſt, vt qua
ratione debitor minoris à tutela reijcitur[q], eadē
& qui fideiuſſor debitoris fuit[r]. Sed quid ſi lege
municipum, debitor ex contractu prohibeatur
immobilia alienare, an & fideiuſſorem cōpræn-
dat eius qui ſoluendo ſit? Et propter rationē le-
gis reſponſum eſt, fideiuſſorem non prohiberi:
quod hîc Baldus diſputat, & alij probant[s]. Sed
quum fideiuſſor debitor ſit, cur in hoc tractatu D
nihil de fideiuſſoribus dicitur? An, quod Guliel-
mus ait, ſub titulo mandati ſatis comprenditur?
quod Baldus non probat. An, quod ego ſentio,
quia ſub hoc titulo Pretor nō de creditis quibuſ
cunque tractat, ſed de rebus? Et ideo omnes con
tractus hîc continentur, qui vel re principaliter
contrahuntur[t], vel conſenſu, quorum tamē ſub-
ſtantiam res reſpiciat[u]. At fideiuſſoria obligatio,
licet alijs quoque contractibus accedat[x], tamen
ſolis verbis contrahitur[y].

a Bar. l. ita ſtipulatus. 2. queſt. de verb. oblig.
b d. l. is cui.
c l. j. § ſerui. ff. ad Sylla.
d l. ab Anaſtaſio. verb. alium creditorē. C. mād.
e l. ij. C. de don.
f l. ſi mulier. § ex aſſe. ff. de iure dot.
g Bal. l. per diuerſo. q. C. mand.
h Alex. conſil. 95. col. iiij. ij. vol.
i Rom. conſ. 142.
k Bald. l. penul. in prin. C. ad Tre.
l d. l. debitor.
m l. plenè. vbi Bal. ſ. ſem. creſ.
n l. & magis. de ſo. l. blanditur. C. de fideiuſ.
o Auth. præſente. C. de fideiuſ.
p d. l. creditores.
q d. auth. minoris.
r Ang. auth. vt hi qui oblig. in prin.
s Alber. in ſtatut. quæſt. 179. in prima part.
t Inſti. quib. mo. re contrah. ob.
u Inſtit. de oblig. quæ ex conſen.
x Inſti. de fideiuſ. in prin.
y l. blanditur. C. de fideiuſ.


1 *Exemplis diſpoſitio non reſtringitur.*
2 *Verus ſenſus Iuriſc. ſecundum Alciatum.*
3 *Bartoli ſententia hic reprobatur.*
4 *Dōatio olī cōtractus innominat9, hodie verò nominat9.*
5 *Ex ſolutiōe nō mutatur nomē obligatiōis, ſed extinguit.*
6 *Aduerbium, Quandoq;, interpretatur.*
7 *An ſpecies deterior facta ſolui poßit in mutuo.*
8 *Idem reſtituendum, quo pacto intelligendum in libello in contractu mutui.*
9 *An valeat pactū in mutuo, vt eadē prorſus ſpecies reſtituatur.*
10 *In contractib. bonæ fidei informatur à pacto aduerſus naturalia contractus, etiam actio: ſecus ſi ſit ſtricti iuris.*
11 *Pactum quando contractum reformet vel non.*
12 *Ex eodem facto diuerſæ ſpecies contractus non oriuntur.*
13 *Huius regulæ exceptiones quædam.*
14 *Commodatum quando contrahatur.*
15 *Commodatū aliquādo tranſire in aliam cōtractus ſpeciē.*
16 *Bartoli ſententia improbatur.*
17 *Explicatio l. Lucius. ff. de donationib.*





18 *Precarium à commodato qua ratione differat.*
19 *Depoſitum quando contrahatur.*
20 *An mercede conſtituta pro cuſtodia, maneat depoſitū.*
21 *Quoties id agitur vt aliud in ſpecie, idem autem in genere reddatur, præſumi mutuum.*
22 *Etiamſi in aliquibus contractus mutetur, dummodo non in ijs quæ ſubſtantiam & originem reſpiciunt, in reliquis tamen manet firmus.*
23 *Si id agitur, vt reddatur ſpecies pro ſpecie, qui contractus dicantur celebrati.*
24 *Quis contractus oriatur, ſi actum ſit, vt pro quantitate detur ſpecies.*
25 *Mentio precij venditionem arguit.*
26 *Cū genus datur pro pecunia, venditio facta eſſe dicitur.*
27 *Venditor ſolùm ad rem tradendam tenetur.*
28 *Pecuniæ vſus, & cur inuenta.*
29 *In mixtis inſpiciendum quid veriſimiliter contrahentes egerint, & quid principalius in contractu deductū.*
30 *Contractus poſſe permiſceri.*
31 *Cùm triticum aut ſimile datur pro opera, non dicitur locatio, ſed contractus innominatus.*
32 *Sponſio contractui innominato accedit.*


**L. i. Bene eſt.**

MVtuum Iuriſcōſultus, qui propriū
genus, differentiaſq; mutui hac le
ge explicare intēdit, à proprij de-
claratione, id eſt, à ſubſtantia inci-
pit: oſtenditq; in mutuo id agi, vt
nō eadem ſpecies, ſed idem in genere reddatur.
C Nā ſi eadē ſpecies redderetur, cōmodatum aut
depoſitum eſſet. quæ Iuriſconſulti differentia,
imperfecta ex Doctorum noſtrorum interpreta-
tione eſt, cùm poſſit & alius contractus eſſe, pu-
tà pignoris vel precarij. Poteſt & locationis, aut
innominatus eſſe[z]. Vnde ſequitur, Iuriſconſultū
has parteis minimè ſufficiēter enumeraſſe[a]: qđ
ſanè quàm indecorum tanto autori fuit. Picus
hic depoſiti & commodati mentionem factam
exempli cauſa arbitratur. † Cōſtat autem, exem- 1
D plis diſpoſitionem non reſtringi[b]. Sed certè ver-
ba huic expoſitioni reclamant, cùm ex dictione,
Alioquin, appareat in vim ſententię, non autem
exempli proferri[c]. Accurſius ſubaudit ad conte-
xtum, vel alius contractus: quæ expoſitio non
interpretatur, ſed nouam legem condit: nec tan-
tum, opinor, licuit Accurſio[d]. † Ego id Iuriſcon- 2
ſultum ſenſiſſe arbitror. Pone, tibi cētum aureos
mutuaui, adiecto pacto, vt eoſdem omnino mi-
hi redderes: pactio hæc aduerſus mutui ſubſtan-
E tiam eſt, & ideo in alium contractum illud refor
mat[e]. Aut igitur dedi vtilitatis tuæ cauſa, & erit
commodatum: aut meæ, & erit depoſitum: hi e-
nim cōtractus proximius mutuo accedunt, quā
precarium, aut pignus, aut ſimilia genera. Dixe-
rit aliquis: Atqui plurimum differunt, cùm in eis
dominium non transferatur[f], in mutuo transfe-
ratur. Sed reſpondeo, hoc caſu cùm actum eſt eā-
dem pecuniam reſtitui, veriſimile eſt non trans-
ferri dominium: ſicut enim in depoſito cùm agi-
F tur tantundem reddi, dominium aduerſus con-
tractus naturam tranſit[g]: ita in oppoſita propo-
ſitione dicendum, vt in mutuo, cùm tantundem
reſtitui conuentum eſt, non tranſeat[h]. Quamuis
etiamſi cenſeamus dominium tranſire, & in hoc
id mutuum à precario, pignore, cæteriſq; ſimili-
bus differre: non tamen conſequens erit, quin ſit
aut commodatum, aut depoſitū: quod legis no-
ſtræ verba neceſſariò probant: nec enim transla
tio dominij, contractui depoſiti repugnat[i]. Vn-
de ſi tibi ſcyphos dedi, & ſic dominium tranſtu-

z l. ſi tibi poſſeſſa. ſ. de præſc. verb.
a l. patre furioſo. ff. de iis qui ſunt ſui vel al.
b l. i. § quod vulgò. de vi & vi arm.
c Bart. l. i. q. 4. de cond. & dem.
d Gl. l. i. § pen. C. de vet. iu. en.
e l. cum manu. in fi. de contrahē. emp. l. i. in fin. mand.
f l. licet. § rei. depoſiti.
g l. in naue. verſ. idem iuris. loc.
h l. fin. § fi. de lega. iii.
i l. die. § final. ff. depoſ.

li, vt eoſdem mihi redderes, commodati eſſe actionem Pomponius ait [a], quia in ſpecie res data eſt: ſecus ſi ſcyphos, tanquam argenti certum pódus: tunc enim præſcriptis verbis agitur: apparetq; in eo reſponſo non de traditione, aut datione dubitari, ſed an actum ſit, vt in ſpecie res reſtitueretur, an vt certum genus.

LEX II.

PAVLVS LIB. XXVIII. *Ad Edictum.*

3 †Quapropter hîc Bartoli, aliorumque ſententiam probare nó poſſum, exiſtimantium hoc caſu, contractum eſſe innominatũ, cùm do vt des: idque quorundã iuriũ argumento, quæ vel loquuntur, cùm non id agitur vt eadem res detur, ſed vt diuerſa [b]. Inter quos aperiſsimam differentiam lex noſtra conſtituit: vt cùm dominium non ſpecie (quæ functionem in genere recipere poſſet, de qua loquitur lex noſtra) ſed areæ transfertur, vt in meliorem formam reducta, pro parte tantùm redB datur [c]: quo caſu, ſiue propter formæ mutationem [d], ſiue propter mercedis in re ipſa retentionem [e], non poteſt commodatum aut diſpoſitum rectè dici, meritò contractus innominatus eſt. Sicut & cùm dominium tranfertur hac lege, vt incontinenti ante vllum receptum commodum reddatur [f]: nam & tunc contractus innominatus eſt, vt Purpuratus ait: ſed irritus, & qui pro nullo habetur [g]: quod Socinus arbitratus eſt, cui aſſentio, niſi reſtitutio ex cauſa alterius contractus fiat [h]. †Item fuit de iure veteri
4 in donationibus, quæ ſub modo factæ ſunt, vt poſt aliquod tempus ad donatorem res reuertatur [i], Hodie autem ex lege Iuſtiniani, hic contractus nominatus eſt, & actionem parit [k]: quod ex aliorum ſententia, in ſpecie ob dotem datã dici poteſt: tametſi receptius ſit, olim quoque fuiſſe nominatum dotis contractum [l]. Sed hoc caſu, dominium ſpeciei mobilis videtur ipſo iure retro transferri [m]: nec talis reſtitutio ad ſubſtãtiam contractus pertinet, ſed ad accidentem ſoluti matrimonij cauſam. Iuriſconſultus autem hîc loquitur de eo, qui dare debet, id eſt, facto ſuo dominium retro transferre, idq; ex propria contractus ſubſtantia.

a ¶ Speciem.) Speciem, id eſt, rem ſeu corpus. [n] Sed quid ſi debitor, qui fortè pecunia ſibi mutuata, vel vino aut tritico non eget, illud idẽ, quod accepit, reddere velit? Et poſſe id, etiã creditore inuito, omnium ferè ſententia receptum eſt [o]: quia non ideo minus mutuum eſt, cùm ſatis ſit à principio eius opinionis contrahentes
5 fuiſſe, vt idem in genere redderetur [p]. †Vnde cùm tunç mutuum propriè eſſet, ex ſolutione nó mutatur obligationis nomen, ſed extinguitur [q]. Ex ſuccedenti enim factu, quę ritè acta ſunt, infecta fieri non poſſunt. [r] Nam & ſatis in eodem genere reddidiſſe videtur, qui eandem ſpeciem reddidit. Et ea certè ſub illo genere continuebatur, quod Alexãder ſcripſit. Nec obſtat quòd lex ait, in mutuo quandoque nobis non eaſdem res reddi [s]: quæ verba arguunt, & quandoque reddi, & conſequẽter id agi à principio poſſe: quia Fulg.
6 & Decius aduerbium † Quandoq;, interpretantur, non aliqua vice, ſed aliquo tempore [t]. Ego eum Inſtitutionum locum aliter legi in antiquis codicibus ſcio, nempe hoc modo: Et quoniam nobis non eædem res, ſed aliæ eiuſdem naturæ, & qualitatis reddantur, inde etiam mutuum appellatum eſt, &c. qua ratione nihil prorſus obſtat. † Sed quid ſi ea ſpecies deterior facta ſit? vt 7
qa moneta illa edicto principis imminuta, vel abolita ſit. Et Alexander Purpuratusque non liberari ſoluentem, creditore inuito, rectè aiunt. [u] Nam & illud traditum eſt, ſi pro reſtitutione mutui, alia ſpecies diuerſi generis ex conſenſu partium reddatur, extingui obligationem, [x] nec ideo minus cenſeri à principio fuiſſe mutuũ

A **MVtuũ damus recepturi non eandem speciẽ [a], quã de-**

quod Bartolus & cęteri hîc approbarunt. [y] † Sed 8
an libellus ſubſtineatur, quo actor petierit, eum qui mutuò accepit, condemnari, ad idem rèſtituendum quod accepit? Et ſuſtineri, Alexander Socinus, Iaſon, Decius, tradiderũt, arg. legis noſtræ, vt fiat interpretatio, tanquam idem in genere, nó in ſpecie petitũ ſit [z]. Contrà Purpurat9 qa nimia eſt abuſio, altera ex dictione Idẽ, altera B ex relatiuo Quod: ſolet enim Id, relationẽ ſpeciei, non autem generis facere [a]. Ego, ſi reus nihil de libelli obſcuritate obiecerit, priorem ſententiam veriorẽ arbitror: ſi obiecerit, Purpurato accedo: debuit enim certior fieri, quid actor peteret [b]. † Sed nunquid valeat pactum in mu- 9
tuo, quòd eadem omnino ſpecies reſtituatur? Et Accurſius cæteriq; non valere cenſuerunt, vt ſit mutuum tanquam eius ſubſtantiæ repugnet [c]. Reformabit igitur hæc pactio contractum, & aC ctio ex innominato dabitur, vt plerique ſentiũt: vel ex commodato, vel depoſito, vt ego ſuprà malui [d]. Sed cur ſecus eſt in depoſito, in quo valet pactum, vt dominium transferatur [e]? Reſpódeo, †cùm depoſitũ bonæ fidei ſit, informatur 10
ab eiuſmodi pacto aduerſus naturalia contractus concepto, non ſolùm contractus, ſed actio [f]. At in mutuo, quod ſtricti iuris eſt, actio informari non poteſt: vnde ſolum ex alio contractu agetur [g]. Idque ego verius arbitror, quàm quod DeD cius tradit, qui nec ex depoſito quidem agi credidit: quæ ſententia aduerſus legis verba eſt. †. 11
Sanè quoties pactum contractui repugnat diſtinguendum eſt, vt ſi ſubſtantiæ repugnet, non valeat contractus, ſed in aliam ſpeciem reformetur pactumque attendatur [h]: ſiue contractus bonæ fidei ſit [i], ſiue ſtricti iuris, qualis in hoc caſu contractus mutui, vel donatio [k]: ſiue de iudicio agamus, quod ſtricti quidẽ iuris ſit [l] ſed bonæ fidei naturam imitetur [m], ſemper pctaum attẽdmus, E etiam ſi actus periret. Vnde & quũ quis, Obligo me, inquit, animo non obligandi, nihil agitur [n]. Quod ſi naturæ contractus repugnet eodẽ modo ſemper valet pactum, ſi contractus bonæ fidei eſt, vt actione à contractu informata agi poſſit [o], ſi ſtricti iuris ex eo contractu agatur, vel excipiatur, quem pactum inducit [p]: quo caſu Doctores noſtri intelligi quoque poſſunt. Non procedunt quoque hæc, quoties contractus à voluntate noſtra pendet: nam pactum in contrarium F non valeret: vt ſi conſtituo procuratorem hac lege, ne poſsim eum reuocare [q]. Idem in depoſito quod ad nutum deponẽtis reuocari poteſt, etiã ſi actum ſit, ne reuocetur [r]. Vnde multo magis idem hoc caſu dicendum fuit, cùm tale pactum aduerſus ſubſtantiam contractus eſſet, quæ in libera voluntate vnius conſiſtat [s]. Nam & tali caſu, ſi extingui contractum diceremus, adiectio pacti ei noceret, cuius cauſa conceptum erat [t]. Idem cùm pactum extrinſecus adminiculum aliquod ſubſtantiæ repugnans induceret [u]: qua de re

a l. fin. ff. de præſcript. verb.
b l. naturalis. §. j de præſcr. verb.
c l. ſi tibiareæ. de præſcrip. verb.
d l. repeti. §. final. quib. mod. vſuſfruct. amit. l. in nauc. ſ. locat.
e l. j. §. ſi veſtimẽta. depoſ.
f Arg. c. debitores. de iureiur. Iaſ. l. frater. 2. not. de cód. indeb.
g quis ſic. de ſol.
h l. ſi tibi. ſ. eodẽ.
i l. j. C. de donat. quæ ſub modo.
k l. ſi quis argentum. C. de don.
l Doct. rub. ſol. matr.
m l. in reb. de iur. dot. Alexan. l. ſi moram. col. ij. ſol. matr.
n l. ſed ſi certos. de leg. j.
o Gl. Cyn. Alex. Deci.
p Arg. l. ſed an vltra. §. j. de nego. geſt.
q Inſtit. quib. mo. tollitur oblig. in prin.
r Arg. l. j. §. ſi vir. de acq. poſſeſſ.
s Inſtit. quib. mo. re contrah. oblig. in prin.
t l. res in dotẽ. ſ. de iur. dot.

u l. cũ quid ſ. eo.
x Argu. l. præcij. cauſa. C. de reſcind. vend.
y l. ſi pro mutua. C. eod.
z l. ſi quis intentione de iudi.
a l. ſiue. C. de nego. geſt. l. eam quam. C. de fidei cõm. vbi gl.
b l. j. de eden. Iaſ. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ſ. titul. i.
c l. cum manu. §. fin. de contrahen. empt.
d l. fin. de præſcr. verb.
e l. Lucius. l. dic. §. i. l. Public. §. i. ff. depoſ.
f l. in bonæ fidei C. de pactis. vbi dixi.
g Bart. l. lecta. colum. fin. ſ. eod.
h d. l. iurisgent. §. adeò. de pac.
i d. l. cum manu. §. fin.
k l. vbi ita. de donat. cau. mort.
l l. quod hæres ſ. de eo quod certo loc.
m l. per ſeruiſ. §. fi. de vſu & hab.
n Bart. l. non ſolum. §. morte. col. 5. de operis no. nunc.
o d. l. Lucius. d. l. dic.
p d. l. 5. de præſc. verb. gl. l. ii. §. de iure emph.
q Gl. c. ſi. de procur. in 6. verb. reuocatus. l. ſi quis in prin. de leg. iii. vbi Bar.
r l. i. §. pe. ſ. depo.
s l. ſi precariò. ff. de prec.
t l. ſi peculiũ. §. i. vbi Barto. de penu. leg.
u l. i. §. i. ff. vſufruct pet.



de re alibi à nobis diſputatum eſt [a]. Idem cùm vniuerſali perſonæ bonorumque translationi modus impoſsibilis, putà reſeruatio rei particularis, adijcitur: vitiatur enim modus, ſeu pactum: vt Bartolus in eo cenſuit, qui profeſsioni monaſticæ ſe dedicauit: reſeruatis certis bonis. [b].

**dimus: alioquin [a] aut commodatũ [b] erit, aut depoſitum, ſed idem genus. Nam ſi aliud**

12 a ¶ Alioquin.) †Non igitur ex eodẽ facto diuerſæ ſpecies contractus oriri poſſunt, vt Bar. & cæteri hîc annotant: quod vtiq; certũ eſt, cùm contraria natura ſpecies illæ conſiſtunt: vt in mutuo, cuius natura eſt, vt idem in genere reddatur: & depoſito, vel commodato, in quibus eadem ſpecies reſtituenda eſt. Idem quum ex tali facto principalis aliquis contractus oritur: nam alius conſequens illi principali potius accedit, vt ille plenior videatur [c]. Cùm enim ex principali ſatis prouideatur partibus, etiam ratione ſubſequentis conuẽtionis, fruſtra nouum contractum lex induceret [d]. Meritò igitur vnus tantùm contractus çelebratus cenſetur, qui men
13 ti partium magis accedat [e]. † Quæ tamen concluſio perpetua non eſt: oritur enim ex eodem facto quandoque contractus ſeu actio ſpecialis & generalis [f]: quo factum eſt, vt & contractus venditionis, cum innominato eodem ex facto, ſed diuerſis reſpectib. naſcatur [g]. Idem in contractu commodati [h]. quod & in pacto contractibus bonæ fidei incontinenti ſubiecto receptum eſt: cenſetur enim pręcedentis nominati contractus pars [i], & etiam innominatus, vt eſt frequentius traditum: vnde vtraque actio ex eo oritur [k]. Quod & in precario dicendum, ex quo datur interdictum, quod reſtitutorium, & ſummariæ cognitionis eſt [l]: itemque actio præſcriptis verbis [m], quæ plenariam cognitionem deſiderat. Vnde reſpectu interdicti, videtur nominatus contractus: reſpectu actionis præſcriptis verbis, videtur innominatus: licet aliter hac in re ſenſerit Accurſius [n]. Sed & ex eadem ſpecie receptum eſt, duplicem videri contractum innominatum celebrari: vt cũ conuenimus, vti acceptis centũ, eas Romam: ex parte tua erit contractus, Facio vt des: ex parte mea, Do vt facias. In delictis quoque dubium non eſt ex facto plura crimina committi [o], quæ è diuerſis legib. puniãtur [p]. Sed & ex actu liberatorio cõſtat non diſtractũ ſolùm, ſed etiam contractum produci [q]: quod hîc Alexãder annotauit. Illud quoq; receptum eſt, ex eodem actu, & ſtipulationem, & alium quemlibet contractum reſultare poſſe: quia contractus ipſe legitimã ſtipulationi cauſam pręſtat [r]: & quia ſtipulatio idcirco inuẽta eſt, vt alios contractus confirmet [s]: quod intelligendum, cùm verba definitioni ſtipulationis conueniunt: vt ſi dicam, Promittis mihi ementi Stichum ſeruum precio decem? promitto [t]. & ita ſe habet communis opinio. Sed ſi dicam, vendis mihi ſeruum Stichũ decem? vendo: quia verba promiſsionẽ in futurum nullam continent, cenſuit Alexander non eſſe ſtipulationem [u]. Nec quicquam facit Decij contradicentis ratio, tamquam ſtipulatio naturam contractus venditionis imitetur [x]: & ideo tunc nihil neceſſe ſit, futuram pręſtationem reſpici: verum enim eſt, ſtipulationem contractum cui accedit imitari, ſed ſalua tamen ſubſtantia ſua, quæ ex definitione colligitur [y]: nec enim ſtipulatio eſt, cui ſtipulationis ſubſtantia deficit [z]. At definitio ſtipulationis hoc habet, vt futuram rei promiſsionem inducat. Sed quid hac in quæſtione ego ſentiam, alibi diffuſius attigi [a].

14 b. ¶ Commodatum.) † Quoties res aliqua certi cómodi cauſa, id eſt, ob determinatum vſum datur, commodatum eſt [b]: ſic dictum, quòd cum modo, ideſt, præſcripto fine detur. † Tranſit tamen hæc ſpecies non rarò in a- 15
lium contractum: quandoque in contractum innominatum, vt cùm datio gratuita non eſt, ſed vt mutua vice, & ipſe dans aliquid accipiat [c]: vel cùm agitur diſiunctiuè aut rem commodatam reſtitui, aut tantum dari [d]. Idem cùm vſus ratione rei certus, ratione temporis incertus eſt [e], quandoque tranſit in contractum B precarij, quod quidem precibus petentis conceditur tandiu tenendum, quandiu qui conceſsit patitur [f]: † idque, vt Bartolus commi- 16
niſcitur, vſus incerti cauſa. Vnde cùm dies nulla ſubeſt, ex Scæuolæ reſponſo cenſuit eſſe precarium [g]. Sed hanc ſententiam ego probare nequeo, † quia reſponſum Scæuolæ ſub ru- 17
brica de donationibus poſitum, de contractu potius donationis intelligendum videtur [h], quàm de præçario. Certus enim vſus ibi ſat C expreſſus fuerat, & non eſt veriſimile habitationem præcariò acceptam [i], vnde quis ſtatim, & ſine cauſa, ſola concedentis voluntate cum incommodo ſuo potuiſſet eiici [k], maximè cùm in eo reſponſo ius vtendi non à voluntate concedentis, ſed ipſius accipientis ex verbis epiſtola pendêret. Nec me mouet, quòd poſsint hæredes mutare voluntatem: quia donatio erat, id eſt, contractus olim innominatus, in quo ante traditionem licita erat pœnitentia [l], & D ideo reſpectu futuri temporis, quo quis adhuc vſum non præſtitit, reuocari tanquam re non tradita poterat [m]: videtur enim in conceſsione eiuſmodi traditio quotidie per patientiam fieri. Nec illa verba, ex voluntate, ſignificant, quatenus mea voluntas fert, vt Bartolus tradidit: ſed ſimpliciter indicant, conſenſum ſcribentis talem fuiſſe [n]. †Putauerim itaque ibi non 18
precarium, ſed donationem eſſe: ſolumque precarium ex eo à commodato diſcerni, quòd E precarium indiſtinctè ad concedentis nutum reuocari poteſt [o]. Quod intelligit Decius etiam ſine alia cauſa, nec attento eius qui impetrauit incommodo [p]. Nunc de depoſito videamus. † Et id celebrari exiſtimatur, quoties res 19
cauſa cuſtodiæ deponitur, idque agitur, vt eadem reſtituatur [q]. Et ideo talis contractus gratia deponentis fieri dicitur [r]. † Sed quid ſi merces aliqua conſtituta ſit pro cuſtodia? Et ſi expreſsè actum eſt, eſſe depoſitum, non ideo F mutabitur contractus [s]. In dubio tamen conſtituta mercede potius locatio cenſebitur [t]: idque receptius eſt. Sed nunquid tali depoſito præſtantur eadem priuilegia, quæ omnino gratuitis conceduntur? Et Iaſon ait hîc, præſtanda eſſe [u]: quapropter deponentem præferendum cæteris creditoribus Picus cenſuit [x], dum tamen vſuras ex depoſito non reciperet. Nec referre, inquit ille, an verè de depoſito conſtet, an ex ſola confeſsione: nam tunc quoque eadem priuilega habebit [y]. Sed nunquit alij ſint

a l. deteſtatio. colum. 7. de verb. ſignif.
b Bart. auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccleſ.
c l. j. §. quod ſi rem depoſ.
d l. idemq; §. ſi quis Titio. infra mand.
e l. j. §. idẽ Pomponius. ff. depoſiti.
f l. certi cõdict. ſ. eo. l. ſi temu ne rãdi. §. apud Iulia. ſ. mand.
g l. Labeo. iij. de cõtrah. empt.
h l. ſi gratuitã. in prin. de præſcript. verb.
i l. fundi. de contrahen. empt.
k l. ij. C. de pact. interempt. l. ſi uir. de preſcr. verb. l. ſi cõuenit. ff. de reſc. vend.
l l. ij. l. interdum. de precar.
m d. l. ij. & l. duo. in fi. de preca.
n d. l. interdum.
o l. ij. de priuat. delict. l. plura. de act. & obli.
p l. j. vi bon. rap. l. ſenatus. de accuſat.
q l. in numeratio nibus in fin. de ſolutionib.
r l. ij. §. Titia. de doli except.
s l. v §. cõuentionales. ff. de ver. bor. oblig.
t Cyn. l. hac conſultiſsi. §. per nuncupation. C. de teſta.
u l. v. §. ſtipulatio. de ver. obl.
x l. ſi ſtipulatus. de vſur.
y d. §. ſtipulatio.

L. 2. Mutuum damus.
z l. ij. de vſufru. ea re.
a d §. ſtipulatio. in rub. eod. tit.
b l. in commodato. §. ſicut. ſ. cómod.
c l. ſi rem tibi. §. j. de præſcrip. verb.
d l. fin. de præſcript. verb.
e l. ſi gratuitam. in prin. de præſcript. verb.
f l. i. de precar.
g l. Lucius. de donat.
h Arg. l. Imperator. de in diem adiect.
i d. l. ſi gratuitã.
k l. & habet. §. hoſpites. de prec.
l Ariſto. de don.
m l. quoties. de ſeruit.
n l. Aquilius. vbi Bar. de donat.
o l. quæſitũ. §. eã quoq; de prec.
p Dec. l. contractus. col. iii. de reg. iur.
q [illegible]
t [illegible] ta. ſ. depoſ.
u Iaſ. iiii. notab. & hic. g. eod.
x l. ſi hominem. §. quoties. ſ. depo.
y l. Publica. §. fin. depoſ. Bal. con. 186. in 5.

contractus, quibus eadem ſpecies reſtituitur?
Et non eſt dubium, in pignore, in mandato, in
locato, idem eſſe [a]. Sed quid in quotidiana quę-
ſtione, cùm quis fructus, & commoditatem ha-
bitationis talis domus certo precio in quinquẽ-
niũ vendit, an po-
tius locatio erit?
& ſicut poteſt ha-
bitationis vtilitas
in ſolutum dari [b],

genus[a], veluti vt pro tritico vinum recipiamus, nõ erit mutuũ. ¶Mutui datio conſi-

videretur etiam vendi poſſe: vnde aliq cenſuerunt,
à ſingulari ſucceſſore expelli talem non poſſe [c].
Sed mihi temerè non videtur à regula receden-
dum [d], cùm iſte emptor commoditatis poſſeſ-
ſionem nullam habeat, niſi ex patientia, quæ ei
in dies præſtatur [e]: vnde ſi non præſtatur à ſingu
lari ſucceſſore, aduerſus eum agere non poteſt [f]:
meritò ſola ei actio contra venditionem, quanti
ſua intereſt, relinquetur [g].

a ¶Aliud genus.) Cùm de tranſlatione do-
minij agitur, aliúdq; quàm quod datum eſt, red-
di debet, diſtinguũt hîc Doctores, & quatuor ca-
ſus perpendunt. Primus eſt ad legem noſtram
21 pertinens, cùm id agitur, † vt aliud in ſpecie red
datur, ſed idem in genere. & aiunt eſſe mutuum:
quod intelligendum eſt, dum cætera adſint, quæ
ex natura mutui neceſſaria ſunt [h]: vt quia res da-
ta ſit, quæ functionem in genere ſuo recipiat [i].
Quod & in dubio dicendum, vt quia contrahen-
tes vſi ſint verbo generali, putà, Do tibi hanc pe-
cuniam, vt tantundem in genere reddas: recep-
tum enim eſt mutuum potius, qui regularis eſt
contractus, præſumi [k]: quod Bartolus & Alexan
der conſuerunt [l]. Quòd ſi expreſsè actum ſit,
vt talis contractus potius ſit depoſitum, vt quia
verbo deponendi vel commendandi vſi ſint cõ-
trahentes, ſed tamen actum, vt tantundem reſti-
tui poſsit, quo caſu dominium trãſlatum vide-
tur [m], depoſitum irregulare cenſebitur [n]: & qđ
ad vſuras attinet, vt prohibitione Euangelica
creditor teneatur, naturam quandam mutui ſer-
uabit [o]. Hincq; inferunt aliqui, quamuis natura
beneficiarij contractus, quem feudum vocant, in
aliquibus mutetur, in reliquis tamen feudum
22 manere [p]. † Quod intelligendum, niſi in ijs mu-
tetur, quæ ad ſubſtantiam originíſve rationem
pertinent [q]. Vnde quum contractus emphyteo-
ſeos eò inuentus ſit, vt meliorationis cauſa res
detur: cenſuit Picus, ſi legitima penſio, id eſt,
quæ fructibus reſpondeat, conſtituta ſit, no-
tiſsimos eius terminos excedi, & ideo remiſ-
ſionem mercedis in eo ob ſterilitatem fieri [r], &
amiſſa emphyteoſi [s], non tamen meliorationes
amitti [t]: & ita ſe ex facto conſultum reſpondiſ-
ſe [u]: quæ ſententia æquiſsima eſt. Sanè du-
bium non eſt, alium quoque contractum, quàm
mutui vel depoſiti, celebrari in hac ſpecie poſ-
ſe [x]. Quid enim ſi pecunia in dotem data ſit,
quæ ſoluto matrimonio in eodem genere reſti-
tui debeat [y]? Quid ſi locatio contracta ſit, quæ
quandoque hoc caſu locum habet [z]? Induci-
tur & quandoque ſocietas [a]. Sed hi caſus cla-
ri ſunt: nos quid in ambiguis ſentiendum ſit
23 diſputamus [b]. † Secundus caſus eſt, cùm id a-
gitur, vt ſpecies pro ſpecie reddatur, putà Sti-
chus pro Erote, & erit permutatio [c]: aut ge-
nus pro genere, putà decem modij tritici pro
viginti cadis vini, & erit contractus innomina-
tus, Do vt des. Magis enim proqriè ſit permu-
tatio in ſpeciebus, quæ ab ipſo principio cer-

a l. ſi tibi polienda. de præſcri. verb.
b l. Aquilius. de donat.
c arg. l. idéq;. §. fin. ff. pro ſoc.
d l. emptorem. C. locati.
e d. l. quoties. d. l. Lucius. vbi Im.
f l. fi. §. fi. de contrah. empt.
g Alex. l. ſi filio. §. fi. ff. ſol. mat.
h l. quæ teſtamẽto. de teſta. c. j. de ætat. lib. vi.
i ff. §. ſeq.
k Arg. d. §. quod ad rem.
l Arg. l. Ariſto. de donat. c. ad quæſtiones. de rer. permut.
m l. in naue. loca.
n d. l. Lucius. d. l. dic. §. i.
o Roman. conſil. 238. col. j.
p Curtius prima parte feu. q. 6.
q l. cum manu. §. fi. de contrah. empt. l. i. in fin. ff. mand.
r Rom. l. interdũ. §. i. de acq. po.
s Auth. qui rem. de ſacroſ. eccl.
t l. pen. ff. locati.
u Arg. d. l. cũ manu. §. fi. & d. l. ſi.
x l. fin. ff. de præſcript. verb.
y l. res in dotem. de iur. dot.
z d. l. in naue.
a ſocietas ff. pro ſoc.
b Gl. l. cõtinuus. §. quod ita. de uerb. oblig.
c l. i. ff. de de rerũ permut.

tæ ſunt, quàm in genere quod non niſi poſt ſo-
lutionem certitudinem habet [d]. Sed profectò,
vt rectè recentiores àdmonent, nihil aliud eſt
permutatio, quàm contractus, Do vt des [e]: &
ideo non videtur conſtituenda hæc differen-
tia, ſed ſimplici-
ter dicendum, v-
troque caſu per-
mutationem eſ-
ſe [f], & ideo vtro-
A que caſu actionem bonæ fidei oriri [g]. Si tamen
ſpecies æſtimata data ſit, iam non permutatio,
ſed venditio eſſet [h], quod Paulus Caſtrenſis ele-
24 ganter declarauit. † Tertius caſus, cùm actum
eſt, vt ſpecies pro quantitate, id eſt, pecunia de-
tur: & hoc caſu cõtractus innominatus eſt [i]. Qđ
intelligendum, niſi precij mentio facta ſit: ea e-
nim arguit, venditionem celebrari [k], cùm preciũ
propriè ad venditionis ſubſtantiam pertineat [l].
B Nec arbitror, quod Iaſon ſcrupuloſè cenſuit,
quicquam referre, an iterata ſit precij mentio, an
id minus [m]: nulla enim ratio eſt, cur ſimplex no-
men hic non ſufficiat. Rurſus non arbitror diſtin
guendum, an precium modicum ſit [n], quum hęc
diſtinctio ad locationem, non ad contractum in-
nominatum pertineat: & ſatis ſit venditori ſuc-
curri, vt contractus reſcindatur, vel iuſtum pre-
25 cium ſuppleatur [o]. † Mentio enim precij rem cla-
ram omnino facit, vt venditio celebrata videa-
C tur: & verbum Dari, impropriè ex natura contra-
ctus accipiatur pro eo quod eſt tradi [p]. Et ideo ad
diſcernendos hoſce contractus, ego magis atten
dendum arbitror, an pecunia vice precij data ſit,
quàm an partes vſæ ſint dationis, aut traditionis
26 nomine. Et ita Celſi reſponſum intelligo [q]. † Cæ-
terùm & cùm genus pro pecunia datur, putà de-
cem modij tritici, pro totidem aureis, contractũ
innominatum non eſſe Bart. tradit [r], ſed vendi-
tionem: quem & cæteri fermè ſequũtur: videtur
D enim expreſſum, quod tacitè inerat, vt venditor
daret: qui licet in ſpeciebus ſolùm ad tradendũ
obligetur [s], tamen ſi genus aliquod vendat, putà
centum cados vini, tenetur dare [t]. Atque ita ſe
habet receptior ſententia, quæ tamen nullo iu-
27 re probatur, † cùm lex generaliter dicat, vendi-
torem ſolùm ad rem tradendam teneri [u]. Rei au-
tem appellatio generalis eſt. & alibi, vinum tra-
dere debere [x], & ſi id factũ non ſit, ad id quod in-
tereſt condemnari [y]. Nec obſtat quòd emptor te-
E netur facere pecuniam accipientis: quia alia eſt
28 ratio pecunię, † quàm ius gẽtium, vt Ariſtoteles
1. Polit. cap. vi. inquit, ideo inuenit, vt vſum, do-
miniumq; ſimul præberet [z]: alia vini, tritici, cæ-
terorumque generum in quibus ſatis duxit, ſi vẽ
ditor euictionis cauſa teneretur: vnde lex hac in
re differentiam inter precium & mercem præci-
sè conſtituit [a], cùm tamen conſtet, mercem e-
tiam de genere dici, putà vino, æræ, ferro, man-
cipijs [b]. Et quamuis dandum eſſe vinum à ven-
F ditore Paulus dicat [c], intelligitur, ſi venditor
dare poſsit [d], nempe quia Dominus: aliàs ſuf-
ficit traditio: ſic enim in hac materia datio-
nem interpretamur [e]: qua de re latius hîc altercã
tur Decius, Purpuratusq;: vtcunq; thema eſt di-
29 ſputabile. Quartus caſus eſt, † quid in mixtis di-
cendum ſit, vt cùm hinc ſpecies cum pecunia,
illinc ſola ſpecies datur. Et concluſio eſt, in pri-
mis inſpiciendum eſſe, quid veriſimiliter cõtra-
hẽtes egerint [f]. Vnde ſi tibi agrũ centenariũ dede
rim, & tu mihi aliũ decennariũ, itemq; X C. au-
reos de-

d l. cum in certis. de leg. i.
e l. naturalis. §. i. ff. de preſ. verb.
f c. i. ff. de rerum permu. l. i ff. de contrah. empt.
g §. actionũ. Inſt. de actio.
h d. l. i. C. de rer. permut.
i l. fin. de condi. ob cauſ.
k l. fi. C. de præd. decu. lib. x.
l §. precium. Inſtit. de contrahen. empt.
m Arg. gl. l. ſi cõuenerit. de pignor act.
n Gl. l. i. §. i. verbo, agendo. de ſuperfi.
o l. ii. C. de reſcind. uend.
p l. ſi ſtipulatus. de uſur.
q d. l. fin.
r Arg. l. ſi ſterilis. §. cum per vẽditorẽ. ff. de act. empt. in verb. dandum.
s l. ex empto. de act. empt.
t Arg. gl. l. ſi domus. §. euictione de leg. i.
u d. l. ex empto.
x l. iii. §. fi. de act. empt.
y d. §. cum per venditorem.
z d. l. i. ff. de contrahen. empt.
a l. i. ff. de re. perm.
b l. i. ff. de contrahent. empt.
c d. §. cum per venditorem.
d l. qui teſtamen. de teſta.
e l. iii. in prin. ff. de act. emp. l. ſi ſtipul. de vſu.
f Bar. & Doct. d. l. Ariſt. de dop.



reos dederis, egerimusq; vt ſit permutatio, cen-
ſet Bartolus permutationem eſſe [a]. quod accipi-
endum in ijs, quæ ex voluntate noſtra pendent:
quantum enim ad alia pertinet, ſecus eſſet [b]. at-
tendemusq; potius, quid principalius in cõtra-
ctu deductum ſit [c].
Quapropter vecti-
gal, laudatiuum ius
caduci in hoc con-
tractu ſeruabitur, ſe-
cundum emptionis,

ſtit in ijs rebus, quæ pondere, numero, menſura cõſiſtunt [d]: quoniã † earũ rerum datione poſſumus in creditum ire, quia

non autem permutationis naturam: alioquin fi-
ſcus, vel dominus fraudari facilè poſſet, vt Purpu
ratus ait, quod & Paulus Caſtr. ſentit. Sed quid ſi
non appareat quid actum ſit, vel quid principa-
lius in cõtractu deductum? Et Bal. videri empti-
onem potius, quàm permutationẽ eſſe, ſcripſit [d]:
quia hîc fauorabilius eſt, vt ex ſolo conſenſu ori-
atur actio [e]. Contrà Pontanus, Imola, Fulg. Iaſon,
vt potius ſit permutatio: quia in dubio cenſendũ
30 eſt, cõtractum innominatum eſſe [f]. † Sed ego par
tem agri venditam, partem permutatam magis
crediderim [g]. Nihil enim repugnat, mixturam
hanc contractuum, quæ ſeparabilis eſt, ex ſimpli
cibus iudicari, quod alibi attigimus [h]. Sed quid
ſi quis det tibi decem modios tritici, hac lege, vt
Calendis Maij tantundem reſtituas, vel æſtima-
tionem, quid tunc erit? Et videretur eſſe contra-
ctum mutui, & ideo illicitum, propter vſuram,
cùm veriſimile ſit hinc ad Calendas Maij preciũ
tritici auctum iri [i]. Alij venditionẽ eſſe arbitran-
tur, & legitimum contractum cenſent. Picus mi-
xtum ex venditione & mutuo, & ideo præſcri-
ptis uerbis agi [k]: quæ ſententia eſt uera. Quid ſi
quis det pecuniam, vel alias res mercatori, pacto,
vt donec eas reſtituerit, quinq; annua pro lucro
pẽdat? quòd ſi aliquo anno damnũ ex ea pecunia
fecerit, quinq; illa retineat? Et Socinus non vide
ri mutuum ſimplex cenſuit, ſed ſocietate mixtũ,
contractumque innominatum cenſeri [l], & ideo
valere pactionem: quæ ſententia reprobata eſt [m],
quia hoc caſu nihil refert qualis ſit contractus pa
ctio. Certè iure Pontificum vſuraria cenſetur [n].
Cùm enim mercator reſpectu ſortis ſit debitor
generis, & genus perire non poſsit [o], apparet
hunc ſecurè lucrum conſequi, ſaluo ſibi ſemper
capite. Quid ſi procuratorem ad cauſas conſti-
tuo, & tritici modios decem annuos me daturũ
pro mercede promitto? Et quia nec mandatum
hîc eſt, quia non gratuitum [p]: † nec locatio ope-
rarum, quia non pecunia, ſed triticum datur, cõ-
31 ſequens eſt contractum innominatum eſſe [q]. &
ita receptiſsimum eſt, quod aliqui hîc tradide-
runt. Rurſus quid dicendum? Duo antiſophiſtæ
altercantur, & diſputando alter ſic dicere ait Ari
ſtotelem, alter negat: & vadimonio facto, pro-
mittunt centum aureos, ni ita ſit: quis cõtractus
32 hic erit? † Et ſponſionem contractui innominato
accedere clarum eſt [r]: & ideo ea re integram cõ-
cedi voluntatis mutationem Picus ait [s]. Sed hęc
ad caſus mixtos non pertinent.

1 *In creditum ire quid ſit, item in creditum poßidere.*
2 *Quid ſit functio.*
3 *Genus quo pacto hîc ſumatur.*
4 *Solutio quid.*
5 *Quandoq; etiam per ſpeciem in mutuo ſit ſolutio.*
6 *Quales res requirantur in contractu mutui.*
7 *Pecunia in ſacculo alicui data, an & quando contrahatur mutuum.*



a Arg. l. tenetur. §. i. de act. em. l. ſi in emptiõe. de contrah. em.
b l. ſi ſponſus. §. circa. de dona. int. vir. & vxor.
c c. ad quæſtiones. de rer. permut. vbi Doct.
d Bald. in proœ. feud. col. iiii.
e l. iuris gent. §. de pactis.
f Gl. l. de æſtimat. act. l. i. de præſcr. verb.
g d. §. circa. l. cũ hic. ſtatus. §. pen. de don. inter vir.
h l. ii. in prin. de verb. oblig.
i c. fin. extra de vſur.
k l. ſi tibi arcæ. de præſcr. ver.
l d. l ſi tibi arcæ.
m Abb. conſ. 114. in cauſa mouẽda. in ii. vol.
n 14. q. 3. pleriq;.
o l. incendiũ. C. eod.
p l. i. §. mandatum. vbi Bar. ff. mandati.
q l. i. §. ſi quis ſeruum depoſ.
r l. ſi rem. §. fi. de præſcri. verb.
s d. l. ſi pecuniã. de cõd. ob cau.

8 *An genus vnum pro alio in mutuo poßit ſolui.*
9 *Subſtantia contractus partium verbis non mutatur.*
10 *Vbi eadem videtur ποιότης in rebus, ibi locum habet mutuum.*
11 *An pro auro vel argento puro, aliud mixtum poßit ſolui in mutuo, aut interuenire.*
12 *Similiter an pro pecunia ſub pondere mutuata, poßit maſſa eiuſdẽ ponderis reſtitui, vt mutuum contrahatur.*
13 *Conſuetudo contra Bart.*
14 *In numeratione aurum cum argento functionem recipit.*
15 *Regula, aliud pro alio inuito creditore ſolui non poſſe, cum ſuis fallentiis.*
16 *Propter difficultatem exactionis, quandoque æſtimatio pro re ipſa præſtatur.*
17 *Ex conuentione partium aliud pro alio poteſt ſolui.*
18 *Acquiri poteſt fundus abſq; pecunia, etiam excempto.*

L. 2. Mutuum damus.

† eorũ, aliàs.

VT rectè mentem Iureconſulti percipi-
amus, prius oportet verba declarare.
Et in primis videndum eſt, quid ſit, in
creditum ire. Et aliàs docui, credere
propriè eum dici, qui ita rem alienat, vt domini-
um transferat [t]. Qui enim dominium retinet, ꝓ-
priè credere non dicitur: quia rei vendicatione
tutus eſt, nec fidẽ alterius ſequi videtur [u]: † hincq; 1
C in creditum ire dicitur, non qui rem ſuam, ſeu cer
tam ſpeciem vendicat [x], ſed qui in perſonam a-
git, vt ſibi ſatisfiat [y]. Qui ſi in poſſeſsionem pi-
gnorũ debitoris, ex decreto prætoris miſſus ſit,
in creditũ poſsidere dicitur [z]. vnde & per prole-
pſim, in creditum ire, ſimpliciter pro credere ac-
cipi plerũq; conſtat [a]: qui ſenſus & huic reſponſo
conuenit. † Functio verò eſt vſus, vtilitatiſúe i- 2
pſius effectus, & æſtimatio, quæ pro alia re fit, vt
creditori ſatisfiat. Vnde alibi idem Iuriſconſul-
D tus [b]: Precia rerum non ex affectu, nec vtilitate ſin
gulorum, ſed cõmuniter funguntur, id eſt, mutua
vtilitate penſant [c]. Sic & infrà, quatenus mutua
vice res fungant, quę tantundẽ præſtẽt. [d] † Genus 3
à Dialecticis & noſtratib. vario modo ſumitur [e]:
ſed hîc μετωνυμικῶς ꝓ rebus intelligit, quæ ſub ſuo
genere continentur [f]: vt, vinum, triticum, oleum,
differt quidẽ meũ à tuo, ſed omne tñ ſub genere
vini, tritici, olei continetur. † Solutio, eſt obliga- 4
tionis liberatio, in actione perſonali [g]. In vendi-
E catione eñ alia ſolutio non fit, ſed ſpecies petita
reſtituitur. Igitur ſciendũ eſt, hîc à Iureconſulto
non ſolùm ea deſcribi, quæ propriã mutui natu-
ram reſpiciunt: ſed etiam rationẽ adferri, cur in
ijs tantummodo quæ pondere, numero, menſu-
ra conſtant, mutuũ locum habeat. Cùm enim res
mutuò idcirco detur, vt in dominium debitoris
tranſeat, poſsitq; ille tanquã ſua vti, ex quo vſu
ſpecies dicitur perimi: conſequens eſt, vt cõſumpta
pecunia, vel tritico mutuo accepto, debeã reſti-
F tuere non eandem ſpeciem, quia conſumpta eſt,
ſed aliud æquè omnino pollẽs, ne creditor in dã
no ſit [h]. At ſi ſpeciem diuerſam, etiam meliorẽ,
eo inuito reſtituerem, eius conditionem deteri-
orem facere viderer [i]. Igitur per locum à conſe-
quenti deſtructo [k], in ijs tantummodo conſiſtit
mutuũ, quæ appenduntur, menſurantur, nume-
ranturúe: quia ex eorum natura cenſetur valor
adeò æqualis, & adeò rei acceptæ reſpondere, vt
quàntumuis ſcrupuloſo iudicio differentia con-
ſtitui nulla poſsit [l]. Vnde interpretatione legis



t l. ſi ventri. §. in bonis. de priuil. cre. l. in naue. verſ. ex ſuperiore. ff. loc.
u §. i. Inſtitut. de actio.
x d. l. in naue.
y l. procuratoris. §. pen. ff. de tribut.
z l. à diuo. §. ſi pignora. de re iudicata.
a l. ſeruo inuito. §. fi. ad Treb.
b l. precia. ff. ad legem falcid.
c l. ſi ſeruũ meũ. ad leg. aquil.
d d. l. certũ. ff. eo.
e l. legato generaliter. de leg. i. Bart. l. Męuia. §. duorum. in prin. de leg. ii.
f Gl. c. generali. §. illos. de electio. in 6.
g l. ſolutionis. de verb. ſig.
h Ioan. Andr. in mercur. regul. peccatũ. col. iiii. Alber. Iaſ. Deci. hic.
i l. fin. §. de vſu & hab.
k l. apud antiquos. C. de fur. Bal. l. conuenticulam. col. iiii. de epiſ. & cler.
l Bal. & Dec. hic.

censetur creditori idem penitus solutum: quia in his rebus functio, seu vtilitatis pensatio magis fit per solutionem eiusdem rei in genere, quàm per speciem. Species enim eadem restituenda non est [a], † tametsi & quandoq; per speci-

a Paul. Cast. hic.

5 ciem fiat: vt quando res consumpta nō est, quia debitor non indiguit, & eandē restituere vult potest enim etiam

in genere suo [a] functionē recipiunt per † solutionē magis q̃ per speciē. Nam in cęteris rebus ideo in creditū ire nō possu-

† solutionē, q̃ specie.

A

inuito creditore, vt suprà vidimus [b]: hocq; sensu dictio, Potius, comparatiuè secundum naturam suam, non autem electiuè posita erit [c]. Decius & Picus functionem hic interpretantur, id est, similitudinem, tanquam velit Iureconsultus maiorem similitudinem esse inter species sub hoc genere consistētes, quàm inter alias species quæ non appenduntur, vel numerantur: quod & ferè Zasius noster sentit, nempe attendi quidem in mutuo speciem, id est, specierum similitudinem, sed tamen magis attendi solutionem, id est, vt tantundem reddatur, & eiusdem qualitatis [d]. Quæ interpretationes in se veræ sunt, sed non tam quadrant verbis, quàm communis expositio, si rectè tradatur. Alij non habent in textu dictionem magis, sed simpliciter, per solutionem, quàm specie: quod parum refert: ἐκλειπτικῶς enim subauditur. verum nimis insolens esset loquendi modus.

b §. in prin. l.
c Arg. l. iiij. §. de iurisd. om. iud.
d l. cum quid. §. eo.

a ¶ Consistunt.) Consistunt, id est, suam substantiam habent: quia earum est natura, vt pondere, numero, mensura distrahantur. vnde infertur, hîc probari, vt mutuum consistat, id esse necessarium, † vt tales res aptæ sint ad functionem

6 in genere suo recipiendam. Quapropter si quis oues ad numerum alicui credat, mutuum non est: quia nō recipiunt aptitudine functionem in genere suo. Item si quis ex pluribus eiusdem scriptoris quæ extēt exemplaribus vnum alteri credat, non erit mutuum: quia vix est, vt posſit eiusdem qualitatis aliud reperiri [e]. Sed hæc olim fuére, cùm libri manu scribebātur: hodie verò cum typis æreis, prælōq; excudantur, secus est, vt Lācelotus & Purpuratus rectè cēsent. Addit Accursius alterum quoq; requiri, nempe vt naturaliter res mutuatæ, ad id inuentæ sint, vt pondere, numero, vel mensura distrahantur. Addit tertium, vt communis vſus talium rerum is sit, vt functionem in genere recipiant. Sed in lege nostra apparet, aptitudinem sufficere, nec inuentionem, vsúmue considerari. Verbi gratia: cogitarunt prius homines aptum & conducibile omnibus fore, si publica materia signaretur, quæ rebus precium suum reponeret [f]: inuenta pecunia, subsequuta est eius distrahendi aptiſsima via, nempe numeratio, eamq; communis vſus approbauit. Quòd si pondere vel mensura detur pecunia (quod hi faciunt, quibus acerui nummorū sunt, vt in Philipp. II. inquit Cicero, quodque inter reges fieri quandoque solet) non ideo minus erit mutuum [g]: sufficit enim, vt hîc probatur, aptitudo: quod intelligendum, non de rei solùm aptitudine, sed etiam contrahentium, qui id agāt, quod mutuo conueniat. Quid enim si pecuniam numerent, vel appendant hoc pacto, vt eadē species restituatur [h]? † Quid si pecuniam in sacculo, non numeratam quis dederit, vt tantundem red

7 datur [i]? nō erit certè mutuum, nisi tanquam antè numerata traderetur: vel ille ea fide acciperet, vt

e l. si nō sortem. §. libertus. de cond. indeb.
f l. j. de contrah. empt.
g l. quoties. C. de suscep. lib. x.
h l. fi. de præscr. verb.
i l. planè. §. j. de lega. j.

mox numeraturus, & quàm summam comperiſset restituturus: quod Alex. hîc attestat. In quolibet enim actu, oportet materiam, subiectaq; omnia voluntate conuenire [k]. Et hinc Bart. rectè infert: si certo pondere vendantur panes, si certa mensura vendantur ligna, si certo canone conficiantur lateres, posse eis creditis rectè mutuum contrahi, quia aptitudine functionem in genere suo recipiūt [l]. Nec refert, ea aptitudo ex natura sit, vt in granis piperis & castaneis & nucibus: an ex lege vel consuetudine municipali: quod & Accursium sensisse arbitror.

K Bar. l. serui electione. de lega. j.
l Instit. quib. modis re cōtrah. oblig. in prin.

a ¶ In genere suo.) In alio ergo genere fieri restitutio mutui nō potest, quod quibusdam quęstionibus hîc explicant Doctores. Et in primis:

B † Quid si accepi pecuniam ad numerū, nunquid 8

poteró reddere frumentum ad mensuram? Et omnes negant: separatum est enim pecuniæ & frumenti genus [m]. Quid in casu contrario? an si mutuaui triticum, posſis reddere ęstimationē? quod videretur [n]: quia propemodum rem præstat, qui æstimationem soluit [o], vnde & ęstimatio vice rei fungitur [p]. Sed tamen contrarium receptum est: quia in mutuo non sufficit functio ęstimationis, nisi sit in eodem genere, vt hîc dicitur. Nec ob-

C stat quòd quandoq; lex dicat, pro vino mutuato solui æstimationem [q]: quia illa solutio non ex natura mutui fit, sed propter moram debitoris, qui, quanti plurimi res valuit, condemnatur. Vnde si creditor velit, potest obdurare, vt res ipsa sibi restituatur [r]: quod infrà attingemus. Nam & videmus, quoties principalis ad rem dandam tenetur, non obligari fideiuſſorem, qui æstimationē adpromittat [s]: nisi in pactis, cùm promiſsio post tempus moræ refertur [t]: in eis enim & ipse prin-

D cipalis ęstimationem pateretur [u]. Sed quid si partes consentiant? vt quia mutuem tibi centū metretas vini, vt reddas centum modios tritici? † Et cùm substantia contractus partium verbis non mutetur [x], consequens est, non mutuum, sed cōtractum innominatum, Do vt des, hunc esse [y]: & 9

ita omnes fatentur. Quid rursus si chœnicem farinæ tibi mutuem, vt reddas certam mensuram tritici: vel cadum vini suauis, vt reddas tantundē fugientis, vel acuentis? & si id actum est, videre-

E tur esse mutuum: † eadem enim horum ποιὰ est [z], & ideo videtur idē in genere suo restitui. Quod & dicendum est, si centū tibi mala Appiana mutuem, vt totidem melimela restituas. Quòd si cō- 10

uentum ita non sit, non putarim posse triticum pro farina, vel contrà, restitui [a]. Quamuis enim sit idem genus, non est eadem qualitas [b]: nec videtur melior cōditio creditoris fieri, cum eo inuito fiat [c]: quod alibi attigimus [d]. Tandem quæritur: Quid si accepero argentum ad pondus, nū-

F quid poteró reddere argenteam pecuniam sub numero? Et videretur, est enim eiusdē generis [e]. Sufficiet igitur, si paris bonitatis, & in effectu paris ponderis reddatur: & hoc communiter aiunt. Quòd si quis pro argento æstimationem in auro reddere vellet, non audiretur [f]: non enim aurum & argentum eiusdem generis sunt [g]. † Idem si pro obrizo auro, aut argen- 11

to postulato, ærosum, aliudúe deterioris notæ soluere vellet: quod communiter receptum est. Sed in hoc contraria mihi verior sententia videtur.

m l. si ita fideiuſſorem. de fideiuſſ.
n l. vinum. §. eod.
o l. propemodū. de verb. sig.
p d. §. cū per venditorem.
q d. l. vinum. d. §. cum per venditorem.
r l. vbi autem. §. fi. de verb. obl.
s Gl. d. l. si ita fideiuſſor. vbi Bart.
t l. si stipulatus es. de fideiuſſ.
u l. stipul. non diuid. verſ. Celsus. de verb. obligationib.
x l. insulam. de præscr. verb.
y l. fi. de præscr. verb.
z l. in venditionibus. de contrahent. empt.
a l. cum quid. §. eod.
b Bar. l. quæsitū. §. illud. de le. j.
c l. fin. de vſu & habit.
d d. l. cum quid.
e l. j. in fin. l. cum certū. l. Titiæ. de aur. & arg. leg.
f Purpur. hic.
g l. fi. de vet. numiſ. pot. lib. x. l. j. de arg. prec. eod. lib.



tur: eiusdem enim hæc sunt generis, & ideo satis erit, si debitor indemnem creditorem seruet [a], vt quia refusionis impendia, omneq; ἀλλάγιον seu intertrimentum resarciat: quod Paulus Castren. censuit, vt scilicet eatenus liberetur debitor, quatenus zygostatæ iudicio, de

mus: q̄a aliud pro alio, inuito creditori solui non poteſt [a].

liquato ære reliquū argēti supererit creditori [b]: quod & Picus probat, & nos hodie sequeremur post Chrysulcæ aquæ vim repertam, quam non habuiſſe veteres videntur [c]. Qua ratione idem videretur dicendum, † cùm quis argenteam pecuniam certo pondere credidiſſet, poterunt ei pastilli seu maſſa argentea restitui [d], quia eiusdem

12 est generis: nec forma videtur in consideratione fuiſſe [e], cùm non numerata, sed appensa sit pecunia [f]. Satis igitur esse deberet, si monetariorum impendia ad æquilibrium creditori resartiantur [g]. Sed tamen in hoc contraria sententia receptior & verior videtur, quia, vt Decius ait, non est par causa maſſæ, quæ numerari nō potest, nec tam facilè ad pecuniam redigi, sicut pecunia ad maſſam [h]. Et hæc quidem in pecunia procedunt, quæ certo pondere mutuata sit. Quid si centum aureos numeraui? & si ad æstimationem librarū, puta Turonensium, vel imperialium redacti sint, satis est totidem libras restituere, etiam alia in moneta: nihilq; opus est totidem aureos reddere: quia functionem hæc inuicem recipiunt [i]. q. si librarum nulla facta est mentio, tunc sentit Bartolus omninò pecuniam auream esse restituendam [k]: † qua tamē in re fatentur Doctores con-

13 trarium consuetudine vbique obseruari [l]. Ego optimo iure inniti consuetudinem arbitror: quoniam Paulus ait, in aliam formam solui posse [m]: cuius verba inuertit Bartolus, dum eandem tamen materiam subaudit. Nam & ex numeratione apparet, tanquam precium, numeratam fuiſſe pecuniam: vnde sufficere debet, si precium restituatur [n]. Iuris enim interpretatione, † cùm de numeratione agitur, hæc in substantia non differunt [o], aurumq; cum argento functionem reci-

14 pit [p], sicut & cum ære [q]: quod etiam aduersus fauorem fisci, pro commoditate soluentium, seruari videmus. Putarim tamen, si probabiliter creditoris interest, in eadem moneta potius restitui; tunc secus esse [r]. Quid enim si creditor mercaturam exerceat, & soleat suas pecunias Lugdunum deferre? interest eius, ære non onerari, sed suum sibi potius aurum restitui [s]: tametsi plerique generaliter semper intereſſe creditoris putent.

a d. l. cum quid.
b l. fi. C. de pond. lib. x.
c l. idem Pomponius scrib. verſic. sed si deduci. de rei vend.
d Arg. l. lana. de leg. iij. in fin.
e l. quid tamen. circa med. quibus mo. vſusfr. amitt.
f Arg. l. planè §. i. de leg. i.
g d. l. cum quid.
h d. l. quæsitū. §. illud de leg. iii.
i l. i. de contra. empt. l. quæ extrinsecus. de verbor. oblig.
K Bar. d. l. i. §. fi. d. l. quæ extrinsecus. l. Paulus respōdit. de solutionib.
l Curt. tract. de moneta.
m d. l. Paulus.
n d. l. i. d. l. Titiæ. d. l. si quis argētum in prin. de donat.
o d. l. quæ extrinsecus.
p d. l. i. C. de arg. prec.
q d. l. i. C. de col. æris.
r d. l. Paulus.
s Ang. d. l. Paulus. c. fi. extrà. de malefic.

a ¶ Solui non potest.) † Regulariter ergo consti-

15 tuendum est, aliud pro alio, inuito creditore, solui non posse: adeò, vt si pecunia debeatur alicui, tanquam species, in alia pecunia solui non posſit [t]. Non procedit id in causa neceſsitatis, vt qa res debita non posſit præstari [u]: tunc enim neceſ sariò ad dationem in solutum recurrimus: idque etiam si tali beneficio renunciatum sit [x], nisi iuramentum acceſſerit: nam & tunc in solutum dare inuito creditori aliam rem non potest [y]. Cedere tamen bonis, nisi ei beneficio etiam renunciatum sit, potest [z]. Sed & tale quoq; beneficium ecclesiæ competit, quæ, si soluendo non est, immobilia dare in solutum creditori potest [a]: licet meliori conditione det, quàm priuatus facere posſit [b], idq; speciali fauore: quod Iaſ. hîc declarat. Idem dicendum, si creditor ipse rei sibi legatæ

t l. talis. vbi Bar. de leg. i.
u Auth. hoc nisi debitor. C. de solut. c. Odoardus. de solut.
x Cyn. d. authen. Moder. hic.
y Alex. consil. 27. col. 5. in 2.
z Doct. l. alia. §. i. sol. matr.
a §. si verò. auth. de al. & emphy.
b Ro. consil. 163. de constit.



L. 2. Mutuum damus. §. Mutui datio.

non sit capax: debetur enim æstimatio, cuius sit capax [c]. Idem cùm species, quę à moratore debetur, perempta est: nam & tunc æstimatio præstatur [d], idq;, ne mora vel delictum debitori prosit [e]: neceſſariò enim tunc hoc fuit statuendum, cùm vulgò dici soleat, neceſsitati nullam legem esse [f]. qua ratione hæredi, propter

A beneficium inuentarij, succurrendum est, vt rem pro pecunia legatariis soluat [g]: itemq; fidei commiſſariis, vt rem alienatam sibi hęres in quartam imputet [h]. Idem propter cōiunctionem sanguinis, ne charisſimos quis à se abdicare compellatur, quadam pietate inductum est [i]: quod & ad probabilem affectionem perductum est: vnde filiusfamil. nō tenetur libros à patre sibi emptos, nec donatos conferre, sed precium soluere [k]. Sed & cùm pecunia propter certam speciē debetur,

B receptum est, speciem ipsam solui posse, nec cogendum debitorem, vt pecuniam pendat [l]. Is quoq; cui certa bonorum pars est relicta, æstimationem accipere arbitratu hæredis cōpellitur [m]. Sed negant pleriq; hoc casu aliud pro alio solui: quia appellatione bonorū, satis continetur ęstimatio [n], cùm ipsa maximè beet, id est, diuites faciat [o]: nec videtur testator tali verborum generalitate voluiſſe species præcisè contra hæredis voluntatem dari [p]: quod Petr. Rayn. Bald. Alber.

C Raph. rectè sentiunt [q], sicq; Accursij sententiam sustinent, quæ & mihi placet: nam & prætor, qui bona conferre cohæredibus iubet, satis habet, si æstimatio vel etiam satisfactio præstetur [r]. Sic & filiusfamil. qui ratione legitimæ dicitur creditor esse quotę partis bonorū paternorum [s], relicta sibi certa specie, cogitē eam accipere, & inofficiosi querelam omittere [t]: quo fit, vt æstimationem quoq; accipere cōpellendus videatur, & ea enim ex substantia paterna est [u]: licet in contra-

D riam sententiam frequentius itum appareat [x]. Fauore quoq; soluentiū fisco, quandoq; aliud pro alio præstatur, vt communiter receptum extat: puta pro auri vel argenti maſſa æstimatio [y]: sic vt & fauore munificentiæ [z]. Vnde si testator legauit monasterio decem cados vini annuos, poterit hęres vineam, vnde verisimiliter percipi tantū posſit vini, præstando liberari: quod Baldus & Iaſ. credidere. Sed hac in re amplius cogitādum est, cùm hæres ipse non ex liberalitate, sed neceſsi-

E tate soluat [a]. Verum & fauore religionis, qui seruitutem certo fundi loco debeat, in alio eam cōstituere poterit [b]. † Cæterum & propter difficultatem exactionis, quandoque æstimatio pro re 16

præstatur [c]: quod & generaliter in ijs casibus dicendum, quibus ad æstimationem litis deuenitur, siue in actiōe in rem [d], siue in personam: quod alibi attingemus [e]. Vnde in obligationibus faciendi, restituendiq;, non raró ad id quod intereſt, recurrimus: quod suis locis à Doctoribus tradi-

F tum extat [f]. Sed & grauatus vt rem redimat, Titioq; præstet, si durum nimis venditorem experiatur, æstimationem præstare poterit [g]: quę interpretatio ex testatoris mente descendit, qui rē alienam legando, satis credidit, non nisi periculum æstimationis ad hæredem pertinere: alioquin impoſsibile fuiſſet legatum. Ad hæc pertinet, & cùm quis bona fide domum alienam locauit: nam æquè commodam aliam præstando, liberabitur [h]. Illud quoq; generaliter tenendum est, † valere conuentionem partium, qua actū sit, 17

c l. filiusfam. §. si quis alicui. de l. i. l. Titia. in pri. de leg. 2. l. patronus. de leg. iii.
d l. si quis. §. fi. de verb. oblig.
e l. qui aūt. §. i. de cōst. pec. l. illud §. quod met. cauſ.
f l. i. de offi. conſ. Iaſ. l. principalibus. col. 2. §. eo.
g l. fi. §. etsi præfatū. C. de iure delib.
h l. Marcellus. §. res q. ad Tre.
i l. si domus. §. qui confitetur. de leg. i.
k arg. gl. l. nepos. de verb. sig. Iaſ. hic.
l l. si verò. §. fi. sol. mat. l. miles. §. i. de re iud.
m l. non amplius. §. i. de leg. i.
n l. ii. verſ. vel æstimatio rerū. C. quan. & quib. quar. pars. li. x.
o l. bonorum. de verb. signif.
p l. generali. §. fi. de vſufr. leg.
q d. l. nō amplius.
r l. i. §. iubet. ver. sed & si. de colla. bon.
s l. Papinianus. §. quarta. §. de in offic. testa.
t l. cæterū. auth. vt cū de appel.
u l. scimus. verſic. sancimus. C. de inoffic. testa.
x Bart. l. suus. in prin. de hæred. insti. Iaſ. d. l. nō amplius.
y l. j. de arg. prec. d. l. i. de coll. ær.
z d. l. si quis argē. in prin. & §. sin autē donator.
a l. inter eos. §. is quoq;. de re iu.
b l. ii. §. locū. de relig.
c l. cum filius. in pri. de leg. ii. l. qui restituere. de rei vend.
d l. si seruus. de euict. l. iii. §. itē quærit. de reb. cor. l. hæredes. §. si vnus. fi. familercisc.
e d. l. vinū. §. eod.
f l. stipulationes nō diuiduntur. de verb. oblig.
g l. non dubiū. in fin. de leg. iii.
h l. si quis domū. in prin. loca.

vt aliud pro alio ſolui poſsit [a]. Et ideo regula textus noſtri, inuito creditore, tãtũ procedit: nec refert, expreſsè actum id ſit, an tacitè: vt cùm is qui fideiuſſorem dare promiſit, dat pignora: id enim quãdoq; permittitur [b]: licet regulariter ſecus ſit, propter periculum cuſtodiæ [c], vel dubiũ euictionis [d]. Idem cùm fideiuſſor pecuniam creditori ꝑmittit, qui pignori incumbit: id enim actum videtur, vt creditor prius vendat pignus, deinde fideiuſſorem in reliquo conueniat: quod Ang. cenſuit [e]. Nec rurſus refert, principalis creditor conſentiat, an is qui ſolutioni eſt adiectus [f]: niſi quòd principali conſentiente liberatur debitor ipſo iure: ſi verò conſentiat adiectus, ope exceptionis tãtum [g]. Sed quid ſi creditor petat ſpeciem à debitore, cui aliud pro alio ſoluere permiſſum erat? Et tenere intentionem conſtat: tantò minus tamen condemnandum debitorem [h], quia grauior eſt obligatio præciſa, quàm hæc, cui talis cõmoditas inſit [i]: quod tamen ex re ipſa diiudicabitur. Addit Iaſon: Si mandauerim alicui, vt fundũ emat, & is ſua pecunia emerit, meq; diſsimulante poſſederit, fructusq; perceperit, eos illi ſolutionis loco cedere [k], fieriq; hoc modo poſſe, †vt abſque pecunia fundum acquiram [l]. quod Bal. intelligit [m], cùm ꝓcurator nomine domini poſſeſsionem
18 dominiumq; adeptus eſt [n]: ſi enim ſuo nomine contraxit, fructus ſibi tanquam dominus acquirit, quia dominiũ cedere nõ tenebatur niſi recepto precio [o]. Ego etiam ſi domini nomine contraxit, dum tamen re ſibi tradita dominum interpellauerit, in moraq; reſpectu precij conſtituerit, puto legitimas vſuras reputari poſſe [p]. Et quod de vſuris iure veteri dicitur, hodie ad id qđ intereſt, producitur [q]. fortius dixerit aliquis actũ videri, ne ex perſona procuratoris dominiũ prius tranſeat, quàm ſibi ſatisfactum ſit, moramque tacitè, quod ad hanc reputationem attinet, induci, ne melior ſit domini in procuratorẽ conditio, quàm ſi citra eius operam ipſe emiſſet: nõn ſoluto enim precio, in id quod intereſt venditori cõdemnaretur [r]. Ne igitur officium ſuum cuiquam noceat [s], videretur potuiſſe procuratorem à ſeipſo fructus, vice vſurarum, exigere, idq; ex Pauli reſponſo [t]: quod æquiſsimũ interpretatione ſua violant Doctores. Nam & lex, vt tali caſu fructus imputentur, alibi pactum expreſſum requirere videtur [u].

Marginal notes (p. 255):
a l. ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ. de ſolut.
b l. qui aũt. §. ſed ſi quis. de cõſt. pec. Bar. l. i. qui ſatiſd.
c l. quẽadmodũ. §. pen. ad l. aquil.
d l. ſi Titio. de pignor.
e Auth. de fideiuſſor. in prin.
f l. fin. §. fin. de verb. oblig.
g Bar. l. ſi cũ fundũ. ſ. de pact.
h l. ſed addes. §. ſi dominus. ſ. loc.
i Aret. l. lecta. ii. not. ſ. eod.
k l. idemq; §. i. ſ. mand.
l l. i. & ii. C. de pig. act.
m Bal. rub. de cõtrahend. empt. C. quæſt. 25.
n l. quod mihi donatum. ff. de do.
o l. 4. §. ſi ab ignoto. de manumiſ.
p l. cum debitor. vbi Salic. in quibus cauſ. pign. tac. contrah.
q Practi. Papi. in act. hypot. verſic. relaxandũ.
r l. curabit. C. de act. empt.
s l. ſi quis. ff. quemadm. eſta. aper.
t d. l. cum debitor
u l. epiſtola. §. i. de pact.

**¶ Appellata [a] eſt aũt mutui datio ab eo, ꝙ de meo tuũ fit. Et ideo ſi de meo tuum nõ fiat, nõ naſcit̃ obligatio.**

1 *In mutuo id præcipuè agitur, vt transferatur dominium.*
2 *Mutuum propriè dicitur, quod pari gratia redditur.*
3 *Mutuum ciuile in iure nullibi expreſſum.*
4 *Confeſsio in mutuo non ſtatim præiudicat. ſed elapſo biennio.*
5 *Mutuum ſtipulatione conciliatur, aliàs inualidum.*
6 *Qua ratione ſuſtineatur mutuum factum ex aliena pecunia, nomine tamen mutuantis.*
7 *Conciliatur etiam mutuum conſumptione rei mutuatæ.*
8 *Quot modis pecunia dicatur conſumpta.*
9 *Commixtione aliarum ſpecierũ rem conſumptã cenſeri.*
10 *Etiam per vſucapionem conciliatur mutuum.*
11 *Conciliatur mutuum euentu conditionis.*
12 *Idẽ fit, ſi ex cauſa quæ retrò reſpicit, dominium creditori* (*quæritur.*

a ¶ §. APPELLATA.) Explicat Iuriſconſultus genus, quod in definitione mutui vertitur, à quo etiam etymologia dictionis ſumitur: hincq; Doctores noſtri pleraq; attingũt, ad etymi ipſius vim pertinentia, quæ alibi à nobis enarrata, hîc quoq; repetere operępreciũ non eſt [x]. 1 †Conſtat igitur in mutuo id agi, vt dominiũ transferatur. quod intelligendum, cùm de proprio mutui cõtractu tractamus: quãdoq; enĩ generalius accipitur [y], quãdoq; metaphoricôs, quod ad vſum aliquem temporariũ conceditur [z]: vnde & quandoq; maiore abuſione ad numerationem in contractu venditionis factam pertinet [a]. 2 † Varro tamen propriè ad id, quod pari gratia redditur, referri cenſuit: vnde mutuæ vices, mutuæ petitiones, mutuus amor, mutuus conſenſus, mutuum periculũ, in iure legitur [b]: aitq; ex Siculo ſermone μοῖ τὶν deduci, pro mea re tuã: vnde & Sophron poeta, μοῖ τὶν ἀντιλιμάν, pro meo tuũ contrà pendo. Hinc & munus dictum. Rurſus non procedit in mutuo ciuili, cùm de numeratione pecuniæ nõ conſtat, ſed ſimpliciter exhibetur confeſsio. Nã lapſo biennio, exceptio nõ numeratæ pecuniæ amplius opponi non poteſt [c]. Indeq; oritur obligatio ciuilis, quam Iuſtinianus literarum obligationem appellauit [d], Accurſ. verò mutuũ ciuile: quia lex eo tempore lapſo, mutuum interueniſſe præſumit: vnde ea præſumptio pro veritate habetur. 3 †Sanè negari nõ poteſt, mutui huius ciuilis vocem nuſquam in iure reperiri, ſicut nec propriè cõtractũ ipſum: quod Alex. & non pauci alij rectè ſenſerunt [e]: aut enim ſtipulatio interuenit, & verborũ obligatio inde naſcitur [f]: aut non interuenit, & literarũ obligatio appellatur: aut quis donat adiecto colore mutui, & eſt donatio [g], licet in cauſam mutui translata [h]. Supereſt igitur, vt id vocabulum ab Accurſ. confictum cauſa demonſtrationis dicamus. Sed cur confeſsio in cæteris contractibus ſtatim præiudicat, probatq; aduerſus confitentem [i]: 4 † in mutuo verò ſecus eſt, cùm ante biennium oppoſita non numeratæ pecuniæ exceptione, onus probandi creditori incumbat [k]? Et omnes tradunt inductum, propter nimiam debitorum facilitatem, qui ſpe futuræ numerationis, præpropera confeſsione decipiebantur [l]. Sed certè veriſimile eſt, tantæ credulitatis paucos reperiri: plurimos verò græca fide eſſe, & qui Plautinum carmen ſequantur, Semper oculatæ noſtræ ſunt manus: credũt, quod vident. Vnde alia interim perquirenda eſt ratio [m]. Enimuero & quoſdam caſus reperire eſt, quibus à principio dominium non transfertur, vnde mutuum verè non eſt, ſed ex poſt facto demum conualeſcit [n]: vt cùm quis alienam pecuniam mutuauit: ſtipulando enim, actionem ſibi acquirit: 5 †diciturq; tunc mutuum ſtipulatione conciliari, cuius actionẽ dominus, facta ſibi demum ceſsione, intentare poteſt [o]. Idem ſi non cedat, ſed dominus ratum contractũ mutui habeat [p]: conciliatur enim ipſi domino actio [q]: quod indubitatum eſt, cùm nomine domini tradita eſt pecunia. 6 † Sed ſi mutuans proprio nomine tradidit, difficilior eſt quæſtio: quia actus videtur nullus, & ideo ratihabitione confirmari non poteſt [r]: & quia fruſtra ratum habemus, quod noſtro nomine geſtum non eſt [s]. Et hanc ſententiam plerique probant [t], & nos aduerſus recentiores probamus. Quid ergo erit hoc caſu? Et putauerim, mutuatori ipſi propter conſenſum domini conciliari mutuum, vt ipſe

agere

Marginal notes (p. 256):
x l. tabernæ. de verb. ſig.
y l. i. C. de iis quæ ex publ. collat. lib. x.
z l. quæſitum. §. ſi quis eodem. de fund. inſtr.
a l. ii. C. de præd. nauic. lib. x.
b Alber. in dictionario.
c l. in contractibus. C. de non numer. pec.
d Inſti. de lit. obligat.
e Alex. & mod. §. ſeq.
f l. ſi ita ſtipulat. §. Chryſogon. de verb. oblig.
g l. vir ab eo. de iure dot.
h l. ſi ex precio. vbi Bar. C. eod.
i l. Publia. in fin. ſ. depoſ.
k d. l. in cõtractibus. & l. ii. eo. tit.
l Feli. c. ſi cautio. de fid. inſtr. col. 15.
m l. nõ omnium. de legib.
n l. quædã. de rebus dub.
o l. quũuis. C. eo.
p l. ſi procurat. ſ. de cõd. indeb.
q l. ſi abſentis. C. eod.
r l. obſeruare. in fi. de offic. proconſul.
s Bar. l. i. §. ſed ſi quis. de vi & vi arm.
t d. l. quædam Salic. Rom. Alex. l. omnis. in fi. ſ. eod.





agere poſsit [a]: quia in præiudicium iuris ſui potuit dominus rem non ſuo nomine geſtam approbare [b]. nec audiretur debitor, obiiciens eum qui dedit, non fuiſſe dominum [c]: traheretur q; retrò hic domini conſenſus, vt contractus ſuſtineatur, neque videatur à principio nullus [d], cùm alioquin ſi conſenſus retrò non traheretur, haud-
7 quaquam conciliari mutuum poſſet [e]. † Cæterũ & rei ipſius mutuatæ conſumptione conciliari mutuum conſtat. Qua inre duplex eſt dubitatio: altera, quid reſpectu ipſius domini, qui non numerauit: altera, quid eius reſpectu qui mutuam dedit. Et in priore caſu conſtat, conſumpta à debitore pecunia, qui bonæ fidei ſit, mutuum conciliari [f]. Si verò mala fide conſumpſerit, ad exhibendum ſolũ agi [g]: quo caſu & in litẽ iurari poterit [h]. Plectetur & quandoq; pœna furti, quia rem alienam ſciens contrectauerit, conſumpſeritq; [i]. In ſequenti caſu videtur indiſtinctè ei qui mutuauit, conciliari mutuum: quia hoc caſu generaliter iura dicunt, cõſumpta re, naſci furti condictionem [k]. Et ratio eſt, quia cùm ipſe fur domino ad reſtituendum teneatur [i], cumq́, debitor ex conſumptione idem conſecutus ſit, quod ex dominij tranſlatione fuiſſet conſecuturus, æquitas ſuadet, ne in tali lucro verſetur [m]. Et ideo debet conciliari mutuum, non diſtincto, an creditor ipſe eſſet bonæ fidei, an malæ: nam etiam prædoni damnum faciendum non eſt [n]. Nec rurſus diſtincto, an debitor mala fide conſumpſerit: non enim ideo poſſet creditor ad exhibendum agere, ne vel turpitudinem ſuam, vel contrarias intentiones allegaret [o]. Actio enim ad exhibendũ vt plurimum domino datur [p]: at iſte ſibi exhiberi peteret, quia dominus non eſſet, & ideo mutuum non valeret. Nec obſtat quòd parte mutuatę rei conſumpta, agi lex ad eam ait, ſi admonitus fuerit debitor, alienos eſſe nummos [q]: quaſi differentiam conſtituat, an admonitus, & ſic malæ fidei ſit, an id minus: reſpondeo enim id alia ratione à Iureconſulto dictum, nempe vt oſtenderet, quemadmodum ſpecies facti ab eo propoſita conſiſteret, ſi fortè debitor exciperet, actionẽ à creditore diuidi non debere, ſed totum peti [r]: habet enim creditor rationem, cur hoc caſu diuidat, ſi alleget ſe pecuniæ dominum non fuiſſe,
8 & ideo ſolùm cõſumptam petere. †Sed quo modo conſumptam pecuniam intelligimus? Et Bartol. tribus modis id fieri poſſe declarat. Primus eſt, cùm in vtilitatem debitoris verſa eſt: nec hic modus probabilem vllam dubitationẽ habet [s]. Alter eſt, cùm quocunque caſu cõſumpta eſt, putà amiſſa. Cùm enim creditor ipſe domino teneatur [t], æquum viſum eſt, illi, vice mutua eum cui numerata eſt pecunia, teneri [u]: quæ ſententia ꝓbabilis eſt. Sed ſi creditor ipſe bona fide pecuniã alienam poſsidens, eam mutuet, debitorq; abſq; culpa eam perdat, vix eſt vt conciliari mutuum credam, cùm conciliationis vtraq; ratio tali caſu ceſſet: non enim in lucro debitor eſt [x], nec creditor in damno, cùm à domino conueniri non poſſit [y]. Niſi dixeris in hoc conueniri poſſe, vt actionem cedat, ob quam videtur locupletior factus [z]. Sanè ſi furioſus mutuam pecuniam dederit, vt mutuum ei concilietur, Iulianus duo requirere videtur, & quòd accipiens bonę fidei ſit, & quod in rem ſuam verterit: vnde amiſſa pecunia ſecus eſſet [a]. Quod ideo inductum dici poteſt, quia à principio nullus fuit furioſi conſenſus [b]. Sequitur ergo vt ſi malæ fidei fuerit debitor, vel in rem ſuam nondum verterit, ſed extet pecunia, adverſus eam ad exhibendum agatur, vendiceturque [c]: facilimeque in eo mala fides præſumitur, quia abuſus ſit: licet Iuliani reſponſum aliter Doctores intelligant, non abſque calumnia, quod & ibi attingam. 9 † Tertius eſt caſus, cùm commixtione aliarum ſpecierum res conſumpta cenſetur [d]. In quo Doctores diſtinguunt, an pecunia commixta diſcerni ſepararique poſsit, an id minus, vt illo caſu conſumpta non cenſeatur, hoc verò cenſeatur [e]: idq́ue propter vtilitatem receptum videri [f]. In frumento enim & in aliis ſpeciebus aliud eſt [g]. Ego propter bonam fidem creditoris rem ſibi debitam accipientis, id inductum potius crediderim. Sed quod ad commixtionem attinet, ſatis. 10 †Nunc de conciliatione videamus quæ per vſucapionem fit. Et traditum eſt re aliena mutuata, ſi debitor conſtituto tempore poſſederit, vſucapere eum in mutuantis vtilitatem, vt ab ipſo principio videatur translatum dominium [h]. Quod & in eo qui indebitè alienam pecuniam ſoluit, reſponſum eſt: condicit enim tametſi vſucepiſſe ſe reus contendat [i]: nec exceptio nuper parti ex vſucapione dominij agentem ſummouet, quin ipſe potior ſit. Non procedit tamen hæc concluſio duobus caſibus. Alter eſt, cùm is qui mutuauit, incapax à principio eius dominij fuiſſet: ei enim nec conſumptione, nec vſucapione conciliabitur mutuum [k], ſed omne lucrum debitoris erit. Excluſo enim domino, & eum quoque excludi iuris eſt, qui quod ſuo nomine incapax eſſet, eo tempore illi fuerat acquiſiturus. Alter eſt, cùm is qui mutuauit, malæ fidei erat, quia ſciens rem alienam mutuauit: non videtur æquum ei qui malæ fidei ipſe ſit [l], prodeſſe bonam fidem alienam, vſucapioneq́ue alterius ei lucrum quęri: alioquin reperta eſſet fraus, qua malæ fidei poſſeſſor alteri mutuando vſucapionis vtilitatem ſibi quæreret [m]: qua tamen in re amplius cogitandum cenſeo. 11 †Cæterum & conditionis euentu conciliari mutuum conſtat [n]: quia nihil refert, an quis dominium in præſentia transferat, an ſub conditione, cùm poſt eius euentum actus pro puro habeatur [o], retroque trahatur [p]. Et ab exemplo conditionis idem traditur, 12 † cùm ex cauſa quæ retrò reſpicit, dominium creditori quæritur: vt cùm pecuniam in ſpecie alteri legatam hæres mihi mutuam dat, legatariusq́ue legatum deinde repudiat, vel legati ipſius appoſitum [q], quaſi connexam qualitatem dicas, ſeu onus intelligamus [r], quæ quorundam fuit ſententia, ſeu conditionem arbitrariam legato adiectam, qua omiſſa & legatum quoque repudiatum cenſetur [s]. Idem ſi quodlibet neceſſariò antecedens vel conſequens repudiaſſet [t]: hęc enim ſunt quæ appoſiti nomine Iureconſultus videtur intellexiſſe. Et ex his illud per manus traditur, ſi cauſa ipſa retrò non reſpiciat, mutuum à numerationis tempore non conciliari. Sed nunquid ſaltem ex die cauſæ conualeſcat? Et videtur non conualeſcere, cùm ipſe creditor nulla obligatione ad hoc compellatur, vt dominium transferat [u]. Simpliciter igitur contractus erit nullus, vendicabitq́ue creditor pecuniam: quod & Bartolus ſentire videtur [x]: tametſi ſuprà dixerim ſecus eſſe, cùm ratihabitio accedit [y]: eius enim natura eſt, vt retrò trahatur [z].

1 Credi-

Marginal notes (p. 257):
a l. ſi fundus. §. i. de pig.
b l. mater. de rei vend.
c l. non vnde. C. eod. Bar. l. nam & ſi fur. ſ. eod.
d d. l. ſi fũdus. §. i.
e Arg. l. ſi à Titio. de rei vẽd. Bar. d. l. nã & ſi fur.
f l. rogaſti. §. fin. ſ. eo. l. ſi quis pro eo. §. fi. de fideiuſſor.
g §. nunc admonendi. Inſtitut. quib. alie. non licet.
h l. ii. de in lit. iuran. l. ſi rem. §. tigni. cũ gl. de rei vend.
i l. iiii. ſ. de rei ven. l. qui vas. §. vetare. de furtis.
k l. nam & ſi fur. l. nõ omnis. in fin. ſ. eod.
l l. in re furtiua. de cond. furt.
m l. Caſsius. de ſolutionib.
n l. planè. de petit. hæred.
o l. aliàs. ſ. tit. i. C. de fur.
p l. i. ad exhib.
q d. l. nã & ſi fur.
r Doct. l. quidam ſ. eod.
s l. ſi à furioſo. ſ. eod.
t d. l. nã & ſi fur.
u l. indebiti. §. i. in gl. i. de condict. indeb.
x d. l. Caſsius.
y l. nec vllam. in fi. §. fin. de pet. hæred.
z l. iii. §. planè. in fin. de ſtatuliber. l. cum fundus. §. fi. ſ. eo.
a l. ſi à furioſo. ſ. eod.
b l. Pomponius. ſ. de neg. geſt.

Marginal notes (p. 258):
c d. §. nũc admonendi. d. l. rogaſti. §. fin.
d l. ſi alieni. de ſolut.
e l. ſi is. cui. in pri. de ſolut. l. non omnis. §. fin. ſ. eo. vbi Iaſ. vlt. not. (eod.
f l. ſingularia. ſ.
g §. quid ſi frumentum. in fi. Inſtit. de rer. diuiſ.
h arg. l. ſi alienã. in prin. de donat. cauſ. mor.
i l. indebiti. §. fin. de cond. inde.
k l. Proculus. ſ. de iur. dot.
l l. Labeo. in fin. de vſucap.
m l. fraus. de leg.
n l. proinde. ſ. e.
o l. Iulianus verò. ſ. de cond. indeb.
p l. potior. l. qui balneum. qui potio. in pig.
q l. quædam. de reb. dub. d. l. proinde. in fi.
r l. Neſennius. in fi. de excuſ. tu.
s Arg. l. ſi quis ita hæres. Inſtit. de hæred. inſtit. Aret. & Iaſ. l. is qui hæres. i. col. de acquir. hæred.
t l. quidam. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt.
u l. ſi ſeruo. qui & à quib. manu. Bart. l. cum vir. de vſucap.
x Bar. l. omnia. ſ. eod. d. l. ſi à Titio.
y d. l. ſi fundus. §. i. de pig. l. fin. C. ad Maced.
z l. iiii. & v. C. de pig. act.

1 *Creditum etiam in alijs rebus, quàm quæ functionem recipiunt, contrahitur.*
2 *Cur vſura iure diuino prohibita.*
3 *Quid ſtricta et propria pecuniæ appellatio cōpræhēdat.*
4 *Quid in latiori & latiſsima appellatione veniat.*
5 *In dubio, quæ ſignificatio eligenda.*
6 *Latior expoſitio verborum in legibus quàm contractib.*
7 *Promiſsio dotis tacitā in ſe habet conditionē, ſi matrimoniū ſequatur.*
8 *Accurſij ſententia vētilata, quomodo intelligenda hæc verba, Poſt nuptias.*
9 *Non eſt ſubintelligenda qualitas, quæ præcedentem hypotheſin deſtruat.*
10 *Dictiones, Ante & Poſt, quomodo intelligendæ.*
11 *Quoties actus non à principio, ſed à perfectione nomen accipit, finis expectandus eſt.*
12 *Qui ante annū promittit, de perfecto intelligere videtur.*
13 *Tres ad proximam regulam limitationes.*
14 *Dicta teſtium qua ratione cōcordāda, ſi alter ante, alter verò poſt annū aut libellum, factum quid dixerit.*
15 *Arbitrio iudicis relinquitur quantā fidē teſtib. adhibeat.*
16 *Concordia teſtium veriſimilis recipiēda, & quæ talis ſit.*
17 *An teſtis cōcordatus omni exceptione maior poſsit dici.*
18 *Facilius in dictis repugnātib. excuſatur ruſticus, quàm peritus*
19 *In mutuo oportet mutuantem eſſe dominum, aut eius nomine mutuari.*
20 *Quādo ſtipulatio in cōtractu mutui incōtinēti apponitur, nō ex re, ſed verbis obligatio & actio naſcitur.*
21 *Quib. caſib. exceptio non numeratæ pec. locū nō habeat.*
22 *An procurator ad accipiendū mutuū conſtitutus, ex apocha dominium obliget, ſi non conſtet verè recepiſſe.*
23 *Plures ex ſola confeſsione domino obeſſe non poſſunt.*
24 *Confeſsioni ſtandum non ſolùm reſpectu confitentis, ſed etiam mandantis.*
25 *Confeſsio creditoris fideiuſſori facta prodeſt eidem.*
26 *Veriſimile eſt procuratorem eo modo rem geſsiſſe, quo mandata eſt.*
27 *Si procurator ſoluēdo nō ſit, domino imputari, non creditori.*
28 *Præſumptiones validiores debilioribus cedunt.*
29 *Ob decretum iudicis vera præſumitur eſſe confeſsio.*
30 *Procuratore contra formam mandati agente, non obligatur dominus.*
31 *Si ſpecialiter ad confitendum procurator conſtituatur, obligatur ex ipſius confeſsione dominus.*
32 *Quid operetur clauſula, illa, Quicquid per procuratorem meum geſtum &c. fuerit.*

¶ Creditum [a] ergo à mutuo eò differt, quòd genus à ſpecie. Nam creditū [b] conſiſtit etiā extra eas res, quæ pōdere, numero, mēſura cōtinētur. *Sicuti, & ſi eandem rem recepturi ſumus, creditū eſt. Itē mutuū [c] A non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur pecunia: Creditum aūt fit interdū, etiam ſi nihil proficiſcatur: veluti ſi poſt nuptias [d] dos promittatur. In mutui [a] datione oportet dn̄m eſſe dantē: nec obeſt, quòd filiusfam. & ſeruus dātes peculiares numos obligant: id enim tale eſt, quale ſi volūtate mea tu des pecuniā: nam mihi actio quærit, licet A mei numi non fuerint. Verbis quoq; [b] credimus quodā actu ad obligationem cōparandā interpoſito, veluti ſtipulatiōe.

†Sicut ſi, & alias.

1 a ¶ §. †CREDITVM.) Oſtendit Iureconſultus latiorē eſſe crediti, quàm mutui ſignificationem: idq; quatuor exemplis, ſeu differentiis probat.

b ¶ Nam crèditum.) Primùm hoc exemplum 2 eſt, quo oſtenditur † creditum etiam eſſe in aliis rebus, quàm quæ functionem in genere ſuo recipiant, & ideo eadē res ſit ſoluenda: cùm ſecus ſit F in mutuo, in quo neceſſariò dominium transfertur, & non eadem res, ſed aliud eiuſdem generis reſtitui debet. Hincq; Baldus, Socinus, Decius annotāt rationē, cur vſura in mutuo iure diuino prohibita ſit, cùm tamen licitè penſionem rerū locatarum accipiamus. Cùm enim in mutuò dominium tranſeat, iam apparet, pro vſu ſimpliciter non ſolui, ſed pro dominij translatione [a]: periculumq; nullum ad creditorem, qui amplius dominus non eſt, pertinere [b]: lucriq; ſecurum eū eſſe, cùm generis creditor ſit, quod perire non poteſt [c]. Sed hac de re alibi diffuſius [d].

c ¶ Item mutuum.) Secundum exemplum, quo oſtenditur mutuum nō conſiſtere, niſi in rebus quę pondere, numero, menſuraq; cōſiſtunt, quas res pecuniæ appellatione cōtineri hîc conſtat [e]. † qua in re ſolet di- 3 ſtingui, vt propria ſtrictaúe ſignificatione, pecuniæ appellatione numi contineantur. Moneta enim apud veteres, pecudum nota, vt Plinius ait, ſignabatur: vnde pecuniæ nomen. † Latius 4 B verò etiam has res comprændit, quæ functionem in genere ſuo recipiūt, vt hîc apparet: quod videtur per quandam metalepſim ſeu tranſſumptionem inductum: quia ante percuſſam monetam, huiuſmodi res in commerciorum vſu erant, ſucceſsitq; permutationi emptio [f]. At latiſsimè omnis cenſus, corporaq; patrimonij noſtri pecunia dici poteſt [g]: quoniam veteres omnem cenſum ſuum in pecoribus habuerunt: vt Auguſtinus [h] ait, cui & cæteri Grammatici adſtipulan- C tur. Et Iuſtinianus hodie eundem ſenſum probat, quia poſſunt omnes res in pecuniam conuerti [i]. Verùm hæc ratio effectum potius, quàm nominis ſignificationem reſpicit [k]. † Sed in dubio, 5 cùm ex ſubiecta materia diiudicare non poſſumus, quam ſignificationem potius eligemus? Et videtur mediam ſignificationem capiendam eſſe [l], ſiue in contractibus loquamur, ſiue in vltimis voluntatibus [m]. In materia tamen odioſa, aut pœnali, prior ſignificatio acciperetur [n]: niſi D lex eluſoria reddi poſſet [o]. At in materia legali, in qua non tam verba, quàm effectus perpenderentur, ex latiſsima ſignificatione interpretatio facienda eſſet [p]. † Latior enim expoſitio in ver- 6 bis legislatorum, quàm in contractibus ſolet accipi [q]: quod alibi declarauimus. Sanè tradit Bartolus [r], ex communi loquendi vſu, hodie anguſtius pecuniam accipi, vt nūmos ſolùm contineat. Dicuntur autem numi ἀπὸ τοῦ νομίσματος, quę vox monetam ſignificat, legitimè ſignatam: vnde nu- E mi appellatio ſtrictior eſt, quàm pecuniæ [s].

d ¶ Si poſt nuptias.) Si igitur maritus vxorem duxit, abſque commemoratione dotis, mulier non tenetur illi aliquam dotem cōſtituere [t]: vnde ſi conſtituat, non dicitur feciſſe id ex aliqua obligatione, vel quòd à marito quicquam vice mutua profectum ſit. Si tamen promiſerit, valet contractus [u], cenſebiturq; maritus creditor: nec ideo legi fraus facta videbitur, quæ inter virum & vxorem donationem prohibet [x]. Sed F cur idem non dicimus, cùm ante nuptias mulier marito dotem promiſit? Et Accurſ. ait, † quia 7 talis promiſsio conditionem tacitam habet, ſi matrimonium ſequatur [y], vnde ante conditionem nata non eſt obligatio [z]. Sed hæc ratio parum me mouet, cùm conſtet creditorem dici etiam eum, cui ſub conditione debetur [a]. Nec hîc dubitatur, nata ſit obligatio nécne: ſed an dicatur creditum [b]. quare ego ſentio, ſi ante nuptias dos promittatur, videri aliquid à marito proficiſci nempe factum ſuum, vt ſcilicet eam in vxorem

a Gl.14.quæſt.3.c.i.
b Gl. l.iiii. & v. C. de pig. act.
c l. incendium. C. eod.
d l. vſucapio. de verb. ſig.
e l. talis. §. de lega. i.
f l. i. de contrahen. empt.
g l. pecuniæ. de verb. ſignif.
h c. totum quicquid. i. q. iii.
i l. ii. C. de conſtit. pec.
K l. propemodū. de verb. ſig.
l Arg. l. legato generaliter. de leg. i.
m Vt hic, & d. l. talis.
n l. i. l. ſed & Iulianus. §. mutui. ad Maced.
o l. i. §. fin. de calum.
p d. l. pecuniæ. d. l. ii. l. ſi verò. §. fin ſol. mat.
q Bar. l. ſi pluribus. de leg. ii.
r Bart. d. l. talis.
s l. litigatores. §. quos ait prætor. de arbit. d. l. i. de contrah. empt.
t Bal. l. fin. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant.
u Bal. l. fin. C. de do. ante nupt.
x l. i. vbi Bart. de don. ante nup.
y l. ſtipulationē. l. promittendo. de iur. dot.
z l. item quia. de pact.
a l. is cui. de act. & oblig.
b l. creditores ff. de verb. ſig.



L. 2. Mutuum damus. §. Creditū ergo.

xorē ducat. vnde talis promiſsio ob cauſam facta cenſetur, & in tractatum ob rem dati incidebat [a]. Secus ſi iam contracto matrimonio facta eſſet promiſsio. Alio quoque modo intellexit Accur- 8 ſius, † vt hæc verba, Poſt nuptias, intelligantur ſolutas, cùm maritus vxori iam ſoluto matrimonio dotē promiſit, quam verè nō acceperat: valebit enim tūc promiſsio [b], cùm conſtante matrimonio ſecus ſit [c]. Videretur enim fraudem legi feciſſe, donationem inter coniuges prohibenti. Sed hic intellectus vt verus ēſt, ita verbis Iureconſulti non ſat congruit. Cùm enim nuptiæ, celebritas ipſa coniugij ſit: cùm mulier obnubitur, id eſt, velata ad maritum deducitur, propriè non dicimus ſolui nuptias, ſed ipſum matrimonium [d]. Sanè nec dos poſt ſolutum matrimonium propriè dicitur [e]: nec veriſimile eſt, vſum impropriis verbis Iureconſultū: nam & tunc non tam promittitur dos, quàm id in ſpecie agitur vt reſtituatur [f]. adde quòd cùm nuptiæ modico temporis interuallo celebrentur, dura eſt ſubauditio, vt ſolutas intelligamus, 9 & non potius contractas [g]. † Nec enim ſubintelligenda eſt hæc qualitas, quæ præcedentem hypotheſim deſtruit [h]: quæ enim ſolutæ ſunt, nuptiæ non ſunt: non magis, quàm homo mortuus, homo eſt. Cæterum & hoc ſenſu obligatio hæc nudis verbis contracta eſſet: nihilq; id exemplū ab vltimo, quod verbis credi hîc dicitur, diſtaret: ſuperflueque eandem Iureconſultus repetiiſſet, cùm vtroque caſu obligatio verbis induceretur, vtroque neceſſaria eſſet vel donationis, vel matrimonij, vel ſimilis. Satius eſt igitur priorem interpretationem ſequi, ſecundum quam licet obligatio verbis inducatur, non tamen ſubeſt cauſa neceſſaria, ſed nec adeò ſpontanea, vt donati- 10 onem ſapiat. Et ex his inferunt Doctores, † quēadmodum dictio Ante, itemq; Poſt, intelligi debeant: concluduntq;, Ante, id tempus ſignificare, quod præcedit actum [i]: Poſt verò, id tempus quod ſubſequitur [k]. Quæ ſententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet. Sed & in actu tractum habente, idem eſt: vt cùm dico, rem factam ante bellum, intelligitur cœptum. Id enim nomen à primo actu ei rei propriè conuenit [l]: vnde vis verborum hanc interpretationem 11 requirit. idemque Bartolus in nuptiis [m]. † Quòd ſi actus tractum habeat, & à ſolo principio nomen non adſumat, ſed à perfectione, oportet finem ipſum, à quo rei nomen imponitur, expectari: vt in anno: nō enim eſt annus, niſi qui CCC- 12 LXV. diebus iam conſtiterit [n]: ſicut nec Calendarum dies XII. horis exactis [o]. † Hoc igitur caſu qui ante annum promittit, de perfecto intelligere uidetur [p]: ſicut qui ante Calendas, nō niſi finito Calendarum die conuenietur [q]. Quod & de eo dicēdum videtur, qui poſt decem menſes promiſit: intelligitur finitos [r]: quia menſes non dicuntur, niſi qui triginta diebus cōſtiterint: & ideo ante finem debitor in mora nō eſt: meritò expectari lapſus vltimi momenti debet [s]. quæ ſententia & ipſa in dubio obſeruanda eſt. † quid enim ſi aliud 13 actum appareat? vt cùm quis promittit ante mēſem Ianuarium centum aureos. Cùm enim vulgò ſoleamus nomine proprio Ianuarium ab ipſo principio appellare, videtur communi ex loquendi vſu non eſſe expectandum finem: quod Baldus, Pontanus, Alexander, Iaſonq; tradiderunt [t]. Quid rurſus, ſi natura rei ſuadeat finem non eſſe expectandum [u]? vt quia promiſſum ſit ante Calendas, reusque velit dilationi renūciare, quæ fauorem ſuum reſpiciat: poterit vtique finem non expectare [x]. Quid ſi diuerſis reſpectibus agatur? poteſt enim idem ſignificare ante Calendas, & B poſt Calendas, quod alibi declaraui [y]. † Nam 14 & fatentur omnes, vt teſtes concilientur, qui in ſpeciem aduerſari videbantur (quia alius factum ante annum ſalutis M. CCCC. dicebat, alter poſt eum annum) fieri interpretationem, vt prior de finito, poſterior de cœpto anno videatur intellexiſſe [z]. Idemque ſi alter ante bellum, alter poſt bellum dicat: concordari enim, quoad eius fieri poteſt, teſtimonia debent [a]. Nam & factum tempore belli dicitur, quod modico C tempore ante bellum in ipſo timore factum eſt, vt Alexander ſcripſit [b]. Quæ tamen intelligenda ſunt, niſi de contraria mente appareret [c], cùm in claris locus non ſit coniecturis [d]. † Ar- 15 bitrio enim iudicis lex relinquit, quantam teſtibus fidem adhibeat [e]. Et ideo non niſi ex veriſimili coniectura hanc concordiam procurabit [f]: maiorque veriſimilitudo requiritur, vt teſtes probationis cauſa concilientur, quàm ſi eo fine id ſolùm agat iudex, vt à pœna falſi eos D liberet [g]. † Veriſimilis autem cenſebitur con- 16 cordia, quæ ſimplici ex repetitione induceretur, vel ex ſubauditione non multum extrinſecus adducta [h]: tali enim caſu non ſolùm à falſo excuſarentur teſtes, ſed etiam fidem facerent. Quòd ſi ſubauditio extrinſecus trahatur, ſecus eſſet [i]: nam & in caſu noſtro, cùm quis poſt nuptias factum adſerit, audax eſt ſubauditio, ſi ſolutas intelligamus (non enim nuptiæ ſunt, quæ ſolutæ ſunt) perimeretque interpretatio i- E pſam vocem, non declararet [k]: meritò talis teſtis non probaret. Quod opinor etiam in teſtibus dicendum, quorum aliqui ante publicationem quid factum affirmant, alij negant [l]. Idem ſi magna ex improprietate teſtimonium ſolummodo ſuſtineretur [m]. Adeò enim euidens eſſe poſſet improprietas, vt nec à pœna quidem teſtes excuſarentur [n]. Sed etſi non niſi ex multiplicationis præſumptione defenderetur, vix eſt vt talis teſtis probaret [o], in caſi- F bus ſcilicet quibus lex multiplicationem actuum non præſumit [p]: quod Tyndarus ſingulari lib. de teſtibus variantibus, capite vltimo, elegāter oſtendit. † Sed an is teſtis, qui cùm in ſpeciem 17 alteri aduerſari videretur, concordia aliqua conciliatus eſt, omni exceptione maior dicitur? Et Baldus ex facto conſultus, negauit [q]: vnde & in eius atteſtationis ſupplementū, iudex non temerè iuſiurandum defert [r]. Addit Decius, teſtes qui in modica aliqua re, etiā circa principale negocium ſecum pugnent, nō ideo minus fidei facere [s].

Vnde

a l. ſi donaturus. §. i. de condic. cau. da.
b l. ſi diuortio. ſolut. matri. de verb. oblig.
c l. ii. C. de dote caut.
d Ru. §. ſol. mat.
e l. iii. §. de iure. dot.
f Rub. ſol. matr. vbi Iaſ. in fin.
g §. eſt & aliud. Inſtit. de don.
h l. iii. de milit. teſta.
i l. ſi quis id quod verſ. quod ſi. de iuriſdi. om. iud.
k l. quod de pariter. cum l. ſeq. de reb. dub.
l Gl. l. iii. §. fi. ff de contrar. act. tutel.
m l. ſancimus de nupt.
n l. cū biſſextus. vbi not. de verbor. ſignif.
o l. ſtip. non diui. §. i. de verb. oblig. l. ſi cui legetur. vbi Aretin. de leg. i.
p Arg. l. filium. §. Sabinus. ad Trebell.
q l. qui ante. de verb. oblig.
r l. inteſtato. §. fi. de ſuis & legit.
s §. in diē. Inſtit. de verb. oblig.
t d. l. qui ante.
u l. in inſulam. §. i. ſolut. matri. vbi Bart.
x l. ſi ita fuerit. §. fin. de manu. teſta.
y l. anniculus. §. i. de verb. ſig.
z Arg. c. cùm tu de teſtib.
a c. periculoſe. de pœn. diſt. i. not. l. item videndum. de petit. hæred.
b Alex. l. diuortio. col. iii. ff. ſolut. matr.
c Bald. d. c. cùm tu. col 2.
d Gl. l. cōtinuus. §. cum quis. de verb. oblig.
e l. iii. §. i. de teſtibus.
f d. §. i. Dec. hic.
g Feli. c. cùm tu. moder. l. pen. C. de tranſact.
h Bar. l. de ætate. col. penult. de min. l. Labeo. de ſupell. leg.
i l. i. de oper. noui nūc. in princ.
k Ant. & Abb. d. c. cùm tu.
l l. hæredes. §. ſed ſi notam de teſta.
m Aug. conſ. 274. ex themat. col. penult.
n l. inter ſtipulantē. §. i. vbi Dd. de verb. oblig.
o Ancha. conſil. 297. Rom. 301.
p d. c. cum tu. vbi notatur.
q l. omniū. C. de teſta. c. in præſentia. vbi Deci. de probat. 9. not.
r Bal. conſil. 122. quia vnus. in 2.
s Alex. conſil. 32. in 1.

Vnde fortius idem cenſendum, ſi in appendici-
bus ſeu acceſſoriis quibuſdam aduerſentur[a].Sed
ego aduertendum arbitror, an ex probabili im-
prudentia diſsideant:& vera hæc credamus[b].A-
lioquin eorum fides imminuatur, vt Bal. cẽſuit[c].
Quod & Aretinus videtur mihi reſpondiſſe[d].Nã
& teſtes in Suſannam producti, nónne conuicti
ſunt, quia alter ſub prino, id eſt, ilice: alter ſub
ſchino, id eſt, lentiſco arbore ſtupratã dicebant[e]?
Plurimum igitur hac in re iudicis arbitrio tribu- A
18 etur, † qui & repugnantiam in ruſtici & idiotæ
verbis facilius boni conſulet, quàm in homine
cauto & negociis exercito[f]. Sed hæc hactenus,
ne extra legis noſtræ materiã diutius vagemur.

a ¶ In mutui.) Tertium exemplum, quo do-
19 cemur, † in mutuo requiri, vt pecunia à domino
detur, vel ſaltem ex domini conſenſu: vt cùm fi-
liusfamiliâs vel ſeruus peculiares numos mutu-
ant: ſubeſt enim tacitus domini conſenſus, meri
tò obligatio ex mutuo illi oritur[g]: alij etiam de B
naturali obligatione accipiunt, quæ ipſi filio, vel
ſeruo quæritur[h]. Sed cùm ſolius facti ſit, non eſt
veriſimile, eius rationem hîc vllam haberi[i]. De
obligatione igitur domino quæſita potius intel
ligendũ eſt: quod etiam in fortiore caſu conſtitu
tum eſt, veluti cùm tu propriam pecuniam no-
mine meo alicui mutuas: dabitur enim mihi ex
mutuo actio[k], perindeq; eſt, ac ſi non tuam, ſed
meam pecuniam illi mutuò dediſſes[l].

b ¶ Verbis quoq;.) Quartum exemplum quo C
20 oſtenditur mutuum re ipſa contrahi. † At quan-
do res datur, ſtipulatioq; incontinenti interpo-
nitur, non re, ſed verbis oritur obligatio: & ideo
non ex numeratione, ſed ex ſtipulatu agitur[m]:
magisq; hîc dicitur tradidiſſe, quàm mutuaſſe.
quamuis & mutuum mixtum dici poſsit, id eſt,
vt doctrinæ cauſa Bartolus ait, mutuum cui na-
tura cooperatur. Ait idem, poſſe textum accipi
de mutui ciuilis contractu, qui legis interpreta-
tione ex literarum obligatione poſt biennium D
21 deſcendit[n], vel etiam ante biennium, † caſibus
quibus non numeratæ pecuniæ exceptio locum
non habet[o]: vt quia renunciatio exceptionis aut
iuramẽto vallata[p], aut iterata ex interuallo ſit[q].
Idem ſi renunciationis confeſsio in vltima vo-
luntate emanaſſet[r]. Idem ſi partem debiti quis
ſoluendo agnouiſſet[s]. Idem ſi argentarius ex ſui
perſona hanc exceptionem vellet opponere[t], tã
quam ſibi numerata pecunia ab eo non fuiſſet,
pro quo ſoluturum ſe conſtituerat[u]. Idem cùm E
conſtat animo donandi ei exceptioni renuncia-
tum eſſe: attenditur enim ipſa donationis cauſa,
nec exceptio obſtabit[x]. In ſpecie enim, non vi i-
pſa, mutuum eſt[y]: quippe quod ad effectum atti-
net, donatio eſt[z]. Apparetq; hinc non parum re-
ferre, an vera numeratio interuenerit, an ſola mu
tui confeſsio[a]. Vnde ardua eſt inter doctores cõ
22 trouerſia, † an procurator ad accipiendam mutu
am pecuniam conſtitutus, ex apocha, qua ſe re-
cepiſſe pecuniam ſimpliciter confiteatur, domi- F
num obliget, cùm non appareat, verè ſibi nume-
ratam pecuniam fuiſſe. Et non eſt dubium, con-
ſentiuntque omnes, in caſibus quibus exceptio
non numeratæ pecuniæ procuratori compete-
ret, putà ante biennium[b], domino quoque com-
petere: id enim ei permittendum eſt, quod &
procuratori permitteretur[c]. Sed tunc hæſitatur,
cùm procuratori quidem exceptio non compe-
teret. & Iacob. Aren. quem Bartolus & cæteri fre
quentius probant, non obligari dominum ait:

a But. c. ii. de regul. Alex. cõſ. 5. in primo.
b Bar. l. eos. col. ii. de falſ.
c Bal. rub. de controuer. inueſt. in feud.
d Aret. conſil. 71. col. ii.
e Daniel. c. 13.
f §. & licet. in fi. auth. de teſtib. vbi Ang.
g l. j. ff. de ſtipul. ſeruor.
h l. hæres à deb. §. ſeruo ſuo. de fideiuſſ.
i l. nec ſeruus. ff. de pecu.
K l. certi. §. ſi numos. ff. eod.
l l. ſingularia. ff. eod.
m l. ſi ita ſtipula. cum l. ſeq. de nouat.
n Inſtit. de lib. oblig. l. in contractibus. in pri. C. de non numer. pec.
o Iaſ. l. qui pecu. ff. c. Fel. c. ſi cautio. de fid. inſt.
p Bart. l. fi. C. de non num. pec.
q Gl. d. l. in contracti. verſ. penitus. Bart. l. ſi ex cautiõe. co. tit. in fin.
r Gl. l. i. C. de fal. cauſ.
s l. cum fidem. de non num. pec.
t Gl. auth. de fideiuſſ. in fin.
u l. fruſtra. vbi Bald. C. eod.
x l. aduerſus. C. eod.
y l. ſi ex precio. C. ſi cert. pet.
z l. cum ea. C. de tranſact.
a d. l. in contractibus.
b d. l. in contractibus.
c d. l. pen. C. de non num. pec.

quia cùm non conſtet pecuniam re ipſa numera
tam, hæc confeſsio vim donationis habet[d], quæ
mandato non videtur compræhenſa[e]. Qua ratione
& conſtitutus ad exigendum à debitoribus, ſi
confiteatur ſe recepiſſe, non obeſt domino[f]. Si-
cut conſtitutus ad ſoluendum, promittendo
non poteſt domini obligationem nouare[g].
† Quod & in procuratoribus generalibus libe- 23
ram quoque adminiſtrationem à lege habenti-
A bus extenditur, vt hi ex ſola confeſsione domi-
no obeſſe non poſsint: quod in tutore curatore-
que proditum eſt[h], item in adminiſtratore rei-
publicæ[i], in procuratore fiſci vel Cæſaris[k], in
œconomo ſeu præpoſito eccleſiæ[l]: & hi enim,
tametſi liberam adminiſtrationem habeant, do-
nare non poſſunt: quia id non adminiſtrare, ſed
prodigere eſſet[m]. Sed tamen ab hac ſententia
quidam receſſerunt, vt Federicus[n], Salicetus, I-
mola, Fulgoſius, Raph. Comenſis, Decius, † quia 24
B ſtandum eſt confeſsioni[o]. Et ex vera numerati-
one eam factam fuiſſe credendum eſt[p]: quod
non ſolùm reſpectu confitentis intelligendum
eſt, ſed etiam domini, qui eum conſtituit procu-
ratorem. Confeſsio enim appendix mandati eſt,
vel potius iuxta mandatum[q]: ſicut videmus con
feſsionem inſtitoris ad fidem menſæ pertinere,
etiam aduerſus dominum[r]: † & confeſsionem 25
creditoris fideiuſſori factam, ei prodeſſe, vt à de-
bitore, quod ſolutum eſt, repetat[s]: & dotem
C quam maritus accepiſſe ſe cauerit, etiam in cre-
ditorum præiudicium conſtitutam ex confeſsi-
one ipſa credi[t]: & generaliter cuiuslibet debi-
toris apocham lapſo exceptionis non numeratę
pecuniæ tempore, creditoribus quibuſcunque
obeſſe[u]. Cùm igitur ſtandum ſit confeſsioni, ap-
paret donationem nullam hîc fuiſſe. Et vt de-
mus haudquaquam permitti, vt procurator hîc
donare poſsit[x], onus probandi debet domino
incumbere, qui donatum adſerit[y]: non credito-
D ri, cuius intentio ex confeſsione fundatur, pro
cuius veritate præſumendum eſt[z], † maximè 26
cùm veriſimile ſit, rem à procuratore eo modo
geſtam, quo ſibi mandatum fuerat[a]. Nec eſt cre-
dendum legem, quæ in procuratore vel liberto
donante fraudem præſumit[b], etiam ad eum ca-
ſum trahi debere, cùm non conſtat donationem
factam[c]. Atqui confeſsio ipſa non donatum, ſed
numeratum arguit. Adde quòd cur de donando
mandatum non præſumitur, ea eſt ratio, ne per-
E dere diſsipareque rem ſuam quis videatur[d]. At
in noſtro caſu nihil perdit dominus, cui actio ſal
ua aduerſus procuratorem ſuum remanet[e].
† Quòd ſi ſoluendo procurator non ſit, melius 27
eſt id domino imputari, qui eum elegit: quàm
creditori, qui bona fide apocham recepit[f]. Alio-
quin in facultate domini eſſet, procuratorem e-
ligendo, duriorem creditoris conditionem fa-
cere[g], eumque onerare, vt de vera numeratione
prober, cùm aliàs ſola domini confeſsio ſuffe-
F ciſſet. Sed & cùm dominus ipſe regreſſum aduer
ſus procuratorem habeat, videtur confeſsionem
hanc creditori prodeſſe: ſicut in publicano dici-
mus[h], itemque in fiſcalium penſitationum exa-
ctore, qui ipſe de ſuo tenetur[i]. Cùm enim procu
rator hoc caſu fines mandati exceſſerit, & ipſe
domino teneri debet[k]: quod Paulus Caſtrenſis
hîc tradidit[l]. Quid igitur cenſendum? Et cùm
communis ſententia ob præſumptæ donationis
cardinem ſuſtineatur, plurimum id reſidere in ar
bitrio iudicis opinor[m], qui ſubtiliter perpen-
dat,

d l. i. §. ſi mutuã. ff. ſi quid in fraudẽ patro.
e l. contra. §. fin. ff. de pact.
f l. nõ abſtulit. C. de nouat.
g l. ſi debitorẽ. ff. C. de nouat.
h l. certum §. ſed an ipſos. de cõfeſſ.
i l. ciuitas. vbi not. ff. eod.
K l. procurator. §. fi. de iur. fiſc.
l Auth. hoc ius porrectum. de ſacroſan. eccl.
m l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Alex. conſ. 22. in 5.
n Fed. conſil. 9.
o l. ſi ita. ſtipul. §. Chriſogonus. de verb. oblig.
p l. pecuniæ. C. de ſolut.
q l. iam tamen. §. pen. iudic. ſol.
r c. fi. ff. de inſtit.
s l. duob. §. fideiuſſor. vbi moder. ff. tit. i. Alex. conſ. 23. in ſecundo.
t Bar. l. aſsiduus C. qui potio. in pigno.
u l. penult. C. de non num. pec.
x l. filiusfa. C. de donat.
y l. verius. de probat.
z l. publia. in fin. depoſ.
a l. qui negociationẽ. in princ. de admin. tut. l. fi. ff. de exer.
b d. §. ſi mutuam.
c l. ii. C. de adul. Bartol. l. i §. & parui. quod vi aut clàm.
d l. cum de indebito de proba.
e l. Lucius. §. tutelæ. de admin tut.
f l. quod ſeruus. depoſ.
g l. debitorũ. C. de pact.
h l. fin. §. pen. de public.
i l. 3. C. de anno. & trib. lib. x.
K d. §. tutelæ.
l Arg. l. Plautius & l. ſeq. ff. de procur.
m Bald. c. ex inſinuatione. de procur.



dat veriſimile ne ſit fuiſſe donatum, an potius ita
28 confeſſum, quia verè numerata ſit pecunia[a]: †
Cedunt enim præſumptiones præſumptionib.
validioribus debiliores[b]. Quid enim ſi inter acta, ſeu
corã iudice facta eſt confeſsio, idq; in actu, in quo
29 pecunia interuenire ſoleat[c]? Nam & Angelus †
propter decretum iudicis præſumi veram con-
feſsionem cenſuit[d]: quod & Iaſon credidit. Quã-
uis enim decretum abſenti nocere non ſoleat[e],
tamen hîc non dicitur nocere, cùm non conſtet A
confeſsionem eſſe falſam, imò propter autorita-
tẽ iudicis præſumptio veritatis augeatur. Quid
item ſi procurator confeſſus eſt ſe recepiſſe in
argentaria taberna tali, in qua non, niſi græca fi-
de ſoleat agi[f]? tum enim credibile erit, nihil fuiſ
ſe donatum, vt Baldus & Iaſon cẽſuerunt, quod
maximè ex tabulis, rationibusq; ipſis deprændi
poterit[g]: itemq; ex conſuetudine ipſius procura
toris, qui particulariter recipere, & cùm ad ali-
quam ſummã perueniſſet, tum demum ſoleret B
apocham conſcribere[h]. Quid rurſus, ſi veritatem
iudex aliter expiſcari poſsit? vt quia in iudicio
ſub iureiurando coegerit, vti teſtimonium hu-
ius rei procurator præſtet. Videtur enim iungi
coniecturam hanc apochæ debere[i], & fidei faci-
endæ poſſe ſufficere, vt Paulus Caſtrenſis hîc
cenſuit[k]. Cęterùm & ſi procurator ſit ſoluendo,
ſatius eſt hac in ambiguitate dominum procu-
ratoris ſui facto alligari[l], cùm ſaluæ aduerſus
eum procuratorem ſibi ſint actiones, vt rectè C
Claudius exiſtimauit[m]: quod & nos probamus.
30 † Licet enim procuratore aduerſus formam mã-
dati committente, regulariter non obligetur
dominus[n]: tamen quia hîc non conſtat, an aduer
ſus mandatum fecerit, an potius obſeruauerit,
ea interpretatio debet accipi, qua omnibus
partibus conſultum ſit[o]. Illud cõſtat, ſi dominus
talem confeſsionem ratam habuerit, fruſtra am-
plius diſputari: idque ſiue expreſſe ſiue tacitè[p].
vnde ſi ſoluerit creditori, non poterit ab eo re- D
petere, ſed ſolùm aduerſus procuratorem aget,
vt confeſſę pecunię rationem reddat[q]. Sed quid
ſi procurator non ſit ſoluendo? Et Pontanus cen
ſuit reſtituendam aduerſus creditorem ſubſidia-
riam condictionẽ[r]. Sed Andreas Siculus rectius
diſſentit: ſpeciale enim hoc in fiſco eſſe[s]. Ideo
ſibi imputet dominus, qui mandauit, & ſoluen-
do approbauit procuratoris ſui confeſsionem
[t]: quod & Purpuratus ait. Sed & ſi mandati ver-
bis apparet actum, vt confiteri quoque abſque E
numeratione procurator poſsit, dubium non eſt,
domino fieri ex tali confeſsione præiudicium:
vt cùm in eo dictum eſt, conſtitui procuratorem
ad accipiendum & confitendum: hoc enim caſu
receptior eſt contra Bartolum ſententia, ſola cõ-
feſsione allegari dominum, ne verba illa, ad con-
31 fitendum, ſuperfluò adiecta cenſeãtur[u]. † Vide-
tur enim ſpecialiter ad confitendum conſtitu-
tus, vnde eis confeſsioni ſtare dominus debet[x].
Et licet aliàs huiuſmodi verba, ſecundum præ- F
cedentia reſtringantur[y], tamen propter incerti-
tudinem, an confeſsio vera ſit vel ne, capienda
eſt hęc interpretatio, vt factum procuratoris
ſecundum mandatum declaretur[z]. † Qua ratio-
32 ne & idem dicendum eſt, cùm dominus in man-
dato promiſit, ſe ratum habiturum, quicquid in
ea re per procuratorem geſtum ſit[a]: ne enim illa
clauſula, Quicquid, ſuperflua ſit, interpretabi-
mur latius verba mandati[b]: idque ex Butrij &
Felini ſententia[c], quæ hoc in caſu propter præ-

a d. l. fi. ff. de exercit.
b l. cum de indebito. de proba.
c l. ii. §. fin. C. de quadr. præſ.
d l. ii. C. de præ. decur. lib. x.
e Alex. conſil. 21. in primo.
f d. §. Chryſogonus. d. l. fin. de inſtito.
g l. emptor §. Lucius. de pact.
h l. certi condictio. §. ſi numos. ff. eod. Roma. conſil. 14.
i l. quæro. §. fi. de ædil. edict. Doct. l. ii. §. ſi abſens. ff. ſi ex nox. cau.
K Arg. not. in l. non ſolùm. de procur.
l Arg. l. ſed & ſi pup. verſ. ſed ſi ipſe. de inſtito.
m Arg. l. & eleganter. §. ſi dolo. ff. de dol. gl. l. i. in fi. quãdo appell. ſit.
n l. diligenter. ff. mand.
o l. j. vbi Caſtr. ſi quis cautio.
p l. pen. C. de re indic.
q l. vir ab eo. de iur. dot.
r l. fin. §. i. ff. de eo per quem fact.
s Gl. d. l. in contractibus. verbo, penitus. de non num. pec.
t Barb. conſ. 18. in ii. dub. in iii. lib.
u l. ſi quando. de leg. i.
x Gl. l. proinde. ii. §. ſi procur. ff. ad leg. aqui.
y Bar. l. quod dicitur. de tutel.
z d. l. qui negociationem.
a Caſt. conſ. 218. Iaſ. hic.
b c. contingit. cũ gl. i. de trãſact.
c Feli. c. cum olim. i. col. 3. de offi. deleg.

dictam ambiguitatem obſeruanda eſt: licet aliàs
ſoleat talis clauſula non magni eſſe effectus[d].
Sanè ſi procurator in rem ſuam confiteatur ea-
dem ratione alligat dominum: quia videtur
hoc actum, vt poſsit confiteri, cùm de ſuo quo-
que negocio agatur[e]: quod ex facto Caſtrenſis
reſpondit[f].

L. 2. Mutuum damus. §. Creditũ ergo.

d Gl. l. ſi procuratorem. verb. ratum. de procur. Iaſ. l. i. 2. q. de offic. procõſ. cæſ.
e d. l. fi. §. pen. de pub.
f Caſtren. conſil. 449. conſiderã da. in 1.

1 *Quæ ad naturam contractus pertinent, pro expreſsis habentur.*
2 *Quid ſit natura contractus, & quid ſubſtantia.*
3 *Naturalia quæ pacto contrarijs tolli non poſſunt, ad ſubſtantiam pertinent.*
4 *Naturale in mutuo quid ſit.*
5 *Quid ſit bonitas.*
6 *Genera rerum ex natura earum perpendi.*
7 *Valere contractum mutui, ſi rerum eadem ſit ſubſtantia, etſi diuerſa accidentia.*
8 *Vinum vetus precioſius nouo.*
9 *Vinum quando dici poßit vetus.*
10 *Non idẽ in tritico quod vino obſeruari in cõtractu mutui.*
11 *Inuito creditore, vinum vetus quantumuis melius pro nouo non ſoluitur.*
12 *Vinum rubrum an ſoluatur pro albo.*
13 *Quæ tacitè inſunt, habentur pro expreßis. num. 15.*
14 *Verbum, habetur, & verbum, intelligitur, fictionem importat.*
16 *Præſumptio imitatur veritatem.*
17 *Quandoq; minus eſt in tacito quàm expreſſo: quod ſex exemplis declaratur.*
18 *In ambiguis locus coniecturis, non in claris.*
19 *Quod taicte in vno capitulo ſubauditur, ad proximum trahi non habet.*
20 *Ex varijs cauſis à lege aliquid expreſſe fieri exigitur.*
21 *Diſpenſationes eſſe odioſas, & iuri communi contrarias.*
22 *Clauſula derogatoria expreſſa, per tacitam ſubſequentem contrariam non reuocatur.*
23 *Regulariter, vt actus perfectus vitietur, expreſſa frequẽter plus valere tacitis.*
24 *Error expreſſus plus nocet tacito.*
25 *Quoties lex aliquid mandat fieri expreße, non ſufficit id tacitè fieri.*
26 *Duplex tacitum, præſumptum ſcilicet, & quod lege introductum eſt.*
27 *Regula de tacito inducto ex depoſitione legis, cum ſuis limitationibus.*
28 *Excluſus ab hæreditate, quando rurſus admittatur.*
27 *In multis caſibus, quod expreſſe non admittitur, ſi tacitè fiat, valere.*
30 *Quædam fieri ex conſenſu quæ lex facere non poßit.*
31 *Tertia ſpecies taciti, cõſecutiui ſcilicet, & quid in ea iuris.*
32 *Quædam in ſequelam admittuntur, quæ expreſſe non concederentur.*
33 *Coniecturis facilius locus datur in vltimis voluntatibus, quàm contractibus.*
34 *Tam in teſtamentis quàm contractibus ſi forma ſeruata non ſit, omnino pereunt. num. 42.*
35 *Pariter ſi deficiant in ſolennitatibus. num. 43.*
36 *Forma definitur.*
37 *Reliqua, ut ſunt naturalia, ſi deficiant præſumptione, quia tacitè aliquid actum ſit, confirmantur, & actus validus manet: quod pluribus exẽplis comprobatur.*
38 *Qui aliquid agit, voluntatem ſuam accommodare legi intelligitur.*
39 *Quæ certam naturam habent, tacitè intelligi.*
40 *Conſuetudo altera natura.*
41 *Conſueta in contractibus apponi, pro appoſitis habẽtur.*
44 *Solitam clauſulam præſumi magis ex vſu adiectam, quàm quòd ita ſit actum.*
45 *Idem in contractibus obſeruari, ſi veriſimile ſit neutram*



m.

*partium earum eam perpendiſſe.*
46 *Solitæ clauſulæ fauore alterius ex contrahentibus præſumuntur adiectæ.*
47 *Ex præfationibus certiſſimè deprehendi quid actum ſit.*
48 *Voluntas etiam longi temporis lapſu non præſumitur mutata.*
49 *Actus etiam perfecti ex poſt facto declarationẽ accipiunt.*
50 *An in contractibus per ſequentia tacitè ab eo videatur receſſum, quod in præfatione deductum eſt.*
51 *Plures coniecturæ ex facto oriuntur.*
52 *Qualis contractus per hæc verba, tolle hanc pecuniam, ineatur.*
53 *Ceſſantibus coniecturis non eſt à vi verborum recedendum.*
54 *Verbum, concedo, donationem innuit.*
55 *Verbum dandi, translationem dominij importat.*
56 *Præſto & trado, dominij translationem minimè referunt.*
57 *Per verbum, tolle, depoſitum contrahi limitatũ, vt tantundem in genere reſtituatur.*
58 *Nonnunquam tamen idem verbum, accedentibus coniecturis, donationem ſignificat.*
59 *Ex coniunctione ſanguinis aut affinitatis, præſumi donationem.*
60 *Similiter propter bene merita.*
61 *Quandoque induci donationem ex præcedentis actus ſequela.*
62 *Sciens ſoluens debitum, videtur donari.*
63 *Bonæ fidei præſumptioni innitens, eam tenetur allegare.*
64 *Beneficium legis tacitam habet conditionem.*
65 *Priuatum commodum reſpicientia iudex non ſupplet.*
66 *Quando & qualis præſumptionis requiratur allegatio.*
67 *Moneta reprobæ notæ non poteſt ſolui.*
68 *Si valor remittatur aut improbetur, moneta in forma manente, ante moram nullum eſt debitoris periculum.*
69 *Extrinſecus accedens valor nihil mutat.*
70 *Cùm bonitas interior minuitur, æſtimatio reddenda eſt.*
71 *Diminutio per moram facta imputatur moratori.*
72 *Auri ad argentum proportio.*

## LEX III.

POMPON. LIB. XXVII. *ad Sabinum.*

CVm quid mutuum dederimus, & ſi non cauimus, vt æquè bonum nobis A redderetur, non licet debitori deteriorẽ rẽ, quæ ex eodem genere ſit, reddere: veluti vinum[a] nouũ pro vetere. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto[b] ha- A bẽdum eſt. Id autem eſt, qua traditur, poſſe inter partes agi, vt minoris bonitatis mutuum reſtituatur.

1 CVM QVID.) †Quę ad naturam cõtractus pertinent, pro expreſsis habentur. Et ideo in mutuo id actum cenſetur, vt eiuſdem bonitatis & generis res reſtituatur: aliàs à prima actione liberatio non contingeret[a]. Eſt autẽ
2 †natura, vis ipſa, qualitáſve, ſecundum proprios contractus fines inducta, ab ijs quæ extrinſecus accidere poſſunt ſeparata[b]. Subſtantia verò contractus, dicitur principalis ipſius eſſentia, qua ſummota actus deficit[c]. Vnde fit, vt materia quoque & forma ſolennitas, licet inter ſe plurimum differant, tamẽ ſuſtantię nomine contineantur: quod latius Paradoxorum libro v. cap. xvi. docuimus. Sic res ipſæ de vſusfructus ſubſtãtia ſunt[d]: ſic precium venditionis: interrogatio & reſpõſio ſtupulationis[e]: conſenſus ipſe, contractuum ſubſtantiam reſpicit[f]. † Ea quoq; naturalia quæ
3 origini contractus coniunguntur, quia pactione contraria tolli, ſaluo ipſo contractu, nequeunt, ad ſubſtantiam pertinere videntur: vt in precario quòd ad libitum concedentis reuocetur:[g] in venditione, quòd quis dominus eſt, in emptorem dominium transferat[h]: in ſocietate, quòd leonina non ſit[i]: in mandato, quòd gratuitum ſit[k]. Idemque & in mutuo dicendum, quod eiuſdem generis reddat[l]. quòd ſi quo pacto contrahentium, ſaluo contractu, tolli poſſint, non ſubſtantialia, ſed ſimpliciter naturalia dicentur[m]: vt in depoſito, quòd dominium non transferatur naturale eſt, vt ſuprà vidimus[n]. Sic & quòd venditor euictionem præſtet, naturam contractus reſpicit, quæ ex conſuetudine vires ſumpſit[o]: † qua 4
ratione & in mutuo, vt communiter traditum
B eſt, quòd eiuſdem bonitatis reddatur, naturale eſt: & ideo contraria pactione agi etiam à principio poteſt, vt debitor muſtum ſoluens pro vino veteri, liberetur: nec ideo minus talis contractus mutuum erit, vt Bartolus, Paulus Caſtrenſis alijque recentiores cenſuerunt[p]: quod intelligit Iaſon, dum tamen partes id egerint, vt ſit mutuum, alioqui contractus innominatus potius erit[q]: cui ego non adſentio, niſi cùm actum eſſet, vt nos ſolùm minus in qualitate bonitatis,
C ſed etiam minus in materia rei poſsit in certo caſu reſtitui. Sed cùm Iureconſultus hîc requirat idem in genere & in bonitate reddi, cur illud quidem ad ſubſtantiam, hanc verò ad naturam referimus[r], & non potius æqualiter determinamus? Reſpondeo, diuerſam rationem inter hæc ſubeſſe[s]. † Bonitas enim quædam qua- 5
litas eſt, quæ rem ipſam non immutat, vnde à ſubſtantia non parum differt[t]: videturque ita creditor paciſcendo, qualitatem hanc neglexiſſe, & æquè bonum id quod reſtituendum eſt
D ducere. At ſpecies ad materiam pertinet, quæ pro diuerſi generis ſpecie haberi non poteſt: quia † rerum non ex opinione contrahentium, 6
ſed ex rerum natura perpenduntur[u]. Sed an valebit pactum contractuſque mutui ſit, cùm actum eſt vt album pro rubro vino, vel acidũ pro ſuaui ſolui poſsit? Et putarim eſſe contractum
E mutui, † quia eadem vtriuſque eſt ὕλη[x]. quòd ſit 7
omnino acetum ſit, aliud eſſet: quod Odofredus Lancelotus, Purpuratus tradiderunt: ſicut ſi actum ſit, pro vino ceruiſiam, aut id genus fictitium reddi[y]: non enim horum eadem eſt ſub- ſubſtantia, vt etiam græco Iuliani imperatoris carmine teſtatum eſt. Sed quid è conuerſo, ſi vinum fugiens tibi dederim, vt proximis vindemiis nouum mihi reddas? Et conſtat eſſe mutuum, niſi quòd pactum id fœneratitij criminis ſuſpicione hodie non careret[z].
F a ❡ Vinum nouum.) Adnotant hîc Docto-
res, † vinum vetus precioſius eſſe nouo. Et ideo 8
patremfamiliàs frugi à Calendis nouembribus, quo tempore deferbuit vinum, muſtumque amplius non eſt, debere ex eo familiam alere, non ex veteri: quod & pupillorum tutores facere tenentur[a]. Habebant autem veteres vina vetuſta precioſiſsima, vt Plinius libro decimoquarto, capite quarto & ſexto oſtendit. Plautus in Aſinaria. Qui vtuntur vino vetere, ſapientes puto: & qui libenter veteres ſpectãt fabulas. Nam nunc nouæ quæ prodeunt comœdiæ,

a l. qui ſibi aut Titio. §. j. in fi. de ſolut. Bart. l. exhibitiõis. C. ad exhib.
b l. pacta cõuenta. vbi gl. de cõtrah. empt. l. iuris gentium. §. idem reſpõſum. de pact.
c l. ij. de vſufru. ear. rer. Bald. l. etiã. C. de execut. rei iudic. col. j.
d l. j. de vſufr.
e Bar. l. ita ſtipulatus. j. oppoſ. de verb. oblig.
f Bart. l. j. ℱ. de condict. indeb.
g l. cũ precar. ℱ. de precar.
h l. cum manu... ſi. de contrah. empt.
i l. ſi non fuerit §. ſi. pro ſocio
k l. j. in fi. man.
l l. ij. in prin. ſi. c.
m l. j. §. ſi conuenit. ℱ. de poſſe. gl. d. l. pacta.
n d. l. ij. l. de dio. §. j. de poſ.
o l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua de ædil. edict.
p Bart. arg. l. ſin. mio. §. final. ℱ. quando dies lega. ced.
q l. Titius. a fin. de præſcript. verb.
r l. iam hoc iure. de vulg.
s l. Caius. ſoluto mat. gl. §. hinc nobis. verbo, præſidium. authen. de hæred. falcid.
t l. vbi autem. de verb. oblig.
u l. iiij. de lega. ij.
x l. in venditionibus de contrahen. empt.
y l. ſi quis vinum de tritico, vino, ol. leg.
z c. conſuluit. c. nauiganti. vbi Abb. extrà de vſur.
a arg. l. iubemus j. C. de erog. milit. lib. xij.



mœdiæ, multò ſunt nequiores quàm numi noui. Vbi exemplo Doctorum noſtrorum & ipſe argumentabor de vino ad doctrinam & ad pe-
9 cuniam. † Sanè vinum vetus dicitur lapſo anno: Si enim muſtum à Calendis Nouembribus, quo tempore defæcatum eſſe incipit, nouum vinum dicitur[a]: apparet non prius vetus appellari, quàm aliud nouum collectum ſit[b]. Et ita ſentiunt plerique: qua tamen in re ad conſuetudinem regionis eſt attendendum[c]. Siquidem quibuſdam in locis nulla vina ætatem ſupra annum ferunt: vnde ſolent vetera appelare, quæ ſimpliciter liquida, limpida, defæcataque ſunt, ne alioqui nullum vetus vinum habere videantur. Argument. leg. fundus qui loc. de fundo inſtrument. Et ita Bartoli ſen-
10 tentiam rectè declarant recentiores. † Sed an quod in vino dicitur idem in tritico ſit, vt triticum nouum pro veteri reddi non poſsit? Et receptius eſt, non eſſe idem, quia ætate non augetur bonitas tritico, ſicut vino[d]: imò lapſi temporis imminuitur tritici æſtimatio[e]. Attendendum igitur principaliter non ad ætatem eſt, ſed ad bonitatem, ne deterior creditoris fiat conditio[f], Nam quod de vino hîc dicitur, ſolùm exempli cauſa adductum eſt, vnde minimè regu-
11 lam legis reſtringit[g]. † Sed an inuito creditore vinum vetus & ſic melius nouo mutuato reddi poſsit? Et videretur non poſſe, quia quod melius eſt, ſi inuito creditori ſoluatur, deterius cenſetur eſſe[h]: & quia inuito beneficium conferri nõ debet. Sed tamen vulgò in aliam ſententiam itũ eſt: quia quod optimum eſt, vtique bonum eſt[i]: vnde dicitur reddi non ſolùm eiuſdem generis, ſed etiam eiuſdem qualitatis. Intelligitur autem melius non ſolùm guſtu, ſed etiam perpenſo futuri temporis periculo. Quid enim ſi tibi vinum nouum mutuo dederim, & tu inſtantibus vindemijs vetus reſtituere velis, quod veriſimile ſit fore, vt quàmprimum aceat? Rectè enim Salic. cenſuit, non cogi creditorem, vt vetus illud pro nouo accipiat: & ideo per oblationem talis vini in mora nõ conſtitui[k]. quem & hoc caſu ſequor[l], & ab Alex. argumentis defendendum tali ſpe-
12 cie cenſeo. Sed an † pro vino albo rubrum, aut vermiculum reddi poſsit? Et ſi ita conuentum ſit, ſuprà concluſi, eſſe mutuum. Sed ſi ſic conuentum non ſit, videretur non poſſe: diuerſæ enim ſunt qualitatis[m]. Nec hîc dici poteſt, quod albũ eſt, vtique & rubrum eſſe meritò, ergo eiuſdem qualitatis rem reſtitui non videtur[n], vt Soci. rectè cenſuit. Sed quoniam de vino vetere ad veterũ Doctorum relationem Accurſius argumentatur, non pauca hîc recentiores congerunt, quæ nos ambitioſis, & qui aduerſus Euangelium primas cathedras amant in conuiuijs, legenda relinquimus, ad vtiliora properantes.
13 b ❡ Pro cauto habendum.) † Quę ergo tacitè inſunt, pro expreſsis habentur. Sed an id propriè ſit? Et Aretinus Deciuſque ex fictione legis id eſſe arbitrati ſunt[o]: † quia verbum, habetur, &
14 verbum, intelligitur, fictionem ſignificant[p]. quod & ex dictione, Pro cauto, colligi poteſt. Vnde conſequens eſt, vt talis tacita diſpoſitio non hominum, ſed legis diſpoſitio cenſeatur. Sicut & id quod intereſt in obligationibus facti, non ex diſpoſitione hominis, ſed legis debetur: quod Bartolus tradidit. Bartolus leg. cum ſtipulatus. de verborum obligatione. Nam & ius accreſcendi à lege prouenire cenſetur, tametſi voluntas teſtatoris talis pręſumatur[q]. Sed hanc ego ſententiam libro de verborum ſignificatione tertio reprobaui, quia aduerſus communẽ interpretationem eſt, qua traditur, poſſe inter partes agi, vt minoris bonitatis mutuum reſtituatur. Conſtat igitur, non ex fictione id induci, quæ etiam in caſu claro locum habet, & ideo probationem in contrarium non recipit: Gloſſa capitulo is qui fidem. de ſponſalibus. † ſed ex præſumptione, quæ in dubio 15
fit, ita à partibus actum videri facit[r] vnde talis diſpoſitio hominis, non autem legis cenſetur. lege non vtique. in principio, vbi Iaſon infrà
B quod certo loco, Bartolus lege conditiones, extrinſecus, infrà de conditionibus & demonſtrationibus. Secus ſi ei renunciari à partibus non poſſet[s]: vel eam legem introduxiſſet, minimè attenta partium intentione: Bartolus dicta leg. cùm ſtipulatus. qua de re alibi diffuſius[t]. Hincque apparet, probari parem eſſe expreſsi tacitique vim atque naturam[u], quod tamen proce- 16
dit, cùm de tacito, id eſt, præſumpto loquimur. †
Præſumptio enim veritatem imitatur[x]. Sed
C quia huiuſmodi præſumptio contrarijs coniecturis quandoque tollitur, quandoque imminuitur[y], in primis ad eas attendere oportet, & perpendere quatenus lex præſumat: quo fit, † 17
vt quandoque minus in tacito ſit, quàm in expreſſo: meritoque tum de prædicta regula ſit limitandum. Quod quibuſdam exemplis oſtendi poteſt: veluti cùm pater pupillo expreſſe ſubſtituit, excluditur mater[z]: quia verba hoc indicant. at in tacita pupillari[a], ſecus eſt: quia non
D præſumimus id actum à patre, vt aduerſus charitatem parentum voluerit matrem à luctuoſa filij hæreditate excludi[b]. Sic & pater ſuo hæredi ſubſtituens, ſi hæres non erit, neceſsitatem immiſtionis videtur ſuſtuliſſe[c]: quippe verba hoc inferunt. At ſi pupillariter ſubſtituat, ſecus eſt: l. ſi pupillus. verſ. cæterum. de acquirenda hæreditate. tametſi in ea tacitè vulgaris ſubſtitutio inſit. Sic cùm pater filio ſubſtituit, expreſſa conditione, ſi deceſſerit ſine liberis: propter naturales, cõ-
E ditio deficit[d]. At ſi non expreſſerit, ſecus eſt, & à ſolis iuſtis filijs excludetᷓ ſubſtitutus[e]. Lex enim quæ tacitè eam conditionem ex præſumpta teſtatoris voluntate ſubaudit[f], non tantùm pro naturali præſumit, ſicut pro iuſto. Sic ex legato expreſſo ſtatim transfertur dominium[g], cùm ſecus ſit in eo, quod tacitè & ex ſequela quadam debetur. Non tranſit enim dominium in præiudicium collegatarij, idque ex præſumpta teſtatoris mente[h]. Sic teſtator legando ſub conditio-
F ne expreſſa, id videtur voluiſſe, vt defuncto legatario ante conditionis euentum nihil tranſmitteretur[i]. Quod ſi cõditio tacita ſit, ſecus eſt[k]: quia lex huiuſmodi tacitas conditiones introduxit, vt ad teſtamẽti valorem pertinerẽt[l], non vt quicquam legatario incõmodi facerẽt. Sic tacita legati à ſubſtituto repetitio, ſub eadẽ die & cõditione facta intelligitᷓ[m]: ſecus in expreſſa[n]. † In am- 8
biguis enim, nõ in claris locus eſt coniecturis[o]: latiorq; in expreſſo caſu plerũque fit interpretatio, quã in tacito, cũ coniectãdum eſt qd teſtator

L. 3. Cũ quid mutuum.

a d. l. iubemus.
b l. vetus. de vino, trit. ol. leg.
c d. l. ex vſu. de triti. vino. l. lega. §. ſi. de leg. iii.
d l. i. de cond. in pu. hor. li. x. C.
e Gl. l. i. C. ſi aduerſ. vſuca. vbi Bald.
f l. Paulus. de ſolutionib.
g l. i. §. quod vulgò. de vi & vi ar.
h §. plus. verſicu. præterea. Inſti. de act. l. ſi. de vſu. & hab.
i l. vbi autem. de verb. oblig.
k l. ſi ſoluturus. de ſolut.
l l. ſi vina. ii. in fi. de peric. & cõmo. rei vend.
m d. l. ſi. de vſu & hab.
n Arg. l. res in dotẽ de iure dot.
o Aretin. l. iiii. §. Cato. oppo. v. de verb. oblig.
p l. vnĩ. in prin. C. de rei vxo. act. l. prætor. §. ſiue autem. vbi Iaſ. de ope. no. nũc.
q l. ſi in teſtamẽto. vbi Bart. de vulg.
r Gl. l. i. §. accedit. C. de rei. vxor. act.
s d. l. ſi in teſtam.
t d. §. Cato. v. op.
u l. hæreditatem. de don.
x l. ſi. de probat.
y l. cum de indebito. de probat.
z l. Papinianus. §. ſed nec. de inoff. teſt.
a l. precib. C. de impub. vbi notatur.
b l. ſi. C. de inſtit. & ſubſtit.
c l. ſi filius qui patri de vulg.
d l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebel.
e l. generaliter. §. cum autem. vbi not. C. de inſti. & ſubſtit.
f l. cum anus. de cond. & demõ.
g l. à Titio. de fur.
h l. ſeruũ filii. §. fin. de leg. i.
i l. i. §. ſin autem. C. de cad. tol.
k l. cõditiones extrinſecus. ℱ. de cond. & dem.
l l. iii. de leg. i.
m l. cũ pater. §. albi inſti. de leg. iii.
n l. ſi cui ſer. §. ſi. de leg. i.
o Gl. l. cõtinuus. §. ii. de ver. ob.

volverit[a].quod & in iudicijs procedit[b],& in le-
gum interpretatione, (in his enim† quod tacitè
19 in vno capitulo ſubauditur,ad proximum trahi
non debet[c]) & generaliter in omni materia, in
qua ratio aliqua differentiæ inter expreſſum
& tacitum reddi

**agi intelligitur [a], vt**

poſſet[d]. Vnde &
qui expreſſe teſta-
toris prohibitioni
aduerſatur,maiores dat pœnas,quàm qui contra
eam faciat,quæ tacita fuerit[e].Plus enim plerun-
que contemnit, qui aduerſus expreſſum præce-
ptum facit[f].Sanè quotieſcũque lex aliquid ex-
preſſe fieri requirit, non eadem eſt taciti & ex-
20 preſsi virtus. † Requirit autẽ id variis ex cauſis:
quandoque quia de odioſa aliqua re tractetur,
21 de qua veriſimile ſit in dubio actum non eſſe[g]: †
vt in diſpenſationibus, quæ non niſi expreſsim
ſolent induci,quia iuri communi aduerſantur[h]:
quandoque quia lex pro forma expreſsionem
verborum requirit, vnde taciturnitas non ſuffi-
ceret[i]: quandoque quia materia ſtricti iuris eſt,
nec bene conſtare poteſt quid actum ſit[k].quãdo-
que quia agatur de tollendo priore iure,quod tã
facilè extingui non debet[l]. Vnde & non paucos
caſus reperire eſt, in quibus quia de reuocando
actu agitur, non idem pollet tacitum, quod ex-
22 preſſum. † Quapropter clauſula derogatoria
expreſſa, per tacitam ſubſequentem contrariam
voluntatem nõ reuocatur[m], cùm per expreſſam
ſecus ſit[n]. Sic teſtator expreſſe tranſlato legato
videtur priori ademiſſe: tametſi ſequens datio
inutilis ſit[o]. At ſecus eſt cùm tacitè id agitur[p].
Qua ratione alienatione voluntaria, ſed inutili,
legatum expreſſum non reuocatur, tacitum re-
uocatur[q].Sic & creditor alteri diſiunctiuæ parti
expreſſe renuncians, ab altera quoque excludi-
23 tur[r]:quod ſecus eſt,ſi tacitè id fecerit[ſ].† vnde re-
gulariter traditũ eſt,vt actus iam perfectus vitie-
24 tur,expreſſa non rarò plus pollere tacitis[t]:† erro
remq; expreſſum magis nocere, quàm tacitum
[u]:quod pluribus exemplis alij proſequuntur[x].
Atq; hinc eſt, quòd ſi lex municipalis executio-
nem in promptu concederet documentis publi
cis,quatenus in eis aliquid expreſſum eſt: non
cenſeretur id conceſsiſſe eorum reſpectu, quæ
tacitè in eis continentur[y]: quod & Decius hîc
tradidit:cùm ſecus eſſet, ſi ſtatutum ſimpliciter
executionem publicis documentis indulgeret[z].
25 † Cùm enim lex expreſſe aliquid fieri mandat,
non ſufficit tacitè fieri[a].Sanè & quando quæ lex
expreſsionem verbi cõſiderat, quia ex ea magis
ſibi de mente liquet:vt in tractatu iuris accreſ-
cendi proditum eſt[b].vnde qui expreſsim eadẽ
verborum ſtructura,ad eandem rem ſunt vocati,
coniuncti re & verbis dicuntur[c]: licet tacitè actũ
cenſeatur, vt viriles partes habeant[d], cùm ſi ex-
preſſum de virilibus partibus eſſet,verbis tantũ
26 coniũgerent[e].Sed hæc quod † ad hanc ſpeciem
taciti præſumpti pertinet,ſatis.Aliud eſt tacitũ,
quod non ex præſumptione,ſed ex legis diſpo-
27 ſitione eſt. Et in hoc etiam † regula eſt, paris eſſe
cùm expreſſo virtutis[f]. Quandoque tamen fit
alia interpretatio,propter diuerſitatem rationis
quæ inter expreſſum & tacitũ eſt.Exempli cau-
ſa:Quod ex preſcriptione inducitur,tacitè quen
dam conſenſum partis habet[g]:ſed & vlterius le-
gis adminiculo ſuſtinetur[h]: & ideo quia plus
poteſt lex quã contrahentes ipſi,aliqua quando-
que tacito lapſu temporis fiunt,quæ nullo par-

a l.fin.in prin. de leg.ii.
b Gl.pen.cle.ſæpe. de verb.ſig.
c gl. j ver.ſi quis. vbi Alex.§. qđ quiſ.iur.
d l. volũtariè. C. de excuſat. tut. Fel.c. accedẽs. col. pen. vt lite non conteſt.
e l. cum pater.§. libertis. vbi gl. de leg.ii.
f Bald.l.ſi pacto. col. fi. de pact.
g Gl.c.ij.extrà.de ſchiſma.
h Dec.c.ſi quando.col.pen.de reſcr.
i l.i.de verb.obl. l. iubemus. C. de teſta.
K l. quicquid. de verb.oblig. l.ſi.C.de noua.
l
m d.l.fin.in prin. de leg.ij.
n l.ſi quis.in prin. de leg iii.
o l.planè in prin. de leg.i.
p l.ſi iure.vbi Bartol. de leg.iii.
q l.ſeruũ.§. ante pen.de leg.i.vbi gl.& Iaſ.
r l.ſi vnus.§.ſed ſi de pact.
ſ Bar.l. ſi quis ſtipul.ad fin.prin. de ver.oblig.
t l. expreſſa. de reg.iur.
u Glo.l.ex diuerſo.§.fi.ſol.mat.
x Barb.conſ.40. col.6.in 2.
y But.Imol.Fe.c. iii. de conſtit. col.ii.
z Bator.l.i de his quæ inteſt. de len.moder.l.iuriſgen.§.quod ferè.de pact.
a Iaſ.l.prætor. in prin. de oper. noui nunc.
b Bal.l.ſi fortidianum.C.de leg.
c l.triplici.de uerbo.ſig.
d l.legata.§.i.de leg.i.
e l. ſi duo.§. fin.de leg.i.
f l.non impoſsib. de pac.gl. rub. C.de decr. dec. lib.x.Abb. c.dilect. col. 1. de for.comp.
g l. alienationis. de verb.ſign.
h Gloſ. l.ſed ſi inter.in princ. de ſeru.urb.præd.

tium conſenſu fieri potuiſſent[i].Hinc eſt,quòd fi-
lius bonorum poſſeſsionem expreſſe repudiãs,
patri non præiudicat[k]:& tamen ſi permiſerit la-
bi tempus à prętore conſtitutum,præiudicat[l].† 28
Item excluſus repudiatione expreſſa in hære-
ditate paterna,rurſus admittitur[m]: ſed excluſus
tempore nunquam admittitur[n]: quod intelli-
gendum eſt, ſi tantum temporis lapſum eſt, vt
ab omnibus edicti capitibus excluſus ſit[o]. Ad
A hanc ſpeciem pertinet, † & cùm quis ex negli-
gentia alicui nocet, cùm tamen expreſſe non 29
poſsit :vt in curatore, qui exceptioni perem-
ptoriæ renunciare non poteſt[p], & tamen eam
non opponendo, adoleſcenti præiudicat[q].
Quod aliqui & ad eum,qui Eccleſiæ præpoſitus
eſt,extendunt, vt negligendo illi obeſſe poſsit[r].
Hinc eſt, quòd iuramentum calumniæ expreſ-
ſe remitti non poteſt,diſsimulando poteſt[ſ]. Mi-
les alterius procurator,etiam volẽte aduerſario,
B eſſe nõ poteſt:at ſi nihil obijciat,valebit iudiciũ[t]:
adminiculatur enim propter rei ad vlteriora
progreſſum lex actui, illumq; ſuſtinet, quamuis
expreſſa conuentione id fieri non potuiſſet[u]:
quod & alijs exemplis Iaſ.hîc oſtendit[x].Rurſus
è contrario, † quædam fieri conſenſu poſſunt, 30
quæ lex ipſa non facit[y]:vnde quandoq; accidit
vt aliqua expreſſe partium conſenſu fiant, quæ
tacitè à lege fieri iuſtè nequeunt[z]:vt meritò dica
tur,Lex tibi ſuum, non tuum aufert auxilium.
C Hincq; eſt,quòd hypotheca dotalis tacitæ ſeu
legali aliorum hypothecæ præferatur, conuentę
non præferatur[a]. Hinc & Bar. generaliter dixit,
non parum noſtra referre, vt quis expreſsim no-
bis obligatus ſit,potius quàm tacitè[b]:quod va-
rijs exemplis oſtendi poſſet[c]. Et hæc de tacito
legali ſufficiant.† Supereſt tacitum,quod conſe- 31
cutiuum appellare poſsis.In quo ſciendum eſt,
regulariter quoque parem eſſe eius taciti & ex-
preſsi virtutem[d].Vnde quod expreſſe fieri non
D poteſt,nec tacitè poſſe[e]: ſed hoc ſublato expreſ-
ſo,tacitum quoque illud extinguitur[f]. Quia ta-
men in conſequentiam id tacitum venit, debi-
lius aliquando operatur: vt in eo qui remittit
debitum, cenſetur enim & pignus remiſiſſe,
non quidem ipſo iure, ſed per exceptionem[g].† 32
Rurſus quandoque in ſequelam quædam ad-
mittuntur, quæ expreſſe non concederentur[h]:
idq; in delictis, quàm in contractibus. Ecce,cle-
ricus iuriſdictionem alius iudicis prorogare,
E abſque epiſcopi ſui licentia expreſsim non po-
teſt[i],& tamen tacitè & directè poteſt[k]. Idem fo-
ro ſuo renunciare non poteſt,quia toti ordini be
neficium illud indultum cenſetur[l], & tamen
contrahendo, vel deliquendo poteſt[m].

a ¶ Agi intelligitur.) Agi tacitè intelligitur
propter naturam contractus: vnde ab vtroque
præſumitur ita actum fuiſſe.† quæ coniectura fa- 33
cilius in vltimis voluntatibus ſumitur, quàm in
contractibus: quia in contractibus ſemper alte-
F ra partium,in cuius damnum tendit ſubauditio,
reclamat[n]: & ideo interpretatio ſolet potius
pro promiſſore fieri[o]. In vltimis verò volunta-
tibus ſolum attendimus, quid veriſimiliter te-
ſtator ſenſerit,vnde facilius fit hæc ſubauditio[p]:
quod pluribus exemplis libro de verbor. ſigni-
fic. III. explicauimus. Hinc videmus, ſi res ad
caſum deueniat, in quo veriſimile ſit teſtato-
rem aliter diſpoſiturũ fuiſſe, ab eius ordinatio-
ne recedi poſſe[q]: at in contractibus ſecus eſſet[r].
Sanè illud commune eſt † tam teſtamentis quàm 34
contra-

i l.aduerſus.C.de uſu.c.ii. de do. & de quarta. de præſcr.
K l.ſi.in prin. de bo. quę li.
l l.i.C. qui admi. vbi Bal.& Mod.
m l.ſi.C.de repu. hæred.
n l.iii.C. de iuris & fact.ign.
o l.i.§. ſed videndum.de ſuc.ed.
p l.ſi quis de. leg. de nouat.
q Bald. & mod.l. pactũ cu.de pa.
r Fel.c.cũ acceſsiſſet.pe. char. de conſtit.ver. tertia concluſio.
ſ l. ii.§. ſed ſi veremur.vbi glo. C.de iur.cal.
t l.filiusfam.§.veterani. de pro.
u Dec. c. iurauit. col.fi. de prob.
x Gl.c.ſi fortè. de elect.in 6. uerb. euidentem.
y l. nã ſatis. verſ. poſſunt. quemadm ſer. amitt.
z l.qđ placuit. de iur.fiſ.gl.l.i.C. ſi aduerſ. vend.
a l.aſsiduus.C.qui potio. in pig.in gl.mag.
b Bar.l.ſi quis ſub cõditione. col. pe.de teſt.tute.
c l. eſt differẽtia. in qui.cau. pig. ta.contr.
d l. ſi ſpõſus.§.i. de don.int.vir.
e Gl.l.item quia. in prin.ſ.de pa.
f l.item.§.fin. de ſer.ruſt.Bar.l.ſi fideiuſ.de leg.i. l. maior. C. de pig.
g l.ii.C.de remiſ. pig.gl.l. ſi tibi. §. de pignore. ff.de pact.
h l.i.de aut. tut.l. cõditiõib. pup. de cond. & de.
i c.ſignificaſti.de for.comp.
K c.dilecti.eo. ti. Caſtr.l.i. ſi quis in ius voc.
l c. ſi diligenti. de for. comp.
m c. Ro.§.cõtrahẽtes.eo.t.in 6.
n l.an inutilis. de accept.
o l. quicquid. de verb. oblig.
p l.teſtatrix.ſi ſerui.vend. l.in võdendo. de contrahen. empt.
q l. in confirmãdo de cõfir. tu.
r l. Lucius. de euic.l. ſicut. C. de act.& oblig.



contractibus, vt ſi in eis forma ſeruata non ſit,
omnino pereant:veluti ſi in teſtamentis nulla ſit
hæredis inſtitutio[a]: in ſtipulatione, ad interro-
35 gatum reſponſum non ſit[b]. Idemque & de † ſo-
lennitate dicendum: vt ſi in teſtamentis ſeptem
teſtes non adfuerint[c]: in pupillorum contracti-
bus tutoris vel iudicis,cùm de alienandis immo
bilibus agitur, deſit autoritas[d]. Forma enim eſt,
36 † quę eſſentiam rei præſtat[e]. Vnde & de ſubſtan-
tia idem dicimus: vt ſi in teſtamento deſit volun
tas, vt quia furioſus aut impubes teſtatus eſt[f]:
aut in contractibus deficiat conſenſus[g]. quod &
ad materiam protrahendum eſt, nam & ea con-
tractui perficiendo neceſſaria eſt,vt res ex vendi-
toris[h],precium ex emptoris parte[i]. His igitur ca
37 ſibus actus ipſi omnino pereunt. † Quòd ſi ho-
rum aliquid non deficiat, ſuſtineri poſſunt, & ex
præſumptione aliqua eius quod tacitè actum ſit
confirmari: qua in re plures coniecturas hîc enu
merat Bartolus. Prima eſt, quæ ex natura actus
38 prouenit, de qua lex noſtra loquitur. † Semper
enim qui quicquam agit, voluntatem ſuam ac-
commodare legi de eo actu tractãti intelligitur[k].
Vnde & ex tali natura ſubaudiuntur conditio-
nes[l],& verba impropriè accipiuntur[m], & ſi gene
ralia ſint, ex actus natura eorum fiet reſtrictio[n]:
quod diffuſè lib.de verb.ſignif.1. oſtendi. Vnde
infert Socinus vendito fundo cum omnibus iu-
ribus quæ venditor ibi habebat, non cenſeri e-
tiam iuriſdictionem venditam[o]: quia ex natura
alienationis rei particularis non eſt,vt ſecum iu-
riſdictionem trahat[p]: quod Bartol. videtur ſen-
ſiſſe[q]. Traditum quoque eſt, clauſulam decreti,
quam vocant,ſecundùm actus naturam interpre
39 tationem accipere[r]. † Sanè quę certam naturam
habent, ea tacitè intelliguntur: ſed ſi ex omiſſio-
ne incertitudo ſit, ſecus eſt: vt cùm de iis agitur,
quæ vario modo ſolent interponi: quod Fulgo-
ſius hîc tradidit, argumento precij quod in ven-
ditionis tractatu non eadem quantitate promit-
ti ſolet[ſ]. Sed ego id ad materiam ſubſtantiamq;
pertinere magis crediderim,quàm ad naturam[t].
Secunda coniectura eſt ex conſuetudine:ſolet e-
40 nim dici, † conſuetudinem alteram naturam eſ-
ſe[u]. Vnde procurator,cui ſimpliciter mandatum
eſt aliquid fieri, poteſt omnes clauſulas & pœ-
nas adiicere, quæ in talibus adiici conſueuêre[x].
Poteſt & vſuras promittere[y], & pignora præſta-
re[z]: Poteſt & renunciare beneficio legali, ſi ita
fuerit conſuetudo[a]. Poteſt & pleraque alia, quæ
à Iaſone Felinoq; aliàs collecta, ſtudioſis in prõ-
41 ptu ſunt[b]: adeò enim † conſueta in contractibus
apponi, pro appoſitis habentur, vt etiam ſi de re
odioſa tractetur,qualis eſt analogiſmus, ſeu vſu-
rarum vſuræ,tamẽ adhuc regulæ ſit locus: quod
Alexander ex facto reſpondit[c]. Idemque in diſ-
penſationibus reſponſum extat[d]:idemq; & cùm
quis in pœnam, ipſe in ſubſidium obligaretur[e].
Nec refert,ea conſuetudine præſcripta ſit, an id
minus[f]: ſufficit em̃ aliquod tempus eſſe lapſum,
totque actus interueniſſe, vnde conſuetudo in-
duci potuerit[g]:alioqui ſi qua rarò & incerta ero-
gatione præſtita appareant,vix eſt vt ad conſue-
tudinis effectum pertineant[h]: ſicut nec ea quæ
meræ facultatis ſunt[i]. Non procedit tamen hæc
42 coniectura in iis, † quæ de actus ſubſtantia ſunt:
ea enim omnino exprimi debent, alioqui peri-
ret actus[k]. Idem in iis, quæ,vt dixi, certam for-
mam non habẽt,ſed variè ſolita ſunt obſeruari[l].
43 † Sed & ſi qua ſolennitas ſit,quæ extrinſecus ad-

a l. iubemus. Co. de teſtam.
b l.j.de verb.obl.
c l.hac conſultiſſima. C.de teſt.
d Dd.l. vniuerſa. C. de prec.Imper.offic.
e l. Iulianus.§. ſi quis rẽ ad exhi.
f l.generali.C.de ſacroſ.eccle.
g l.cum Aquiliana. de tranſact. l. ſi per errorẽ. de iuriſ. om. iu.
h l. in venditionibus. de cõtrah. empt.
i §.preciũ.Inſtit. de empt.
k Bal.l.ſi duo. de acq.hær.
l l.quæro.ſ.loca.
m l.ſi vno. loca.l. inſulam.de pręſcript. verb.
n l.damni infecti quid. in princ. de dam. infect.
o Bal.l.à procuratore. C. mand.
p l.pupillus.§.territoriũ. de ver. ſignif.
q Bart.l.j.in ſi. de iuriſd. omnium iudic.
r Clem.j.de conceſſ.præb. Feli. c.ij. colum. iiij. de conſti.
ſ d.§.precium.
t Bart.l.ſciendũ. iiii.oppoſ. ff.de verb.oblig.
u l.j.ad Mac.Bal. l.contractus. 4. col.de fid.inſtr.
x l.bene à Zenone. verſ. ſed curatores. vbi Baldus C.de xl.pręſcript.
y Rom.l.iii.§.iurari.ſ.tit.j.
z l. vel vniuerſorũ.de pig.act.
a Bartol.l.fraudator.de iis quę in fr. cre. in l. nemo. de duobus reis.
b Iaſ. l. vt liberis. C.de collat. l. certi.§. ſi nummos.ſ.eod.Feli. c.cũ M.de conſtit.
c Alex. conſ.107. col.pen.in 2.
d Abb.conſ.88.in i.colum.fin.
e Abb.cõſ.16.in 1.
f Aretin.conſ.11. col.fin.Dec.48.
g Alexan. d.conſ. 107.col.pen.
h l.Seio. §.medico. de ann. leg.



**L. 3. Cũ quid mutuum.**

di ſoleat, non præſumetur[m], tametſi conſuetum
ſit eam apponi: qualis eſt diuini nominis in in-
ſtrumentis inuocatio[n]. Illud quoq; credendum
eſt,in iis quæ ab vnius voluntate pendent,ſi clau
ſulam ſolitã notarius adiecerit,† præſumi quan- 44
doque magis ex vſu adiectam, quàm quòd ita a-
ctum ſit. vnde clauſula codicillaris aduerſus
poſthumum,patre inſciente prętęritum, nullius
momenti erit[o], videturq; potius ſcribarum mo-
A re adſcripta: qua de re à nobis alibi diſputatum
eſt[p]. Sunt tamen qui idem quoq; cenſuerint † in 45
contractuum clauſulis[q], quando veriſimile eſt
neutram partium earum vim perpendiſſe: vt in
compromiſſo, quo partes renunciarunt læſioni,
etiam enormiſſimæ[r]: ante enim arbitri ſenten-
tiam non eſt veriſimile quenquam cogitaſſe, vt
ingens damnum eo laudatiuo ferret, idque præ-
ſumpto ex dolo[ſ]: quæ ratio regulariter in aliis
contractibus ceſſat: & ideo † tales clauſulæ ſoli- 46
B tæ,ſemper præſumuntur fauore alterius ex con-
trahentibus adiectæ, vnde affectus ſunt pluri-
mi[t]: licet Curtius & Andreas Siculus quandoq;
aliter reſponderint[u]. Tertia coniectura eſt, quæ
ex præfationibus adſumitur. Siue enim de con-
tractu quocunq; agaẽ, ſiue de ſentẽtia,reſcripto,
lege,decreto,ſtatuto,† ſemper ex præfationibus 47
certiſſimè deprænditur, quid actum ſit[x]: quod
pluribus exemplis Purpur. oſtendit. Nec enim
dubium eſt, ex præcedentibus declarari ſubſe-
C quentia[y]: quod mihi videtur producendum, e-
tiam ſi ex interuallo præceſſerint: nec enim † vo 48
luntas etiam longi temporis lapſu mutata præ-
ſumitur[z] : & qđ, quis teſtamento præfatus eſt, ad
codicillos quoque tempore ſubſecutos protra-
hitur[a]. Receptumque eſt, mentem teſtatoris e-
tiam ex iis deprændi,quæ extra teſtamentum di
xerit[b], atque id quidem ex interuallo[c]: † quia a- 49
ctus quantumlibet perfecti, declarationem ex
poſt facto accipiunt[d]. Sed hæc in vltimis volun-
D tatibus procedunt. Bart. verò † in contractibus 50
aliquid ſenſiſſe videtur: quia qui fundum vendi-
dit,præfatusque eſt ſe ſibi ſeruitutem pro proxi-
mis ſuis ædibus retenturum, ſi deinde ſimplici-
ter tradat, non videtur eam ſeruitutem ſibi reti-
nuiſſe[e]. Sed id non eſt, quia à præfatione receſ-
ſum videatur: apparet enim repetitam cenſeri,
& ideo condici poteſt:ſed quia ſeruitus ius in ea
re inducit, quod ſicut in corporalibus non niſi
traditione transfertur[f], ita in ſeruitutibus con-
E ſtitutionem patientiamq; requirit[g], meritò agit
venditor, vt quod in præfatione actum eſt, ſibi
emptor præſtet. Defendi tamen Bartoli ſenten-
tia poſſet, cùm iuſta eſt contrahẽtis exiſtimatio,
à proteſtatione receſſum ex veriſimili aliqua cau
ſa credentis[h]: quæ coniectura in contractibus fa
cilius, quã in vltimis voluntatibus capitur: qua
de re nos alibi plura[i]. Sed de coniecturis hacte-
nus: † ſunt enim plurimæ[k], quæ ex facto oriun- 51
tur, & difficulter colligi omnes poſſunt[l]. Sed qđ
F ſi quis dixerit, † Tolle has pecunias, qualem con 52
tractum præſumemus?Et ſi ex coniecturis diſcer
ni non poſſit quid actum ſit, videtur, ſi pecunia
ſub numero data eſt,eſſe mutuum, aliàs verò de-
poſitum: tranſeuntque ferè recentiores in hanc
ſententiam[m]. ego accepi,† ceſſantibus coniectu- 53
ris, nõ eſſe à vi verborum recedendum[n]. Vnde ſi
dictum ſit, Concedo tibi hanc pecuniam: † ver- 54

i c.quod tranſlationem.vbi Abbas, de offi.leg.
k l.teſtamenta.C. de teſtam.
l Bart. d.l. ſciendum. 4. oppoſ. Alex.cõſ.5.in 5.
m l.quęcunque.§. fin.de publ. l.ii. d.l.ſciendum.8. limitat.
n Gl. authent. vt præpo.no.Imp. verb.autore.
o Bart.l.1. q.6. de iur.codic.Aret. conſ.vlt.col.fi.
p l.i.§.ſi quis ita. 3. not. de verb. oblig.
q l.fi. C.de fidei.
r Ab. c.cũ contingat. verſ. nouus caſus. de iureiu.
ſ l. creditor.§. Lucius. man.
t d.l.fin.C.de fid.
u Curt.conſil.50. col.12.67. col.6. Barb. conſil.42. 48.58. in 1.& 16. 34. 43. 60. in 2. Socin. 250. col. fin. in 2.
x l.Titia. §.idem reſpõdit. de verbor.oblig.
y l. ſi ſeruus plur. §.fi.de leg.i.
z l. ſancimus. C. de teſtam.
a l.ſi quis.in prin. de legat.iii.l.talis.in fi.de leg.i.
b Bart.l.ii. col.fi. de vulg.
c Bal. l.precibus. col.ii. de impu.
d l.hæredes.§.ſed ſi notã.de teſta.
e l. binarum. de ſer. vrb.præd.l. ſi tibi liberum. de act.empt.
f l.traditioni. C. de pact.
g l. iii.§. ſi itẽ. de acti.empt. l.ſed & ſi.§.fi. de condi. ind. vbi Moder.
h l. per retentionem. C.de vſur. glo. l. pacta nouiſsima.Cod.de pactis.

i l.deteſtatio.col. 6.de verb.ſig. k Gl.l.ſemper in ſtipul. de reg.iur. l Bar.l.ſi.in prin. quod metus cauſ. m Cyn.l.incendium. Cod.eod.Paul.Alexand.Mod.hîc. n l.Lucius.depo.l. nõ aliter. de legatis iii.

a l. ſin. in prin. de don. l. pro- | 55 bum Concedo, donationem ſignificat[a], Idē ſi dictum ſit, † Do tibi: illud enim verbum ad tranſlationem dominij refertur[b]. Et cùm non appareat quicquam de reſtitutione actum, ſequitur eſſe donationem[c]. Nec multum facit cauſa, cùm ea in promiſsione vel traditione ſimplici neceſſaria ſit[d]. Cùm verò id agitur, vt dominium tráſferatur,

eiuſdem generis, & eadem bonitate ſol- | uatur[a], qua datum ſit.

quod verbum Do, indicat, nuſquam legitur eius expreſsio neceſſaria, sed donationis cauſa datum præſumitur[e]: vt meritò Petri ſententiam Alex. hîc ſequatur, tametſi eam nimis reſtringat. Quòd ſi dictum ſit, † Præſto tibi, Trado tibi, & ſimilia verba, propius vero eſt, vt inter latinè loquentes dominium tranſlatum non cēſeatur[f], quia verba id non inferunt. Cùm igitur

57 dictum eſt, † Tolle hanc pecuniam, non videtur aliud ſignificari, quā vt auferat: nec quicquā verba indicant de tranſlatione dominij. Ergo videretur dicendum nec donationem, nec mutuum eſſe, ſed potius depoſitum, tanquam ei cuſtodia mandata ſit[g]. Nec me mouet q, aiunt, eum qui numerat videri mutui cauſa id facere: quia cōiectura hęc leuis eſt. Quid enim ſi numerauit, quia vereretur ne quicquam ex depoſito ſubtraheretur? Sed certè melius eſt, in hoc opinionum conflictu mediam viam eligere[h], vt nullum dominium transferri (quod Fulgoſ. & Imola tradiderunt) depoſitumq́; eſſe cum Bal. credamus[i], ſed id quo tantundem in genere reſtitui poſſe, ex numeratione actum cēſeatur[k]: quod ex Cyn. Paul. Alex. ſentētia eſt. Qua ratione propter incertitudinem, quid reſtituendum ſit, an idem, an tantundem, actio quoq; præſcriptis verbis competere poterit[l], quo caſu Pontani ſententia de-

58 fendi poteſt. Et hæc in caſu dubio procedunt: † quandoq; enim ex coniectis donatio præſumitur. Nam, cùm id verbum, Tolle, vel Aufer, vel Accipe, non abhorreat à donatione, facile eius præſumptio capietur, ſi aliquod ſignum id ſuadeat, veluti ex diuitijs dantis, & indigentia accipientis[m]. Non enim veriſimile eſt, donum modicum potius factum non eſſe[n], cùm munificentia in diuite laudabilis ſit, eiuſq; honorem au-

59 geat[o]. † Idem dicendum eſt, quoties coniunctio aliqua hoc ſuadet, puta ſanguinis ſeu affinitatis, vel magnæ amicitiæ[p], etiam ſi illicito modo coaluerit[q]: vnde multò magis, ſi honeſta ex cauſa proceſſerit[r]. Poſſet tamen adeò graui precioſaq; de re agi, vt ex ſola cōiunctione donatio nō eſſet præſumenda, niſi aliæ coniecturæ id ſuaderent[s].

60 † Sed & benemerita non modicū in hac re ſignū faciunt[t], quatenus ſcilicet eis antidora reſpondeant[u]: non quòd quandoque merita huiuſmodi non ſint, vt precio numario æſtimari nō debeant[x], ſed quia præſumptiones veri ſimilitudini innituntur. At vix eſt, vt quis pro officio maxima, id eſt, duplici æſtimatione facultates repēdere velit[y]. Sed quid ſi donator errauerit in meritis, quia deinde deprendit, quòd ille male erat meritus? Et fortè verius eſt, conditione ſine cauſa dationem reuocandam[z], argumento eius quod Bartolus in Cœnobiarcha cenſuit, qui fructus agelli nouiter laureato doctori donauerat: quem deinde expectationi ſuæ imparē, minusq́; inſtructum expertus eſt[a]. Poterit enim reditus illos ei auferre, ſi conſtet donationis cauſam non adfuiſſe aliam, quàm doctrinæ, quæ omniū

Marginal notes: a l. ſin. in prin. de don. l. procedere. §. plane. que viuenti. l. 3. l. vxori. §. fi. de leg. 3. b §. ſi eiuſq; de actio. inſtit. c l. nunquam. de acq. rer. dom. d d. l. nunq. l. ij. §. circa. de excep. e l. cuius per err. de reg. iur. f l. ſi fundū cert. de verb. oblig. g Gl. l. ſic. §. j. de poſiti. h Fel. c. ſi cautio col. ij. de fid. in ſtrum. i Gl. d. l. die. k l. in nauc. verſ. idē iuris. ſ. loc. l l. j. de æſtimat. verſ. quoties. l. ſi gratuitam. in princ. de præſcript. verb. m c. & ſi quæſtio. de ſimon. n l. ſed & ſi ſuſceperit. §. i. de iudicis. o l. nemini. in ſi. C. de conſulib. lib. xij. p l. vtrū. §. ſi ſeruus de donat. inter vir. q Gl. l. ſed ſi ego cum. Ad Velle. r Gl. d. l. ſemper. s l. Procula. de probat. t l. ſi verò nō remun. §. idē Papin. ſ. mand. l. ſon l. ex hoc iure. de iuſt. & iure. u c. relatum. ii. verſ. iuxta ſeruitii. de teſta. x l. ſi pater. §. ſi. de donat. y Arg. l. ii. C. de reſcind. vend. Bald. auth. ex teſta col. ii. C. de collat. z l. Aquilius de donat. a l. ii. vbi gloſ. de acquir. poſſ.

ferè eſt ſententia[b], cùm qui ſemel approbatus eſt, ſi reperiatur non idoneus, reprobari poſſit[c]. † Cæterum & quandoque inducitur donatio ex præcedentis actus ſequela: vt cùm patronus nuptijs libertæ conſentit, præſumitur ius operarū remittere[d], cùm creditor inſtrumentum obligationis debitori reddit, præſumitur nomen abſoluere[e]. Et generaliter, † cùm quis ſciens indebitum ſoluit, videtur donare[f]: nec capitur præſumptio, vt tanquam alterius negocia gerens ſoluerit[g]: nec enim cuiuſquam perſona facilè ſubintelligēda eſt[h]. ſed & in eo, qui ꝓprios numos alieno nomine mutuauit, fuere qui donationem præſumerent[i]: verùm receptius eſt, non temere id præſumendum[k], niſi coniunctio ſanguinis aliud ſuadeat. Sanè & qui pecuniam, vt quis in ſuo ędificet, dat, cùm ille aliâs non eſſet facturus, donare videtur[l]: quod Paulus Caſtrenſis hîc notat. Et hæc quidem ad præſumptiones hactenus ſufficiunt. Sed nunquid vt alicuius ſint effectus, alligari debeant? Et videtur allegandas[m]: quod intelligendum in ijs, quæ ex facto ſeu animo ſuo pendent. † Et ideo qui bonæ fidei præſumptioni innititur, eam allegare debet[n]. Sic qui contendit ſe hodie poſsidere, quia olim poſſederit[o]. Sic qui dicit ſe dominum, quia & olim fuit[p]. Sic qui ignorantiæ prætextu ſe excuſat[q]: quod pluribus exemplis recentiores oſtendunt[r]. Et ratio eſt, quia cùm præſumptioni in re dubia ſolùm ſit locus, debet ille, in cuius fauorem inducitur, eā adiuuare quantum poteſt, & oſtendere ſe beneficio legis velle vti: alioqui ei obſtarēt duæ iuris regulæ. Prima, † quia beneficium legis alicui indultum, tacitam habet conditionem, ſi ille voluerit vti[s]. Secunda, † quia in ijs quæ priuatum commodum contingunt, iudex irrequiſitus non ſupplet[t]. † Sufficit tamen, allegationem præſumptionis quomodocunq; fieri, non ſolùm in libello, ſed etiam in allegationibus iuris.[u] Idemq́; etiam poſt cauſæ concluſionem[x]. Sed & ſatis eſt ſi tacitè fiat, puta in ſequelam expreſsi actus[y]: vnde qui allegat ſe præſcipſiſſe, ſatis videtur bonam fidem deduxiſſe[z]: & qui dicit Titium furti damnandum, ſatis contra voluntatem domini rem contrectatam oſtendit[a]. Si tamen tacitè illi ſequelæ alia coniectura obſtet, adhuc allegari præſumptio debet, vt quæ obſtet coniectura tollat[b]. Sed & quoties præſumptio nō ex facto proprio, ſed alterius oritur, cenſuit Bartolus nō neceſſariam hanc allegationem, ſed ſatis eſſe ſi factū ipſum deducatur[c]. Vnde ſi reum te falſi deferam non eſt neceſſe id allegare ſcienter & dolo malo à te cōmiſſum[d]. quod & in alijs delictis receptū eſt: vt cùm quis in periurium ad pœna conſtituti onis Arcadianæ agit[e], nihil neceſſe eſt aduerſarij dolum allegare: quod Picus ex facto reſpondiſſe ſe dicit[f]. Ego generaliter crediderim, quoties præſumptio ex animo eam allegantis non pendet, atq; de ijs caſibus agatur, quibus iudex in officio ſupplere poteſt[g], non eſſe neceſſariam hanc alegationem[h]. Et ideo in ijs, de quibus iudicis ex actis probatorijs conſtat, rectè cenſuit Socinus non adigi quenq; vt allegeţ[i]: ſicut nec in atteſtationibus, quod Bartolus hîc ait: in ijs enim ſupplet ex officio iudex[k]: ſicut in ijs, quæ notaria actorum appellamus[l]. Qua ratione & in cauſis, quę fauore quodam publico ſummariè & de

Marginal notes and numbers: 61, 62, 63, 64, 65, 66; A, B, C, D, E, F. b Arg. l. Neſennius. §. fin. de excuſ. tut. c l. vt gaudetium. §. reprobari. de nunc. Abb. c. in fi. de ma. d l. ſicut. de operis liber. e l. ii. de pact. l. i. C. de donat. f l. Campanus. de opt. lib. g l. ſi teſtamēto. §. i. de fideiuſſ. h l. ſi ita ſtipul. §. Chryſog. in ſi. de verb. oblig. i l. vxori. §. fin. de leg. ii. k Paul. Soci. De ci. l. certi. §. ſi numos. ſ. eod. l l. ſed ſi mors. in fi. de donat. inter vir. m l. ſi adulterid cū ince. §. idē Pollioni. de adult. n Moder. l. Celſus. de vſuc. in iii. parte. o l. ſiuc poſſide. tis. vbi Bart. C. de probat. p Paul. Caſt. l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit. minor. q Alex. l. qui bono. §. de illo de dam. infec. r Feli. c. adferte. de præſumpt. s Gl. l. vniuerſa. C. de preci. Imp. off. t l. iiii. §. hoc autem iudicij. de dam. infect. u Alex. d. §. idem Pollioni. x c. dudū vbi Abb. de elect. y Arg. l. ſciendū de verb. oblig. Rom. conſ. z Abb. c. ſi. col. 6. de præſcript. a Bart. l. Aurelius. §. Sthico. de liber. leg. b Bart. l. certum. §. ſed ſi fundū. in ſi. de cenſeſſ. c l. omnes. §. Lucius. de iis qui in fraud. cred. d Cyn. l. nec exēplum. C. de fal. e l. ſi quis maior C. de tranſact. f Alex. l. qui iurasſe. ſ. tit. i. g Not. per Arct. l. i. C. vt quæ deſunt aduoc. h c. adferte. de præſumpt. i Dect. clem. appellanti de appell. Feli. c. cum ordinem. col. 9. de reſcript. gl. l. i. C. qui & ad verſ. quos. k Gl. §. illud autem de teſtib. l c. euidentia extra de accuſ.



& de plano cognoſcuntur, idem eſſet: quod & ab aliquibus ex facto reſponſum Decius ait.

a Eadem bonitate ſoluatur.) Quid ſi res mutuò data, maioris valoris facta ſit? Et cùm hæc bonitas extrinſecus aduenerit, nihil referre traditum eſt, & ideo lucro creditoris accedere: ſicut è contrario eius dānno caderet, ſi diminuta eſſet æſtimatio: niſi à tēpore contractæ moræ hęc diminutio, interueniſſet[a]. & ita Bartolus quoque ſentit, ne quiſquam diſſentit. Vnde ad monetam mutuò datam infertur, in qua re duo ſunt caſus explicandi, Primus eſt, cùm centum puta Philippeos tibi ſum mutuatus, accidit que deinde, vt ea moneta reprobaretur, an in ea no-

67 ta ſoluere tenearis? † Et non poſſe te monetam reprobæ notæ ſoluere, Bartolus rectè cenſuit[b]. Verùm quia nota ſeu forma potius reprobata videtur, quàm materia[c], ante moram poteris eam vice materiæ dare, vel materiæ æſtimationem[d]. Si verò poſt morā facta eſt reprobatio, teneberis ad reſtitutionem æſtimationis, quatenus ex for-

68 ma valebit[e]. Secundus caſus eſt, † cùm nota aut forma non reprobatur, ſed eadem bonitate manente valor intenditur vel imminuitur. Et cùm id extrinſecus accidat, ante moram nemini imputandum eſt[f]: ſed liberatur debitor ſoluendo eodem pondere, vel numero[g]. Quapropter ſi mihi debeas cētum Philippeos, liberaberis eos centum reſtituendo, ſiue aucto, ſiue imminuto precio. Si cētum libras debeas, cùm libra noſtra viginti aſsibus ſemper conſtet ſatis erit centum libras reddi: quamuis aſſes minoris eſtimationis ſint. Cùm enim Philippeos vel libras debeas, ve-

69 rum eſt te ſoluere quod debes: † nec extrinſecus accedens valor quicquam mutat. Et propter futuræ intentionis vel imminutionis mutuum periculum nemo cenſetur læſus[h]. Idq́; verius

70 receptiuſq́ue eſt: niſi cùm materia ſeu bonitas interior imminuta proponitur: tunc enim eius æſtimationis reddi debet, quæ tempore contra-

71 ctus fuit[i]. † Quòd ſi diminutio æſtimationis poſt moram facta ſit, tunc ſemper imputandum moratori detrimentum conſtat[k]. Et ideo ſi centū Philippeos aureos mihi Calendis Ianuarijs debeas, qui tum drachmis argenteis expendebantur decem: deinde poſt moram nouem tantùm cœperūt expendi, damnum illud ad te pertinebit[l]. Quòd ſi aucta fuerit æſtimatio, & vndecim drachmis cenſebuntur, non tamen quicquam moratori lucri inde accedit. Sed finge, debebas mihi centum libras in aſsibus, tempore mutui Philippeus centum aſſes, id eſt, quinque libras valebat, poſt moram cœpit centum & decē æſtimari, nunquid liberaberis ſoluendo centum libras in aſsibus tantùm? Et non videtur. Si enim in tempore ſoluiſſes, potuiſſem eam pecuniam in Philippeos vertere, & eorum viginti habere, qui nunc centum & decem libras mihi redderēt. Igitur id damnum à moratore præſtandum eſt[m], contra Bartolum[n]: quia hoc caſu intereſſe videtur ob lucri ceſſationē, cuius ratio non ſolet reddi[o], quæ ſentētia eſt receptiſsima, veráq; & ipſe cenſeo, etiam in mercatoribus. Nam nec veriſimile eſt id futurum, vt creditor præuideret Philippei augmentum, & ideo verſura ea vteretur[p]:

Marginal notes: a l. vinum. §. co. b l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. act. c l. quæſitum. §. illud. de leg. 3. d Bart. d. l. vinū. ſ. eod. e l. quod te ſ. eo. vbi Bar. f d. l. vinum. g l. cùm centum. vbi Bart. de auro & arg. leg. h l. de fideiuſſ. C. de tranſact. i c. olim. c. pen. de cenſi. k l. quod te. ſ. co. l Bar. l. Paulus reſpondit. de ſol. m l. videmus. §. præterea. de v- ſuris. n d. l. Paulus. co. ſum. ſin. o l. ſi. de peric. & cōmo. rei. vēd. l. i. ſ. teriſis. §. ſi cū per venditorē. de act. emp. p l. ii. §. ſin. de eo quod cer. loco. vbi no.

tametſi hac in re aliquid diſſentiant. Quòd ſi nō ſolùm Philippei, ſed etiam aſsium valor imminutus ſit, tunc imminutio poſt moram in aſsibus facta, præſtanda eſſet, alioqui creditor damnū pateretur[q]: quod & Alexander cenſuit. Rarum autē eſt imminui pecuniam ęreā aut argēteam, quin & aurea imminuat[r]:

72 † eſt enim argenti ad aurum proportio quædā, quanta ferè vnius ad duodecim, noſtro tempore. Olim maior erat, nempe ad quatuordecim, & eo amplius[f].

# LEX IIII.

## VLPIAN. LIB. XXXIIII. ad Sabinum.

SI quis nec cauſam nec propoſitū fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia, deſideraueris mutuam pecuniā, nec vo-

## L. 4. Si qs nec cauſam.

1 Depoſitum mutui gratia factum, eius naturam aſſumit, vt ſit periculo depoſitarij.
2 Lex illa loquitur in caſu, vbi facta eſt numeratio.
3 Periculum propriè de caſu dubio intelligitur.
4 Quæ ſit ratio, quòd in caſu huius legis depoſitarius præſtet periculum.
5 Actui propinqua ſecundum eius naturam reguntur.
6 Caſus fortuitus pecuniæ numeratæ eum reſpicit, ad cuius vtilitatem numeratur.
7 Ex numeratione cenſetur tranſlatum dominium.
8 Qualitas contractus ſecundum contrahentium intentionem iudicatur.
9 Non ſolùm id quòd agitur, ſed etiam quod ſubſequitur attendendum eſſe.
10 In ijs quæ conſequuntur, mitior pœna recipitur, quàm in noxa principali: niſi generalitas verborum diſtinctionem non admittat, aut verba diuerſum ſuadeant. & num 11.
12 In vltimis voluntatibus ad conſequentia attendi.
13 Is tantùm citandus, de cuius præiudicio agatur.
14 Parentes & agnati in cauſa ſanguinis etiam reclamante filio tranſigunt.
15 Non offendi magiſtratū. cùm vxor aut liberi offendūtur.
16 Quæ directè & principaliter non permittuntur, nec in conſequentiam permitti.
17 Conſequentia non permittitur, quoties in effectu principali repugnet.
18 Ad dignoſcendum quid principaliter actū ſit, valor rerum attenditur.
19 In legibus potiſsimum legiſlatoris mentem & rationem obſeruari.
20 Clericos pecuniæ cauſa principaliter frequentates eccleſias peccare.
21 Sequelam nonnunquam principali æquiualere, quandoque etiam præferri. (ligitur.
22 Ex finali legis citatione quid principaliter actū ſit intel-
23 Ad teſtimoniū admittuntur, de quorum cōmoda principaliter non agitur, licet per conſequentiam.

SI QVIS.) † Depoſitum ergo gratia ſecuturi mutui factum, in eo naturam mutui aſſumit, vt periculo ſit depoſitarij. Sed de quo periculo intelligemus? Et Azo cē ſuit intelligendū, quando aliqua depoſitarij culpa ſaltem leuiſsima præceſſit: alioquin durum eſſet eum teneri[t], cùm potius domino ipſi perire debeat[u]. Et quamuis depoſitum cauſa depoſitarij ſit factum, non debet aliter de eo iudicari, quàm de commodato, quod & ipſum gratia accipientis fit, & tamen is non tenetur, niſi ſaltem ex leuiſsima culpa[x]. quæ Azonis ſententia frequentius videt approbata, quoties pecunia non numerata, ſed in ſacculo obſignata, depoſita ſit: g caſus verbis legis noſtræ nō admodū cōuenit.

Marginal notes: q Ant. Butrig. c. quanto. de iureiuran. r l. ii. C. de veter. numiſ. poteſt. lib. 11. f l. i. C. de arg. prec. lib. x. t l. quę fortuitis. C. de pigo. act. u l. pignus. C. de pign. act. x l. & vt certo. §. i. commodato. ſ. commodati. A, B, C, D, E, F.

Cùm enim dominus pecuniæ aliò proficiſcere-
tur, nec tempore crediti adeſſe poſſet, veriſimile
nõ eſt, in crediti ſpem alicui dediſſe, quod prius
2 ei non adnumeraſſet. † hoc ergo caſu cùm adnu-
meratio facta eſt, Bartolus, Baldus, Paulus & cæ-
teri in Ioannis ſen
tentiã deſcendũt,
vt etiam fortuiti
caſus periculum
depoſitarius præ-
ſtet[a]. Quæ inter-
pretatio verbis le-
3 gis conuenit. † Pe-
riculum ẽm pro-
priè de caſu fortui
to intelligitur[b]: ni
ſi cùm apparet, a-
liis verbis eam ſi-
4 gnificationem reſtrictam eſſe[c]. † Sed quæ eſt ra-
tio, vt hoc caſu depoſitarius periculum præſtet?
Et Bartolus Pauluſque ſentiunt, quia facta nu-
meratione, dominium in accipientem tranſit[d]:
fitque id depoſitum mutui cauſa, vnde eius natu
ram imitatur[c]. Quæ ſententia videtur dubitabi-
lis: non enim agitur, vt antè tranſeat dominium,
quàm emptio fiat: alioqui crediti nomine iam
iſte obligaretur[f]. Antè igitur quàm conditio eue
niat, non videtur habendus mutui reſpectus, ſed
potius ſecundum depoſiti naturã iudicandum[g].
Quod maximè exemplo rei vendendæ ſeu lan-
cis oſtenditur[h], cuius dominium venditoris non
erat, quo tempore amiſſa eſt. Sed tamen recen-
tiores huic ratione adhærent, ne videatur credi-
tor ex humanitate ſua damnum ſubire[i], vt cùm
conuerti in mutuum ex ſola debitoris volunta-
te potuerit, perinde propter deſtinationem ha-
beatur, atque ſi iam conuerſum eſſet[k], ne pericu-
5 lum aliquod hic creditor ſubeat. † Quæ enim a-
ctui proxima ſunt, ſecundum ipſius naturam re-
6 guntur[l]. Nam & videmus, † quoties pecunia ad
alicuius vtilitatem principaliter numeratur, ei
quoque cauſam fortuitam, non autem domino
imputari[m], ne verbalis hæc dominij tranſlatio
aduerſus æquitatem operetur. Qua ratione de-
fendi vulgaris illa ſentẽtia poteſt, qua traditum
erat, Si vendo tibi fundum, & quia preciũ fortè
ad manũ non habebas, conueni vt intra trienniũ
mihi illud redderes, & interim ſingulis annis no
mine penſionis aliquid præſtes. Exiſtimant ali-
qui iuſtum eſſe contractum, contrà Nicol. Abb.
reſpondit[n]. Cùm enim tranſtulero dominium,
penſio illa vſuram ſapit[o]. Atqui cùm translatio
ea propter commoditatẽ penſionis facta potius
videatur, haudquaquam cenſuerim tam ſcrupu-
loſè perpendendum eſſe[p], & aduerſus æquita-
tem id induci, vt fructus fundi habeas, & pecu-
niam nõ ſoluas[q]. Meritò igitur & in caſu noſtro
7 credendum eſt, vel † ex numeratione cenſeri
tranſlatum dominium[r], quod Bartolus ſenſit:
vel ſi verè non fuerit tranſlatum, tamẽ quia con
tractus hic ſolo fauore depoſitarij celebratus ſit,
ad eum periculum ſpectare non aliter, quàm ſi
tranſlatum eſſet. Quæ ratio tunc ceſſaret, cùm in
commodato vel depoſito, nunquam tranſlatio-
nis dominij ſpes adfuiſſet[s]. Ego legibus depoſi-
ti creditorẽ hunc non adſtringi crediderim, quia
nõ animo deponẽdi id fecerit. Et hoc eſt quod
dicitur. nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi
habuiſſe: & alibi[t], rem venalem nõ habuiſſe, ſed
ſolius debitoris cauſa rem apud eum reliquiſſe.

credite, aliàs.
quia, aliàs.
a l. rogaſti. verb. ſine culpa. ꝟ. eodem.
b l. ſi rem tibi in ſpic. de præſcr. verb. l. cũ proponas. Cod. de naut. fœn. rubr. ꝟ. de commod. & peric. rei venditæ. l. Pompo. de pact. dotalib.
c l. opus. loca. l. j. §. ſæpe. depoſ.
d l. Lucius. depoſiti. l. in naue. verſic. idem iuris. loca.
e l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſi quis caut.
f d. l. in naue.
g l. i. §. ſi pecunia. ꝟ. depoſ.
h d. l. rogaſti.
i l. iii. de don. inter vir.
k l. iiii. de fundo dot.
l Argu. l. oratio. de ſponſ. l. pen. de milit. teſta.
m l. Titius. de præpræſcr. verb. Iaſon in l. paciſcẽda. C. de pactis.
n Abbas conſil. 5. & 66. in j. vol.
o c. in ciuitate. c. nauiganti. de vſuris.
p d. l. Titius.
q l. curabit. de actio. emp.
r d. l. Lucius.
s d. l. in commodato.
t d. l. rogaſti.

lueris † crediti nomi-
ne, anteq; emiſſes, ſuſ-
cipere: atque ita credi-
tor († qui neceſsitatem
fortè proficiſcendi ha
bebat) depoſuerit a-
pud te hanc eandem
pecuniam, vt ſi emiſ-
ſes, crediti nomine
obligatus eſſes: hoc
A depoſitum periculo e-
ius eſt, qui ſuſcepit.
Nam & qui rem ven-
dendam acceperit, vt
precio vteretur, peri-
culo ſuo rem habebit.

Sed quid ſi actum eſt, vt in caſu mutui depoſita-
rius hic vſuras deberet? Et hîc probatur, idem
eſſe: quia cũ is creditor à principio nec cauſam,
nec propoſitum mutuandi haberet, adhuc mu-
tuum gratia recipientis factum dicitur[u]: quam-
uis ſecus eſſet, ſi
ex propoſito mu-
tuaſſet[x]. Et hinc
adnotant Docto-
res, † qualitatem 8
contractus ſecun-
dum principalem
contrahẽtium in-
tentionem iudica-
ri. vnde hãc legem
ſæpiſſimè adduci-
mus, cũ quod prin
cipaliter agitur, id
attendi debere oſtendimus[y]. Sed hoc in articu-
B lo, in primis concluſio generalis conſtituenda 9
eſt, † non ſolùm ad id quod principaliter agitur,
ſed etiam quod ſubſequitur, attendendum eſſe:
idq; ſiue in contractibus, ſiue in delictis, ſeu qua-
libet in materia. Veriſimile eſt enim, ad omne
quod quoquo modo agitur, ſubſequiturque, re-
ſpectum eſſe. Finge: Emo equum cum ephippiis,
deinde inornatum tradis: an redhibitoria, pro-
pter non tradita ephippia, agere potero? Et non
eſt dubium, poſſe[z]. Tameſi ẽm illa equo ipſi ac-
C cedant, tamen de eis quoque actum apparet[a].
Quæ regula maximè procedit, cùm verba adeò
generalia ſunt, vt nõ ſolùm principale, ſed etiam
ſequelam comprændant. Vnde ſi interrogauero
te, nunquid Semproniam vxorem Titij vitiaue-
ris: & reſponderis, te vitiaſſe dictã Semproniam,
cenſeberis etiam confeſſus quòd vxor ſit: quæ
receptior eſt ſententia[b]. Rurſus pone: Aliquis ſac
cum pecuniæ ſubripuit, nunquid furti etiã eius
ſacci nomine tenebitur? Et cõſtat teneri[c]: quam-
D uis principaliter ob pecuniam deliquerit. † In 10
his tamen quandoque non adeò graui pœna ob
conſequentia, quibus culpa arguitur, quis tene-
tur, ſicut ob principalem noxam, quæ dolum ma
lum præ ſe fert[d]. Vnde & qui falſum teſtimo-
nium in conſequentibus aliquibus dixit, non
pœna falſi, ſed ſtellionatus plectitur[e]: niſi quòd 11
quandoque verba legis adeò generalia ſunt, vt
talem diſtinctionem non admittant: vt ſi in ea
ſcriptum ſit, Quiſquis fecerit vnde ſtatus reipu-
E blicæ turbari poſſit, talem pœnã luat: compræn-
detur etiam qui in conſequentiam turbauerit[f]:
licet aliàs talis non compræderetur[g]. Idem ſi
alia verborum ſtatuti interpretatio hoc ſuade-
ret: vt cùm in eo dicitur, falſarius ſoluat centum,
aliàs lapſis decem diebus, quod non poteſt in æ-
re, luat in perſona: id eſt, linguæ, nariumque trun
catione dehoneſtetur: attendemus ad imminen-
tis pœnæ corporalis periculum, & cauſa capita-
lis cenſebitur, nõ pecuniaria[h]. † In vltimis quo- 12
F que voluntatibus ad ea quæ conſequenter acci-
dunt attendi, illud argumento eſt, quòd mentio-
ne hæredis, non ſolùm de primo, qui iudicio te-
ſtatoris vocatus eſt, ſed etiam de ſubſequẽtibus
actum intelligitur[i]: idque exceptis paucis caſi-
bus, qui ſpeciali ratione nituntur[k]. Nam & tra-
ditum eſt, ſi quid ſub alia conditione, quàm quæ
in poteſtate ſit, relictum fuerit, ſufficere, quomo-
docunque cõditio impleta ſit, facto, incidenter,
per ſequelam, per alium[l]. In iudiciis quoq; idem
eſſe, ex eo oſtenditur: quia licet vulgò tradi ſo-
leat,

u d. l. rogaſti. verſic. maximè.
x l. ſi gratuitam. §. j. de præſcri. verb.
y l. nauis aduerſa. ad l. Rhod. l. j. §. idem Pompon. depoſ. c. & ſi quæſtiones. de rer. perm.
z l. ædiles. ii. in principio. de ædil. edi.
a Bald. l. ii. C. de ædil. edict.
b Moder. l. ſi cui. ii. de leg. i.
c l. qui ſaccum. de furt.
d l. verũ. de furt. l. reſpiciẽdum. §. delinquunt. de pœnis. vbi Bart.
e Iac. & Angel. l. Lucius. de iis q not. infam.
f Bald. l. i. §. i. de iuſt. & iur.
g l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. de capt.
h Bart. l. ii. de public. iudi.
i l. hęredis. de verbor. ſig. l. ſi quis filium. §. fin. de acq. hæred.
k l. ſciendum. de verb. ſign. l. qui liberis. §. i. de vulg.
l l. ii. in fin. l. multum. de condi. & demonſt.



13 leat, † eum tantummodo citandum eſſe, de cuius
damno principaliter agitur[a]: tamen hoc intelli-
gitur eo fine, vt illi citato pręiudicetur. Nam nec
in conſequẽtiam quidem acta alicui nocebunt,
qui vocatus non ſit[b]. Vnde vt ſententia non ſo-
lùm hæredibus, ſed etiam ſubſtitutis noceat, o-
portet ſubſtitutos ſaltem generali programma-
te in ius vocatos eſſe[c]. Huc pertinet quod tradi-
14 tum eſt, † poſſe parentes vel agnatos in cauſa ſan
guinis paciſci, vel tranſigere etiam filio ipſo qui
deliquit reclamante[d]. Nam & qui pactione pœ-
nali eſt pollicitus me non offendere, in pœnam
incider, ſiue directo me offendat, ſiue in conſe-
quentiam alterius[e]: vt quia filio meo aut vxori
iniuriam faciat[f]. Exiſtimauit tamen Baldus
pœnalem, odioſamque conſtitutionem, aduer-
ſus eam qui offenderit magiſtratum, latam, † re-
15 ſtringi ad eum debere, cùm principaliter offen-
ditur, non ex filiorum [illegible] vxoris perſona[g]:
qua de re alibi diſſeruimus[h]. in diſpoſitionibus
legum idem quoque obſeruabimus. Vnde lex
quæ naturalibus filijs relinqui quicquam pro-
hibet intelligetur etiam ſi in conſequentiam &
per interpoſitas perſonas relinquatur[i]. Sic qui
ex teſtamento patrisfamiliàs capere non poteſt,
nec quidem ex pupillari ſubſtitutione ab eo fa-
cta, in bonis teſtatoris ſuccedet[k]: alioquin
fraus legi facilimè fieri poſſet[l]. Nam & genera-
16 lis traditur regula: † Quæ directè & principali-
ter non permittuntur, nec in conſequentiam
quidem permitti[m]: niſi cùm neceſſariò ex per-
miſsiua aliqua, potentioreque ratione actus
deſcendit[n]: quod alibi declarauimus. Sanè &
huc pertinet quod Iaſon tradidit: Si conſtitu-
tum ſit, vt omnes quorum intereſt àduocentur,
cenſeri non ſolùm citandos qui principaliter
lædi poſſent[o], ſed etiam qui in conſequentiam:
quia aliàs ſtatutum nihil operaretur[p]: quod
& ipſe probo, quoties verba legis latiſsima eſ-
ſent. His addendum quod Baldus cenſuit: ſi
quis in matricula duarum artium deſcriptus ſit,
licet alteram principaliter, alteram obiter exer-
ceat, vtriuſque tamen corporis conſtitutioni-
bus alligari[q]. Et hæc quidem pro regula ſuffi-
17 ciant. Non procedit prædicta concluſio, † quo-
ties quod in conſequentiam fit, effectu repugna-
ret ei, quod principaliter agitur: tali enim caſu,
cùm neceſſariò ad alterum tantummodo atten-
dendum ſit, id quod fortius, ſeu principalius eſt,
obſeruabimus[r]. quod in legis noſtrę caſu eſt, in
quo pecunia hæc ſi mutuò data ſit, periculo de-
bitoris eſſe debuit[s]: ſi depoſita, periculo credi-
toris[t], Sed quia depoſitum non eò celebratum
eſt, quia quiſquam ipſorum id vellet, ſed ſola
debitoris cauſa, vt pecuniam in promptu eue-
niente conditione emendorum prædiorum ha-
beret, fit interpretatio, vt contractus potius na-
turam mutui, cuius præambulus erat, ſaperet:
cùm alioquin ex ſola numeratione tranſlatum
fuiſſet dominium[u], & conſequenter etiam pe-
riculum[x]: nec pactum id, ne prius credita pe-
cunia eſſet, quàm emiſſet, ideo appoſitum vide-
ri poteſt, vt periculum ad creditorem pertineat,
qui ſola debitorum gratia pręter cauſam & pro-
poſitum contraxit. Idque quamuis de vſuris
conuentum proponatur, quia earum contem-
18 platione contractus principaliter initus nõ eſt. †
Ad dignoſcendum autem, quid principaliter a-
ctum ſit, valorem quidem rerum attendimus[y]:
ſed tamen in ijs, quæ ex voluntate contrahentiũ

a l. ex contractu. de re iud. gl. l. de vno. eo. tit.
b Bar. & Iaſ. l. filiusfa. §. diui. in i. q. de leg. i.
c l. ſi eo tẽpore. C. de remi. pig.
d Sal. Rim. l. trãſigere. C. de trãſ.
e l. lex Corn. vbi Bar. de iniuriis.
f Bar. l. ſi ita ſtipu. §. Chryſogon. de uerb. oblig.
g l. i. C. ſi rector. pro Iaſon hic. verſ. 14.
h l. i. C. de in ius voc.
i l. 3. C. de nat. li.
k l. ſi is q̃. de vul.
l Alb. in ſtatu. q. 120. in ii. parte.
m l. ſi ſponſus. §. i. de donat. inter vir. & vxor. l. athletas §. ſiue de his qui not. infam.
n l. i. de aut. tut. vbi Bart. l. ii. §. qui furẽ de fur.
o c. fin. & Gemin. c. quãuis. de pactis. in vi.
p Bar. l. 2. de vſuc.
q l. fi. C. de iuriſ. om. iud. Bald. rub. C. de conſtit. pec. in fin.
r l. quæritur. de ſtatu hom.
s l. incẽdiũ. C. eo.
t l. contractus. de reg. iur.
u d. l. in naue. ver. idem iuris.
x l. pignus. C. de pig. act.
y l. ſemper. §. erant. de iur. immun.

pendent, eam magis perpendemus[z]. † Vnde &
in legibus legiſlatoris mens & ratio potius ob-
ſeruabitur[a]. Quod plurimis exemplis hîc à Iaſ.
relatis colligi poteſt[b]. Nam & traditum eſt, ſi ci-
uitas legatum ad regem miſerit, cauſa priuilegij
alicuius impetrandi, iſque non vrbi ſolùm, ſed
& vicis conceſſerit, non poſſe vicanos ad lega-
tiui contributionem cogi[c], cùm vrbis cauſa, nõ
vicanorum, miſsi illi fuerint[d]. Nã & tutor re pu-
A pilli legitimè vendita, cum eam non ſoluente
precium emptori retinuiſſet, ipſeque pupillo ex
ſuo ſoluiſſet, rectè ereptam ipſe habebit[e]: princi
paliter enim agebatur, vt alius emeret. Sic tradi-
derunt aliqui, † ſcholaſticos aut clericos qui rei 20
diuinæ vel honoris, vel pecuniæ cauſa principa-
liter interſunt, alioqui non ituri, perinde haberi,
ac ſi non iſſent, & peccati grauiſsimi reos eſſe[f].
Huc ſpectat etiam, cùm quis legis executionem
exercendo quicquam facit, nõ incidere in vllam
B pœnam traditur: quia principaliter id egit, vt le-
gi parêret[g]. Accidit tamen quandoque, vt prop-
ter indiuiduam rei naturam, † id quod ex ſeque- 21
la eſt, perinde efficiat, ac ſi de eo principaliter a-
geretur[h]. Accidit rurſus, vt id quod ex ſequela
eſt, propter ius commune iſti adſiſtens principa-
li intentioni præualeat, idque ſolùm attendatur
[i]: vt ſi quis molendinum ædificet, in primis vici-
no vt noceat, deinde vt ſibi proſit, iure id poterit
[k]: fietque interpretatio, velle ſibi principaliter
C prodeſſe[l]. † Sed & ex finali, vt vocant, legis ra- 22
tione, quid principaliter actum ſit intelligemus:
illudque obſeruabimus[m]. Vnde lex præmium cõ
ferens ei, qui hoſtem publicum ceperit, cùm fa-
cta ſit vt omnes alacrius huic rei incumbant, in
eo locum non habebit, qui caſu fortuito, vel ali-
ud agens ceperit[n]. Sic eum puniens, qui aliquid
in huiuſmodi viri fauorem propoſuerit, ad eum
non trahetur, qui publicæ vtilitatis contempla-
tione id fecerit[o]. Nam & videmus leges, quæ ci-
D tari quencunque de vnoquoq: negocio volunt,
de eis ſolùm intelligi, quorum principaliter in-
tereſt[p]. Et ratio eſt, quia aliorum adhuc nihil re-
fert, vt ſuprà admonui. Sic & aliqui † ad teſtimo- 23
nium admittuntur, quia cùm de eorum commo-
do principaliter non agatur, lex nullam fraudem
ſuſpicatur[q], cùm alioquin eorum fidei ſtandum
non eſſet. Sic cùm lex municipalis iuberet, æris
confeſsi inſtrumenta executioni mandari: reſpõ
dit Baldus, in principalis creditoris fauorem id
E videri conſtitutum: & ideo ſi quis alius eam exe-
cutionem peteret, non audiretur[r]. Addit Deci-
us[s], huiuſmodi omnia ſtatuta, quę priuilegij ali-
quid circa executionem, probationemúe odio
delinquentium inducunt, aduerſus extraneum
poſſeſſorem locum non habere[t]. quod ego verũ
arbitror, niſi is à delinquente emiſſet. Quæ enim
probatio erga illum inducitur, eadem aduerſus
ſucceſſorem ſufficit[u].

F
1 *Condictio rei furtiuæ in odium furum introducta.*
2 *Morator re perempta, nihilominus vt ipſam det, poteſt condemnari.*
3 *An ab inuaſoribus, prædonibus, & cæteris malæ fidei poſſeſſoribus res poſsint condici.*
4 *Creditor ſoluta pecunia pignus retinens committi furtum.*
5 *Abſq; contrectatione furtum non committi, & quid de retentione vel denegatione.*
6 *Quid iuris in fructibus pignoris à creditore perceptis.*
7 *Colonus poſt tempus locationis fructus colligens committit.*

L. 4.
Si qs nec cauſam.
z l. ſi in emptiõe. de cõtrah. emp. l. Ariſt. vbi Bar. de donatiõib.
a l. ambitioſa. ff. de decr. ab or. fa. j. reg.
b Gl. l. non verè. ex qui. cau. maior. l. i. §. vnde por. de exer.
c l. ex patre fam. erc. Rayn. & Albe. l. qui alienã. §. fi. de nego. geſt.
d l. ſi prior. §. ſciendũ qui pot. in pig.
e l. tutor rerum. de admin. tut.
f 24. quæſt. 1. c. olim. glo. c. j. ver. receperit. de cl. non reſid.
g l. fi. quod quiſque iuris.
h Gl. l. quemadmodum. verb. manſerunt. de agric. & cenſib. lib. 11. Cod.
i l. ſi vir vxori. ꝟ. pro don. gl. 2. c. ad audientiam. ii. de reſcrip.
k Iaſ. Poſt Bald. l. quo minus. col. 7. de flum.
l Gl. l. fluminũ §. fi. de dam. infe.
m l. i. de aut. tut.
n l. ſi is qui. §. q & ſi ſeruus. de acquir. rer. dom. vbi Bar.
o d. l. i. §. i. vbi Iacob. de Iuſti. & iure.
p l. i. §. denunciari, de uẽt. inſpic.
q l. dictantibus, C. de teſta.
r l. ſi pro te. C. de dot. promiſ.
s Decius conſil. 410. col. iii.
t Bart. l. ſi quãdo. C. vnde vi. Bal. l. i. col. i. C. commu. de leg.
u l. ſi ſuperatus. de pig. l. ſi mater. §. fi. vbi Bar. de excep. rei iud.

*mittit furtum.*

8 *Fructus debito tempore colligendi à colono.*

9 *An & quando inqnilinus finito tempore locationis reconduxiſſe videatur.*

a RES pignori.) Cùm qlibet rem ſuam actione in rē ſibi petat reſtitui, eaque actio obligationem poſſeſſoris nullam ar- 1 guat[a]: † odio furum conceſſum eſt, vt ab eis poſsit dominus condicere, id eſt, perſonali actione rem ſuam petere, tanquam contrectando videatur ſe ad dandum obligaſſe[b]. Si enim condicenti domino obijcerent, non poſſe eum rem ſuam condicere: replicaret dominus, ergo fatemini rem meam eſſe, propriunq; delictum agnoſcitis, qui, cùm res mea ſit, eam contrectare auſi eſtis[c]. Meritò ergo inductum eſt, vt exceptio hæc furis non admittatur, obtineatq; dominus iudicis ſententiam, qua fur iuxta petitionem damnetur, non ſolùm poſſeſsionem reſtituere, quod indubitatum eſt[d], ſed etiam ſimpliciter rem dare[e]: quod aduerſus Barto. ſententiam crebrius receptum eſſe, Iaſon atteſtatur. 2 Nam & videmus † aduerſus eum, qui in mora fuerit, re perempta ferri nihilominus ſententiam, vt rem ipſam det[f]. Quod quamuis impoſsibile ſecundum rerum naturam ſit, tamen lex odio 3 moratoris, vt Fulgoſius & alij tradiderunt, tolerat. Sed quod de fure dicitur, † an in alijs quoq; locum habet, puta inuaſoribus, & prædonibus? Et dubium non eſt, ab eis quoque condici poſſe[g]. Sed an generaliter ab omnibus malæ fidei poſſeſſoribus? Et Accurſius idem cenſuit[h]: quem omnes ferè ſequuntur. Malæ enim fidei poſſeſſor actione furti conueniri poteſt, niſi fructus, ad quos percipiendos tenetur non conſumpſiſſet[i], neque clam percepiſſet[k]: vel niſi ab emptore bonæ fidei cauſam haberet[l]: vel ipſe non contrectaſſet, ſed alterius qui bonę fidei eſſet, opera contrectando vſus eſſet[m]. In caſibus igitur, quibus furti conueniri poſſet, vera eſt communis ſententia: at in exceptis, Pauli Caſtrenſis, Decijq; opinionem ſequor.

4 b ¶ Condici poteſt.) † Creditor ergo, qui ſoluta ſibi pecunia pignus retinet, furtum committit[n]. Quod intelligunt Doctores, ſi id pi- 5 gnus contrectauerit[o]: † abſque enim contrectatione nullum eſt furtum[p]. Decius tamen contrà, tanquam ex retentione, denegationeque, contrectare videatur[q]. quod falſum eſt, cum ſola denegatio, niſi appræhſio acceſſerit, vim contrectationis non habeat[r]: Satis tamen putauerim, ex ſola denegatione perdi poſſeſsionem[s], licet furtum non committatur, niſi re demum contrectata. Sed quid ſi pignus acceptum ſit ſub colore emptionis, quod ſolent fœneratores in legis fraudē facere? capitu. ad noſtram de emptio. & vendit. Et tali caſu exiſtimauerim. non fieri furtum, vt quæſitus ille color voluntatem domini arguat, excuſetq; à furto[t]: ſed ſolùm teneatur creditor ad fructuum æſtimationem debitori imputandam: lege in ſumma. §. in frumento. de condit. indeb. quod 6 & Baldus ſenſit. † Sed quid de fructibus ante

a §. is inſtit. de actionib.
b § ſic itaq; eo. tit.
c c. inter. de donat. l. aliàs. ĵ. tit. i.
d l. ſcire debemus. §. fina. de verb. oblig.
e d. §. ſic itaque. verſ. planè. l. indebiti. §. i. de cond. indeb.
f l. ſi ſeruum. §. fi. de verb. obli.
g l. i. in fine. ĵ. de cond. trit.
h §. ſi tamē in fi. Inſti. de rer. diuiſ.
i l. pen. C. de cōdict. ex lege. vbi Bald.
K Bald. l. ii. i. oppoſ. C. de fruc. & lit. expen.
l l. ſi fundum. C. de rei vend.
m l. ſequitur. §. fructus. vbi Bar. de vſucap.
n l. ſi quis vxori §. eum credito rem. de furt.
o d. l. ſi quis. §. neq; verbo. l. inficiādo. eo. tit.
p l. i. ff. de furt.
q l. Pomponius. §. fi. de acquir. rer. dom.
r l. iii. §. ſi rem. de acquir. poſ.
s l. ſi rem mob. de acq. poſ.
t Bald. l. i. C. de pig. act.

¶ Res pignori[a] data, pecunia ſoluta cōdici poteſt[b]: etiam fructus ex iniuſta cauſa percepti, condicendi ſunt.

A Nam etſi colonus[c] poſt luſtrum cōpletum fruct⁹ perceperit, condici eos conſtat, ita demū, ſi non

ſolutionem à creditore perceptis? Et licet in eis furtum non fiat, tenetur tamen creditor eos imputare, vt ſors diminuatur[u]: niſi aliud actum ſit, vt quia antichreſis conſtituta ſit[x]; quod olim plerunque ſolebat fieri[y]. Hodie quia vſuræ indiſtinctè prohibentur, ſecus eſt: cap. ille vos. ca. cum contra. de pignorib. niſi quatenus id qđ probabiliter creditoris intereſſet, in caſu permiſſo dependêret, quod hîc Decius tradit[z].

7 c ¶ Nam etſi colonus.) † Finito enim luſtro, id eſt, tempore locationis, cùm colonus ius percipiendorum fructuum amplius non habeat, furtum in eis facit[a]: meritò condici hi fructus po- B tuerunt. Sed quid durante locatione? Et duob. caſibus adhuc condici poſſe videretur. Primus eſt in partiario, qui paruus dominicæ fructus clā collegiſſet, & ſuppreſſiſſet: & hic enim furtum committit[b]. Alter eſt, cùm colonus immaturos fructus, propter imminentem luſtri exitum, collegiſſet[c]. Quod ego in extraneo verū crediderim: in colono verò ad id quidem, quod dñi intereſt 8 teneri non diffiteor[d], † quia fructus ſuo tempore colligere ſolum debet[e], ſed tamen furem non C eſſe vero ꝓpius eſt[f]. Certior ergo ille eſt caſus, cū conuentum eſt, fructus domino ipſi pignori eſſe, & conductor eos nihilominus ſubtraxerit, vel alienauerit: cómittit enim furtum[g]. Sed quid ſi immaturi quidem ſint fructus, ſed tamen tales, vt non modicam vtilitatem inde conſequi colonus potuerit? Et Iacob. Albericuſque cenſuerūt, ſi plus ſibi hoc facto proſit, quàm dño noceat, iure eum videri collegiſſe[h]. Ego hanc ſententiam in fructuario veram crediderim[i]: itemq; in iis D qui ius in re habeant, vt in emphyteuta, vel cliēte fiduciario[k]: itemque canonico, qui ſacerdotij fructus immaturos propter imminens mortis ſuæ periculum colligit[l]. Ceterum colono non puto licere, alio quàm ſuo tempore fructus hoc caſu legere[m]: non enim conductori omnis fructus debetur, ſed qui tempore ſuo maturus eſt[n], alioquin voluntas domini abeſſe intelligitur[o], tamen plurimum ex bona ipſius fide & regionis conſuetudine iudicabimus[p]: quod hîc Pur- E puratus ſentit. Sed quomodo voluntas domini hîc intelligetur, ne condicere poſsit? Et conſtat, non cenſeri conſenſiſſe qui ignorauit, l. qui ad certum. locati. & ideo neceſſariam eſſe domini ſcientiam, Bartolus & cæteri tradide- 9 runt. Quod adeò Baldus credit, † vt finito luſtro cenſuerit videri inquilinum reconduxiſſe, niſi ſe recedere ſit proteſtatus, dominumque admonuerit[q]. Sed ego verum id non arbitror: cum enim ex conſenſu domini conduxerit, pre- F fixumque tempus habuerit, non poteſt iuſta videri ipſius domini allegatio, hoc caſu ignorantiam prętendentis[r]: cum debuerit diligentia vti, & ipſe lapſa die res ſuas inſpectum venire[s], maximè cū conductor leuiſsimam culpam regulariter non præſtet[t]: idq; Bar. ſentire videtur. Solùm ergo Bal. ſententiam tueremur, cum talis conductor domus claues non reſtituiſſet[u]. Retinendo enim, & dominum non certiorando, ſatis credi poteſt reconducere voluiſſe.

u l. ii. C. de pig actio.
x l. ſi is qui. §. i. de pig. l. ſi pecuniam ĵ. de pignor. act.
y l. cū debitor in quib. cau. pig.
z Laurent. c. cōſuluit. q. 65. de vſuris.
a l. inficiando. §. fin. de furt.
b l. idem. ff. pro ſoc. vbi gl.
c Ar. l. ſi ſeruus. §. ſi oliuam. ad l. Aquil.
d l. & hæc diſtinctio. §. ſi. loca.
e l. ſi merces. §. cōductor. cod. tit.
f §. placuit Inſtit. de obligat. quæ ex delict.
g l. ſi ſeruus. §. le caui. ĵ. de furt.
h l. pen. de vſufruct. leg.
i l. ſi abſente. §. fin. de vſufr.
k Bald. l. ſi pater. C. de vſufruct.
l Alber. d. l. penfa. gl. c. præſenti. de offi. ord. in vi.
m Gl. d. l. penul.
n d. §. cōductor.
o d. §. locaui.
p arg. §. qua ratione. Inſtit. de rer. diuiſ.
q l. i. in fine vbi Bald. de co quē pro tut.
r l. fin. ĵ. ꝓ ſuo.
s Arg. l. pen. in fi. de his quæ in frau. cred.
t §. pen. Inſtit. locati. Bal. conſil. 22. Valluſius. conſil. 32. in 3.
u Seueri. l. diem functo. de offi. aſſeſſ.

1 *Res per*



1 *Res per inundationem in alienum agrum importatæ, à domino condicuntur.*

2 *Quæ hoſtes recedentes à loco obſeſſo relinquunt, fiunt occupantis.*

3 *Quid faciendum ſi dominus rei importatæ non appareat.*

4 *Id quod alluuione aſportatur, poſſeſſori acquiritur.*

a ¶ §. EA QVAE. 1 † Si igitur inundāte flumine, alicui⁹ res in agrum alienū importatę ſint, adhuc tñ dñi remanēt: & ideo ſi reſtitutio deneget, condici poterunt[a]. Sed & interdicto prætoris dño ſuccurri conſtat[b]: dū tamen is de damno infecto caueat. Sed quid ſi dominus non curat aſporta- 2 re, interimque poſſeſſor damnum patiatur? Et putarim poſſe eum conueniri, vt vel aſportet, vel ꝓ derelicto habeat[c]. Sed qd † ſi hoſtes à ciuitate aliquantiſper obſeſſa receſſerint, quàm plurimaque inſtrumēta reliquerint, an reipub. erunt, an ciuium in quorum fundo inueniuntur? Reſpondeo fieri occupantis[d]. Quo exemplo putauerim ſi alius quàm fundi poſſeſſor, res vi aquarum importatas abſtulerit, nullam poſſeſſori, etiam non inuento domino, actionē ſupereſſe, ſed ad occupantem pertinere. Si tamen iam poſſeſſio à fundi domino appręnſa fuiſſet, tū quoq; ei ſuccurre- 3 retur: nec enim qualemqualem poſſeſsionem ſuam amittere debuit[e], Putauerim tamen hoc caſu † cùm dominus ignoratur, edictis aut præconio debere ciues admoneri[f], vt poſt conſtitutum ar- 4 bitrio iudicis tempus, pro derelicta res habita videatur: quod Federic. Senen. reſpondit[g]. Illud dubium non eſt † ſi alluuione aliquid aſportatū ſit, dominium poſſeſſori acquiri: & ideo nec condictionem, nec interdictum priori domino competere: quod Iaſon adnotauit[h].

Fluminum, *aliàs.*

a Bal. rub. de rerū diuiſ. col. 7.
b l. hoc amplius §. i. de damno infect.
c l. Proculus. in fi. de vſufr. l. ii. §. ſi ex fundo. ne quid in loco publ.
d l. transfugam de acq. rer. do.
e l. ſi coloni. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.
f l. locorū. C. de omni agr. deſer. lib. ii. Bart. l. rem quæ nobis. in fi. de acquir. poſſ.
g Fed. conſ. 202. Cepolla tit. de ſer. ruſt. præd. tit. de littor. in fin.
h Iaſ. d. l. hoc amplius. verſ. ita demum. & Inſti. de rer. diuiſ. §. præterea.

ex volūtate dñi ꝑcepti ſunt. Nā ſi ex volūtate dñi, proculdubio ceſſat condictio.

¶ Ea quæ[a] ui * fluminis importata ſunt, cō dici poſſunt.

1 *Si ſpecies ſuper qualis conteſtata eſt, pereat, cuius eſt periculum.*

2 *Specie ante moram extincta, liberatur debitor.*

3 *Rem peremptam promittens non obligatur.*

4 *Non facit dolo, q rē in qua alter nullū ius habeat, alienat.*

5 *Nihil referre quo pacto ſpecies extincta ſit, nec etiam intereſſe, qualis contractus fuerit. & num. 6.*

7 *Species culpa aut inuidia debitoris perēpta, eū nō liberat.*

8 *Similiter in obligatione alternatiua generali, aut quantitatis, interitu ſpeciei debitor non liberatur.*

9 *Cùm quantitas reſpectu ſpeciei debetur, ſpecie perempta contingit liberatio.*

10 *Obligatus ad genus, offerens ſpeciem, ea perempta, ope exceptionis liberatur.*

11 *Idem ſi culpa creditoris ſpecie intereat, obſeruatur.*

12 *Debitor quantitatis, ſi illa prorſus petierit, liberatur.*

13 *Specie poſt moram pēpta, periculū ad debitorē pertinet*

14 *Quid ſit chaſma.*

15 *In delictis periculum ad delinquentem pertinet.*

16 *Leuius errat qui culpam, quàm qui dolum committit.*

17 *Vt debitor ſpeciei in mora conſtituatur, requiri quid is dare potuerit.*

18 *Impoſsibilitas liberat debitorem tam naturæ quàm iuris.*

19 *Difficultas excuſat morā, qa mora difficultati cedit. et 20.*

21 *Cùm difficultas præuideri potuit, non excùſat.*

22 *An q genus aut pecuniā promiſerit, difficultate excuſetur.*

23 *Spem ſæpiſsimè fallere.*

24 *Difficultatis excuſationem etiam in foro animæ receptam eſſe.*

25 *Semper facienda eſt interpretatio, vt dolus malus cuique noceat.*

26 *Lata culpa dolo æquiparatur.*

### LEX V.

POMPO. LIB. XXII. *ad Sabinum.*

A Qđ te mihi dare oporteat, ſi id poſtea perierit, q̄ꝫ per te factū erit, quò minus id mihi dares, tuum fore id detrimentum

27 *Ignorantia latā culpā, non aūt dolum arguit.*

28 *Re non extante, in æſtimatione ſit condemnatio.*

29 *Qui olim poſſedit, nō præſumitur hodie poſsidere.*

30 *Qui dolo poſsidere deſiit, nō leuius condemnatur, q̄ ſi poſsideret.*

L. 5. Quod te mihi dare oporteat.

31 *Paria eſſe, ſcire, vel ſcire debere.*

B 32 *Iuſta cauſa & à mora, & à culpa excuſat, ſimiliter ab expenſis.*

33 *Quænam iuſta cauſa cenſenda ſit.*

34 *Cùm debitum non eſt liquidum, mora non committitur.*

35 *Qui dat fideiuſſorem, non dicitur ſoluere.*

36 *Ignorans interpellandus & certiorandus eſt.*

37 *Obliuionis exceptio quando probabilis.*

38 *Ad inducendam moram, interpellationem eſſe neceſſariā.*

39 *Quandoque ſine interpellatione committi moram.*

40 *Ex conditionis euentu committi moram.*

41 *Qui aliena negocia gerit, à ſeipſo debet exigere, id eſt ſeipſum interpellare.*

C 42 *Quemlibet iuriſiurādi religio vrgere debet ad præſtandam fidem.*

43 *Iuramentum ſcientis ſupplet interpellationem.*

44 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus.*

45 *In promiſsione facti proprij non eſſe opus interpellatione, ſecus in alienis.*

46 *An in caſibus quibus interpellatio nō eſt neceſſaria, ſpecie extincta liberetur debitor.*

D QVOD TE.) Cùm † certam ſpeciem, 1 puta Stichum ſeruum à te iudicio peterem, tuq; iudicium acciperes[i], ſolenni ſtipulatione, quam veteres conteſtationi litis interponere ſolebant[k], promiſiſti, quod dare oportuerit, te daturum. Quæſitum eſt mortuo interim Sticho, cuius detrimētum id erit? Et reſpondetur, eſſe debitoris cum poſt moram mortuus ſit: ſubijciturque, quemadmodum mora accipienda ſit. Videndæ ergo ſunt quæſtiones duæ. Altera, quid iuris, cùm res debita ante moram perijt. Altera, E quid cùm poſt moram. Et in prima quæſtione concluſio eſt, † quod ſpecie ante moram extin- 2 cta, liberatur debitor[l], ſiue ex vltima voluntate, ſiue ex contractu qualicunque debeat[m], ſiue qs dare, ſiue facere, puta Stichum ſiſtere in iudicio, teneatur[n]. Et ratio eſt, quia res ad eū caſum deuenit, à quo incipere non poteſt[o]. † Rem enim 3 peremptam nemo promittendo obligatur[p]: nec refert, creditor ante mortem interpellauerit, an id minus. Cùm enim adhuc mora commiſſa nō F eſſet, nihil hęc denunciatio, quod ad hanc regulā pertinet, operatur[q]: ſicut & nihil refert, an debitor ſe Stichū debere ſciret, vel neſciret. Quamuis enim ſciens alienauerit, cùm ante moram hoc factum ſit, re perempta tamen liberatur[r]: quia † dolo agere non videtur, qui id in quo alter 4 ius nullum adhuc habebat, alienauerit[s]: ſecus ſi ius in re habuiſſet[t]: vt cùm aliquis ſciens rē alienam penes ſe depoſitā diſtrahit: delinquit enim, &

i l. ſi quis ſolutioni. ĵ. de vſur.
K l. verbū oportere. de verb. ſig. l. ſed & ſi. §. j. de iudi.
l l. ſi Stichus. l. ſi ex legati. de verb. oblig.
m l. ſi in Aſia. §. fin. depoſ.
n l. ſi deceſſerit. qui ſatiſd. cog. l. qui autē. §. j. de conſti. pec.
o l. pen. §. fin. de verb. oblig.
p l. impoſsibilis. l. ſi homo mortuus. de verb. oblig.
q l. cum filius. §. fin. de ver. obl.
r l. venditor. ij. de hære. vel act. vend.
s l. is qui ex ſtipul. de act. & obl. l. electio. §. ſi is quem. de nox. act.
t l. j. §. ſi rem depoſitā depoſi.

nim, & quidem non mediocriter[a]. Idem ſi cùm neſciret, ab eo qui ius in re prætendebat, admonitus fuit: nam talis denunciatio, probando dolo ſufficit[b]. 5 Rurſus † nihil refert, quo modo res extincta ſit, an morte, an quia deſierit in humano commercio eſſe[c], an quia aliàs impoſsibilis ſit eius recuperatio, veluti q̃ in manus tyranni peruenerit[d], vel à malis hominibus intercepta ſit[e], vel quòd reperiri non poſsit, dum tamen is qui ad cuſtodiam tenetur, caſum fortuitum probet[f]. 6 Cęterum etiam † nihil refert, an in contractibus nominatis loquamur, an verò in innominatis: & is enim qui Stichum debet, quia ſcyphos acceperit, mortuo Sticho liberatur, nec præſcriptis verbis actione conueniri poterit[g], tametſi poſsit creditor ſcyphos condicere, propter contractus innominati naturam, in quo eſt licita pœnitentia[h], niſi quatenus res integra non eſſet[i]. 7 Non procedit in primis ea concluſio, † cū ſpecies debita, puta Stichus, debitoris culpa aut iniuſto facto perijſſet[k]. Idem ſi ab alio in debitoris inuidiam occiſus ſeruus proponeretur[l], quod aliqui hîc tradunt. Ego debitorem, ſi nullius culpæ reus ſit, teneri tantum crediderim, vt actiones aduerſus occiſorem hoc caſu creditori cedat[m]. Sanè debitor, qui cuſtodiam debet, ſi vereatur ne res pereat, certiorare creditorem tenetur, vt is rebus ſuis prouidere poſsit[n]. 8 † Non procedit rurſus regula in obligatiōe alternatim concepta. Si enim aliqua ex his ſpeciebus extinguatur, non tamen ceſſet obligatio[o]: quod alibi Doctores attingunt. Cæterum quia diſiunctiua obligatio, ei quæ in genere fit, ſimilis eſt[p], hinc conſequens eſt, vt nec in obligatione generis regula obſeruetur, cùm genus perire non poſſit[q]. Quapropter & idem dicendum in obligatione quantitatis, & ea enim extingui non poteſt[r]: quod tamen perpetuum non eſt, & in primis, 9 † quoties quantitas contemplatione ſpeciei perempta, liberatur debitor, ſiue is ex contractu[ſ], ſiue ex legato[t], ſiue ex quaſi delicto[u], ſiue vni ſiue pluribus debeat[x]. Quod tamen intelligendum, quando ſpecies in facultate ſoluendi erat[y], vt Imolenſis, Paul. Alex. rectè cenſent: ſeu vt generalius aliqui loquuntur, quando ſpecies cauſa finalis erat, vt quātitas deberetur, alioquin perempta ſpecie, duraret adhuc quantitatis vel generis obligatio. Quid enim, ſi ipſa ſpecies nō in ſolutione, ſed in conditione tantum eſſet[z]? Quid ſi ab illa obligatione ſpeciei tacita voluntate receſſum eſſet[a]? Quid ſi expreſſe, vt quia actum ſit, etiam ſpecie perempta debitorem teneri[b]? Quid ſi debitoris mora in ſuſpiciendo iudicio allegaretur[c], vel eius negligentia creditor damnum, debitor verò lucrum faceret[d]? quod & in eo reſponſum eſt, qui locupletior idcirco fieret, vt quia precium apud ſe haberet. In vniuerſalib. enim loco rei ſuccedit, & ideo perinde tenetur, atque ſi rem haberet[e]. licet aliud ſit in particularibus[f], niſi cum ideo quis tenetur, quia negotium ſuum vtiliter geſtum ſit[g]. 10 Cæterùm & † obligatus ad genus, ſi ſpeciem obtulerit ſolenniter[h], creditoremque in mora conſtituerit, ea perempta, ſaltem ope exceptionis liberatur[i]: tametſi reſpub. militib. annonam offerens, ipſo iure liberetur[k], nō ſecus, ac qui ſpeciei debitor eſt. Sed & non ſolum facta oblatione propter mo-

cõſtat. Sed cùm quæratur, an per te factum ſit: animaduerti debebit, non ſo-

a l. inficiando. de fur. Bar. l. ſi inſulam. qu. 6. de ver. oblig.
b l. ſi fundum. C. de rei vend.
c l. is qui alien. de verb. oblig.
d l. cum in plures §. veſtimenta. loca.
e l. argē. ff. cōmo.
f l. cū ita. §. ſpecies. delegat. ii.
g l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. de præſc. verb.
h l. fin. ij. reſponſ. de cōd. cau. da.
i l. ſi pecuniā §. fi. de cōd. cau. da.
k d. l. ſi ſeruū. §. de illo. de ver. obli. Bar. l. ſi ab hoſte. §. ſi vir. in fi. ſol. matr.
l Arg. l. ſi merces. §. culpæ. loca. Alc. cō. 168. in 2.
m l. huic ſcripturæ. ad l. Aq. l. cū q de pi. et cōm. rei vend. l. pen. ſol. mat. in prin.
n l. ſi vina. ii in. fi. de pic. & cōm. rei vend.
o l. Stich. aut Pāp. in prin. de ſolu.
p l. ii. §. i. de verb. oblig.
q l. in ratione. §. incertę. ad legē falcid.
r l. incēdiū. C. eo.
ſ l. in naue in fin. loca.
t l. Titiæ. in fi. l. qdā. §. ſi tibi. de leg. i.
u l. electio. §. ſi is. & l. ſi ſeruus. in prī. de fur. l. i. §. & cū etiā. ſi quad. paup.
x l. filiusfamil. in fin. de leg. i.
y l. fundum Cornel. de nouat. l. ſi in emptione. §. pen. in fin. de contrah. empt.
z l. in illa. de verbo. obli. l. cū qdam. C. de cōd. infer.
a l. vir vxo. de do. prel. l. idq̃. in fi. de conſt. t. pec.
b d. l. fūdū & arg. l. ii. C. de naut. fœn.
c d. l. elect. §. is q.
d l. hominē. ff. mā.
e l. ſi poſſeſſ. §. fi. ff. de pet. hære.
f d. l. vēditor. ver. ſi ergo.
g d. l. hominē. l. ſiue hæreditaria. de neg. ge.
h l. obſignat. de ſolut.
i qui decem. ff. de ſolut.

ram ſuam hoc caſu creditor excluditur, verumetiam 11 † ſi culpa ſua vel quantitas, vel genus, quāuis non oblatum, perierit[l]. Idem ſi is debitor, cuius pecunia caſu fortuito perijt, eam ex contractu ad creditoris vtilitatem principaliter pertinente debeat[m]: quod alio loco adnotauimus. 12 † Rurſus liberat̃, ſi quantitas illa omnino perierit, vt quia edicto principis vniuerſum ilud pecuniæ genus reprobatum ſit, quod alibi attigi[n]: vel ea quātitas tanquam certa ſpecies debita fuerit, puta in ſacculo pecunia[o]. quod & in obligatione generis producendum eſt, cum tam paucis ſpecieb. conſtitit, vt omnes perire potuerint[p]. 13 In altera principali quæſtione, † Quid iuris cùm poſt moram ſpecies debita perijt. Ex text. noſtro apparet, periculo debitoris extingui[q], niſi facto creditoris id accederit[r]. Idē ſi in eius inuidiam ſpecies occiſa eſt, vt ſuprà diximus[ſ]. Videretur tamen diſtinguendum, vt ſi abſque culpæ eius inimitiæ prouenerint, ipſi non imputentur[t]: quoniā ea ſolum inimicitia culpę adſcribitur, qn̄ vel verè culpa interuenit, vel is qui offenſus eſt ad cuſtodiam tenebatur vt colonus[u]: qua de re alibi diſputabimus. Sed cur tanti effectus eſt mora? an quia delictum eſt[x], in cuius pœnam lex ſpeciem ipſam adhuc extare fingit[y], ne fruſtratio ſua cuiquam proſit[z], néve contumacia inulta ſit[a]? Et etiam ſi tempus duret, quo purgari diluiq; ea mora poſsit, tamen adhuc regulæ locus eſt[b]. Idque etiam ſi facto creditoris, dum tamen iuſto, nec ad id ordinato, dari aut fieri poſſe deſijſſet[c]: niſi quòd quandoque æſtimationis ſolutione euitari poteſt pœna[d], qđ alibi declarauimus[e]. Sed an regula noſtra obſeruabit̃, etiam ſi eodem modo ſpecies apud creditorem peritura fuit? Et ex communi ſententia concludendū eſt obſeruari[f]. Vnde hæres qui fundum dare dānatus eſt, poſt moram tenetur, tametſi chaſmate perierit[g]. 14 † Eſt chaſma, hiatus & vorago terrę, ex calida, ſiccaque materia, igneos vapores ad ſuperna euomens, vt in Meteoris Ariſtot. ſcribit. Quamuis ergo conſtet, reſtituto fundo eodem caſu legatariū periclitaturum, hęredi tamē propter moram imputabitur. Quod intelligendū, cum mora in ſolutione facta eſt: ſecus ſi ab eo, qui exigere debuit[h]. Idem intelligendum in eo debitore, qui dare debeat, vel in iudicio exhibere: nec enim de dominio adhuc quęritur[i]. Enimuero erga dominū, vel eū cui refricare quæſtionē dominij reus non potuit, ſecus eſt: quia cùm res periculo domini pereat[k], ei diſtinctioni, vt ego ſentio, etiam in actione perſonali, tali caſu locus eſt[l]: ſicut & in vendicatione ipſa receptum eſt, qua ergo poſſeſſorem is intendit, qui iure communi dominus eſt[m]. Si enim iure ſpeciali dominium adeptus ſit, vt legatarius[n], aliud eſſet[o], ne dominiū, qđ in eius fauorē lex tranſtulit, ei dāno ſit[p]. 15 Cæterū † in delictis, odio raptoris aut furis, aliud eſt[q]: indiſtinctè enim periculū ad hos ptinet. In edicto tñ prętoris, qđ iudiciū in quadruplum ſi qs nō reſtituat pollicet̃[r], mortuo fataliter hōie nō pręſtat̃ eius ęſtimatio: quia cū facultatē ſoluēdi ex illis edicti verbis, ſi eū nō reſtituat, hic debitor habeat, nō, videt̃ qđ ad illā pœnā attinet adhuc eſſe in mora[ſ]: & ideo relaxabit̃ hōis condēnatio, & ſolū triplū ꝑpter delictū exiget̃[t]. Addit Bart. ex illo edicto actionē ꝑpter dānū dari.[u] quod

k l. fortiſsimi. l. nulli. C. de eroga. mil. annor. lib. xii.
l d. l. ſiue hered. vbi Bal. & l. nā & ſi fur. vbi Iaſ. col. iii. ff. eod.
m l. Titius. de pſcript. verb.
n l. cū quid. in fi. ff. eod.
o l. planè. §. i. de leg. i. d. l. ii. C. de naut. fœn. Bart. hic.
p d. l. in naue. in fi. & l. in ratiōe. §. incertæ. ad l. falcid.
q l. ſi in Aſia. §. fi. depoſ.
r l. legis. ad legē Aquil.
ſ Bar. d. l. ſi Stichū
t Dd. l. pen. ſolu. ma. l. ſi per imprudēt. de cui. Doct. l. ii. §. fin. de verb. oblig.
u d. §. culpæ. vbi gloſſ.
x d. l. Stichū. aut Pamphilum.
y l. nemo. §. i. de verb. obl. l. pen. de con. ex leg. Alex. l. diuortio. §. i. ſol. ma.
z d. l. hominem.
a l. iii. §. condēnatie de tab. ex.
b d. l. ſi ſeruum. §. ſequitur.
c Bart. l. ſi inſulā. ii. oppo. de uerbo. oblig.
d l. ſancimus. §. pen. C. de fideiuſſ. l. cum res. verſic. ſed ſi Stichus. de lega. i.
e d. l. ſi inſulam. xij. fallentia.
f l. ſi filio. §. ſi poſt. verb. omnimodo ſo. ma.
g l. cum. res. §. fin. de leg. i.
h l. ſi is qui Stichū. de iur. dot.
i l. de eo. §. ſi poſſ. ad exhib.
k l. argen. cōmo.
l l. ſi plures. in fi. depoſ.
m l. item ſi verberat. §. fin. de rei vend. l. illud. de petit. hær.
n Bar. l. j. de leg. i.
o d. l. cū res. §. fi.
p l. quod fauore. C. de leg.
q d. l. illud. l. meritò. ver. plus q̃ fruſtrator. de vi & vi arm. l. item Mela. §. Celſus. ad leg. aquil.
r l. ſi eū. §. i. quod met. cau. partis.
ſ Bart. l. qui ea. §. oppoſ. de furt. & d. l. ſi inſulā. 4. oppoſ. ii.
t d. l. ſi eū verb. ſi homo.
v d. l. ſi eū. in pri.



quod damnum non videtur actori factum, ſi omnino res penes eum moritura erat. Sanè & cum non de mora agitur, ſed de punienda culpa, ei quoque diſtinctioni locus eſt[a] (quod Socin. Iaſonq; hîc tradunt) cùm culpa in vnum finem cōmiſſa, in alio non obſit. 16 † Alij leuius errarē, qui culpam committit, quàm qui moram exiſtimant[b]: qa mora dolum in ſe præſumptum continet[c].

lū ſi in poteſtate tua[a] fuerit id, nec'ne: aut dolo malo[b] feceris,

17 a ¶ In poteſtate tua.) † Vt igitur debitor certæ ſpeciei in mora conſtituatur, oportet eum potuiſſe dare, & non dediſſe: alioquin ſi non potuit, excuſaretur. Quapropter vt actor re perempta obtineat, ei onus probandi incumbit, tempore quo conſtitutus in mora reus fuit, potuiſſe dari: tempus enim hîc intendentis fundamentum eſt, vt rectè Bartolus ſenſit[d]: licet ſolus Purpuratus diſſentiat, tanquam id excipientis fundamentum ſit potius[e]. Sicut igitur promiſſor Stichi, eo ante moram mortuo non tenetur, quia res ad eum caſum deuenit, à quo incipere non poteſt, vt ſuprà declaraui: ita & ſi aliter, quàm per mortem deueniat: excuſatur enim à mora. Poteſt autem id fieri duobus modis: altero per 18 † impoſsibilitatem, & hæc prorſus liberat debitorem, ſiue naturæ, ſiue iuris ſit[f]: 19 † altero per quandam difficultatem, ſcilicet perſonæ impedimentum: & hæc obligationem quidem non impedit[g], ſed quò minus mora committatur, excuſat, ſiue in iudiciis[h], ſiue coram arbitris[i], ſiue in contractibus[k], ſiue in vltimis voluntatibus[l], ſiue ſimplex promiſsio ſit, ſiue iurata[m], ſiue etiam pœnalis[n], ſiue obligatio ſit facti, ſiue certæ ſpeciei dandæ[o]. Addunt Salicetus, Fulgoſius, Pontanus, Paulus, Decius, idem ſi de genere dando agatur[p]: idq; & legis noſtræ argumento: & quia hoc eſt regulare, vt 20 † mora difficultati cedat[q]: quapropter & paupertas in pleriſque caſibus excuſat[r]: quæ omnia ſunt intelligenda in difficultate magna, & quæ ferè caſui fortuito æquiparetur[s]. Alioqui ſi potuit debita diligentia quis ſe extricare, difficultas non cenſebitur[t]: qđ plurimum ab arbitrio iudicis pendet[u]. Nam & 21 † quoties promiſſor difficultatem præuidere potuit, & nihilominus promiſit, non excuſabitur[x]: ſibi enim imputet[y]. Secus ſi fortuito caſu, & veriſimiliter improuiſo impediatur[z]: nam & in iurata promiſsione eodem modo diſtinguendum eſt[a]: quod Baldus fecit[b]. Quapropter qui alium pręſentare in iudicio promittit, non excuſatur[c]. Scire enim is debuit, ſe id promittere, quod in ſua facultate non eſſet futurum[d]. Vnde tali caſu actum videtur, ne difficultas excuſet: nec enim dubium eſt poſſe agi. Qua ratione qui promiſit ſe facturum & curaturum cum effectu, quod Titius ratum habebit, propter difficultatem non liberabitur[e]: quia dictio illa, cum effectu, indicat actum eſſe, vt omnino res efficiatur[f]. Secus ſi ea vox addita non ſit: tunc enim verba promiſsionis non aliud inferunt, quàm vt quod in ſe eſt, faciat & curet[g]. Vnde conſequens eſt, vt 22 † qui certum genus aut pecuniam promiſit, ex difficultate raro probabiliter ſe excuſet. Quum enim genus perire non poſsit, & ideo fortuito caſui, qđ ad creditorem attinet, non ſubiiciatur, rectè Bartolus, Alexander, cæterique recentiores cenſue-

a l. fi. §. i. ff. ad le. Rho. l. ſi alius. ver. idē ait. quod vi aut clām.
b d. l. electio §. is qui.
c l. ſi procurator §. dolus. man.
d Bart. hîc. ii. q. & l. non ſolùm. §. ſed vt probari. de oper. no. nunc. gl. l. cum actū. in fi. de neg. geſt.
e Gloſ. l. ii. C. de pet. hær. Iaſon. rub. C. qui admitt. col. ii.
f l. continuus. §. illud. & §. cum quis. de ver. obl.
g l. ii. §. ex his. de verb. oblig.
h l. ii. §. ſi quis in iudicio. ſi quis cau.
i l. apud Celſum §. ſi in arbitrū. de doli exc.
k l. fin. §. pen. ad l. Rhod.
l l. cum ſeruus. l. cum res. §. pen. de leg. i.
m c. breui. de iureiur. l. fi. qui ſatiſd. cog.
n d. l. ii. ſi quis ca.
o d. l. cum ſeruus. l. i. §. ſi frater. de collat. bon.
p arg. l. iiii §. fi. de act. empt.
q l. ſciendum. de vſuris.
r l. ſi procuratorem §. pen. ff. mand. c. ex ratione. de app.
s l. non dubium. in fi. de leg. 3. Alex. hic. Socin. conſil. 288. in 5. dubio.
t d. l. ii. §. ſi quis tamē. ſi quis cau.
u l. i. de iure deliber. Bal. cōſ. 6. quæritur. lib. 3.
x l. pen. ff. de iur. dot.
y l. qui commeatus. de re mili.
z d. l. ii. §. ſi non propter. vbi Bar & l. non omne. de ſtatulib.
a c. querelam. de iureiur.
b Bald. c. licet. ſi de feudo fuer. controuer. inter dom.
c l. ſancimus. ver. non potuit. C. de fideiuſſ.
d d. l ii. in fin.
e Aret. & Iaſ. l. ſi ita ſtipulat. §. poſſum. de ver. obl. Dd. §. Cato. 9. oppo.
f l. ſi non mortis. in fin. de inoff. teſta.
g Bar. conſ. 236. Martinus.

L. 5. Quod te mihi dare oportet.

runt, excuſandum debitorem nō eſſe[h]. Nec probabiliter allegaret debitor, ſe ſperaſſe, cùm promiſit, vt tantum lucri faceret, quod diſſoluendæ obligationi ſatis eſſet[i]. Non enim veriſimile eſt, hanc ſpem ſecutum eſſe creditorem, debuitque debitor præuidere, 23 † ſpem illam, vt ſæpiſsimè ſolet, fortaſſe irritam fore[k]. Quę tamen Bartoli ſententia iis caſibus nō procedit, quibus colore aliquo difficultatis excuſatio fulcitur[l]: vt cùm fortuita aliqua vi, cui reſiſti nō potuit, amiſit quis pecuniam[m]: vel cùm culpa creditoris ei ſolutum non fuit, vt quia oblatam pecuniam dolo ille noluit accipere[n], ſuperueneritq; deinde difficultas: quod rectè hoc caſu Paulus Caſtrenſis cenſuit[o]. Quod & recipiendum eſt, ſi ex eius facto ſequeſtratio pecuniæ, aliúdue impedimentum interuenerit[p]. Idem ſi expreſsè actum ſit, vt quis cùm commodè poſſet, ſolum ſolueret[q]. Quod fortius dicendum in eo, cui hæc cōmoditas beneficio legis indulta ſit[r]. Nam & in teſtamento, cùm teſtator iuſsiſſet hęredi, vt ſi promeruiſſent ſerui pignori dati, eos à creditore lueret: fit ea interpretatio, vt ſi pro cōmoditate rei ſuæ adminiſtrandæ tardius ęs illud exolutū fuerit, non tamen id fraudi hęredi ſit[ſ]: alioqui fruſtra promerēdi verbum adiectum eſſet: quod tamen alij alijs rationibus inductum opinantur[t]. Sanè & † in foro animæ, quò mitius agitur, facilius tali excuſationi locus eſt[u]. 24 Sed & quamuis aduerſus moram hæc excuſatio plerunque non admittatur, cùm tamen lex contemptū ſimpliciter requirit, dubium non eſt, tunc admitti[x]. Addit Iaſon, quibus caſibus excuſatio hęc accipitur, nihil referre quòd debitor cōuentus obligatum ſe negaſſet, mendaciiq; conuictus difficultatem ſolutionis allegaret[y]: nec enim reperitur in iure, idcirco hac pœna puniri debitorem[z]. Verùm id ego arbitror intelligendum, cùm non dolo, aut lata culpa negaſſet: tunc enim tali beneficio, quod quadam ex humanitate præter rigorem iuris indulgetur, videretur priuandus[a]. Et ita Pontani ſentētia defendi poſſet. 25 † Semper enim interpretatio fieri debet, vt dolus malus cuiq; noceat: quod & lex noſtra oſtendit.

quò minus eſſet, vel fuerit, nec'ne: ſed etiam ſi aliqua iuſta

b ¶ Aut dolo malo.) Sed quid ſi culpa factum ſit, quò minus eſſet? Et idem videri receptum eſt, 26 † dum culpa ſit dolo proxima, quam latam vocant[b]: ea enim regulariter dolo æquiparatur[c]. Sed an mora ad culpam vel dolum pertineat? Et conſtat, quandoque improbitatem appellari[d]: quandoq; ad dolum pertinere, vel ad latam culpam, quæ ei æquiparatur[e]. 27 Vnde ignorantia, cuius lex noſtra meminit, latam culpam, non autem dolum arguit[f]. Alibi quoque traditur, dolū præſumptum in mora verſari[g]. Non parum tamen refert, an dolo res deſierit eſſe in debitoris poteſtate, an culpa. Si enim dolo, confeſtim ad æſtimationem agitur[h]: ſi culpa, non adeò præfractè agitur, ſed competentem prius dilationem habere debet, qua repręſentare rem poſſit[i]. 28 † Re verò non extante, vtroque caſu fit in æſtimatione condemnatio[k]: ſecundum tamen obligationis ipſius naturam, quod Alexander hîc docuit. Sed pone: Rem mobilem poſsidebas, quam mihi dare promiſiſti: quum eam poſt moram repeterem, probaſti deſijſſe extare: an præſumatur poſt morā id factum, perpetueturq; obligatio? &

h l. fi. de nau. fœnore. l. ad diem. de verb. oblig.
i d. l. penult.
k l. circa §. ſi quis ff. de probat.
l l. ſciendum. de vſur.
m c. ſignificante. de pig.
n l. ſi per emptorem. in fin. de act. empt.
o Argu. l. i §. ſi reus. de eo per quem fact.
p l. fi. de lege cōmiſſ. l. item illa. vbi Bar. de conſti. pecu. Alex. conſ. 92. proſpectis 5. col. in 1.
q l. nepos. de verbor. ſignif.
r l. diuortium. de neg. geſt.
ſ l. Thais. §. i. de fideicō. libert.
t Soci. Purp. hic.
u c. cum tu. de vſuris.
x c. cupientes. §. quid ſi in diſcordia. de elect. in 6. Card. clem. eos de ſepult.
y l. nemo ex his. vbi gl. de reg. iuris.
z §. cum igitur. auth. de non eligen. l. ii §. diuus de ſepulc. viol.
a l. etiam §. fi. vbi Alex. ſol. mat.
b l. mulier. §. ante pe. ad Treb.
c l. i § i. ſi menſ. fal. mod.
d l. nō poteſt. de reg. iur.
e l. ſi mora. vbi Alex. ſol. mat.
f l. latè. ff. de verb. ſig.
g l. fin. §. fin. vbi Dd. ad l. Rho. de iactu.
h l. cū res. in fin. prin. de leg. i.
i l. ſi cōſtante §. ſi vxor. ſol. ma.
k d. l. cū res. ver. itaque. d. l. ſi ſeruū. ver. ſi autem alienus de verbor. oblig.

præſumi,præſumptoq́; hoc ex dolo te condemnari debere, Bartolus ſenſit [a]. Cùm enim conſtet te ſemel poſſediſſe, ſemper quoque continuaſſe poſſeſsionem, credendum eſt, donec tu probaueris, quo tempore deſieris poſsidere [b]. Iaſon contrà, quia ab animo
29 poſſeſsio pendet. †Vnde qui olim poſſedit, non præſumitur hodie, ſi hoc negauerit, poſsidere [c].

causa [a] ſit, propter quam intelligere deberes [b], te dare oportere.

A Sed regulariter quidem verum eſt, quod Iaſon tradit [d]. Cæterum eius concluſio tribus caſibus non procedit. Primus, quum tempore litis conteſtatæ poſsideret [e]. Secundus, ſi is ab actore cauſam haberet [f]. Lex enim interpretatur his caſib. dolo eum deſiſſe poſsidere [g]. Tertius, cùm actio ne perſonali obligatus erat alteri dare: debuit enim curare, ne res extra poteſtatem ſuam exiret, vt in tempore fidem ſuã abſoluere poſſet [h]: quẽ caſum Bartolus hîc attingit, Bartolumq́; & ego, B ne fraudibus via facilè pateat, ſequor [i]. Sanè &
30 hîc Doctores adnotant, † eum qui dolo poſsidere deſierit, non leuius condemnari, atq; ſi poſsideret [k]: idq́; vt dolus ſuus cuiq; noceat [l]. Si igitur de doloſi damno agatur, pro poſſeſſore habebitur [m]: ſi de commodo, ſecus [n]: quod Iaſon hîc diffuſius tradit. Idemq́ue ego putauerim, quum neceſsitas, æquitasq́; huius fictionis ceſſat [o]: quod infrà oſtendam.

C a ¶ Aliqua iuſta cauſa.) Iuſta ergo cauſa ſcien
31 tiæ facit, vt quis in mora conſtituatur: † quoniam paria cenſentur, vel quòd quis ſciat, vel quòd ſcire debeat [p]. Sicut et idem iudicatur, quòd quis rem aliquam habeat, vel habere debeat [q]. Sed an idem in lege noſtra ſit, ſi debitor quidem neſciuit, ſed facilè ſcire potuit? Et videtur perinde iudicandũ, ac ſi ſciuiſſet. Sed tamen cùm mora non contrahatur abſque lata culpa, perpendendum eſt, an quicquam tale ſit, quod ignorare citra eã D culpam non potuerit: quod Accurſius cenſuit, idq́ue ex qualitate rei diſcernetur [r]. Hinc igitur
32 omnes adnotant, iuſtam † cauſam excuſare à mora [s], & conſequenter à culpa [t]. A dolo verò, etiam quæ iniuſta ſit, excuſat [u]. Sanè iuſta cauſa etiam ab expenſis excuſat [x], & à pœna legali [y]: idemq́; ne quis in id quod intereſt condemnetur [z]. Et generaliter in omni materia, ſemper iuſtæ excuſationi locus eſſe debet: quod à nobis libro de
33 verborum ſignificatione primò tractatum eſt.
E Hîc verò videndum eſt, † quænam iuſtæ cauſæ cenſendæ ſint, ne quis in mora conſtitutus videa
34 tur. Et in primis, † quoties debitum liquidum non eſt, mora non committitur [a]. Quod intelligendum, cùm adeò obſcurum eſt, vt fortè nihil debeatur [b]: vel ſi quid debeatur, tale ſit, vt pro eo lex totius retentionem concedet, donec res pate facta ſit: vt cùm legis falcidiæ exceptio objicitur [c]. Alioquin reſpectu ſummæ, de qua liquidò conſtaret, mora committeretur, idq́ue regulari- F ter [d]: niſi quòd dicto caſu, cùm lex concedit retentionem, debet creditor proteſtari, ſe partem liquidam accepturum: aliàs nec in ea quidem reus in mora conſtitueretur [e]. Planè, cui aliquid relictũ eſt ſub conditione, ſi rationes reddiderit, rem liquidam præſtando, & pro ſumma obſcura ſatisdando, conditionem adimpleſſe videtur [f]: quod Iaſon hîc ad ſimiles caſus producendum cenſet. Nam & cùm conductor propter vtiles impenſas fundum retinere vellet [g], reſpondit Caſtrenſis, depoſitis quinque ſolidis, & fideiuſsione pro reſiduo præſtita, expelli poſſe [h]: niſi meliorationes huiuſmodi iam ad liquidum redactæ eſſent: vel actum foret, non prius expelli colonum poſſe,
35 quàm eis ſolutis. † Qui enim fideiuſſorem dedit, non ideo dicitur ſoluiſſe [i]. Altera cauſa eſt, cùm quis iuſtè ignorat ſe debere, vt quia ſit hæres, vel quia cõtraxerit per procuratorem [k]: quod intelligendum, ſaluis caſibus,
36 quibus lex ſcientiam præſumit [l]. † Igitur cùm ignorat, debet prius interpellari, certiorarique [m]: quod vel per inſtrumenti exhibitionem, quod ei legi vt intelligat, percipiatque, ſaltem quod ad ſubſtantialia attinet, debet [n], petentique etiam exemplum relinqui [o]. Idem erit, ſi non exhibitioni inſtrumenti, ſed teſtium, qui iuramento ad fuerint, fidem fecerit [p]. Idem ſi alia legitima probatione, puta ſyngraphæ ſubſcriptæ, vel ſigillo B munitæ [q], vel etiam denunciatione autoritate iudicis facta [r]: quod alibi quoque à nobis traditum eſt [s]. Tertia cauſa eſt, cùm de proprio quidem fa-
37 cto agitur, † ſed debitor ignorãtiam propter obliuionem allegat: quę exceptio quandoque probabilis eſt, tum ex temporis diuturnitate [t], tum ex occupationum frequentia, negociorumúe qualitate [u]. Nam & tũc certiorari debitor debet, in memoriamq́ue ei reduci, vt reminiſci poſsit: non tamen neceſſariò exhibendum hoc caſu eſt C inſtrumentum, quod rectè recentiores tradunt.

b ¶ Intelligere deberes.) Siue quia admoni-
38 tus. interpellatusq́ue, ſiue alia ex cauſa. † Neceſſaria enim ad inducendum moram regulariter interpellatio eſt [x]: quę verbis aptis, loco, temporeq́ue congruo fieri debet [y]. Itemq́ue perſonam legitimam habentibus, quod alibi à nobis explica
39 tum eſt [z]. † Quandoque tamen abſque interpellatione, perinde quis tenetur, atq; ſi in mora eſſet: vt cùm dies tacitè ineſt, veluti ſi quis inſulam D facere promiſerit: habet hæc facti ſucceſsiui promiſsio tacitam diem, cùm primum fieri poterit [a]: quæ dies interpellat, & in mora debitorem cõſtituere videtur [b]: quod multò magis in die expreſſa dicendum eſt: eius enim euentu, citra interpellationem committitur mora: nec diſtinguimus, ſciuerit debitor, an ignorauerit [c]. Sed † &
40 ex euentu conditionis moram committi traditum eſt [d]. Fauore quoque perſonarum, perinde debitor non interpellatus tenetur, ac ſi in mora E eſſet: veluti an quis minori XXV. annis obligatus eſt: re enim ipſa ad vſuras, tanquam morator conuenitur [e]. Quod & ad eccleſiam productum eſt [f], itemq́ue & ad fiſcum [g]: quod Purpuratus ad omnes cauſas extendit, quæ ſolent hiſce æquiparari [h]: qua in re amplius cogitandum eſt. In libertate ſanè idem eſſe, quadam cum diſtinctione cõſtat [i], ſicut & in dote, quam extraneus promiſerit: & is enim lapſo biennio ad vſuras conuenitur [k]. Sed & odio prædonum fit eadem interpre- F tatio [l]. Non enim minus hi deliquêre, quàm qui moram faciunt: quod & in poſſeſſore quoquo modo ſciente receptum eſt, qui hæreditatis petitione conueniri poſsit [m]. Idem in emptore, qui rei venditæ fructus percepit: debet enim precij vſuras refundere, tanquam tantum venditoris interſit [n]. Vnde & hodie iure Pontificum idem
41 ſeruatur: quod Bald. cenſuit [o]. † Is quoque qui aliena negocia gerit, à ſe in primis exigere debet, ſi nolit tanquam fruſtrator obligari ob vſuras [p]. Sed quid in eo qui iurauit aliquid præſtare? an ſi ſciat

a Bart. quæſt. ii. b l. nõ ignorabit. C. ad exhib. c Bald. & Paul. Caſt. l. ſi minorem. i. col. C. de in integ. reſtit. min. d Gl. l. ciuile. C. de furt. e d. l. non ignorabit. f l. ſi creditor. C. de pig. act. g Bart. l. ſiue. C. de probat. h l. ſi ſeruũ. ver. ſed & ſi ſit. de verb. oblig. i Abb. c. cum ad ſedem. col. 6. de reſt. ſpol. k l. parens. de regul. iur. Bar. l. Caſsius de ſol. l c. culpa. de regul. iur. in vj. m l. qui reſtituere. de rei vend. n arg. l. relegato rum. in fi. de in terd. & releg. o l. regaſti. §. fi. ff. cod. p Bald. auth. ad hæc. col. iiii. C. vſur. q l. pen. §. cũ ita. vbi Bar. de auro & arg. leg. r l. doli. in fin. i. de nouat. ſ l. ſciendum. de vſuris. t Bart. l. iuſtè. in fi. de acq. poſſ. u l. igitur. de libert. cauſ. x §. oportet auth. de iud. y Gl. l. ab executione in fin. C. quorum app. z l. 3. in gl. mag. ff. de tritic. a l. non poteſt. ff. de reg. iur. b l. qui ſolidum. in pri. de leg. ii. c l. in fideicommiſſ. de vſu. d Bar. d. l. non poteſt. l. i. §. ſi ſti pulandi. in fin. de verb. oblig. e d. l. qui ſolidũ. vbi Bart. f l. ſtatuliber ratione. de ſtatulib. Dd. l. prætor. §. ſi quis paratus. de operi. no. nunc. g l. pen. ff. loc. gl. l. colonus. ff. de vi & vi arm. h Paul. Caſt. conſil. 326. viſo in ſtrumento. col. 2. Doct. l. iiii. §. ſi ſe obtulit. de re. iud.

i d. l. Barbarius. in fi. Barb. conſil. 36. col. 8. in ſecundo. K l. qui in alterius de reg. iu. l Alex. l. nõ fatetur. de confeſſ. in add. ad Bar. tolerabilis. & conſil. 4. in ii. col. pen. verſ. vltra. m Clem. cauſam. de elect. l. ſi quis inficiatus. ff. de poſiti. n Felin. c. vltra. col. i. & ii. de teſtib. o d. cle. cauſam. p Bar. l. quidam decedens. ad fi. de adm. tu. q Dd. c. ii. de fid. inſtru. r l. fi. de leg. cõmiſſ. s l. deteſtatio. de verb. ſig. t Doct. l. i. C. de ſer. fugit. u Bart. l. ii. §. quod obſeruari. col. iiii. de in. propter. calum. x l. ſi ex legati. de verb. oblig. y Gl. l. mora de vſufr. z d. l. deteſtatio. a l. continuus. §. item quod de verb. oblig. b l. ſi ſtipulatus ſem abs te. de verb. oblig. c l. ad diem. vbi Dd. de verb. oblig. d l. ita ſtipulatus vbi gl. verb. agendũ. de ver. oblig. e l. Titia Scio §. i. de leg. ii. l. in minorum. C. in quib. cauſ. in teg. reſti. f Gl §. item mixta. verb. iudicio. de actio. g l. cum quidã §. fiſcus. de vſur. Gl. l. i. C. de iis quib. vt indig. h c. ſin. de re iud. i l. cùm verò §. oportet. de fideicom. libert. K l. fi. §. prætor. C. de iure dot. Ro. ſingul. 298. l l. meritò. de vi & vi ar. l. i. C. de his quæ metus cauſ. m l. item veniunt. §. petitum. de petit. hæred. n l. curabit. de act. em. vbi Bal. o Gl. c. cũ venerabilis. verb. bonæ fidei. de except. p l. qui ſine. ff. de neg. geſt.



ſi ſciat creditorem indigere, etiam non interpellatus præſtare teneatur? Et aduerſus Alex. ſenten
42 tiam receptius eſt teneri [a]. † Stimulare enim vrgereq́ue quemlibet debuit religio, vt quamprimum fidem ſolueret [b]: niſi iurauerit quis præſtare ita demum ſi requiſitus eſſet [c]: à verbis enim iuramenti recedendum nõ eſt [d]. Idem ſi ſtatim interpoſito iuramẽto creditor indiguerit: non enim videtur actum, vt debitor cum ſacco paratus confeſtim accurreret [e]. Exiſtimauerim quoque venditorem, qui defenſurum ſe iurauerit, & iudicium ſuſceptura non niſi poſt denunciationem teneri [f]: cum probabiliter dubitare poſsit, an potius ſibi ſoli emptor confidat,
43 & ideo pacti beneficio vti nolit [g]. Et quamuis † iuramentum ſcientis, interpellationem ſuppleat, hoc tamen caſu ſola ſcientia non ſufficit, ſed iudicatio neceſſaria eſt, vt non ſolùm probationes
44 venditor ſuggerat, ſed etiam liti adſiſtat [h]. † Intelligitur ergo iuramentum ſecundum actus naturam, vt teneatur defendere, emptore volente & admonente [i], maximè cum nunquam ſcire venditor poſsit, an tanta immineat neceſsitas emptori. Quid enim ſi propriis iurib. tueri ſeipſum velit? qua tamen in re amplius deliberandũ eſt [k]. Sed quid rurſus in eo, qui facturum & curaturum
45 aliquid promiſit, † an ſe in mora, abſque interpellatione conſtituetur? Et Baldus cenſuit conſtitui [l]: quia qui ita promiſit, cenſetur factum ſuum, curamq́ue continuam promiſiſſe, donec fiat [m]: vnde in mora re ipſa conſtituitur [n], idq́;, ſiue ex contractu quis adhoc teneatur, ſiue legis mandato [o]: quæ ſententia communiter approbari meruit. In promiſsionibus tamen facti alieni, quas prætor æquitate quadam interpretatur, vt curã propriam cum effectu comprændant, vero propius eſt, interpellationem neceſſariam eſſe [p], idq́ue æquitate prætoria induci [q]: quod aduerſus Decij reſponſum receptius videtur [r]. Sed finge,
46 † in iis caſibus quibus neceſſariam non eſſe interpellationem diximus, ſpeciem debitam interiiſſe, an debitor liberatus erit? Et videretur liberari: non enim hæc ſpecialia fauore minorum, vel eccleſiæ, vel fiſci, vel iuriſiurandi, adeò extendenda in manifeſtum debitoris damnum ſunt. Et Ideo Sadol. hîc cenſuit, ex hac regulari mora non fieri, quin debitor interitu ſpeciei liberaretur [s], quæ ſententia crebriore calculo fulcitur [t], licet Iaſon ipſe hîc reclamet. Ego ad rationem obligationis attendendum arbitror, vt ſi dolus vel lata culpa debitoris arguatur, vera ſit Iaſonis ſententia [u]: alioquin communem ſequar: vt ſatis eſſe arbitremur, ſi mora hæc irregularis, ſolùm q̃d ad fructus, vſuraſq́; attinet, creditori proſit [x]: non etiam ad rei peremptę caſum, vt perpetuetur obligatio: de qua re alibi [y].

a c. i. §. licet. ſi de feud. defuncti conten. c. breui. de iureiur. vbi Doct. b Dd. c. querelã. de iureiur. c d. l. verb. requiſitus. de noua for. fide. d c. pe. de iur. iu. e Bar. l. cum qui. §. i. in fi. ff. tit. i. f l. i. C. de peric. & commod. rei vend. g l. emptori. vbi Bar. C. de euic. h c. fin. de empt. & vend. i l. fi. de non nu. pecu. K Alex. & Socin. l. ii. §. voluntate. ſol. matr. l Bald. cap. i §. ad hæc, hic. fin. lex Conra. m Bar. l. in lege locationis. loca. n d. l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. o l. i. C. de priua. carce. p l. i. §. nõ exigit. vt in poſſ. leg. gl. l. & ſi poſt. in fin. ff. ſi quis caut. q l. quoties quis. de verb. oblig. r Decius hic, & conſil. 2. col. penult. s l. naturalis §. ſed ſi ſcyphos. de præſcriptis verb. t Alex. l. uinum. ff. co. l. de diuiſio ne. col. fin. ſol. matr. u l. meritò. de vi & vi ar. & textus hic. x d. l. curabit. d. l. fin. §. præterea. y d. l. vinum.

1 Quid ſit certum.
2 Etiam intereſſe certa quantitate expreſſa, per certi condictionem petitur.
3 Certum & incertum quid, ſecundum Imp. in l. vnic. C. de eo quod intereſt, &c.
4 Delicta pro incertis haberi.
5 Certum extra hanc materiam quomodo accipiatur.
6 Quæ dicatur certa inſtitutio.
7 Quid probet teſtis, qui ſe certò ſcire deponit.
8 Certum ex propria ſignificatione quid ſignificet.
9 Realem demonſtrationem certiorẽ eſſe, quàm verbalem.
10 Etiam id certum dici, quod per relationem ad aliud appareat.
13 Scepticis in rebus humanis nihil certum.

## LEX VI.

PAVLVS LIB. XXVIII. *ad Edictum.*

A Certum eſt, cuius ſpecies, vel quãtitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demõſtratione, quę nominis vice fungitur, qualis, quantaq; ſit, B oſtenditur. Nã & Pedius libro primo de Stipulationibus, nihil referre ait, ꝓprio nomine res appellentur, an digito oſtendantur, an vocabulis quibuſdam demonſtrẽtur, quatenus mutua vice res fungãtur quę tantũdẽ præſtẽt.

CERTVM EST.) Cùm ſub hoc titulo de certi condictione tractetur, conſequẽs eſt vt videamus, quid ſit certum. Declaratur autem hæc vox nunc anguſtius, nunc latius, ſecundum ſubiectam materiam [z]. Cùm de certi con-
1 dictione agitur, † certum dicitur, quod vi nominis, vel aliqua demonſtratione, aut relatione apparet, quid, quale, quantumq́ue ſit [a]: dum tamen C ſolutio, nec ex natura rei variabilis ſit [b]. Nec refert an cauſa præcedens incertata ſit: ſatis enim eſt, ſi ipſum quod petitur, ſit certum: vt cùm quis
2 lege Aquilia experitur [c]. † Nam & ſi id quod intereſt petamus, idq́ue expreſſa quantitate, omnes fatentur certum peti [d]: cùm alioquin ſi non exprimatur, lex incerti agi exiſtimet [e]. vnde & incerti condictio in iure dicitur: quæ actio generalis eſt, ad omnia incerta cõpetens [f], idq́; in ſubſidiũ, cũ ex ſtipulatu agi non poteſt [g]: vnde tanquã D generalis cum alijs actionib. quandoq; cõcurrit: veluti cum actione ex vendito [h], quandoq; cum actione ex teſtamento [i], quandoque cum hypo-
3 thecaria [k]. † In conſtitutione verò Iuſtiniani, qua id quod intereſt moderatus eſt [l], illi caſus certam quantitatem vel naturam habere dicuntur, quorum æſtimatio ſeu valor vel ex quantitate expreſſa, vel ex natura ſeu qualitate facti, facilè iudici liquere poteſt. Vnde & emptio, & venditio, & cæteri contractus certi regulariter,
4 E quod ad eam materiam attinet, dicuntur. † Delicta verò, & quæ inde emanant pœnæ, pro incertis habentur [m]. Cùm enim lex dicat, id quod intereſt, in facto conſiſtere [n]: perinde eſt, ac ſi probatione indigere dixiſſet [o]. Ad probationes igitur tali in materia attendimus, vt qui caſus æſtimationem, ſeu valoris probationem in promptu habeant, ſint certi aliàs incerti: quod alibi
5 quoque declaraui [p]. † Rurſus certum quando- F que accipitur, pro eo quod clarum, manifeſtumq́ue eſt [q]: quæ certitudo iuxta rei qualitatem variis modis aſſumitur. Dicitur is certus factus eſſe, qui ab integræ fidei aliquo admonitus eſt [r]. Dicitur certa mulier de morte mariti, quæ certo nuncio intellexit eum periiſſe [s]. Idem ſi ex fama vel præſumptione aliqua admodum probabili [t]. Dicitur certus hæres, vt adire poſsit, qui probabiliter vehementi quadam opinione credit ſibi delatam hæreditatem [u], ex-
6 itusq́ue oſtendit eum rectè ſenſiſſe [x]. † Sic inſtitutio hæredis certa dicitur, quum teſtator nomi

z Iaſ. hic. Fel. c. i. de ſum. trin. a l. ſtipulationum. l. ubi autem. de verb. oblig. b Bar. l. certi condict. col. 3. ff. e. c d. l. certi. in prin. d d. l. certi. iuncta l. antepen. ad l. Aquil. e l. fi. ſ. fi. quis in ius voc. l. liber homo §. fin. de verb. oblig. l. ſi dominus. de præſcri. verb. f l. ſed & ſi me. §. fin. de cond. indeb. vbi Dd. g Inſtit. de verb. oblig. in princ. h l. ſi binarum. de ſeruit. urba. i l. quod ſi nulla. de lega. i. K l. & ideo. in fi. de cond. furt. l l. i. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. m l. fin. de his qui deiect. uel effu. §. i. in gl. fin. Inſtit. de obligat. quæ ex qua. n l. quatenus. de reg. iur. o l. triticũ. de uerbo. obl. l. idem erit. de ſta. ho. p d. l. i q c. de capitulis. x. ciſtin. r l. ſi quis ita. uerſic. pen. de teſt. tutel. Gl. l. Titio fundus. de cond. & dem. s Auth. hodie. C. de repud. c. in præſentia. de ſponſal. t Gl. c. quoniã cõtra. in prin. ut lite non conteſt. uerb. præſumat. u l. Platonius. §. i. de acq. hæ. x Gl. l. ſi quis extraneus in fi. de acq. hæred. Ancha. conſ. 149. & 385.

natim, vel indubitato ſigno eum expreſsit[a]: &
exhęredatio certa, quæ nominatim facta eſt[b], Sic
limites certi, cùm finibus adiectum eſt, qui duo
vicini proximi ſint[c]. Sic inquiſitio certa, qua ſpe
cialiter expreſſa ſolennia continentur[d]. Vnde &
ſententia certa dicitur[e]. Et teſtis certus,
cuius nomen proprium deſcriptum eſt[f].
Si tamen ſint alij eodem nomine, tunc aliæ demonſtrationes
ſunt adiiciendæ[g]. Sed
& teſtis qui affirmauit pro certo ſe ſcire Titium filium Sempronij
eſſe, de certitudine intelligitur, quæ ex natura
rei haberi poteſt[h]. Vnde præſumptiua probatio
7 ſufficit, vt Bar. cenſuit[i]. †Si quis tamen teſtis in
iis quæ ad certam notitiam peruenire poſſunt,
ſimpliciter dixerit, ſe pro certo ſcire, ambiguè di
xiſſe cenſeretur, & ideo non probaret[k]: niſi quatenus
ex ſubiecta ratione declararetur, qualis ea
eſſet certitudo[l]. Excuſabitur igitur talis teſtis,
qui vehementi opinione, vel ex certioratione al
terius, ita pro teſtimonio affirmauit, vt ſe certum
eſſe diceret, ne falſi crimine teneatur[m], non
tamen fidem faciet. † Sanè propria ſignificatio
8 ne certum dicitur, quod liquidò apparet, & occultiore
ſenſu deprænditur, deriuatione à cer
9 nendo ducta. Vnde † illa demonſtratio, quæ per
digitum fit, ea certior eſt, quæ à nomine ſumitur[n],
ſiue id nomen proprium, ſiue appellatiuum
ſit. Quorſum enim ſunt nomina inuenta,
niſi vt rem demonſtrent[o]? Si igitur per oculorum
ſenſum res demonſtrata ſit, nihil vlterius
ambigendum eſt: tametſi Decius friuola ratione
10 diſſentiat[p]. Sed nunquid † certum dicitur, quod
per relationem ad aliud apparet? Et hîc cenſent
plerique, rectè certum dici[q]: quod Iaſon intel-
ligit, niſi certitudo pro forma requireretur. Sed
ego etiam tunc certum id dici magis credide-
rim[r], niſi lex non ſolùm rem certam, ſed etiam
ſpecialiter expreſſam requireret[s]. Idem ſi rem
ipſam præciſe nominari vellet[t]. Vnde cùm lex
in iuramento expreſsionem verbis ſpecialibus
requirat, in eo huic concluſioni locus non erit[u].
Illud non omittendum, † σκεπτικοὺς philoſophos,
11 quorum autor Pyrrho, pro dogmate habuiſſe,
nihil in humanis certi eſſe, nec eorum quidem
quæ viderentur: & ideo omnibus de rebus
ſuſpendi debere iudicium, nec quicquam definiendum.

a l. iubemus. C. de teſta. l. quoties. §. ſi quis nomen. de hære. inſtit.
b l. ii. de liber. & poſthum.
c l. forma. de cenſib. Bart. l. demonſtratio. q. 7. de cond. & demonſt.
d l. libellorũ. vbi Bart. de accuſ.
e §. curare. Inſt. de actio.
f Bart. l. ſi in rem. de rei vend.
g l. hac conſultiſ. vbi Alex. C. qui teſta. face. poſſ.
h c. i. de ſcuti.
i Bar. l. filium eũ definimus. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.
k Bal. d. l. ſi quis ita. & l. ſolum. C. de teſtib.
l c. inquiſitioné. vbi But. v. notab. de electio. Mod. l. ſi poſthumus. §. fin. de lib. & poſthum.
m Archid. Gem. 2. q. 7. beati.
n Gl. l. quæ extrinſ. de verb. obli. Bal. l. contra. C. ad l. Aquil.
o l. Labeo. de ſupell. leg.
p Arg. l. iiii. de leg. i.
q d. l. vbi autem. §. illud.
r l. haſce. vbi Doctor. de hæred. inſtit. Bal. conſil. 212. in v.
s Clc. appellanti. de appel. gl. c. ſi epiſcopus. de præb. in 6.
t l. ait prætor. §. i. de re iud.
u c. pen. de iureiur. vbi Abb.

## PARDVLPHVS PRATEIVS IVRISC. STVDIOSIS S.

ALCIATVS noſter Bartolum imitatus, imò legis vij. & viij. explicationem vno tractationis commentario connexuit, quòd ſequens explicet exemplis legem hanc, Omnia. & vtriuſque eadem ſit materia, vt & ipſe adſeruiſſe viſus eſt.

1 *Acceptilatio ſolutioni, reſpectu iuris & facti, æquiparatur.*
2 *Factum numerandi nullis verbis ſuſpendi aut mutari poteſt.*
3 *A ſtipulatione ad mutuum, probabile eſt argumentum.*
4 *Eius naturæ eſt obligationis diſſolutio, cuius eſt ipſa obligatio.*
5 *Paribus paſſibus ambulant dotis datio, & repetitio.*
6 *Creditor facilius retinet, quàm is cui promiſſum eſt, petat.*
7 *Mutuum rei interuentu contractum, ſola promiſſione abſolui non poteſt.*

## LEX VII.

VLPIAN. LIB. XXVI. *ad Edictum.*

A OMnia, quæ inſeri ſtipulationibus poſſunt, eadem poſſunt etiam numerationi pecuniæ: ideo & conditiones.

OMNIA.) Sicut ergo conditio, vel
dies, promiſsioni aut obligationi
adiici poteſt, eodem modo & numerationi
ſeu ſolutioni[x]: quod intelli-
gendum, quatenus numeratio ſeu ſolutio iuris
B effectum habet: quatenus verò in facto conſiſtit,
aliud eſt[y]. Vnde † quia acceptilatio ſolutioni, & 1
reſpectu iuris & facti imitatione æquiparatur,
nec diem, nec conditionem recipit[z]: †factum e- 2
nim ipſum numerandi, nullis verbis ſuſpendi
aut mutari poteſt[a]. Hincque annotare poſſu-
mus, † probabilem eſſe à ſtipulatione ad mutu- 3
um, argumentationem: ſicut ab obligatione ad
ſolutionem[b]. Vnde ſicut hæres ſoluens inte-
gra legata, legi falcidiæ renunciare videtur: ita
C & promittens[c]. Et ſicut ſoluens æs alienum de-
functi, cenſetur adire hæreditatem: ita qui pro-
miſit ſe ſoluturum[d]. Et ſicut ſcienter ex cauſa in-
efficaci ſoluens, cenſetur donare[e], ita & ſe obli-
gans[f]: quod Alexander reſpondit[g]. Nam & vi-
demus † eius naturæ eſſe obligationis diſſolu- 4
tionem, cuius eſt ipſa obligatio[h]. Et ſicut promiſ
ſum certo loco poteſt vbique peti, ita indebitè
ſolutum vbique condici[i]. Nam & Baldus cen-
ſuit, †paribus paſsibus ambulare dationem do- 5
D tis, & repetitionem[k]: reſponditque quandoque
cum Decio, dotem pacto, ſecundum ſtatuta
Mediolani, marito datam, ſecundum eiuſdem vr
bis ſtatuta etiam reſtituendam, aut lucrifacien-
dam eſſe[l]. Cæterùm perpetua hęc non ſunt: nam
quandoque aliter de eo qui ſoluit iudicamus,
quàm de eo qui promiſit[m], cùm maiorem con-
ſenſum executio actus arguat, quàm ſola produ-
ctio: & † creditor cui ſolutum eſt facilius retine- 6
at, quàm is cui promiſſum eſt, petat[n]. Sed &
E cùm de forma mandati agitur, procurator qui
ſoluere debet, obſeruaſſe non videtur, ſi ſimpli-
citer promiſit[o]: verè enim ſeparata hæc ſunt[p].
Vnde & † mutuum, quod rei ipſius interuentu 7
conficitur, ſola promiſsione abſolui non po-
teſt[q]. Illud quoque dubium non eſt, plurimum
differre, an quis ſe Romæ, Venetiis, Lugduni
ſoluturum ſpondeat: an ſimpliciter paciſcatur,
vt in eis locis conueniri poſsit[r]. Cætera ad ſe-
quentis legis interpretationem, ex ſuprà ſcri-
F ptis repetenda ſunt[s].

x l. ſub conditione. de ſolut.
y l. in diem. vbi Bart. de accep til.
z l. actus legitimi. de reg. iur.
a l. deniq;. in fin. ex quib. cauſis maior.
b l. non omnis. in ff. j. eod. l. Caſſius. de ſolut.
c l. fin. C. ad leg. falcid.
d l. ii. C. de iur. de liber. l. geri. de acq. hæred.
e l. cuius. de reg. iuris.
f l. ſi patronus. de donat.
g Alex. conſ. iiii. col. pen. in 1.
h l. ab empto. ff. de pact.
i l. qui loco certo. de cond. in debiti.
K Bal. auth. omnes peregrini. col. ii. C. commu. de ſucceſſ.
l Deci. conſ. 283. in fin.
m l. cum de indebito. in fin. de probat.
n l. ſi filius. in fi. j. eod.
o l. ſi debitorem. j. de nouat.
p l. Stichus ſi hæredi. de ſtatu liberis.
q l. ſingularia vbi Soci. iii. notab. 2. j. cod.
r Bart. l. pen. 1. col. C. de pact.
s §. appellata. in fin. j. eo.

1 *Quid ſit certi condictio.*
2 *Cur introducta hæc actio.*
3 *Incerta quibus actionibus conſequamur.*
4 *Certa quibus actionibus petantur.*
5 *Pecunia ſemper certa.*
6 *Quid ſit triticum.*
7 *Triticari ad quas res competat, vel non.*
8 *Certi condictionis diuiſio in neceſſariam & vtilem.*
9 *Certi condictio non infamat.*





10 *Quomodo ex Bar. ſententia ad intereſſe competat certi condictio.*
11 *Quando quis ex inſtrumento, paratam executionem habente, ad intereſſe cogi poſsit.*
12 *Certi condictio realiter eſt natiua.*
13 *Datiuæ & naturæ actionis differentia cur à Doct. inuenta.*
14 *An cauſa, ex qua datur condictio, in libello exprimenda ſit.*
15 *Quid appellatione cauſæ hîc intelligatur.*
16 *Certi condictio perpetua ſit, an temporalis.*
17 *Quo pacto accipiendum, quòd dicitur certi condictionem naturam actionũ, quarum vice fungitur, imitari.*
18 *Ex lege Aquil. certi condictione agens, pœnam dupli non conſequitur.*
19 *In certi condictione loco actionis bona fide intentata, non imputantur fructus ante litem conteſtatam.*
20 *Stipulatio legatorum nomine facta, quamuis ſit ſtricti iuris, in acceſsionibus tamen bonæ fidei iudicia imitatur.*
21.25 *Intereſſe an certi condictione peti poſsit.*
22 *Vt certi condictio detur, non ſat eſt aliquid in rerum natura certum eſſe, ſed vt tempore, quo petitur, certum ſit.*
23 *Communioris de intereſſe ſententiæ intellectus verus traditur.*
24 *Quamuis certa ſumma in ſententia petatur, tamen ſi ſolutio ſit variabilis, certi condictio non competit.*
26 *In contractibus innominatis certi condictio non datur, ſimiliter nec in venditore.*
27 *Poſſeſsionem non condici.*
28 *Condictio generalis in obligationibus in diem non prius conceditur, quàm dies venerit.*

## LEX VIII.

POMP. LIB. VI. *ex Plautio.*

PRoinde mutui datio interdum pẽdet, vt ex pòſt facto cõfirmetur: veluti ſi dem tibi mutuos numos, vt ſi cõditio aliqua extiterit, tui fiant, ſisq; mihi obligatus. Item ſi legatã pecuniam hęres crediderit, deinde legatarius eam noluerit ad ſe pertinere: quia
A hæredis ex die aditę hæreditatis vidẽtur numi fuiſſe, vt credita pecunia peti poſſit. Nã Iulianus ait, & traditiões ab hęrede factas ad id tẽpus redigi, q̃ hęreditas adita fuerit, cùm repudiatũ ſit legatum,
B aut† adpoſitũ.

## LEX IX.

VLPIAN. LIB. XXVI. *ad Edictum.*

CErti condictio cõpetit ex omnibus cauſis, ex omnibus obligationibus, ex quibus certum petitur.

1 CERTI CONDICTIO.) † Condi-
ctio certi dicitur actio in perſonam,
qua aliquid in præſentia certum no-
bis dari intendimus ex quacunque
cauſa, ſiue certa, ſiue incerta, ſiue ex contractu, ſi-
ue quaſi contractu, ſiue delicto, ſiue quaſi deli-
cto, ſiue iure directo, ſiue vtili, ſiue quis ſuo no-
mine, ſiue alieno debeat: vt quia hæres pro de-
functo, aut fideiuſſor procuratorúe pro princi-
2 pali conueniatur. Sed † cur hæc actio potiſsi-
mum inducta eſt? Et ſciendum eſt, omnia quæ in
obligatione deducuntur, aut certa eſſe, aut in-
3 certa[a]. † quæ incerta ſunt, variis actionibus pe-
tuntur: ex quibus generalis eſt ex ſtipulatu, ſi in
ſtipulationem deducta ſint: alioquin actione in
factum, aut præſcriptis verbis agitur[b], quando-
que & incerti condictione: de quibus actioni-
bus locis ſuis attingunt[c] Doctores. quæ verò
4 † certa ſunt, particularibus quidem actionibus
ſuis petuntur, quarum exempla aliquot Iure-
conſul. hîc refert. Sed generaliter quoque con-
dictione certi peti poſſunt, adeò vt ſi certum ali-
quid actione ex dolo conſequi poſſumus, tradi-
tum ſit, ad id quoque certi condictionem com-
petere[d]: non quòd actio doli, cum condictione
concurrat, ſed quòd ei iam productæ, condictio
ipſa adiiciatur. Cæterum quia in hac acti-
one id principaliter obſeruatur, vt certũ
ſit quod petitur (quæ res aliquas difficultates
habet) ideo † ad 5
ſolam pecuniam nominatam plerunque
intendebatur, quia
ea ſemper certa eſt[e],
nec ex tempore facilè variatur[f]. Ad alias
verò res, quale eſt † tri 6
ticum, id eſt, granum
omne quod ſpica tegitur[g],
condictio triticaria potius inten-
di conſueuit: in qua
neceſſe non eſt quicquam
probare, an certum
ſit id quod petitur: vtilitatisq; cauſa
C ea † triticaria extenſa eſt, vt ad cæteras quoque 7
res, ſiue iura, ſiue fundus, ſiue poſſeſsio deberen-
tur competeret[h], ad pecuniam verò non compe
teret, cùm certi condictio, quod ad eam attinet,
ſufficeret. † Eſt autem hæc actio quandoque ne- 8
ceſſaria, quandoque vtilis tantum. Neceſſaria,
cùm ex mutuo agitur[i], maximè conſumptione
reconcilatio, vt Alber. & Iaſ. tradidere[k]: vel quia
certum aliquid in ſtipulationem deductum ſit[l],
nec refert in his caſibus ſpecialem (quod ferè
D communis habet opinio) an verò generalem ap-
pellemus: quæſtio enim eſt ſanè quam friuola, &
(vt Horatius ait) de lana caprina. Neceſſariam
quoque tunc Azo cenſuit, cùm in ſubſidium ex
ęquitate ideo datur, quia res mea ad te peruene-
rit[m]. Licet Bart. vtilem potius eo caſu credat,
tanquam condictio ſine cauſa tunc competeret:
quod ibi attingam. Vtilis eſt, cùm quis rem ſibi
debitam petere vult, nec tam reum diffamare: 9
† nec enim famoſa eſt certi condictio[n]: noluit-
que prætor edicto de infamibus eius mentio-
E nem facere[o]: quia in ea non quæritur, delique-
rit reus vel non, ſed an res debita ſit. At infamia
non niſi ex delicto irrogatur[p]. Exiſtimauerim-
que nec de facto quidem notari, qui hac actione
conuenitur[q]: quod in condictione ex lege Alex.
reſpondit[r]: humaniusque eſt, vt in dubio cenſe-
amus hac condictione potius actum, quàm a-
ctione furti ſpeciali, quæ infamia reum notat[s]:
quod Alexan. hîc retulit. Cæterum & non mo-
dica vtilitas ex ea oritur, cùm incertus eſt actor
F quænam ſpecialis ſibi actio competat: ne enim
captione vlla excepto libello fallatur[t], hanc ge-
neralem intendendo ſecurus ſiet. Addit Accur-
ſius, non ſolùm vtilem, ſed & neceſſariam tunc
eſſe, cùm quis fieri aliquid ſtipulatus eſt, & id
quod ſua intereſt petit[u]. Cùm enim id quod in-
tereſt verbis ſtipulationis compræſum non ſit,
ſola certi condictione peti poteſt. Sed ego infrà
oſtendam, ad id quod intereſt, hanc actionem
non competere. † Bartolus tamen & crebriore 10
calculo cæteri, alia ratione Accurſio aduerſan-

L. 9. Certi condictio.

a l. ſtipulationũ. l. ſeq. de verb. oblig.
b Gl. §. ſi. Inſtit. de interd. Bar. rubr. de præſcrip. verb.
c l. ſed & ſi me. §. fin. de cond. in debiti.
d Gloſ. l. i. §. ait prætor. verb. ciuilis. de dol.
e l. numis. de in lit. iuran.
f l. oleo. C. de vſuris.
†agnitum, aliás. Duaren. interpretans, hãc l. legit acquiſitum.
g Dd. l. triticum. de verb. oblig.
h l. i. de condict. tritic.
i Inſtit. quib. modis re contra. oblig. in prin.
K Iaſ. hic col. v.
l l. ſi quis cert. j. eod. Inſtit. de verb. oblig. in prin.
m l. ſi me & Titium. j. eod.
n l. ceſſat. de act. & oblig.
o Bal. c. etſi cler. col. 6. de iudi.
p l. i. vbi Bar. de his qui notan. infam.
q l. honori. j. de obſeq. gl. l. neque. de vi & vi arm.
r Alex. conſil. 6. in 3. col. 1.
s l. hæ enim. in prin. de ſuſpe. tutor.
t l. i. ſi menſor falſ. mod.
u l. ſtipul. non diuid. verſ. Celſus. de ver. obl.

tur:quia quamuis verba ſtipulationis ad ipſum factum ſimpliciter referantur, tamen iuris interpretatione, etiam id quod intereſt, promiſſum videtur [a], & ideo certi condictione ſpeciali agi poteſt: non ergo neceſſaria hoc caſu eſt generalis. Hincque infert Pontanus:
11 † Si lex municipij executionem

ni cauſa [a], & ex omni obligatione, ex qua

inſtrumentis in promptu concedat, aliquiſque factum promiſerit, ad id quod intereſt, cōfeſtim cogi poſſe [b]: quia omnino lex loco facti id quod intereſt ſubrogat: aliàs ſequeretur, debitorem ex mora ſua melioris conditionis fieri [c]: poſt eā enim lex obligationem facti in id quod intereſt vertit [d]: quæ obligatio ſi transfuſa non eſſet, executioni propter verba ſtatuti ſufficeret. At in lege, quamuis correctoria, ſemper fit interpretatio, ne huiuſmodi abſurda induci videantur [e]. Si tamen lex diceret, ad id quod in inſtrumentis B expreſſum eſt, vel quæ inſtrumentis continentur, indulgendam executionem, receptior eſt ſententia, ſecus eſſe [f]. Nec enim eius quod intereſt obligatio ipſi documento cōtinetur [g]. ſed extrinſecus à lege inducitur [h]: quod libro de verb. ſignif. III. declaraui. Ego tum quoq; peti executionem poſſe crediderim, reſpectu facti: quam tamen euitabat debitor, id quod intereſt offerendo [i]: niſi verba ſtatuti adeò præciſa eſſent, vt inde appareret, nullum purgationi moræ locum eſſe [k], vt alibi attigi [l]. C

a ¶ Ex omni cauſa.) Id eſt, facto, vnde obligatio oritur, quod Rhetores αἴτιον vocant, Quicquid ergo actum, geſtum, contractum ſit [m], vnde obligatio ad certum oriri potuerit, hæc actio cō petit. Et ita communiter interpretantur. Addit Deci. idem eſſe, etiam ſi vera obligatio orta non ſit, ſed ſubſit tamen æquitas: nam tum quoq; cōpetet condictio non natiua, vt vocant, ſed datiua [n]. Et ideo poſſe cauſam hîc pro ea facti æqui- D
12 tate accipi. † Regulariter autem conſtat, hanc cōdictionem natiuam eſſe, id eſt, ex facto præcedēte naſci, quod ſecundum iuris communis regulas obligationi ſufficiat [o]. Quandoque tamen datiua eſt, vt quia præter regulas ex aliqua æquitate concedatur: quod Decius aduerſus Bartolum cenſuiſſe videri poteſt, cùm ideo quis conuenitur, quia res mea ad eum peruenit [p]. Idemq; eſſe Alber. & Iaſon tradidere, cùm mutuum principio non tenuit, verùm conſumptione confirma- E tum eſt. Ex ęquitate enim aduerſus ſtrictum ius id inductum videtur [q]. Idem in condictione vtili dicendum eſt [r], etiam ſi per ceſſionem tranſlata ſit: et enim illa quoque potius ex æquitate datur, quia actor nihil cum debitore geſſit [s]. Ergo
13 † datiuæ hanc natiuæq; obligationis differentiam, à noſtratibus Doctoribus proditam, cauſa facilioris doctrinæ, cuiuſdamq; demonſtrationis ſcio, non quòd veteres ad eam vnquam attenderint: quod & Fulgoſius & alij ꝓdidere [t]. Sed † an F
14 hæc cauſa, vnde condictio oritur, in libello exprimenda ſit? Reſpondeo cum Accurſio vtrique exprimendam [u]. Verùm dubitatur, quid hiſce ex verbis intellexerit. Et Guliel. cenſuit cauſam hāc intelligi, quia certum eſt quod debet. Contrà alij frequentius: non enim ſatis certioraretur reus, cederet an contenderet [x]. Et ideo intelligunt
15 † de cauſa quoq; remota, & facti ipſius explicatione, quæ in actionibus perſonalibus neceſſaria eſt [y]. In rei vendicatione verò ſatis eſt, ſi quis ꝓximam cauſam exprimat, quia dominus: videtur enim vndecunque dominium habuerit, de-
16 duxiſſe [z]. † Sed nunquid hæc actio, cùm ſit ciuilis, perpetuò, id eſt, XXX. annis duret [a]? an verò, earum naturam imitetur, quarum loco intentatur? Et hîc probatur imitari, nec amplius viuere. Cùm enim com- A petat, ex omni obligatione, ex qua certum petatur, apparet eis extinctis, non peti: igitur nec cōdictio dabitur [b]. Vnde conſequens eſt, vt ſi loco prætoriæ actionis quanti minoris concedatur, duret niſi anno [c]: ſi verò loco ciuilis, duret perpe-
17 tuò [d]. Subiicit Accurſius, † imitari quidem naturam actionum, quarum vice fungitur: ſed originis reſpectu, non autem accidentium, quę extrin ſecus proueniunt [e]. Quod intelligendum, vt ſi qua ei actioni, cui condictio ſubrogatur, iam adiuncta eſſent, ea in condictionem veniant. Si ve- B rò non niſi ab eius actionis exercitatione accederent, cùm ea non exerceatur, ſed condictio, ſecus ſit [f]. Exempli cauſa: Qui ſeruum alienum corrumpit, ex edicto in pœnam dupli incidit: cœpit enim confeſtim propter delictum debere: meritò, etiam ſi ſubrogata actione agatur, hæc quoque pœna exigetur [g]. Rurſus pone: Aliquis damnum mihi dedit: ſi fateatur, in ſimplo tenebitur: ſi neget, conuictus duplum præſtabit [h]: cùm in id duplum non antè teneatur, quàm C negauerit. Et ſic poſt exercitationem actionis legis Aquiliæ verum eſt, eum qui ſubrogatam aliam actionem intendit, non exercitare legem Aquiliam: meritò tunc ex ſubrogata duplum non prȩſtabitur [i]. quòd maximè in petitione hæreditatis dicendum: hæc enim pœna non delicti, ſed negationis eſt, meritò non cenſetur res hæreditaria. At ea petitio ad res hæreditari-
18 as tantùm datur [k]. Hincq; adnotant omnes † ſi D quis ex lege Aquilia certi condictione agat, pœnæ dupli locum non eſſe: quoniam lex non de certi condictione, ſed de actione legis Aquiliæ loquens, aduerſus inficiantem, inquit, hæc actio in duplum eſt [l]. Quæ ſententia maximè propter pœnæ odium probanda eſt, vt Decius ait [m]. Addit Baldus etiam idem eſſe in eo qui condictionem ex ſtatuto, cauſa damni ſibi dati intendat: nam nec in eo locus erit pœnæ inficiationis. Et quamuis ſecundum ius commune ſtatuta intel- E ligantur [n], ad hanc tamen pœnam non fiet productio [o]. Aiuntque recentiores, in dubio accipiendam eam interpretationem, vt condictio potius ex ſtatuto intentata videatur: tum quia magis ſpecialis [p], tum quia hoc modo euitatur pœna [q]. Fortius cenſuit Bartolus, cuius
19 ſententiam alij crebrius ſequuntur, † ſi certi condictio loco actionis bonæ fidei intendatur, non tamen à tempore moræ fructus imputari, pro- F ut in bonæ fidei iudiciis fieri ſolet [r]: ſed à litis conteſtatione ſolum, cùm condictio adhuc ſtricti iuris ſit [s], naturamque propriam ſeruet [t]. Idemque de cæteris acceſſionibus iudicandum, quæ in bonæ fidei iudiciis largius exuberant [u].
20 Nec me mouet, quod † de ſtipulatione legatorum nomine facta traditum eſt: quæ quamuis ſtricti iuris ſit, tamen in acceſſionibus naturam legati imitatur [x]. Nam cùm cautio illa neceſſariò præſtetur, & à prætore fauore creditoris inuenta ſit, non debuit deteriorem eius conditionem, nec in acceſſionibus quidem facere.

Meritò

a l. ſtipulatio. de fideiuſſ. l. i. de actio. emp.
b Alex. l. iuriſg. §. quod ferè. de pactis.
c c. mora. de regul. iur. in 6.
d l. ſi inſulam. de verb. oblig.
e l. ſcire. §. aliud de excuſ. tut.
f Butr. Imol. c. 3. de conſtit.
g l. i. ꝟ. de iis quæ in teſta.
h Bar. l. cum ſtipul. colu. ii. de verb. oblig.
i l. ſi duo. §. ait prætor. cum l. ſeq. de conſti. pec. Rom. d. l. ſi inſulam.
K d. l. ſi inſulam. vlt. notab.
l Angel. & Moder. d. l. ſi inſulam. in prin.
m l. Labeo. ii. de verb. ſig.
n Arg. l. iii. ꝟ. commod.
o l. iuris gentiū. verſ. i. de pac. vbi Iaſ.
p d. l. ſi me & Titium. ꝟ. eod.
q Alber. l. ſi à furioſo. ꝟ. eod.
r l. cū filius. ꝟ. eo. vbi Iaſ.
ſ Bar. l. i. de act. & oblig.
t Mod. l. cum mota. C. de tranſactio.
u l. & an eandem. §. actiones. de excep. rei iud.
x l. i. §. de eden.
y l. ſi mater. §. eandem. de excep. rei iud.
z Gl. l. i. §. de edendo.
a Inſtit. de perp. & temp. act.
b l. ſi eum. §. fin. ſi quis caut.
c arg. l. duobus. §. excep. ꝟ. tit. i.
d Gl. l. Iulianus. de act. emp. vbi Bar. in prin.
e l. itē veniūt. §. cum prędiximus de pet. hæred.
f l. eū qui in prin. ꝟ. tit. i.
g l. vt tantum. de ſeruo cor.
h l. cōtra neg. C. ad leg. Aquil.
i d. §. cum prædiximus.
K l. item videndum. in fin. de petit. hæred.
l l. ii. §. ad l. aquil.
m Arg. l. ſi præſes. de pœn.
n l. ii. C. de nox.
o arg. l. in teſta. ꝟ. de condi. & demonſt.
p l. hoc legatum. de lega. iii. vbi Bart.
q d. l. hæ enim. de ſuſp. tut.
r l. videamus. ii. de vſur.
s Gl. §. actionum. Inſtit. de actio.
t Arg. l. in bonæ fi. ꝟ. de eo quod cer. loc.
u l. ædiles. §. it. ſciendū. de ædili. edict.
x l. i. §. belliſſimè. vt leg. nomine cau.



Lex. 9. Certi condictio.

Meritò igitur ex mente prætoris hæc ſit interpretatio [a], vt perinde fructus debeantur, atque ex priore obligatione debebantur [b]: quæ interpretatio quandoque & in contractibus accipitur: idque ex contrahentium mente [c]. At in iudicijs, cū pars ſemper præſumatur diſſentire, nihil poteſt videri actum [d]. Et ideo imputet ſibi actor, qui tale remedium elegerit [e].

certum petitur [a], ſiue ex certo cōtractu petatur, ſiue ex incerto. A Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dum modò pręſens ſit obligatio. Cæterū ſi in diem ſit, vel ſub conditione obligatio, ante diem vel conditionem nō potero agere. B ¶ Competit hæc actio etiam ex legati cauſa, & ex lege Aquilia: ſed & ex cauſa furtiua per hāc actionem condicitur. Sed etſi ex ſenatuſconſulto agetur, competit hęc actio: veluti ſi is, cui fiduciaria hęreditas reſtituta eſt, agere volet. Siue autem ſuo nomine quis obligatus ſit, ſiue alieno, per hanc actionē rectè conuenitur.

a ¶ Certum petitur.) Suprà explicuimus quid ſit certum. Videtur autem Iureçonſultus hîc in primis petitionē perpendere, an id quod petitur certū ſit: quod & clarius explicat ſubijciendo, nihil referre, an cōtractus fuerit incertus, dum petitio ſit certa. Et ideo Iacobus, Petrus, Cynus, Albericus, Pontanus cen-
21 ſuerunt, † quamuis id quod intereſt incertum ſit, lexque incerti actione peti expreſsim, idq; non vno in loco dicat [f]: tamen ſi certa ſumma libello C comprænſa ſit, certi condictionem ad id intendi poſſe. Contrà Azo & alij plerique indiſtinctè, id quod intereſt hac actione peti poſſe: quæ ſententia & ratione & lege deficitur: vt mirum ſit, quomodo potuerit communiter approbari, cùm verba legis violet, dum Incerti interpretatur, id eſt, certi [g], nempe album pro nigro: cùm & principalem differentiam inter actionem ex ſtipulatu & condictionem extinguat, quæ potiſsimùm eo conſiſtit, vt in condictione certum exigatur, in D ſtipulatione verò ad id quod intereſt fiat cōdem-
22 natio [h]. Nec obſtat, id quod intereſt in rerum natura certum eſſe [i]: quia † vt certi condictio competat, hoc non ſufficit: ſed vt tempore, quo petitur certum, pronunciatione ipſa, vel ſaltem relatione ad aliud, præſens appareat, quid, quale, quantumque ſit [k]. Rurſus non obeſt, quòd ex lege Aquilia competat certi condictio, & tamen in ea lege fiat in id quod intereſt condemnatio [l]: E quia hoc tum demum procedit, cùm certa quantitas hoc nomine petitur, quo in caſu lex noſtra expreſſe loquitur. Diſtinguendæ igitur tres ſunt
23 ſpecies. Prima, † cùm quis in libello centum petit ſibi, ob id quod intereſt, reſarciri: & ſi ſolutio variabilis non eſt, vt in ſuprà ſcripto legis Aquiliæ exemplo: vel quia in his caſibus agatur, quibus reus moram purgare non poteſt, factumque ipſum præſtare [m], certi condictio competat. Et ita communis ſententia defendatur, ſicque lex F noſtra intelligatur, quatenus incerti contractus
24 mentionem facit. Secunda ſpecies eſt, † cùm certa quidem ſumma in libello petita eſt, ſed ſolutio variabilis eſt: vt quia reus rem vel factum ipſum præſtando liberetur [n]: & non competere certi condictionem ex priore ſententia concludamus, quam hoc caſu Aretinus, Socinus, Picus, Purpuratus ſequuntur, receptiorque hodie videtur. Nec me mouet Alexandri opinio, exiſtimantis variationem ſolutionis quæ ex æquitate concedatur, nihil impedimento eſſe, quo minus certi condictio competat, quia hoc nullo iure probatur: & Accurſius, qui id ſentire viſus eſt, legis ipſius verba aduerſus ſe habet [o]. Tertia ſpecies
25 eſt, † cùm ſimpliciter aliquis petijt Titium ad id quod intereſt ſibi condemnari (valet enim generalis hæc intentio, vt Accurſ. cæteriq; poſt Bar. frequentius exiſtimarunt [p]) Et hîc communis eſt opinio, condictionem certi competere. Ego priorē ſententiam legum verbis magis quadrare video, vnde & eam ſequor, mecūque Caſtellio, Fulg. Comen. Iaſonque & Dec. ſentiunt. Et hinc infertur veram eſſe cōmunem ſenten-
26 tiam, exiſtimantium, † in contractibus innominatis certi condictioni locum non eſſe. Cùm enim in his ad id quod intereſt agatur [q], præciſeque reus cogi non poſsit, imò licita ſit pœnitentia, apparet incertum eſſe C contractum ſicut & petitionis euentum, vt Iaſo. hîc tradidit. Rurſus infertur, vera Dynum, Pontanumque dixiſſe, cùm cenſuerunt, eum qui rem dari, vacuamque poſſeſsionem tradi ſtipulatus eſt, ad fructus collectos hac condictione non agere [r], ſed incerti actione [s]: quia cùm tanquam id quod intereſt debeantur, apparet certa obligatione non deberi [t]. Sed quid in emptore dicemus? an condictione venditorem coget? Et eadē ratione non videretur, cùm lex ſimpliciter dicat, D venditorē ad tradēdū obligari, et ſi nolit tradere, in id ꝙ intereſt agi [u]. Et ita veteres crebrius, vt Alex. ait, ſenſere. Hodie tñ poſt Bar. receptius videtur hoc non procedere, cū venditor dñs eſt: quia tūc pręciſe poteſt cogi vt tradat, dominiūq; trāsferat [x]: tenetur enim ad cauſam bonorū [y]. Sed certè ſiue dñs ſit, ſiue nō, traditio ea meri facti nō eſt, cùm ſaltē cauſam vſucapioni, itēq; publicianę actioni pſter. Verū hac de re alibi diffuſius tractaui [z]. Sed quid in eo, qui ad reſtituendū tenetur? & ſi E aduerſus eū agatur, ꝙ præciſe obligatus nō ſit, vt quia res perierit: dubiū non eſt, cōdici ei hac ratione nō poſſe, cū id ꝙ intereſt ſoluendo, liberet [a]. Si verò præciſe reſtituere teneatur, vt eſt cōmodatarius, depoſitarius, & ſimiles, adhuc idē ex cōmuni ſentētia dicendū eſt. Iaſon tñ et Decius diſſentiūt, cùm ſolutio variari nō poſsit. Sed hoc caſu alia ratio impedit, nēpe ꝙ hæc cōdictio ad dādū tantū cōpetit [b]. At iſti nō dare, ſed retrò trade-
27 re ſolū tenentur. † Nec rectè qs dixerit poſſeſsio- F nē condici poſſe [c], ſiue quia iſti nomine dñi poſſident [d], ſiue talis cōdictio potius incerti eſt [e]. Sequitur igitur, vt ſpecialiter id ſolū conceſſum ſit, cū aduerſus furē cōdicitur: idq; odio furis [f]. Non tñ negauerim, condictionē rei ſuę etiā alij quandoq;, quàm furi concedi, cum ille qui agit, fictione legis, ſeu iure ſpeciali tantū dñs eſt [g]. Vt enim vberius dominiū ſecundū iuris gentium regulas per traditionē acquirat, cōdictio quandoq; ei nō denegatur [h]: ꝙ Aretinus, Socinus, Iaſon latius hîc
28 attingunt [i]. Poſtremò infertur, † condictionem

a l. in conuentio. de ver. obli. gl. l. in prætoriis. de præt. ſtipul.
b Bar. l. non ſolū. §. morte. §. op poſ. de op. no. nunc.
c l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. Bar. d. l. videamus.
d l. inter ſtipulantem. §. i. de verbor. oblig.
e l. cum filius. §. pen. de leg. ii. Bar. l. i. §. hæc actio. ꝟ. ſi quis teſt. lib.
f l. fin. ſi quis in ius voc. l. iii. C. de inut. ſtipul.
g d. l. fin. l. liber homo. ii. in fin. de verb. obli. l. quòd. ſi de leg. i. d. l. ſi ſtipulatus. de vſur.
h l. ſi quis certū. ꝟ. eo. l. ſi pœnā de ver. obli.
i l. cùm ad præſens. ꝟ. eod.
k l. certum. §. eod.
l l. ait lex. in fi. ad leg. Aquil.
m l. ſi inſulam. de verb. oblig.
n l. ſi quis. in prin. loca. l. qui autē. §. quod ſi ante. de conſtit. pec.
o l. ſi pacto, quo pœ. in gl. C. de pact.
p Arg. l. iii. in fin. C. de inutil. ſtipul. l. i. §. quia aūt. quor. leg.
q l. naturalis. ff. de præſcr. ver.
r Dyn. d. l. vbi. §. illud.
s l. ſi ſtipulatus. de vſur.
t Bar. l. videamus. eod. tit.
u l. i. l. ex empto de act. empt.
x l. cum manu. §. fin. de contrah. empt.
y l. in conuentione. in fi. de verbor. oblig.
z l. i. C. de ſent. quæ pro eo ꝙ inter.
a l. ſi creditor. C. de pig. act.
b §. appellamus. Inſtit. de actio.
c l. indebiti. §. i. de cond. inde.
d l. licet. §. i. de poſ. l. certè. §. is qui pre. de preca.
e l. ſi binarum. de ſeruit. vrban. præd. dixi §. l. certum.
f l. ſcire. §. fin. de verb. oblig. vbi Alex.
g l. i. C. de don. quæ ſub modo.
h Arg. l. ſi. C. communi. de leg.
i Arg. l. in bello. §. ſi quis ſer. de capt.

hanc generalem in obligationibus in diem, non prius concedi, quàm dies venerit: quod verba Iureconſulti clarè indicant: propter enim commodi incertitudinem, quòd medio tẽpore prouenit[a], antè agi non poteſt, vt Bartolus Angeluſque cenſuerunt: licet in contractu veri mutui propter rei interuentum aliud ſit. Naſcitur enim etiam ante diem actio: vnde eam cedi poſſe, non ſimpliciter ſpem, lex ait[b]. At cùm generalis hæc condictio, in alijs contractibus ex abundanti detur, non cẽſuit lex operæprecium prius concedi, quàm actor eam elegiſſet, & quàm res petenda omnino certa eſſet: ideoque hîc petitio ipſa plurimum perpenditur. Et quamuis commodum medij temporis poſsit, quantum ad alias actiones, certum dici[c]: tamen quod ad hanc condictionem attinet, hoc ſatis non eſt, cùm maiorem certitudinem requirat, & ad id quod intereſt, niſi certò expreſſum ſit, non competat, vt ſuprà oſtendimus: ſicq; defendi Bartoli ſententia ab aduerſantium crebriore calculo poteſt.

a l. ſi conſtãte. §. quoties. ſoluto matr.
b l. qui mandatũ. ff. mand.
c Bar. l. ita ſtipulatus. 2. q. in fin. de verb. oblig.

¶ Quoniam igitur[a] ex omnibus contractibus hæc certi condictio cõpetit, ſiue re fuerit contractus factus, ſiue verbis, ſiue coniunctim, referendæ ſunt nobis quædam ſpecies, quæ dignũ habẽt tractatũ, an hæc actio ad petitionem eorum ſufficiat. ¶ Numeraui tibi[b] decem, & hęc alij

1 *Quãdo ex ſtipulatione alterius nomine facta, tertio quæratur actio.*
2 *Numeratio in dubio proprio nomine facta cenſetur.*
3 *Fauore liberalitatis alteri per alterum interdum acquiritur.*
4 *Rei propriæ quis legem imponere non prohibetur.*
5 *Etſi ſtipulatio nulla ſit, ex numeratione tamen actio naſcitur, contra Baldum.*
6 *Si vnus nomine ſtipulatio, alterius autem numeratio facta ſit, cui quæritur actio.*
7. 9 *Stipulatio à pupillo abſq; tutoris autoritate cõtracta, an omnino ſit nulla, & quam obligationem producat.*
8 *Conditio eius deterior fieri dicitur, qui pluribus actionibus teneri incipit.*
10 *Naturalis obligatio retentioni ſufficit.*
11 *Cui incumbat onus probandi, locupletiorem quem factum eſſe.*
12 *Coniecturis locum eſſe quando quæritur, num ſit in vſus proprios res verſa.*
13 *Ex eodem facto quandoque duas contractuum ſpecies produci, quarum altera deficiente, altera in vigore eſt.*
14 *Statutum odioſum quod probationum copiam reſtringit.*
15 *Diſpoſitio legalis de ſimplicibus loquens, ad miſtos caſus traditur ſi ſubſit eadem ratio.*

a ¶ §. QVONIAM igitur.) Cùm certi condictio ex ſtipulationis contractu oriri non poteſt, quia inutiliter celebratus ſit, agitur ſaltem ex numeratione: quod quatuor exemplis Iureconſultus oſtendit.

b ¶ NVMERAVI tibi.) Primum exemplum quo actus ſtipulationis eſt nullus, quia alteri facta[d]: vnde illi alteri nulla obligatio quæritur, nec naturalis quidem, cum nihil cum ipſo geſtum ſit, vt Socin. & Decius cenſuerunt. Ego non
1 ſolùm ſtipulanti, quod receptiſsimum eſt, † ſed etiam alteri quæri obligationem naturalem poſſe arbitror, ſi id actum ſit, illeque ratam habuerit[e]. In caſu tamen noſtro non videtur actum; cùm veriſimile ſit, eum qui numerauit, ius ſibi ex numeratione quæſitum noluiſſe remittere: niſi caſu quo ſtipulatio non ſolùm obligatione naturali, ſed etiam ciuili firma eſſet[f]. Vnde cùm ciuiliter non valeret nec naturaliter quidem propter defectum conſenſus obligationem parit: alioquin duplex obligatio naturalis inde oriretur, altera ex ſtipulatu verſus tertium, altera verſus ſtipulantem ex numeratione: quod non eſt veriſimile actum fuiſſe[g]. Igitur tum demum naturalis abſenti acquiretur, cùm ita actum eſſe conſtiterit[h]. Sed & ſi numeratio nomine abſentis hîc facta eſſet, quia ea actu in naturali conſiſtit, potuit abſenti actio acquiri[i]: quo factum eſt, vt textus noſtri exemplum Doctores intelligant, cùm quis ſuo nomine numerauit licet alieno ſtipulatus ſit.
2 † Numeratio enim in dubio, nomine proprio facta cenſetur[k]. Sicut qui ſoluit, de ſuo ſoluiſſe præſumitur[l]. Et quamuis incontinenti ſtipulatum ſit alteri reddi, non tamen ſubauditur alterius perſona in numeratione[m]: & ita Paul. Caſt. Iaſonque ſentiunt, licet Dec. friuola ratione diſſentiat. Nec enim ex actu ſubſequenti inualido repeti debet perſonæ nomen[n]. Et hæc ſecundum regulas iuris expedita ſunt. Quandoque ex quadam æquitate, † fauore liberalitatis mu- 3
nificentiæque alteri acquiritur: vt cùm tibi cauſa donationis numero centum, & ſtipulor poſt tempus rem donatam alteri reſtitui[o]: quod & in dote receptum eſt[p]. Sanè illud quoq; traditum eſt, ſi de re quæ mea permanet paciſcar, certo caſu alicui reſtitui, valere pactionẽ, & ex ea vtiliter agi poſſe[q]. † licet enim rei propriæ legẽ impone- 4
re[r]: idq; multò magis, ſi alienæ, reſpectu dominij: licet meæ, reſpectu poſſeſsionis imponã, dũ tamen in vtilitatẽ domini[s]. Cæterũ & ſingularis quoq; ſucceſſor pacto meo obligari erga alterũ poteſt[t], ſi ille aduerſus me agere poſſet, atq; ideo mea pecuniariter interſit[u]: vt cùm quis vẽdit ſaluo coloni, vel inquilini iure. Adnotãdum igitur hoc ex textu eſt, † ſi ſtipulatio ſit nulla, ex nume- 5
ratione actionem naſci: quod adeò verum eſt, vt idem receptum ſit, ſi cùm proteſtatus eſſem me ſtipulaturũ, nihilo minus abſq; ſtipulatione numeraui[x]: nihil enim refert, an quis perperã ſtipuleẽ, an nõ ſtipuletur[y]. Bal. tamẽ hoc caſu nec ex numeratione qdẽ naſci obligationẽ cẽſuit. Quæ ſentẽtia vera nõ eſt, niſi cũ manifeſtè cõſtaret id egiſſe partes, ne omnino ex numeratione orireẽ obligatio[z]: quo caſu ego condici adhuc pecuniã poſſe exiſtimauerim[a], licet Purp. ſola denunciatione euangelica ſuccurri creditori malit[b]. † Sed quid ſi nomine vnius numeratũ, & alterius ſtipu- 6
latũ eſt? Et ſi ex interuallo ſtipulatũ fuit, cùm iã propter numerationẽ quæſita priori actio eſſet, dubium non eſt numerationem præualere[c]. Si verò incontinenti vtrumq; factum eſt, Fulgoſ. Alexanderque attendam potius ſtipulationem crediderunt, ne videatur qui numerauit, voluiſſe incontinenti ſe corrigere[d]: quam ſententiam, ſi ſtipulatio vtilis eſſet, & ego ſequor. Si verò non valeret, ad numerationem attendẽdum exiſtima-

d l. ſtipulatio. §. alteri. de ver. oblig.
e l. ea quæ ciuiliter. de acq. rerum dom.
f Arg. l. in perſonam. §. qui pecuniã. de pact.
g l. ſi ita fuero ſtipul. §. fi. l. ſeq. de nouat.
h d. l. ea quę ciuiliter.
i §. ſi nummos. hac lege. noſtra.
k l. & magis. de ſolut.
l l. ii. C. pro ſoc. vbi Bart.
m l. iii. C. de contrah. ſtipul.
n l. ſi ita ſtipula. §. Chryſogonus. in fin. de verb. oblig.
o l. iij. C. de donatio. quæ ſub modo.
p l. Caius. ſoluto matr.
q l. Publia. in prin. depoſ.
r l. legem. C. de pactis.
s l. pen. C. ad exhib. §. per traditionem. in prin. Inſtit. de rerum diuiſ.
t l. antepen. §. fin. de actione empti.
u l. emptorem. C. locati.
x Gl. l. cum enim in fin. de noua. vbi Bart.
y l. i. in prin. C. de rei vx. act.
z arg. l. rogaſti. §. ſi tibi. i. reſponſo. ff. eo.
a l. ſi me & ff. e.
b c. nouit. extra. de iud.
c l. i. §. ii. de ſtipul. ſer.
d l. non ad ea. de cond. & dem.





ſtimauerim; idque legis noſtræ argumento. Quid enim refert, ego nomine meo numerem, an nomine alterius? cùm ex numeratione, tanquam actu naturali, poſsit quilibet alteri acquirere[a]. Quid rurſus, ſi ſtipulatio partim tantùm inutilis, vt quia mutuam pecuniam ſtipulatus ſim mihi & Titio reddi? Et Accurſ. cenſuit, pro parte Titij ex numeratione agendum eſſe[b]. Quòd ſi diſiunctim concepta eſſent verba, mihi aut Titio: quia Titius pro adiuncto eſſet, ex ſtipulatione totam ſummam petere poſſem[c].

ſtipulatus ſum: nulla eſt ſtipulatio, an condicere decẽ per hanc actionem poſſim, quaſi duobus contractibus interuenientibus: vno, qui re factus eſt, id eſt, numeratione: alio, qui verbis, id eſt, inutiliter, quoniã alij ſtipulari non potui? & puto poſſe. ¶ Idẽ erit[a], ſi à pupillo fuero ſine tutoris autoritate ſtipulatus, q̃ tutore autore credidi. Nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione.

a ¶ Idem erit.) Alterum exemplum eſt, quo ſtipulatio eſt nulla, quia à pupillo abſque tutoris autoritate celebrata: vnde ex numeratione agitur, quæ tutore au-
7 tore ei facta fuerat. Sed † an ſtipulatio hæc omnino ſit nulla, vt nec naturalem quidem obligationem pariat? Et videtur eſſe nullam, cùm & in cæteris exemplis idem ſit, vt in ſtipulatione alteri facta ſuprascripto caſu concluſi. Idemque in ea quæ vel cum prodigo[d], vel ſub conditione impoſsibili contracta ſit[e]: meritò & hoc caſu idem dicendum videtur[f]: quod & ſenſit Iacobus, Bartoluſque, qui pupillum hunc cenſent infantiæ proximum fuiſſe, & ideo nec naturaliter quidẽ obligari potuiſſe[g]. Sed mihi non videtur adeò diuinandum, qui aliàs oſtenderim, pupillum nec naturaliter quidem obligari[h], quoties abſq; tutore promittit[i]: idque exceptis certis caſibus, ab eo quem in præſentia tractauimus diuerſis. Nec id me mouet, quod in caſu noſtro nullum ſubiret pupillus detrimentum, cùm id promitteret, quod omnino pẽdere tenebatur[k]: quia reſpondent aliqui, † in eo deteriorem fieri pupilli
8 conditionem, quòd iam pluribus actionibus teneri inciperet[l]. Cùm enim prima ex numeratione per ſubſequentem non ſit nouata[m], apparet eum vtraque obligatum iri. Vnde ſi ſtipulator ab altera, vel renunciatione, vel præſcriptione excluſus eſſet, adhuc inquietare pupillum ex altera poſſet[n]. Addit Iaſon, ſi creditor actione ex ſtipulatu pupillum conuenire maluiſſet, non fore ei aduerſus tutorem regreſſum, vt id ſibi ille pręſtaret, quod hac ex ſtipulatiõe exigeretur, quam abſque tutoris autoritate concepiſſet. Sed hæc Iaſonis ſententia non ſat probabilis eſt. Aliter Paulus Caſtrenſis, Pontanus, atque alij reſpon-
9 derunt, nempe † pupillum ſolummodo obligari, cùm locupletior ex promiſsione factus eſt[o]: & ideo non ſufficere, quòd damnum nõ ſubeat. Quæ ſententia & Bartoli fuit, qui & contraria argumenta ſummouet[p], nobiſque placet, ne ciuiliter eum obligari dicamus. At quod ad naturalem obligationem attinet, aliud eſt. In ea enim damnum ne faciat, ſufficit[q]: quod alibi diſputaui[r]. Sanè ſi non quod ipſe, vt in textu noſtro, ſed quod alius debet, creditori pupillus promiſerit, naturaliter obligabitur, fietque nouatio[s]: & quamuis creditor agere non poſsit, poterit excipere, ſeu retentione vti. † Naturalis
10 enim obligatio, retentioni ſufficit[t]. Quòd ſi tacita delegatio interuenerit, vt quia pupillus ipſe debitori, cuius obligationem nouauit, & in ſe ſuſcepit, ſummam promiſſam deberet, tunc etiam ciuiliter conuenietur[u], ſi id conſenſu debitoris factum ſit, vt Alexander oſtendit[x]. Cùm enim ab eo liberatus ſit[y], tanquam locupletior ea nouatione factus, efficaciter tenebitur[z]. Sed † quo- 11
modo probabitur pupillum locupletiorem factum eſſe? Et ei qui hoc affirmauerit, vt contractum ſuſtineat, incumbit probandi onus[a]. Idem ſi pecuniam datam cum vſuris repetere velit[b]. Idem ſi non minori, ſed eius curatori, aduerſus D. Seueri orationem contrahenti numerauerit[c]. Quòd ſi non ex cõtractu, ſed rei vendicatiõe creditor agere velit, ſatis erit ſi probet ſe ipſi pupillo numeraſſe: præſumitur enim extare[d]; & ideo exhibere eam tenebitur: niſi malè conſumptam, nec in vſus ſuos verſam eſſe probet: quod Angelus ſenſit[e], & à Decio hîc relatum extat. Nam & Baldus, ſi eam à ſe perditam pupillus dicat, probare debere autor eſt[f]. In eo verò, qui tanquam bonæ fidei poſſeſſor tenetur, aliud eſt. Ei enim qui dicit, incumbit onus probandi[g]: vt ideo eum teneri oſtendat, quia in vſus ſuos verterit[h]: quod ab Angelo reſponſum non ſemel extat[i]. † Illud tamen receptum eſt, vt in vſus ſu- 12
os res verſa videatur, plurimum ex coniecturis diſcerni[k]: & probationem ſufficere, quamuis non omnino concludentem[l].

a ¶ Item quæri.) Proſequitur hîc Iureconſultus alia duo exempla, quæ ab interpretibus alibi explicata[m], in præſentia prætermittimus. Non tamen illud eſt prætereundum (quia his exemplis apparet, quamuis ſtipulatio inutilis fuerit, ex numeratione tamen vtiliter agi poſſe) annotare hinc Doctores, id quod vtile eſt, ex inutilibus non vitiari[n]: qua de re diffuſe à nobis alibi diſputatum eſt[o]. Adnotant & rurſus, † ex eodem facto duas contractuum ſpe- 13
cies produci, quarum altera deficiente, altera vigeſceret: vnde & eius quæſtionis infertur deciſio. Lege municipium cauebatur, ſupra XX. liberas creditum nullum teſtibus probari poſſe. Promiſeras documento publico, omne mihi damnum reſarcire, quod tui cauſa tali in negocio ſubirem: petiique à te centum: teſtibus oſtendi, tantum me damni feciſſe, exhibitoque documento poſtulaui te condemnari, an obſtabit ſtatutum? Et receptum eſt, non obſtare[p]: quia aliud eſt creditum, aliud ſumma crediti[q]. Ipſum creditum documento probatur, ſumma teſtibus[r]. Item quia hic caſus
14 eſt miſtus[s]: vnde † ſtatutum odioſum, quod probationes reſtringit, teſteſque reijcit, ad hanc ſpeciem trahi non debet, cùm teſtes documento iunguntur[t]. Idemque ſi ſcripturæ priuatæ iungerentur[u], quæ non omnino fide deficeret[x]. Item quia ſtatutum de cauſa debiti proxima intelligendum eſt, quæ ex inſtrumento probatur, non de ſumma, quæ remotior eſt[y]. Ego hanc ſententiam magis æquitate quadam niti, quàm

a d. l. ea quæ ciuiliter.
b Arg. l. iiij. in fin. de vſur.
c l. verò. §. fi. de ſolut.
d l. is cui bonis. de verb. oblig.
e l. ſi ſub impoſſib. de fideiuſſ.
f l. iam hoc iure. de vulg.
g l. pupillus. de act. & oblig.
h in l. pacta quæ contra. in fin. C. de pactis.
i l. quod pupillus. de cond. in deb. & d. l. pupillus.
K l. in pupillo. de ſolut.
l l. cùm filius. §. varijs. de leg. 2.
m l. ſcire. §. fi. vbi Doct. de verb. oblig.
n l. quoties ex dupli. de reg. iur. gl. & Iaſ. l. quibis. de ver. obl.
o Inſtit. de autor tut. in prin.
p Bart. l. j. §. impuberes. cõmod.
q l. ſi pupillus. ad l. falcid.
r d. l. pacta. quæ contra.
ſ §. præterea. Inſtit. quib. mod. toll. obli.
t l. ſi eius. ad Trebellia.
u l. vt mihi. de dona. l. pupillus. de nouat.
x l. in perſonam. §. i. de pact.
y d. l. vt mihi.
z l. pupillus. in prin. de autor. tut.
a l. i. C. ſi aduerſ. credit.
b l. ſi prædium. C. de præd. min.
c l. prædiorũ. §. eo. tit. Alex. l. ſi cum do. §. i. in fi. ſol. matr.
d Gl. l. creditor. §. ſi inter. ff. mand. Alex. l. pen. in fin. ad l. falcid.
e arg. l. vtrum. de petit. hære. vbi Angel.
f arg. l. nam & poſtea. §. ſi minor. de iureiu.
g Innoc. c. in literis. de reſti. ſpoliat.
h l. ſed & ſi lege. §. ſi quis. de petit. hæred.
i Ang. conſ. 133. & 260. in fin.
k l. fi. ff. de exerc.
l Bal. d. l. i. ſi ad verſ. cred.
m l. impoſſibilis. l. is cui. de verb. oblig.
n c. vtile. de reg. iur. in 6.
o l. i. §. penul. de verb. oblig.
p Doct. c. ... de probat.
q Bar. l. ſi quod ex. de leg. ii. & admonẽdi. col. 11. de iureiur.
r c. auditis. vbi Imol. de in integ. reſtit.
ſ Bart. l. ſolenti. col. fin. de alim. ment. leg.
t l. vim paſſam. §. præſcriptionem. de adult.
u c. ſeries. extra, de teſtib.
x Alex. conſil. 36. in 5.
y Arg. l. ſociũ. §. fi. pro ſoc. Paulus Caſt. l. cùm hi. in prin. de tranſact.

ti,quàm iuris rationibus arbitror. Et hoc enim
caſu ratio ſtatuti maximè locum habet, teſtibus
ipſis ſubornationis metu non credentis. Et ver-
ba ſatis huc pertinent,cùm ſumma ipſa ſubſtan-
15 tialis,pars ipſius crediti ſit [a],& † diſpoſitio lega-
lis de ſimplicibus
loquens, ad miſtos
caſus trahit,ſi ſubſit
eadem ratio [b]. Sed
hæc hactenus:ab ar
gumento enim le-
gis noſtræ longius
recedunt.

a l.1.§. idem. de edendo.
†Idem, *aliás.*
b l.quid ergo.§. item ſi.de iis qui not. infam.

†Item quæri [d] poteſt,
& ſi quod tibi nume-
raui, ſub impoſsibili
conditione ſtipuler.
Cùm enim nulla ſit
ſtipulatio, manebit
cõdictio. Sed & ſi ei
numerauero, cui po-
ſtea bonis interdictũ
eſt, mox ab eo ſtipu-
ler: puto pupillo eũ
A comparandum,quo-
niam & ipſe ſtipulan
do ſibi acquirit.
¶ Si numos [b] meos
tuo nomine dedero,
velut tuos, abſen-
te te & ignorante:

1 *Ex numeratione pecuniæ à domino, noſtro nomine, ſeu tanquam noſtræ facta,acquiritur nobis condictio.*
2 *Nomine pecuniæ in mutuo quid veniat.*
3 *Deciſionis huius §. ratio aßignatur, & contra* Decium *confirmatur.*
4 *An ſtatim à numeratione eiuſmodi cõdictio acquiratur.*
5 *Acquiſitiones quæ legis autoritate fiunt, etiam ignoranti applicari.*
6 *Vtrum hæc condictio directa ſit,an potius vtilis.*
7.8 *Referuntur tres caſus excepti.& num. 9.*
10 *Interpretatio §.Chryſogonus.in l.ſi ita ſtipulatus. ff. de verb.oblig.*
11 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ non ſolùm contra literarum obligationem,ſed etiam aduerſus ſtipulationem locus eſt.*
12 *Vnicuiq; propria quàm alieno confeßio magis nocet.*
13 *Si incontinenti numeratio & ſtipulatio concipiantur,vnicus contractus dicitur,contra* Accurſium*:ſecus ſi ex interuallo.*
14 *Bartoli improbatur ſententia.*
15 *Qui vnam cauſam in libello adducit, & de alia probat, reijcitur.*
16 *Semper ita faciendam eſſe interpretationem, vt actus potius firmetur quàm infirmetur.*
17 *Verba improprianda,vt ſuſtineatur intentio.*
18 *Cùm meo nomine numero,& ſtipulor alieno,ſola numeratio attenditur.*
19 *Si confeßio valida & ſtipulatio inutilis concurrãt, propter ſtipulationem inutilem confeßio nõ infirmatur.*
20 *Contrahere prohibitus,confitendo ſe non obligat.*
21 *An vbi alteri vtiliter ſtipulatur,ex numeratione quoque detur actio.*
22 *Cùm alieno nomine numero,& ſtipulor,ex ſola numeratione agitur.*
23 *Stipulatio imitatur naturam contractus cui accedat.*
24 *Si quis cõfeſſus ſit,ſe certam pecuniam accepiſſe,tempore ſtipulationis receptam eſſe præſumitur.*
25 *Præſumptiones ſuper veriſimilibus ſignis fundari.*
26 *Quoties alieno nomine fit numeratio,& proprio ſtipulatio,quid iuris obtineat, diuerſæ referuntur* Doct. *ſententiæ.*

1 b ¶ §. SI NVMOS.) †Ex numeratione pecu
niæ à domino,noſtro nomine,ſeu tanquam no-
ſtræ facta,acquiritur nobis condictio,ſiue ſubſe-
cuta ſit,vt ego ſentio,ratihabitio, ſiue præceſſe-
rit mandatum:ſunt enim hi caſus ſimiles [c]. Sed
quæ eſt ratio huius deciſionis? & aliqui propter
frequentiam contractus aiunt:quod crebrius di-
ſplicuit,cùm conſuetudinem à iure ortam, non
ius à conſuetudine,verba textus indicent. Alij
propter ſingularia præcepta, quæ in numorum

c l.ſi. C. ad Macedon.

mutuo ſunt [d].Sed nec id omnino placet,cùm hîc
nihil appareat ſpeciale referri [e]. Nec recepta eſt
Saliceti Deciiq; ſententia,qui in numis ſolum id
procedere adſerunt,cùm Iureconſultus etiam pe
cuniæ mentionem faciat [f]. Vnde oſtenditur,non
adeò ſcrupuloſe nu
mos à reliqua pecu-
nia ſeparaſſe [g]. Et cũ
† nomine pecuniæ 2
in materia mutui o-
mnia comprændan
tur, quæ pondere,
numero,menſuraq;
conſiſtunt [h], nõ de-
bemus temerè haſ-
ce differentias in iis
conſtituere, quæ æ-
quiparari ferè vbiq;
videmus. Alij cre-
B brius id inductum ex regula aiunt,qua traditum
eſt,†ea quę naturaliter acquiruntur,nobis etiam 3
per liberas perſonas acquiri [i].Vnde cùm numera
tio actus ſit naturalis,meritò ex eo alteri ius quę-
ri poteſt [k].Sed hanc ſententiam Deci.improbat.
quia ſpecialiter id donationis fauore procedere
videtur [l]?Et quia non raró videmus, pacto nume
rationi adiecto non tamen alteri acquiri [m]. Ad-
de quòd acquiſitio hæc non ſolùm actu natura-
li fit,ſed etiam ex ciuili & ficto:vt cùm quis non
C numerat,ſed accepto fert debitori [n].Ego cùm qs
alienam pecuniam domini voluntate & eius no
mine mutuat,ſatis putauerim domino condicti-
onem acquiri:quia numeratio actus eſt natura-
lis,per quem alteri acquirere poſſumus [o]. Neq;
dubitandum eſt, quin hæc regula vera ſit,adeò
multis legibus probatur [p]. Nec quæ Decius ar-
gumenta adducit,quicquam obſtant: cùm non
eo caſu loquatur,quo nomine eiuſdem res tradi
ta ſit,cui acquirẽdum fuerit:ſed quo alterius no-
D mine fit datio,alterius veró reſtitutio fieri debet.
At cum quis numos ſuos tanquam meos tibi mu
tuat,licet tum quoq; eadem ratione condictio,
vt Ariſto aiebat,quæratur,tamen ex benignitate
quadam [q],ſeu ob ſingularia præcepta mutuæ pe
cuniæ id receptũ videtur. Obſtabat enim quòd
ex meo tuum verè non fit:licet breuis cuiuſdam
manus commento [r] à lege, propter æquitatem,
vt ego ſentio, vel vt alij,propter contractus fre-
quentiam,perinde interpretatum ſit,ac ſi meum
E fuiſſet, quod accepiſti. Vnde apparet, ſimiles
quidem eſſe hos caſus,vtpote qui eadem ratio-
ne innitantur [s]: verum priorem, qui Ariſtonis
fuit, in conſpectu eſſe dubitabiliorem: ſicque
communis ſe habet ſententia. † Sed nunquid in 4
primo caſu,ſtatim à numeratione, actio abſenti
& ignoranti quæratur?Et lex apertè oſtendit ac-
quiri.†Acquiſitiones enim,quæ legis autoritate 5
fiunt, etiam ignoranti applicantur [t]. Quod e-
go intelligendum arbitror, dum tamen deinde
F ſequatur ratihabitio [u]:quod Bart.& Bald. ſenſe-
runt,& Decio placet [x], Alioquin primus hic A-
riſtonis caſus ab Iuliani ſpecie differret, quam
ceu ſimilem referri apparet: violatque Accurſ.
textum dum dictionem,maximè ſubaudit [y].Iaſ.
tamen & Soci. hoc intereſſe inter mutuum &
alios contractus exiſtimarunt,quòd in mutuo e-
tiam ignoranti acquiritur, in aliis contractibus
non ante ratihabitionem [z]. Sed ego huic ſenten
tiæ nõ temerè acceſſerim,qui ſciam nuſquã id in
iure probari:& ſpecialem mutui fauorẽ in eo ſo-
lùm

d l. ſingularia.§. eod.
e gl.l.filiũ. quem. C.famil. ercis.
f Hic, & in l. ſingularia.
g l.ſi abſentis. C. eod.l.ii.C per quas perſonas.
h l.ii. §.ſi.§.eod.
i l. ea quæ de acquir.rer. do.
K l.indebitam.de cond. indeb. l. traditio. in fin. de acq. rer.do.
l l. quoties.C.de dona. quæ ſub modo.
m l. cùm res.C. de dona.
n l. licet. §.i. de iur. dot.
o l.i.& ii. C. per quas perſo. l.ſi per ignor. C.de cond. indeb. l. i. C. de acquir. poſſ.
p l.ſi quis. de calum.l.ſolutam. §. per liberá. de pig. act.l.i. §. ſi te rogauero.depoſ.
q l. qui negocia. mand.
r l.iii. §.ſi. de donat.int. vir. d.l. ſingularia.
s l. non ſolum.§. qui primipilũ. de excuſ.tut. Bal. l. illud.col. ii. de ſacroſ.eccl.
t gl.l.i.de his qui ſunt ſui. vbi Baldus, Ang. Alex. l. vnic.§. accedit. C.de rei vx. act.l.ii.C.de pa.
u d.l. ea quæ. d.l. indebitum. d. l. ſi abſentis.
x Bar. l. frater à fratre. col. iiii. de cond. inde.
y gl. in verb. voluntate.
z l. in omnib. de act. & oblig.



lùm verti, quòd aliena in pecunia conſiſtat [a].
Quapropter & Aret.ſententiam probo exiſti-
mantis in caſu Ariſtonis,ſi quis nomine abſentis
mutuauerit pecunias,non tanquam ipſius abſen
tis,ſed tanquam proprias:non prius confirmari
mutuum, quàm ra-
tihabitio acceſſerit,
& ab eo tempore
tantùm videri mu-
tuũ interueniſſe [b].
Quòd ſi tanquam
abſentis pecunias
numerauerit, retrò
ratihabitionem tra
6 hi [c]. †Sed nunquid
hæc condictio, quę
abſenti quęritur, di
recta, an potius vti-
lis cenſenda ſit? Et

Ariſto ſcribit, acqui-
ri tibi condictionẽ [a].
Iulianus quoque de
A hoc interrogatus li-
bro decimo ſcribit,
veram eſſe Ariſtonis
ſententiam: nec du-
bitari, quin ſi meam
pecuniam tuo nomi-
ne voluntate tua de-
dero, tibi acquiritur
obligatio: cum quo-
tidie credituri mutu-
am pecuniam, ab a-
lio poſcamus, vt no-
ſtro nomine credi-
tor numeret futuro
debitori noſtro.

ſentiunt Doctores directam eſſe [d], cùm ab initio B
quæratur [e],& quidem ex actu naturali [f]: ſecus ſi
ex poſt facto [g]. Sed & in actione in rem, cùm
dominium non traditione, ſeu actu naturali,
ſed legis figmento transfertur, vtiliter ſolùm,
non autem directè agi conſtat [h]: tametſi non
multum interſit,vtiliter an directè agi poſsit [i]:vix
enim eſt vt diſcernere hac in re commoditatem
vllam poſsis [k].Sed an diſtinctè concluſio hæc A-
7 riſtonis & Iuliani procedat? †Et excipiũt Docto
res tres caſus.Primus,cùm is qui alieno nomine C
numerat,erraſſet:vt quia exiſtimaſſet alienos eſ-
ſe nummos,qui ſui erant [l]:non enim illi confir-
matur mutuum,niſi ſubſecuta,vt Bartol.ait,con-
8 ſumptione [m].Alter eſt,†cùm debitor non abſen-
tis,ſed numerantis nomine accepiſſet: nam tunc
abſenti condictio non quæreretur, ſed præſenti
quod ex Chryſogoni ſpecie aliqui exiſtimarũt [n]:
quæ ſententia vt vera in ſe ſit, nimium certè eo
in textu diuinat.Vnde ego illud reſpõſum (qua-
tenus in eo ſcribitur,ipſi qui contraxit actionem D
quæri) ſimpliciter intellexerim, vt quo nomine
libertus numerauerit,eo agat. Vnde ſi nomine
patroni numerauit,eius quoque nomine agere
poſsit:vt non ſolùm eius rem agere numerando
videatur,ſed etiam exigendo [o].quo fit, vt multò
magis patronus ipſe petere,ſi velit,hoc caſu poſ
9 ſit.Tertius eſt,†cùm re ipſa nulla pecunia nume-
rata eſt, ſed debitor confeſſus eſſet ſe recepiſſe.
Cùm enim mutuum hoc ciuile vocetur [p],nõ po
teſt abſenti citra actum naturalem acquiri [q]: & i- E
ta plerique hîc cenſuerunt:quæ ſententia proba
bilis eſt,ante lapſum exceptionis non numeratę
pecuniæ tempus [r]: pòſt verò,quia legis interpre
tatione,pecunia verè ſoluta creditur, putauerim
legi noſtræ ſtandum eſſe.Idemq; generaliter om
nibus caſibus quibus ea exceptio,locum non ha
bet,vt ſi reus non oppoſuerit [s]. Nec me mouet,
quòd ex Chryſogoni chirographo ex numerati-
one actio abſenti quæratur, & tamen de ea per
ſolam confeſsionem conſtabat [t]. Nam reſpon- F
10 dent communiter interpretes, † intelligi id ſe-
cundum ſupraſcripta debere,quando exceptio-
ni non numeratæ pecuniæ locus non erat. Quæ
ſententia in ſe vera eſt, ſed reſponſum illud ni-
mis coarctat. Vnde ego Angeli interpretationẽ
magis probauerim,confeſsionem illam ſerui a-
ctoris eſſe,annotantis,qui ipſe iam recepiſſe ſe af
firmabat [u],cui dominus adſenſum ſuum præſti-
tit,ſubſignataq; ſyngrapha ſtipulatione quoque
11 rem confirmauit. † Et quamuis aliàs non ſolùm

ſingularia. l. qui negoc.
b arg.l. licet.§. i. de iure dot.
c c. rati. de reg. iur.in 6. l. obſeruare in fin. §. de offic.pro conſ.
d Gl.l. fin §. fin. de donat.
e Bar. l. i.§. ſublata. ad Treb.
f d.l. ea quæ ciuiliter.
g d.l. quoties.C. de donat. quæ ſub modo.
h gl.l.ſi. verb. in rem.C. de ſac. ſan.eccl.
i l.quotiés,in pri. de admin. tut. Bald.l. ex ecut.col. iii. C. de execut.rei iud.
k l. antepenul. §. de neg. ge. l. Fab.§.i. col. v. Inſtit. de actio.
l l.iii.§. ſubtilius. de cond. ob cauſ.
m l.nam & ſi fur. §. eod.
n l. ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. verſ. ſuper eſt. de verb. oblig.
o Arg.l. filiæ. l. qui ſeruus. de ſolut.
p l.ii.§.ſi. §. eod.
q d.l. ea quæ ciuiliter.
r l.in contractib. C.de nõ num. pecu.
s Bald. d. l. ſi ab ſent.col. fin.
t d.§. Chryſogonus. vbi Alex.
u Arg. l. quæro. in fin. de ædil. edict.

L. 9.
Certi condictio.
§. Si numos meos.

contra literarum obligationem [x], ſed etiam ad-
uerſus ſtipulationem talis exceptio obiici poſ-
ſit [y], tamen eo in caſu pro ſcriptura magis erat
præſumendum,ſiue propter amborum,ſerui ſci-
licet & domini cõfeſsionem [z],ſiue propter ſub-
ſcriptionis, obliga-
tionis, ſtipulatio-
niſq; ſolennitatẽ [a]:
ſiue, quod fortius
me mouet, quia do
minus vlla erga cre
ditorem eo caſu fa-
cilitate non vtitur,
ſed potius erga ſer-
uum actorem ſuum
cuius factum appro
bauit. Non enim ve
riſimile eſt conſen-
ſurum dominũ,niſi
B verè receptam ab actore pecuniam ſciuiſſet [b].Et
ideo ratio dictæ exceptionis ceſſat [c]. Nec obſtat,
quod Imola tradit,†vnicuiq; magis propriam cõ 12
feſsionem,quàm alienam nocere [d]: quia hoc in
caſu & domini ipſius confeſsio adfuit, & actoris
ſerui atteſtatio [e], quam tametſi aliàs infirmam,
potuit ipſe dominus approbare [f].
a ¶ Condictionem.) Recipit tamen hæc ma-
teria aliquam diſtinctionem,quæ quatuor caſib.
tractari ſolet.Primus eſt,quum nomine meo nu-
C mero,itemq; ſtipulor.Et ſi ſtipulatio inutilis eſt,
ſuprà oſtendimus, actionem ex numeratione ſo-
lum dari [g].Si verò vtilis ſit, ex ſola ſtipulatione
agendum videtur, † ſiue incontinenti numera- 13
tio ſtipulatioque concepta ſit: quo caſu rece-
ptum eſt,vnicum contractum,non autem duos,
vt Accurſius ſenſit,eſſe [h], ſiue ſtipulatio præceſ-
ſit,ſecutaq; eſt ex interuallo numeratio. Videtur
enim ſtipulationis adimplendæ cauſa ſubſecu-
ta eſſe,ne non numeratæ pecuniæ exceptio illi
D obſtaret [i].Quod tamen intelligendum, niſi par-
tes expreſſe egerint,ex vtroque actu oriri actio-
nem [k].Idem ſi tacitè,vt quia poſt numerationem
ex interuallo ſecuta ſit ſtipulatio. † Nec vera eſt 14
Bartoli ſententia,hoc caſu iure veteri nouatio-
nẽ fieri exiſtimantis:quia,vt rectè omnes recen-
tiores tradũt,cùm ſequens ſtipulatio idem quod
prima obligatio continebat, nullã fiebat noua-
tio [l],ſed ex vtraq, agi poterat,dum tamen diuer-
ſa eſſet actio [m],vt hoc caſu:quippe altera re ex nu
E meratione, altera verbis ex ſtipulatu contracta
erat.Sed finge in prioribus caſibus, quibus ſola
ex ſtipulatu actio oritur,aliquis in libello petiit
centum,quia mutuò numerauit, probauitq; ſti-
pulationem, an obtinere poterit? Et videretur
non poſſe,quia non ex numeratiõe actio oritur,
ſed ex ſtipulatu: & qui†vnam cauſam in libello 15
adducit,& de alia probat,reiiciendus eſt [n]:quod
& in teſtibus Speculator ſenſit,dum teſtes ſuper
articulo numerationis iuratos fidem non facere
F reſpectu confeſsionis cenſuit, tanquam articuli
fines ea excedat [o]: videturque hæc ſententia
propter Bartoli autoritatem ferè receptior. E-
go tamen ceu inhumanam aſpernor,quia hodie
actionis nomen in libello exprimere non o-
pus eſt,ſublatæque ſunt huiuſmodi iudiciorum
ambages [p].Et quamuis qui ex vna cauſa agit, ex
alia obtinere nequeat: tamen hîc diuerſa cauſa
non eſt.Conſtat enim ſtipulationis cauſam fu-
iſſe numerationem [q],probaturque ipſius ſtipula
tionis verbis ea cauſa [r]. Vnde qui iuraſſe ſe ex
cauſa

x Inſtit. de liter. oblig.
y §.i. Inſtit. de except.l. cũ vltra. C. de non num.pec.
z Arg.gl. d.l. in contractib. verbo,penitus.
a l. cuius. de pignor.actio.
b Arg.l. cùm de indeb.de probat.
c Dixi d. §.appellata.
d arg.l. id quod. de reg.iur.
e d.l. quæro. in fine.
f c.cùm cauſam in fin. extra de teſtib.
g §.§. quoniam.
h l.ſi ita fuero ſtipul.§.i.l. cùm enim. de nou.
i l. qui pecuniã. §.eo.l. cùm vltra. C. de nõ numer.pec.
K l.ſemper in ſtipul.de regulis iuris.
l Bart. l. pen. de præt.ſtipul.
m l.qui bis idem de verb.oblig.
n l.habebat.de inſtit.
o Spec.tit. de teſtib.§.i.verſic. ſed pon.
p l. antepen. de neg.geſt.
q d.l. cùm enim
r Bartol. l. 1.§. ſi quis ita. in fin. de verb. obl.

cauſa mutui dicit,& documentum ſtipulationis exhibet,ſatis actionem ex ſtipulatu intendiſſe videtur, cuius cauſa eſt numeratio[a], & ideo obtinere debet, quatenus non numeratæ pecuniæ exceptio ſtipulationi,vt Iaſon inquit,nõ obeſt[b]: quod & ſuprà de confeſsione diximus, & ita Fulg. Comen. Paul. Caſtr.exiſtimarunt,quod & Bal.Salic.Imolaq; cenſuiſſe videntur[c]. Quæ ſententia certis caſibus tutior eſt, quibus & reliqui conſentiunt: vt cùm tali in libello ad certum inſtrumentum actor ſe retulit,quod & numerationis & ſtipulationis fidem faceret.
16 † Interpretamur enim ſemper, vt relatio ſuſtinendi, non autem infirmandi actus cauſa fiat[d], vt Raph.Comẽ. & Alexan. itemq; Decius tradiderunt. Vel cùm non ex numeratione,ſed ex mutuo agi in libello dicitur: poteſt enim de mutuo ciuili intelligi[e], vt Bartolus ait:
17 † verbaq; impropriè accipiuntur, vt quoquo modo ſuſtineatur intentio[f]. Idem cũ pars aduerſus talem libellum, ceu hac ex cauſa ineptum, nihil obieciſſet[g], vt Fulg.hîc tradidit. Vel quòd pars ipſa numerationem factam fuiſſe confiteretur[h], quod Socinus cenſuit. Idem cùm in cauſa illa iudex procedere ſola ex æquitate & veritate inſpecta deberet[i], vt Iaſon hîc diſputat[k]: vel adiecta eſſet clauſula, petẽs ius & iuſtitiam omni meliori modo,& cætera: qua de re diffuſius hîc per recentiores.
18 Secundus eſt caſus, † cùm nomine meo numero, & alieno ſtipulor. Et clarum eſt, ad ſolam numerationem attendi, cùm ſtipulatio alteri facta non valeat[l]. nec quicquam refert incontinenti ſtipulatum, an ex interuallo ſit: quia cùm non valeat ſtipulatio,fruſtra de tempore diſputaremus[m].
19 Sed pone, † confeſſus ſum me ex cauſa mutui centum à te recepiſſe,quę per ſtipulationem inutilem promiſi reſtituere: an quamuis ſtipulatio ſit nulla, ſaltem confeſsio valeat? Et Bartolus cenſuit valere[n]. Cùm enim confeſsio à promiſsione diuerſa ſit, nihil impedit,vt promiſsione irrita,confeſsio non perimat[o]: nec contractu per iuris ciuilis regulas infirmato, rei veritas ipſa opprimi poteſt[p]. Si tamen confeſsio in vim cuiuſdam acceſsionis ſtipulationi addita eſſet,reſciſſo principali, & acceſſorium deficeret[q]. Vnde ſi ſtipulationi ſolùm vice cauſæ acceſsiſſet, ſenſit Bartolus nec ex confeſsione quidem adiuuari ſtipulationem poſſe[r]. Idemq; dicendũ, cùm tacita eſſet confeſsio,& quæ ex conſequentia ſtipulationis ſolùm colligeretur[s]. Idemque generaliter cùm confeſsionis proxima cauſa ipſe contractus fuiſſet, vt quia aliàs confeſſurus debitor non fuiſſet[t]: tali enim caſu detecta contractus inualentia,ceu errore facta confeſsio reuocari poſſet[u]. Idemq; cùm eadem infirmitatis ratio in ſtipulatione,quæ in confeſsione eſſet[x].
20 Vnde & qui † contrahere prohibitus ſit, nec confitendo quidem obligabitur[y]: niſi veritas receptionis aliter probetur[z]. Qua in re plurimum arbitrio iudicis deferendum erit[a], qui id curet, ne cum aliena iactura locupletior quis fiat.
21 † Sed pone rurſus,de his caſibus agi quibus alteri ſtipulari ſpeciali iure licet[b],an tum quoq; actio ex numeratione orietur? Et Socin.oriri credidit: non enim poſſe numerationem nomine meo factam videri ſtipulationem alterius implere[c]: quod falſum eſt. Quid enim obſtat vt rem meam arbitratu meo non poſsim diſponere? Vnde ego ex ſtipulatione ſolùm agi crediderim, tanquam id actum videatur[d]: idemq; quod proximo caſu eſſe,niſi cùm ſtipulatio ex interuallo numerationem ſecuta eſt. Videtur enim nouationẽ hodie non cenſeri factam, & à priore actione propter nouæ perſonæ ius non eſſe receſſum[e]: & ideo vtrique actio competet,quæ ſolutione alteri facta vtrique extinguetur[f].
22 Tertius caſus eſt, † cùm alieno nomine numero,ſtipulorq;: & ex numeratione agi conſtat,non ex ſtipulatione, quæ inutilis eſt[g]. Poteſt enim, vt hîc dicitur, ex numeratione alteri acquiri. Quòd ſi de his caſibus agatur,quibus alteri ſtipulari poſſumus, vt cùm filius ſtipulatur patri, ex ſola ſtipulatione agẽdum erit[h]: cenſuitque Bartolus ſtipulationem numerationi adiectam, tanquam acceſſorium numerationis hodie valere: ſicut & hypotheca hoc caſu alteri quæri poteſt[i]. Sed hac in re Bartolo omnes ferè reclamant: quia conſtitutio quæ id ius in hypotheca conſtituit, aliter de ſtipulatione ſentit,& meritò:
23 quamuis enim † ſtipulatio naturam contractus imitetur[k], ex ſua tamen natura, quod ad valorem attinet, dijudicatur[l]: & ideo ſemper principalis cenſetur[m]: nec quicquam facit numeratio, quia nec pacto ſuper re quæ non durat mea alteri ius acquiritur[n]. Sed an hoc caſu,cùm ſcriptum eſt, Titium recepiſſe certam pecuniam, quam promittit reſtituere,&c.
24 † præſumemus tempore ſtipulationis receptam? Et Bar. cenſuit videri eo tempore numeratam. quæ ſententia crebrius probatur[o]. Sed cùm verbum Recepiſſe,præteriti ſit temporis,videtur talem probationem concludentem non eſſe: vnde aduerſus eum, qui hoc dicit, cõiectura potius capi deberet[p]: quod & Deci. ſenſit.
25 Ego † præſumptiones ſuper veriſimilibus ſignis fundari ſcio[q]. Vnde cùm veriſimile non ſit, alterum alteri fidem habuiſſe, nec pecuniam abſq; ſyngrapha datam fuiſſe[r]: promptius eſt vt communi ſententiæ adhæream, incontinentiq; factam numerationem videri exiſtimem[ſ].

26 Quartus caſus eſt,† cùm alieno nomine numero, ſtipulor autem meo: & in primis illud ſciendum, non videri alieno nomine numeraſſe, qui nomine filij, vel ſerui, quem in poteſtate habebat,numerauit[t]. Quod extendit Socinus, etiam ſi de peculio aduentitio filijſfamiliâs ageretur: qui propter vſumfructum, quem pater in eo habet[u],cenſetur de re ſua egiſſe: & ideo durante vſufructu cenſetur dominus[x]. Intelligi ergo hæc quæſtio debet,cùm alieno,id eſt,extranei nomine numero,& ſtipulor meo. Et Bart. præualere numerationem cenſuit: quia cum ex ea actio abſenti,vt hîc dicitur,quæſita ſit,non poteſt per ſtipulationem meam extingui[y]. Quæ ſententia tunc vera eſt, cùm ex numeratione abſenti donatum præſumitur, puta ex ſanguinis coniunctione[z]. Idem cùm pecunia ipſius abſentis fuiſſet, quod tamen in dubio non præſumitur[a]. Addit Fulg. & Alex. ſi ſtipulatio incontinenti poſt numerationem interpoſita ſit, tum quoque ex ſola ſtipulatione agendum: ſiue quia nudum nomen abſens accommodaſſe ſolùm videtur[b], ſiue quia ex ſola numeratione non videtur perfectus actus,cùm ſtatim ſtipulatio ſubſecuta ſit[c]: vnicuſque contractus iuris interpretatione videtur, nõ vt Socin.cenſuit,duo: quod alibi declaraui[d]. Nõ enim ante ſtipulationem contractus pro perfecto habitus eſt[e]. Sed quid in caſu contrario, cùm primum nomine meo ſtipulatus eſſem, deinde ex interuallo nomine alieno numeraſſem? Et videtur ſolùm ex numeratione agi, tãquam nouata eſſet ſtipulatio[f]. Sed Socinus negat hodie factam

a Arg. not. c. ex annata de iudi. vbi Innoc.
b Bartol. l. pecuniæ. C. de ſolu. l. i. in prin. C. de rei vx. act.
c Alexand. d. §. Chryſogonus.
d l. ait prætor. §. i. de re iud.
e L. ii. in fin. vbi Paul. §. eod.
f l. ſi quis inten. vbi Bal. de iudic.
g l. fin. C. de annali except.
h Arg. c. i. de accuſ. in 6.
i l. Aemilius. de minor.
K Butr. c. ii. de iura. calum.
l d. §. Chryſog.
m l. iiii. §. eodem natu. de re iudic. l. iii. de teſta. milit.
n d. §. Chryſogonus. Bar. l. ſi cõfeſſus. de cuſt. reor.
o l. ſi ſtipuler. §. fi. de verb. obl.
p l. & ſi is. C. de præd. mino.
q Gl. l. ſi patronus. §. patronũ. ſi quid. in frau. patron. Bald. l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.
r Bartol. l. i. §. ſi quis ita. de verbor. obl. in fin.
s gl. c. i. de teſti. in vj. vbi Gemi. col. fi. verſ. not.
t Alex. l. i. §. ſi vir. col. ii. de acquir. poſſ.
u Bart. l. poſt legatum. de his quib. vt indig.
x l. fin. de conſti. pecun.
y l. certum. §. pe. de confeſſ. vbi Paul.
z Angel. l. i. C. de præſc. xxx. anno.
a Angel. d. §. Chryſogonus.
b l. Caius. ſoluto matri. i. q. 7.
c quoties cordis. Iaſ. d. §. alteri.
c l. Papin. exuli. de minor.
d d. l. cùm enim.
e l. fin. C. de nouat. Alex. hic, & l. qui vſum fructum. de verb. obli. & l. pen. de præt. ſtipul.
f l. iii. de duobus d. §. in perſona.
g d. §. Chryſog.
h d. l. cùm enim.
i Arg. l. ii. C. per quas perſonas.
K l. i. §. ſub conditione. vt legat. nom. cau.
l Alexan. l. i. de pactis. Moder. rub. de ver. oblig.
m d. §. Chryſogonus. d. l. ſi ita ſtipulatus. de nouat.
n d. §. prox. vbi Bart.
o d. §. Chryſog.
p c. in præſentia de proba. l. nõ hoc ca. vnde legit.
q l. cùm de indebito. de proba.
r arg. l. ſi ſoluturus. de ſolut.
ſ Dd. l. prædia. de acq. poſſ. & l. poſt dotẽ. ſol. mat.
t l. dominus ſeruo. de ver. obl.
u l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.
x Bart. l. frater. col. 6. verſ. nũc intro. de cõd. indeb.
y l. i. & ii. de ſtipul. ſer.
z l. ſi. §. fi. de donat. l. vxori. §. fi. de leg. iii.
a Bart. l. ii. C. pro ſoc.
b l. multum. C. ſi quis alt.
c l. ex morte. §. fin. C. de pact. conuen.
d l. in bonæ fidei. C. de pact.
e l. perfectũ. C. de donat.
f l. ſi mandato. §. fin. mand.



L. 9. Certi condictio. §. Depoſui

videri nouationem[a]: quæ ſententia probabilior eſt.

1 *Nonnunquam depoſitum in cauſam mutui tranſire.*
2 *Quoties res penes aliquem eſt, vt dominium acquirat, alia traditione non eſt opus.*
3 *Hæc verba, Si voles, veram conditionem ſignificant.*
4 *Satis vti velle dicitur, qui voluntatem ſuam declarat.*
5 *Contractus ſubſtantia in debitoris voluntatem conferri non poteſt.*
6 *Huius conditionis, Si voles, interpretatio.*
7 *Voluntas à facto diſtinguitur.*

¶ Depoſui[a] apud te decem: poſtea permiſi tibi vti. Nerua & Proculus, etiã anteq̃ moueantur, condicere, quaſi mutua tibi, hæc poſſe aiũt: & eſt verum, vt & Marcello videtur: Animo enim cœpiſſe poſsidere: ergo tranſit ad eum periculum, qui mutuam rogauit, & poterit ei condici.

LEX X.

VLPIANVS LIB. II. *ad Edictum.*

QVòd † ſi ab initio cùm deponerem, vti tibi (ſi voles) permiſero, creditam non eſſe, antequam mota ſit, quoniam debitum iri nõ eſt certum.

a ¶ §. DEPOSVI.) Refertur hic caſus, quo
1 † depoſitum in cauſam mutui tranſit: vt ſi depoſitario roganti permiſſum eſt vti pecunia. Cùm enim iure depoſiti rẽ corporaliter detineret, ſolo animo cauſam poſſeſsionis mutare potuit, & detentionem in veram poſſeſsionem vertere[b].
2 Traditum enim eſt, † quoties res penes aliquem eſt, vt dominium acquirat, alia traditione opus non eſſe[c], ſed ſufficere animum ſuum, qui voluntati domini concordet: aliàs ſi voluntas domini nõ adſit, ſecus eſſet[d]: vt quia dominus ipſe ignoraret rem ab eo detineri[e]: vel id non eſſet actum, vt dominium tranſiret, ſed res ſimpliciter penes eum relinqueretur[f]: vel ſub aliqua conditione promiſſa eſſet, quæ retrò non traheretur, quod Aretinus hîc oſtendit: vel alio modo de eius voluntate non conſtaret, quæ alibi declaraui[g]. Exceptis igitur his caſibus, transfertur poſſeſsio in eum qui detinet, & conſequenter dominiũ, fitq; ex depoſito mutuum, etiam abſq; alia apprænſione: quæ tamen concluſio perpetua non eſt. Subſequitur enim lege proxima caſus, quo antequam pecunia loco mota ſit, mutuum non eſt: vt cùm creditor purè non conſenſit, ſed conditionaliter, puta, permitto vti, ſi voles, vel ſi voluiſſes[h]. Antè enim non amittit poſſeſsionem, quàm ille cœperit vti: quia conditio illa prius eſt adimplenda, quàm nouari contractus videatur[i]. Nec
3 dubium eſt, † ea verba, ſi voles, veram conditionem ſignificare[k]. & licet conditio, quæ tacitè ineſt actui, nihil operetur[l], tamen hæc non ineſt ſimpliciter ipſi actui, ſed eum producit, & quodammodo generat. Non enim antequam velit, poſſeſsio quæritur. Aliter ex aliquorum ſententia reſpondet Iaſon, conditionem hanc, ſi volet vti, factum ipſum, id eſt, vſum requirere: qui quidem vſus tacitè contractui non ineſt, cùm poſsit eſſe mutuum etiam abſque vſu. Vnde lex meritò requirit, motam eſſe pecuniam: quæ ſententia & nobis placet. Recentiores tamen crebrius in diuerſam ſententiam tranſierunt. Et quamuis vſus nullus interueniat, dummodo proteſtetur debitor ſe velle vti, exiſtimant mutuum confeſtim eſſe, nec neceſſariam pecuniæ ſub motionem. Et ita Fulgoſ. Paulus Caſtrenſis, Aretinus, Socinus,
4 Decius atq; Purpuratus cenſuerunt: † quia ſatis dicitur velle vti, qui voluntatem ſuam declarat: quod ex huius paragraphi verbis apparet, dum eum permiſi vti, ſtatim mutuum eſſe dicitur: & qui rogauit vt permitteretur vti, mutuum rogaſſe cenſetur. Neç in eis verbis vlla ſecundum eos vis eſt, ſed in conditione, Si voles. Vnde indiſtinctè vltimum, qui ab Accurſio refertur, intellectum ſequũtur. Cui ſentẽtiæ conſequẽs eſt, idem eſſe, ſi conditio ad ius relata ſit: puta, permitto vt eam pecuniam, ſi volueris, mutuò habeas: cõfeſtim enim atque depoſitarius voluerit, mutua fiet. quod cum Bartolo hoc caſu pleriq; probãt: nec ego dubito, quin verũ ſit. Alexander tamen & Iaſon in hoc quoq; diſſenti-
5 unt: † quia non videtur contractus ſubſtantia in debitoris voluntatem conferri poſſe[m]. Sed cùm res tradita hîc eſſet, omninoq; iſte deberet, non tam contractus ſubſtantia, quàm electio, ex vtro contractu, depoſiti an mutui credere velit, collata videtur[n]. Quę ſententia ea verior videtur, quã Bal. ſequutus eſt, nempe vt diſtinguamus inter voluntatem expreſſam & velatam[o]: caret ratione hæc diſtinctio, & verbis ipſis, non reb. legem imponit[p]. Sed cur in lege perpenditur, quòd ab initio conditio hæc appoſita ſit? Reſpondeo, nõ ideo ſequitur, ſi poſt contractum depoſiti fuerit adiecta, quin idem ius futurum ſit[q]. Sed ideo initij mentio facta eſt, quia tum potuit eſſe dubiũ, an depoſitarius in futurum eius pecuniæ vſu indigeat. Poſt contractum enim celebratum, non niſi imminente neceſsitate depoſitarius id peteret: quo caſu non cõditionaliter, ſed purè nouari contractum, & in cauſam mutui transferri vellet: quod rectè Picus & Decius cenſuerunt[r]. Qua
6 tamen in re alij aliter. † Sed dubium eſt, quemadmodum hanc conditionem, ſi voces, interpretabimur. Et Accurſius ad effectũ ipſum referri exiſtimauit: id eſt, ſi voluntariè vſus fueris: nam & alibi, Tranſcendere voluerit: pro eo quod eſt, voluntariè tranſcenderit, intelligitur[s]. Quo argumẽto Bar. cùm lex eum capite puniendũ ſtatueret, qui mulierem voluerit corrumpere, exiſtimauit intelligendũ de eo, qui volũtariè corrupiſſet, delictumq; cõſummaſſet. Quod in ſimili caſu ab alijs reſponſum in lege eſt, eum qui potionare aliquem voluerit, puniente[t]. Sed Decius hîc in cõtrariam ſententiam tranſijt, quia hęc interpreta-
7 tio ex proprietate verbi nũ deſcendit[u], † cũ volũtas ab ipſo facto diſtinguatur[x]. Ego non tam improprium, quàm figuratum loquendi modũ eſſe arbitror, cùm metonymicôs affectum pro effectu ponimus, cuius quamplurima in iure exempla habemus[y]: & ideo propter atrocitatem pœnæ, quę huiuſmodi municipalibus ſtatutis irrogaretur, ſatis arbitrarer communi ſententiæ adhęrendum. Sed & non omittendũ ꝗ Raphael Comenſis in hac ſpecie reſpondit. Teſtator alimenta vxori legauit, ſi voluerit cum filijs habitare: ſin minus fundum: proteſtata fuerat, nolle ſe habi-

*Hanc l. autor nõ eſt interpretatꝰ vnde vtrùm tollenda ſit, vide.*

a Barto. l. i. col. 2. ff. de nouat.
b §. interdum. Inſti. de rer. diu.
c l. & ideo. de condict. fur. l. traditionib. C. de pact. vbi dixi.
d l. iii. §. ſi rem. de acq. poſſ.
e l. ii. in fin. C. de acq. poſſ. glo. l. quædã. l. ſi res. ff de rei vend.
f l. ſi pro fundo. C. de tranſact. vbi Iaſ. 6. not.
g d. l. traditionib.
h l. i. §. ſi pecunia apud. depoſiti.
i l. quoties. de nouatio.
k l. ſi ita legatum. §. i. de leg. i.
l l. iii. de leg. i.
m l. in vendentis. C. de contrah. empt.
n l. non vtiq;. de eo quod certo lo. ar. glo. l. in perſonã. §. generaliter. de regul. iur. Nico. Matarel. & Salic. d. l. in vendentis. 7. opp.
o Arg. l. ſi quis Sẽpronium. de hæred. inſt.
p quæſt. i. c. marchio.
q Auth. caſſa in gl. ii. C. de ſac. ſanct. eccleſ.
r Arg. Bar. l. quod Nerua. q. 12. depoſ.
s l. fin. de rerum diuiſ.
t Franc. Crem. ſing. 49.
u Bal. l. i. q. 8. C. de inſti. & ſubſti.
x l. promiſſor. §. conſtituto. de conſti. pec.
y l. i. in gl. iii. de leg. ii. l. ſi conſtiterit. C. fin. reg. verbo, voluiſſe.

tate, & tamen vſq; ad ſupremum diem habitaue-
rat. Reſpondit Raph.[a] conditionem, ſi voluerit,
intelligi, id eſt, voluntariè habitauerit: & ideo cũ
proteſtata ſit nolle, fundum deberi cœpiſſe. qua
in re ego dubito[b]. Cohabitãdo enim videtur mu
taſſe ſententiam, &
proteſtationem re-
miſiſſe: alioquin cõ
traria facto eſſet ꝓ-
teſtatio. Sed hoc a-
libi[c].

a Com. d. l. ſi ità §. illi ſi volet.
b Old. Alb. Bald. l. ſi ita expreſſim. de cond. & demonſt.
c l. deteſtatio. de verb. ſignif.

### LEX XI.

### VLPIAN. LIB. XXVI. *ad Edictum.*

ROgaſti me, vt tibi pecuniam crederem: ego cùm non haberem, lancem tibi dedi, vel maſſam auri, vt eam venderes, & numis vtereris. Si vẽdideris, puto mutuã pecuniam factam. Quòd ſi lancem[a], vel maſſam ſine tua culpa perdideris priuſquã vẽderes: vtrũ mihi, an tibi perierit, quæſtionis eſt. Mihi videtur Neruę diſtinctio veriſsima, exiſtimantis, multũ intereſſe, venalem habui hanc lancem, vel maſſam, necne: vt ſi venalem habui, mihi perierit, quemadmodum ſi alij dediſſem vendẽdã. Quòd ſi non fuit propoſitũ hoc vt venderem, ſed hæc cauſa fuit vendendi, vt tu vtereris, tibi eam periſſe: & & maximè, ſi ſine vſuris credidi.

¶ Si † tibi decẽ dedero[b], vt nouẽ debeas. Proculus ait, & rectè nõ amplius te ipſo iure debere, quã nouẽ.

1 *Si ſpecies vendenda detur, vt eius precium in cauſam mutui vertatur, mutuum rectè contrahi.*
2 *Niſi ea lege data ſit, vt precium ad me referretur.*
3 *In ambiguis ita facienda interpretatio, vt ſpecialia contra communes iuris regulas inducta euitentur.*
4 *Cùm de certa quantitate initio nihil eſt actum, ante declarationem ſummæ mutuum non dicitur contrahi.*
5 *An centum petens mutuò, & lancem maioris precij vendendam accipiens, precium quod ſupra ſummam petitam erit, habeat ex mutuo.*
6 *Cùm quis lancem accepit, eamq; vendidit, ſed pecuniam non accepit, non dicitur contractum mutuum.*
7 *Communis ſententia contra Soci. defenditur.*
8 *Fictione legis inductum, vt qui actionem habet, rem habere videatur.*
9 *Cùm debitor ipſe non precium lancis ſed eam ipſam redemptam reſtituit, an dici poßit contractum eſſe mutuum.*
10. 15 *Periculum lancis traditæ ad debitorem pertinere, cũ ſuis fallentijs.*
11 *Quoties ſimpliciter culpæ fit mentio, de qua intelligenda.*
12 *Appellatione periculi venire propriè caſus fortuitos.*
13 *Qui rem venalem habet, ad vendendum eam regulariter non cogitur.*
14 *Meretrix in proſtibulo ad ſtuprum cogitur.*
16 *Cùm dubitatur quis, creditórne an debitor rogauerit, ex rei natura iudicandum eſt, vt is qui receperit.*
17 *Vſurarum adiectio, vtriuſq; partis vtilitatis gratia contractum eſſe ſuadet.*

1 ROGASTI.) † Cùm tibi mutuam pe-
cuniam, rogãti lancem, ſeu equum, ſeu
quamlibet aliam ſpeciem vendendam
dediſſem, vt eius precium in cauſam
mutui verteretur: dubitatum fuit, an rectè is con
tractus mutui eſſet. Et videretur nõ eſſe: quia hîc
nihil de meo fit tuum[d], nec res interuenit, quæ
mutui pactionem in contractus nominati vim et
effectum transferat[e]: aliud enim tibi dedi, alîus
generis rem ſum accepturus: vnde potius agen-
dum ex mandato videretur, ꝙ Africanus exiſti-
mauit[f]. Sed tamen hîc aliud reſpõſum extat, tã-
quam lex fingat precium ſpeciei mihi reſtitutũ,
et rurſus in cauſam mutui tibi retrò numeratum,
idq; breui manu, propter ſingularia creditæ pe-
cuniæ præcepta[g]. Quę tamen ſententia quibuſ-
2 dam caſibus non procedit. Primus eſt, † cùm lan-
cem hanc vendendam dedi, hac lege, vt eius pre-
cium ad me referres: nec antè mutua tibi eſſet,
quàm à me re numeraretur. Et ita Africani quæ-
ſtionem manifeſta diuinatione intelligunt om-
nes[h]. Quæ ſententia adeò in ſe vera eſt, vt etiam
ſit indubitabilis. Diſtinxerit alius, an actum ſit, vt
re vendita precio venditor vteretur, & huic legi

d l. ii. §. appellata. ſ. eod.
e Inſtit. qui more contra. obl.
f l. qui negocia. verſ. his argumẽtum. j. man.
g l. ſingularia. j. eod.
h d. verſ. his argumentum.

ſit locus: an verò nihil de vſu precij dictum ſit: &
in dubio iudicandum, ſtatim mutuum non eſſe,
ſed actum eſſe, vt prius illud ad dominum refe-
rat: † quia ſemper ea in ambiguis fieri debet in- 3
terpretatio, qua huiuſmodi ſpecialia cõtra com-
munes regulas in-
ducta euitemus[i]:
ſicq; Africani quæ-
ſtionem declaran-
dam. Secundus ca-
ſus eſt, † cùm de cer 4
ta quantitate prin-
cipio actum nõ eſt,
ſed qui lancem de-
dit, ſibi declarandũ
reſeruauit, vſque ad quam ſummam debitori vti
liceret: nõ videtur ante declarationem mutuum
contrahi, vt Baldus ſenſit, cùm hoc caſu declara-
tio ſubſtantiam ipſam contractus reſpiciat[k]: ſe-
B cus ſi qualitatem[l]. Sed quid ſi † cùm centum au- 5
reos petiſſes, lancem tibi vendendam maioris ę-
ſtimationis dederim, vt precio vtereris, eritne ꝙ
ſupra ſummam petitam accepiſti, tibi mutuum?
Et aliqui eſſe crediderunt: quia non ad interpel-
lationem mihi centum aureorum factam atten-
dendum videtur, ſed ad conceſsionis meæ verba
generalia[m]. Verùm ego ex præfationibus & tra-
ctatu, ſicut ex præcedente interrogatione, decla-
rari ſubſequentia magis cenſeo[n]: ideoque ſola
C centum, niſi aliud actum cõſtet, mutua fore. Ter-
tius caſus eſt, † cùm qui lãcem accepit, eam qui- 6
dem vendidit, ſed pecuniam non recepit: ante e-
nim receptionem mutuum non eſt[o]. Et ita ferè
omnes cenſuerunt. † Solus Socinus reclamat: cũ 7
venditor actionem habeat, quæ precij loco ſuc-
cedit[p]: alioquin, inquit ille, careret dominus &
lance ſua, & actione ex mutuo erga venditorem.
Sed nemo hanc Socini ſententiam ſecutus eſt,
idq; meritò: aget enim dominus præſcriptis ver-
D bis[q], venditoremq; coget, non tam vt ſibi actio-
nem aduerſus emptorem cedat[r], quod Paulus
Caſtrenſis docuit, quàm vt ipſe ſoluat. Imputet
enim id ſibi venditor, qui fidem habere de pre-
cio voluit: ergo in id quod intereſt condemna-
bitur[s]. Nec quicquam vrget, † quòd qui actionẽ 8
habet, rem habere videatur: quia hoc fictione le-
gis inductum eſt. At mutuum iuris gentium con
tractus eſt, qui reipſa, pondere, numero, vel men
ſura conſiſtente contrahitur, non iure, id eſt, a-
E ctione, aut legis fictione: ſatiſque & ſuper fictio-
nis hoc in caſu eſt[t], ne aliam etiam cumulemus
[u], præſertim cùm nulla nos æquitas ad hoc adi-
gat, quæ ſola fictiones ſuſtinet[x]. Dixerit aliquis:
Cùm ob mutuum, & ſic ex limitata cauſa vendi-
tori conceſſa ſit facultas, quomodo de precio fi-
dem habere potuit[y]? Reſpondeo, procurator do
mini hîc non erat, ſed potius proprio nomine a-
gebat: vnde ad cauſæ limitationem non videtur
attendendum. Et hoc eſt quod lex ait, pręſcriptis
F verbis agi, quaſi negocio inter nos geſto[z]. Si
enim ſimplex procurator fuiſſet, fidem habere
de precio non potuiſſet: vnde tanquam non
tranſlato dominio, potuiſſet dominus rem vin-
dicare[a]. Sed quid ſi propter mandati dubitatio-
nem[b], præſcriptis verbis agi dicamus[c]? Quar-
tus caſus eſt, † cùm debitor non precium lancis, 9
ſed lancem ipſam fortè redemptam reſtituit.
Aduerſus enim Nelli ſententiam, cenſuit Pon-
tanus & Decius iure id licitum, tanquam is pro-
pter ſpecies ſit quantitatis debitor: vnde reſtitu-

i l. Centurio. de vulg. gl. l. filium quem. fam. er.
k l. ita ſtipula. de verb. oblig. vbi Bart. in i. opp.
l l. cum pater. §. fin. de legat. ii.
m Arg. l. ſi volun tate. C. de reſc. vend. Purpur. hic.
n l. Titia. §. idem reſpondit. de verb. obliga. §. præterea. Inſti. de inutil. ſtipu.
o l. rogaſti. j. de præſcri. verb. l. ſi margarit. pro ſocio.
p l. qui actionem. de reg. iur.
q d. l. rogaſti.
r l. ſi ſocer. §. Lucius. ſol. matrim.
s d. l. rogaſti.
t d. l. ſingularia.
u l. ſi quis rem. §. i. de pollicit.
x l. poſtliminiũ. in prin. de capt.
y l. à diuo. §. ſed ſi emptor de re iud. vbi Bart.
z d. l. rogaſti.
a l. i. §. i. de exerci vend.
b d. l. qui negocia.
c l. i. de æſtimat. act. l. i. de præſcript. verb.

ta



Lex. ii. Rogaſti me.

ta ipſa ſpecie, liberari debet[a]. Qua ex ratione cõ
ſequens eſſet, vt ex poſt facto ſumeretur hæc in-
terpretatio, tanquam mutuum non fuiſſet. Sed
hanc opinionem Iaſon hîc iure improbat. Cùm
enim lex noſtra mutuum pecuniæ eſſe ſcribat,
ergo in eodem ge-
nere reſtitutio fieri
debet, nõ in lance:
alioquin ſequeretur,
perempta huiuſmo
di lance liberari de-
bitorem[b]: quod lex
noſtra confutat, &
nos ſuprà docuimus
[c]. Actum enim no-
ſtro in caſu fuit mu-
tuum, non autẽ ſim
plex lancis venden
dę mandatum[d], aut
nudus conſenſus[e].
Receptaque ab em-
ptore pecunia, ſta-
tim ius mutui quæ-
ſitum creditori fuit
quod ei auferri non
poteſt[f].
10 a ¶ Quòd ſi lancem.) † Lancis igitur traditæ
periculum ad debitorem pertinet: idq;, quia eius
gratia contractus celebratur, vt Bart. & plerique
omnes ſenſerunt[g]. Quod ex eorum ſentẽtia in- C
telligendum eſt, cùm aliqua culpa, ſaltem leuiſ-
ſima, ipſius accipientis arguitur: alioquin caſum
fortuitum non præſtaret[h]. Nam & commoda-
tum gratia accipientis fit, & tamen fortuitum cõ
modatarius non præſtat[i]. Nec obſtat ꝙ lex acci-
pientem teneri dicat, etiamſi ſine culpa perdide-
rit: quia de leui, vel lata intelligi, non de leuiſsi-
11 ma, debet. † Nam cùm lex culpę meminit, de hac
leuiſsima non videtur accipi[k], ꝙ & non pauci
tradiderunt[l]. Sed hãc ego interpretationem ſe- D
qui non poſſum, quia à Iureconſulti noſtri verbis
aliena eſt. Crediderim igitur, etiamſi caſu fortui-
to lanx perdita ſit, & citra vllam accipientis cul-
pam, nihilominus ad eum ſpectare periculum:
12 quia verba generalia ſunt. & ſicut † appellatione
periculi propriè caſus fortuitus continetur[m]: ita
etiam appellatione culpæ, vel de leuiſsima actũ
intelligitur[n], niſi ex ſubiecta materia aliud appa
reat. Nec me mouet argumentum commodati,
quia lanx non tanquam ſpecies hîc tradita fuit, E
ſed tanquam mutui antegreſsio quędam[o]: vnde
perinde iudicamus, ac ſi mutuo iam perfecto res
periſſet[p]. Verius igitur eſt, ſolùm eo caſu pericu-
lum ad accipientem non pertinere, cùm credi-
tor lancem venalem, vt hîc ex Neruæ ſententia
dicitur, habebat. Tunc enim videtur non ſolius
accipientis gratia data lanx ipſa, cùm ſi eam ven
dendi cauſa cuilibet alteri dediſſet, ille non niſi
leuem culpam præſtaturus fuiſſet[q]. Nec mirum
eſt hîc ſtatui differentiam, an res venalis eſſet, an F
id minus: videmus enim alijs quoq; caſibus idẽ
factum eſſe: vt cùm quis rem venum propoſitam
permutationis cauſa tradit: aduerſus enim mi-
nus implentem condicere eam nequit[r]. Sic qui
fundum venalem habuit cauſa euictionis, non
duplum, ſed iuſta æſtimatione ſolùm petere po-
teſt[s]. Addunt aliqui, † eum qui rem venalem ha-
13 buerit, ad vendendum cogi poſſe: ꝙ falſum eſt[t],
niſi ſpecialibus quibuſdam caſibus[u]. Addit De-
14 cius[x], † meretricem quæ formã venalem habet,

a l. fideiuſſor euictionis. de exc. dol.
b l. in naue. in fin. loca.
c l. quod te. ſ. c.
d d. l. qui negocia.
e l. ſi fundum per fideicõmiſſum. de leg. i.
f l. id quod noſtrũ de reg. iud.
g l. item is cui. Inſtit. quib. mod. re contrah. obliga.
h l. contractus. in fin. de reg. iur.
i l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. commod.
k l. ſi cum venderet in fin. de pignor. actio. l. ſi mora. vbi Dd. ſol. matr.
l Deci. d. l. contractus. col. 6.
m Rub. j. de peric. & commod. l. ſi quis nec cauſam. ſ. eod.
n l. ſi merces. §. qui colum. cõ mod. l. à procuratore. C. mandati.
o Dixi d. l. ſi quis nec cauſam.
p Arg. l. & ſi non ſunt. §. quid ergo. de aur. & arg. leg. Felin. c. cum adeò. colum. i. & ii. de reſcript.
q in iudicio. l. locati.
r l. i. C. de rerum permut.
s l. ii. C. de in lit. dan. tut. Gl. l. nõ enĩ. rerũ amot.
t l. ſed & ſi. §. nam & certum. de inſtit. Dd. l. i. C. de epiſ. aud.
u l. i. §. cura. de off. præt. vrb. vbi Bart.
x Deci. l. inuitus nemo. de reg. iuris.

ſi in proſtibulo ſit, ad ſtuprum cogi poſſe[y]. Quã
ſententiam Purpuratus deridiculo habet, ne ad
peccandum quiſquã cogatur[z]. Sanè & illud con
ſtat, concluſioni ſupraſcriptę locum eſſe, cùm cre
ditor rogatus lancem tradidit. † Nam è conuerſo 15
creditor ipſe vltrò
eum qui acciperet,
rogauerit, ſecus eſ-
ſet[a]: niſi tamen cer-
to precio lanx æſti-
mata, illi tradita eſ-
ſet: quia licet æſti-
matio incerta nõ fa
ciat, vt accipiens pe
riculum præſtet: ſi
tamen certa ſit, ali-
ud eſt, vt frequenti-
us receptum vide-
tur[b]. Item niſi acci-
piens culpæ ſaltem
leuis nomine, reus
eſſet, tametſi rogatus
periculum hoc caſu
præſtaret[c]: cũ enim
cõmodũ ex hac lan
ce propter mutui
ſpem percipiat, ęquum eſt ſaltem leuem culpam
ab eo præſtari[d]: ꝙ Salic. & Alex. cẽſuerunt. † Sed 16
quid in dubio iudicãdum, cum neſcimus vter ro
C gauerit? Et ex natura rei iudicabimus. Vnde com
modatarius præſumetur prior rogaſſe, quia com
modatum eius gratiam reſpicit[e]. Idemq; in eo,
qui mutuam pecuniam accepit[f], † dum tamẽ de 17
vſuris non conuenerit: videtur enim earum cau-
ſa vtriuſq; vtilitatẽ contractus reſpicere[g]. Quod
maximè dicendum, cùm is qui mutuauit, daniſti
cam exercet, id eſt, menſam paratam teneret, vt
Iudæi faciunt. Et ideo in caſu legis noſtræ allegã
dum, itemq; probãdum eſſet, rogatum fuiſſe cre-
D ditorem, nec lancem venalem habuiſſe, alioqui
periculo accipientis abſq; eius culpa non eſſet[h].

y Arg. Bart. l. i. fur aduerſus nau.
z Bar. l. ſi vxor. de adult.
a l. ſi gratuitam. §. i. de præſcri. verb.
† tibi dedero *aliàs.*
b l. i. in fin. de æſti ma. actio.
c Bart. l. ſi vt certo. §. interdum. commod.
d l. i. §. ſi quis ſeruũ. vbi Gloſ. verb. culpam. depoſ.
e Bart. d. §. interdũ. Deci. d. l. contractus. iii. notab.
f d. l. qui negocia. verſ. his argum.
g §. tua & aliena. Inſtit. mandati. gl. l. qui Romæ. in prin. de verb. oblig.
h l. ſi adulterium. §. idẽ Pollioni. de adult. l. verius. de prob.

1 *Mutuum non contrahi, vbi aut conſenſus aut res deficit.*
2 *Difficilius ſemel natum tollitur, quàm non natum impediatur.*
3. 7 *Si decem data ſint, vt nouem debeas, quod reliquum eſt donatum eſſe præſumitur.*
4 *In maiorem ſumma minori contineri.*
5 *Iudex vel arbiter ſuper tota petitione iudicare aſtringitur.*
6 *Similiter & teſtes ſuper toto negocio ferre teſtimonium.*
8 *Maior ſumma non poteſt deberi quàm fuerit numerata.*
9 *Pactum cohærentia contractus, cuius naturæ aduerſatur, non poteſt veſtiri.*
10 *Stipulatione vel iuramento accedente plus poteſt exigi, quàm fuerit numeratum; dummodo legitimus vſurarum modus non excedatur.*
11 *Cùm de eo quod intereſt agitur, iudex ex officio ſe inſtruere & æſtimationem conſtituere poterit.*
12 *Si quis vltra id, quod acceperit, ſe facturum promiſit, an valeat.*
13 *Fas eſt aliquem ſpe mutui ad contractum licitum allicere.*
14 *In foro ciuili contractus in dubio non præſumitur fœneratitius aut illicitus.*

b. ¶ §. SI TIBI DECEM.) † Mutuum 1
ergo non contrahitur, ſi aut conſenſus, aut res
deficiat: vtrunque enim coniunctim ad eius con



2

tractus ſubſtantiam pertinet: vnde altero ſubla-
to, deficit obligatio [a]. Apparet igitur ex ſola nu-
meratione non oriri mutui actionem [b], niſi & id
agatur, in hocq; conſentiant partes, vt oriatur [c].
Quod ſi iam orta obligatio proponatur, tunc pa
cto ipſo iure tolli
non poſſet, ſed elidi
tantùm [d]. † Diffici-
lius enim quod ſe-
mel natũ eſt tolli-

a l. ſi tibi in prin. de pact.
b l. cum enim. de nouat.
c l. non omnis. ſ. eod.
† ſi dedero, *aliàs*.
d l. ſi vnus §. pactus. de pact.

**Sed & † ſi decẽ dedero [a], vt vndecim debeas, putat Proculus amplius quàm decẽ,**

2 tur, quàm ante natiuitatem impeditur [e]. Meritò
ergo pacto nudo impediri, ne oriatur actio, po-
teſt. Iam orta, ipſo iure tolli non poteſt, niſi pactũ
ſit iuſtum, id eſt, vt vulgò vocant, veſtitum [f]. Qua
ratione & repudiatio ius delatum ipſo iure peri
mit [g], quia adhuc quæſitum non eſt [h]: vnde pro-
pter infirmitatem ſuã facilius extinguitur [i]. Sed
cùm in caſu legis noſtræ decẽ numerata fuerint,
ſicut nouem debeantur, quid de illo reliquo con
ſtituendum eſt? Et videretur, repeti condictione
ſine cauſa poſſe [k]. Non enim credendum eſt, fuiſ-
ſe donatum: tum quia in dubio donatio nõ præ-
ſumitur [l], tum quia verba non videntur donatio-
nem arguere. Quamuis enim dictum ſit, vt nouẽ
debeas, non debet taxatiuè id intelligi, id eſt, no
uem tantùm [m]. Sed tamen Baldus, Paulus, Alexã
3 der, & cæteri fermè omnes † cenſeri donatũ po-
tius arbitrantur [n], quibus & ipſe aſſentio: niſi a-
lia coniectura adeſſet, vt quia dictum eſſet, nouẽ
deberi actione mutui: non ſequitur, quin alius
numus condici ſine cauſa poſsit [o]. Idem ſi ſtipu-
latio adiecta numerationi ſit, & ſola nouem pro-
miſſa: non ſequitur, quin ad decimum ex nume-
ratione ſuperſit actio [p]. Qua tamen in re, cùm de
ſtatu coniecturali agatur, plurimum verſabitur
arbitrium iudicis, qui ad id attendat, quod veri-
ſimiliter actum ſit [q]. Nam & cùm ſumma aliqua
affirmatiuè prolata eſt, nõ ſtatim dicemus taxa-
4 tiuam ſubaudiri. Cùm enim † in maiore ſumma
propriè minor contineatur [r], conſequens eſt ex-
traverborum, vim taxatiuam induci, & ſolùm ex
argumento à tacito ſenſu colligi [s]. quod ad con-
iecturã magis, quàm ad verba pertinet [t]. Et ideo
tum demum debet hæc interpretatio capi, cùm
aliqua coniectura eam ſuadet: vt quia is, in cuius
ſermone ea ſubauditur, de toto, non autem de ſo
la parte loqui debuit [u], vt in ſententia iudicis vel
5 arbitri: † Debent enim ſuper tota petitione iudi-
6 care [x], vt in atteſtationibus [y]. Nam † & teſtes de-
bent ſuper toto negocio teſtimonium perhibe-
re [z], vt in inſtrumentis, ſeu probationibus, quæ
inde ſumuntur [a]: quod aliàs latius diſputaui [b]. I-
tem cùm alia adſit præſumptio, vt in caſu noſtro.
Cur enim numerauit quis decem, ſic vt nouem
7 debeantur, † niſi vt decimum illud donaret? Ex
numeratione enim, & omiſſa cautione, cùm ta-
men eam in alia ſumma non neglexiſſet, ſatis ar-
guitur donantis animus, & munificentia.

8 a ¶ Sed & ſi decem dedero.) † Maior ergo ſum
ma deberi non poteſt, quàm re ipſa numerata ſit
[c]. Sed an ſaltem naturaliter debeatur? Et putaue-
rim deberi, cùm ea obligatio ex ſolo conſenſu
producatur [d]. Lex enim noſtra de eo ſolũ loqui-
tur, quod debetur ipſo iure, id eſt (vt ego inter-
pretor) iure ciuili [e]: tametſi aliter aliqui hac in re
ſenſerint. Sed cur etiam nõ oritur ciuilis obliga-
tio, ſeu valere in vim donationis dicamus, quæ
hodie pacto nudo conualeſcit [f]: ſeu pactum i-
pſum veſtiri, firmarique proximitate mutui cre-
damus [g]? Et traditum eſt, nullo modo valere,

e l. patre furioſo. de ijs qui ſunt ſui.
f l. Stichum. §. naturalis. de ſol.
g l. ſi ita ſcriptũ. §. i. de leg. ii.
h l. i. §. decretalis. de ſucceſſ. edict.
i l. i. C. de pact. vbi not.
k l. i. de cond. ſine cauſ.
l l. cùm de indebito. de proba.
m l. cùm furti. ſ. tit. ii. l. ſiquidẽ. C. de trãſact.
n l. cuius. de reg. iuris.
o l. quoties ex duplo. de regul. iur.
p d. l. cùm enim. Purp. hic.
q d. l. cùm de indebito.
r l. iii. §. ſi plus. de ſtatuli. l. i. §. ſi ſtipulandi. de verb. oblig.
s c. nonne. de præſumpt.
t l. pe. C. de fur.
u c. i. de arbit. in 6. l. diẽ. §. ſi plures. de arb.
x l. i. C. ſi aduerſus rem iud.
y Bar. l. fin. §. qui indiuiſam. de leg. ii.
z gl. l. Lucius. de ijs, qui not. infam.
a l. Sempronius. de leg. ii.
b d. §. ſi ſtipulãdi.
c d. l. ſi tibi. de pact.
d l. cũ amplius. §. is natura. de regul. iur.
e d. §. pactus ne peteret.
f l. ſi quis arg. C. de donat.
g l. lecta. ſ. eod.

tanquam vſurariæ notæ ſuſpicione laboret. Vn-
de donatio videri non poteſt, quæ pro vſura ſol-
uitur [h]: quod Bartolus rectè cenſuit: ſuſpectus-
que crimine fœnebri hodie hic eſſet contractus,
etiam ſi partes expreſſe egiſſent, donationem eſ-
9 ſe [i]: † nec pactum id
veſtiri cohærentia
contractus poteſt,
cùm eius naturæ
aduerſetur, & ideo
legem contractui non det [k], vt Iaſon inquit:
idque maximè odio vſurarum in numerata pe-
cunia recipiendum eſt [l]. Vnde conſequens eſt, vt
10 † ſi ſtipulatio interuenerit, ex ea agi iure noſtro
poſsit [m], dum licitus vſurarum modus non ex-
cedatur [n]: quod Doctores communiter ſenſerũt.
Nec dubito quin hæc ſententia, etiam reclaman
te Aretino, verbalem quandam vnitatem com-
miniſcente, verior ſit [o]. Qua ratione idem dicen-
dum videtur, ſi iuramentum acceſſerit [p]. Exiſti-
mauerim quoque, ſi debitor, cui decem mutuata
ſint, certo loco & die dare promiſerit, quod ſi nõ
faceret, tunc vndecim vt creditoris detrimenti
reſarciendi cauſa reſtituturum: cùm ratio vſura-
rum ceſſet, nec antè incipiat vndecimus numus
deberi, quàm mora committatur, cogi eum poſ-
ſe, nec legi noſtræ locum eſſe [q]: dum tamen veri-
ſimiliter tanti creditoris interſit [r], ne aliàs via
fraudibus pateat, vt Baldus rectè hîc cenſuit. Vi-
detur enim tanti id quod intereſſe poterit, æſti-
matum fuiſſe [s], & vt Decius ait, quodammodo
tranſactum [t]: quæ veriſimilitudo plurimum arbi
trio iudicis perpendetur. Nam & aliàs videmus,
11 † cùm de eius quod intereſt probatione agitur,
poſſe iudicem ex officio ſe inſtruere, & æſtima-
tionem conſtituere [u]. Et hæc quidem vera, aduer
ſusque moratores recepta ſunt. Nam ſi dilatio
data, nec mora commiſſa fuerit, quod à princi-
pio nomine eius quod intereſt conuentum eſt,
in fraudem vſurarum conuentum creditur, ideo-
que non debetur, niſi quatenus verè interfuiſſe
probetur [x]: tuncque diſſentientium ſententijs,
quas plurimas Purpuratus hîc adducit, locus e-
12 rit [y]. † Sed quid ſi vltra decem numerata non ſit
actum aliquid creditori dari, ſed fieri, an valebit?
Et non eſt dubium, quicquid accedit ſorti, vſu-
ram eſſe [z]. Sed tamen poſſet de tali facto agi,
quod in criminis ſuſpicionem non incideret, va-
leretque contractus: vt cùm ex eo nihil magis
creditori adeſſet, ſed ſolùm cautior ſecuriorque
redderetur [a]. Addit Baldus: Si quis operario mu-
tuet decem, vt ſibi fabriles operas præſtet, non
13 cenſeri fœnus committere [b]. † Fas enim eſt ſpe
mutui, aliquem ad contractum licitum allicere
[c], ceſſante ſcilicet omni dolo [d]. Et ideo ſi profeſ-
ſor ſcholaſtico mutuam pecuniam det, vt ſibi
magis quàm antiſophiſtæ ſuo operam præbeat,
delinquit [e]. Et ſi vt amplius ſtipendium conſe-
quatur, id faciat, etiam fœnerare dicitur [f]: niſi
exiſtimet maiori profectui ſuam, quàm riualis
diſciplinam ei fore [g]. Sed hæc quæ ad conſci-
entiam ſpectant, Theologis tractanda relinqua-
14 mus. Illud adnotandum, † in dubio quod ad
forum ciuile attinet, contractum non iudicari
fœneratitium, neque illicitum [h], vt Baldus hîc
cenſuit. Quod ad conſcientiam verò attinet,
ſecus ego putarem [i]: quamuis & iure noſtro i-
dem crederem, in eo qui fœnora exercere ſit ſo-
litus. Veriſimile enim eſt, in delicto ſuo eum
perſiſtere [k]. Fit enim regulariter hæc diſtin-

ctio

h l. i. de donat.
i l. eos. §. interdicta. C. de vſur.
k l. iuris gentium. §. quinimò. de pact.
l l. quamuis. C. de vſur. d. §. interdicta.
m l. cùm vltra. in fin. C. de non nu. pec.
n l. eos. C. de vſu.
o Arg. l. ſcire. de verb. oblig.
p l. debitores. de iureiur.
q arg. l. ſicut empto. §. fi. loca.
r l. ſociũ qui. pro ſocio.
s d. l. fin. de præt. ſtipul.
t l. de fideicõmiſſo. C. de tranſact. Deci. c. cũ venerabilis colu. 7. de exce.
u l. ſi quid ex Pamphilo. de leg. ii.
x Paul. Caſt. l. Iulianus. §. ex vẽdito. de actio. empt.
y Alex. conſi. 122. in 2. Dec. 119.
z c. conſuluit. de vſur. 14. q. 3. per totum.
a Gl. l. ſed & ſi. §. fi. ſi quis caut.
b arg. l. prox. de ritu nupt.
c Arg. l. fin. ſi quis aliq. teſt.
d Bar. l. cum vir. de iure dot.
e gl. l. i. de offic. præf. vrb. Inſti. de ſuſpect. tut. §. i.
f Doct. c. fin. de vſur.
g Sũma Ang. verb. vſura. §. quinto.
h l. ſi ea pacta. C. de vſur. d. c. ſi. de vſur.
i Gl. c. i. de furt.
k c. illo vos. de pignor. Ananias c. in ciuitate. co lum. ii. de vſur.



ctio excepto mutuo, in quo indiſtinctè quic-
quid ſorti accedit, vſura eſt [a]: quod omnes hîc
tradidere.

a l. qui ſemiſſes. §. i. de vſur.

1 *Vt ex mutuò à ſeruo facto domino quæratur condictio, eius voluntatem interueniſſe neceſſe eſt.*
2 *Eum qui mutuat adminiſtrare.*
3 *Donatio vel diſsipatio in conceſsione generali non videtur permiſſa.*
4 *Per fugam ſeruus liberam adminiſtrandi facultatẽ perdit.*
5 *Generaliter omnes procurator vel œconomus, qui mores in deterius mutauerit, aut nequioris factus eſt conditionis, ſuum munus amittit.*
6 *Fallit hoc in procuratore in rem ſuam, & alijs pleriſque caſibus.*
7 *Prælatus aut iudex etiam malis moribus præditus, antè non intelligitur priuatus, quàm ab epiſcopo aut principe ſubmoueatur.*
8 *Peculium ſerui ipſius quaſi patrimonium dicitur.*
9 *Procurator dignitate auctus, non cenſetur proinde reuocatus.*
10. 12 *Numi non extantes, & qui mala fide deſiti ſunt poſsideri, non aliter ac ſi poſsiderentur, an et quando poſſint vendicari.*
11 *Fictio legis non niſi ex æquitate aut neceſsitate inducitur.*

† condicere tibi.

**condici non poſſe. ¶ Si fugitiuus [a] ſeruus numos tibi crediderit, an † cõdicere numos tibi dominus poſsit, quæritur. Et quidẽ ſi ſeruus meus cui conceſſa eſt peculij adminiſtratio, crediderit tibi, erit mutua. Fugitiuus autẽ, vel alius ſeruus, cõtra volũtatẽ domini credẽdo, nõ facit accipientis. Quid ergo? vẽdicari numi poſſunt ſi † exſtãt, aut ſi dolo malo deſinãt poſsideri, ad exhibendũ agi. Quòd ſi ſine dolo malo † conſumpſiſti, † condici tibi poterũt.**

† exiſtãt, *aliàs*
† conſumpti ſunt, *aliàs*.
† condicere potero, *aliàs*.

1 a ¶ §. SI FVGITIVVS.) † Vt igitur ex mu-
tuo à ſeruo facto condictio domino quæratur, o-
portet ipſius domini volũtate pecuniam datam
eſſe, ſiue expreſſa, ſiue tacita: vt quia ſeruus libe-
ram peculij adminiſtrationem haberet [b]. Idem ſi
ſimpliciter peculium ei cum adminiſtratione cõ
ceſſum eſſet [c], vt hoc ex reſponſo Alexand. & De
2 ci. ſentiunt. † Adminiſtrat enim & qui mutuat,
dummodo non ſuſpectæ perſonæ: alioquin ea
3 non adminiſtratio, ſed † donatio, vel potius diſ-
ſipatio eſſet [d], quæ in conceſsione generali per-
miſſa non videtur. Quòd ſi ſeruo dominus con-
ceſſerit ſimpliciter peculium, nec adminiſtratio-
nis mentionem fecerit, non putarim mutuare
eum, fidemque alterius ſequi poſſe, ſed ſepara-
tim ſolũ à dominicis rationibus habere [e]. Quòd
ſi nihilo minus mutuauerit, dominium quidem
non transferri, licet de peculio dominus oblige-
tur [f]. Quod & dicendum, quando ſeruus qui li-
beram habuit adminiſtrationem, fugitiuus fa-
4 ctus eſt [g]: † per fugam enim amittit liberam fa-
cultatem [h]: vnde mutuum conſiſtere non poteſt.
Sunt tamen qui amitti hanc poteſtatem in ijs
tantùm cenſent, quæ aliàs domino damnoſa fie-
rent, non ſi commoditas inde oriretur [i]: quæ ſen
tentia legi noſtræ non conuenit. Et hinc adno-
tant Doctores: Si monachus procurator, vel œ-
conomus monaſterij fugiat, fiatque apoſtates,
confeſtim tale munus amittere. Idemque in mer
catore, qui in fraudem ſocietatis ſolum vertat,
vel ad ſacram ædem, ſeu ad ius aſyli confugiat [k]:
5 † quod generaliter in quocunq; procuratore tra

b l. quam Tuberonis. §. alia. vbi gl. de pecul.
c l. fin. de noua.
d l. contra. §. i. de pact.
e l. 5. §. fin. de pecul.
f l. cùm fundus. §. fin. ſ. eod.
g l. ſi quis ſeruũ in ſ. de pecul.
h l. libera. ſ. de pecul.
i Iaſ. l. i. §. per ſeruum. de acqui. poſſ. vlt. nota.
k l. ſi. C. de ijs qui ad eccleſ. §. ſed neque. auth. de mand. in prin.



ditum eſt, qui mores in deterius mutarit condi-
tionisq; nequioris factus ſit [l]. Sed tamen quibuſ-
6 dam in caſibus non procedit: & in primis in † p-
curatore in rem ſuam [m]. Non enim idcirco
ius ſuum, propriæq; vtilitatis ſpem quis amitte-
re debuit [n]. Idem in
procuratore à lege
conſtituto, qui ta-
men aliàs ſoluendo
ſit [o]. Quod & in pa-
tre receptũ eſt, qui
non perdit in bonis
filij adminiſtratio-
nem, niſi poſt quàm
ea ſibi interdictum
ſit [p]. Quod & ad p-
7 poſitum † eccleſiæ
trahendum eſt: qui
antequã ab epiſco-
po prohibeatur, lici
tè adminiſtrat, & ſi-
bi ſoluentes debito
res liberat [q]. Nam & iudex tametſi improbis mo
ribus effectus, munere iudicandi fungitur, donec
à principe ſubmoueatur [r]. Sanè & illud notan-
dum eſt, ſeruum cui peculium cõceſſum ſit, quã-
uis fuga liberam (vt ſuprà diximus) adminiſtra-
tionem perdat, non tamen ideo cenſeri peculiũ
amiſiſſe: vnde & dominus actiõe de peculio ad-
huc ex eius contractib. conueniri poteſt [s]. Quod
8 non videtur alia ratione inductum, niſi quia † pe
culium ſerui ipſius quoddam quaſi patrimoniũ
eſt [t], quod non facile ei videtur ademptum: qua
ratione etiam contradicentem, inuitumque do-
minum obligat [u], vt Albericus cenſuit [x]. Sed &
quando mandauit, vt actus neceſſarius celebre-
tur, ſunt qui putent ex mutatione conditionis
non magis cenſeri reuocatum mandatum, quàm
aliàs ex morte mandantis fieret [y]. quæ ſententia
probabilis eſt. Cùm enim actus omnino expedi-
endus fuerit, non eſt veriſimile dominum pluri-
mum curaſſe, an mandatarius mores mutarit [z].
Illud quoque dubium non eſt, propter bonã de-
bitoris fidem, qui neſciens hanc nouam procu-
ratoris improbitatem ſoluerit, perinde libera-
tionem contingere, atq; ſi iuſto procuratori ſolu
9 tum eſſet [a]. Sunt & non pauci qui putent, † ſi me
lioris conditionis factus ſit procurator, vt quia
dignitate auctus, reuocatum non cenſeri manda
tum: veluti cùm quis emancipatus eſt [b]: ea enim
capitis minutio decus non imminuit, ſed auget
potius [c], contra Alexandrum: quia qui ſibi aut
Sticho dari ſtipulatus eſt, ſi Stichus manumitta-
tur, reuocaſſe mandatum cẽſetur [d]. Sed hic caſus
diſsimilis eſt. Licet enim melior ſit effecta ſerui
conditio, quod tamen ad dominum attinet, de-
terior eſt, qui nõ tam facilè à libero homine quã
à ſeruo ſuo exactus eſt, vt Beſutius, Deciusq; tra-
diderunt. Illud quoq; ego crediderim, ſi mutatis
moribus, talem procuratorem dominus ſciens,
prudensq; tolerauerit, non admittendam reuo-
cationis exceptionem [e]. Vnde cenſuit Imola ne-
ceſſariam eſſe domino ꝓteſtationẽ, ne apꝓbare
eũ cenſeatur [f]. Quæ ſententia quamuis ſcrupulo
non careat, mihi hoc caſu probabilior videtur.

10 ¶ Vendicari.) At qui † etiam ſi non extant, ven
dicari poterunt: quia cùm mala fide deſiti ſint nu
mi poſsideri, perinde vendicatio competet, ac ſi
poſsiderentur [g]: q. Fulgoſius, Paulus, Iaſon tradi-
derunt. Ego Iuriſconſultũ actionis ad exhiben-

l cùm quis. l. ſi cũ Cornel. de ſolut.
m l. quæ omnia. §. ſi. de procu.
n arg. l. illam. C. de donat.
o l. quòd ſi fortè. verſ. quid ergo. de ſol. l. tutores. de adminiſt. tut.
p l. Imperator. ad Treb. l. fin. C. de ſen. paſſ.
q c. qualiter & quando. ii. de accuſ.
r Bart. c. ſicut. de re iud. Felin. c. ius. generale. i. diſtinct.
s d. l. cum fundus. §. i. verſ. quod ad peculiares.
t l. peculium. pen. de pecul.
u l. ſi quis ſeruus. de pecul.
x l. ſeruus vetãte. vbi Iaſ. de verb. oblig.
y Arg. l. fundi. §. fi. de acq. poſſ.
z l. cũ ſeruus. vbi Bart. de verb. oblig.
a l. ſi nõ ſortem. §. qui filio. de con. indeb. l. inter cauſas. mand.
b l. eũ qui. §. qui ſibi aut fil. de verb. oblig.
c l. Stichum. §. vſumfr. de ſolu.
d l. ſi quis ſer. de ſolu. l. ſi is qui. §. Iulianus. de furtis.
e l. i. §. magiſtrũ. ii. de exercit. l. fin. §. hanc autẽ. nautæ, caup. ſtab.
f Imol. ii §. voluntate. ſol. ma.
g l. parem. de reg. iur. l. ſin autem. §. ſed & is. de rei vend.

dum meminiſſe crediderim, quia ea vtilior domino futura eſt. Cùm enim reus exhibere dolo ſuo non poſsit, deferendum erit actori iuramentum in litem [a], & difficultas omnis probationũ ſubmouenda, quæ alioquin in rei vendicatione actori incommoda eſt [b]. Sanè quia ſimpliciter lex re conſumpta nullum vendicationis verbum facit [c], non abſurdè diſputauerit aliqs, tametſi dolo res cõſumpta ſit, eã actionem non competere, nihilq; ſubaudiẽdum cẽſebit. Quòd enim qui dolo malo deſijt poſsidere, perinde conueniatur, ac ſi poſsideret,
11 † ex fictióe legis eſt [d], quæ non niſi ex ęquitate aut neceſsitate inducitur [e]. At neceſsitas hîc nulla eſt, cùm actione ad exhibẽdum melius domino cõſulatur, vel etiã cõdictióe furtiua [f]: nec ęquitas, quę odio furis, ſeu mala fide cõſumentis operari debet, nõ
12 fauore [g]. † Solùm igitur vendicatio cõpetet, cùm poſt litem cõteſtatam dolo deſijt reus poſsidere [h]. Intereſt enim actoris nouum iudicium non incipere. Idem ſi ante litis conteſtationem aliqua ex cauſa eius intereſſet talem potius actionem intendere [i]: alioquin fruſtra experiretur [k], cùm breuiore via idem conſequi poſſet [l]. Quomodo autem in huius reſponſi caſu mutuum domino ex conſumptione non concilietur, niſi debitor bona fide conſumpſerit, alibi declarauimus [m].

a Gl. in rem. §. tignũ. de rei vẽd.
b Gl. l. cùm res. C. de probat. Bar. l. rem quæ nobis. de acq. poſſeſ.
c l. ſi filiusfamil. ĵ. eod.
d l. ſi bonę fidei de noxal.
e l. poſtliminium. de capt.
f l. ſed & ſi pater. §. i. ad Maced.
g Iaſon ſ. l. quod te. iii. not.
h l. quod ſi dolo. de rei vend.
i d. §. ſed & is qui.
k l. qui petitorio. de rei vend.
l Arg. l. hæc ſtipulatio. in fin. vt leg. no. cau.
m d. §. appellata. & ĵ. l. ſeq.

LEX. XII.

POMPONIVS LIB. VI. *ex Plautio.*

SI à furioſo, cùm eum compotẽ mentis eſſe putares, pecuniam quaſi mutuam acceperis, eaq; in rẽ tuã verſa fuerit, condictionẽ furioſo acquiri, Iulianus ait: Nã ex quibus cauſis ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex eiſdem etiam furioſo acquiri. Item ſi is, qui ſeruo crediderat, furere cœperit, deinde ſeruus in rem domini id verterit, cõdici nomine furioſi poſſe. † Et ſi alienã pecuniam credendi cauſa quis dederit, deinde furere cœpit, & conſumpta ſit ea pecunia, condictionem furioſo acquiri.

LEX XIII.

VLPIAN. LIB. XXVI. *ad Edictum.*

NAm & ſi fur numos tibi credendi animo dedit, accipientis non facit, ſed conſumptis eis cõdictio naſcitur. Vnde Papinianus lib. VIII queſtionũ ait: Si alienos numos mutuos tibi dedi, nõ antè mihi teneris, q̃ ſi eos cõſumpſeris. Quòd ſi per partes eos conſumpſeris, an per partes tibi condicã, quęritur? & ait, me cõdicturum, ſi admonitus alienos numos fuiſſe. Ideo per partes condicam, quia nondum totos conſumptos cõpereram.

¶ Si ſeruus communis decem crediderit, puto, ſiue adminiſtratio † ſeruo cõmuni conceſſa eſt, ſiue nõ, & conſumantur numi, † in quinque [a] competere actionẽ. Nam & ſi cõmunes numos tibi centum credidero, poſſe me quinquaginta condicere, Papinianus libro VIII Quæſtionũ ſcribit, etiã ſi ſingula corpora cõmunia [b] fuerint.

† ſeruo conceſſa, *aliás.*
† in quintũ, &, quinum, *aliás.*

1 *Furioſo mutuanti quæritur condictio, ſiue propria ſiue aliena pecunia fuerit.*
2 *Numeratio ſubſequente conſumptione, vim translationis dominij & conſenſus habet.*
3 *Certi condictionem vnam eſſe & eandem.*
4 *Pecuniam ex conſuetudine non niſi vtiliter è patribusfam. expenſa conijci.*

1 SI A FVRIOSO.) Mutuat furioſus quãdoq; † propriam pecuniam in ipſo furore, quandoq; ante furorem, ſed eius pecuniæ conſumptio tempore furoris fit, & vtroq; caſu cõdictio ei quæritur. Idem ſi alienam, cùm ſanus eſſet, mutuauit, quæ deinde furente ipſo ſit à debitore cõſumpta. Sed qua ratione dicemus competere condictionem? Cùm enim nullus ſit furioſi conſenſus [n], abſq; conſenſu autem non ſit translatio dominij, conſequenter neq; mutuum, videretur [o] nullo modo condici poſſe. Sed tamen aliud Iuliano placuit: quia cõ-
2 tractus mutui principaliter re contrahitur: † hîc autem res interuenerat, id eſt, numeratio, ſubſecutaq; fuerat conſumptio, quę vim translationis dominij, conſequenterq; etiam conſenſus habet [p]: vnde propter bonam fidem debitoris, vtilitatemq; furioſi ſubeſt æquitas, vt actio illa detur: quæ ſiue ſit ſpecialis, vt Socinus credidit, ſiue generalis, vt communiter traditum eſt, non multũ propter ſublatam formularum ſcrupuloſitatem refert [q], præſertim ſi eam ſententiam ſequamur,
3 quam ſuprà probaui, † cõdictionem certi vnam, eandemq; generalẽ eſſe. Et ex hoc intellectu cenſent Doctores ea verba, quibus in rem debitoris verſam pecuniã dicitur, cõſumptione ſimplici intelligẽda
4 cùm † pecunia ex communi conſuetudine nõ ſoleat niſi vtiliter à patribus fam. expendi. Iidem intelligunt, bonam fidem debitoris neceſſariò non requiri, vt diſpoſitioni legis noſtræ locus ſit: ſed aliter nos ſuprà cenſuimus [r], perpẽdiq; id exiſtimamus, vt conſumptio ipſa bona fide facta ſit: quod tunc præſumimus, cùm in rẽ debitoris verſa eſt pecunia. Veriſimile enim tunc eſt, eũ pecuniã vtilitatis ſuæ cauſa potius expendiſſe, quàm vt rei vendicationem, quæ furioſo competiſſet, interuerteret: quod & infrà oſtendemus [s].

n l. qui ad certũ. loc. l. in negocijs. de reg. iu.
o l. non omnis. ĵ. eod.
p l. ſi quis pro eo. §. ſi numos. de fideiuſſ.
q l. i. C. de formulis.
† Aut.
r d. §. appellata.
s d. l. non omnis. §. fin. ĵ. eod.

1 *Furi quoq; certi condictio naſcitur.*
2 *Si quis partem conſumpſerit, reliquum autem nondum, an totum condicatur.*
3 *Verus huius legis intellectus & interpretatio.*
4 *Si quis alienam pecuniam mutuauerit, domino eandem vendicanti reſtituenda eſt, etiamſi creditor, vbi ſibi reddetur, ſtipulatus ſit.*
5 *Fallit, ſi antequam dominus experiatur, debitor à creditore conuentus ſit.*
6 *Communis ſententia contra Accurſ. & Bart. defenſa, neminem cogendum, vt pecuniam quam ſciat alienam, conſumat.*
7 *Exceptio iuris alieni, quæ actorem penitus ſubmoueat, ſemper admittenda.*
8 *Lecturarum & codicum diuerſitas.*
9 *In quina, & in dena, quid ſignificet.*
10 *σῦνα μερίζειν, prouerbium.*
11 *Tractatus diuiſionis ex bono & æquo, arbitrio item iudicis plurimũ dependet, eiuſq; varij modi traduntur.*
12 *Diuiſio non ſolũ per numeros, ſed etiam per tempora fit.*
13 *In pecunia cõmuni vna pars ſuccedit loco alterius, ideoq; facilius poteſt diuidi.*
14 *Tabernam mercatoriam inſtar vniuerſalium haberi.*
15 *Precium loco mercium ſuccedit.*
16 *Qui ius perſonale ad aliquam partem indiuiſam habet, facta diuiſione, illud in parte diuiſa ſolum prætendit.*

NAM ET SI fur.) † Etiam furi per cõſumptionẽ cõciliatur mutuũ: idq; quia lex generaliter loquitur. Verũ putauerim, etiã ſi mala fide conſumpta ſit pecunia nõ enim mala fides accipiẽtis obeſſe furi mutuãti debet, niſi quatenus à domino præoccuparetur [t].
2 † Sed finge mutuaſſe me tibi centũ aureos alienos, & te ſolũ qnquaginta cõſumpſiſſe, quomodo tecũ agã? cõdicãne centũ? Et hîc traditur, non poſſe: quia ſolis in quinquaginta cõſumptis, confirmatum eſt mutuum. Condicam ne igitur illos quinquaginta? Et videretur non poſſe: quia tua intereſt actionem non diuidi [a], nec partim à me ratione conſumptæ, partim à domino ratióe ex-
3 tantis pecuniæ inquietari. † Sed tamen hîc diuerſa ſentẽtia placuit: quia ſatis eſt, ſi in bello te admoneã, me partem petere, quia eam tantummodo conſumpſiſti [b]. Et ita ego legẽ hanc, Accurij ambiguitatibus reiectis, interpretor: qua de re videnda ſunt, quæ alibi ad hanc materiã pertinentia tractaui [c]. Sed conſueuit hîc
4 dubitari: † quid ſi is qui alienã pecuniã mutuauit, eam ſibi reddi ſtipulatus eſt, an ei debitor reſtituere, an domino pecuniam ſuam vendicanti debet? Et non eſt dubium, domino potius reſtituendam eſſe [d]. Potior enĩ eſt ipſius dñi cauſa, qui rẽ ſuam petit [e]: videtq; res euinci ex ſtipulatoris ipſius culpa, q dominiũ, qđ trãsferre ſe dixerat, nõ trãſtulerit [f]. Et ideo ꝓpter cõtradictionẽ dñi, ceſſat ſtipulationis cauſa [g]: nec generis creditor effectus eſt, ſed ſimplicis poſſeſsionis trãslatæ, qua euicta extinguitur obligatio [h]. Et ita oẽs ferè ſentiũt. Exiſtima-
5 uerim tñ † ſi antequã dñs experiatur, cõuẽtus à creditore ſit debitor, cõpelli eũ poſſe, vt creditori pecuniã illã ſibi numeratã reſtituat [i], tanquã pecunię eius poſſeſsio abſq; cauſa trãslata fuerit, indeq; cõdici poſsit [k], vt Fulg. Alexãderq; tradiderũt. Fortius cẽſuit Bart. quãuis à domino denunciatũ debitori ſit, ne ſtipulatori ſoluat, nihilominus adhuc teneri [l]: cautione tñ recepta, indemnẽ ſe pſtitũ iri [m]. Quę ſentẽtia defendi poteſt, cùm ſolũ denunciatũ eſt. Si enĩ litẽ iã dñs mouiſſet, nec ſentẽtia adhuc ꝓ eo, q numerauit, lata eſſet, præ-
6 ferret dñs [n]. † Et hinc apparet, ſi debitor nolit pecuniã cõtrectare, qa ſciat alienã, minimè cogendũ eſſe vt cõſumat: quę cõmunis eſt aduerſus Accurſiũ & Bartolũ ſententia: rẽ enĩ alienã ſcienter cõtrectando furtũ tũ cõmitteret [o]. Tali ergo caſu cõſultius creditori eſt, cõdicere poſſeſsionẽ [p], q̃ ex mutuo agere: qa ex mutuo agenti obſtaret dominij alieni exceptio [q]. Non enĩ eſt mutuũ, qñ dominium tranſlatũ nõ eſt [r]. Et regula iuris eſt,
7 † Exceptionẽ iuris alieni, q̃ actorẽ penitus ſummoueat, ſemp admittendã [s]: quod intelligendũ, vt hîc Bart. declarat, dũ excipiens rẽ alieni dominij eſſe ipſe probet: alioquin pro numerãte præſumeretur [t]. Sed & ſi mutuo ipſi acceſſerit ſtipulatio, nõ obſtare agẽti hãc dominij exceptionẽ, Alex. cẽſuit [u]: niſi cùm dñs iam rem ipſam vendicaſſet. Illud quoq; cõſtat, nec tũ dominij quæſtionem admittendã, cùm rem ipſam reus nõ exhibet. Si enim cõſumpta ſit, cõfirmatur mutuum [x].

t l. Caſsius. de ſolut.
a l. in cõmodato. §. pen. cõmod. vbi Bart.
b l. nõ tamen. de probat. Doct. l. pen in fi. de iuriſ. om. iud.
c d. §. appellata.
d l. i. § ii. de ſtipul. ſer.
e l. bona fides. depoſ.
f l. ſi opera. de except. doli. l. ſiue. vbi Bald. de neg. geſt.
g l. ii. C. eod.
h l. in nauc. in fi. loca.
i Arg. l. i. in fi. ver. etenim nobis. naut. caupo. ſtab.
K l. indebiti. §. i. de cond. indc.
l Arg. l. pen. C. de poſ.
m l. is à quo. de rei vend.
n d. l. bona fides vbi Bart. l. ſi alienam. ſol. mat.
o l. ſi quis. nec cauſam. §. i. ſ. eod.
p d. l. indebiti.
q l. non vnde. C. eod.
r Bar. d. l. ſi alien.
s l. fin. C. de rei vend. Bar. l. ii. de except. rei iud.
t Gl. l. i. ĵ. de rerũ. permut. Bart. l. rem quę nobis. de acq. poſſeſſ.
u l. ii. C. eod.
x l. Caſsius. de ſolut.

a ¶ In quinq;.) Iaſon hîc cenſet, ſeruũ hũc cõmunem nõ extraneo, ſed alteri domino decẽ mutuaſſe, vnde meritò ſola quinq; alteri acquiruntur: quæ ſentẽtia vera eſt, cõuenitq; dictioni, quinq;.
8 † Sed veteres codices aliter ſcriptum habent, nẽpe, † in quina, q̃ vox quinq; ſingulis ſignificat [y]: ſi-
9 cut & dena, decẽ ſingulis [z]. quo ſenſu cõmunis intellectus approbatur, vt in primo reſponſo, mutuum extraneo factum interpretemur: in ſequẽti, alteri dño, quod maluit Decius.

b ¶ Communia fuerint.) Diuiſio ergo non ſectióe corporum, ſed numero fieri debet. † vnde σῦνα μερίζειν prouerbialiter apud Martialem dicuntur
10 fratres, qui in diuiſióe patrimonij prę fractè agunt, quod fieri nõ poſſe, ab anicula quadã quę ficos venales habebat, edocti ſunt Iacobi Butrigarij auditores, cùm tñ & iure noſtro id percipere ſatis potuiſ-
11 ſent [a]. Tractatur enĩ omnis quæſtio diuiſionis, ex bono & æquo, & arbitrio iudicis plurimùm expendit [b], qui quandoq; vni totã rẽ, alteri æſtimationẽ dari iubebit [c]: quãdoq; ſortibus iactis, ꝓut Græcorũ moris fuit, ad cõcordiã partes ducat [d]: vnde κληρονόμοι apud eos hæredes dicuntur. quãdoque alternatim eos poſsidere iubeat [e], quod in Oedipi filiis tradiderũt veteres [f], Qua ratióe cùm inter cuiuſdã caſtri dñs vnus eſſet, qui decimã tãtùm partẽ haberet, isq; in electione prætoris alios ſemper inquietaret, conſenſuq; aliorũ excluderet: reſponſum eſt, poſſe cõſtitui, vt decimo quoq; anno ſolus eligeret [g]. quoniã hoc ius com-
12 modã aliã diuiſionẽ nullã recipiebat [h]: † vt per tẽpora quoq;, nedũ per numeros diuiſio fieri poſ-
13 ſit [i]. Illud tñ cõſtat, † in pecunia prorſus cõmuni, de qua lex noſtra loquitur, facilius diuiſionẽ fieri poſſe: qa in ea vna pars ſuccedit loco alterius, & dominiũ quod pro parte ſua in ſingula corpora totius ſummę ſocius habuit, ad eius dimidiã cõtrahitur, vt integra corpora dimidię ſummę ſuo iure habere videatur: qđ hîc Iurecõſultus oſtẽdit. quę ſentẽtia qbuſdã caſib. vera eſt, & in primis in vniuerſalib. id nõ eſt dubiũ, cùm pecunia nõ ſolùm
14 loco pecunię, ſed et ſpecierũ ſuccedat [k]. † Ideq; in iis, q̃ inſtar vniuerſaliũ habẽt: vt taberna mercatoria [l]. vnde vxor mercatoris, hypotheca dotali ad-
15 uerſus merces, quas aliqs à marito emerit, nõ admittitur, † cùm preciũ marito numeratũ ꝓponitur: id enim loco mercium ſucceſsit [m]. Hincque etiam cõſequens eſt, idem eſſe, cùm vtraq; pecunia ſub eadem vniuerſitate cõtinetur [n]: nã tali caſu etiam de ſpecie ad quantitatem fieri compenſatio-
16 nem videmus [o]. Sed & † qui ius perſonale ad aliquam partem indiuiſam habet, facta diuiſione, illud ius in parte diuiſa ſolum prætẽdit [p]: quod non tantùm in ſpeciebus ſed & in pecunia receptum eſt [q]. Idem in iure in rem eſſe, lex noſtra oſtendit, cùm pecuniã cõmunẽ hîc fuiſſe dicatur.

y l. cùm duq. de cond. indeb. l. ſi duos. de euict.
z l. cùm duo de in diem adiec. l. ſi quis teſtamento. de leg. i.
a l. ii. quomodo & quand. quarta pars. li. C. x.
b l. nõ amplius. §. fin. de leg. i.
c §. pen. Inſti. de offic. iud.
d l. fi. in prin. C. cõm. de leg.
e l. Lucio. l. ſeq. de aqua quot. l. in ſtipulationibus. §. operarum. de verbor. oblig.
f arg. Alex. l. ii. §. ex his. de verb. oblig.
g Arg. gl. 16. q. iii c. licet.
h Arg. l. vſufructuarius. in fi. de vſufruct.
i l. & hæc diſtincta. §. fin. loc. Alex. conſ. 18. in 2. & 25. in 5.
K l. Imperator. §. fi. de leg. ii.
l l. cũ tabernam. de pignor.
m Bal. l. vbi. conſ. 5. C. de iur. do.
n l. cùm pater. in prin. de leg. ii.
o l. deducta. §. acceptis. vbi Alexan. ad Treb.
p l. Iulian. §. idem Celſus. de act. empt.
q l. ſi Titius. pro ſocio.

a l. cū in fundo. §. pen. de iure dot.
b l. communi. §. ſi debitor. ſuprà cōmuni diuid. l. ſi quis. §. ſi fundus. eo. tit.

Sed hoc propter conſenſum ipſorum dominorum contrahentium introductum eſt [a]: alioquin ceſſante eo conſenſu, ſecus eſſet [b].

1 *Sicut mutuū conciliatur conſumptione, ita & liberatio.*
2 *Quod vt procedat, requiritur conſumptionem bona fide factam fuiſſe.*
3 *Expenſa obiter l. ſed et ſi poteſt. §. i. ff. ad Maced.*
4 *Habens ius hypothecæ in re, per eius conſumptionem non liberatur, quo minus ab eo poßit repeti.*
5 *Conſumptio quandoq; ius dominij extinguit, multò ergo magis ius pignoris.*
6 *In particularibus vna pecunia loco alterius non ſuccedit, ſicut nec vnius generis ſpecies loco alterius eiuſdem generis.*
7 *Non magis pollet fictio quàm veritas.*
8 *Cùm aliquid fauore publico proponitur aut edicitur, an & quando ad idoneos ſaltem & habiles facienda reſtrictio.*
9 *De quo errore lex noſtra in fine accipienda.*
10 *Promißio & ſolutio licet re aliter æquiparentur, non tamen in S.C. Macedoniano.*

LEX XIIII.
VLPIAN. LIB. XXIX.
*ad Edictum.*

A Si filiusfam. cōtra ſenatuſcōſultum mutuatus, pecuniā ſoluerit: patri nummos vindicāti, nulla exceptio obiicietur. Sed ſi fuerint numi à creditore conſumpti, Marcellus ait, ceſſare condictionem: quoniam toties [a] condi-

1 SI FILIVSFAM.) † Sicut ergo conſumptione mutuum confirmatur, ita & liberatio: æquiparantur enim hæc plerunq; argumentis Iureconſultorum [c]. Meritò igitur ſolutionem debiti, cui exceptio ſenatuſcōſulti Macedoniani obſtat, à filio factum, non reuocabit pater ſi pecu-
2 nia conſumpta ſit. Quod intelligendum, † ſi creditor bona fide conſumpſit, vt quia exiſtimabat eum qui ſoluit, aduerſus ſenatuſconſultum non
3 accepiſſe [d], vel alienæ non eſſe poteſtatis. † Alioquin ſi mala fide eſſet, nō impediretur repetitio, quod Iulianus ait [e]. Cùm enim nullam conſumptionis mentionem Iulianus faciat, condictionemq; patri competere dicat, apparet aduerſus eum loqui, qui malæ fidei ſit: cùm pecuniæ dominus condictionem non habeat, niſi aduerſus furem, & ſimiles malæ fidei poſſeſſores [f]: vt meritò recipienda ſit communis diſſolutio, à qua temerè recētiores diſsident. Et hæc quidem, quod ad dominum attinet, ſatis. Sed quid iuris in eo qui
4 non ius dominij, ſed hypothecæ prætendat, † an conſumptione impediatur repetitio? Et non impediri Bartolus cenſuit, hac in ſpecie [g]. Debitor qui mihi deinde & tibi, omnia bona ſua obligauerat, tibi in quantitate, vel genere aliquo ſoluit, tu conſumpſiſti, an potero hypothecaria tecum agere? Et reſpondit, poſſe: nō enim quantitas aut genus extingui poteſt [h]. Ego vereor, ne id verum
5 non ſit: ſi enim † conſumptio in caſu legis noſtrę ius dominij extinguit, cur non & ius pignoris, quod & ipſum in rem eſt [i]? Quantitas enim aut genus, tanquam certum corpus, quod in bonis debitoris fuerit, obligatum eſt [k]: vnde eo perempto, perimi debet pignus, cùm † in particularib.
6 alia pecunia loco alius non ſuccedat [l]: ſicut nec vna generis ſpecies loco alterius eiuſdem generis [m]. Defendi tamen Bartoli ſententia poſſet, quoties ego ex cauſa oneroſa, tu ex lucratiua creditor eſſes [n]: tunc enim quadam ex æquitate, in

c l. non omnis. §. fin. infrà eod.
d Gl. §. illud. Inſt. quod cum eo.
e l. ſed & ſi pater. §. i. ad Maced.
f l. fin. vſufruct. quemad. caue. l. iiii. §. fin. ſuprà eod.
g Bart. l. pupill. de his quæ in fraud. cred.
h l. in ratione. §. incertæ. ad le. falcid.
i l. pignoris. de pignor.
K l. planè §. i. de leg. i.
l Gl. l. ſi minor xxv. annis filio. in prin. de min.
m l. quidam. de in rem ver. & arg. d. §. ſi fundus.
n Gl. & Bar. l. i. ĵ. de diſtr. pig.

ſubſidium loco rei peremptæ, ad precium actio mihi daretur [o]. Idem ſi dolo malo tuo res ipſa periiſſet [p]. Nam & in noſtra materia videmus, rem dolo accipientis conſumptam, pro conſumpta non eſſe [q].

o Gl. l. & ex diu. circa medium. de rei vend.
p arg. l. qui à debitore. quæ in fraud. cred.
q d. l. rogaſti. §. fin.

a ¶ Quoniam toties.) Cùm lex ex conſumptione pecuniæ interpretetur à principio trāslatum dominium, nō plus hæc interpretatio poterit, q̄ ſi verè translatū eſſet. Vnde & ſolet dici, † non magis 7
pollere fictionem, quàm veritatem [r]. Hincq; infertur: ponè dixit princeps, Quiſquis Titium hoſtem publicum occiderit, talis oppidi imperio
B donet: aliquis aliàs incapax, vt mutus, claudus, mancus, occidit [s], nunquid oppidum obtinere poterit? Et non videretur, cùm tales beneficiarij eſſe non poſsint. † De idoneis igitur intelligen- 8
dum [t]. Sed tamen contraria opinio præualuit: quia cùm fauore publico propoſitum id edictū fuerit, non videtur ad idoneos, habileſq; reſtringendum [u]. Quæ regula eſt vera, niſi is iure naturali inhabilis ſit [x]: vel lex ſuper eo lata ſit, quod in conſequentiam tantum ad publicam vtilitatem
C pertineat [y]. Sed & ſi lex generalis noui aliquid diſponat, ſatis cenſetur operari, vt minimè ideo ſolennia ſecundum iuris communis regulas inuenta, videantur abolita [z]: vel ei datum præmiū, qui aliàs ex neceſsitate officij tenebatur [a]. Idem ſi ipſe deliquiſſet [b]: malefacta enim pœnis, non præmiis digna ſunt [c].

r l. filio quem pater. de libe. & poſthum.
s c. i. an mutus. in feud.
t l. vt gradatim. §. i. de muner. l. i. §. nunciatio. de ope. no. nunc.
u d. l. iii. §. vtrum. ad Sylla.
x l. promittendo. de iur. dot. l. in prouinciali. in fi. de oper. no. nunc.
y l. alienam. vbi moder. C. de procur.
z l. i. l. generali. C. de ſacr. ſan. eccleſ.

a ¶ Denique per errorem.) † Accurſius, quem cæteri ſequuntur, de errore iuris intelligit: quæ 9
interpretatio textum reſtringit, indubitatā quę-
D ſtionem reddit, & quod pluris facio, præcedenti argumento non ſatis conuenit. Iureconſultus eñ de eo qui bona fide, id eſt, ignorans factū conſumpſit, loquitur: non de eo, qui iuris ignorantia ſe tueri vellet. Verior eſt ergo Pylei interpretatio, vt generaliter intelligamus, etiā de facti errore. Nec obſtat q filius tali errore promittens, exceptione tueri ſe poſsit [d]: quia in promiſsione id verū eſt, nō in ſolutione: † quæ licet regulariter æ- 10
E quiparentur [e], in huius ſenatuſconſulti materia ſecus eſt, cuius verba obligationē naturalem nō impediūt [f], quæ retentioni quidem ſufficit [g], petitioni non ſufficit. Cùm eñ hoc caſu filiumfam. ciuiliter & naturaliter obligatū mero iure habeat, ſolaq; exceptione excludi poſsit, ei exceptioni facta ſolutione, amplius locus non eſt.

a Bar. d. §. vtrum.
b Sali. l. ii. col. 4. C. de noxal.
c l. ſi ab hoſtibus in pri. vbi Alexan. ſol. matr.
d l. fi. ad Maced.
e l. fi. C. ad l. falcid.
f Bart. l. cū lex. in fin. de ſolut.
g l. qui exceptionem. de cond. indeb.

1.2.3. *Primus huius l. caſus, eiuſq; dubitandi & decidendi rationes.*
4.5 *Si debitor non ſoluit, ſed ſimpliciter promiſit ſe ſoluturum, non eſt mutuum.*
F
6 *In mutuo ciuili rei interuentus non eſt neceſſarius, ſed promißio ſufficit.*
7 *Idem in contractu dotis.*
8 *Secundus huius legis caſus.*
9 *Conciliatio l. qui negocia. ff. mand. cum lege præſenti.*
10 *Vt fictio breuis manus locum habeat, oportet ſpeciem ipſam in promptu eſſe.*
11 *Fictio veriſimilia imitatur, nec ad impoßibilia extēditur.*
12 *Præſentia rei ob contrahentium conſenſum vim traditionis habet.*

13 In ca-



Singularia quędā pręcepta.

15 *In caſu huius l. ſecundo, an prior mandati actio ipſo iure perimatur.*
14 *Quomodo conſtet pecuniam ſolutioni fuiſſe paratam.*
15 *Pecunia lata ſignificatione omnia continet, in quibus mutuum conſiſtit.*
16 *Communis opinio approbata, vt hæc lex ſpecialia contractus mutui, qualicunq; in re id celebratum ſit, recenſeat.*
17 *Mutui contractus nō exiſtimatur fauorabilis.*
18 *Facilius in mutuo fraus præſumitur, quàm in cæteris contractibus.*

† naſci, aliás.
† tranſiſſet, aliás.
† eſſet, aliás.

ctio datur, quoties ex cauſa numerati ſunt, ex qua actio † eſ-
A ſe potuiſſet, ſi dominium ad accipientem † tranſtuliſſet. In propoſito aūt non † eſſe. Deniq; per errorem [a] ſoluti contra ſenatus conſultū crediti, magis eſt ceſſare repetitionem.

19 *Specialia mutui in hac lege recenſita, quomodo accipienda.* B
20 *Regulare eſt, vt in quo vis contractu alieno nomine geſto, ſi ratihabitio non ſequatur, ipſi contrahenti actio quæratur.*
21 *Solutio illa, Speciale eſt, non temerè acceptanda.*
22 *Ex qua cauſa ſignata pecunia ſit.*
23 *Multa ſpecialia in pecunia introducta recenſentur. & nu. 24. 25. 26. 29. 30. 32. 33.*
27 *Res quæ ſeruari non poſſunt, vendere tutor tenetur.*
28 *Regula, tutorem non poſſe in proprio contractu autorari, quando fallat.* C
31 *Emptor in id obligatur, vt precium accipientis faciat.*
34 *Quod ex vno contractu debetur, in aliam debiti ſpeciē conuerti poteſt.*
35 *In quauis materia non facilè mutatio præſumenda, ſed alius actus cum alio concordandus.*
36 *Aliquot illationes ex prædicta theſi.*
37 *Stipulationes conuentionales quare dictæ.*
38 *Ad prædictam regulam limitationes ſubijciuntur. & 39.*
40 *Debitum ex vna cauſa ſi mandatur alteri ſolui, in aliud debitum per ſolutionem transfunditur, priorq; obligatio tollitur.* D
41 *Et in quam contractus ſpeciem transfundatur.*
42 *Cùm in mutuum transfunditur, ipſo iure actio directa iubenti acquiritur.*
43 *Per procuratorem ſola vtilis actio domino quæritur.*
44 *Repræenſa prior opinio.*
45 *Si is, cui mandaui vt ſolueret, necdum ſoluit, an reuocare poßim.*
46 *Si iußi vt debitori ſolueretur, & ipſe* Titio *promittit, non ſum ſtatim liberatus.* E
47 *Quibus caſibus id non procedat. & num. 48. 49. 51.*
50 *Idem eſt, vice mea, vel loco mei promittere.*
52 *Aliud pro alio volente creditore ſolui poteſt.*
53 *Sicut res corporales, ita & debitorum nomina in ſolutum dari poſſunt.*
54 *Ex ſimplici ſcriptura, qua in rationibus ſuis creditor campſoris nomen approbauit, liberatur primus debitor. etiam de hoc, num. 56. 57. & 59.*
58 *Reprobata opinio: quòd vt campſoris promißio quem liberet, opus ſit eum prius illi obligatum eſſe.* F
60 *Regula eſt, quod in duabus perſonis ſtatutum eſt, in vna quoq; locum habere, & pleræq; regulæ huic ſimiles, ibid.*
61 *Quando hæ regulæ locum habeant.*
62 *Conciliationes* Doctorum *huius l. cum l. qui negocia. ff. manda. non valent.*
63 *Vera conciliatio ab* Alciato *traditur.*
64 *Regula eſt, debitum ex cauſa mandati, in mutuum ſine rei interuentu transferri non poſſe.*
65 *Fallit, ſi fictione legis res ipſa interuenire videtur: & hæc fictio tribus caſibus locum habet. num. 66. 67.*
68 *Ex præſentia rei contrectatio facta videtur, daturq; furti actio contra falſum creditorem, qui rem coram ſe allatam, alteri ſolui iußit.*
69 *Quomodo probandum ſit, præſentem fuiſſe pecuniam. & 70.*
71 *Numerandi verbum ad rem ipſam præſentem refertur.*
72 *Quando id locum non habeat. & num. 73. 74.*
75 *Falſum abſque dolo non cōmittitur.*
76 *A dolo excuſatur, qui grauis viri autoritate motus eſt.*
77 *Si pecunia præſens fuit, vel etiam numerata, ſed creditor incontinenti ſecum reportauit, an ſi notarius de numeratione atteſtatus ſit, eius inſtrumentum cenſeatur eſſe falſum.*

LEX XV.
VLPIAN. LIB. XXXI.
*ad Edictum.*

Singularia quædā † pręcepta ſunt cir-

† recepta, aliás.

SINGVLARIA.) Cùm vt mutuum contrahatur, oporteat de meo fieri tuum, probabiliter dubitatum eſt de duobus hîc caſibus relatis. † Primus, 1
C cùm debitorem meum iuſſero tibi dare pecuniam, isq; dederit. † Et videtur non eſ- 2
ſe mutuum: quia illa pecunia non mea, ſed debitoris fuit. Adde, quòd nec tanquam mea tradita eſt [a], ſed tanquam debitoris, vt is liberationem propter iuſſum conſequeretur [b]: quod Aret. rectè tradit: alioquin qualitas liberationi repugnaret. Debitor enim creditoris pecuniam ſoluendo, non liberatur: quia propriam ſoluere debet [c]. Cùm igitur hæc qualitas mutuo re-
D pugnet, non videtur contrahi mutuum potuiſſe [d]. † Sed tamen aliter receptum eſt, idque be- 3
nignè, vt inquit Africanus [e]: vel quod idem eſt, propter ſingularia præcepta mutui, vt hîc dicitur, id eſt, ex humanitate quadam ſpeciali aduerſus mutui ipſius communem naturam. Fingit enim lex debitorem ipſum mihi numeraſſe, & me deinde tibi mutuum dediſſe, ſicque ex meo tuum factum eſſe: quod lex breui manu fieri quandoque dicit [f]: quandoque celeritate a-
E ctuum coniungendorum vnum occultari [g]. Occultatur enim meus actus omnis, videlicet receptio pecuniæ, quam mihi debitor ſoluere tenebatur: & traditio mutuò accipienti à me facienda: ſolumque debitoris mei, itemq; mutuò accipientis factum apparet. Vnde traditio quæ à me tibi fieri debuit, neceſſariò tanquam facta fingi-
tur. † Sed quid ſi debitor non ſoluit, ſed ſimplici- 4
ter promiſit ſe ſoluturum, erit ne perfectum mutuum? Et conſtat non eſſe [h]: quia vt mutuum ſit,
F opus eſt rem quæ pondere, numero, menſuraúe conſiſtat, interueniſſe, non autem ſimplicem promiſsionem: quod & Bart. hîc ſentit [i]. Ex cuius ſententia addit Iaſon, ſufficere ſi debitor pecuniam habet ſolutioni paratam [k]. † Sed viden- 5
tur mihi Bart. verba aliter intelligēda, vel ad ſequentem tantùm caſum reſtringēda eſſe: & ideo in propoſita quæſtione, antè mutuum eſſe non poſſe, quàm verè numerata ſit à debitore pecunia. Lex enim, quamuis, inquit, numos meos non acceperis: quæ verba acceptos quidem à de-

bitore,

a l. certi. §. ſi numos. ſ. eod.
b l. & magis. de ſolut.
c l. qui decem. §. Stichū. de ſol.
d l. ii. in princ. ſ. eod.
e l. qui negocia. mand.
f l. licet. §. i. de iure dot.
g l. iii. in fin. de don. int. vir.
h l. rogaſti. de præſcr. verb.
i Bar. col. 5. verſi. quidā ſunt. arg. d. l. qui negoc.
K Alex. col. 7.

bitore,licet,non à me,arguũt.Et ita Paulus Caſt.
rectè interpretatur.Vnde hoc caſu mihi actio ex
mutuo non competeret,ſed generalis cõdictio,
6 vel ſine cauſa,vt alibi traditur [a]. †In mutuo verò
ciuili,id eſt, quod ſtipulatione vallatum ſit, rei
ipſius interuentus neceſſarius non eſſet [b], ſed
promiſsio, vt Alex.inquit,ſufficeret [c].†Idemque
7 in contractu dotis [d]:in eo enim non eſt opus, rẽ
de mea tuam fieri,cùm etiam nuda poſſeſsio, &
8 qualiacunque iura in dotem dari poſsint [e]. †Se-
cundus caſus legis noſtræ eſt,cùm quis mihi ex
cauſa,puta mandati,centum debet, & conueni-
at vt nomine mutui eam pecuniam habeat, fin-
gitur mihi ſoluta, & rurſus eidem mutuò data.
9 † Verùm quia Africani reſponſum huic conclu-
ſioni obſtat [f], difficillimam hanc antinomiam
ſic diſſoluunt communiter Doctores ; vt legem
noſtram ita demum procedere ſentiant, cùm pe
cunia apud debitorem ſolutioni parata extaret:
probabileque eſt , eam Vlpiani fuiſſe mentem,
quod quibuſdam coniecturis,rationibuſque de-
prænditur, & in primis ex ſimilitudine præce-
dentis caſus.Siquidem ſicut in eo pecuniam in-
teruenisse neceſſariò intelleximus [g],ita & in hoc
ſaltem paratam fuiſſe, eadem ratione credendũ
10 fuit.†Nam & alibi traditum eſt,vt hæc fictio bre-
uis manus,locum ſibi vendicet, oportere ſpeciẽ
11 ipſam in promptu eſſe [h]. †Suadet hoc & fictionis
natura,quæ veriſimilia imitatur, nec ad impoſ-
ſibilia ſolet extendi [i].Cùm enim fingat mihi red
ditam,& tibi à me creditam,oportet præſuppo-
namus,ſolutioni paratam fuiſſe: alioquin quo-
modo dare potuit,quod non extabat [k]? Confir-
matur hoc & ex ipſius Africani ratione,qui in ca
ſu ſuo [l],ideo non eſſe mutuum ait,quia nuda pa-
ctione pecunia credita fieri non poteſt. At cùm
res parata ſolutioni eſt,non nuda pactione, ſed
re ipſa quoq; contrahitur [m]. quòd ſi coràm res i-
pſa exhibita eſſet,tunc etiam abſque vlla fictio-
12 ne mutuum procederet: † quia præſentia rei ꝓ-
pter contrahentium conſenſum vim traditionis
13 habet [n]. †Sed an in noſtro caſu ipſo iure prior
mandati obligatio perimitur? Et Fulg. Alber. A-
lex. Iaſ. ſola ope exceptionis perimi tradide-
runt [o]. Ego vereor,ne ipſo iure perempta ſit : æ-
quiparantur enim hi duo caſus. At in priore du-
bium non eſt,debitorem ſolutione ei cui mutu-
are volui facta,ipſo iure liberatum eſſe [p]. Diſtin-
guendum igitur,vt cùm pecunia parata eſt, ipſo
iure perimatur obligatio [q]: ſi non eſt parata, ſe-
cus,quia per pactionem ſolam, & ſic ope exce-
14 ptionis tollitur [r].†Sed quomodo conſtabit,para
tã pecuniã fuiſſe ſolutioni? Et Bart. ex qualitate
perſonæ id præſumendũ exiſtimat [s]. Quid eñ ſi
quis locuples pecunioſusq; mercator ſit [t]?Addit
Paul.Caſt.idem in depoſitario.Nam cùm depo-
ſitam apud ſe pecuniã cõtrectare nõ poſsit,ne de
lictũ præſumat,cẽſebimus in prõptu eam ſemp
illi fuiſſe [u].Ego quoq; illud crediderim: ſi cõſtet
debitorem ſemel eam habuiſſe,iſq; in præſentia
ſe habere atteſtatus ſit,eiq; creditor aſſenſerit, ſa
tis id præſumptioni ſufficere [x]. Fortius aliquis
opinabitur,etiã ſi nõ cõſtet ſemel habuiſſe, cùm
tamen hoc ipſe affirmet,creditorq; cõſentiat, &
de alicuius præiudicio non tractet, idem eſſe [y]:
ſecus ſi id ageretur, vt aliquis damnũ ſubiret,vel
pars contradiceret:tunc enim oporteret pecuni
am re ipſa offerri,& numerari, ne fortè in folle
minor adeſſet quantitas [z]:alioqui citra ꝓbatio-
nẽ non cenſeretur pecunia ſolutioni parata: qđ

a l.ſi me & Titiũ. vbi Bar.ſ. eod.
b l.ſi ex precio. C.eod.
c Alex.hic.7.
d l.licet.§.i.l.ſi ei nuptura. de iure dot.
e l. vſufructu. l. pen. §. pen. ſolu.matr.
f d. l. qui negocia.
g d.l. rogaſti.
h l.ſi ſponſalib.§. i.de iur.do.
i l.qui ad certum. loca.
k l. traditio. de acq.rer. do.
l d.l. qui negoc.
m d.l.ſi ſpõſalib.
n l.pecuniam. de ſol.l.i. §. pen. de acq.poſſ.
o l.ſi res æſtimata.in fin. de iure dot.
p l.ſolutam.de ſolut.
q d.l.iii.§. fi. l. ſi mulier debitori. de iure dot.
r d.l.ſi res.
s Bart. quæſt. fin.
t Arg. l. q[illegible]§. ſi melior.de in diem adiect.
u l.meritò pro ſocio.
x l. ſiue poſsidetis.vbi Sali. C. de probat.
y arg. gl.§. aliæ. Inſtit.de act.
z l.cũ ſeruus. de cond. & dem.

& ipſe probo,licet Doctores huiuſmodi adſerti-
oni partium ſtandum non eſſe cenſuerint [a].
15 a ¶Pecuniam.) †Intelligitur communiter
lata ſignificatione,vt omnia cõtineat, in quibus
mutuum conſiſtit [b]: hoc enim ſubiecta materia
indicat [c]. Nec bona aliqua

ca pecuniam [d]

ratio adduci poteſt,cur ma-
gis ſingularia hæc præcepta
in moneta ſint,quàm in cæteris rebus, quæ ap-
A pendi,menſurauè alienari ſolent. Nec ſatis ve-
rum eſt quod Salic.tradidit, frequentiùs mutuò
dari numos,quàm alias res,ſolere [d]. Et vt demus
verum eſſe,non ideo infertur, vt non & in aliis
idem iuris ſit [e].Et quamuis mentio numorũ in-
frà facta ſit, non debet ab exemplo præcedens
16 ſententia reſtringi [f].†Satius igitur eſt communi
interpretationi adhærere, vt lex hæc ſpecialia
contractus mutui,qualicunq; in re id celebratũ
ſit,recenſeat:hocq; non aliorum contractuũ re-
B ſpectu,ſed ſuiipſius,vt ſuprà declaraui. Enume-
rat autem Accurſius pleroſq; caſus, quibus ſpe-
cialiter in mutuo aliud conſtitutũ videtur,quàm
in cæteris contractibus. Addiderunt non pau-
cos,Baldus,Angel.Alex.quos apud eos legẽdos
17 relinquo.†Ego à legiſlatoribus fauorabilem nõ
exiſtimari mutui contractum,& ex Ariſtotele di
dici,& ſuprà eo argumento oſtendi, quòd ſtricti
18 iuris is ſit contractus [g]: † vnde & facilius in eo
fraus præſumitur,& delinquendi occaſio: quod
C & ſenatuſconſulti Maced. prohibitio arguit [h].
Qua ratione,ſi iuſſu patris, filius mutuum acce-
pit,robur omne contractus non à filio, ſed à pa-
tre pendet [i].Sic & facilius vſurarum coniectura
in eo,quàm in cęteris contractibus ſumitur [k].Sic
qui accepit mutuum,præſumitur læſus, & reſti-
tutione in integrum(ſi talis ſit,cui aliàs id bene-
ficium competat)abſq; alia probatione tueri ſe
poteſt [l].Nec obſtant quæ ceu ſpecialia in eo ad-
19 ducunt Doctores: † quia non reſpectu aliorum
D contractuum ſpecialia ſunt,ſed aliquid ſingula-
re reſpectu naturalium ipſius contractus habẽt:
vt in duobus noſtri textus exemplis. Ideq; cùm
amico mutuaturi,lancem vendendi cauſa, loco
pecuniæ damus [m].Idem cùm & nomine abſen-
tis proprios , tanquam ipſius numos,numera-
mus [n]. Omnibus enim his caſibus propriè non
fit de meo tuum , ſed benignitate quadam [o],vt
quod actũ à partibus eſt,ſuſtineatur. Nec rurſus
obſtat,quòd alteri in mutuo actio quæri poteſt:
E quia ſuprà oſtendimus [p],non ſpeciale id, ſed re-
gulare in iis eſſe quæ naturaliter acquiruntur [q].
Huc pertinent & ſpecialia hîc ab Angelo rela-
20 ta [r].†Atqui ego regulare eſſe aio, vt in quolibet
contractu alieno nomine geſto,ſi ratihabitio nõ
ſequatur,ipſi contrahenti actio quæri debeat [s]:
21 quod & Decius Purpuratusq; cẽſuerunt. †Et ex
his cõcludo,non temerè eas reſolutiones appro
bandas eſſe,quibus facilimo modo antinomiæ
oẽs dilui poſſent,cùm ſpeciale,inquiunt Docto-
F res,eſt,propter ſingularia creditæ pecuniæ præ-
cepta [t]. Sed nunquid ſaltem reſpectu pecuniæ
ſignatę aliquid ſpecialiter inductum credemus?
Et non eſt dubium eſſe,ſiue de contractu mutui
22 loquamur [u],ſiue extra eam materiam. †Eſt enim
ſignata pecunia,hac ex cauſa,vt ab ea ęſtimatio-
nẽ omnia acciperent [x],non vt ipſa vice mutua à
rebus [y]:vnde multa ſpecialia in ea introduci vi-
23 dentur. † Et in primis,quia poteſt quælibet res
ęſtimata,loco pecunię mutuò dari [z],vt Iacob.Sa
licet.& Purpurat.aduerſus plurimorũ ſententiã
tradi-

a d.l. qui negoc.
b l.ii.§. item mutuum.ſ. eod.
c l.ſi vno. loco.
d Arg. l. domini prædiorũ. C.de agric.lib.x.
e Gl.auth. caſſ. C. de ſacr.ſan. eccleſ.l. raptores.C. de rapt. virg.
f l. i.§. quod vulgo. de vi & vi armata.
g §. actionũ.Inſtit. de actio di xi ſ. in tuo.
h l.i.ad Maced.
i l.iii.verſ. ſi igitur.de minor.
K Gl.l.rogaſti.in fin.ſ. eod.
l l. i. & ii.C.ſi ad uerſ.credi.l. ciuitas.ſ. eod.
m d.l.rogaſti.
n d.§. ſi numos.
o d.l. qui negoc.
p d.§. ſi numos.
q l.ea quæ ciuiliter.de acq. rer. dom.
r l. ſi abſentis.C. eod.
s l.fundũ. de actio. empti. gl. d.l. ſi abſentis. Alex. conſ. 22.in 2.col.1.
t Gl.l.filiũ quem. C. fam. erciſc.
u l.quamuis.l.frumenti.C. de vſur.l. ſed Iulianus.§. mutui. ad Maced.
x l.i. de contrah. empt.
y l. ſi ita fideiuſſ. de fideiuſſ.
z l. ſi pro mutua C.eod.



tradiderunt,quos propter conſtitutionis verba,
quæ alij violant,ego ſequor.Nam & idem vide-
mus in venditione, in qua res loco precij dare
poteſt [a].Facilius ergo res aliqua loco pecuniæ,
quàm alius rei ſubrogatur: quod Socinus hîc tra
24 didit.†Rurſus commi
ſtione faciliu, pecu-
nia,quàm aliæ res cõ-
ſumuntur [b]. Et ego a-
liter ſuprà cenſui [c],ex-

creditam. Nam
ſi tibi [d] debitorem
meum iuſſero da-
re pecuniam, obli-

iſtimauiq;,ſi decem tibi modios tritici debeam,
& ex tritico alieno ſoluero,tuq; bona fide acce-
peris,& aceruo tui tritici immiſcueris, domini-
um tibi,ſi diſcerni à tuo tritico non poteſt,acqui
ri.quod propter titulum bonamque recipientis
fidem ſpecialiter inductum cenſeo,cùm ſola di-
ſcernendi difficultas aliàs non ſufficeret, quin
pro modo commiſto vendicari poſſet [d]: idque
Caſtellio,Fulgoſius,Comenſis, Pontanus, Iaſon
probant, licet alij falſis vel friuolis rationibus
25 diſſentiunt.†Sanè & illud ſpecialiter traditum
eſt,vt prælegatum pecuniæ à cohærede retineri
iuſſum,ſolùm ex ſua parte accipiatur [e],& tanquã
iure hæreditario acceptum,omne in quartam ex
Senatuſconſulto Trebelliano debitam impute-
tur [f],cùm tamen prælegatum ſpeciei pro parte
videatur à cohærede acceptum, & ideo ea pars
tanquam non iure hæreditario habita non impu
tetur [g].Cuius differentiæ eſt ratio, quia pecuni-
am potuit hæres ex ea parte tantùm conficere,
26 quæ iure hæreditario ad ſe peruenit. †Addit Ac-
curſius,in eo quoque ſpecialiter pecuniæ indul-
geri,vt tutor pecuniam à pupillo mutuam acci-
pere,ſeque debitorem ſcribere, ſed & ſi ſibi de-
beatur,exigere ab eo poſsit [h]:cùm in aliis rebus
non poſsit [i],ne in facto proprio autorari videa-
27 tur [k].Cuius rei illa eſt ratio,†quia res quæ ſerua-
ri non poſſunt,vendere tutor tenetur [l]: & pecu-
niam tam inde corraſam, quàm aliam quamli-
bet pupillarem fœneratò dare [m]. Vnde latiorem
in ea poteſtatem habet,vt quod erga alios (om-
nino enim eã alienare debet)poteſt, in ſeipſum
quoque poſsit. Nec quicquam pupilli intereſt,
cùm in redditione rationum pecuniæ omnino
fiat condemnatio [n].Sicque defendi Accurſij hęc
ſententia poteſt, quam Bartolus & cæteri fre-
28 quentius damnant. † Quod igitur regulariter
traditum eſt,non poſſe tutorem in proprio con-
tractu autorari [o]:non procedit, quoties pecuniã
ſibi exigeret vel mutuò acciperet [p]. Rurſus non
procedit,cùm palàm bona fide emeret [q]. Idem
cùm iam à patre emiſſet,ſolumq; de executione
facti,id eſt,traditione ageretur [r]. †Addit Iaſon, ſi
29 teſtator legat domum cum omnibus in ea con-
tentis, nullo omnino excepto, pecuniam non
comprændi [s].Quam ſententiam ego veram arbi
tror,etiam ſi mobilia omnia legaſſet. Non enim
numi continentur,niſi qui loco theſauri, id eſt,
in ſubitos caſus repoſiti ſunt [t]. Idemq; traditum
eſt,cùm quis aurum & argentum ſuum legat: nõ
enim generalibus hiſce appellationibus de nu-
merata pecunia videtur teſtator intellexiſſe [u], ni
30 ſi aliud ex conſuetudine præſumeretur.†Sunt &
qui tradant,in pecunia ſpecialiter id obſeruari,
vt cui ea communis ſit,diuiſionem numero,non
corporum ſectione obtineat [x]:qua de re ſuprà à
nobis diſputatum.Idemq; in cæteris generibus
31 concluſum eſt [y].†Illud quoque memini me exi-
ſtimare,emptorem in id obligari,vt precium ac-
cipientis faciat,cùm in aliis rebus ſatis ſit vſuca-

a l. precij cauſa. C. de reſcind. vend.
b l. ſi alieni. de ſol.l. v. in prin. de rei vend.
c §. appellata. l. ii. ſ. eo.
d §. quòd ſi frumentũ. in fi.Inſtit.de re. diui. l. cùm Stichus & Pamph.de ſolut.
e l.cùm pater. in prin.de leg. ii.
f l. deducta.§. numis.ad Trebelli.
g l. in quartam. ad l.falci.
h l. quoties.§. ſicut. §. ſeq. de admin.tut.
i l. ſi in empt. in fin. de contra. empt.
K l.i. & v. de autor.tut.
l l.lex quæ. in fi. C. de admi.tu.
m l.i. l. fin. C. de admin. tut.
n l. ſi tutor.ſ. tit. ii.l.quicquid.C. arbit.tut.
o d.l.i.& v. & l.i. §. fuit quæſitũ. ad Trebellia.
p d.l. quoties.
q l.pupillus.§. fi. de aut. tut. l. cùm ipſe. C. de contrah. empt.
r l.fiſtulas §. i. de contrah. empt. ſ.i.tutor rerũ. de admin. tut.
s l.ſi mihi Meuia. in fi.de lega. iii.
t l. ſi chorus.§. i. de leg.iii. Dec. conſil.38.
u l.cùm aurum.l. Quintus.§. i.de aur. & arg.leg.
x l.nam & ſi fur. §. fi. ſ. eod.
y l. cùm Stichus & Pamph. de ſolut.

piendi conditionem transferri [z]:idque ſpeciali-
ter in pecunia inductum eſſe [a]. † Sicut & in mu-
tuo pecuniæ poſſe in alia forma debitum reſti-
tui,ſi citra creditoris incommodum id fiat [b]: cùm
ſecus in aliarum rerum ſit mutuo [c]. † Huc perti-
net , quòd hoc habet
pecunia , vt eius æſti-
matio ſemper certa
ſit [d] : vnde in ea nihil
A eſt , quod intrinſecus
intereſſe poſsit [e].
34 a ¶Nam ſi tibi.) † Hinc adnotant Doctores,
quod ex vno contractu debetur, poſſe in aliam
debiti ſpeciem conuerti: quod Bart.cæteriq; in-
terpretes tribus diuerſis diffuſiſq; quæſtionibus
35 explicant.Ego præfandum hîc cenſeo, † in qua-
libet materia non facilè mutationem præſumen
dam [f],maximè quæ priora vel corrigat,vel extin
guat [g]: ſed alium actum cum alio concordari,
B quoad eius fieri poteſt,debere [h]: & ideo ex vtro-
que potius agi poſſe, dummodo ſimul non pu-
36 gnent [i]. † Vnde ſi diuortio facto, maritus,vxoris
negocia geſſerit, dos non ſolùm propria actio-
ne,ſed etiam negociorum geſtorum ſeruari po-
terit [k].Sic procurator generalis, cui mandatum
ſit vt fœneret,& certas vſuras domino præſtet,ſi-
biq; quod ſuper lucratus fuerit,habeat, & ex mu
tuo,& ex mandato generali tenebitur [l] : nihil e-
nim obſtat,quin in altero particulariter,in alte-
C ro vniuerſaliter agatur.Idem ſi vna actio declara
tionem rei,alia ſubſtantiam reſpiciat.Vnde actor
pro quo iudicatum eſt,vel prima actione, vel ex
iudicato rectè agere poterit [m] : quod & in iura-
mento receptum eſt [n].quod multò magis in con
ſtitutæ pecuniæ actione dicendum, quę ad id da
tur,quod iam debitum fuit [o].Idem in ſtipulatio-
37 ne cum alio contractu.†Ideo enim conuentiona
les dicuntur ſtipulationes,quia cuilibet contra-
ctui accedunt [p].Et niſi animo nouandi interpo-
D ſitas expreſſe conſtet, ex vtroque actu actio da-
bitur [q]:quod maximè hodie poſt Iuſtiniani le-
gem recipiendum eſt, quæ nouationem nullam
in dubio fieri conſtituit [r]. Vnde & ſi ſtipulatio i-
pſa præcedat, contractusq; aliquis certus dein-
de ſequatur, non tamen mutuò ſe tollunt [s],niſi
expreſſe,vel delegationis iure,id actum ſit [t].Huc
pertinet,quòd ſi quis duo vel plura inſtrumenta
diuerſis temporibus eadem de re facta habeat,
ex vtroque rem habere dicitur [u] , dum tamen o-
E mnia ex ſe valeant [x].Nihil enim obſtat,quin ite-
rari actus poſsint [y].Vnde & ſacerdotij collatio i-
terari poteſt: defenderq; ſe electus,vtra excepti-
one velit [z].Sic & reſtitutio natalium , qua pater
erga naturales officioſus eſt [a]:ſicut & excommu
38 nicatio [b].Et hæc quidẽ ex regula procedũt. † Cæ
terũ quãdoq; aliud dicendũ:vt cùm nouatio, vel
delegatio,vel cõtractus reformatio facta propo-
nitur [c].Idem generaliter,quoties appareret id a-
ctum à partibus eſſe,vt non vterq;,ſed alter tan-
F tũmodo contractus valeat.Quid eñ ſi cõtractus
ſequẽs iure cuiuſdã ſolutionis pręcedentẽ extin
guat [d]?quid ſi actus ille, ad implementũ alterius
pertineat [e]?videtur eñ actionis reſpectu, ad eum
ſolũmodo attẽdendũ eſſe,qui expletus eſt, quia
principaliter id partes egerunt [f]: qua de re alibi
39 diſputandũ eſt [g].†Ad hãc exceptionẽ etiam ſpe-
ctat legis noſtræ ſpecies, in qua expreſſe actum
erat,vt quod ex alio cõtractu debebatur,ex mu-
tuo deberi inciperet. Qua in quęſtione, quia ne-
ceſſarius eſt rei interuentus, intelligunt Docto-
res ſo-

Singularia quędam pręcepta. 32 33

z l. ex empto. de actio.empt.
a Dixi l.ii. in pri. ſ.eod.
b l.Paulus reſpondit.de ſolut.
c d.l.ii.§.i.l. cum quid.ſ. eod.
d l.ideo. de eo quod cer. loc.
e l.iii.ſ.tit. ii.
f l. eum qui. de probat.
g l. præcipimus C. de appell.
h l.fi.C. de edendo.
i l.huiuſmodi.§. qui ſeruum.de leg.i. l. ſi hæres teſta. de actio empt.
K l. diuortio. de neg. geſt.
l l.ſi remunerandi.§. apud Iulia mand.
m l. nepoti. de fide inſtru. gl.l. duobus. de except. rei iud.
n l. ſi duo patroni §. Marcell. de iureiuran.
o l item illa in fi. de conſtit.pec.
p l.v.§.i. de verbor.oblig.
q l.duo.ſ.pro ſocio.l. ſi ſtipulatus.de vſur.
r l.fin. C. de nouatio.
s d.l.item illa.§. fin.
t l. ſi mandato meo.in fi. mandati.
u l. ſi quis ante. de acq.poſſ.
x l. qui bis. de verb.oblig.
y Gloſ. l. licet.§. ea.de procur.
z c. poſt electionem. de cõceſſ. præb. vbi Abb.
a Paul. conſ. 227. Decius hic.
b Gl. c. ita quorundã. de iud.
c l. i. de nouat. l. iuris gentiũ § adeò de pact.
d l.in numeratio nibus. de ſolu.
e l. quoties.ſoluto matr.
f l. cùm eum. de nouat.
g l. contra. ad Maced.

res ſolutioni paratam fuiſſe pecuniam: idq́; actū vt videatur ex cauſa primi debiti ſoluta, & deinde in mutuum transfuſa. Vnde ſuprà concluſi, ſolam promiſsionem non ſufficere, ſi id actum nō ſit, vt ſoluta videatur. † Generalis ergo hoc in ar-
40 ticulo ſit hæc concluſio: Debitum ex vna cauſa, ſi mandatur alteri ſolui, in aliud debitum per ſolutionem transfunditur, priorq́ue obligatio extinguitur: vnde tali caſu ſolutioni fit nouatio, cùm aliàs propria nouationis natura ſit, vt abſ- A
41 que ſolutione fiat [a]. † Transfunditur autem in quamcunque contractus ſpeciem: quandoque in contractum dotis [b], ſi hoc actum ſit: quandoque donationis [c], aliquando mandati [d], aliquando mutui, ſi res parata, actumq́ue id ſit, vt mutuum fingi propter breuem manum poſsit. † Ve-
42 rùm & cùm in mutuum transfunditur, ipſo iure actio directa iubenti acquiritur [e]. Secus in aliis contractibus, quia qui ſoluit, iubentis procurator videtur [f]. † At per procuratorem, ſola vtilis a- B
43 ctio domino quæritur [g]. † Sed tamen hac in re
44 melius eſt Saliceti, Deciiq́ue ſententiam ſequi, nullam differentiam in hoc cōſtituentium: quia æqualiter hiſce in caſibus lex fingit, à creditore ipſo breui manu numeratam pecuniam [h]. Propter igitur hanc legis fictionem directam actionem acquiri magis crediderim [i]. † Sed quid ſi is
45 cui mandaui, vt ſolueret Titio, nondum ſoluerit? Et ſi res eſt integra, clarū eſt, poſſe meipſum mandatum reuocare [k]: niſi contemplatione ipſi- C us debitoris, hoc à me illi mandatum fuerit [l]. Itē niſi ille cui ſoluendum iuſſu meo erat, iam ratum habuerit [m]: quia in libro rationum ſuarum, mei loco, ipſius debitoris nomen repoſuerit, vt Iaſon poſt veteres exiſtimauit [n]. Hincq́ue conſequens eſt, nec tum poſſe reuocari, cùm res non eſt integra: vt quia debitor promiſerit, illeq́ue promiſſioni acquieuerit [o]. Quod tamen in iis non procedit, quæ aliàs natura ſui reuocabilia ſunt: vt cùm mandatum gratia legati vel donationis cau- D ſa mortis factum eſſet [p]. Idem ſi iuſſero ſolui ei, qui creditor non eſſet [q]: videtur enim ille adiectus ſolutioni, vnde ſi exegiſſet, actione mandati teneretur [r]: meritò in eius præiudicium reuocari mandatum poteſt [s]. † Sed nunquid cùm iuſsi,
46 debitori vt ſoluat, & ipſe Titio promittit, confeſtim ſim liberatus? Et non puto [t], quia non videtur fuiſſe eius, qui promiſsioni acquieuit, mens, vt à priſtina obligatione prius vellet recedere, quàm ſibi ſolutum eſſet [u]: quod duabus rationi- E bus fulciri poteſt. Prima, quia hodie interuentu nouæ perſonæ, non videtur fieri nouatio, nec ipſo iure, nec exceptionis auxilio [x]. Secūda, quia
47 q promittit qđ alius debet videṫ acceſſoriè potius obligari, ideo principalē nō liberat [y]. † Sed tñ perpetua hęc non ſunt. Quid enim ſi ſolenni delegatione debitorem tibi meum aſsignauerim? Clarum tunc erit me liberari [z], nouationemq́ue fieri [a], idq́ue etiam ſi expreſsim nulla nouationis mentio facta ſit vt aduerſus Pontani opinionem, F receptior eſt ſententia [b]: videturq́; nouatio, etiam ſi delegatus non ſit debitor [c], dummodo per ſtipulationem vice delegantis promittat, idq́ue ipſius delegantis iuſſu, vt Aret. reſpondit [d], Deci-
48 uſq́ue aduerſus Iaſonem tuetur. † Idem & ſi non ſtipulatione, ſed pacto nudo, inter mercatores tamen, fiat promiſsio. Eadem enim eſt ratio, quando pacto nudo, inter eos ex conſuetudine actio oriretur, dum tamen id expreſſe ageretur, vt fieret delegatio [e]. † Idem ſi ſimpliciter debitor
49

a l.i.de nouat.
b d.l.licet.§.i.d.l.nuptura.de iure dot.
c d.l.iii.in fin.iure dot.
d l.Iulianus.§.i.de verb.oblig.
e d.l.certi.§.ſi numos.
f d.l.iii.in fin.
g l.procuratori præſentis.de verb.oblig.
h l.iii.d.l.licet.§.i.
i d.§.ſi numos.vbi dixi.
k l.ſi cùm Cornelius.de ſolut.l.hoc iure.§.ſi quis dederit.de donat.
l l.ſi cùm fundum de pact.
m l.ſi ego.de nego.geſt.
n Ioan.And.rub.de depoſit.in Spec.
o l.vtrum.in fi.de conſtit.pec.l.fin.in prin.de ſolut.
p l.cùm quis decedens.§.i.de leg.iii.
q l.ſi debitorem.de nouat.
r d.l.Iulia.§.i.d.l.ſi cùm Corn.
s Soc.conſ.267.col.fin.
t Arg.d.l.item illa.in fin.
u Alex.conſ.10.in 2.& 95.in 3.cum 2.ſeq.
x d.l.fi.C.de noua.Alex.l.qui vſumfruct.de verb.oblig.
y d.l.item illa.in fin.gl.auth.de fideiuſſ.in fin.
z l.quamuis.§.interdum.ad Velle.
a l.delegare.de nouat.vbi Bart.
b Gl.l.iii.C.de nouat.Iaſ.hic.
c l.Titius.l.ſi quis delegauerit.l.ſeq.de nouat.& d.l.quāuis.
d Aret.conſil.5.
e arg.d.l.ſi mandato §.fi.

in ſtipulatione dixerit ſe ſoluturum vice mea, tuq́ue illum acceptaueris: videtur enim delegationem factam [f]. Illa enim verba, Vice mea, id videntur ſignificare [g]. Secus ſi dictum fuiſſet, Propter me [h], vel, Nomine meo: quia hæc ſolùm ad ſimplex mandatum referuntur [i], ſicut ſi, Loco mei, dictum fuiſſet, vt Paulus Caſtrenſis ex Marcelli nota cenſuit [k]. Verùm in hoc plerique diſſentiunt, † cùm idem ſit, Vice mea, vel, Loco 50
A mei promittere: nec Marcellus dubitat, quin tali quoque caſu ſit delegatio: ſed diſtinguit, an ab 51
initio mulier debitrix fuerit, an id minus. † Cæterùm illud quoque dubium non eſt, ſi nomen debitoris tibi in ſolutum dedero, me liberari [l]. 52
† quia aliud pro alio, volente creditore, ſolui po- 53
teſt [m]. Et † ſicut res corporales in ſolutum dari poſſunt, ita & debitorum nomina [n]: cuius rei exemplum hîc à Bartolo relatum eſt. Cùm deberem tibi centum, dixi campſori vt tibi ſolue-
B ret, isq́ue ſoluturum ſe tibi promiſit: cenſuit Bartol. me liberatum eſſe [o]: & ideo etiam ſi deinde campſor foro ceſſerit, non poſſe amplius inquietari, quia promiſsio ſolutionis loco cedit [p]. Sed Paulus Caſt. Iaſon contrà, quia campſor mandatum non obſeruauit, qui ſoluere debuit, non ſimpliciter promittere, vt ex Caij reſponſo conſtat [q]. Verùm hæc ratio nihil me mouerit, cùm is, cui debitum ſolui poteſt, ſola promiſsione contentus eſſe poſsit, dum tamen no-
C mine ſuo is recipiat [r]. Si enim alieno, aliud eſſet: quo caſu Caij reſponſum procedit. Cur enim non potuit creditor promiſsionem hanc ſolutionis loco accipere [s]? Vnde & ſuprà con- 54
cluſimus, † ex ſimplici ſcriptura, qua in rationibus ſuis creditor ipſius campſoris nomen approbauit, liberari primum debitorem [t], quia 55
loco ſolutionis hæc acceptio cedit. † Rurſus obiiciunt aliqui, quòd vt campſoris promiſsio me liberet, opus ſit eum prius mihi obligatum
D eſſe [u]. Sed hanc ego ſententiam ſuprà non probaui, quia nulla lege adiuuatur. Nec ratio vlla differentiæ probabiliter ſubeſt, cur magis liberer, ſi iam ante campſor erat mihi obligatus, quàm ſi in præſentia velit ſe mea vice creditori obligare. Quid enim hoc ad creditorem, ex cuius præſumpta mente oritur liberatio [x]? tametſi Socinus quaſdam rationes differentiæ commentus ſit [y], ſed quæ facilè conuelli poſsint: quippe qui delegationem, eſſe nominis in ſolutum da-
E tionem credat, cùm omnino hæc plurimum differant. Solùm igitur in hoc aduertendum putauerim, an id actum ſit, vt delegatio fiat, ceu nomen in ſolutum detur: an verò id actum non ſit: vt prioribus caſibus vera ſit Bartoli ſententia: poſteriore, non æquè. Depræn ditur autem id ex coniecturis, qualis eſt quam Bartolus hîc refert, cùm creditor cui ſolui mandatum eſt, ſola promiſsione contentus fuit [z]. Niſi enim nomen illud ceu bonum approbaſſet, quorſum opus fu-
F it, pro mandata ſolutione promiſsionem ſolam accipere [a]? † Sed & ſi ſecuta campſoris pro- 56
miſsione, creditor inſtrumentum mihi debitori reddiderit, ſatis apparet id actum, vt ego liberarer [b]. Quid rurſus, ſi cùm ego ex vna cauſa tenerer, campſor ex alia promiſit, nónne apparet, non id actum, vt eſſet meus fideiuſſor [c]? Vnde cùm ex duabus cauſis, idem tibi ſolui non debeat [d], veriſimile eſt actum, vt prior extinguatur: quod Albergotus, Socinus, Iaſon 57
cenſuerunt. † Quid item ſi ex creditoris rationibus

f Bar. Paul. l. ii. C. de exec. rei iud. Doct. d. l. qui vſumfr.
g d.l.delegare.
h Bal.l.fi.C.ad l.falci.
i Bar.l.fideicommiſſa.§.interdum.de leg.iii.
k d.l.quamuis.§.ii.
l l.Meuia.ſolu.matr.vbi Iac.Bac.Albe.
m l.ii §.i.ſ.eod.
n l.nomina.de hæred.vend.l.nomen.C.quæ res.pig.
o Bal.l.fi.C.de conſtit.pecun.Curt.conſil.7.
p l.pupilli §.ii.de ſolut.l.inter.§.i.mand.
q d.l.ſi debitorē.de nouat.
r l.cui rectè.de nouat.
s l.pen.§.pen.vbi Bart.ſolut.matr.
t Ioan.And.d.rub.de depoſ.moder.hic.
u Gl.d.l.Titius Alex.d.conſil.10.in 2.
x l.debitorem.C.de pact.
y d.l.qui vſumfruct.
z d.l.cui rectè.
a d.§.abeſſe.l.3.in fi.de fideiuſ.
b l.Labeo.de pactis.Bal.d.l ii.Iaſ.hic.
c d.§.fin.auth.de fideiuſſ.
d l.bona fides.de reg.iur.



nibus depræn di poteſt id actum, vt ego liberer? veluti ſi aduerſus paginam, qua debitor conſtitutus eram, me creditorem eiuſdem ſummæ, ob campſoris nomen is conſtituerit [a]. † Quid ſi con- 58
uentum à principio proponatur, vt illi argentario nomen darem, nec in aliud quicquam ego me obligauerim: ſi dedi, nónne liberor, tanquam quod pollicitus ſum præſtiterim [b]? Videmus enim conſuetudine hoc, non Florentiæ tantùm, vt aliqui atteſtantur [c], ſed vbique inualuiſſe, quæ optima legum inter-
59 pres eſt. † Quod & dicendum: cùm conuentum proponitur, vt alium ſubrogem, vel loco mei ponam [d], vel creditor dixerit, ſe campſorem pro bono nomine habiturum [e]. Quid enim aliud hæc verba ſignificant, quàm me liberatum eſſe? His igitur caſibus putarem veram Bartoli opinionē, adeò, vt ſi campſor foro ceſſerit, periculo creditoris conturbaſſe cenſeatur [f]. Niſi ego ſciens breui eum decocturum, fraudationis cauſa tibi eius nomen obtuliſſem [g]. Idem, ſi cùm ſcirem non idoneum eſſe facultatibus, dolo malo obtuli [h]: vel aliàs eū tibi tanquā locupletē, aſsiduúmque, laudaui [i]: vel periculo meo, vt accipias conueni [k], curaturumúe tibi promiſi vti ſolueret [l].
60 a ¶ Quod igitur.) † Colligitur hinc ea regula, vt quod in duabus perſonis ſtatutum eſt, in vna quoq; locum habeat. Cui non abſimilis alia regula: Quod in plurali numero conſtitutum eſt, ad ſingulare trahendum eſſe [m]. Item alia: Quod de pluribus ſimplicibus traditum eſt, in vno miſto locum ſibi vindicat [n]. Rurſus alia: Paria ſunt, an lex vno contextu aliquid ſtatuat, an ex plurium capitum coniunctione induci poſsit [o]. Huc pertinet & illa: Cùm plura iura in vnius perſonam concurrunt, de eo tanquam de pluribus iudicandum [p]. † Quas omnes regulas intelligunt Docto- 61
res tum procedere, cùm eadem in vno eſt ratio, quæ in pluribus erat [q]. Addo ego idem eſſe, etiā ſi prima facie minor ratio in vna perſona quàm in duabus ſubſit [r]: idq́; legis noſtræ argumento. In primo enim exemplo facilius mutuum induci potuit, quia verè res interuenerat, id eſt, numeratio à debitore facta: hoc poſteriore nulla nume-
62 ratio fuit, † & tamen idem iuris conſtituitur: tametſi Africanus diſsimiles hos caſus eſſe dixerit [s]. Videtur certè fortiſsima hæc eſſe antinomia, exiſtimauitq́; Fulgoſius diſſenſiſſe ab Vlpiano Africanum: aliudq́; in eadem ſpecie vni, aliud alteri viſum eſſe. Sed cùm vtrumq; reſponſum à Iuſtiniano in iure noſtro relatū ſit, credibile eſt id ea cauſa factum, quia diſſolui huiuſmodi pugnátia ſubtili aliqua diuiſione poſſe viderit [t]. Aliqui veteres hîc in præſentia fuiſſe pecuniam, apud Africanum non fuiſſe crediderūt. Iac. Bal. Alber. Ponta. Caſtellio hîc inter præſentes, ibi ſola epiſtola, & inter abſentes conuentum fuiſſe aiunt. Iaſ. hîc ſtipulatione conuentum, ibi pacto nudo comminiſcitur. Alij nec pactum quidem nudum ibi fuiſſe, ſed ſimplicem per epiſtolam pollicitationem. Erunt & qui hîc conuentū vero contractu, ibi ſola literarum obligatione credent. Erūt & qui hîc de mutuo vero, id eſt, gratuito, ibi de fœneratitio intelligent. Erunt qui aliter: omnes

...garis mihi, quamuis numos meos nō acceperis. Quod igiṫ [a] in duabus perſonis recipitur, hoc & in eadem perſona recipiendum eſt: vt cùm ex cauſa mandati pecuniam mihi debeat, & conuenerit, vt crediti nomine eam retineas, uideaṫ mihi data pecunia, & à me ad te profecta.

a Bal.l.fin.C.ad l.fal id. A- ret.d.conſil.5.
b l.qui libertinis.§.ii.de oper.liber.l.Stichus ſi hæred.de ſtatulib.
c Comen.d.l.delegare.
d l.ii.ad Trebel.d.l.qui libertinis.
e d.§.abeſſe.d.l.iii.in fin.
f d.l.iii.fa.l.v.§.idem Labeo.de inſtit.act.
g l.ſi cum dotem.§.ſi mulier.ſol.matri.vbi Dd.l.ſi quaſi.de pign.actio.
h l.promittendo.§.i.de iur.dot.
i l.iiii.in fi.de fideiuſſ.tut.Raphael d.l.delegare.
k d.l.ſi mandato.in fin.
l Bal.l.pro debito.C.de bo.autor.iud.poſſid.
m l.ii.§.ſed ſi vnus.vi bo.rap.Felin.c.omnes leges.i.diſt.
n l.ii.in prin.de verb.oblig.
o l.Gallus.§.ille caſus.de liber.& poſthum.
p l.tutorē.de iis quib.vt indig.l.ſi pater.§.i.de adopt.
q l.iii.in prin.de duob.re.Deci.c.ex literis.col.fi.de prob.
r Arg.l.ii.§.ex his.vbi Soci.de verb.oblig.& c.fin.de ſimo.
s d.l.qui negocia.mand.
t l.ii §.contrarium.C.de vete.iur.enucl.l.i.§.quibus.i.conſtit.Cod.



malè. † Ego ab Africano regulā, ab Vlpiano exceptionem referri arbitror: † vt ſcilicet id pro regula conſtituamus, Debitum ex cauſa mandati, in mutuum, niſi res ipſa interueniat, non poſſe transferri. † Excipitur, quoties fictione legis res ipſa interuenire videtur. Ea tribus caſibus locum habet. Primus, cùm procurator pecuniam à debitoribus exegit, actumq́; eſt, eius dominiū ipſi domino quæri: quo caſu cùm dominium mandantis ſit [u], ſolo conſenſu poteſt in cauſam mutui illud trāsferre [x]. Cùm verò procurator ſibi, non autem mandanti, dominium acquirit, quo caſu Africa. expreſſè lo-
B quitur [y], ſecus eſt. Putauerim autem in generali adminiſtratore, in dubio actum cenſeri, vt ſibi potius, quā mandanti, pecuniæ dominium quæratur [z]: tanquam propter pecuniæ numeratæ naturam ſatis ſit, ſi tantundem domino reſtituat [a]: & ideo mandati actione eius rationem reddere cōpelli, non autem ſpecialem eius pecuniæ poſſeſſionē tradere [b]: hocq́; in caſu Mart. Rainerij, Innoc. Petr. Cyn. quorundamq́; aliorum veterum ſententiam defendi [c]. † Alter caſus eſt, quoties 66
C antè, quàm actio mādati plenè quæſita ſit, actum eſt, vt in mutuum transferatur: veluti ſi à principio mādo tibi, vt à debitore meo exigas, & poſtquam exegeris, eam deinde pecuniā in cauſam mutui vertas: & hoc in caſu Vlpianus loquitur, quem ego neutiquam arbitror mutare facti ſpeciem: ſed dum inquit, ex cauſa mandati, intelligo ſupraſcripti, & de quo in præſentia agitur, Haberq́; hic caſus euidentem rationem: cùm enim à principio mandatum id, hac cum qualita-
D te iunctum ſit, mirum nō eſt, ſi in eius executionem facta ſolutio, in cauſam quoque mutui proficiat [d]. Adde quòd tunc nomine domini exegiſſe videtur, & quæſitam mandati pecuniā in mutuum vertere: quod & Africanus, vt ſuprà docui, ſatis concedit. Nec huic caſui non conuenit contextus, quem ita Vlpianus ordinauit, vt verbum Conuenerit, ſubiunctiui modi præteritum perfectum ſignificans, verbo Debeas poſtponeret: quod licet præſens videatur, ad futurum tamen
E refertur, nempe ad id tempus, quod poſt conuentionem pręſens deinde erit: quam interpretationem, omnes in clauſula codicillari probant, Si non valeat iure teſtamentum, &c. verbum enim Valeat, præſens futurumq́; complectitur [e]. † Ter- 67
tius eſt caſus, cùm pecunia ſolutioni parata extat: parteſq́; conueniant, vt in cauſam mutui ea pecunia retineatur. Propter enim breuis manus fictionem, adhuc mutuum erit, vt communis ſe habet intellectus, qui aliis potius legibus quàm
F hoc Vlpiani, Africaniq́; reſponſo probatur [f]: difficiliusq́; hæc fictio aſſumetur, quum ab abſentibus per epiſtolam conuentum fuiſſe proponatur: quoniam fictio naturam imitatur [g]. Vnde abſenti traditionem factam, rémque iterum datam non temerè fingitur [h]. Sicq́; ſupraſcriptam Iacobi, Baldi, Alberici, Ludouici Pontani, Caſtellionis interpretationem ſuſtineri poſſe arbitror. Intelligunt autem Doctores ſimpliciter fuiſſe paratam ſolutionem pecuniam, non autem in præſentia allatam: quia ſi præſens pecunia fuiſſet, nō

63 L. 15.
64 Singularia quæ
65 dam præcepta.

u l.qui mihi donatum.de donatio.
x l.certi.§.fin.ſ.eod.
y Verſ.quia tūc numi.
z d.l.qui negocia.
a l Paulus reſpondit.de ſolut.
b l.ſi ego.de nego.geſtis.vbi Mart.& Petr.
c Dd.d.l.qui mihi.gl.c.ſi tibi abſenti.de præbē.in 6.in gl.iii.
d l.rogaſti.§.ſi tibi.ſ.eod.
e Bar.l.i.de iur.cod.
f d.l.ſi ſponſalib.
g l.qui ad certū.locati.
h l.qui decem.§.idem reſpōſum.in fin.de ſolut.

ex ſingularibus præceptis, ſed communi regula
mutuum ſuſtineretur. Per præſentiam enim rei,
cum animo poſsidendi, vera numeratio facta cen
68 ſeretur [a]. † Vnde & traditum eſt, ex præſentia rei
contrectationem factam videri, & ideo furti acti-
onem aduerſus fal

LEX XVI.

PAVLVS LIB. XXXII. *ad Edictum.*

SI ſocius propriam pecuniam mutuam dedit; omni modo creditam pecuniam facit: licet cæteri diſſenſerint.

ſum creditorē cō-
petere, qui rem co
ram ſe allatam, al-
teri, fortè debitori
ſuo, ſolui iuſſerit
[b]: cùm ſecus ſit, ſi
res ipſa repræſen-
tata non eſſet, Non enim contrectare rem quis vi
deri poteſt, niſi res ipſa præſens fuerit. Quòd ſi
falſo credens me centum tibi debere, debitori
meo mandauero, vt tibi ſoluat, isq; fecerit, agam
contra te furti, tametſi pecunia nunquam mihi
præſentata ſit [c]: vt aduerſus Paul. Caſtrenſem re-
cepta eſt Bartoli ſententia. Cùm enim iuſſu meo
B debitor numerauerit, videtur mihi numeratum
fuiſſe, & ideo tanquam dominus pecuniæ furti
agam. Hoc enim caſu falſus creditor verè contre
ctat: in præcedenti, non ipſe creditor, ſed delega
tus ab eo contrectat. Quod non ſatis perpenden
69 tes aliqui, temerè Caſtrenſi adhærent. † Sed quo
modo probabitur, præſentem fuiſſe pecuniam?
Finge, in inſtrumento ſcriptum eſt, Titius mutu-
auit Sempronio decem: an præſens videbitur fu-
iſſe pecunia? & Bart. cenſuit his verbis non pro-
C bari, & ideo ſolùm ciuile mutuum contractum
exiſtimabitur [d]. Vnde cùm depoſitum ciuile
non reperiatur, apparet aliud eſſe, ſi dictum ſit de
poſuit: quod Socin. reſpondit [e]. qui idem quoq;
cenſet, cum dictum eſt, mutuauit re ipſa factoque
interueniente: his enim verbis indicatur non de
mutuo ciuili, ſed naturali agi. Qua tamen in re,
70 ſunt qui hîc diſſentiant. † Sed & ſi ſcriptum ſit,
Dedit & numerauit Sempronio decem, tunc om
nes fatentur de rei ipſius præſentia ſcripturam
71 loqui: † quia numerandi verbum ad rem ipſam
præſentem refertur [f], eſtq; naturæ potius, quàm
72 iuris verbum [g]: † quod & ego cum cæteris pro-
bo: niſi cùm conſtaret, nullam numerationem fa-
ctam tunc fuiſſe, ſed delegationem. Vt enim à pœ
na falſi notarium excuſaremus, alia interpreta-
73 tio fieri poſſet [h]. † Idem ſi nihil de delegatione
probaretur, ſed de alia ſimplici conuerſione, vt in
vltimo textus noſtri caſu: excuſaretur enim ad-
huc notarius, cùm nullum debitori damnum in-
de oriatur [i]. Omnino enim exceptionem non
numeratæ pecuniæ debitor nullam habebat [k].
74 † Idem ſi probaretur, pecuniam ſaltem in ſaccu-
lo adfuiſſe: licet enim propriè numerata dici nō
poſsit, tamen quia erat præſens, excuſationi no-
tarij ſufficit [l]: poteſt enim volentibus partib. ſol-
ui pecunia in ſacculo [m]. Vnde excuſatur notarius
75 à dolo, † abſq; quo falſum non patratur [n]. Qua-
propter & ex conſuetudine excuſatur, vt quia ſo
lerent notarij verbo numerationis vti, etiam ſi ve
rè data non eſſet pecunia, vt Iaſon oſtendit: idem
eſſe ſubiiciens, ſi id verbum Iuriſcōſulti alicuius
autoritatem ſecutus, adieciſſet, cū ea lege inſtru-
mentum confeciſſet, vt extendere illud arbitrio
76 ſapientis poſſet [o]. † Excuſatur enim à dolo, qui
grauis viri autoritate motus eſt [p]. Sed quid ſi
ſcriptum ſit, quæ habuit in præſentia mei nota-
rii: an ſi pecunia ſolùm fuiſſet præſens, verbum
Habuiſſet, rectè poſitum eſſet? Et omnes con-
ſentiunt, potuiſſe notarium ita ſcribere [q]: & fran
di ei nihil eſſe; quòd non viderit re ipſa à credi-
tore aſportari. Quamuis enim præſentia pecu-
niæ, ſola iuris interpretatione traditionem in-
ducat [r], tamen verè poſſeſsio acquiritur [s]: quod
Decius hîc tradidit. Quid ſi pecunia non præ-
ſens, ſed ſolutio-
ni parata ſolùm eſ-
ſet? Et ſi facta ſit
delegatio, vel de-
biti conuerſio, qua
lis in caſu legis no-
ſtræ eſt, tradunt
Doctores excuſari
his quoque verbis notarium [t]. Sed rurſus quæ-
77 ritur: † Quid ſi pecunia quidem præſens fuit, vel
etiam numerata, verùm creditor incontinenti
ſecum reportauit: an documentum notarij fal-
ſum conuincetur, qui de numeratione atteſta-
tus eſt? Et conſtat omnium ſententia, documen
tum non eſſe falſum: licet quibuſdam caſibus nu
meratio ipſa tanquam ſimulata, ſubuerti poſſet
[u] Vnde in actibus quibus aduerſus diſpoſitio-
nem legis, vel in fraudem tertij aliquid induce-
retur, documentum hoc infirmari poſſet [x]. Alio-
quin documento ſtandum aiunt: videreturque
is qui reſtituit, donaſſe [y]: qua in re ad argumen-
ta & coniecturas recurrendum eſſet. Sed hæc à le
gis noſtræ materia longius recedunt, & ideo ali-
bi potius referenda [z].

a d. l. pecuniā. de ſolut. d. l. i. §. ſi iuſſerim.
b l. falſus. §. ſed ſi is. de furt.
c l. iii. §. fi. de donat. inter vir.
d l. ii §. fi. ſ. eod.
e Soci. conſ. 143. col. i.
f Bar. l. ſi ex cautione. C. de nō num. pec.
g Alex. conſil. 179. in 2.
h Bar. l. prædia. de acq. poſſeſ. Bal. l. ſi ex præcio. C. eod.
i gl. l. damus. C. de falſ.
k l. fruſtra. l. aduerſus. C. de non num. pec.
l Bald. d. l. ſi ex cautione. q. 7. & rub. C. de fide inſtru.
m l. cum ſeruus. de cond. & dem.
n l. nec exemplū. C. de falſ.
o Bal. l. captatorias. C. de teſtamenti. milit.
p Gl. l. Titio fundus. de con. & demonſt.
q d. l. pecuniam.
r l. quod ſtatuliber. in fi. de donat. cauſ. mor. d. §. ſi. iuſſerim vbi Aret.
s l. certè. de precar. l. quod meo. de acq. poſſeſſ.
t Arg. d. l. iii. §. fin. de donat. cauſ. mor.
u l. qui ſic. de ſolutionib.
x l. eos. verb. aliquid detrahere C. de vſur. Bar. l. Titia. in prin. de verb. obl. l. per diuerſas. C. manda. quæſt. 7.
y l. ſi quis duos de ſolut.
z l. poſt contractū. de dona. & l. ſerui electio. §. i. de legat. i.

1 *Socius rem propriam arbitratu ſuo diſtrahere poteſt.*
2 *Quo caſu loquatur lex noſtra.*
3 *Quæ poſsit dubitandi eſſe ratio in hac lege.*
4 *Decidendi cauſa.*
5 *An huius legis diſpoſitio & particulari ſocio poſsit intelligi.*
6 *Minus iuris habet particularis, quàm vniuerſalis ſocius.*
7 *Regula eſt, in re communi neminem, niſi pro parte ſua, diſponere poſſe.*
D 8 *Vnus ſociorum ex facto alterius non obligatur.*
*Ibi. Quando id non procedat.*

SI SOCIVS.) † Cùm quiſq; dominus 1
de re ſua liberè diſponere poſsit, du-
bium non eſt, id iuris ſocio eſſe, vt rē
propriam arbitratu ſuo diſtrahat. † 2
Sed vt lex noſtra probabilis dubitationis aliquid
contineat, intelligenda videtur, quando ne mu-
E tuò pecunia daretur, ſocij contradicentis intere-
rat: cuius rei exemplum communiter in ſocio o-
mnium bonorum adducitur: in tali enim cōtra-
ctu, conſtat dominium rerum præſentium ipſo
iure ſtatim communicari: quia alter videtur con-
ſtituere, ſe pro altero poſsidere [a]: vnde tanquam
poſſeſsio tradita ſit, transfertur dominium [b]. Ca-
pitur autē hæc præſumptio, vt aliqui exiſtimāt,
ſpeciali fauore ſocietatis: vt alij verò quia perſo-
næ titulus vniuerſalis accedit [c]: rerum verò dein
F de quæſitarum, ſi nomine communi quæſitas ap
pareat, arbitror eadem ratione dominium ſtatim
cenſeri cōmunicatum. Quòd ſi proprio nomine
quæſierint, ſecus eſt [d]: ſed ſolum actione pro ſo-
cio cogi ad communionem rei ipſius poſſunt [e].
† Hoc igitur caſu probabilis eſt legis noſtræ du- 3
bitatio, cùm hic ſocius nomine ſuo quæſitam
poſt communionem pecuniam mutuat. Videba-
tur non poſſe: quia eam communicare teneba-
tur: & tamen diuerſum hîc reſponſum eſt. † A- 4
ctio enim perſonalis nō impedit, quin rei ipſius
domi-

a l. ii. pro ſocio.
b l. quod meo. de acq. poſſ. l. traditionibus. C. de pact.
c l. ſi adoptauero. de preca.
d l. ſi quis ſocietatem. pro ſocio.
e Ancha. conſil. 288. materia. de qua. Alex. conſ. 49. in 5.



nus eam alienet dominiumq; transferat [a]:
quod & in venditore conſtitutum eſt [b]. † Ego in 5
ſocio quoque particulari dubitari poſſe credide-
rim, quoties veriſimiliter ſua intereſſet pecuniā
non alienari: vt quia non ipſius ſortis ſocietatē,
ſed vſurarum inde
percipiendarū con
traxerint [c]. Intereſt
enī cuiuslibet, ſub
grauioribus locari,
maximeq; idoneis
nominibus. Sed ta-
men ſupradicta ra-
tione reſpōſum eſt,
non ideo poſſe à ſocio impediri, quin res credita
6 ſit [d]: † minus enim iuris hîc, quàm vniuerſalis ha
bet: vnde & agere non poteſt, vt res ſocietati de-
bita communicetur, ſed vt precium tantum [e].
Sed quid iuris, ſi ſocius teſtatò eum cui mutuaba
tur, admonuerit, ne ab alio ſocio acciperet? Et
hîc videtur probari, nullius momenti talem eſſe
contradictionem: quod ego faterer, niſi in frau-
dem ille crederet, ſoluendoq; non eſſet [f].

a Quòd ſi communem numerauit, nō aliàs creditā efficit, niſi cæteri quoq; cōſentiāt: quia ſuæ partis tantū alienationem habuit.

a ¶ Quòd ſi communem.) † Regula iuris eſt, 7
in re communi neminem, niſi pro parte ſua, di-
8 ſponere poſſe [g]. † Vnde vnus ſociorum ex facto
alterius non obligatur [h]: idq; niſi quatenus poſſe
fieri expreſſe actum eſt. Quapropter ſi ſocietas
contracta ſit mutuandæ pecuniæ cauſa, poterit
vnus ſocius etiam pro aliorum parte credere [i],
dum tamen nomine ſocietatis faciat [k]. Idem ſi
tacitè actum ſit, vt quia plures campſores in ſoli
dum exerceant [l]. In contractu quoque locatio-
nis aliud receptum eſt: poteſt enim certæ partis
indiuiſe dominus totum locare, ſi vtiliter geſſe-
rit [m]. Cùm enim huiuſmodi negocium pro par-
te expediri non poſsit, vtilitatis cauſa id amiſ-
ſum videtur [n]. Specialiter quoque in fiſco conſti
tutum eſt, vt rem communem ſolus vendere poſ
ſit [o]. Sed & ſocius qui rem communem negligit,
ſi admonitus pro parte ſua non reficiat, alius re-
ficere poteſt, imò poſt legitimum tempus to-
tum acquirit [p].

a l. fin. in fi. de contrah. emp. l. quoties. C. de rei vendica.
c l. cum duobus. §. ſi in coeunda. pro ſocio. Bal. l. ii. quæſt. 2. C. pro ſocio.
d d. l. ſi. §. ſi.
e l. ſi vnus. §. i. pro ſocio. Iaſ. hic.
f l. ait prætor. §. ſi quis particeps. quæ in frau. credit.
g l. nemo. pro ſocio.
h l. iure ſocietatis. eo. tit.
i d. l. nemo. vbi Bar. Bal. l. i. C. qui teſta. face.
K Bal. d. l. iure.
l l. cum te in Gallia. vbi Petr. Cyn. Iac. C. eo.
m Argu. l. hæredes. §. ſi vnus. fam. erciſ.
n Bar. l. & hæc. §. fundum. loc.
o l. ii. C. de cōm. rer. alie.
p l. iiii. C. de ædi. priua. d. l. cum duobus. §. idē reſpondit.

1 *Filiusfam. abſq; conſenſu patris non poteſt eſſe in iudicio.*
2 *Facti ſpecies præſentis reſponſi.*
3 *Actionem in factum, & officium iudicis, eadem eſſe remedia: idq; exemplis etiam oſtenditur, num. 4.*
5 *Quibus caſibus filiofam. proprio nomine actio competat. & 6. 7.*
8 *Si depoſita ſit pecunia non in ſacculo, ſed numerata, non directa ſed vtili filiusfam. experitur actione.*
9 *Filiusfam. proprio nomine agens, non tenetur cauere, patrem ratum habiturum: ſecus ſi patris nomine ageret.*
10 *Viaticum quid.*
11 *Viaticari verbum Plautinum.*
12 *Scholaſtici donec in gymnaſio ſunt, cēſentur in via eſſe.*
13 *Studiorum cauſa alicubi agentes, munera ex lege municipij ſubire num teneantur. & num. 15.*
14 *Vbi quis perpetuā ſedē conſtituit, ibi ſubire munera debet.*
16 *Iudicium extraordinarium quod dicatur.*
17 *Quod remedium competat, ſi viaticū mutuo à filiofam. datum ſit conſumptum.*

L. 17. Cùm filiusfam. viaticum.

LEX XVII.

A VLPIANVS LIB. I. DI- *ſputationum.*

CVm filiusfamilias viaticum ſuum mutuum dedisset, cum studiorum causa Romae ageret, a patre aberat, agere necessarium habet.

CVM FILIVSFAM.) † Cùm vulgò pro-
ditum eſſet, non poſſe filiumfam. in
iudicio abſq; conſenſu patris eſſe [q],
idq; etiamſi cognitio ſumariè & de
2 plano expediatur [r]: † dubitatum fuit, quid iuris,
ſi filiusfam. qui ex neceſſaria vel probabili aliqua
cauſa à patre aberat, agere neceſſariū habet. Et
reſpōdetur, ei extra ordinē ſuccurrēdū eſſe, idq;
officio Iudicis, vt ſenſit hîc Accurſius [s]: vel vtili a-
ctione, vt Vlpianus [t]: vel actione in factū, quam fi
3 liisfam. cōpetere alibi tradit [u]. † Ego aliàs eadē
eſſe hæc remedia,
officiumq; Iudicis
quādoq; actionē in
factū appellari, di-
ſputādo oſtendi [x].
4 † Vnde executio ſē-
tentiæ nūc officio
Iudicis, nūc actiōe
in factū fieri dicitur
[y]: quādoq; & vtili actione [z]. Sic reuocatio in ſer
uitutem ob cauſam ingratitudinis à liberto com
miſſæ, nunc extraordinario remedio, id eſt, offi-
cio iudicis inducitur [a]. nunc actione in factum [b].
Sic de reſtitutione quoq; in integrum loquūtur
B Iureconſulti [c]. Idemq; cùm ex variis figuris cau-
ſarum æquum eſt actionem dari [d]. nam & exerci
tores ex magiſtrorum contractu extraordinem
iuuari conſtat, id eſt, vt Accur. cenſuit, vtili actio-
ne [e]. Sic & ex interdictis vtilem actionē dari, ali-
bi in factum agi dicitur [f]. Quoties enim ex æqui-
tate in aliquo facto prouidendum eſt, omiſſusq;
à lege caſus ſupplendus, vtilis actio competit [g]:
quæ & in factū, itemq; extraordinariū remediū
dici poteſt [h]: non quòd ſpecialiter acceptæ hæ a-
C ctiones, quandoq; ſimul non differant, cùm vari-
is modis actio in factum, ſicut & actio vtilis acci-
piatur [i]: ſed quòd id officium iudicis non tam ex
iure, quàm ex bono & æquo proueniens, hiſce
actionibus expediri dicatur, hocq; caſu pro iiſ-
dem accipiantur: licet hactenus noſtri Doctores
aliter ſenſerint. † Hoc igitur ex reſponſo adno- 5
tandus eſt caſus, quo actio filiofamiliàs proprio
nomine cōpetit: is eſt, quoties ſuggerēte æquita
te id factum intendere ei licet [k]: quo de caſu Vl-
D piani reſponſum intelligendum ego cenſeo [l]: cu
ius de ratione ſenſuq; adhuc ſub iudice lis eſt. † 6
Alius eſt caſus, cùm filio iniuria eſt facta [m]: ſiue
enim ex lege Cornelia iniuriarū agat [n], ſiue que-
relam inofficioſi teſtamēti proponat [o], ſuo no-
mine admittitur. Cuius rei illa ratio adducitur,
quia ſibi principaliter, non aūt patri facta eſt in-
iuria. Idemq; eſt in actione, quod vi aut clàm [p], cū
ex capite violētiæ facta ſibi eſt iniuria, vt Dynus
& Rayn. interpretantur [q], quos & nos ſequimur
E [r]. † Alius eſt caſus in actione depoſiti & cōmoda 7
ti [s]. In his enī cōtractib. de ſolius detētionis reſti-
tutione agit, quæ meri facti eſt, cuius etiā ſeruus
capax eſt [t]: exigiturq; in eis exuberātior bona fi-
des, nec exceptiōi dominij locus eſt. Vnde meri-
tò cōceſſum eſt [u], vt qui filiusfamiliâs depoſuit, vel
cōmodauit, repetere poſsit [x], vt Raphael Com.
cēſuit, cui & ego adſentior. Nec me mouet Iaſo-
nis argumentū, quaſi idē in contractu locationis
ſtatuendū hac ratione fuerit. Reſpōdeo, ob loca-
F tionē dari pēſionē, quæ propter fructus præſtatur:
at fructus, portio rei ſunt [y], & ad dnm, vel bonæ fi
dei poſſeſſorē, ſeu qui ab eis cauſam habeat, per-
tinēt [z]. † Vnde cōſequēs eſt, vt ſi depoſita ſit pecu 8
nia, nō in ſacculo, ſed numerata qua dominiū in
accipiētē trāſit [a], nō poſsit filiusfamiliâs directa
actione depoſiti agere: ſed neceſſariò tūc vtili, pro-
pter patris abſentiā experiatur [b]. Hoc enī caſu nō
detētione, & ſic de mero facto agitur: parūq; hic
cōtractus à mutuo, de quo in lege noſtra, diſtat. † 9
Sed nūquid his caſibus filiusfamil. agens, cauere

q l. fin. §. i. C. de bonis qui lib.
r l. iii. §. ſed vtrū. de minor. uerbo, inuito patre. Bal. l. ne quicquā. §. de plano. in fi. de offi. procōſ.
s l. pecuniæ. §. perſecutionis. de verb. ſign.
t l. ſi longius. §. i. de iud.
u l. ſi libertus. de in ius voc. l. in factum de act. & obl.
x Parad. lib. i. cap. 10.
y l. intra. de re iudi. vbi Bart.
z l. ſi. de re iudi.
a l. i. C. de liber. & eo. lib.
b l. i. eo. tit.
c l. in cauſæ. 2. de minor.
d l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccl.
e l. i. §. eſt autem. in fi. de exerc.
f §. fi. de interd. Inſtit.
g l. pen. ſi quadru. paupe. fe. l. curatoris. C. de neg. geſt.
h l. ii. C. de inſti. & ſubſti.
i d. §. fin. Bar. l. i. colum. 2. de actio. & obli.
K Arg. l. i. vbi gl. C. qui admit.
l d. l. in factum. de actio.
m l. filiusfamil. verſ. ſed filia. de procura.
n l. lege Cornelia. §. in lege. de iniur.
o l. filius. de inoffi.
p d. l. filiusfam.
q l. deniq;. §. i. quod vi aut clàm.
r Argu. l. i. C. ſi per vim vel alio modo.
s l. Iulianus. §. de poſ. d. l. filiusfam.
t l. ſtipulatio iſta habere. §. hæc quoq;. de ver. oblig.
u l. i. §. ſi prædo. depo. l. ita cōmoda.
x l. bona fides. de poſ.
y l. cùm filius. §. dominus. de legat. ii.
z l. ſi ſeruus. §. locaui. de fur.
a l. in nauc. lóc.
b d. l. ſi longius. §. i.

tenebitur, patrem ſuum ratum habiturum? Et cùm nomine proprio agat, conſtat non teneri[a]. Secus ſi patris nomine ageret [b], vel debitor ſoli filio ſoluens, propter communionem rei non liberaretur [c]. Idem ſi rei petitæ vſusfructus ad patrem pertinere [d].

a ¶ Viaticum.)

10 † Viaticum, id eſt, pecuniam quæ iter facienti neceſſaria eſt, quaq; quis ſe toleret, dum abſens
11 eſt. † Vnde viaticari Plauto, viaticũ conſumere dicitur. Argumentantur tamẽ
12 hinc Doctores, † ſcholaſticos, donec in gymnaſio ſunt, cenſeri in via

liàs viaticum [d] ſuum mutuũ dederit, cùm ſtudiorum cauſa Romæ ageret: reſponſum eſt à Scæuola, extraordinario [b] iudicio eſſe illi ſubueniendum [c].

13 eſſe. † Vnde ſi lege municipali cautum ſit, vt qui habitatũ in ciuitatẽ venerit, munera cũ quib. ciuibus voluerint ſubeant: nó continebit̃ is, qui ſtudiorum cauſa in vrbem venerit [e]. Quam ſententiam & ipſe ſequor. Cùm enim de muneribus ſubeundis agatur, non videtur quicquam reſpectu ſimplicis habitationis inductum, ſed ſolùm
14 ratione contracti domicilij. † Vbi enim quis perpetuam ſedem conſtituit, ibi ſubire munera debet [f]. Atqui ſtudiorum cauſa alibi agit, ad tempus agere cenſetur [g]: meritò de tali non ſenſiſſe C
15 lex videtur. † Quod ſi ſimpliciter in lege ſcriptũ ſit, qui ad habitandum in ciuitatem venerint, fruantur tali beneficio: putauerim etiam ſcholaſticum contineri, dum tamen aliquo tempore habitauerit. Qui enim obiter manſerunt, non dicuntur habitaſſe [h]: & quia verbum Venerint, intelligitur, & manſerint [i], Moueorq; proprietate verbi: quia aliud eſt habitatio, aliud domicilium. At lex de habitante loquitur: dubiumq; non eſt, eum quoque habitare, qui ad tempus habitat [k]. Moueor & ratione legis, quæ non alia fuit, quàm D vt plurium peregrinorum aduentu, ciuitas locupletaretur. Vnde pro tempore quo locupletatur, debet quoque beneficia ſua eis indulgere [l]. Adde, quòd lex huiuſmodi fauorabilis eſt, & ideo interpretatione adiuuanda [m]. Nec me mouet, quòd in diſputatione teſtatoris, ſeruus qui ſtudiorum cauſa abeſt, abeſſe non videtur: quia id non ex vi verborum, ſed ex præſumpta teſtatoris mente inducitur. At lex municipalis ſecundum verborum vim, rationemq; ſuam accipienda eſt [n]. E

16 b ¶ Extraordinario.) † Certo apud veteres ordine, quibuſdãq; formulis, tam publica iudicia, quàm priuata tractabantur: quæ deinde in vſu eſſe deſierunt [o], vnde cœperunt iudicia omnia extra ordinem reddi [p]. Sed magis ſpecialiter extraordinarium iudicium dicitur, quod officio iudicis implorato conſtituitur [q], quotiés ex æquitate alicui ſuccurrendum eſt, quia remedium ordinarium deſit [r]. Qua ratione cenſuit Bartolus, ſi ſtatuto regulariter ſit permiſſa inquiſitio, F quamuis tale remedium iure noſtro extraordinarium ſit, tamen incipere ordinarium fieri [s]. Quod & in indictionibus cæteriſque ſimilibus dicendum eſt [t].

17 c ¶ Subueniendum.) † Sed quid ſi pecunia nõ ſit conſumpta? Et Fulg. Alex. Iaſ. vtilem rei vendicationem dari cenſuerunt, tanquam domini-

a d. §. in lege Cornelia.
b l. filiusfam. qui ſatiſda. cog.
c l. ſi cũ dotem. §. ſi patri. ſolut. matr.
d Bal. l. i. col. 2. C. de bon. mat.
e l. Sciæ. §. Pãphilæ. de fundo inſtru. l. quæſitũ. de leg. iii.
f l. ii. C. de inco. lib. 10.
g l. nihil. de capti. l. ii. C. de verb. ſign.
h l. i. pen. reſp. de iis qui deic.
i c. i. de iudi.
k l. lex Cornelia. §. domũ. de in iur. l. i. de iis qui deicce. rubr. ſ. de vſu & hab.
l l. quæ tota. de rei vend.
m Bal. conſil. 198. in 2. Fulg. conſ. 75. col. 2.
n l. fi. de ædil. edi. l. fin. §. quoties. de public.
o l. ordo. de publi. iud. l. ante pen. de neg. ge.
p §. fin. Inſtit. de interd.
q l. ſi cui legatum. de cond. & demon. l. i. de variis & extraord. cogni.
r l. in cauſæ. ii. de min. l. ſalarium. manda.
s Bar. l. ſi maritus. §. ſi extraneus. de adul. Doct. in rubric. extrà de iud.
t l. i. in fin. C. de indict. lib. 10.

um translatum non ſit [u]: non enim poteſt videri id à patre mandatum, vt filiusfam. viaticum in neceſſarios vſus ſibi datum mutuet [x]: meritò ergo nullum transfertur dominiũ. Contrà Petrut. & Dec. quia lex actionem vtilem, nõ diſtinctio, pecunia extet, an ne, dari inquit [y], vt ſpeciale hoc caſu ſit, videaturq; filiusfam. propter patris abſentiam dominium tranſtuliſſe. Sed ego tot ſpecialia multiplicari non temerè crediderim [z]: cùm nihil obſtet, ea actione, q̃ alioquin patri cõpeteret, filium vtiliter experiri poſſe. Nam nec ratio vlla ſubeſt, vt diuerſæ ſpeciali alia excitetur.

## LEX XVIII.

A VLPIANVS LIB. VII. *Diſputationum.*

SI ego pecuniam tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuã, accipias: Iulian⁹ ſcribit, donatio- B

1 *Diſſenſus in cauſa contractus, translationem dominij impedit.*
2 *Quæ ſit huius doctrinæ ratio.*
3 *Error tradentis, dominij translationem vitiat.*
4 *Caſus, in quibus regula huius legis non habet locum. & num. 8. 9. 12. & 13.*
5 *Clauſula, omni meliori modo, quandoq; præſumitur.* C
6 *Intellectus ad l. cùm in corpus. ff. de acquir. rer. domin. & num. 10.*
7 *Præſumptio fortior eſt quæ ex facto, quàm quæ ex verbis oritur.*
11 *Semper ea interpretatio facienda eſt, vt actus ex neceſſaria potius cauſa, quæ præceſſerit, celebratus videatur.*

SI EGO.) † Diſſenſus in caſu cõtractus translationem dominij impedit: quod tribus exemplis hîc oſtenditur: quorũ duobus poſtremis, is qui accepit, animo reſtituendi accepit: in primo verò, qui dedit, non eo animo dedit, vt amplius ſibi reſtitueretur. Vnde re conſumpta, cõciliatur ſecundũ eius volũtatem cõtractus. † Sed quænam eſt ratio, vt diſſenſus in cauſa translationẽ dominij impediat? Et cõſtat, nuda ex traditione dominiũ transferri non poſſe [a]. At traditio dicitur nuda, cuius nulla eſt cauſa. Ea aũt eſt nulla, in qua partes nõ conſenſerint: cũ vt cõtractus perficiatur, oporteat in idẽ placitũ cõcurrere partium cõſenſum [b]. † Huic noſtræ regulæ vicina eſt & alia, q̃ error tradẽtis dominij trãslationẽ vitiat [c]. Vt eñ dominiũ trãsferatur, oportet cauſam trãslationis vel verã eſſe, vel ab vtraq; parte pro vera habitã [d]. † Non tñ ꝑpetua eſt noſtræ hæc legis ꝓpoſitio, ſed aliqbus caſib. locũ ſibi nõ vẽdicat [e]: hi, qđ ad hãc legẽ attinet, ſunt quatuor. Primus eſt, cũ cõſtaret eã fuiſſe dantis mẽtem vt omnino dominiũ trãsferretur: vt Alex. hîc cẽſuit [f]. Quod ego intellexerim, etiam ſi non expreſsim, ſed probabilibus coniecturis id eum voluiſſe præſumeretur. † nam & clauſula, Omni meliore modo, quãdoq; propter quorundam actuum fauorem præſumitur [g]. Qua ratione ſi iuratus tradidiſſet, ſatis præſumeremus, voluiſſe eum qui iurauerit, omni meliore modo actum ſuſtineri, quoniam ea iuramẽti vis eſt [h]. Idem opinor etiam dicendum, cùm recipi-

u Argum. l. ſi is cui de ſolut.
x l. ſed & Iulianus. §. quod dicitur. ad Macedo.
y d. l. ſi longius. §. i.
z l. i. C. de dotis promiſ.
a l. nunquam nuda. de acq. rer. do.
b l. in omnibus. vlt. de acti. oblig.
c l. iii §. ſubtilius. de condic. cau. da. l. i. de offic. proconſ. Cæſ. vbi Dd.
d l. 3. de cond. in deb. vbi Doct.
e l. ſi is cui. de lega. ii. vbi Bar.
f arg. l. ſeq. in prin.
g gl. l. cohæredi. verb. non valuit. de vulg.
h l. cum pater. §. filius matrem. de leg. ii.



recipiens eo animo fuit, vt vellet quoquo modo actum ſuſtineri: quæ præſumptio in dubio videtur capienda [a] in ea ſpecie, cùm alter donat, alter tanquam mutuum accipit: veriſimile enim eſt, accipientem potius de ſua opinione remiſſurum, vt contractus teneat, & ideo dominiũ trãſ-
6 feratur: † ſicque Iuliani reſpõſum [b] aliqui veteres intellexerũt [c], quod & ego probo. Ibi eñ nulla in traditione, quò minus omnino valeret, ſuberat ambiguitas, ſed in ſola trãſlationis cauſa. †
7 Nãm & fortior eſt q̃ ex facto, q̃ quæ ex verbis orit̃ prę ſumptio [d]. Vnde qui accipit, cùm ſciat dominium in ſe non niſi ex

nem non eſſe. Sed an mutua ſit, videndum eſt. Et puto, nec mutuã eſſe, magiſq́ꝫ numos accipientis non fieri, cùm alia opinione acceperit. Quare ſi eos conſumpſerit, licet condictione teneatur, tamen doli exceptione vti poterit: quia ſecundum voluntatem dantis numi ſunt comſumpti. A B

dantis voluntate transferri poſſe [e], ſatis videt̃, rẽ accipiendo, dantis legi acquieuiſſe: licet humanitate quadam reſtituturum ſe tanquam mutuũ dixerit. Procedet igitur legis noſtræ primum hoc exemplum, cùm omnino conſtat, obduratã eſſe accipientis opinionem, vt aliter quàm ex mutuo non habeat: quod arbitror & Petr. Beſut. ſenſit, & defendi iure noſtro poteſt, Concordabiturque facilimè Iuliano Vlpianus, cum ille in caſu dubio, noſter in claro loquatur: tametſi in diuerſam ſententiam frequentius itum ſit. Se-
8 quens eſt caſus, † cùm vtraque cauſa eundem finem irreuocabilis translationis inducit: vt ſi Stichum tibi tanquam ex teſtamento tibi debitum dem, tu tanquam ex ſtipulatu recipis: vtroque enim caſu irreuocabiliter tuus ſit Stichus. Idem ſi centum donationis cauſa dem, tu tanquam creditam pecuniam recipias, id eſt, iure ſolutionis eius pecuniæ, quam antea mihi crediſſes [f]: vtroque enim caſu pecunia irreuocabiliter fit tua, vt Oldradus, Aretinus, Iaſon, Deci. interpretantur. Quæ ſententia in ſe vera eſt, niſi quòd Iuliani verba violat, dum creditam interpretatur, id eſt, debitam. Et hinc conſequens eſt, in ſecundo textus noſtri exemplo, cùm ego animo pecuniam deponendi trado, tu animo mutuam habendi accipis, neceſſariò intelligẽdum eſſe, cùm depoſitum numeratione pecuniæ factum non eſt: quia alioquin transferretur dominium [g]. Et ideo vtraque cauſa ad eundem effectũ tenderet. Vnde & hac diſtinctione non vitiare-
9 tur contractus. † Tertius eſt caſus, cùm debitum verè præcedebat, dein ſubſequitur traditio. Si enim alter ex vna cauſa moueatur, alter ex pręcedentis debiti liberatione, diſſenſus talis non vitiat, ſed dominium transfertur, idque liberationis fauore. † Et hoc modo Iuliani reſponſum ac-
10 cipi crebrius traditum eſt [h]. Vnde conſequens eſt, ſi tibi decem donationis cauſa promiſerim, deinde eam ſummam numerem; & in rraditione proteſter ex cauſa mutui dare, tu verò ſimpliciter accipias animo ex præcedente donationis obligatione potius recipiendi, transferre dominium, & proteſtationem meam non obeſſe, cui

a l. iii. de teſtam. mili. l. quoties. de reb. dub.
b l. cũ in corpus. de acq. rer. do.
c gl. hic. & Bar. l. i. de offi. procu. Cæſ.
d l. Paulus reſpõ. rem ratam hab.
e l. id quod noſtrum. de reg. iur.
f d. l. cùm in corpus. in fin.
g l. in naue. loc.
h d. l. cum in corpus.



tu expreſſe non conſenſeris [i]. † Semper enim ea fieri debet interpretatio, vt actus ex neceſſaria potius cauſa, quę pręceſſerit, celebratus videat̃ [k]: cùm in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtat [l]. † 11
Quartus eſt caſus, cùm numi ipſi cõſumpti ſunt: 12 ſaltẽ eñ exceptionis ope confirmatur ſecundum dãtis intentionẽ cõtractus. Cuius rei illa eſt ratio, quia ſi animo donandi tibi tradam, tu animo mutuãdi accipias, cùm ſcias contractum nõ valere, ſi rem conſumas, viderit volũtati meę acquieuiſſe: ſatiſque in contractibus eſt, ſi vtriuſque voluntas etiam ex poſt facto cõueniat [m]. At ſi rẽ non conſumpſeris, in diſſenſu

Nam & ſi ego quaſi deponens tibi dedero, tu quaſi mutuum accipias, nec depoſitum, nec mutuum eſt. Idem eſt, & ſi tu quaſi mutuam pecuniam dederis, ego quaſi cõmodatam † oſtẽtandi gratia accepi. Sed in vtroq́ꝫ caſu conſumptis numis, cõdictioni ſine doli exceptione locus erit. A B

primo perſeueraſſe videris: vnde ante ius tibi acquiſitum, poſſum mutare ſententiam, & rem repetere, quia donationem adhuc nõ acceptaſti [n]: C nec acceptatio poſt pœnitentiam meam facta, te iuuaret, cùm res amplius nõ ſit integra [o]: quia vtriuſq; volũtas nõ conuenit [p]. Vnde exiſtimauerim, ſi pecunia extet, & antequã ego repetã, tu proteſteris ex cauſa donationis velle te rẽ habere, perinde confirmari contractum, atque ſi conſumpſiſſes [q]: ſicq; Accurſij, Bartoliq; crebrius receptam ſententiam defendi. † Sed pone, Procu- 13 rator creditoris mei reuocatus, ſciens à me centum recepit animo me decipiẽdi, cùm tamẽ non D deciperet, quia & ipſe reuocationis cõſcius erã: nunquid ſi ab eo repetã, excipere poterit? Et Paulus Caſtren. exiſtimat, legis noſtrę argumẽto poſſe: tanquã ſciẽter ſoluẽdo, videat̃ donaſſe [r]. Contrà Bal. & Ang. [s] Cùm eñ procurator animũ furti faciendi habuerit: propter delictũ ſuum, hac exceptione indignus eſt [t]: limitãdaq; erit hoc caſu legis noſtræ regula: qđ & Alex. ſenſit, & nos ꝓbamus. Nõ eñ habuit hîc animũ donatiõis nomine accipiẽdi, ergo donationis pretextu defen E di non debet [u]: eiuſq; exceptio hoc caſu, doli replicatione, ne ex dãno lucrum faciat, tolletur [x].

1 *Numerationem ſecundum contrahentium mentem regi, nec prius inde obligationẽ naſci, quàm actum à partibus ſit.*
2 *Exceptiones aliquot ad ꝑmiſſam regulã. & nu. 3. 4. 5. 6.*
7 *Donationem cauſa mortis reuocari poſſe, tribus exemplis declaratur. & num. 8.*
9 *Si donans dicat ſe donare Titio cauſa mortis, eiuſq́; hæredibus, an ſit mortis cauſa donatio.* F
10 *Cùm notarius Titio, eiuſq; hæredibus ſtipulatus ſit, & Titius, priuſquam ratum habeat, moriatur, euaneſcit ſtipulatio.*
11 *Cùm donantẽ mortis cauſa pœnituit, reuocatur donatio.*
12 *Ampliationes ad præmiſſam doctrinam. & num. 13. 14.*
15 *Dõatio mortis cauſa ex capitalib. inimicitijs reuocatur.*
16 *Verbum, In pendenti eſt, ad temporariam ſublationem refertur.*
17 *De qua obligatione in ſecundo exemplo Iuriſconſultus hic loquatur. & num. 18.*

L. 18. Si ego pecuniam.

i d. l. fin. §. item ſi prędixerit. nau. cau. ſtab. Bar. l. ſi cum dos. in fi. re. amotarum. & §. morte. col. 6. de op. no. nũ.
k l. inter eos. §. i. vbi Bart. de fideiuſſ.
l l. rem legatam. de adim. leg.
† oſtendẽdi, *aliàs.*
m l. ſi ſtipuler. §. fi. de ver. obl.
n l. fi. in fi. de leg.
o l. qui Romæ. §. Flauius. vbi Bar. de verb. oblig.
p l. ſi. pater. de manumiſſ. vin. l. ſi ego. §. ſi res. de iur. dot.
q arg. l. ſi tibi dederim. de don.
r l. cuius. de reg. iur. Bar. l. diſpẽſatorẽ. de ſolu.
s Bal. l. falſus. ver. quarto quæro. C. de furt.
t l. ſiue hæreditaria. de neg. geſt.
u Bart. l. i. col. 1. de don.
x l. viro atque vxore. ſol. mat. vbi Bart.

19 *Quid iuris obtineat, cùm id quod fieri debuit, tractum habet, an ante diem agi poßit.*
20 *Quid cùm pœna adiecta eſt contractui.*
21 *L. cùm ſtipulatus ſim mihi: ff. de verb. oblig. non bene ponderata à Doctoribus.*
22 *Quid dicendũ cum pœna nõ eſt adiecta, ſed in id quod intereſt agitur.*
23 *Conſumptione pecuniæ, mutui vel ſolutionis cauſa à pupillo numeratæ, cõfirmatur mutuũ vel ſolutio.*
24 *Tria adducũtur argumẽta in contrariũ, eademq́; diſſoluũtur. & num. 26. 28.*
25 *Numeratio pecuniæ ad bonorum adminiſtrationem pertinet, quam pupillus non habet.*
26 *Diſcuſſa l. obligari. §. pupill⁹. ff. de autoritate tut. & 27.*
29 *Regula eſt, rẽ piculo eius perire, qui eius rei eſt dominus.*
30 *Si mulier equum abſq; agnati conſenſu contra ſtatutum vendidit, iſq; apud emptorem moriatur, cuius ſit periculum. & num. 32.*
31 *Regula, Quod in alicuius fauorem introductum eſt, & quomodo accipienda.*
33 *Ad quem pertineat conſumptæ pecuniæ probatio, pupillum, vel eum cui numerata eſt.*

## LEX XIX.

IVLIANVS LIB. X. Digeſtorum.

NOn omnis numeratio eum, qui accepit, obligat: ſed quoties idipſum agitur, vt confeſtim obligaretur. Nam & is[a], qui pecuniã mortis cauſa donat, numerat quidem pecuniã: ſed nõ aliter obligauit accipiẽtem, quàm ſi † extitiſſet caſus, in quem obligatio collata fuiſſet: veluti ſi donator † conualuiſſet: aut is qui accipiebat, prior deceſſiſſet. Et cùm pecunia[a] daretur, vt aliquid fieret: quandiu in pendenti eſt, an id futurum ſit, ceſſabit obligatio. Cùm verò certum eſſe cœpiſſet, futurum id non eſſe, obligabitur qui accepiſſet. Veluti ſi Titio decem dedero, vt Stichũ intra calendas manumitteret: ante calẽdas nullam actionem habebo: poſt calendas ita demum agere potero, ſi manumiſſus non fuerit[b].

¶ Si pupillus[c] ſine tu-

1 NON OMNIS.) † Numeratio ſecundum contrahentium mentem regĩt: nec inde obligatio prius naſcitur, quàm actum à partib⁹ ſit: qđ
2 duobus exemplis hîc probatur. † Quandoque tamen extra id quod agitur, oritur obligatio: quod in quaſi contractibus regulare
3 eſt[a]. † Sed & quandoque quadam ex æquitate actio vtilis conceditur[b]: quod Baldus propter ſecundariam (vt ipſe loquitur) partium intentionem eſſe cenſuit. Decius verò eo in caſu ne-
4 gat, ſed omnem vim æquitati legis tribuit. † Verùm negari non poteſt, ex ſecundaria quoq; intentione, prçter id quod principaliter actum eſt, contractus ſuſtineri. Cuius rei exempla ex ea regula accipi poſſunt, qua traditum eſt, ſi id quod vt agimus non valet, ſaltem valere vt poſſumus[c]. Item ex alia, qua dicitur, pro expreſſo haberi id quod veriſimiliter partes, ſi de eo cogitaſſent, e-
5 rant conſtituturæ[d]. † Itemq; pluribus in alijs caſibus, quos libro de verborum ſignificatione tertio recenſuimus. Sed & ſi id quod actum eſt non valet, ſaltem ex numeratione oriri actionẽ conſtat[e]: tametſi aliàs ea non fuerit partium inten-
6 tio, vt numeratio ipſa actionem pareret[f]. † Sed & in ijs, quç à libera noſtra voluntate non pendent, regulæ huius legis locus non eſt: vt ſi ſeruus domino acquirere nolit[g]: vel procurator aliquid machinetur[h]: vel monachus id agat, vel aduerſus ordinis ſui legem aliquid ſeparatim habeat[i]: & ſi qua ſimilia: Dat enim lex actionem non ex eo quod actum eſt, ſed quod agi debuit. Adde quòd quandoque propter prohibitiuæ legis rationem, ad contractum ſtipulationis inter partes initum non attendimus: ſed ad numerationem potius, quæ ſtipulationis ipſius fidẽ impleuerit[k]. Et hæc quidem de obligatione. Nam retentionem concedi conſtat, etiam ſi neminem obligare voluit[l]: quod Alexander tradidit.

a l. ſi is qui. §. ſi. commod.
b l. ſi abſentis. C. eod.
c Doct. l. j. §. ſi quis ita. de verbor. oblig.
d l. tale pactum. §. fi. l. ſi vnus. §. pen. de pac.
e l. certi. §. quoniam. ſ. eod.
f l. ſi ita ſtipulatus fuero. de noua.
g l. j. §. j. & ij. de ſtipul. ſer.
h l. qui mihi donatũ. de dona.
i Auth. ingreſſi. C. de ſacr. ſan. eccle. vbi Bart.
K l. contra. ad Maced.

a ¶ Nam & is.) † Hinc ergo probatur, do-
7 nationem cauſa mortis reuocari poſſe: quod duobus caſibus oſtenditur. Addunt interpretes & tertium. Primus caſus eſt, cũ donatio cauſa mortis ab ęgrotãte ſimpliciter facta eſt, nam tunc ſola conualeſcentia reuocatur[m]: & ceſſante cauſa, etiam diſpoſitio extinguitur[n]. Cuius rei illa eſt ratio, quòd huius contractus natura eſt, vt qui donat pri⁹ ipſe habere velit, quàm donatariũ: ipſum verò donatarium, potius quàm hæredem[o]: & ita ſe habet communis ſententia[p]. Sunt tamen qui, ſi ab infirmo donatio facta ſit, nõ infirmitatis, ſed mortis cauſa adiecta, cenſeant ex conualeſcentia non reuocari[q]: idque legatorum exemplo[r]. Quam ſententiam ego probare non poſſum, legis enim noſtræ, itemque plurimarum aliarum
8 verba ſtant contrà[s]: † Secũdus caſus eſt, cùm donatarius præmoriatur: hîc enim apparet reuocari donationem. Quod[t] intelligendum, niſi aliud
9 actum ſit[u]. † Sed quid ſi dictum ſit, donari Titio cauſa mortis, eiusque hæredibus? Et traditum eſt, non videri donationem cauſa mortis eſſe, ideoq; nec reuocari poſſe: quod Iaſon & Decius cenſuerunt[x]. Ego quum verba clara ſint, nõ puto ab eis temerè recedendum. Nec enim videtur mentio hæredum hîc fieri, niſi contemplatione ipſius Titij[y], quum alioquin erga hęredes nulla eſſet affectio[z]. Poteſt igitur ea adiectio, quã ſolent conſuetudine quadã notarij adſcribere, eo caſu accipi, quo iam ius irreuocabile Titio quæ-
10 ſitum fuerit[a]. † Vnde cùm notarius Titio abſenti, eiuſq; hæredibus ſtipulatus eſſet, mortuo antequam ratũ haberet Titio euanuiſſe obligationem reſponſum extat[b]: quia hæredibus non videtur ſtipulatũ niſi ex Titij perſona, & quatenus iam ille acquiſiſſet[c]. Quòd ſi verba dubia eſſent, an donatio cauſa mortis contracta fuiſſet,
11 tunc ſatis arbitrarer, ex hæredis mẽtione conijci poſſe inter viuos potius donatũ videri[d]. † Tertius caſus eſt, cùm donantem pœnituit: poteſt enim mutare ſententiam & donationem reuoca-
12 re[e]. † Idq; etiam ſi iuſiurandum acceſſerit: & illud enim ſecundum actus naturã regitur[f], vt Decius hîc exiſtimauit[g]. Idemq; ſi promiſerit donator, rata firmaq; ea habere, nec vllo tempore contrauenire[h]. Videtur enim clauſulam hanc executiuam eſſe, quæ prçcedentem contractus naturam non mutat[i]: atque ita Bald. cenſuit[k]: quem nõ pauci ſequũtur. Si verò in principali diſpoſitione actum fuiſſet ne reuocaretur, ſecus eſſet: quia naturam donatiõis inter viuos adſumeret[l], quo
13 caſu Iaſonis reſpõſum defendi poteſt. † Idẽ cenſuit Iaſon & Decius, etiam ſi donans mutata voluntate deceſſiſſet, nullo hærede relicto, adhuc reuocari donatio per fiſcũ, qui nouiſſimè vocatur, poterit[m]. Quòd ſi fiſcus quoq; ipſe repudiet, ſecus eſt, tutusque erit iure poſſeſſionis donatarius: quia ius ex perſona actoris metimur[n], non autem iure donationis, quod Ang. exiſtimauit[o]: quia per pœnitentiã ſtatim reuocata eſt, nihilq́; ad actum,

l l. in hoc indicio. verſ. diuerſum. cõm. diui.
m l. Senatus. §. j. gl. l. iii. de dona. cau. mort. l. i. §. item cùm ipſe de donat.
† extiſtat, *aliàs*
n l. alumnæ. §. fi. de adi. lega.
o §. i. Inſtitut. de donat.
† conualuit, *aliàs*.
p l. ſi is ſeruus. de dona. inter virum.
q Decius hîc.
r l. fi. C. de poſthumis hæred. inſt. l. Marcel. in fi. vbi Raph. de donat. cau. mort.
s l. videamus. ii. §. itẽ ſi indebitum. de vſur.
t l. ſi vir vxori. §. vxor viro. de dona. inter virum.
u d. l. Senat. §. i.
x Alex. cõſ. 14. in prin. Soci. 153. in t.
y l. fin. vbi Bal. C. qui ad lib. pro.
z l. nec adiecit. pro ſoc.
a l. eũ qui ita. §. i. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. vbi Bar. in fi. de de verb. obl. l. ſi pactum. de prob.
b Paul. cõſ. 195. viſis. 4. colũ. in 2.
c d. §. i. facit qđ not. Bal. conſil. 391. 3. Fulgoſ conſ. 17. teſtator. col. fi.
d Bal. l. ii. C. de iure dot. Aret. conſ. 74.
e d. §. i. d. l. qui mortis cauſa. in fin. eod. tit.
f l. fin. C. de non num. pecu.
g Corne. conſil. 126. in i.
h Arg. gloſ. l. ſi alienã. ver. accepit. de dona. cau. mort.
i Cle. i. de præben. Fel. c. licet de offi. ord.
K Bal. l. cum quis. in fi. de condic. ob cau.
l l. vbi ita de donat. cau. mort.
m Gl. l. ex facto. §. fi. ad Treb.
n l. fin. C. de rei vendic. c. olim. de reſcript.
o Arg. l. i. qui ſine manumiſ.



ad actum, qui iure perfectus eſt, facit quòd hęres
14 nullus exiſtat[a]. † Sed quid ſi expreſſe voluntas mutata non proponatur, ſed tacitè, vt quia donans rem illam vltrò alienauerit? Et receptũ eſt, idẽ eſſe ac ſi expreſſim pœnituiſſet[b]: & ideo cenſeri reuocatũ donationem, ſicut & legatum[c]. Æquiparat enim Paul⁹ qđ ad reuocationem attinet, hoſce caſus[d]. Contrà aliqui, quia verbũ reuocatæ, in reſponſo Pauli, id eſt, redactæ ſignificat: faciliúsq; videtur adimi legatũ qđ ex vnius voluntate pendet, quàm donatio, quæ duorum conſenſu perficitur[e]. Sed cum arbitraria donandi ſit reuocatio, nihil me hæc ratio mouet, communemq́; ſententiam ſe-
15 quor. † Vnde & ex capitalibus inimicitijs reuocari donationẽ hanc nõ dubito[f], quod Iaſ. tradidit: quãuis in ea, quç inter viuos celebratur, cùm ſui natura perpetua ſit, aliter diſtingui ſoleat[g].

a ¶ Et cùm pecunia.) Alterum exemplũ quo oſtenditur ex numeratione agi prius non poſſe, quàm ſit à partibus conuentum: quia obligatio
16 ceſſat, id eſt, interim in pendẽti eſt, † id enim verbum non ad perpetuã donationem, ſed ad temporariam refertur[h]. †. Loquitur autem Iuriſconſultus non de obligatione faciendi, puta Stichi
17 manumittẽdi, ſed rei datæ repetendç, cuius dies ex mẽte partium non cedit, niſi poſtq̃ factũ amplius præſtari non poteſt: ante enim non incipit deberi[i]. Sed contrà, cùm hîc contractus ſit, do vt facias, videtur conceſſam eſſe pœnitentiam, & ideo quandocũq; re integra repeti poſſe[k]: quod interpretes omnes admittũt, verumque iure noſtro eſt, ſed legis verbis non cõuenit. † Vnde ma-
18 lim ego Iureconſulti verba ſecundum naturam tituli intelligere, quãdo non nuda pactione, ſed ſolenni ſtipulatione initus eſt contractus[l], promiſſaque reſtitutio, ſi ita factum non ſit. Vnde tali caſu repetitio certi condictione fiat. † Sed quid
19 dicemus, cùm id, quod fieri debuit, tractum habet: vt in Accurſij quæſtione, quum do centum aureos, vt inſulam mihi ante Calendas Iunias faciat: an agam ſtatim, cùm conſtiterit adeò proximam eſſe Calendarũ diem, vt amplius facere nõ poſſis, an verò lapſum diei omnino expectabo? Et hîc videtur probari, ante diem nõ poſſe: quoniam actum inter contrahentes cenſetur. Qua in re duplex eſt hæſitatio. Prima, qđ cùm pœna adiecta eſt. Secunda, quid cùm non eſt adiecta, ſed in id qđ intereſt agitur. † In prima quæſtione cõ-
20 cludunt Doctores, ſi conuentio diſpoſitiuè conceptá ſit, eique pœnalis ſtipulatio adiecta, pœnã nõ niſi lapſa die, cõmitti[m]: non enĩ debitor antè eſt in mora, vnde nec pœna cõmitti debuit[n]. Qđ ſi diſpoſitio nulla prçceſſerit, vt ſi inſulã ante Calendas non feceris, promittis centum: tunc pœnam quidẽ mero iure, cùm fieri inſulã intra diẽ non poſſe conſtat, confeſtim committit: ſed ante diẽ agenti obſtare exceptionẽ: idque ex Proculi reſponſo[o]. Verùm ego hoc quoque caſu idẽ quod in ſuperiore ſentio: eadem enim eſt ratio. Nec videntur veteres autores hoc modo diſtinxiſſe[p]. † Nec Proculi reſponſum noſtrates adiuuat: quia de hoc propoſita nulla quæſtio Proculo fuit. Et cùm in Epiſtola reſponſione pœnam iam eſſe commiſſam dicitur, lapſa die Calendarum Iuniarũ loquitur Proculus: alioquin ſignificãtius verbo Fuiſſe, vti debuit: differentiaq́; ibi adducta, an intra diem illã opus effici poſſet, hac ratione innititur: quia ſi nõ poterat effici, ſtipulator, qui diem prorogarat, videtur neceſſariò id feciſſe, vt omnino opus perficeret. Vnde in tali neceſſitate nõ capit præſumptio, voluiſſe eum ius ſuum (ipſis Calendis Iunijs, quod ad pœnã attinet, quærendũ) remittere[q]. Quòd ſi opus effici poterat, quia prorogatio merè voluntaria eſt, alia fit interpretatio[r]. Sola igitur vera huius concluſionis erit limitatio, cùm conditio non promiſſoris, ſed in tertij alicuius facto conſiſtit. Tunc enim cõfeſtim agitur, cùm exploratum eſt, conditioni locum eſſe am-
22 plius non poſſe[s]. † In ſecunda quæſtione idem concluſum communiter extat, vt ante diem, nec ad id quod intereſt agi poſſit[t]. Cùm enim obligatio hæc à lege inducatur, conſtat ante diẽ nec actionem oriri[u]. quod adeò verum eſt, vt etiam ſi conuentus inter partes expreſſe ſit, id quod intereſt, ſi aduerſus ea pactum erit præſtari, adhuc dies expectanda ſit[x]. Vnde in illa ſtipulatione, ſi ante Calẽdas opus perfectũ nõ erit, tunc quãti id opus erit, tantã pecuniã dari, traditũ eſt, poſt diẽ ſolùm agi poſſe[y]: quod verũ eſt. Ego tñ illis verbis promiſſam interpretor operis, quod ad eam diem adhuc factum non eſſet, ęſtimationem. Vnde neceſſariò expectãda fuit dies, qua videri poſſet, quatenus reliqui ſupereſſet: idq́; ęſtimari. Sanè ſi ſtipulatoris particulariter interſit cœptum non eſſe, & ideo in tempore perfici opus nõ poſſe: omnes fatẽtur, huius particulari vtilitatis nomine confeſtim actionem dari[z]. Sed quid ego ſentiam, alibi docui.

b ¶ Manumiſſus non fuerit.) Atqui nihil intereſſe ſtipulatoris videtur, cùm lex eum liberũ faciat[a]. Sed diſtinguendum eſt, an quis hanc legem proprio ſeruo imponat: vt quia ſeruũ meũ tibi dedi, vt eum intra certum diem manumitteres. Et verum eſt, lapſa die, eum beneficio legis libertatẽ conſequi. An verò de ſeruo alieno hoc actum eſt, vt ſi tibi decem dedero, vt tuũ ſeruum manumittas: & tunc ſi non manumiſeris, nõ tamen fit liber[b]: niſi illa pecunia loco precij data ſit, & ſic emptus à me ſit ſeruus[c].

c ¶ Si pupillus.) † Si pecunia mutui vęl ſolu-
23 tionis cauſa à pupillo numerata conſumpta ſit, confirmatur mutuum vel ſolutio. † Sed huic con-
24 cluſioni tria obſtant argumenta. Primũ eſt, quia ſolutio ad liberationem pupilli reſpicit, vnde etiam ſine tutoris autoritate meliorem ſuam conditionem is facere debuit[d]: qua ratione abſque illo fictam liberationem, quæ acceptilatione inducitur, conſequi poteſt[e]. Cur non igitur idem, ſi vera numeratio interuenerit[f]? Sed reſpõſum
25 communiter extat, † numerationem pecunięad

a d. l. i. Corn. cõſil. 68. col. 5. in 3.
b Dynus & Doct. l. 5. de leg. j.
c l. fideicomiſ. §. ſi rem. de leg. 3.
d l. Marcellus. in fi. de don. cauſ. mor. vbi Rom.
e Gl. l. cùm pater. §. Meuio. de legat. ij.
f l. iii. in fin. de adi. leg.
g l. fi. C. de reuo. dona.
h l. qui res. §. fin. de ſolutio.
i l. cedere. de ver. ſign.
k l. iii. in princ. & §. i. de condict. cau. da.
l Bar. l. ii. in fi. de condi. cau. da
m l. ſi deceſſerit. vbi Ang. Fulg. Alexã qui ſatiſda. cog.
n l. lecta. §. eod.
o l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. de verbor. oblig.

L. 19. Non omnis numeratio.
21
p l. in illa de verbor. obl. l. ſi cũ. §. i. ſi quis cau.
q Arg. l. rem legatam. de adi. leg.
r Arg. l. ſi fideiuſſor. §. i. qui ſati. cog.
s l. hoc iure. de verb. oblig.
t l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. de verb. oblig.
u l. inſulam intra bienniũ. de verbo. oblig. c. cõmiſſa. in princ. de elect. in 6.
x Bar. d. l. cum ſtipulatus. q. 2.
y l. ſtipulationes non diuid. §. i. de verb. obl.
z d. l. ſtipulationes. §. i. ver. planè. vbi dixi. l. cõtinuus. §. item qui eod. tit.
a l. iii. l. fi. C. ſi mãcip. ita fuc.
b l. iii. §. i. de cõd. cau. da. vbi Bar. l. naturalis. §. at cum do. de prçſcrip. verb.
c l. iij. C. ſi mãci. ita fuer.
d Inſtit. de auto. tut. in prin.
e l. ii. de accept.
f l. quòd ſi fortè in fin. de ſolut.

bonorum adminiſtrationem pertinere, quam
pupillus ipſe non habet[a], cùm omnino, etiamſi
non liberetur, ſuccurſum ſibi aduerſus tutorem
ſit: qui rationem reddet, cur melius exiſtimaue-
rit pecuniam retinere, quàm eius ſolutione pu-
26 pillum liberare. †

a l. iuſiurandum quod. §. pupillus. de iureiur.

toris autoritate crediderit, aut ſoluendi cauſa dederit, conſumpta pecunia condictionē habet, vel liberat non alia ratione, quàm ꝙ facto eius intelligitur ad eum, qui acceperit perueniſſe. Quapropter ſi eādem pecuniā is qui in creditum, vel in ſolutum acceperat, alij porrò in creditum vel in ſolutū dederit, conſumpta ea & ipſe pupillo obligatur, vel A eum à ſe* liberabit, & eum cui* dederit, obligatum habebit, vel ſe ab eo liberabit. nā omnino qui alienā pecuniam credendi cauſa dat, conſumpta ea habet obligatū eum qui B acceperit. Item qui in ſolutum dederit, liberabitur ab eo qui acceperit.

*liberat, aliàs
* crediderit, aliàs.

Alterum quod ob-
ſtet eſt, quia ſi pe-
cunia mala fide cō
ſumpta ſit, non vi-
detur condici poſ-
ſe, vt hîc dicit, ſed
potius ad exhibē-
dum agi[b]. Verum
reſpondet Decius
vtrūq; remedium
competere: quod
falſum eſt[c]. Alij
crebrius dicūt, reſ
ponſum id intelli-
gi, cùm bona fide
pecunia conſum-
pta eſt. Nā licet cō
trahēs cum pupil-
lo regulariter ma-
lę fidei cenſeatur[d],
tamen quandoque ſecus eſt: vt quia pupillus ex
aſpectu adoleſcenti ſimilis videretur[e]. Sed hæc
reſponſio textui noſtro non ſat quadrat, reſtitu-
tionem, diuinationemque magnam præ ſe fert.
27 † Ego hac in materia malam fidem in ipſa nume-
ratione adhibitam perpendi non putauerim, ſed
ſolum eam, quæ in conſumptione interuenerit.
Vnde ſi is qui pecuniam accepit, ideo conſum-
pſerit, quia vereretur ne pupillus eam vēdicaret
tunc ad exhibendum agetur, aliàs condicetur.
At quando conſtat in rem ſuam eum qui accepit
vertiſſe pecuniam: veriſimilius eſt, vtilitatis ſuæ
contemplatione potius conſumpſiſſe, quàm vt
vendicationem pupilli eluderet. Et ideo tali ca-
ſu confirmabitur mutuum. Qua ratiōe Iulianus
in pecunia furioſo numerata ſemper præſuppo-
nit, in debitoris rem verſam fuiſſe[f]. Vnde & in ca
ſu noſtro idem præſupponit, quod ex exemplo
apparet: itemq; ex ratione, dum inquit, ideo ob-
ligari, quia apparet ad eum qui accepit perue-
niſſe. Id enim verbum, perueniſſe, ad effectum v-
28 tilitatemq; refertur[g]. † Tertium argumentū eſt,
quia ſimpliciter hîc dicitur, Conſumpta pecunia
naſci condictionem. Si igitur is cui numerata eſt,
caſu fortuito eam amiſerit, habebit pupillus con
29 dictionem: quod omnes ferè hîc probant. † At id
aduerſus regulam eſt, qua traditur. Periculo dn̄i
rem perire[h]. Sed huic rationi ego reſpondeo:
cùm quadam ex æquitate, propter conſumptio-
nem confirmetur numeratio, naſcaturque per-
inde condictio, atque ſi dominium à princi-
pio tranſlatum rectè eſſet[i]: ſi ea pecunia dolo a-
miſſa ſit, ad exhibendum agi, in litemq; propter
doloſi odium iurari. Si verò caſu fortuito perdi-
ta ſit, condictionem naſci, cum ſuprà oſtenderi-
mus, vt ea detur, ſatis eſſe conſumptionē ipſam
mala fide factam non eſſe: hocq; modo deterior
futura non eſt pupilli, quàm maioris conditio.
Atq; ita Accurſij, veterumque communem ſentē
tiā ego interpretor. Alber. verò, Pontanus, Alex.
Iaſ. aliter exponunt, & rem periculo domini, id
eſt, pupilli non perire dicunt, quia rei ſpeciali fa
uore reſeruatum eſt dominiū, ne quod eius gra-
30 tia inductum eſt, in detrimentū vertatur[k]. † Qua

b l. obligari. §. pupillus. de autor. tut.

c §. nunc admonendi. Inſti. quibus alie. non licet l. rogaſti. in fi. ſ. eod.

d l. qui à quolibet de contrahen. empt.

e l. ii. §. ſi quis à pupillo. pro empt.

f l. ſi à furioſo. ſ. eod.

g l. videamus. q̄d met. cauſ. l. aliud de verbor. ſignif.

h l. pignus. C. de ping. act.

i l. ſi filius. ſ. eod.

K l. quod fauore. C. de legib.

ratione, cum mulier equum abſque conſenſu a-
gnati aduerſus legis municipalis prohibitionē
vendidiſſet, iſque equus apud emptorem mor-
tuus eſſet, non periſſe periculo mulieris Ponta-
nus reſpondit, ne tranſlatio dominij, quæ eius
fauore à ſtatuto im
peditur, in contra-
riū vertat. Sed hāc
reſponſionē rectè
Decius hîc impro-
bat: quia ſicut pro-
pter retentionē do
minij, dn̄s ipſe fru-
ctus lucratur ita ę-
quum eſt periculo
quoque ſubijci[l]. †
Et quæ in fauorem 31
inducta ſunt, dam-
num quoque ſecū
illud adportāt, q̄d
fauori connexum,
cōſequenſq; eſt[m].
Ego in Decij ſentē
tiam pedib. eo, qa
nulla lege aduer-
ſantium opinio ful
C citur: nec temerè à regula recedendū eſt, quę do-
mino ipſi amiſſæ rei damnum tribuit[n]. Nec ve-
rum videtur ſpeciali fauore pupillum dominum
eſſe: imò iure communi, & generali remanet do-
minus: licet prius dominiū ab ſe ſpeciali fauore
non abdicetur. Is ergo fauor impedimentū, q̄d
continuationi dominij obſtabat, ſuſtulit, nō au-
tem dominiū ipſum tranſtulit[o]. Satius eſt igitur
priori declarationi adhęrere, vt nō perire pericu
lo pupilli rem dicamus, quia tali conſumptione
D non dicitur amplius dn̄s. Amittit enim dominiū,
condictionéq; acquirit. † At in ꝓpoſito facti ſpe- 32
cie, cū mulier equum vendidit putauerim diſtin-
guendū, vt ſi eodē modo apud ipſam piturus fuiſ
ſet, emptor non teneat, alioquin tenetur[p]. † Sed 33
dubitari hîc ſolet, ad quē conſumptionis proba-
tio pertineat, pupillúmne, an ad eū cui numerata
eſt pecunia? Et Iaco. atq; Alb. ei qui recepit, id in-
cumbere crediderunt[q]. Alex. contrà cenſuit, cùm
fundamentum intendentis pupilli illi ſit[r]: quē
E & ipſe ſequor, ſi arctare pupillus ſe voluerit: alio-
quin diſiūctiuè hoc caſu petere poterit, ſi extat,
ſuā pecuniā, aut ſi nō extat tantundem. Ex facto
enim debitoris hæc oritur incertitudo[s].

l l. ſi prædium. l. ſi minor. C. de præd. min.

m l. antepenul. in fi. de excuſ. tu. l. ſecundum naturam. de reg. iuris Bald. d. l. quod fauore. 7. oppoſ.

n d. l. pignus.

o Arg. l. Gallus, in fin. verſ. de poſthum.

p l. item ſi. §. fin. de rei vend. l. ſi plures. in fi. depoſ.

q Arg. l. in lege. de contrahen. empt.

r l. ſi quis ex argentariis. §. penult. vbi Bart. de eden.

s l. i. §. quia aūt quor. leg.

1 *Epitome huius reſponſi.*
2 *Actus momentanei in conſideratione ſunt, vimq; ſuam habent: idq; exemplis aliquot declaratur. & num. 3. 4. 6.*
5 *Priuilegia matrimonio conceſſa, etiam in momentaneo locum habent.*
F
7. 12 *Quibus caſibus actus momentanei in conſideratione non ſint.*
8 *Donatio ſub modo, propriè donatio non eſt: ſicut nec quæ fit mortis cauſa. Limitationem vide num. 9.*
10 *Etſi de proprietate ſermonis agitur, ſuperiori tamen regulæ locum eſſe Alciatus cenſet, contra Doct.*
11 *Actus momentaneus ſi ſit ſine effectu non conſideratur: ſecus ſi ſit alicuius effectus.*
13 *Regula eſt, ex ijs, quæ incontinenti ſubſequuntur facilius dolum præſumi.*
14 *Exempla ad hanc regulam. & num. 15.*
16 *Cum prohibitoria qualitas à lege requiſita in actu non adeſt, nihil refert quod momento pòſt adfuerit. Exēpla ap-*



*pla apponuntur num. 17. & 18.*
19 *In caſu l. noſtræ, ſi donatio pupillo facta eſſet, an retrò eam ex cauſa mutui numerando dominium transferret. & 20.*
21 *Minor fundum hac lege emens, vt donec precium ſolueretur, eſſet pignori, fundum pignori non obligat.*

## LEX XX.

IVLIANVS LIB. XVIII. Digeſtorum.

SI tibi pecuniā donaſſem, vt tu mihi eandem crederes, an credita fieret? Dixi, in huiuſmodi propoſitionibus nō propriis verbis nos vti. Nam talem contractum neque donationem eſſe, neq; pecuniam creditam. Donationē non ea mente pecunia daretur, vt omni modo A penes accipientē maneret. Creditam non eſſe, quia ex ſoluendi cauſa daretur magis, quàm alterius obligādi. Igitur ſi is, qui pecuniam hac conditione accepit, vt mihi in creditum daret, acceptam dederit, non fo- B re creditam. Magis enim meum accepiſſe intelligi debeo. Sed hæc intelligenda ſunt ꝓpter ſubtilitatē verborū. Benigniustamē eſt, vtrunq; valere.

SITIBI pecuni-
1 am.) † Eleganti
hoc Iuliani re-
ſponſo oſtenditur,
dominij trāſlatio-
nem, quod alienan
tem mox reuerſurū
ſit, benigna inter-
pretatione effectū
habere[a]: licet ver-
borū ſubtilitas hac
in re aliquam dubi-
2 tationem fecerit. †
Hincq; generaliter
annotant plerique,
actus momētaneos
in cōſideratione eſ
ſe vimq; ſuam habe
3 re[b]. † Vnde nato
poſthumo teſtamē
tum rumpitur, quamuis incontinenti ille deceſ-
ſerit[c]. Et lex municipalis, quæ filiam extanti-
bus maſculis excludit, locum habebit, etiam ſi
momento extiterint[d], vt ius deliberandi ad pro-
4 prios hæredes trāſmittant[e]. † Et ſi maritus ex ſta
tuto, vxore in matrimonio præcedente, dotem
lucrifacere debeat, ſatis eſt matrimonium vel
5 momento conſtitiſſe. † Priuilegia enim quæ ma
trimonio indulgentur, etiam in momentaneo
6. locum habent[f]. † Et quod dicitur, ſucceſsione
debitoris confundi actiones, de momentariis
quoque intelligitur[g]. Sic publiciana ei compe-
7 tit, qui vel momento poſſederit[h]. † Non proce-
dit tamen ea concluſio quibuſdā caſibus. Primus
eſt, cùm de materia tractatur in qua à ſermonis
proprietate recedi non poſsit. Et hoc eſt quod
Iulianus ait, impropriis verbis vti. Vnde traditū
extat, in ſtatuto donationis mentionem faciēte,
de hac intelligendum non eſſe, quæ mox reſol-
8 uenda propter modi adiectionem fuerit. † Dona
tio enim ſub modo, propriè donatio non eſt: ſi-
cut conditionalis[i]: item quæ mortis cauſa facta
[k]. Sed quid ego de hoc ſentiā, alibi teſtatus ſum.
Videtur enim aliud Vlpianus ſenſiſſe[l]: videntur
9 & recentiores[m], † maximè ſi dictio aliqua nomi-
ni donationis appoſita ſit[n], vel quæcunq;, qua-
liſcunq;, & ſi qua ſimilis. Faciunt enim hæ dictio
nes, vt latior interpretatio accipiatur, etiam ſi ꝓ-
prietati non omnino conueniat[o]: quod alibi ad-
10 uerſus ea, quæ hîc Decius tradit, oſtendi[p]. † Illud
in præſentia cenſuerim, etiā cùm de ſermonis ꝓ-
prietate agitur, prædictæ concluſioni locum eſ-
ſe, & ideo ab hac limitatione recedendū eſſe: niſi
cùm de verbis agitur, quæ tractum propriè requi
rant[q], vel quæ executionis effectum ſignificent,
vt in caſu noſtro. Donatio enim nomen execu-
tionis ipſius contractus eſt, vt aliàs declaraui[r]:
quæ executio reſpectu pecuniæ, in legis noſtræ
exemplo nulla eſt, cùm in effectu ius potius ex
mutuo agendi tranſlatum ſit, quàm donata pecu

a l. ſi quis duos de ſol.

b l. iiii. C. quādo dies leg. ced.

c l. penult. C. de poſth. hæred. inſtit.

d l. filiusfa. §. cum quis vbi Bart. de leg. i. Alex. conſ. 20. in f.

e Bar. l. ii. §. ſed ſi ſint ſui. ad Tertull.

f l. non tantum C. de leg.

g Bart. l. placet. 2. oppo. de acquir. hæred.

h l. cum ſponſus. in fi. de publi.

i l. i. §. i. vbi Bartol. in fi. de donat.

l

k l. filiusfam. vbi Bar. de donat. l. alienatum. §. i. de verb. ſig.

m Imol. d. l. i. Baldus c. i. col. 6. de prohib. feu. alien. per Fed.

n Corn. conſil. 41. in f.

o c. ii. §. vbi Gemin. de reb. eccle. non alie. l. id tempus. in fin. vbi Rom. de vſucap.

p l. i. C. de ſacr. ſanct. eccleſ.

q l. ſi pro patre. §. verſum. de in rem verſ.

nia. Meritò dictum eſt, donationem pecuniæ im
propriis verbis dici, tametſi ad eò modica ſit im-
proprietas, vt Iureconſultus mitius interpretan-
do dixerit negligendam. † Secundus caſus eſt, 11
quoties actus momentaneus ſine effectu aut cō-
moditate aliqua eſt
tunc enim ad eum
non attendimus[s].
Secus, ſi effectus ali
cuius[t] ſit, vt in caſu
noſtro. Reſtitutio-
ne enim pecuniæ
mutatur titulus, ob
ligatioq; ex mutuo
naſcitur. Intelligi-
turq; lex noſtra, cū
ſtatim retrò pecu-
nia datur. Si eñ ex
interuallo id fieret,
propter medij tem
poris cōmoditatē,
probabilis nō eſſet
Iuliani dubitatio:
meritò igitur intel-
ligenda eſt, cùm ſo-
lius tituli mutatio
oritur. Idem in eo,
qui vſuras ſoluere
iurauerit: licet eñ
incontinēti poſsit
C repetere, tamen neceſſaria eſt ſolutio, vt periuri-
um deuitet[u]. Vnde & in quibuſdam caſibus ac-
ceptio, Dolo facis, &c. locum non habet[x]. Non
enim modica eſt vtilitas, ex actore reum propter
commodū poſſeſsionis fieri. † Tertius caſus eſt, 12
quoties de re ageretur, quæ ex mera partium vo
luntate non conſiſteret: hiſce enim in actib. fraus
promptius præſumeretur, effectusq; propter ta-
lem fraudem impediretur[y]. † Vnde regula gene- 13
D ralis tradita eſt, Ex iis quæ incontinenti ſubſe-
quuntur, facilius dolum præſumi[z]. Qua in re ad
relationem legis maximè aduertendum eſſet[a].
† Vnde ſi quis decrepita ætate monaſterium in- 14
grediatur, vt ſubſtitutum excludat, cùm fauor a-
nimæ in tali eſſet, putarim talem ingreſſum nul-
lius eſſe effectus[b]. Sic & in marito traditum eſt, q
repudium vxori moriturę mittit, ne in matrimo
nio deceſsiſſe videatur, dosq; ad ſtipulantem re-
uertatur[c]. † Ad idem pertinet quod Baldus cen- 15
E ſuit ceſsionem non videri titulo lucratiuo non
factam, ſi incontinenti precium reſtitutum ſit, ne
ſcilicet fraus legi fieri poſsit[d]. Illud cōſtat, † cùm 16
prohibitoria qualitas à lege requiſita in actu nō
adeſt, nihil referre, quòd momento pòſt adfuerit.
Actus enim ſemel validus, nō ideo infirmatur[e].
† Vnde qui ſoluit antequam condemnatio facta 17
ſit, pœnam ſtatuti euitat, nec ideo fraudem face-
re dicitur[f]. † Qua ratione exiſtimauerim, ſi domi 18
nus ab emphyteuta iure prælationis melioratio
F nes emerit[g], tametſi alteri incōtinenti vēdiderit,
nō tn̄ fraudē præſumi: vtitur eñ iure ſuo[h]. Nā cū
ſpeciale ſit, q̄ princeps res eccleſiæ iure ꝑmuta-
tionis accipit, vt alteri vendere nō debeat[i]: inde
apparet, regulariter aliud conſtituēdum: etſi ſciā
controuerſi iuris hunc eſſe articulum[k]. Sed fin-
ge, non eſſe abolitum centeſimæ in cōtractibus
vectigal, an in caſu noſtro, ſi pecuniam quidem i-
pſam tibi nō donem, ſed eam confitear à te mu-
tuò accepiſſe, efficaciterq; exceptioni non nume
ratę pecunię renūciē, duplicis functionis nomi-
ne

L. 20 Si tibi pecuniam.

r l. i. ſ. eod.

s l. fi. in fi. C. de bon. quæ lib. l. iii. §. item. de lega. præſtan. l. qui ſic. de ſol. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ad Trebell.

t l. ſeruus dotalis. ſol. matr.

u c. debitores. de iureiur. vbi Felin. col. v.

x l. dolo. de doli except.

y c. officij. in fi. de elect. l. i. §. generaliter. l. fi. ſi quis teſt. lib.

z Bar. l. poſt contractum. de dona. l. ſi ventri. in fi. de priuil. cred.

a l. quæ tamen. de dona inter vir & vx.

b Gl. Bal. Doct. authen. niſi. C. ad Trebell.

c l. filiæ meæ emancipatæ. ſolut. matr.

d Bar. l. per diuerſas. C. mandati.

e l. Seia. §. virgini. de donat. inter vir.

f Bar. l. iuſiurandum. 2. §. fi. infrà. tit. i.

g l. fin. C. de iur. emphyt.

h l. nullus videtur. de reg. iur.

i Authen. vt de cætero.

K Guido Papæ quæſt. 411.

ne teneat? Et videretur, quia verè duo contractus cenſentur interueniſſe, donationis & mutui, confeſsioq; ipſa hoc probat [a]. Et licet pecunia reſtituenda mihi fuerit, ſoluẽdum tamen eſt vectigal: ſicut in cõtractu reſponſum eſt, in quo redhibitioni locus ex edicto ędilium deinde fuerit [b]. Sed tamẽ durum eſt, vt lex odioſa vectigal imponens, ad hunc donationis contractum protrahatur [c], qui non verè, ſed tacito quodam cõmento celebratus cẽſetur. Et ideo videtur ſatis eſſe, ſi vnius contractus nomine tantùm ſoluatur [d].
19 † Sed dubitatur, quid in caſu legis noſtræ, ſi hæc donatio pupillo facta eſſet, an retro eam ex cauſa mutui numerando dominiũ transferret? Et Decius transferri cenſuit: quia licet pupillus abſque tutoris autoritate mutuò datæ pecuniæ dominium transferre non poſsit [e], tamen hoc caſu, quo ex neceſsitate præcedentis conuentionis hoc facit, ſecus videtur [f], idq; legis noſtræ argumento. Poteſt enim quilibet do-
20 nationi ſuæ legem imponere [g]. † Sed hac in re ego dubito: quia id pactum non rem, ſed perſonam reſpicit: quæ perſona acquirere potuit, ob-
21 ligare ſe non potuit [h]. † Vnde videmus, ſi adoleſcens fundum emat, hac lege, vt donec precium ſolueretur, eſſet pignori: nullam eſſe pignoris obligationem [i]. Nec ego eorum diſtinctionem ſequi poſſum, qui ſi ante vẽditionem vel in ipſo contractu ita conuenerit, valere pignus tradiderunt: hæc enim ſententia, licet colore non careat, verba legis violat. Alioquin & ſi incontinenti poſt venditionem ita conueniſſet, idem reſpondendum fuerat, tanquam præſumeretur hoc à principio actum [k]. Satius eſt igitur, de legis noſtræ regula limitare, vt mutuum ex neceſsitate præcedentis donationis factum valeat, niſi de perſonis tractetur, quæ lege prohibentur mutuò dare, id eſt, dominium transferre. Nam etiam videmus, ſi lex ſimpliciter prohibeat, bona immobilia alteri quàm communicipi alienari: non excuſari hæredem, qui iuſſu teſtatoris peregrino homini vendiderit [l].

a Bar. l. cùm falſa. C. de iur. & fact. ignor.
b l. debet. de ædili. edict. Bar. l. ſi prędium. col. 2. C. de ædilit. actio.
c Bart. l. cætera. §. ſed ſi quis. de leg. i.
d arg. l. in numerationibus. de ſolut.
e arg. 5. §. proximo.
f l. i. C. quando decreto opus. Socinus conſi. 48. in 1.
g l. quoties. C. de dona. quæ ſub mo. auth. excipitur. C. de bonis quæ lib.
h l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. de actio. emp.
i l. i. in fi. de rebus eor.
k d. l. c. officii. & l. petens. C. de pact. gl. l. Pomponius. verb. rati de neg. geſtis.
l Alexand. l. ſi dignũ. ad l. falci.

## LEX XXI.

IVLIANVS LIB. XLVIII. *Digeſtorum.*

QVidam exiſtimauerunt, neq; eũ qui decem peteret, cogendum quinque accipere, & reliqua perſequi: neque eum, qui fundum ſuum diceret, partem duntaxat iudicio perſe-
A qui. Sed in vtraq; cauſa humanius mihi facturus videt̃ prætor, ſi actorẽ cõpulerit [a] ad accipiẽdum id quod offeratur: cũ ad officiũ eius pertineat, lites † diminuere.

dirimere, *aliàs.*

1 *Facti ſpecies ad hoc reſponſum.*
2 *De qua obligatione loquatur lex noſtra.*
3 *Si debitor partem debiti fateatur, eamq; offerat nudis verbis, an litem conteſtatam, cogendus eſt illam partem ſoluere, & ſuper reliqua tantùm actio creditori concedetur.*
4 *Si autem poſt litem conteſt. fiat oblatio re ipſa, cogitur creditor eam accipere, finieturq; inſtantia, ſecus ſi nudis verbis, quia inſtantia durabit, & ſuper vtraq; ſumma vna ſententia feretur.*
5 *An ſit etiam alia huius oblationis vtilitas.*
6 *Creditor inuitus non cogitur particularem ſummam recipere.*
7 *Quibus caſibus hæc regula ceſſet. num. 8. 10. 11.*
9 *Compenſatio reſpectu partis in ſolutione admittitur.*
12 *Communis intellectus ad hanc legem reprehenditur.*
Ibid. *Particularis ſolutio regulariter admittenda, contra cõmunem. & num. 18.*
13 *Argumenta quibus hæc regula confirmatur. & num. 14. 15. 16. 17.*
19 *Promiſsio vſurarum conditionem habet, ſi ſors perſoluta non ſit.*
20 *Stipulatio, amplius nõ agi, etiam ſubiecta pœna, diuiſionem recipit.*

QVIDAM exiſtimauerũt.)
1 † Cùm prætenderes te centum mihi credidiſſe, & ea pe-
B teres, id eſt, litẽ cõteſtatus eſſes [m], egoq; ſolùm qnquaginta debere me cõtenderẽ, eaq; offerrẽ: hîc traditur, cogẽdũ te eã ſummã accipere, ſaluo
2 in reliquis iure tuo [n]. † Sed dubitat̃ qua de obligatione ſit intelligendum. Et pleriq; tradunt, de ea, quæ re ipſa offertur, deponit̃, obſignat̃ [o]. quæ ſentẽtia Vlpiani reſpõſum violat [p], legẽq; noſtrã reſtringere videtur, in qua diſpoſitionis, obſignationiſq; nulla eſt mentio.
3 † Vnde diſtinguẽdũ ego cẽſeo: aut ante litẽ cõteſtatã nudis verbis fa-
C cta eſt oblatio, & cùm ea vim cõfeſsionis ſaltem habeat, nõ debet iudex actionẽ reſpectu ſummæ confeſſæ concedere, & ad litis cõteſtationẽ in ea procedere [q]: ſed tãquã in cõfeſſum executiuè ꝓcedet, vt rẽ ipſam, quatenus cõfeſſus eſt, præſtet [r]. Solùm igitur hoc caſu ſuper reliqua ſũma, quæ ſola cõtrouertitur, iudiciũ dãdũ erit [s].
4 † Aut poſt litẽ cõteſtatã fit hæc oblatio, & ſi re ipſa fiat, putauerim legi noſtræ locũ eſſe, vt iudex actorẽ ad accipiendũ cogat, finiſq; inſtãtiæ (quod ad eam
D partẽ attinet) impoſitus cẽſebitur [t], vt rectè Fulgoſius, Paulus Caſtrenſis, Alexãderq; tradiderũt. Poteritq; iudex eius ſummæ reſpectu ab obſeruatione iudicij rerũ abſoluere [u]. Quod ſi nõ faciat, ſed ſuper reliqua ſumma ſolùm pronunciet, tacitè abſoluiſſe ab alia iã ſoluta videbitur [x]. Quòd ſi nudis verbis conſtiterit oblatio, putarim inſtãtiã durare, & ideo ſuper vtraq; ſumma vna ſentẽtia decidendũ eſſe [y]: idq; ne iudicium, quod aliàs indiuiduum eſt, diuidatur. Et ita Innocentij, Al-
E berici, Angeli, Pontani, Iaſonis ſententiam defendi. Reſpectu enim ſummæ poſt litem conteſtatam confeſſæ, diffinitiuè pronunciandum
5 eſt [z]. † Sed rurſus dubitatur, alius ne vtilitatis erit hæc oblatio? Et Accurſius ait, ſummæ oblatæ reſpectu, moram impediri: quod intelligendum, ſi re ipſa facta ſit [a]. Addit Iaſon & Decius, etſi oblatio nulla facta ſit, idem eſſet, cùm actor expreſsim teſtatus non eſt, ſe partem accepturum [b]. Sed hæc ſententia le-
F gi noſtræ non conuenit, qua probatur, cogi actorem ad accipiendum: nec illud perpenditur, quòd prius facta ſit huiuſmodi proteſtatio. Vnde verius eſt, tunc ſolùm neceſſariam eſſe, cùm de lege falcidia agitur [c], in qua lex totum retineri concedit, donec ad liquidum omnis ſumma redacta ſit [d]: quod alibi declaraui [e].

6 a ¶ Si actorem compulerit.) † Concludunt regulariter Doctores, creditorem inuitum non cogi,

m l. amplius. rem rat. hab.
n l. permittendũ. ſi pars hær. pe.
o l. acceptam. C. de vſur. l. obſignatione. C. de ſolut.
p l. ſi debitor offerret de ſol.
q d. l. ſi debitor.
r l. ſi debitor. de iudi.
s l. ſi reus paratus. de procu.
t l. iuſiurandum & ad pecu. §. fi. vbi Bart. ſ. ti. i. Bart. l. i. C. ſi aduerſ. rem. iud.
u §. fin. Inſtit. de perpet. & tempo. actio.
x l. ſi conſtante §. fin. vbi Bar. ſol. ma. l. ſi plures. vbi gl. & Bart. de fideiuſſ. in prin.
y l. in hoc iudicio. fam. erciſ.
z Gl. l. proinde. ii. in fi. ad legẽ Aquil. §. ſuſcepto. authen. de exhib. reis.
a l. qui decem. de ſol. l. prætor. §. ſi quis paratus. de oper. noui nunc. vbi Bar.
b l. qui ſolidũ. in prin. vbi Bart. de lega. ii.
c l. in fideicommiſſ. de vſur.
d l. i. §. hæc verba. ſi cui plus quàm per l. falcid.
e l. quod te ſuprà eod.



cogi, vt particularem ſolutionem recipiat: quia incommoda plerunque eſt huiuſmodi minutatim facta ſolutio [a]: idque etiam ſi diuerſis in rebus, dum tamen ex vna cauſa ſatisfaciẽdum ſit [b].
7 † Si enim ex diuerſa cauſa obligationes ortæ eſſent, ſecus eſſet: quia cùm alia aliam non reſpiciat, non videtur actum, vt eadem ſolutione omnes tollantur [c]. Volente enim creditore, vt quia id actum ſit, non eſt dubium particularem ſolutionem admitti. Vnde exactor publicus, ſi volens partem debiti recipiat, reipublicæ præiudicat [d].
8 † Nam & quando in diuerſis locis ſolui conueni, actum cenſetur, vt vno loco vna pars, alio alia reddi poſsit [e]. Quod & in eo qui decem debebat reſponſum eſt, cùm duos fideiuſſores in quina dediſſet. Poteſt enim quinque ſolùm ſoluendo, alterutrum liberare [f]. Fauore quoque libertatis admiſſum videtur, vt particularis hæc ſolutio ſufficiat: idque etiam ſi ſub conditione (quod infrà attingam) debeatur [g]. Idemque in eo qui fundi patrimonialis, ſiue emphyteutici penſionem fiſco ſoluit [h]: quod an in emphyteuta priuati hominis procedat, magna eſt altercatio [i]: mitius enim cum principe, ſicut &
9 cum lege, agitur. † Vnde compenſatio, quæ legalis ſolutio eſt, reſpectu partis admittitur [k]. Et qui ex ſtipulatione prætoria plures ſiſtere in iudicio debet, ſi non omnes ſtiterit, tamen ad ſolidam pœnam effectu non condemnatur [l]: mitiſ-
10 ſimè enim etiam cum prætore agitur. † Sed quod fauor cauſæ aut æquitas operatur, neceſsitati quoque indulgendũ fuit: vt qui ſoluendo nõ eſt,
11 ſaltẽ quatenus põt ſatisfaciat [m]. † In caſu quoq; legis noſtræ ſpeciale eſt, vt pars ſolui poſsit, cum debitor partem cõfitet̃, partẽ negat, & ſic pars liquida eſt, alia non eſt [n]. Et hæc quidem commu-
12 niter approbata ſunt. † Sed hunc ego intellectum legi noſtræ non conuenire arbitror, & in eo ſemper exiſtimaui cõtrariam potius regulam conſtitui debere, vt particularis ſolutio regulariter admittatur, idque legis noſtræ argumento, quam Doctores violant, dum eam reſtringunt in debitore, qui neget: melioremque negant, quàm confitentis conditionem faciunt: dum item reſtringunt, cùm creditor in promptu reliquę ſummæ probationes non haberet [o]. Finge enim habere publicum documentum, nónne adhuc ratio legis obſeruanda eſt, vt lites diminuantur? Non enim id documentum iure noſtro paratam executionem habet [p], vt ideo negante aduerſario litigandum non ſit. Quòd ſi habeat, cur creditor ſummam confeſſam non recipit? & reliquum, ſi adeò res clara eſt, cõfeſtim petit [q]? Non
13 igitur reſtringi debent legis noſtrę verba. † Adde quòd nec ratio communis ſententiæ quenquam iuſtè mouerit. Particularis enim ſolutio rarum eſt vt incommoda ſit, niſi à pluribus perſonis exigendum eſſet [r], vel niſi per nimias minutias fieret [s]. Atqui incommodum in eo non verſatur quod ſolutum eſt, ſed quia reliquum ſolui detre-
14 ctatur. † Sed & pro noſtra ſententia eſt, ſtipulationem dandi quantitatem omni reſpectu, & ſic ſolutione quoque diuiduam eſſe [t]: quàm qui interpretantur, vt procedat volente tantùm creditore, nimium reſtringunt, vel potius legi ipſi aduerſantur, quæ debitorem hominis, partis ſolutione non liberari ait, cùm ſi ei volenti ea pars ſolueretur, id falſum eſſet [u]. Neceſſariò ergo in-
15 telligi debet, cùm inuito creditore ſoluitur. † Mouet me & illud, quòd aliàs XII. tabularum lex,

a l. planè. famil. erciſc.
b l. iii. §. ſi reddita. cõmo. gl. l. & eleganter. §. nõ ſolũ. vbi Bart. in fin. de dolo.
c l. ſi. quib. mod. pig. vel hyp.
d l. ſi. C. de apochis pu. lib. x.
e l. iii. §. ſi quis ita. infrà de eo quod cer. loc.
f l. in his. §. ſi duos. de ſolut.
g l. cùm hæres. §. item ſi decẽ. de ſtatulib.
h l. pen. C. de collat. fund. pat. lib. 11.
i Gl. pen. l. ii. C. de iur. emphy. Bart. l. cũ qui. in fi. de annul. lega.
k l. etiam. C. de compenſ.
l l. ſi ſeruus. §. i. ſi quis caut.
m Auth. hoc niſi. C. de ſol. c. Odoardus. de ſolutionibus.
n d. l. permittendum. ſi pars hæred. pet.
o Bald. Lud. Alex. hic.
p l. minor xxv. annis, cui fidei commiſſum. de minor.
q gl. l. poſt rem. de tranſact.
r d. l. planè. l. iam tamen. §. pen. iud. ſol.
s l. cum hi. §. cauſæ de tranſact.
t l. hi. §. & harũ. de verb. oblig.
u l. ii. §. i. s. eod.

quæ pro portionibus æs alienum diuidit [x], iniqua fuiſſet, iuſque creditoris ſuſtuliſſet, niſi particularis ſolutio in defuncti perſona admitti potuiſſet. Vnde ſi vnus ex hæredibus eius, qui dare promiſerat, partem ſuam creditori offerat, accipere is tenebitur [y]. Ergo credendum, idem ipſi debitori fuiſſe conceſſum, ne ex perſona hæredum conditionem obligationis immutatam di-
16 camus [z]. † Sed & illud me mouet, quod ſuprà di-
A xi, eum qui canonem fundi patrimonialis debet, particulariter poſſe ſoluere [a]. quòd ſi id in fiſci præiudicium inductum eſt, cur non magis in priuati [b]? nam & ea conſtitutio nihil ſpeciale inducere videtur, ſed ſolùm vices ſolutionum reſtringere, ne ternas excedant, pœnamq; ipſi officio ir-
17 rogare. † Accedit, quod verius videtur poſſe creditorem particulariter agere, idq; etiam inuito debitore [c]. Cur ergo & non idem vice mutua dicemus, vt & debitor inuito creditore pro parte
B ſoluere valeat [d]? Nec me mouent quæ pro communi ſententia adducuntur rationes, quia ſat &
18 ſuper, eas omnes diluit Deci. † Putauerim igitur ſecundum legis noſtræ verba, conſtituendam generaliter regulam, vt particularis ſolutio inuito creditore admittatur: niſi cùm non ſolùm quantitas debita eſt, ſed vlterius, ſi ea non ſoluatur, certa vſura aut pœna promiſſa ſit [e]: tunc enim propter conditionis adiectionem præcedens actus diuiſionem non recipit [f], idq; ex ipſius conditio-
C 19 nis, quæ ſcindi non poteſt, natura [g]. † Habet enim promiſsio vſurarum conditionem, ſi ſors perſoluta non ſit. Quod tamen limitandum fauore libertatis eſt [h], non tamen vt conditio ſcindatur, ſed vt ſolutio pro parte admittatur. Item limitandum propter æquitatem prætoriæ ſtipulationis, cùm iudicio ſiſti tot homines promiſſum eſt [i]. Idem cùm ſtipulator poſſeſsioni incumbit, & vnum ex hæredibus contrauenientem, excep-
20 tione ſubmouere poteſt [k]. † Qua ratione ſtipula-
D tio amplius non agi etiam ſubiecta pœna, diuiſionem recipit, quod alibi declaraui [l]. Idem cùm conditio ipſa propter naturã rei, cui adiecta eſt, mentemq; teſtatoris diuiſionem recipit [m]. Sanè in debitore, qui pignus dedit, illud cõſtat eſſe receptum, ne redimere pignus poſsit, niſi integra ſolutione facta [n]. Eius enim luitione perſonam actoris ſuſtinet, qui integrè ex parte ſua adimplere debet [o].

E 1 *Epitome huius legis ex communi ſententia.*
2 *Quibus argumentis defendatur commune ſummarium. & 4. 5.*
3 *Libellus vim interpellationis non habet.*
6 *Contrariæ ſententiæ fundamenta text. ſaltem de iudiciali interpellatione, quæ fit per litem conteſtatam, intelligendum eſſe.*
7.8 *Reſponſiones ad argumenta communis ſententiæ.*
9 *Aeſtimatio an creſcat à die petitionis. & numer. 11. 12. 15.*
F 10 *Qui in mora eſt, furi ſimilis eſſe cenſetur.*
13 *In bonæ fidei iudicis ſententia in ſtricti iuris contractibus litis conteſtatio attenditur.*
14 *Furtum dolo malo fit, mora ſolam culpam arguit.*
16 *Plures ſunt effectus moræ.*
17 *Cùm hic de obligatione dandi agatur, quæ præciſa eſt, quorſum de æſtimatione quærere opus fuerit?*
18 *Communis Doctorum reſponſio ad hanc dubitationem, eademq; improbata. & num. 19.*
20 *Debitor rei fungibilis, æſtimationis oblatione liberatur.*

21 Qui-

L. 21. Quidam exiſtimauerunt.

x l. ii. C. de hær. actio. l. pacto ſucceſſorum. C. de pact.
y l. ſi teſtamento. §. i. de fideiuſſ.
z d. l. ii. §. ex his.
a d. l. pen.
b Gl. d. l. ii. de iure emphyt.
c d. l. iam tamẽ. in fi. l. in cõmodato. §. duob. commod. l. age. C. de tranſact.
d l. Arrianus. de actio. & obli.
e l. tutor. §. Lucius. de vſur.
f l. v. §. fin. de verb. oblig.
g l. cui fundus. de cond. & demonſt.
h d. l. cum hæres.
i d. l. ſi ſeruus. §. i. ſi quis caut.
k l. iiii. §. Cato. de verb. oblig.
l d. §. Cato.
m l. cui vſuſfructus. de vſufr. leg. vbi Bart.
n l. qui pignori. de pig. l. ſi pignori. ver. contra. fam. erciſ.
o l. Iulianus. §. offerri. de actio. empt. l. Celſus. §. Itẽ Celſus. ad exhib. Bar. l. ſi quis aliam. de ſolut.

21 Quibus caſibus hæc doctrina locum habeat. & num. 22. 23. 24. 25.
26 Quando non ſufficiant rei æſtimationem offerre, ſed res ipſa præciſe danda ſit.
27 In his caſibus, quibus res petita ipſa præſtari præciſe debet, regulare eſt, æſtimationẽ à tẽpore moræ creſcere, quãdiu mora durauit, vt quãti plurimi res interim valuit, id debeatur, etiamſi hic valor momento temporis tantum durauerit.
28 In lege falcidia ad charitatem, quæ momento temporis durauit, non attenditur, aduerſus moratorem attenditur.
29 Supradicta concluſio quibus caſibus non procedat. & 30. 31. 32.
33 Expenditur l. ij. §. vlt. ff. de actio. empt.
34 In fideiuſſore an æſtimatio à die moræ ipſius principalis etiam contra eum ineunda ſit. & num. 35.
36 Quid in eo quod intereſt ſtatuendum ſit, cùm quis facere tenetur.
37 Quid in fructibus vel vſuris.
38 Aeſtimatio & fructus differunt.
39 In iis obligationibus, quibus æſtimationem ſoluere ſat eſt, quo tempore æſtimatio attendenda ſit.
40 Caſus aliquot, in quibus in ſtricti iuris contractibus tempus conteſtationis non attenditur. & 41. 42. 43.
44 Si quis promiſit alternatiuè vinum vel æſtimationem, an nihilominus vinum peti poſſit.
45 Ex aduentu diei, qui in contractu aſſignata eſt, committitur mora.
46 Ampliationes ad hanc regulam.
47 Cùm dies contractui principaliter fauore debitoris adijciatur, cur commiſſionem moræ in eius damnum inducat.
48 Limitatio prædictæ doctrinæ.
49 Ex obligatione cui dies non adeſt, etiam ex interpellatione extra iudiciali mora committitur.
50 Quæ ſit ratio, quòd in obligationibus dandi, mora abſq; interpellatione non committitur, cùm in obligationibus facti ſucceſſiui ſit ſecus.
51 Cùm interpellatione in mora conſtituat, cur non & citatio, libelliq; oblatio.
52. 53 Caſus, in quibus interpellatio extraiudicialis non ſufficit, ſed litis conteſtatio eſt neceſſaria.
54 Argumentum de tempore ad locum eſſe probabile, item de re & perſona ad locum.
55 Sicut tempore ieiunij licitum eſt veſci carnibus ex cauſis neceſſitatis, ita & loco prohibito.
56 Quando argumentum de tempore ad locum non valeat.
57 Semper & indiſtinctè ratio loci habenda eſt.
58 Suſpectus de fuga in æde ſacra capi non poteſt.
59 Debitor ad eccleſiam confugiens extrahi non poteſt.
60 Aeſtimatio vini ſecũdum eum locum debetur vbi vinum reddendum fuit.
61 Idq; obtinet, etiam ſi de reſciſſione contractus agatur, repræſaq; ea in re Baldi Pauliq; autoritas.
62 Quod de æſtimatione dicitur, an idem de menſura reſpondendum ſit.
63 Expenſæ & damna ſecundum locum, in quo ſolui debuit, computantur.
64 Si nullus in contractu locus ſit expreſſus, vbi petitum ſit, inſpici debet.
65 Peti regulariter in foro rei debet.

## LEX XXII.

IVLIANVS LIB. IIII. ex Minutio.

1 VINVM.) † Ex communi ſententia, ſic in epitomen redigi id reſponſum poteſt: Æſtimatio vini debiti incipit ab interpellationis, id eſt, moræ tempore creſcere. Dixerit aliquis, compendium id nihil commune cum contextu habere: nam de interpellatione, quodq; ab eo tempore æſtimatio creſcere incipiat, poſſitq; ſubinde augeri, nihil prorſus dicitur. Verùm noſtri Doctores fortiſſimis argumentis compulſi, intra hoc præſidium recipere ſe cogũtur. Videndũ igitur in primis eſt, an verba legis hanc interpretationẽ accipere poſſint.†

**A** Vinũ, quod mutuũ datũ erat, per iudicem petitum eſt.

2 Et cùm lex dicat, Petitum eſt, videretur id verbum de huiuſmodi interpellatione intelligi debere. Eſt enim generale [a], vnde & generaliter accipiendum, vt ſi extra iudicium facta ſit interpellatio, ea attendatur: ſi verò non ſit facta (3 † quia receptum eſt, libellum vim interpellationis nõ habere [b]) conteſtatio intelligatur: & ſic diuerſo reſpectu
B vtrunque ſenſum vox hæc accipiat. 4 † Suadet hoc & ratio: ſi enim dies, quæ tacitè interpellat, ad hanc æſtimationem attenditur, multò magis ipſa expreſſa interpellatio. 5 † Dictat hoc etiam æquitas: cùm enim interpellatione tali committatur mora [c], debet hæc debitori eſſe damno, vt confeſtim augeri æſtimatio poſſit [d]. Et ita crebrius receptum inter eos videtur, qui ingenij ſui monumenta poſteris reliquerunt. 6 † Alberic. tamen Roſates multos antiquos & recentiores,
C nominatimque Martinum Phan. itémque Suſarium in diuerſam ſententiam tranſiſſe atteſtatus eſt: magiſque communem eſſe [e], quoniam verbis legis magis conuenit: ſiue quia petitum propriè dicitur, quod lite conteſtata petitum eſt [f]: ſiue quia reſponſio ſecundum quæſtionis fines intelligenda eſt [g]. In quæſtione autem de litis conteſtatione fit mentio. Adde, quòd & aliis pleriſque legibus expreſſim cautum eſt, æſtimationem in ſtricti iuris contractibus, ad litis conteſtatæ tempus referendam eſſe [h]. 7 † Nec obſtat, quòd quando dies ſolutioni adiecta eſt, ea attenditur:
D quia validior ea videtur interpellatio, cùm ex partis vtriuſque conſenſu expreſſim inducta ſit: nullàque eo caſu debitoris eſt excuſatio, qui præuidere aduentum diei potuit [i]. Quod in interpellatione extra iudicium facta ſecus eſt [k]: vnde ex illa inducitur etiam aduerſus ignorantes mora [l]. Et hæc quidẽ ineluibilis, ſi pœna diei appoſita ſit [m], adeò, vt nec difficultas (ſi vera Decij fratres cenſuerunt) excuſaret [n]: quæ omnia in interpellatione extra iudicium facta, aliter obſeruantur [o].
E 8 † Rurſus non obſtat, quòd tali interpellatione incidat debitor in moram: quia ſunt, qui in ſtricti iuris iudiciis id negent, vt Socinus. Sed vt demus veram eſſe communem ſententiam, morámque committi [p]: talis mora non adeò efficax eſt, vt ab ea æſtimationem computemus: ſicut nec fructus [q], quos conſtat in ſtricti iuris contractibus non niſi à litis conteſtatione deberi. Vnde lex ſolùm ab eo tempore omnem cauſam reſtituendam dicit [r], quæ verba æſtimationis quoque au-
F gmentum complectuntur. Huiusq; differentiæ ea poteſt eſſe ratio, quia æſtimatio officio iudicis mercenario ſolùm inducitur [s]: vnde eius ante litis conteſtationem nulla eſt conſideratio [t]. Quòd ſi dies expreſſa obligationi adiecta ſit, tunc propter contrahentium voluntatem augetur æſtimatio [u].

9 Sequitur vt & illud perſpiciamus, † an verum ſit, creſcere æſtimationem à die petitionis. Et Bart.

a Arg. l. ſi decem cùm petiero. de verb. oblig.
b l. denunciaſſe. ver. quid ergo l. vbi Bart. de adult.
c l. ſi ex legati. de verb. obli.
d c. mora. de re. iur. in vi.
e Aret. Soci. Deci. Purp. hic.
f l. amplius. rem rat. hab.
g §. præterea. de inut. ſtipul.
h l. fin. de cond. tritica. l. iii. §. in hac. commo.
i l. quoties in diem. de ver. ob.
k Gl. l. Aemilius. de mino.
l l. ad diẽ. de ver. oblig.
m l. magnam. C. de contra ſtip.
n Decius l. quod te. ſuprà eod. vbi dixi.
o Doc. d. l. quod te. & l. ſi inſulã. de ver. obl.
p l. videamus. 2. §. ſi actionẽ. verſ. & ſi mora. de vſur.
q d. l. videamus.
r l. cùm fundus. in prin. ff. eod.
s l. ſi id quod ex Pamphila. vbi Bart. de leg. ii.
t l. ædiles. 2. §. itẽ ſciendum. de ædil. edict.
u Arg. d. l. quoties in diem. & l. centum ff. de eo quod certo loco. iũcta l. quæro. locati.





Bart. cæteriq; interpretes aiunt: alioquin abſurdum eſſet, id damnum creditori non præſtari [a], contumaciamq; reo vtilem reddi [b]. Vnde ſi venditor in vini aut tritici traditione moram fecerit, creſcere æſtimationem traditum eſt [c]. † Suadetur
10 hæc ſententia: quia qui in mora eſt, furi ſimilis eſſe iuris interpretatione cenſetur [d]. At dubium non eſt, in condictione furtiua creſcere æſtimationem [e], id-
11 que in debitoris detrimentũ. † Sed tamen & hac in re ego diſſentio, propter legis noſtræ verba, quæ ſimpliciter æſtimationem fieri dicunt, quanti tunc fuiſſet, cùm vinum petitum eſſet: non aũt, quanti ad ſententiã vſque valuiſſet. Nec me mouet Accurſij intellectus, qui à cõteſtatione in ſententiam diminutam fuiſſe æſtimationem finxit: nobis enim non licet tantum diuinare. Nam & Caius [f], tanti litem ęſtimandam hoc caſu ait, quãti tunc cùm iudicium acciperetur, id eſt, lis conteſtaretur. Cur non potius, cùm ſententia ferre-
12 tur, ſi maior eo tempore fuiſſet æſtimatio? † Adde, quòd etiam videmus præciſe in hoc conſtitui differentiam inter bonæ fidei & ſtricti iuris contractus, vt in illis ſententia, in his conteſtatio attendatur [g]. Vnde ſatis colligi poteſt, non augeri hãc æſtimationẽ, ſed ſimpliciter talem pręſtari, qualis eo tẽpore fuit. Quod in eo quoq; qui officio iudicis edere iuſſus, præceptum contempſit, clarius expreſſum eſt, vt ſcilicet tempus iuſſionis obſeruetur, nec vltrà: tametſi actione in factum conuentus ſi contumax perſeuerauerit, præſtet damnum [h]. Accedit, quòd quando ex aduentu diei committitur mora, æſtimatio ipſa ſecundũ illũd tempus deberi incipit, nec vlterius augetũ [i]. vnde & in caſu noſtro idem dicendũ. Videmus item quibuſdam actionibus ſpeciale eſſe, vt quãti plurimi res fuit, fiat condemnatio: veluti in lege Aquilia [k]. Vnde veriſimile eſt, aliud in noſtro caſu regulariter cõſtituendum eſſe. Sed & leges, quæ nunc tempus iudicij accepti, nunc tempus rei iudicatæ inſpici dicunt, nugatoriis verbis vſæ viderentur, cùm ſatis fuiſſet, ſi attendi id tempus dixiſſent, quo pluris res valuit [l]. quod maximè dicendum, ſi ab ipſa mora creſcere æſtimationem cenſeamus. Quorſum opus fuit horũ temporum meminiſſe, & quod vno verbo clariſſimè
13 oſtendi potuit, tot ambagibus implicaſſe? † Satis igitur crediderim, non augeri hanc ęſtimationẽ, niſi tribus caſibus. Primus, cùm ſpecies tantum debetur, eaq; poſt moram vilior effecta eſt, vt qa ſeruus eluſcatus vel vulneratus: tunc enim omnis æquitas hoc dictat, vt moratori id imputetũ [m], maximè cùm non tam augeri ęſtimatio, quàm iuſtus valor ſolui videatur. Alter, cùm venditor rẽ non tradit [n]: quoniam in eo contractu receptum eſt, vt æſtimatio ineatur, vtro tempore emptor voluerit, cùm res venundata eſt: vel cùm lis in cõdemnationẽ, id eſt, ſententiam deducitur [o], meritò ad illud vſque tempus creſcit æſtimatio: quãrem infrà attingam. Tertius eſt in odium furis, cuius improbitatem lex hac pœna proſequuta eſt [p]. Sed non ideo ad omnem moratorẽ hoc ex-
14 tendendum eſt, qui minus delinquit [q], † cùm furtum dolo malo fiat, mora ſolam culpam arguat [r], vnde propriè delictum non eſt [s], cùm furtum patrando, mora negligendo contrahatur [t]: aduerſus furem indiſtinctè res ſua à domino condici, aduerſus verò moratorem regulariter non poſ-
15 ſit [u]. † Putauerim tamen exemplo furis (ne omnino à communi ſententia diſcedamus) idẽ quoq; in moratore ſtatuendum, qui moram dolo malo contraxerit [x]: quia beneficio æſtimationis hic vti non poteſt [y], vt infrà oſtendam. Aduerſus verò eum, qui in dolo non ſit, quia rei petitæ æſtimationem ſoluendo liberatur (vt mox dicam) ſatis eſt, ſi aliis damnis afficiatur, quàm quanti plurimi æſtima-

Quæſitum eſt, cuius temporis æſtimatio [a]

A tione. † Sunt enim plures moræ effectus circa pœ- 16
nas, vſuras fructus, periculum interitus, perpetuationem obligationis, & ſimilia: vt dici non poſſit moratorem hunc impunè euadere. Nec obſtat, quòd fructus in eum diem, quo ſententia dicitur, plerunq; præſtet [z]: quia aliter actori cauſa omnis non reſtitueretur, cùm reus eos perceperit: ſecus in æſtimatione, quæ ſemel tantùm initur, & ideo amplius non creſcit.

a ¶ Aeſtimatio.) † Sed cùm de obligatione dã- 17
B di agatur, quæ præciſa eſt [a], quorſum de æſtimatione quærere opus fuit? Aliud enim pro alio ſolui non poteſt [b]: ergo nec pecunia loco vini. † Re- 18
ſpondent Doctores, precium vini à petitionis tẽpore euiluiſſe, & ideo neceſſariò ad æſtimationẽ deuentũ: quia quamuis eiuſdem qualitatis & bonitatis reſtitueretur, non tamen eiuſdem æſtimationis fuiſſet: vnde debuit Iudex in æſtimatione condemnare [c]. † Sed hæc interpretatio, vt etiam 19
ſuprà diximus, diuinat, legiſq; noſtræ verba re-
C ſtringit. Adde quòd cùm diminutio hæc precij extrinſecus proueniat, videretur vinum ipſum eiuſdem bonitatis reſtituendum: ſatiſq; eſſe ſi ea vtilitas, quatenus valor imminutus eſt, pecunia data redderetur [d]. Et ideo neceſſarium non fuit, integram totius vini ęſtimationem reddi [e], quod aduerſus Petrum & Cynum, Bar. hîc rectè cenſuit [f]: & tamen hîc Iureconſultus de integra æſtimatione, quam alibi litis æſtimationem vocat, loquitur [g]. † Fortaſſe igitur verior eſt Iacobi Aret. 20
D ſententia, qui tritici, vini, olei, huiuſmodiq; mercium debitorem liberari poſſe æſtimationis oblatione cenſuit [h]. Cùm enim hæres, vtpote in genere conſiſtentes, extingui non poſſint [i], nec probabilis ſit vlla creditoris affectio, ne ſuper bonitate litigetur, poteſt reus conuentus dicere, Accipe æſtimationem, & tibi emas quod placet: æquumq; eſt hoc caſu, precium loco rei ſuccedere [k]. Minus certè captionis habet hæc ratio [l]: videturq; ſufficere, ſi hæc pecuniarum quantitas,
E vel in ipſa executione offeratur, dummodo ſecũdum æſtimationem, qua petitionis tempore res valuit. Et hoc eſt quod hîc dicitur, vinum per iudicem petitum, id eſt, officio iudicis, quo ſententiæ ipſius executionem actor impleuerat [m]: † de- 21
fendiq; hæc ſententia poſſet, cùm probabiliter creditoris non intereſt, rem magis, quàm æſtimationem dari, quod in mercimoniis ferè eſſe conſueuit: tametſi eam Bar. improbet [n], legemq; noſtram, ex priore Accurſ. ſententia intelligat, cùm
F poſt moram, paris æſtimationis, bonitatiſque vinum non reperitur [o]. † Sed ego vltra duos ſupra- 22
ſcriptos plures quoque alios caſus eſſe ſcio, quibus æſtimationi locus eſt: qualis eſt, Quoties actor ipſe contentus eſt æſtimatione [p]: quę res nullam habet difficultatem [q]. † Alius eſt, cùm poſſeſ- 23
ſor à quo res petitur, æſtimationem ipſam ſe ſoluturum offert, quanti actor in litem iurauerit [r]: nec enim tunc videtur præciſe cogendus. † Alius 24
eſt, cùm res petita non præſtatur, ſiue quia res aliter exitum habere non poſſit [s], ſiue quia ami-

a l. pen. in fin. de tritica.
b l. quod Seruius. quod vi aut clã.
c l. ſi ſterilis. §. cùm per vend. de act. empt.
d l. inter ſtipulãtem. §. pen. de verb. oblig.
e l. in re furtiua in fi. de condi. furt.
f l. pe. rer. amot.
g l. fi. de tritic.
h l. iii. §. in hac. commod.
i l. vbi §. i. de edend.
K l. ſi Calend. de re iud.
l l. ait lex. ad legẽ Aquil.
m Iaſon hic in 3. parte.
n l. pen. fin. de tritica.
o d. §. cum per venditorem.
p l. iii. §. fi. de actio empt.
q d. l. in re furtiua. d. l. pen. rerum amot.
r l. meritò. de vi & vi arm. in fin.
s l. quod te. vbi dixi. ſ.
t l. omne. §. contumaciam. vbi Bar. de re mil.
u l. iiii. in fin. ſuprà eo.
x Arg. d. l. pen. rerum amot.
y l. ii. de in litem iur.
z l. ii. & iii. de vſur.
a l. vbi autem. §. fin. l. qui ſeruũ. in fi. eo. ti.
b l. ii. §. i. ſ. eod.
c Arg. l. ſi ſeruus. verſ. pen. de cõdi. fur. gl. l. fi. in fin. quæ ſenten. ſine app. Bar. l. promiſſor. in prin. de conſti. pecu.
d l. exhibitionis. C. ad exhib.
e l. iii §. item Iulianus. l. quod ſi Epheſi. quod cer. loco. gl. l. vtiq;. de arb.
f Bart. hic.
g l. fin. de tritica.
h d. l. fin. d. l. quoties in diem. de verb. obli. l. cũ quis. de act. & obli.
i l. in ratione. §. incertæ. ad le. falcid.
K l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſſ.
l l. i. §. ſi hæres. in fin. ad Treb.
m l. ſi intra. de re iudic.
n Bart. d. §. i. 2. oppoſ. ſ. eod.
o Arg. d. §. cum per venditorẽ.
p l. ſi donatæ. de dona. inter vi.
q l. i. pro empt.
r l. eius rei. l. & ex diuerſo. §. fin. de rei vend.
s Gl. l. eum qui certarũ. in fin. l. ii. §. ex his. de verb. oblig.

ſerit reus reſtituendi facultatem. Nec refert an culpa amiſerit[a],dum tamen non dolo[b]:videturque in eo dolus, qui cùm debuiſſet ſeruare,ſciens prudensq; alienauit. Vnde talis meritò præciſe tenebitur[c]. Sed hi caſus,qui ad rei vendicationem pertinēt, à legis noſtrę materia alieni ſunt.

† lis conteſtata,*aliàs.*

**fieret? vtrùm, cùm datum[a] eſſet: an, cùm † litē conteſtatus fuiſſet : an cùm res iudicaretur.**

25 †Fortius ego ſentio,quoties debitor,quamuis lite conteſtata,bonæ fidei ſit, vt qa titulum habeat,vel alteri ſucceſſerit[d]: ſi litis ęſtimationem offerat,audiendum eſſe[e],nec præciſe cogi poſſe,idque etiam inuito creditore[f]. Vnde traditum eſt,emptori licere æſtimationem offerre,ne ſibi res euincatur[g]:& eum qui ſine fruſtratione ſit,de litis æſtimatione cauere[h].vnde & tradunt,litis æſtimationem loco venditionis eſſe[i]. Si enim volente actore fieret,vera eſſet venditio. Soluetur ergo hoc caſu hæc æſtimatio; arbitrio iudicis,qui vel iuramentum actori deferat. quanti ea res ſit[k] (cùm aliàs in doloſum,quanti ſua,etiam ex affectione,interſit,iuretur[l]) vel ipſe aliter prouideat,conſiderato tempore vel conteſtatæ litis,vel ſententiæ,prout variis caſibus, vario modo in iure traditum eſt.Hacq; ex ſententia apparet,non multum differre dandi obligationes ab iis quæ in facto conſiſtunt.Sicut enim in iſtis ad id quod intereſt agitur[m] : ita in obligationibus dandi,licet res ipſa in obligatione duret, tamen ſatis eſt æſtimationem ſupraſcriptis caſibus

26 ſolui.†Lex enim præciſe neminem in effectu arctare voluit,niſi ex delicto ſeu dolo[n].Tenetur autem & is præciſe, qui ipſe certam ſpeciem dare promiſit,ſi non dat[o]:certæ enim ſpeciei probabilis eſt affectio.Idem in eo qui verſus dominum condemnatus eſt:debet enim res ſua domino, ſi extet,reſtitui[p].quod tamen ſaluis ſuprà ſcriptis intelligendum eſt.Idem quoque crebrius in venditore receptum eſt, qui ſi facultatem tradendi habet,præciſe tenetur[q],maximè ſi generis venditor ſit[r]:hoc enim ex natura contractus actum videtur,vt res ipſa,non autem precium pro precio detur[ſ].Et ex his apparet,non adeo coarctandam eſſe legem noſtram,ſed generaliter intelligendam,in caſibus quibus æſtimationi locus eſſe poteſt[t]:

a ¶ Vtrùm cùm datum.)Diſtinguēdus eſt hic tractatus in duos articulos.Primus eſt, quid iuris in iis caſibus quibus res petita,ipſa præſtari præciſe debet. Alter eſt,qui ad legem noſtrā magis attinet: Quid ſit ſtatuendum in iis obligationibus,quibus litis æſtimationem ſoluere ſuffi-

27 cit.†Et in prima ſpecie concludendum eſt, confeſtim à tempore moræ creſcere ęſtimationem[u], ad ipſum vſque ſententiæ tempus, imò & poſt ſententiam,ſi vlterius mora durauerit[x],vt quanti plurimi res interim vnquam valuit,id præſtandum ſit[y] : hocque etiam ſi momento temporis tantum durauit hic valor,vt aduerſus aliquos Alexan.cenſuit,crebriusq; approbatum eſt[z].

28 †Tāetſi enim in legis falcidiæ computatione, ad caritatem,quæ momento temporis durauit non attendamus[a]:ſecus aduerſus moratorem eſt, vt ꝓpter eius dolum hæc ſumatur interpretatio[b], tāquam venditurus illam creditor eo tempore fuerit,ſi ſibi reſtituta eſſet[c].

29 † Quæ tamen concluſio intelligenda eſt, niſi cùm moram purgatam fuiſſe proponeretur[d]:nec enim amplius deinde

30 creſceret æſtimatio[e];†Idem ſi ſpecies debita interim periiſſet:poſt eius enim mortem augeri ęſtimatio non poteſt[f].Qua ratione ſi quis mihi ad fructus ex re mea perceptos officio iudicis teneatur,eis conſumptis non augebitur amplius æſtimatio[g].

31 †Idemque Angelus cenſuit, cùm quis alicuius rei in genere debitor eſt, vt tritici. Cùm enim non niſi triennio præſumatur triticum durare[h],vltra tale tempus non creſcet æſtimatio[i]:quod & Picus hîc probat. Si em̄ creditori ſolutum fuiſſet,vltra tale tempus non duraſſet. Vnde ſatis eſt, eum indemnem præſtari,non id agi vt lucrum faciat.Sed ego hanc ſententiam ex Bartoli mente hîc reſtringerem,cùm id triticum ex tali fundo deberetur,& ſic tanquā ſpecies[k].

32 †Cæterum & ſi rem ipſam ſimpliciter creditor recepiſſet,nihilque de iure ſuo proteſtatus eſſet, cenſeri id argumentum remiſſum frequentius traditum eſt[l].Cùm enim officio iudicis creſcat ęſtimatio,cenſetur ſimplici ſolutione facta remiſsio[m]:qua de re alio loco. Plurimùm hîc ſe Decius torquet.

33 †Sanè in emptionis venditionisq; contractu,reſpondit Pomponius, ſi per venditorem vini mora fuerit, condemnandum, vtro tempore pluris fuerit,vel quo venditum eſt, vel quo lis in cōdemnationem deducitur[n].Quæ verba indicare videntur,ſi interim aliquo tempore auctum ſit precium,id non attendi. Sed ego verba illa,quo lis in condemnationem deducitur,extenſiuè accipienda arbitror,vt omnem tēporis tractum à conteſtatione vſque ad ſententiam comprændant.Planè altercantur Doctores, quomodo ibi in ipſo contractu mora commiſſa eſſet. Aliqui,quia expreſſe actum erat , vt ſtatim traderetur. Aliqui,quia tacitè potius ex natura emptionis,in qua videtur agi, vt recepto precio ſtatim venditor tradat:alioqui irregulari quadā mora notetur[o].Aliqui per locum ab iis,quæ frequenter contingunt.Sed cùm lex dicat moram per venditorem factam,nihil refert ſcrutari quomodo facta ei ſit:ſupplendum enim eſt,legitimis rationibus inductam fuiſſe[p].

34 †Sed quid in fideiuſſore dicemus?an æſtimatio à die moræ ipſius principalis,etiam contra eum inibitur? Et omnes aiunt iniri:quia mora rei,etiam fideiuſſori nocet[q]:

35 † quæ ſententia in promiſsione certæ ſpeciei,quæ præciſe obligat, vera eſt. Sed ſi mercis alicuius,puta vini,olei,tritici, in diem debitori acceſſerit fideiuſſor,cùm ſuprà ex Iacobi ſententia æſtimationem ſolui poſſe cenſuerimus, eam æſtimationem ſecundum tempus contractus ex Africani reſponſo faciendam arbitror[r]. Cuius concluſionis ea eſt ratio:quia argumentum id ęſtimationis,officio iudicis ſolùm inducitur.Vnde fideiuſſor ſimpliciter acceptus, in contractu ſtricti iuris eius ratione interceſsiſſe non præſumitur. Conſtat enim hoc caſu ex mora rei, propter locum non augeri obligationem fideiuſſoris[ſ].Ergo idem propter diem. Solùm igitur ſecundum tempus contractus æſtimatio inibitur, tanquam de ea duntaxat actum ſit[t]. Tametſi me non lateat reſponſum illud[u], aliter atque aliter ab interpretibus declarari.Sed ſententia noſtra verbis legiſlatoris magis accedit, poſſetque ſolùm communis interpretatio tunc defendi, cùm non ex principalis ſui,ſed ex propria mora,fideiuſſor conuenitur: tunc enim ſatiè admitterem æſtimationem ſecundum tempus diei in ſtipulatione

a l. ſi culpa.de rei vend. b l. qui reſtituere.eod.tit. c l. illud.§. Iulianus. de donat. cauſ.mort. d l. illud.de petit. hæred. e d.l. ſi donatæ.l. ſi filioſam. de don. cau. mor. f l.iii.§ itē quæri. de reb. cor. g l.ſi ſeruus.de euict.l.venditor. 2.in fin.de hær. vel act. vend. h §.i.Inſtit.de offic.iud. i l. litis §. pro empto. K d.l.iii.§.fin. l l.tutor.de in litem iur. m l. ſtipulationes non diuid.ver. Celſus. de ver. oblig. vbi Bart. 10.oppoſ. n d.l.in re furtiua. o l.vbi autē.§. fi. d.l. ſi ſeruū.§. fi.de verb. obl. p l.qui reſtituere. de rei ven.Bar. d.l. ſtipulationes.6. q. q §.preciū. Inſt. de empt. & vē. r Bart.l. ex empto. de action. empt. ſ Dixi l.ii.§. t l. qui teſtamento.de teſta. c.i. de æta.& quali. in vi. u d.l. ſi ſterilis §. cùm per venditorem. x l. in fideicommiſsi. de vſur. y d.l.in re furtiua. z Alex. Iaſ.Picus, Purpurat. hic Feli.c.ſenes.col. 3.de reſcript. a l.precia rerum. in fi. ad falcid. b d. l. in re furti. c l. cùm res. in fi. de leg i. d l.ſed ſi alia. de conſtit.pec. e l.illud.de peric. & commod.

f l.pen.de tritl.ii. reſponſ. g Gl. l. diuortio. §.i. vbi Alex. ſol.matr. h Gl.l.i. C. ſi aduerſ. vſucap. i Ang.§. ſi quis à non domino. col. 6. Inſtit. de rer.diuiſ. K Gl. & Dd. d.l. diuortio.§. i. l l.fi.de eo quod cert.loc. m l.iiii.C.de poſ. n l. iii.§. fin. de act.empt. o l.curabit.C.de act.empt. p d.l.qui teſtamēto. de teſta. q l.mora. de verbor,oblig. r l. cùm quis. de act. & oblig. ſ l.centum.§.nec oportebit.quod cert.loc. t arg.l.hominem. §.mand. u d.l. cùm quis.



tione adiecti ineundam eſſe[a].Et hæc quidem in

36 ipſa æſtimatione procedunt.†Sed quid in eo qđ intereſt,ſtatuēdum eſt,cùm quis facere tenetur? Et ſi dies appoſita ſit,eius rationem ſtatim ab eo tempore haberi conſtat,quo nouiſsimè ſolui potuit[b]. Vnde cùm vbi dies non eſt adiecta, vſque ad litis conteſtationem res pręſtari poſsit:ſequitur, vt

**Sabinus reſpondit: Si dictum eſſet[a] quo tempore[b] redderet, quanti tūc fuiſſet : ſi**

eo ſolùm tempore vtilitatem actoris æſtimemus[c].

37 †Sed tandem quid in fructibus vel vſuris? Et in contractibus ſtricti iuris traditum eſt, non à tempore moræ,ſed à lite conteſtata ſolùm deberi[d]:

38 †hocque diſtare ab æſtimatione, quòd æſtimatio iuris interpretatione rem ipſam repræſentat:fructus verò vel vſuræ,rei ipſius acceſsiones ſunt.Vnde ſicut in re ipſa tempus moræ attenditur[e]:& ita in æſtimatione. In acceſsionib. verò, vt debeantur, pertinaciam litigatoris lex expectauit[f]:qua de re nos alibi diſſeremus[g]:

39 †Sequens articulus eſt,quid iuris in eo qui præciſe ad ſolutionem non cogatur, ſed æſtimationem ſoluendo liberetur:quo tempore æſtimationem hanc attendemus?Et ſi dies in contractu appoſita eſt;hîc probatur eam diem attendi debere[h].Si verò nulla eſt dies,traditum extat in contractib. bonæ fidei ſententiæ tempus attendi[i]. In iis verò qui ſunt ſtricti iuris,petitionis,id eſt,litis conteſtatæ:vt in lege noſtra,non paucisque aliis locis[k]. Sed quæ ratio differentiæ inter hos caſus eſt?Et cùm æſtimatio hæc officio iudicis mercenario debeatur,videtur tum ineundam eſſe,cùm primùm ei officio locus eſt[l],id eſt, cùm lis conteſtatur.Per eam enim conteſtationem obligatur inſtantiæ debitor, cauſa rei, quæ ipſa eſt in obligatione[m].Vnde non videtur iudicium vltra ſuſcepiſſe,quàm ſit eius rei æſtimatio conteſtationis ipſius tempore[n]:& ideo in ſtricti iuris contractibus ea duntaxat attenditur.At in contractibus bonæ fidei maiorem iudex poteſtatem habet:in eisque regulare eſt, vt quantum ex bono & æquo ſibi videatur, ſententia ſua æſtimet[o]. Attendetur ergo,quid tunc ille æſtimauerit,non quid videatur in litis conteſtatione reus promi-

40 ſiſſe.†Sed perpetuúmne eſt,vt in ſtricti iuris contractibus tempus conteſtationis attendamus?Et conſtat excipi eos caſus,cùm mora iam ante purgata,vel à creditore remiſſa eſt[p], qui & in prima

41 regula excipiuntur.†Sed & cùm de obligatione certæ ſpeciei dandæ agitur, reusque in caſu eſt, vt æſtimationem ſecundum ſupradicta ſoluere poſsit:puta quia facultatem dandi non habet,ad tempus condemnationis æſtimatio refertur[q]. quod propter præciſæ obligationis naturam inductum videtur,aliàs enim fuiſſet res ipſa omnino præſtanda[r]. Vnde maior poteſtas iudici relinquenda fuit.

42 † In rei quoque vendicatione æſtimatio vſque ad litis iudicandæ tempus attenditur[ſ]:quod eadem ratione, propter ius dominij, quod in ipſa re actor habebat,conſtitutum videtur : quæ materia à lege noſtra aliena

43 eſt. † Sed & cùm quis officio iudicis conuentus,edere iuſſus eſt, æſtimatio ad ipſius præcepti tempus refertur:vt cùm actione in factum ex edictis de edendo conueniri reus poſsit[t]. Ante enim iuſſum,nulla ſuberat efficax obligatio, ſed omne id ius arbitrio iudicis continebatur[u]. Illud quoque conſtat,quoties principaliter in obligatione ad id contracta,æſtimatio debetur, diſtinctioni huic locum non eſſe, ſed ſimpliciter diem contractus attendendam[x]. Vnde ſi ſtatutum iubeat,in cauſa damni dati iuramento eius qui damnum paſſus ſit, ſtari, ſecundum delicti tempus iurandum erit: quod Bartol. cenſuit[y].

**L.22. Vinum, quod mutuum.**

44 † Sed quid ſi quis ꝓmiſit mihi vinū, vel æſtimationem reddere?Et videretur nihilominus adhuc vinum peti poſſe, cum æſtimationis augmento[z],tanqnam ęſtimationis mentio ſolo creditoris fauore facta ſit[a]:quæ ſententia,propter naturam diſiunctiuæ non facilè admittenda eſt[b]. Sanè cùm priuilegiaria probatione æſtimatio inducitur,vt quia iuramento in litem de affectione res deciditur quod non ſolùm in bonæ fidei contractibus,ſed etiam ſtricti iuris, cùm arbitraria eſt actio,locum habet[c]; ſunt qui ſententiæ tempus attendendum cenſuerint[d]. Quæ opinio hoc caſu probabilis eſt, propter ſimilitudinem quæ arbitrariis actionibus,cum contractibus bonæ fidei eſt[e].Vnde cenſuit Bartol.ſi iuramentum non affectionis,ſed veritatis iubeatur,tunc ad litis conteſtationem attendendum eſſe,idq; ex ſupraſcripto Vlpiani reſponſo[f]:qui intellectus, vt Alexander Iaſonq; oſtendunt,textus ipſius verbis non quadrat.

45 a ¶ Si dictum eſſet.)Attenditur ergo dies ſolutionis: † indeque adnotant Doct. ex aduentu diei, quæ in contractu deſignata ſit, committi moram[g].

46 Idemque ſi non ſolùm dies, ſed hora quoque adiecta ſit[h]:† idque ſiue dies à lege conſtituta ſit,vel etiam humanitatis cauſa ad ſoluendum inducta[i],ſiue ab homine,etiam ſi creditori tempus ipſum adiectū ſit:vt quia dixerim, Promitto tibi centum, nec volo abs te ante talem diem inquietari : quod hîc aliqui poſt Baldum cenſuere[k].Quod & traditum eſt, cùm petitioni, non autem ſolutioni dies hæret[l].Idem ſi dictum ſit,Promitto ad talem diem , & quandocunque me interpellaueris : vel, & ab eo tempore arbi-

47 tratu tuo[m]. † Sed dubium eſt, cùm dies contractui adiiciatur principaliter fauore debitoris, ne antè conueniri poſsit[n],cur commiſsionem moræ in eius damnum inducat[o]? an quia id damnum ex quadam ſequela illius fauoris deſcendit[p]?Imputet enim ſibi venditor, qui ſciens fefellit fidem[q].Vnde tali fauore indignus eſſe in-

48 cipit.†Intelligenda autem ſupraſcripta concluſio eſt,cùm dies eſt certa,& quem præuidere debitor potuit[r],alioquin ſi probabilis eſſet debitoris ignorantia,non committeretur mora[ſ]: ſicut nec cùm cauſa multiplicandæ[t],vel finiendæ

49 obligationis adiecta eſt[u]. Quæ omnia latius à Iaſon.recentioribusque collecta reperies[x]. †Sed quid in obligatione,cui dies non adſit? Et receptiſsimum eſt,ex interpellatione,etiam extra iudicium facta,committi moram[y]:iam enim ſcit, aut ſcire debet reus, ſe debere, nec ignorantiæ colorem prætendere poteſt[z].Idque etiam in ſtricti iuris contractibus[a]:adeò vt generis, aut quantitatis debitor,etiam difficultatis prætextu non excuſetur: vt aduerſus Accurſium crebrius exiſtimatum eſt[b]. Sed ego hactenus excuſari crediderim, vt æſtimationem ſoluendo liberetur: quod ſuprà ex Iacobi ſententia ſecutus ſum: cùm probabiliter creditoris non intereſt, genus ipſum præſtari,vt in rebus pro mercalibus ferè contingit: ſufficitque vel vna interpellatio[c], dū

a d. l. centum. in i. reſponſ. b l. ſi Calend. de re iud. c l. ſi inſulam. de verb.oblig. d l. videamus. 2. de vſur. e d.l. ſi ſterilis §. cùm per venditorem. f l.nemo rem. in fi.de verb. obl. g l. cùm fundus. §.eod. h d.l. quoties in diem.d.l. hominem.mand. i l. iiii §. in hac commod. K d.l.fi.de tritic. l. fundum Cornelianū. verb. petito. de nouat.d.l.homin. d §.in hac. l l. ædiles.§. item ſciendum.de ædil.edict. m l.3.§.idem ſcribit. de pecul. n Arg.d.l. cùm quis.& d.l. centum.verſ.nec oportebit. o §. in bonæ fid. de action.Inſtit. p d.l.hominē. d. l.fi. de eo quod cert.loc. q l.pen.i.reſponſo.de tritic. r d.l.vbi autem.in fi.de verb. obli. ſ l.Iulian.i.§. i.l. fructus. de rei vend. t l. vbi. de eden. u l. cum poſtulaſſem. de damno infe. l. qui per colluſionem. in e.de act. & obligat.

x d. l. hominem. d.l. fundū Cornelianum. y d.§.in hac. z Bald.hic. a Bar.l.quamuis. de pign. actio. Deci.cōſil.21. b l.plerunq;.in fi. de iur.dot. c l.videamus.l.in actio. de in litem iur. d d.§.in hac. vbi Gulicl.& Bar. e d.§.in bonæ fidei.& §.ſeq.d.l. in fideicommiſſi. verſic. in his quoque. f d. §. in hac. g l. magnam. C. de contrah.ſtip. l.ad diē.de verb. oblig. h Bald.l.i.col.iii. C.ne liceat.tert. i Gl.i.l. ſi mora. ſol.matr. K Bal.l.ſi.§.præterea.C. de iure dot. l l. promiſſor.§. i. de cōſti.pecu. m l. cùm ſtip.ſim mihi à Proculo. vbi Bart. in fi.de verb. obl. n l. qui Romæ.in prin. vbi Bart. de verb.oblig. o l.quod fauore. C.de leg. p Bald.d.l. quod fauore. 7. opp. q d.l.magnam.in fin. r Bart.l.ita ſtipulatus. quæſt.3. de verb.obl. s Bar.d.l. magnā. & conſ.230.Domine Iacob. t l.ſi Stichū.§. i. de verb. oblig. u l.emptorem.§. deniq;. de act. empt. x Iaſ.l.ſi ex legat. de verb.ob.Decius conſil. 145. col.fin. y d.l.ſi ex leg. i. l.videamus §.ſi action.de vſur. z l.quod te.§.eo. a d. § ſi actionē. b Gl. ad l. fin.de tritic. c l.Titia Seio. §. vſuras. de leg.2.

tamen loco congruo tempore idoneo, verbis aptis concepta ſit: quam rem alibi docui [a]. Oportet etiam poſt interpellationem modicum tempus lapſum eſſe, quo ſe præparare ſolutioni reus potuerit [b]: quod arbitrio iudicis relinquen-
50 dum eſt [c]. † Sed vnde factum eſt, vt in obligationibus dandi, mora abſq; interpellatione nō committatur: cùm in obligationibus facti ſucceſsiui ſecus ſit [d], & tamen latior faciendi obligatio [e]? an quia obligatio faciēdi tacitam à lege habet diem, quatenus quod promiſſum eſt, fieri poſsit [f]? Vnde ſi interpellationem neceſſariam diceremus, ea aut ſera eſſet, id eſt, poſtquam factum eſſe iam opus debuit: aut
51 præmatura, quia antequam dies veniſſet. † Sed cùm interpellatio in mora conſtituat, cur non & citatio, libellique oblatio? Receptum enim eſt, neutrum horum actuum more ſufficere [g]. Et fortè erunt qui negent libelli oblatione non induci interpellationem, cùm conſtet interpellationem in iudicio nullo factam, tanquam extraiudicialem ſuſtineri [h]. Et leges, quæ ex libellis non induci moram oſtendunt, vel in cauſis criminalibus loquuntur, in quibus nihil à parte petitur, ſed à iudice [i], vel cùm ſoli iudici traditus eſt libellus, nondumque reo oblatus [k]. Sed tamen melius eſt communi ſententiæ adhærere: quia libellum offerens, non videtur interpellare vt ſoluat, ſed vt reus interim deliberet, an cedat, an contendat [l]. Vnde cùm ex natura actus habeat ille ſpacium deliberandi, non poteſt videri interim præciſe interpellatus vt ſoluat [m]. Sibi igitur imputet actor, qui electionem hanc reo conceſſerit [n]. Quo fit, vt ſi interim extra iudicium interpellet, non ideo in mora reus conſtituatur. Non enim poteſt actor ius deliberandi facto ſuo illi conceſſum perimere [o]. Sunt tamen qui putent, ſi in libello actor reum præciſe interpellauerit, & quatenus ſoluere differret, eum condemnare petierit, ſecus eſſe: ex ea enim interpellatione moram induci. Nam, vt alibi docuimus in hiſce conditionalibus vel alternatis remediis, petitio hæc ſubordinata admittitur, habetque ef-
52 fectum ſuum [p]. † Sanè ſunt aliqui caſus, quibus interpellatio extra iudicium facta non ſufficit, ſed litis conteſtatio eſt neceſſaria: vt cùm quis ſolo iudicis officio aliquid debet [q]: vel cùm creditor ipſe prius in mora fuiſſet: eam enim non purgat, niſi debitore in ius vocato, liteque conteſtata [r]: quod Salicetus cenſuit. Sed nos alibi o-
53 ſtendimus, nec communiter receptam, nec veram hanc eſſe ſententiam [s]. † Addit Paulus Caſtrenſis, ſi reus iuſtam cauſam litigandi habeat, nec in litis quidem conteſtatione moram committi [t]. Sed Bartol. cæterique omnes reclamant. Verùm nos ſuprà Pauli ſententiam hac fine reſtrinximus, vt litis æſtimationem ſoluere talis reus poſsit, nec præciſe compellatur [u]. Vnde quamuis aduerſus hæredem factum defuncti probabiliter ignorantem committatur ſtipulatio, cenſeaturque ille in mora [x], non erit tamen præciſe cogendus. Quo caſu & Iaſonis ſententia defendi poteſt [y], qui alioquin nimium generali ſermone peccaſſet, cùm moram ex diei aduentu aduerſus hæredem committi negauit.

† Interrogaui, *aliás.*
† reſpondit, *aliás.*

nō, quanti tunc, cùm petitū eſſet. † Interrogatus, cuius loci precium ſequi oporteat, † reſpondi: ſi conueniſſet, vt certo loco redderetur, quanti eo loco eſſet: ſi dictum nō eſſet, quanti vbi eſſet petitum.

a l. deteſtatio. co. pen. de ver. ſig.
b l. ſi quis filiō. §. fi. de coll. bon.
c gl. l. Aemilius. de minor.
d l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. de verb. obl.
e d. verſ. Celſus.
f l. interdum. de verb. oblig.
g l. denunciaſſe. in prin. de adul. vbi Bar. l. libert. aduerſ. de in ius voc.
h Aretin. conſil. 149. col. fin.
i d. l. denunciaſſe.
k d. l. libertus.
l l. i. de edendo.
m §. huic autem. inſtit. de actio.
n l. ſi mulier. in fin. quod met. cauſ.
o Angel. Alexan. Purpur. hic.
p Gl. l. qui de inofficioſo. in fi. de inoff. teſt. dixi in l. edita. col. pen. C de edēd.
q l. cū poſtulaſsē. de dāno infect.
r l. ſed ſi alia. de conſtit. pec.
s l. Celſus. in fin. de arb. dixi in d. l. ſi inſulam.
t d. l. in fideicommiſsi. de vſur. Paul. Caſt. hic col. fin.
u d. l. illud. de petit. hæred.
x l. cùm filius. §. in hac. l. ad diē de verb. oblig.
y Iaſ. hic col. 6.

b ¶ Quo tempore.) Quod hîc de tempore, idem infrà de loco reſpondetur. † Et ideo adno- 54
tant Doct. de tempore ad locum probabile eſſe argumentum [z], ſicut & de re ad tempus [a], & rurſus de re ad locum [b], itemque de perſonis ad locum, & è conuer-
ſo [c]. † Et hinc infer- 55
tur, ſicut tempore ieiunij licitum eſt ex cauſa neceſsitatis veſci carnibus, ita & loco prohibito, vt intra Carthuſienſium ſepta [d]. Et qui ſeruitute ſuo loco non vtitur, ita eam amittit, ſicut qui ſuo tempore non vtitur [e]. quod &
pluribus aliis exemplis oſtendi poſſet [f]. † Non 56
procedit tamen hæc concluſio, quoties aduerſa ratio inter locum & tempus, aliud ſuaderet. Vnde minus aduerſus teſtem præſumitur, qui temporis oblitum ſe dicat, quàm qui loci: quoniam facilius dierum nobis excidit memoria [g]. Sic qui certo die promittit, plerunque ante eum diem ſoluere poteſt. At qui certo loco, non niſi eo
in loco liberaretur [h]. † Semper enim, & indiſtin- 57
ctè, ratio loci habenda eſt. Vnde actio propter locum fit arbitraria, non autem ratione temporis [i].
† Sed nunquid, ſicut ſuſpectus ne fugam ador- 58
net, feriata die prandi capique poteſt [k], ita & in æde ſacra? Et Iaſon poſſe hîc cenſuit: cui recentiores omnes aduerſantur [l]. Fortior enim eſt prohibitio, ne ius aſyli, quod diuinis ædibus conceſſum eſt, violetur, quàm ne feriis quiſquam capiatur: cùm prima à iure diuino emanauerit [m], & alia iuris ſit commentitij, ſeu, vt vocant, poſiti-
ui [n]. † Nam & clarum eſt, debitorem qui ad eccle- 59
ſiam confugiat, extrahi inde non poſſe [o]: vt minimè argumentis vtendum ſit, vbi liquidò de iure conſtat: vſuque quotidie videmus, conturbatores huiuſmodi decoctoresúe ad aram confugere, tutoſque eſſe. Adde, quod & facilius cuſtodiri, ne exeat debitor eccleſiam, poteſt, quam ne
tēpore feriato ſolùm vertat. † Enimuero & hinc 60
adnotant Doctores, æſtimationem ſecundum eum locum deberi, vbi vinum reddendum fuit. Vnde ſi vinum ex conuentione Romæ dari de-
buit, eius valor ibi attendetur [p]. † Quod Cyn. A- 61
lexan. Deci. extendunt, etiam ſi de reſciſsione contractus agatur [q], vt quia error ſupra dimidiam iuſti precij allegetur [r]: id precium ex Romano foro inibitur. Nec me mouet Baldi Paulique autoritas, quos aliqui pro contraria parte ſtare exiſtimant [s]: quia eorum ſententia ſolùm procedit, cùm officium iudicis quis ad reſciſsionem implorat, quod ex negocio geſto non oritur [t]: vt eſt in integrum reſtitutio aduerſus contractum, iam effectu quoque conſummatum: tunc enim is, qui petit, forum rei ſequitur [u]: licet vt cognoſcamus an læſus is ſit: locus contractus tum quo-
que attendi debeat [x]. † Sed quod de æſtimatio- 62
ne dicitur, an & idem in menſura ſit? Et Ang. atque Purpuratus, locum contractus, non autem vbi ſoluendum ſit, obſeruandum cenſent [y]. Ego eam menſuram attendendam ſcio, de qua veri-
ſimiliter actum à contrahentibus eſt [z]. † Vnde 63
probabilius eſt, locum ſolutionis hoc caſu non minus attendi, quàm in æſtimatione attenditur [a]. Et ita Alber. poſt veteres exiſtimauit [b].
† Nam etiam videmus in expenſis & damnis i- 64
dem eſſe, quæ ſecundum locum, in quo ſolui debuit,

z l. fi. de tritic.
a l. miles ita ver. & quia de teſt. milit.
b l. ſi quis ita legauerit. de auro & arg. leg.
c l. i. in fin. l. ii. ne quis eum qui in ius voc.
d Gl. cle. ii. ad fin. ver. regularem. de cenſib.
e l. ſi cōmunem. §. i. quēadmo. ſeruit. amitti. Barb. conſil. 9. col. 2. in 1.
f Deci. conſil. 2. Soci. 247.
g Bal. l. presbyteri. C. de epiſc. & cler.
h Bar. l. qui Rom. in prin. de ver. oblig.
i l. quod ſi Epheſi. in pri. vbi moder.: quod cer. loc.
K Gloſſ. l. dies feſtos. C. de fer.
l Picus, Decius, Purpuratus.
m c. cum eccleſia. de immu. eccl.
n d. l. dies.
o l. ii. l. præſenti. C. de iis qui ad eccleſ.
p l. iii. in fin. de act. empt.
q l. omnem. de iudi. l. contraxiſſ. de actio. & obl.
r l. ii. C. de reſcin. vend.
s l. ii. vbi Bald. & Paul. Caſtr. C. vbi & apud quos in integ.
t Bar. l. qui certo loco de cond. indeb.
u d. l. ii.
x Bart. Iaſ. l. ii. quod cert. loc.
y l. ſi fundus. de euict. Bar. l. ſemper in ſtip. de reg. iur.
z l. Impetatores de contrah. emp. Soc. conſil. 32. lib. 3.
a Arg. l. ſi prædiū. C. de prædi is. min.
b Alb. l. arbitr. §. de eo. in fin. de do. [illegible]



buit, computantur [a]. Sed quid ſi varia loca expreſſa proponantur, in quibus exigendi electio creditori data ſit? Et ab Alexan. reſponſum extat, non conſtitui, etiam lapſa die, in mora reum, niſi prius creditor elegerit [b]: poſt electionem verò, tunc æſtimatio loci inibi-
65 tur. † Cæterùm rurſus quærit, quid, quando nullus locus in contractu expreſſus eſt? Et hîc apparet, vbi peti-
66 tum ſit, inſpiciendum eſſe. † Peti autem regulariter in foro rei debet [c]. Et ideo ſi alibi conueniatur reus, vtputa priuilegio aliquo actoris compulſus, adhuc æſtimatio, quę in domicilio rei eſt, videtur attendenda, non ſecus ac ſi illegitimè conuentus eſſet [d]. Idemque ego exiſtimauerim, etiam cùm reus exceptionem iuriſdictionis nullam obiecit. Prorogatio enim iuriſdictionis tacitè inducta [e], non debet grauiorem rei petitæ ęſtimationem inducere, cùm actus hi taciti ſtrictè intelligi debeant [f]. Quòd ſi expreſſe in inſtrumento promiſsionis prorogata ſit iuriſdictio, ſatis putarim in Fulg. ſententiam eundum eſſe, vt ſecundum talem locum rem petitam æſtimemus. Nam & cùm vinum certæ ſpeciei promiſſum eſt, puta quod in tali dolio eſt: eo in loco ſolui, vbi dolium eſt, debet [g]: id enim actum videtur. Sicut cùm quis ſcholaſtico ſtudiorum cauſa pro viatico legat, ibi ſoluendum eſt, vbi dat ille operam ſtudiis [h]. Sed quid ſi quis vini Aureliani amphoras decem tibi hîc promittat, an tenebitur Aureliis ſoluere? Et Fulg. Alex. teneri putant, eiuſque loci æſtimationem attendi [i], tanquam promiſsio certæ ſpeciei ſit. quod rectè Picus Deciuſque improbant [k]: quibus & ipſe accedo, niſi cùm promiſſor domicilium Aureliis haberet, ideoq; ibi ab eo peteretur.

a c. dilecti. de foro comp.
b Alex. conſil. 45. col. 3. in 5. vol.
c l. ii. C. de iuriſd. om. iud.
d Bart. hic in fin.
e l. i. de iudi.
f arg. l. voluntar. C. de excuſat. tut.
g l. quod legatur. de iudic. l. cùm res. de leg. i.
h l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi libert. vbi Ange. de iu. Bar. l. i. de ali. le.
i l. iii. in fin. de act. emp.
k Bar. l. item illa. in fi. de conſtit. pecun.

## LEX XXIII.

### AFRICANVS LIB. II.

*Quæſtionum.*


1 *Dubitandi cauſa in hac lege.*
2 *Deciſio huius reſponſi.*
3 *Tres huius deciſionis rationes. & num. 5. 7.*
4 *Precium loco rei etiam in particularibus ſuccedit.*
6 *Certi condictio etiam ex negocio geſto competit.*
8 *Bartoli declaratio ad hanc l. quomodo ſuſtineri valeat.*
9 *Si venditor titulum oneroſum habuit, precium nunquā condicitur, etſi res non extet.*
10 *Idem iuris obtinet, ſi res extet.*
11 *Tribus caſibus hanc concluſionem non obtinere. & 12. 13.*
13 *Cùm dominus ratam venditionem habuit, poterit actione negociorum geſtorum precium conſequi, maximè ſi venditio nomine domini facta ſit.*
14 *Si ſolius venditoris nomine alienatum ſit, an idem obtineat. & num. 15. 16.*
17 *In vniuerſalibus precium loco rei ſuccedit. Fallit hæc concluſio, vt num. 18. 20. 21. 22.*
19 *In feudis precium loco rei non ſuccedit.*
23 *In particularibus precium loco rei regulariter non ſuccedit.*
24 *Illationes aliquot ex hac regula.*
25 *Quibus caſibus hæc regula non habeat locum. & num. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*




SI eum ſeruum, qui tibi legatus ſit, qua ſi mihi legatum poſſede-

S I EVM.) † Cùm poſſeſſor rei alienæ ſolùm vendicatione conueniri poſsit, quia poſsidet [l]: perſonali verò actione non teneatur cùm nihil ſecum actum ſit [m]: videretur hoc caſu, re vendita, & deinde perempta, nullam domino ſupereſſe actionem.
2 Sed tamen aliter iuris autoribus viſum eſt. Cùm enim poſſeſſor rem vendiderit, preciumque receperit: ne locupletior cùm aliena iactura fiat, ad illud reſtituendum conueniri poterit, idque certi condictione. † cuius rei 3
triplex prodita eſt ratio. Prima, quia cum precium habeat, rem habere videtur. Conſtat enim,
† in particularibus quoque precium loco rei ſuc 4
cedere, ne quis locupletior cum aliena iactura fiat [n]. Meritò igitur precium id condici poterit:
atque ita ego ſentio. † Secunda eſt, quam Accurſ. 5
probat: quia poteſt dominus venditionem ratam habere, & negociorum geſtorum agere [o].
Dubium autem non eſt, † certi condictionem e- 6
tiam ex negocio geſto competere [p]: videturque venditionem approbare, quia actionem hac ex cauſa intendit [q], vt Fulg. Paulusque Caſt. exiſtimant: cùm non minus facto, quàm verbis ratum habere quis poſsit [r]. Et hęc quoque ſententia recepta eſt, niſi quòd verbis legis non conuenit, dum approbatum fuiſſe contractum comminiſcitur, ideoque ex cauſa negociorum geſtorum agi. Adde quòd hoc ex capite opus fortè non eſſet, mortuum ſeruum fingere: qua de re infrà di-
cetur [s]. † Tertia eſt, quia pecunia apud venditorē 7
videtur ſine cauſa eſſe, cùm res domini ad eum peruenerit [t]: vnde æquum eſt, condictionem ſine cauſa dari [u], certumque hoc nomine condici,
vt Bartol. cenſuit, quem & alij ſequuntur. † Mihi 8
hæc interpretatio non congruere rubricæ noſtræ, nec rationi legis ſatis videtur [x]: niſi ſecundū noſtram (quam priore loco retulimus) intelligatur, eique iungatur. Procedit autem lex noſtra intra ſuos fines, cùm venditor titulum lucratiuum habuit: itemque, cùm res ipſa morte extincta eſt; ſeu vſucapione, adeò vt vendicari non poſsit [y]: quoniam his caſibus æquitas ſuadet, precium poſſe in ſubſidium condici.
† Quid igitur ſi venditor titulum oneroſum ha- 9
buit? Et conſtat, nunquam precium condici poſſe, etiam ſi res non extet [z]. Non enim locupletior ex precio factus dici poteſt; qui oneroſo titulo rem conſequutus eſt. Si tamen
malæ fidei fuiſſet, aliud diceretur [a]. † Quid rur- 10
ſus, ſi res ipſa extet? Et cùm vendicare rem poſſit, non ſubeſt æquitas, cur ad precium agat: ſubſidiaria enim actione id petitur. & ita omnes ſen-
tiunt. † Quæ concluſio tribus caſibus non pro- 11
cedit. Primus eſt, cùm qui vendidit, cauſam à domino habuit: vt quia donaſſet illi cauſa mortis: habebit enim electionem, rem à venditore vendicet, an precium repetat [b]. Idem ſi à ſeruo cauſam habuiſſet [c]: perinde enim eſt, ac ſi ab eius domino [d]. Idem cùm dominus indebitum per errorem ſoluiſſet. Cùm enim quatenus factus eſt ille locupletior, conueniri poſsit [e]: meritò precium, quod ab emptore habuit, condicetur [f]. † Alter eſt fauore libertatis, cùm quis
alienum ſeruum tanquam ſuum manumittit: 12

1 L. 23. Si eū ſeruum.
l l. in rem. l. officium. de rei vendica.
m §. i. Inſtit. de actio.
n l. ſi ipſa. quod met. cauſ.
o l. fin. de neg. geſt.
p l. certi. in prin. ſ. eod.
q l. ſi ſeruus alienus. de fideiuſ.
r l. Paulus reſpondit. rem ratam hab.
s l. iii. C. de rei vend.
t l. ſi me & Tit. ſ. eod.
u l. i. & ii. ſ. de cond. ſine cauſa.
x Arg. l. Imperat. de in diem adiect.
y l. ii. C. ſi vend. pig. aga. l. i. C. de commu. re. ali. l. i. C. de rebus ali.
z l. Proculus. in fi. de iure dot.
a l. Iulianus. i. de rei vend.
b l. illud §. i. de don. cau. mor.
c l. cùm fundus. §. i. ſ. eod.
d §. ei verò. de in vtil. ſtipul. Inſtit.
e l. nam natura. de cond. inde.
f l. in ſumma. §. in frumento. l. ſi non ſortem. §. libertus vel ſicul. nempe. de condict. indeb.

rim, & vendiderim, mortuo eo poſſe te mihi precium condicere [a], A
Iulianus ait, quaſi ex re tua locupletior factus ſim.

poterit enim à domino ad precium, vel quanti
13 intereſt, conueniri [a]. † Tertius eſt, cùm dominus
a l.i. C. de iis qui à non domino.
ratam venditionem habuit, poterit negociorum
b l.iii. C. de rei vend.
geſtorum actione precium conſequi [b]. Quæ ſen-
tentia abſque ſcrupulo procedit, cùm venditio
nomine domini facta eſt. Nihil enim
impedit, quod ſuo nomine geſtum eſt, quin
arbitratu ſuo ratum ha-
14 beat [c]. † Sed cùm nomine ſolius venditoris alienatum eſt, non
c l. ab vno. C. de neg. geſt. l. in familiæ. C. famil. ercis.
videtur vllus eſſe ratihabitioni locus: vnde nec
d l. ſi pupilli. § ſed ſi ego. de neg. geſt.
actionem negociorum geſtorum oriri poſſe [d],
vt Bulg. Azo, Ioannes, Dynus cenſuerunt. Con-
trà Martinus, Bartolus, & communiter cæte-
ri, tanquam hoc caſu, geſtu ipſo, negocium ad
e d.l. ſi pupilli. verſ. quid ergo.
dominum pertineat [e]. Nec dubitandum eſt,
quin vera ſit hæc ſententia, cùm euidenter A- B
lexandri Imperatoris conſtitutione approbe-
15 tur [f]. † Sed altercatio eſt in rationis explicati-
f d.l. iii.
one. Bartol. videri geſtu ipſo negocium perti-
nuiſſe, ait: quia ratam venditionem habendo,
ipſum venditorem à periculo euictionis libe-
g l. ſi fundus. § i. de pig.
rauit [g]. vnde meritò contraria negociorum ge-
ſtorum actio, domino aduerſus venditorem
competit. Sed hanc ſententiam Bald. Fulgoſ.
Salic. Imol. Paul. Alexan. rectè improbant:
quia lex non de contraria hac actione, ſed de di- C
recta loquitur. Et quia dominus ratum habuit,
non vt venditoris negocium, ſed vt ſuum ge-
h l. non omnis. ſ. eod.
reret [h]. Et fortius, quia lex precium rei vendi-
tæ peti ait: non autem id vtilitatis quod vendi-
tor ex eo conſequutus eſt, quia dominus eum
i l. Titius. i. l. ſequen. de actio. empt. l. ſi cùm venditor. § fi. de euict.
ab euictionis periculo liberauit [i]. Non enim
conſenſu ſuo geſsiſſe negocium venditoris in
maius cenſetur, quàm ille ob euictionis pericu-
16 lum ſoluturus eſſet [k]. † Aliter ergo ipſi inter-
K l. ſi mandauer. in princ. ſ. mandat. l. cùm pecuniam. de neg. geſt.
pretantur, nempe vt precium rei ex quadam D
æquitate petatur, ſicut ſi res perempta, aut
præſcripta eſſet. Idem enim videtur, quòd do-
minus dominium amiſerit morte, ſeu præſcri-
ptione, vel conſenſu ſuo. Et ita etiam ſentit De-
cius, rationique Bartol. hanc iungit. Sed &
hæc diſſolutio ad certi condictionem, cuius
lex noſtra meminit, magis infert, quàm ad ne-
gociorum geſtorum actionem, quam conſtat
non dari, niſi ei cuius nomine res vendita fue-
l d.l. ab vno. d.l. in familiæ.
rit [l]. Sed tamen ab hac ſententia recedendum E
non eſt, tanquam geſtu ipſo negocium pertinu-
m d.l. ſi neg. geſt.
n l. ſed Iulian. § proinde. ad Maced.
iſſe ad dominum videatur [m]: idque propter ſub-
ſequentem eius conſenſum [n]. Vnde venditio-
nem eius vtilitatis cauſa factam ſuadente æqui-
tate, interpretamur.

a ¶ Precium condicere.) Videtur ergo, quòd
precium loco rei ſuccedat. Quo in articulo pro-
17 ditæ ſunt duæ concluſiones. † Prima eſt, in v-
18 niuerſalibus preciũ loco rei ſuccedere [o]. † Quod
o l. ſi & rem. de petit. hæred. l. Imperator. in fi. de leg. ii.
intelligendum, dummodo precium non repu- F
gnet naturæ rei. Exempli cauſa: Princeps be-
neficiarium me ſuum conſtituit, territorium-
que ſeu curiam feudi nomine mihi & quibus
dedero conceſsit: vendidi eam curiam, quod
mihi propter clauſulam (& quibus dedero) per-
p c.i. de feud. non hab. prop. natu. feud.
mittitur [p]: nunquid precium loco rei ſuccedat,
vt pecuniæ ipſius fiduciarius videar? Et videre-
q Rub. de feud. in fi. in Spec.
tur: territorium enim & curia, vniuerſitatis no-
mina ſunt. Et ita Ioannes And. ſenſit [q]: ſed ta-
men Bald. Aretin. Iaſon. contrà. † In feudis enim 19
precium loco rei non ſuccedit [r], quia in pecu-
r c.i. § ſi vaſallus de beneficio ſi de feud. def.
nia non conſiſtit feudum: repugnat enim id e-
ius naturæ [s]. Remanebit igitur emptor ipſe fi-
s Bald. d.c.i. Aretin. conſil. 14. col. 2.
duciarius: nec videbitur tali clauſula omnino
receſſum à iure clientelari. Quòd ſi actum appare
at, non ſolùm vt cliens vendere poſsit, ſed eti-
am vt emptor omnino à iure domini ſit liber,
tunc verior Ioannes And. Iacobique Beluiſij ſenten
tia videtur, vt precium loco rei ſuccedat, tenea-
turq; venditor ex eo precio aliud territorium e-
mere, vnde fiduciæ ſuæ tutus dominus redda-
tur [t]: nec hoc negat Bal. † Rurſus ea concluſio in- 20
t Arg. c. i. ſi de feud. vaſal. verſic. vel numos. & c.i. de inueſti. de re alien.
telligenda eſt non procedere, cùm de proprie-
tate ſermonis agitur: aliud enim eſt res ipſa, ali-
ud precium [u]. Et ideo ſi quis iurauerit, ſe non ha-
bere, periurus non cenſebitur, quamuis preci-
u l. propemodũ. de ver. ſig.
um habeat [x]. In iuramento enim, ad vim propri-
x Bal. l. cogi. col. fin. C. de petit. hæred.
etatemque verborum plurimùm attendimus [y].
† Sed & tunc non procedit concluſio, cùm quis 21
titulo oneroſo aliquid habuit: in eius enim dam
y c. pen. de iure iuran.
num ad precium agi nõ poteſt: quod hac in ſpe-
cie receptum eſt. Fœnerator pro filia certam
quantitatem dotis nomine marito dedit: an hi
quibus vſuræ reſtitui debent maritum inquie-
tare poterunt? Et videretur, cùm dos nomen v- C
z Bar. rub. ſolut. matr. in fin.
niuerſale ſit [z]. Sed tamen cùm titulum onero-
a l.i. § ſi verò. C. de impon. lucr. deſcript. lib. x.
ſum in dote maritus habeat [a], receptum eſt, com
miſtione pecuniam conſumptam cenſeri [b], & i-
b l. Caſsius. de ſolutionib.
deo agi aduerſus eum non poſſe [c]. Fortius ex fa-
c l. fi. § ſi à ſocero. quæ in fraudem. cred. vbi Bart.
cto conſultus Federicus reſpondit [d], nec filiam
quidem ipſam, quæ ſoluto matrimonio eam do-
tem receperit, inquietari poſſe: cùm enim com-
d Feder. Senen. conſil. 61.
miſtione ſemel extincta ſit fœneratoris pecunia,
non videtur hanc, quam maritus reſtituit, ean-
dem eſſe: & ideo ius nullum poſſe aduerſus eam D
creditores prætendere. Non perſonale, quia in
e l. eum qui. C. de act. & oblig.
ſingularem ſucceſſorem illud nõ tranſit [e]: non in
rem, quia pecunia fœneratitia amplius propter
f l. ſi filius. ſ. eo.
immiſtionem extare non cenſetur [f]: idq; & Bald.
g Bal. l. rem quã. C. de iure dot. Rod. c. conſuluit. quæſt. 72. de vſur.
& Rhodolph. probant [g]. Nec obſtat quòd reſpe-
ctu filiæ dos videatur titulo lucratiuo acquiſita
eſſe [h]: vnde vt repetitioni ſit locus, precium loco
h d. § ſi à ſocero.
rei ſuccedere debet [i]. Reſpondeo, non omnino
i Spec. tit. de vſur. col. fin.
lucratiuum hunc eſſe titulum, cùm ad alimenta
K Abb. c. Raynutius. de teſta.
pater obligatus alioquin fuiſſet [k]. Vnde quate- E
nus alimenta dos excederet, alia ſententia pro-
l Butri. Abb. c. cũ tu. de vſur.
babilior videretur, quam etiam Iaſ. hîc ſequitur [l].
† Cæterum & illud receptius eſt, filium, cui quo- 22
ta pars bonorum pro legitima debetur, tametſi
vniuerſitatis creditor videatur, tamen precium
accipere non cogi, ſed in rebus ipſis hæreditari-
is ſatisfaciendum ei eſſe, Bartol. l. ſuus. in prin-
cip. de hæred. inſtitut. Quo fit, vt tali caſu lo-
m l. ii. § i. ſ. eod.
co rei precium non ſuccedat, niſi cùm res ipſa
præſtari non poſſet: qua de re alibi tractauimus [m]. 23 F
n l. qui vas. § fin. de fur. l. venditor. ii. de hæred. vel act. vend.
† Altera concluſio eſt, in particularibus preciũ
loco rei non ſuccedere [n]. Diſtat enim plurimum
res ipſa à precio [o]. vnde qui rei legatæ citra culpã
o d.l. propemod.
ſuã capax nõ eſt, eius tamen preciũ conſequi po
terit [p]. † Et ex hac regula deducitur, vt ſi quis ex 24
p l. filiusfam. § ii. de leg. i.
pecunia mutuata merces emat, deinde foro ce-
dat, in eis mercibus non ſit potior mutuantis
q l. procuratoris. § planè. de trib. Doct. l. ſi cũ dotẽ. in fi. ſol. matr.
conditio [q]. Hincq; eſt, quòd regulariter qui rem
debet, æſtimationẽ inuito creditore ſoluens, non
libera-



a d.l. ii. § i. l. vinũ. ſ. eod.
liberatur [a]. Proceditque maximè hæc concluſio
ſupraſcriptis in caſibus, quibus oſtendi, nec in v-
niuerſalibus quidem precium idem quod rem
25 ipſam pollere. † Verùm & hæc quoque perpe-
tua non ſunt: & in primis lege noſtra probatur,
aliud ex æquitate
conſtitui, quoties
res perempta eſt. In
ſubſidium enim, ne
quis locupletior ex
re aliena fiat, ad pre
b l. ſi. de neg. geſt. l. ii. C. ſi vend. pig. ag.
cium agi poteſt [b].
Hincque Iaſon, ad
filios infert, qui ex frumento patri mutuato nu-
triti ſunt, vt in ſubſidium ſi ipſi ſoluendo fuerint,
c Bar. l. his ſolis. de cond. inde.
conueniri poſsint [c]. Sed Decius hîc reclamat:
quoniam creditor fidem patri ſecutus, facilitati
d d.l. eum cui. l. ſi is qui. C. depoſ.
ſuæ id imputare debet [d]. Cum filijs enim nihil
actum eſt, nec ad eos res creditoris peruenit: ſed
ad patrem, qui per mutui contractum effectus e- B
e Hoſti. c. tua. de vſur.
rat dominus [e]. Quam ſententiam & ipſe pro-
bo, niſi conſtaret contemplatione filiorum fa-
ctum eſſe mutuum: videtur enim tali caſu æqui-
26 tas ſubeſſe, vt defendi Bartoli poſsit opinio [f]. †
f Arg. d.l. ſi pupilli § ſed ſi ego.
Huc pertinet, & cùm quis ideo conuenitur, quia
g l. ſi ipſa. quod met. cauſ.
locupletior factus ſit [g]: nam non minus locuples
eſt, qui precium habet, quàm ſi rem ipſam habe-
27 ret [h]. † Sed & quoties quis conuenitur, quia id
h l. vxor. marito de dona. inter vir. & vx.
facere debeat, vt actor rem liberè habeat: ſi id
non fecerit, precium, quod actori abeſt, reſtitue- C
re tenebitur: quia ei res abeſſe videtur, cui preci-
um abeſt. quod aduerſus furem reſponſum ex-
28 tat [i]. † Idem in hærede, qui rem legatam ſoluere
i l. Labeo. i. de verb. ſig.
debuit [k]. In odium quoque eius, qui malæ fidei
k l. planè. i. § quod ſi rem. de leg. i.
ſit, ea quandoque accipitur interpretatio, vt pe-
rinde condemnetur qui precium habuit, atque
ſi rem haberet. Quod non tantùm in vniuerſali-
l l. ſi poſſeſſor. § fi. de petit. hær.
bus procedit [l] (id enim indubitatum eſt) ſed e-
m d.l. Iulianus. i. de rei vend.
tiam in particularibus [m]: quod & ſuprà, cùm de
actione hypothecaria ageremus, à nobis tracta- D
29 tum fuit [n]. † Cæterum & cùm de vſucapione v-
n l. ſi filiusfam. ſ. eod.
ſusfructus euitanda agitur, qui precio vtitur, pe-
o l. quia qui precio. de vſufr.
rinde exiſtimatur, ac ſi re ipſa vteretur [o]. Non
30 enim negligentia ei vlla imputari poteſt. † Sed
ex voluntate teſtatoris non eſt dubium, non ſo-
p l. planè. ii. § i. de leg. i.
lùm precium, ſed & aliam rem loco alius eſſe [p].
Vnde cùm teſtator prohibuiſſet alienationem
fundi Trebatiani, quia in familia ſua perpetua-
re eum vellet, conceſsiſſet tamen permutatio-
nem: reſponſum fuit, eidem fideicommiſſo rem E
q Arg. d.l. vxor. marito. & notatur in l. pater. § quindecim. de leg. iii.
ex permutatione acceptam, ſubijci [q], tanquam
hæc fuerit eius intentio. Nam & videmus, fidu-
cia clienti euicta, teneri dominum aliam æquè
31 vtilem præſtare, tanquam id actum videatur [r]. †
r d.c. i. ſi de feu. vaſal. l. fin. C. de oper. liber.
Illud quoque nullius eſt quæſtionis, quibus caſi-
bus ſuprà dixi, pro re particulari debita æſtima-
s l. vinum. ſ. eod. l. ii. § i. ſ. eod.
tionem inuito creditori ſolui poſſe, rectè videri
precium vice rei aliquatenus ſuccedere [s].

## LEX. XXIIII.

VLPIAN. LIB. SINgulari *Digeſtorum.*

SI quis certum ſtipulatus fuerit, ex ſtipulatu actionẽ nõ habet, ſed illa condictitia actione id perſequi debet per quã certum petitur. A

1 *Incerta, actione ex ſtipulatu: certa, condictione certi petuntur. & num. 7.*
2 *Si promiſsio partim certa ſit, partim incerta, quæ actione detur.*
3 *Quid ſi obligatio quidẽ certa ſit, ſed ſolutio variabilis.*
4 *Quid in actione, quæ cauſa dotis competit.*
5 *Dos eſt nomen vniuerſitatis.*
6 *Certi condictio poteſt actio ex ſtipulatu dici.*
8 *Certi condictio ante diei euentum non naſcitur.*
9 *Certi condictio generaliter ad omne certum ex quacũq; cauſa datur.*
10 *Actione ex ſtipulatu ad intereſſe tantum, certi autem cõdictione præciſe ad id quod petimus agitur.*
11 *Quæ ſit diuerſi iuris ratio.*
12 *Stipulatio quare inuenta.*

SI QVIS certum. † Sicut igitur quæ 1
incerta ſunt, actione ex ſtipulatu: ita
quæ certitudinem
habent, certi condi-
ctione petuntur [t]. † 2
t § i. Inſtitut. de verb. oblig.
Sed quid ſi partim
certa, partim incerta eſt promiſsio? vt quia mihi
aut Titio, vtrum volam, centum dari ſtipulatus
ſim? Et videretur ex ſtipulatu actio dari [u]. Nec
u l. debitori. in fi. C. de pact.
dubium eſt à principio ita dici poſſe, cùm maior
pars eſt incerta, vel vnico contractu certum in-
certumque compræenditur [x]: verè tamen miſtum
x l. ſcire. verſ. ſtipulationem. de verb. oblig.
naturam ſimplicium imitabitur [y]. Vnde ſi idcir- B
y l. ii. in prin. de verb. oblig. l. ſi ita. de iniuſto rupto.
co agam, quia mihi non dederis, certi condictio-
ne: ſi ex eo, quia non Titio, ex ſtipulatu experiar.
quod & non abſimili in caſu Bartol. infrà tradi-
dit [z]. † Quòd ſi obligatio quidem certa ſit, ſed ſo- 3
z l. liber homo. ii. § fin. de ver. oblig. Bar. l. lecta. col. fi. ſ. e.
lutio variabilis, vt quia promiſiſti dare fundum,
& ſi non dares, centum: cùm centum dando eui-
tes fundi obligationẽ, propter ſolutionis incer-
a l. ſi pacto quo. C. de pact.
titudinẽ ex ſtipulatu agetur [a]. Quod ego propter
verba legis etiam reclamente Accurſ. ſuprà cẽſui
[b]. † Quid rurſus in actione, quæ cauſa dotis com- 4 C
b l. certi cõdictio. in prin. ſ. eod.
petit? Et lex ex ſtipulatu agi, ait [c]. Cũ enĩ lex eã rei
c l. i. in prin. C. de rei vx. act. § fuorat. Inſtit. de actio.
vxoriæ actioni ſubrogauerit, quæ incertã ob retẽ
tiones aliasq; imputationes exactionẽ habebat:
cũ & à principio eã interceſsiſſe fingat, quo tẽpo
re incertus eſt adhuc reſtitutionis euẽtus, meritò
nomẽ illud acquirit: quod etiam tũ ſeruat, cùm deinde
certũ eſt, quid, quantũq; ſoluendũ ſit [d]. † An quod dos 5
d Arg. l. tabernæ. de ver. ſig.
nomen vniuerſitatis ſit, quæ augetur minuiturq;
e l. quod dicitur. de impen. Dd. rub. ſol. matr.
[e]? Et ideo incertã habet hæc actio reſtitutionem:
idq; ex tẽpore, ex quãtitatis cõpenſatione, ex fru- D
ctibus, ex eo quod maritus facere poteſt: tametſi hoc
exactionẽ potius reſpiciat, quã actionẽ. Sanè cũ
ſtipulatio non ſolũ actionẽ, ſed contractũ quoq;
ſignificet, † certi cõdictio poterit actio ex ſtipula 6
tu appellari, id eſt, ex ſtipulationis cõtractu. Idq;
noſtri Doctores cenſent, qui nõ adeò ſcrupuloſe
f Doct. d. l. ſi pacto.
loquendũ putant [f]. Ego vnũ ſtipulationis nomẽ
vtriq; contractui à principio eſſe, nõ negauerim:
† verũ cũ intenditur actio, tunc differentiã hanc 7
conſtitui, vt ſi certum præciſumq; ſit, quod debetur, E
certi cõdictio intentari dicatur: alioquin ex ſtipu
latu agi. Et hinc eſt, quod lex noſtra perſecutionis tẽ
pus perpẽdit. † Hinc & alibi traditur, certi condi 8
g d.l. certi condictio. in prin.
ctionẽ ante diei euentũ non naſci [g]. Hincq; colli
gitur ratio, cur cũ certũ petit, lex ex ſtipulatu acti
h Arg. l. hæc ſtipula. in fin. vt lega. no. caue.
onẽ nõ dat: nẽpe quia ſufficiebat certi cõdictio [h].
† Quæ generaliter ad omne certũ ex quacũq; cau 9
ſa cõpetit: tametſi ſint, qui hoc caſu ſpecialẽ certi
i d.l. certi. in prin.
cõdictionẽ cõpetere crediderint, quos ego ſuprà
ſequutus nõ ſum [i]. Sed quæ vtilitas ex harũ actio- 10 F
nũ differentia percipitur? Et puto euidẽtẽ eſſe. † Ex
k d.l. liber homo § fi. l. cum mota. in fin. C. de tranſact.
ſtipulatu enim agẽdo, id quod noſtra intereſt ſolũ cõ
ſequimur [k]. At certi condictione id quod petimus, præ-
l vbi aũt. in fin. de verb. obli. l. certum. ſ. eod.
ciſe ex natura actionis nobis præſtandũ eſt [l]. Vn-
de obligationes faciẽdi, actione ex ſtipulatu, ob-
ligationes dandi certi cõdictione exequimur [m]. † 11
m l. ſi ſeruus. § fina. de ver. ob. l. promiſſor. de conſtit. pec.
Sed cur hoc legis latori placuit, vt in his præciſe, in
illis ad id quod intereſt ſolũ ageretur? Et variæ ratio-
n Bar. l. ſtipulatio. nõ diuid. 10. oppoſ.
nes à noſtratib. adducũtur, quæ vix conſiſtunt [n]. Vn

12 de ſciendum,† ſtipulationem à iure noſtro inuẽtam vt ex ea vnuſquiſque acquirat, quod ſua intereſt[a]. Cùm datio in obligatione deducitur, iam apparet id agi, vt ſtipulator dominium acquirat: meritò à verbis ſtipulationis non recedimus, & dominium omnino transferendum eſt[b]. At cùm factum deducitur, apparet nõ agi vt ius aliquod transferatur, nec ideo quicquã ſtipulator acquiritur[c]: meritò facti ipſius æſtimatio aduerſus detrectantem ſolùm peti potuit[d]. Qua ex ratione, in contractu innominato cùm feci vt des: aduerſus dare detrectantem, præſcriptis verbis agi non poſſe, aliàs docui[e].

† ad

a l. ſtipulat. iſta. §. alteri. de verb. oblig.
b d. l. vbi autem, in fin.
c l. Labeo. ii. de verb. ſignif. vbi dixi.
d d. l. ſtipulatio. verſ. Celſus. l. aliquo. in fi. de re iud.
e d. l. Labeo.

LEX XXV.

VLPIANVS LIB. SINgulari de officio Conſularium.

CReditor, qui † ob reſtitutionem ædificiorum credide rit: in pecuniam, quã crediderit, priuilegium exigendi habebit.

A

1 *Multa iure inducta eſſe, vt plurimæ ornatæq; domus in ciuitate ſint.*
2 *Pecuniam credens ad reparationem vrbani prædij, priuilegium exigendi habet.*
3 *Aliquot declarationes ad hanc doctrinam. & numer. 4.5.8.*
6 *An priuilegium exigendi locum habeat, ſi amplior ſumma mutuata ſit, quàm quæ ad refectionem ædificij neceſſaria erat.*
7 *Ex ratione legis quãdoq; refectio intelligitur, cùm in priſtinam formam res ſolùm reſtituitur.*
8 *Legi noſtræ locum eſſe, etiamſi creditor ſub fœnore mutuauerit.*
9 *Hæretico huius l. priuilegium non concedi.*
10 *Creditor mutuans ad refectionem ædium tacitam hypothecam in re ipſa habet.*

1 CREDITOR.) † Quoniam reipublicæ intereſt, vt plurimæ ornatæque domus in ciuitate ſint: videmus inhibitum eſſe, ne quæ eis iniuncta eſſent, legari auferrique poſsint[f]. Videmus præſidibus ſpecialiter mandatum eſſe, vt cauſæ cognitionem adhibeant, earumque dominos ad reficiendum compellant[g]. Videmus & generaliter cautum, vt curæ magiſtratibus ſit, ne publicus deformetur aſpectus[h]. Quod maximè verum eſt, ſi inde periculum viatoribus ob impendentem ruinam eſſet[i].
2 † Quà ratione & hìc inductum eſt, vt qui pecuniam ad reſtitutionẽ vrbani prædij crediderit, priuilegium exigendi habeat[k]: id eſt, inter creditores, qui actionibus perſonalibus innituntur, præferatur[l].
3 † Quod intelligendum ego arbitror, dũ expreſsim reficiendi cauſa crediderit, domusq; refectione indigeret: id enim videtur ſatis eſſe propter generalia legis noſtræ verba: tametſi debitor in alios vſus deinde prodegerit[m]. Nec me mouet Iaſon. autoritas, qui diſſentire viſus eſt[n]: quia eius ſententia in hypothecæ tacitæ prælatione, non in priuilegio perſonali ſolùm probabilis eſt[o].
4 † Rurſus intelligendum eſt, non ſolùm ſi ad refectionem mutuata ſit, ſed ſi ad nouam ædificationem: quia adhuc præferendus videtur creditor[p]. Quod Bartol. exemplo eius, qui nauis inſtruendæ cauſa mutuauit, arbitratus eſt[q]. Sed ego aliud in naui eſſe crediderim: quia lex noſtra ſolùm de reſtitutione loquitur: vnde exiſtimarem ſaltem requiri, vt deſtructæ rei veſtigia appareant. Nam & tunc reſtitutionis verbum, ſicut & inſtaurationis, hanc interpretationem recipit[r]: quod & Decius cenſuit[s].
5 † Addunt alij, ſi res extet, priuilegio locum eſſe: non ſi extare deſierit[t]. Quod ego in hypotheca ſatis admitterem, vt extincta re, pignus quoque extingui dicamus[u]. Sed in priuilegio perſonali ſecus eſſe arbitror, cùm à principio ius priuilegij, creditori ipſi quæſitum ſit[x]. quam ſententiam & Decius probat[y].
6 † Sed quid ſi amplior ſumma mutuata eſt, quàm quæ ædificio reſtituendo neceſſaria eſſet, B eaq; omnis impenſa ſit, ædificiumq; auctum? Et aliqui priuilegio ſupra ſummam neceſſariam, locum non eſſe cenſuerunt: idque exercitoris exemplo. Sed ego aliud in exercitore conſtitutum arbitror, quia limitatum eſt eius mandatum: aliud in caſu noſtro, in quo de fauore publico agitur, vt inſtaurentur, ornenturque domus: vnde benignior interpretatio eſt facienda[z].
7 † Non negauerim tamen, ex ratione legis quandoque refectionem intelligi, cùm in priſtinam formam res ſolùm reſtituitur, C ne quis dilatet aut deprimat[a]. vnde ſi lex arces aliquas ædificari prohibeat, poterit quidem antiqua refici, ſed in veterem tantum modum[b]. Ad rationem igitur legis ſemper attendendum.
8 † Addit Decius legi noſtræ locum eſſe, etiam ſi creditor ſub fœnore mutuauerit. Solum enim deterior eſt conditio fœnerantium, cùm priuilegia non habent: quia pœna ſeu vſura poſt priuilegia eſt[c]: cui & ego aſſentio[d], quamuis quibuſdam reclamantibus.
9 D † Illud defendi poteſt, quod Iaſon tradidit, hæretico id priuilegium conceſſum non cenſeri[e]: ſicut nec, quando ex tali cauſa ad pœnam ageretur[f]: non enim tali caſu de credito ob refectionem agitur. Et hæc quidem quod ad priuilegium in perſonalibus actionibus attinet, ſatis.
10 † Cæterùm huic creditori etiam tacita hypotheca in re ipſa conſultum eſt, leg. i. in quibus cauſ. pignor. idque id priorum quoque hypothecarum E præiudicium, quatenus tali ex mutuo totius pignoris cauſa ſalua facta ſit, l. interdũ. l. ſeq. qui pot. in pi. Verùm huic hypothecę locum non eſſe, ſuprà dixi, niſi quatenus appareat verè neceſſarioque in ipſa domo fulcienda, expenſam eſſe pecuniam: itemque quatenus res extet. Vnde cognoſci poteſt, inter hypothecam hanc, priuilegiumque, non modicam eſſe differentiæ vtilitatem: & aliud remedium, alijs caſibus non ſemper vſui eſſe.

F

f l. cætera de legat. i.
g l. præſes. de offic. præſi. l. ad curatoris. de dam. infect.
h l. ii. C. de ędi. priua. l. 5. C. de ope. pub.
i Cepolla rubr. de ſeruit. vrb. rub. de refect. in ii. vol. c. 59.
k l. i. de ceſsio. bono.
l l. ſi ventri. §. diuus. de priuil. cred.
m l. fin. de exerci.
n arg. l. iii. §. ſed ſi ſic. de in rem verſ.
o l. interdum qui potio. in pign. hab.
p arg. l. quod qs. de priui. cred. &. §. his conſequens eſt. auth. de æqual. dot.
q Bar. d. l. interdũ.
r l. iiii. C. de oper. lib.
s Arg. l. fi. de dec.
t Gl. d. l. i. de ceſſio. bon.
u l. pignoris. C. de pig.
x c. decet. de reg. iur. in 6. l. ſciendum. in fin. qui ſatiſd. cog.
y arg. l. iii. §. vnde de in rem verſ. l. ſed an vltro. §. i. de nego. geſt.
z l. quod priuilegium. de poſ. l. ſi quis graui. §. vtrũ. ad l. Syll.
a l. iii. §. penu. de itin. actuq; priuat.
b l. fi. C. de Iudæ. l. i. §. ſi quis ædificium. de ope. no. nunc.
c c. l. ſi vétri. §. i.
d l. ſi hominem. §. fi. vbi gl. de. po.
e Authen. i. C. de hæret.
f l. ideo. de compenſat.

1 *Epitome ad hanc legem.*
2 *Duplex intellectus ad hanc legem. & numero quarto.*
3 *Primus intellectus reprobatur.*
5 *Hodie ſuperfluam eſſe hanc l. Bart. & pleriq; cenſuerunt.*
6 *Quæ ſit Alciati ea in re ſententia.*
7 *Tertius intellectus ad hoc reſponſum.*

SI



1 SI PECVNIAM.) † Procurator militis mutuata pecunia, & accepto fideiuſſore, actionem domino ipſo iure, ſicut tutor vel curator, acquirit. Dixerit aliquis: Cui dubium id vnquam fuit, cùm etiam extraneus meam pecuniam, vel ſuam quoque meo nomine numerans, mihi acquirat[a]? Et tamen Iureconſul. non temerè videtur mentionem militis, ſicut & adoleſcentũ, feciſſe: quoniam huiuſmodi perſonis ſpecialiter multa in iure noſtro indulgentur.
2 † Veteres vt obicem hunc ſummouerent, duplici ſenſu legem hanc expoſuere. Primus eſt, quòd hìc diuinarunt, procuratorem nomine proprio, non autem militis pecuniam mutuaſſe. Quo caſu dubium non eſt, iure communi nihil ei acquiri potuiſſe, etiam ſi eius fuiſſet pecunia[b]. Non enim cuius ſit pecunia attendimus, ſed cuius nomine fiat acquiſitio[c]. Vnde neceſſariò ſequitur, ſpecialiter ita in milite conſtitutum eſſe: ſicut etiam videmus ſpeciale eſſe, vt ſi quis rem ex pecunia militis, nomine proprio emat, vtilis rei vendicatio ipſi militi detur[d]. quod & in pupillo receptum eſt[e]. Idem & cum maritus ex pecunia vxoris aliquid emit. quod & in eccleſia, eadem fauoris ratione reſponſum eſt[f].
3 † Verùm hìc intellectus verbis legis non conuenit, cùm omnes codices, quos ego viderim, procuratorem militis ex eius pecunia mutuaſſe dicant: quòd nomine proprio mutuauerit, non dicant.
4 † Alius ergo proditus eſt intellectus, vt nomine militis factum ſit mutuum, quæſitaque iure communi ex mutuo illi actio[g], quæ quidem ex numeratione naturali quadam ratione conceditur[h]. At ſpecialiter hoc ei quoque concedi, quòd actionem verbis ortam, aduerſus fideiuſſorem acquirit[i]. Clarum enim eſt, actionem hanc verbis confeſtim per procuratorem domino non acquiri, ſed ceſsione opus eſſe[k]. Et quamuis ipſe, qui mutuam pecuniam militis habuit, potuiſſet tanquam ex re militis, aliàs quoque ipſi obligari[l]: tamen in fideiuſſore id non procederet, qui verbis ſolùm obligatur[m]. Et ſanè videtur hic intellectus admodum probabilis eſſe,
5 † niſi quòd Bartol. & cæteri cenſuerunt, hodie ſuperfluam futuram hanc legem, & non fauore militis, ſed iure communi proceſſuram: cùm Iuſtinianus ſanxerit, nomine abſentis mutuata pecunia, hypothecam quoque abſque ceſſione illi acquiri[n]: vnde idem in fideiuſſoria obligatione dicendum, quæ & ipſa non minus neceſſaria eſt, quàm hypothecaria[o].
6 † Sed ego hac in re ſubſiſto: quia cùm pignus principaliter in rem ſit, fideiuſsio omnino in perſonam, non videtur conſtitutionem limitatoriam, ad dubitabiliorem caſum extendi poſſe. Nec enim dubium eſt, iura realia facilius abſque ceſsione quàm perſonalia transferri[p]: & ad rem nouam potius fieri obligationis extenſionem, quàm ad nouam perſonam[q]. Adde quod & aliæ pignus inter & fideiuſsionem ſunt differentiæ[r].
7 † Planè erunt fortè, qui & tertio modo reſponſum id intelligant. Cùm enim ſtipulando regulariter procurator in perſonam ſuam, non autem domini verba obligatoria concipere debeat[s], ſpeciale eſt in milite vt contractus teneat, etiam ſi dictum ſit, Promittis militi domino meo dare centum? Nam & in minoris curatore, & in reipub. actore, idẽ ſpeciali fauore receptũ eſt[t]. Placeretq; mihi hęc interpretatio, ſi vt in ſe vera eſt, ita etiam verbis legis conueniret. Cùm enim appareat numeratã fuiſſe pecuniã, non eſt dubiũ ex numeratione abſenti acquiri, maximè cũ verba obligatoria eius perſonam reſpiciunt[u]. Reſpectu igitur fideiuſſoris ſolum quadrare, vt & pręcedens poterit.

a l. certi. §. ſi numos. ſ. eod.
b l. ſi patruus. C. commu. vtriuſque iudi.
c l. 5 de ea. C. de rei. vend. l. & ſi de tua. C. de don. int. vir.
d l. ſi vt proponis C. de rei vend.
e l. ii. C. quando ex fact. tut. l. 3. C. arbit. tut.
f l. i. c. penul. de pecu. cler.
g d. §. ſi numos.
h l. ea quæ ciuiliter. de acquir. rer. dom.
i l. blanditus. C. de fideiuſſ.
k l. poſſeſsio quoque. §. fi. de acquir. poſſ.
l l. quod procurator ex re. de procur. l. Iulianus. §. ſi procurator de actio. empt.
m d. l. blanditus.
n l. ii. C. per quas perſonas.
o l. hæres à debitore. in princ. de fideiuſſ.
p d. l. poſſeſsio. §. fin. in l. ſolutã. §. penu. verb. non ſemper. de pignor. act.
q l. ſi ita ſtipul. §. Chryſogonus. in fin. de verb. oblig.
r l. ſi hæres pecuniam. ad Trebell. vbi gl. l. intelligere. C. de luit. pig.
s l. quæcunq;. de act. & oblig. l. ſtipul. iſta. §. ſi ſtipuler. de verbor. oblig.
t l. cum qui. §. fin. de conſti. pec.
u d. §. ſi numos.

LEX XXVI.

VLPIANVS LIB. V. Opinionum.

A SI pecuniam militis procurator eius mutuam dedit, fideiuſſoremq; accepit: exemplo eo, quo ſi tutor pupilli, aut curator iuuenis pecuniã alterutrius eorũ creditam, ſtipulatus fuerit: actionẽ dari militi, cuius pecunia fuerit, placuit.

LEX XXVII.

VLPIAN. LIB. X. ad Edictum.

CIuitas mutui datione obligari

B

Ciuitas mutui datione.

1 *Ciuitas ex mutuo non obligatur niſi conſtet in rẽ eius verſam eſſe pecuniam.*
2 *Et quare id introductum ſit.*
3 *An idem in alijs vniuerſitatibus obtineat.*
4 *Huius legis beneficium, in ſocietate ſiue collegio non habere locum.*
C 5 *Regulariter ex contractu adminiſtratoris obligatur dominus, etſi nõ probetur pecuniã in eius rẽ verſam eſſe.*
6 *Quibus caſibus legis noſtræ priuilegium ceſſet. & nu. 7.*
8 *Ciuitas non libera non poteſt contra legem principis cõtrahere.*
9 *Huius legis beneficium an in cæteris quoq; contractibus locum habeat. & num. 10.*
11 *Ciuitas an & quando ex delictis obligetur.*
12 *Peßima facinora pauci audent.*
13 *Crimen perduellionis abſq; dolo non committitur.*
D 14 *Quæ ſit diuerſi iuris ratio, quòd ciuitas delinquẽdo obligatur, & non ex mutuo.*
15 *Priuilegio indigni ſunt nocentes.*
16 *Creditor quibus modis probare poßit pecuniam in rem ciuitatis verſam eſſe. & num. 17. 18.*
19 *Manifeſtè conſtare dicitur, quod ex coniecturis probabilibus conſtat.*
20 *Si creditor ciuitati in cauſam vtilem vel neceſſariam mutuauit, & ea pecunia antequam in eam cauſam verteretur, fortuitò perierit, cuius ſit periculum.*
E 21 *Huius legis beneficium etiam in eccleſia & minoribus procedit.*
22 *Ciuitas, eccleſia, minor, differunt inter ſe quibuſdam caſibus.*
23 *Si pecunia in rẽ ciuitatis non ſit verſa, ſolus adminiſtrator tenebitur.*
24 *Quod obtinet, etſi proteſtatus ſit, ſe nolle aliquo modo priuatim obligari.*
25 *Quo caſu teneatur adminiſtrator probare, ſe eſſe adminiſtratorem.*
F 26 *Conditio ob cauſam cum doli actione non concurrit.*
27 *Cum in rem ciuitatis verſa eſt pecunia, & ciuitas & adminiſtrator obligantur. fallit vt num. 29.*
28 *Niſi præciſe appareat, ſolum procuratorio nomine voluiſſe adminiſtratorem obligari.*
30 *Cùm creditor ignorat, an pecunia in rem ciuitatis verſa quibus remedijs ei ſuccurratur.*
31 *Ex mutuo ciuitati facto quomodo ciues obligentur.*

1 CIVITAS.) † Vt ex mutuo ciuitas ipſa obligetur, conſtare oportet, in rem eius verſam

2 ſam eſſe pecuniam.† Sed cur id introductum eſt? Et Barto. exiſtimaſſe videtur, ideo non obligari quia adminiſtratores in id mandatum habere non cenſentur. Alij rectius, ſpecialiter in ciuitatibus conceſſum exiſtimant, ſicut & pleraque alia, ne adminiſtratorum culpa detrimētum ſubeant [a]. Nam & idem iuris in eccleſia ſeruari aliquatenus videmus [b]. Idem & in pupillo, qui mutuam pecuniam acceperit [c]. Vnde meritò in ciuitate quoque idem conſtituendum fuit [d].
3 † Sed quid in alijs vniuerſitatibus? Et idem receptum eſt, ſi talis ſit vniuerſitas, quæ beneficio pupillari vti poſsit [e]: quales ſunt magnæ vniuerſitates, quæ alieno regimine indigent, in quibus pupilli, viduæ, pauperes, ægroti, idque genus homines continentur [f].
4 † Quòd ſi aliqua ſit ſocietas, vt publicanorum, vel collegium fabrorum, piſtorum, nauiculariorum & ſi qua ſimiles [g], ſecus eſt, vt plerique cenſuerunt [h]:
5 † in his enim à regula non recedimus, qua traditum eſt, ex contractu adminiſtratoris obligari dominum, quamuis non probetur in eius rem verſam eſſe pecuniam [i]. Sed perpetuúmne eſt, vt ciuitas obligari, niſi ex vtilitate ſua, non poſsit? Et interpretes aiunt pluribus
6 modis reſtringi.† Et in primis, quando non ſimpliciter adminiſtratoribus, ſed toti concilio generali, ſeu omni ordini decurionum, qui totam ciuitatem repræſentent, mutuatum ſit [k]. Cùm enim poſsit ciuitas legem ferre [l], meritò & mutuò accipere obligarique poterit, valebitque in vim
7 legis contractus: quod Bart. ſenſit [m].† Vnde conſequens eſt, vt idem cenſeamus, ſi procuratorem ad pecuniam mutuò accipiendam concilium ipſum generale conſtituerit. Non enim videtur tunc onerandus creditor, vt probet in rem verſam eſſe [n], dum appareat ea ex cauſa initium fuiſſe contractum [o]. Idque communiter approbatum eſt. Sed ego hæc vera eſſe arbitror, ſi ciuitas libera ſit, vel aliàs id ei ex lege ipſius municipij valida liceat: alioquin non video cur à legis no-
8 ſtræ priuilegio recedendum ſit.† Nec enim ciuitas non libera, aduerſus legem principis contrahere poteſt [p]: vnde nec ſtatuere, nec conſuetudinem inducere de publica re poteſt [q], licet in priuatis rebus ſuo ſe conſenſu obligare ciues valeant [r]. Videmus enim publica iura ciuitatum à principe ſolis ciuibus non credi [s], ſed vlterius neceſſariam præſidis eſſe autoritatem [t], qui non niſi ex cauſa legitima conſentire debet. Et ita Fulg. Pontanus, Paul. Aretinusque cenſuerunt.
9 † Sed quid in cæteris contractibus? an ſi ciuitas vendiderit, preciumque receperit, teneatur emptor probare, in eius vtilitatem verſum preciū? Et Accurſ. idem ſenſit [u]: quæ ſententia ab omnibus exploſa eſt: cùm enim emptor ſeruatis ſolennitatibus emerit, nihil ei vlterius oneris incum-
10 bit [x].† Sed difficilior eſt nodus, quid in caſu conuerſo: vt quia adminiſtrator à ſagario tunicas emat pro apparitorum ornatu: an probabit venditor apparitores ornatos, & ſic in vſum reipub. tunicas perueniſſe? Et Paulus Caſtr. Iaſonque negant, hocque caſu legi noſtræ locum non eſſe aiunt [y]. Nam & idem in tutore traditum eſt [z]. Ego arbitror cum Pontificijs ſentiendum eſſe, qui eccleſiam ex depoſito ſibi facto obligari quidem abſque alia vtilitatis probatione aiunt: vt hi, coram quibus factum eſt depoſitum ex redi-

a l. ſi. C. de vend. re. ciuit. lib. 11.
b auth. hoc ius. C. de ſacr. ſan. eccleſ.
c l. i. C. ſi aduer. cred.
d l. pen. C. de iure reip. lib. 11.
e l. pen. C. quib. ex cauſ. maio. vbi not.
f Bar. l. i. de albo ſcrib. Guliel. Ray. Iac. Bal. Salic. Fulgo. Alex.
g l. i. §. quod cuiuſq; vniue. no.
h arg. l. item magiſtri. de pac.
i l. fi. de exercit.
k gl. rub. C. quæ ſit longa conſ.
l prohibere. §. planè. quod vi aut clam.
m Bart. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor.
n l. i. §. non autē. verſi. ſed & ſi. de exercit.
o l. habebat. de inſtit. in prin.
p l. continuus. §. cùm quis. vbi Paul. & Aret. de verb. oblig.
q c. fin. vbi Doct. de cenſib. li. 6.
r l. ii. in fin. C. de conſtit. pec.
s l. ſeruitutes. 3. §. pen. de ſeruit. l. ſacra. §. i. de rer. diuiſ.
t d. l. fi. d. §. planè. l. ſi legatum. & l. ſeq. de opc. publ.
u Gloſſ. l. i. C. de vend. reb. ciuit.
x Bar. ibi, & Doctores d. auth. hoc ius.
y Arg. c. i. de depoſ. & c. pen. de fideiuſſ.
z Paulus d. l. i. ſi aduerſus. cred.

**poteſt, ſi ad vtilitatē eiꝰ pecuniǣ verſa ſūt [d]:**

tibus ſoluant, non vt immobilia vel res precioſæ vendi hac ex cauſa poſsint [a]: aliàs paratiſsima eſt legi fraus [b]. Et quod de eccleſia dicitur, in ciuitate quoque cenſendum eſt, quæ nec ipſa liberam alienandi poteſtatem habet, vt ſuprà oſtendi: quamuis hac in re Deci. diſſentiat.
11 † Sed quid in delictis dicemus? Et
A conſtat obligari ciuitatem [c], cùm omnes, vel maior pars communicato conſilio, re deliberata, deliquerūt [d]. Idem ſi nō præceſſerit deliberatio, ſed expreſsim ſequuta ſit ratihabitio [e]. Idem ſi tacitè: vt quia rem à facinoroſis nomine ciuitatis ablatam, ciues ipſi receperint, & poſſederint [f]: vel quia delictum tractum habeat, ſicut defectio, & defectioni, ſeu rebellioni omnes acquieuerint [g]. Quod intelligendum, ſi ſponte
12 hoc factum eſt [h]: † vſu enim didicimus, peſsima
B facinora, vt Cornelius Tacitus ait, paucos audere: cæteros verò ob terrorem, vel ſegnitiem malle ſpectatores eſſe, & qualemcunque euentum
13 diſsimulato conſenſu tranſmittere.† Quis igitur credat imputari culpam hanc perduellionis crimini poſſe, quod abſque dolo non committitur [i]? Doctores certè noſtri non crediderunt [k]. Vnde ſolent principes, ſi ad obſequium rebelles redigunt, iuſta perduellionis pœna ſolos autores, & conſceleratos ob dolum afficere: cum
C ciuitate verò, ob ceſſationis culpam, pecuuia decidere. Qua tamen in re, grauius milites vaſallique mulctandi ſunt, cùm ad eos defenſio
14 principaliter pertineret [l]. Hi verò qui per ætatem, vel ſexum nec dehortari quidem potuerunt, prorſus abſoluendi [m]: niſi de filijs aut vxoribus eorum loquamur, qui lege Arcadiana rei ſunt [n]. † Sed cùm ciuitas delinquendo obligetur, cur non & ex mutuo [o]? Et Bartol. Iaſo. Deci. fatentur eodem modo obligari etiam ex
D mutuo, cum re generali conſilio deliberata mutuò acceptum eſt. Quam opinionem ego ſuprà
15 non probaui, cùm ſpecialem ciuitatis in cauſa mutui fauorem lex noſtra inducat, qui & pupillis præſtatur [p]. Vnde in Fulgoſ. Alex. recentiorūque ſententiam tranſeo, qui delinquenti nō ſuc-
16 curri tradunt, † quia priuilegio indigni ſunt nocētes [q]. At in cōtractu ſecus eſt, multoq; magis in mutuo, in quo maius priuilegiū ciuitati tribuit [r].
a ❡ Verſæ ſunt.) † Sed quomodo probabit cre-
E ditor in vtilitatem reipub. verſam eſſe pecuniā? Et varij traduntur modi. Primus, ſi adminiſtratorib. coram generali ciuium adunatione mutuatū ſit [s]. Et hoc ferè omnes tradiderunt. Subijcit tamen Alex. ſi mutuum fœneratitium ſit, odio talis creditoris poſſe hoc quoque caſu reſtitutionem in integrum ciuitati competere, ſi probetur in eius rem non eſſe verſam pecuniam [t]. Verùm hæc diſtinctio inter mutuū gratuitum & fœnus, nuſquam in iure probatur [u], tametſi communiter i-
F ta Doctores diuinent [x]. Fulgoſ. aliter diſtinguit, vt ſi ciuitas libera ſit, procedat hic modus: ſi verò principis iura non habeat, ſecus: & ideo neceſſaria probatio ſit. Ego propter tot prudentum præſentiam, qui generali concilio veriſimiliter interſunt, ſatius arbitror præſumptionem hanc
17 ſequi [y].† Alius eſt, cùm ei mutuatum eſt, qui ſpeciale mandatum à generali adunatione habuit: ſatis enim eſt hoc caſu cum qui acceperit, hoc nomine accepiſſe [z]: nec debuit creditor vltrà curioſus eſſe [a]: quod ſuprà concluſi, in ciuita-
te

a Abb. & Card. d. c. i. & d. c. penu.
b Bar. l. in quorū. de pig.
c l. metum. §. animaduertēdum. quod me. cau. auth. item nulla. C de epiſc. & cle. §. i. de pac. iur. fir. in feud.
d l. ſemper. §. ii. quid vi aut clā. Bar. l. aut facta. §. fin. de pœn.
e Gl. l. aliud. §. i. de reg. iur. l. i. §. deiecisse. de vi & vi arm.
f l. ſed & ſi. §. i. de dol. Ancha. Card. cler. i. de pœnis.
g l. i. vbi Salic. C. de ſedit.
h Arg. 23. 5. ſi audieris.
i Gl. l. actionū. ff. tit. ii.
k Lignanus [illegible] la, Card. d. c[illegible] 1. Arct. con[illegible] 16; Feli. c. d. [illegible] ctus. a. de [illegible]
l c. i. de noua forma fide. l. omne. §. fi. de re mil.
m Arg. l. i. in prin. de magiſt. conue. Bar. d. §. fin.
n l. quiſquis. C. ad l. Iuliam. maieſt.
o l. omnem. §. de iudi.
p d. l. i. C. ſi aduer. cred. d. l. patri pro filio. §. ſi pecuniam. de mino.
q l. auxiliū. de mino. Barto. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
r Bart. d. l. i. C. de vend. reb. ciui.
s Arg. d. c. i. de depoſ. & d. c. pen. de fideiuſ.
t d. l. i. & ii. C. ſi aduerſ. cred.
u Bart. d. authen. hoc ius. in fin.
x d. l. i.
y Arg. c. niſi eſſent de præb.
z d. l. i. verſ. ſed ſi in precijs. de exe.
a l. doli. in fin. de nouat. Bar. d. authen. hoc ius.



te libera ſolùm procedere, vel cùm lege municipij facultas alienandi ciuibus permiſſa eſt. Idem ſi ex reditibus citra alienationem immobilium reddi mutuum poteſt: his enim caſibus commu-
18 nem ſententiam ſequor. † Tertius eſt, cùm probatur tempore mutui indiguiſſe ciuitatem mutuatitia pecunia [a], & ideo in eam cauſam ab adminiſtratore acceptam fuiſſe: ſatis enim id eſſe quandoque Accurſius cenſuit [b], quem Petrus Cyn. Iacob. But. Baldus [c], Salicetus, Paulus Caſtrenſis & nouiſsimè Decius ſequuti ſunt. Sed alij contrà [d], & frequentiore calculo, vt Alex. hîc oſtendit. Ego plurimum hac in re iudicis arbitrio tribuendum arbitror [e]. Quid enim ſi præterea adſunt aliquæ præſumptiones, vt prudentia, probitasq; adminiſtratoris [f]? Quid ſi de modica ſumma agatur? [g] Quid ſi confeſtim poſt mutuum impleta ipſius cōtractus cauſa inueniatur, nónne veriſimile eſt ex ea pecunia impletam [h]? Nam & ſi poſt mutuum reſpub. aliquem fundum non imparis æſtimationis emerit, nec conſtet vnde alio modo eā pecuniam reficere potuerit, ex mutuatitia præſumi Iac. & Alb. cenſuerunt [i]. Crediderim igitur his caſibus poſſe iudicem arbitrari in vtilitatem
19 verſam eſſe. † Manifeſtè enim conſtare dicitur, quod etiam ex coniecturis probabilibus conſtet [k]: proniorque erit iudex vt ita pronunciet, quoties de fructibus & reditibus citra immobilium alienationem, ſatisfieri tali creditori poterit [l]: difficilior verò, cùm alienanda eſſent huiuſmodi
20 bona [m]. † Sed quid ſi creditor ciuitati in cauſam vtilem vel neceſſariam mutuauit, verùm caſu fortuito ea pecunia antequam in eam cauſam verteretur perijt? Et diſputatum extat, non imputandum creditori, qui à principio vtiliter geſsit [n]: vnde & quod de in integrum reſtitutione ex Alexandro ſuprà retuli, hoc caſu locum ſibi non ven-
21 dicaret. † Et quæ de ciuitate diximus, in eccleſia quoque procedunt, itemque in minoribus. Differunt tamen hæc inter ſe quibuſdam caſibus.
22 † Nam & eccleſia & ciuitas nec quidem ipſo iure videntur obligari, niſi in vtilitatem verſum ſit minor verò reſtitutionem in integrum poſtulare debet [o]: quod arbitror propter conſenſum ſuum inductum eſſe. At ciuitas vel eccleſia corpus legale eſt, in quo verus naturaliſque conſenſus non eſt [p]. Cæterum & ciuitas ſi mutuam pecuniam dat, loco priuati eſt, beneficioque nullo vtitur [q]: ſi pupillus, ſecus, maiuſque hoc caſu priuilegium habet [r]. Rurſus præfectus eccleſiæ vel epiſcopus fructus ſuos facit [s], adminiſtrator ciuitatis non facit [t]. Contrà verò in proprietate rerum epiſcopus liberam poteſtatem non habet, concilium liberæ ciuitatis habet [u]. Sed & adminiſtrator ciuitatis, etiam ſpecialiter obligare reipub. bona poteſt [x]: nec mirum, liberam enim poteſtatem habet [y]. At eccleſiæ præpoſitus ſolùm generaliter id poteſt [z]: procurator verò priuati, qui liberam non habeat poteſtatem, pignus in re conſtituere nullo modo poteſt [a], niſi propter conſuetudinem regionis, vel certis alijs caſibus quos recentiores alieno loco hîc congerunt.
a ❡ Ipſi ſoli.) Hîc duo articuli attingendi ſunt. Primus, quid iuris, cùm pecunia in vtilitatem reipub. verſa non eſt. Sequens, quid cùm

a d. l. fin. de exercito.
b Gl. d. auth. hoc ius. & hic.
c Bal. d. l. i.
d gl. §. ſi verò qs aut epiſ. in authent. de alien. & emphyt.
e l. iii. §. tu magis. de teſtib.
f glo. Laure. Archid. Gemin. §. hoc ius. x. q. ii. Gloſ. Odofre. Cyn. Alber. d. auth. hoc ius.
g c. terrulas. 12. quæſt. 2.
h l. fi. C. de alim. pupill. præſt.
i d. auth. hoc ius. Ioā. in ſumma auth. de exhib. re. ver. de quar.
k l. i. C. de teſta. vbi Iaſ.
l Abb. d. c. i. & d. c. pen.
m l. iubemus nullam. ver. nec etiam ſi. C. de ſacroſan. eccl.
n l. verum. §. pen. de minor. l. in pupilli. de ſol.
o d. l. i. C. ſi aduerſ. cred.
p l. iterum, de vſucap. c. Romana in fi. de ſenten. excomm. in 6.
q l. nihil ad Macc.
r d. l. verū. §. fin.
s c. præſenti de offi. ordi. in 6.
t §. de adminiſt. rerum ad ciui. toto tit.
u Card. d. c. pen. q. & conſi. [illegible] col. fin. l. ſi is. de pig.
y l. præſes. C. de tranſact.
z §. ſi autē cred. in auth. de non alie. c. nulli. de reb. eccleſ. nō alien.
a l. iii. quod iuſſu.

**alioquin ipſi ſoli, [d] q contraxerunt, non ci[uitas]**

eſt verſa. † Quod ad priorem attinet, hîc probatur adminiſtratoris quoque contemplatione mutuatam videri [b]: & ideo ſolum ipſum teneri, ſiue propter malam adminiſtrationem, ſiue quia ab eo conſumpta priuatim videatur pecunia. Vnde etiam finito officio nihilominus conuenietur [c]: aliàs creditor manifeſtam iacturam rei ſuæ ſubiret:
A quod omnino eſt iniquum [d].
24 † Sed quid ſi adminiſtrator recipiens præciſe proteſtatus eſt, nolle ſe aliquo modo priuatim obligari? Et traditum eſt, nihilominus præſtare eum hæc duo debere [e]. Alterum, quòd ſit adminiſtrator: alioquin de dolo conueniri poſſet [f]. Alterum, quòd in vtilitatem reipublicæ, verſa ſit pecunia: aliàs ab eo condici, tanquam cauſa
B non ſequuta poterit [g].
25 † Primum tunc neceſſarium eſt, cùm creditor probare non poteſt, in rem verſam eſſe pecuniam: & ideo agit contra eum, tanquam ipſe procuratorem ſe ſpecialem aſſeruerit, quem ſuprà ex Bart. dictum eſt, poſſe confeſtim ſuo ex contractu rempub. obligare [h]: alioquin in ſimplici adminiſtratore fruſtra de hoc quæreremus [i]. Solùm enim, vt Fulgoſ. ait, agendum conditione ob cauſam eſſet, quia in rem verſa non ſit pecunia:
26 † quæ actio
C cum doli actione non concurrit [k]. Actione verò mutui hoc caſu nullo modo conueniri poſſet: quia tali proteſtatione apparet eius contemplatione mutuatum non fuiſſe [l]: qua in re hîc lapſus videtur Aretin. Sed quid ſi adminiſtrator ſe nolle in quoquam obligari, nec ad precij quidem reſtitutionem dixerit? Et putarim ſolummodo dolum ab eo præſtari debere, vt ſibi imputet creditor, qui temerè contraxit [m].
27 † In ſecunda verò quæſtione cùm in rem ciuita-
D tis verſa eſt pecunia, communis videtur ſententia, non ſolùm ciuitatem, ſed etiam adminiſtratorem, qui ſimpliciter contraxerit, obligatum cenſeri [n]: quod lex noſtra per locum à contrario ſenſu oſtendit. Nam vt ſuprà dixi, eius quoque contemplatione mutuatum fuiſſe creditur [o]. Cùm enim reſpublic. non niſi in rem ſuam verſa pecunia obligetur, videtur creditor fidem quoque adminiſtrationis aliqua-
28 tenus ſequutus: † niſi præciſe appareat ſolùm
E procuratorio nomine voluiſſe eum obligari [p], quo caſu defendi Decij aduerſus Iaſon. litigantis ſententia poſſet: tuncque ex Alexandri diſtinctione exiſtimabimus aliud eſſe, quod quis procuratorio nomine ciuitatis contrahat: aliud, quod ſe in negocijs ciuitatis impenſurum dicat: vt hoc ſecundo caſu etiam ſui contemplatione contractum videatur: quamuis regula-
29 riter hæc non differant [q]. † Sanè quod diximus adminiſtratorem proprio quoque nomi-
F ne prædicto caſu obligari, Paul. Caſtrenſ. Alexanderque intelligendum exiſtimant, vt durante officio ſolùm teneatur [r]. Cùm enim minus id neceſſariò ſubeatur [s], non fuit æquum vlte-
30 rius eum obligari. † Sed quid in caſu dubio dicemus, cùm creditor ignorat, an pecuuia in rem ciuitatis verſa ſit: quomodo ei conſulendum? Et triplici ope ſuccurri poterit. Aget enim, ſi volet, aduerſus ciuitatem, adminiſtratoremque interpellabit, vt liti adſiſtat, & probationes vtilitatis ciuitati partæ ſuggerat: quod ſi mi-
nus

23 Ciuitas mutui datione.
b Arg. l. ſi abſentis. C. eod.
c l. prior. §. in cū. de admi. rer. ad ciuit.
d l. ſi me & Titium. ff. eod.
e l. i. in fin. C. credit. euict. pig.
f l. ſi legatarius. l. quidā de dolo.
g l. ſi procuratori. de cond. ob cauſ.
h d. l. habebat.
i l. eum qui. §. fi. C. quod cum eo. Paul. Caſt. & Alex. hic.
k l. i. in fi. de dolo.
l l. ſi pupilli. §. i. de neg. geſt.
m l. emptorem. ff. ſi. de act. emp.
n d. l. ſi pupilli. §. i. l. ſi in rem. C. quando ex facto tut.
o Arg. l. cùm qui. C. ſi cert. pet.
p l. fin. de inſtit. l. poſt mortē. §. fin. quando ex facto tut.
q Bar. d. l. ſi pupilli. verſ. in caſu tamē. §. noſtri.
r d. l. prior. §. in eum.
s l. munerum. §. defenſores. de mūner.

nus fecerit, aduerſus eum dirigetur actio [a]. Rurſus poterit etiam à principio priuſquam cum ciuitate experiatur, iudicis officio petere, vt cogatur adminiſtrator id oſtendere [b]. Decius, poſſe etiam actionem ex mutuo aduerſus ipſum adminiſtratorem vel rempublicam eodem libello intendi, cenſuit: quia incertitudo ex diſiuncta proueniens, cùm ex aduerſarij facto originem duxerit, libellum non vitiat [c]. Verùm id thema vt aduerſus eundem reum proculdubio admittendũ eſſet [d], ita aduerſus diuerſos non ſat in iure noſtro probari poteſt [e], maximè cùm ciuitatis culpa nulla argui poſsit.

uitas [b], tenebuntur.

### LEX XXVIII.

**CAIVS LIB. XX.** *ad Edictum prouinciale.*

31 b ¶ Non ciuitas.) † Dubitant hîc Doct. ex mutuo ciuitati facto, quomodo obligentur ciues. Et dubium non eſt, ſimpliciter obligari tanquam vniuerſos [f]. Addit Bart. tanquam ſingulos obligari poſſe, ſi in mandato adminiſtratorum hoc actum ſit: vt quia concilium generale hanc eis poteſtatem dederit: talis enim contractus vim legis habet [g], vnde perinde ac lex ſingulos obligat: quæ ſententia communiter eſt approbata [h]. Nec ego dubitauerim verá eſſe hiſce in caſibus, quib. talis contractus vim legis haberet: vt quia ciuitas illa iuris ſui eſſet. Idem ſi ſubiecta principi ſit, dum ex cauſa licita contrahat, conſtetque velle in vim legis contractum valere [i]. alioquin in dubio non eſt præſumendum id actum: quoniam ſpeciale eſt in ſupremi principis contractu, vt eius ſuſtinendi cauſa interpretemur, voluiſſe in vim legis valere [k]: quod hîc latius aliqui diſputant. Vnde in alijs non capitur hæc præſumptio [l]: nec dubium eſt concedi ciuitati lata lege ciuis ſui ius auferre, dum ex cauſa id faciat [m], maximè cùm ciuis ille aduerſus alios regreſſum habere poſsit [n], vt quod ſupra virilem portionem impẽderit, ſibi reſtituatur [o].

a l. ſi parentes. l. ſeq. C. de euic.
b Arg. l. ſi contendat. vbi gl. de fideiuſſor. l. in creditore. de euict.
c l. i. §. quia aũt. quor. leg.
d Alex. conſil. 182 in 2.
e l. i. C. de fideiuſ. tut.
f l. in tantum §. vniuerſitatis. de rer. diuiſ.
g d. l. pen. C. de dona. inter vi. l. fi. C. de legib.
h Hic, & l. iiii. §. actor. de re. iud.
i d. l. prohibere. §. planè. Bart. d. l. continuus. §. cum quis.
k d. l. i. vbi gl. ver. derogare. de ferijs.
l Bart. d. §. cum quis.
m l. Lucius. §. fin. ad municip.
n l. i. in princ. de muner. l. miſsi. C. de exactor. lib. x.
o Bart. d. l. iii. §. actor.

1 *Creditor non idoneum pignus accipiens, nihilominus totum rectè petit.*
2 *Pignus reſtituens non præſumitur remittere debitum.*
3 *In pignore iudiciali vel prætorio huius l. diſpoſitionem ceſſare.*
4.5 *Qua ratione id ſit inductum.*
6 *Ceſſat huius legis diſpoſitio, ſi aliter conſuetudine inductum ſit.*
7 *An in Iudæis fœneratoribus locus ſit legi noſtræ.*
8 *Non procedit hæc lex, cùm obligatio ipſa principalis legitima exceptione eliditur.*
9 *Pignus an in dubio præſumatur idoneum.*

1 CREDITOR,) † Creditor igitur, qui non idoneum pignus accipit, non ideo impeditur, quò minus totum petat [p]. Cùm enim pignoris obligatio à perſonali ſeparata ſit, cùm & quædam acceſsio videatur in creditoris ipſius fauorem facta, ex ea 2 ad principalis diminutionem non infertur [q]. † Vnde qui pignus reſtituit, non tamen remittere æs ſibi debitum cenſetur [r]. Et qui promiſit intra Calendas vel ſoluere, vel pignus dare, poſt diei aduentum ad ſoluendum cogi præciſe poterit [s]. Et qui obſides dedit, non ideo minus ad obſeruationem fidei tenetur [t]. Sed an indiſtinctè huius legis diſpoſitio obſeruabitur? 3 † Et Iaſon Deciusque aiunt, in pignore iudiciali vel prætorio non obſeruari. Creditori enim, ſi pignora emptorem non inueniant, à iudice addicuntur pro omnis crediti ſumma [u]: quod Vlpiani reſponſo traditur. 4 † Sed quánam ratione id inductum eſt? Et Paulus Caſt. ait, quia etiam ſi plus valeant, pro ſolo credito addicuntur: ergo idem, & ſi minus [x].

p l. iii. §. quæ ſpecialiter. C. de diſtr. pig.
q l. quod fauore. C. de legib.
r l. iii. de pact.
s l. quãuis. de pig. actio. vbi Bart.

A CReditor qui non idoneum pignus accepit, non amittit exactionẽ eius debiti quantitatis in quam pignus non ſufficit.

Sed certè æquius fuiſſet, ſemper ſecundum iuſtum valorem, & pro rata addici [y]. 5 † Petrus Beſut. quia eſt quod creditori imputetur, qui potuit tempore haſtæ tanquam quilibet ea pignora B licitari [z]. Sed certè quod meræ facultatis erat, nõ fuit ei imputandum, vt damnum ſubiret [a]. Ego Vlpiani reſponſum ſecundum præcedentia eius verba intelligo, quando executio ſic ordine ſuo à iudice facta eſt, vt ſufficere ex perſoluendo debito ea pignora crediderit tunc enim ſi emptorem non inueniant, addicenda pro toto debito creditori ſunt. Præſumuntur enim æquiualere ſummæ iudicatæ tum propter iudicis autoritatem, qui pro modo debiti exequi debuit [b]: tum C quia creditor videtur acquieuiſſe, cùm alia quoque in eandem cauſam accipi non procurarit [c]. & ita arbitror ſenſiſſe veteres: licet recentiores interpretes illud reſponſum magis intricent, quàm declarent. 6 † Rurſus non procedit concluſio, cùm aliter conſuetudine inductum eſt: quod Venetijs fieri Accurſius ait. quæ ſententia defendi poteſt, cùm non apparet fidem in id datam, vt integra ſumma ſoluatur: alioquin non eſt credẽdum valere conſuetudinem, per quam fides D violetur [d]. Si verò conſtet creditori non eſſe datam fidem, tunc admitterem videri pignus pro debito principali à creditore acceptum. 7 † Vnde in Iudæis fœneratoribus Ang. Deciusque exiſtimarunt, legi noſtræ locum non eſſe [e], cùm hi indiſtinctè etiam ignotis quibuſcunque mutuent, ad ſola pignora reſpicientes. Quæ ſententia & mihi placeret, quoties hi pactum cum principe haberent, ne ab aliquo euinci ſibi pignus, niſi reſtituat pecuniam poſſet [f]. Apparet enim omnem il E lis in pignore eſſe fiduciam, idque in dubio aduerſus alienæ ſectæ homines credendum. Nam vt apud Ciceronem libro de Officijs tertio eſt: Fidem neque dedi, neque do infideli cuiquam [g]. 8 † Cęterum nec tunc concluſio procedit, cùm obligatio ipſa principalis legitima aliqua exceptione, puta violentiæ, elideretur [h]. Vnde ſi quis captiuus per metum promiſerit, obſideſque dare compulſus ſit: quia apparet ad fidem captiui reſpectum non eſſe ſi is minus obſeruat, non ta F men perfidus cenſebitur [i]. Secus ſi principalis obligatio valeret [k]. 9 † Sed an in dubio pignus idoneum fuiſſe præſumemus? Et traditum eſt præſumi [l]. Vnde inferunt, tali caſu non admitti creditorem, qui ſatiſdari ſibi vel caueri, tanquam aduerſus ſuſpectum poſtulat [m]. quod & ego ſequor, non quòd præſumi pignus idoneum cenſeam: hæc enim externa, fortuita, accidentia, vt Raph. ait, non præſumuntur [n]: ſed quia crdeitor pign⁹ accipiendo, videtur illud pro competenti cautela approbaſſe [o], vnde non debet temerè amplius audiri,

t Bar. d. l. quãuis.
u l. à diuo. §. ſi pignora. de re iud.
x l. ſecundum naturam. de reg. iur.
y l. ſi ex maiore. C. de excep.
z l. ii. C. ſi in cauſa iud.
a l. ſicut. §. non videbitur. quib. mod. pig. l. nõ quicquid. de iudi.
b c. quoniam frequenter. in fin. vt lite non conteſt.
c l. iii. in fin. de fideiuſſ.
d c. fin. extrà de conſuet.
e Ang. l. i. C. de pignor.
f Abbas c. quod clericis. col. 7. de for. compe.
g 11. q. 3. c. ad menſam.
h Clem. paſtoralis. verſ. nunquid etiam. vbi gl. de re iud.
i l. cùm principalis de reg. iuris.
k c. ex reſcripto de iureiur.
l gl. l. ii. verb. redigere. C. de pigno. Bald. Alexan. Iaſ. Deci. hic.
m l. ſi fideiuſſor. §. fi. qui ſatiſd. cog.
n Gl. l. ſi verò §. qui pro rei qualitate. qui ſatiſd. Raph. & Soci. l. ii. §. i. de excep.
o d. §. ſi pignora. d. l. iii. in fin. de fideiuſſ.



Si inſtitorem ſeruũ

audiri, niſi legitima aliqua cauſa ſuperuenerit [a]. Quo caſu Decij ſententiæ locus eſſe poterit: non enim repugnat ex cauſa alicui duplici modo caueri, quod Bar. ſenſit [b]: vt ſi quis in poſſeſsionem miſſus, adhuc petat manus debitori inijci: quod tamen concedendum, niſi creſcente contumacia, non eſt [c]. Qua de re vidẽda ſunt, quæ alij tradidere [d].

a l. iii. in fin. vt in poſſ. leg.
b l. conſentaneũ. quæſtio. 2. C. quom. & quando iud.
c d. c. quoniam frequenter. in fin.
d Iaſ. l. nulli. C. de iudi. Alex. conſ. 130. & ſeq. in 4.

### LEX XXIX.

**PAVLVS LIB. IIII.** *ad Plautium.*

SI inſtitorem ſeruum dominus habuerit, poſſe dici, Iulianus ait, etiã condici ei poſſe: quaſi iuſſu eius contrahatur, à quo præpoſitus ſit.

1 *Inſtitor quis, & vnde dictus.*
2 *Inſtitor apud Iuriſconſultum quis intelligatur.*
3 *Procurator ab inſtitore differt.*
4 *Qui pecunijs mutuandis præpoſitus eſt, inſtitor propriè non dicitur.*
3 *Ex inſtitorum contractu dominus conuenitur in ſolidũ, & quibus modis id contingat.*
6 *Lex noſtra quare in ſeruo inſtitore loquatur.*
7 *Ex mutuo inſtitori facto, dominus ipſe obligatur.*
8 *Et quæ tum ſint probanda.*
9 *Inſtitor ex re, in qua præpoſitus eſt, durante officio quoque tenetur, vt de pecunia domini ſoluat: de ſuo verò non tenetur.*
10 *Caſus, in quibus inſtitor etiam de ſuo tenetur. & num. 11. 12. 13.*

1 SI inſtitorem.) † Inſtitor apud veteres antiſtitor dictus eſt, quaſi antè ſtator: & cuſtodem, procuratoremque domini ſignificabat, vt eſt apud Columellam. Deinde per aphæreſim cœpit inſtitor appel 2 lari: ſicut antiſtes, teſtis [e]. † Apud Iureconſul. verò, ab inſtando videtur dictus [f]: iſque ſolùm inſtitor intelligitur, qui negocio aut tabernæ alicui quæſtus faciendi cauſa præpoſitus eſt [g]: idque ſiue expreſſe ſiue tacitè, vt quia dominus ſciens 3 paſſus eſt negociationem ab ipſo geri [h]. † Qui verò ad certam facti ſpeciem præpoſitus eſt, nõ inſtitor, ſed procurator ex Iureconſultorum vſu di 4 citur [i]: quod communiter traditum eſt [k]. † Ego qui pecunijs mutuandis præpoſitus eſt, inſtitorem propriè non eſſe arbitror [l]: quia pecunia in 5 quæſtu aut negociatione non eſt [m]. † Ex horum contractu in ſolidum quidem dominus conuenitur: ſed id duobus modis contingit. Primò, nomine inſtitoris, quia contraxit: tuncque ex contractu quidem inſtitoris aduerſus dominum agitur, ſed cum adiectione inſtitoria [n]: videturque hæc actio vtilis dici. Nam ſatis eſt in ea probari domino ſciente inſtitorem exercuiſſe [o]: tametſi nihil de iuſſu allegatum ſit. Poteſt etiam alio modo conueniri, nempe nomine proprio, tanquam iuſſerit [p]: nec tunc inſtitoriæ qualitatis adiectio neceſſaria eſt. Et hoc eſt quod hîc dicitur, condi 6 ci poſſe: quod Accurſ. directò interpretatur [q]. † Sed cur lex noſtra in ſeruo loquitur, cùm etiam liber homo, inſtitor conſtitui poſsit [r]? Reſpondeo, ex liberi hominis contractu, quamuis iuſſu aut mandato noſtro celebrato conueniri directò non poſſumus, ſed vtiliter tantùm [s]: vnde tũc neceſſaria eſſet adiectionis inſtitoriæ qualitas [t]. Putauerim tamen hodie, cum formulæ iudiciorum ſublatæ ſunt, qui ſimpliciter egerit, nihilominus obtinere poſſe [u]: licet aliud ſenſiſſe Ioan. Fab. videatur [x]. Et ego ita reſponſum id intelligo, quod Accurſius interpretatione ſua violat, dũ dictionem. Quaſi, expreſsiuã veritatis arbitratur [y]. Sed & non minus Bartolus, qui de procuratore ſpeciali hîc fieri verba exiſtimauit. Et hęc quidem q̃ ad modum agendi attinet, ſatis ſint. Supereſt, vt 7 de effectu videamus. † Et non eſt dubium, dominum ipſum ex mutuo inſtitori facto obligari, & 8 quidem in ſolidum [z], † dum tamen probetur, quòd inſtitor in cauſã acceperit, in quam fuerat prępoſitus, vt Accurſius hîc cenſet [a]. Addunt alij probandum eſſe, quòd ita expediret ei negocio: quòd non maiorem ſummã acceperit, quàm neceſſe haberet: quòd cauſa mutui adimpleri ex ea numeratione poſſet, vt quia nec tempus nec locus repugnarẽt [b]: quòd mutuator hæc ſciret, cùm alioquin videri non poſsit, habuiſſe animum ex eo contractu i B pſum dominum obligandi [c]. Sed ego in eo qui ad mutuum recipiendum ſimpliciter præpoſit⁹ ſit, veriorem eſſe Accurſij ſententiam arbitror, vt ſufficiat, ſi probatum fuerit inſtitorem cùm accepit, in eam cauſam accepiſſe [d]. Sed & ſi quis poteſtatem exercẽdi dederit, quemadmodum ipſe faceret, ſatis putarem idem eſſe, propter generalia mandati verba [e]: licet Alex. ex facto aliud reſponderit [f]: cuius ſententia ſolùm mihi placet, cùm qui alicui quæſtui præpoſitus eſt, in quo ve C riſimile non ſit, de mutua pecunia accipienda aliter cogitatum fuiſſe: qualis eſt exercitoris, pãnarij, pellionis, & ſi qui ſimiles. At qui campſoriam menſam exerceri iubet, tam generali mandato, 9 ſatis de mutuo egiſſe videri poteſt. † Sed an ex re, in qua præpoſitus eſt, inſtitor quoque ipſe teneatur? Et durante officio traditum eſt, debere eum ſolutionem procurare, & ideo tanquam inſtitorem teneri [g], vt de pecuuia domini ſoluat: de ſuo verò non teneri, vnde finito officio conueni D ri non poterit [h]. hæcque communis eſt ſententia [i]: idque ſiue inſtitorio nomine expreſsim contraxerit, ſiue ſimpliciter: ex ea tamen cauſa, in qua appareat non eius contemplatione contractum 10 eſſe [k]. † Quę concluſio non procedit, quando ſuo nomine inſtitor promiſiſſet [l], vel quia expreſſe ita conueniſſet, vel quia natura promiſsionis hoc ſuaderet, veluti reſpectu domini, vt actione mandati erga dominum teneatur [m]: vel cùm ei, qui ſecum contraxiſſet, rem ratam dominum habitu E rum promiſiſſet [n]: vel cùm fauor contractus hoc induceret [o], vt ego in magiſtro nauis ſentio. Ad ſummam enim reipub. nauium exercitium pertinet, & plerunque res cogit, vt ſolius magiſtri cõ 11 templatione contrahamus [p]. † Sed & cùm inſtitor ſuo & procuratorio nomine contraxit, idem eſt: tenetur enim ipſe quoque [q]. tunc quoq; procurator tenetur, cùm ipſe ex contractu acquirit, vt quia directa actio ſibi quæratur, quod in contractibus vltro citroq; obligatorijs maximè con F tingit: [r] & quia tenetur eam domino credere [s], ſi dominus ſoluendo nõ ſit: vice verſa liberabitur, actionem mandati contrariam erga dominum ſibi competentem creditori præſtando [t]. Idem ſi ad procuratorem aliquid peruenerit: vt quia ſit procurator generalis. [u] Ius enim aduerſus inſtitorem agendi ei competit [x]: vnde meritò ex eius contractu ipſe quoque obligatur. Sed & ſi dominus procuratori ſatisfecit, cùm pecunia iam ad ipſum peruenerit, æquum eſt, creditoribus eum ſoluere: & directæ actiones erga eum intendi po

e l. ſi ſeruus. §. penul. de ver. ſig.
f l. iiii. de Inſtit.
g l. ſi cum villico. de inſtit.
h l. 5. in princ. eo. tit. l. fin. quod cum eo. Barto. cõſ. 79. quidã.
i l. in eum. de inſt.
k D. c. penu. de fideiuſſ.
l d. l. in eum. l. ſi mutuam. C. de inſtit.
m §. pen. Inſtit. quod cum eo. dicam l. pen. ſ. e.
n Glo. l. ſi tamen §. fin. de exercitor. Dd. l. i. C. quod cum eo.
o l. fi. quod cũ eo.
p §. fi. Inſt. quod cum eo.
q l. fi. pro ſocio.
r l. i. de inſtit.
s l. Iulianus. §. ſi procurator rẽ. de act. empt. l. liberto. in princ. de neg. geſt.
t d. l. ſi mutuam.
u arg. l. antepen. de neg. geſt.
x d. §. fin.
y arg. l. emancipatũ. §. i. de ſenat.
z §. i. Inſti. quod cum eo.
a l. 5. §. non tamen. de inſtit.
b l. fin. de exercit.
c l. ei qui. in fi. C. quod cum eo. Bart. l. ſi pupil. §. i. de neg. geſt.
d d. l. i. verſ. quid ſi mutuam.
e l. creditor. §. pe. mand.
f Alex. conſil. 44. in 2.
g l. ſed & ſi quis. §. pen. de inſti.
h l. fin. de inſtit. l. cum poſt mortem. §. i. de admin. tut.
i Doct. l. procurator qui de pro. cur.
k l. poſt mortem. in fin. quando ex fact. tut. d. l. pupilli. §. i.
l d. l. procurator. d. l. 5. §. planè.
m l. & ideo. de inſtit.
n l. ſi procurator meus. §. i. de procur.
o d. l. i. §. eſt aũt.
p l. i. in prin. & §. ſi is qui nauem de exercit.
q l. iii. §. apud Marcellum. de neg. geſt. Arc. conſi. 28. in 2. dubio.
r l. ſeruum Titij. man. d. l. i. §. eſt autem ſecundũ aliũ intellectũ.
s l. poſſeſsio quoque. §. fin. de acquir. poſſ.
t Gl. d. l. ſeruum Titij. Barto. d. l. procurator.
u l. ſed & in ipſum de inſtit.
x arg. l. ſi ego. de neg. geſt. dixi ſ. in l. ſingularia.

terunt: quas tali caſu nulla æquitas patitur ab vtilibus ſupprimi [a]. Poterit ergo hoc caſu creditor eum eligere, ſi velit. † Sanè ſi inſtitor non probaret, id ſibi munus à domino mandatum eſſe, non eſt dubium teneri: debet enim probare ſe inſtitorem fuiſſe [b]. Adde quod tali caſu doli reus videretur [c], vnde meritò proprio nomine conueniri poſſet [d]: ſicut & in magiſtratu dicim⁹, qui finito officio ex proprio dolo conuenitur [e]. 13 † Sed & ſi dominus abſens ſit, videtur creditor nō tam domini quàm inſtitoris fidem ſequutus & ideo eum conueniret. quod Paul. Caſtr. & Soci. ex facto reſponderunt [f]. Quæ ſententia iure non probatur: imò ipſum dominum ad inſtitorij contractus locum, hoc caſu creditor iudicij cauſa trahet [g]: vt meritò Decius ab eis diſſentiat. Planè ſupraſcriptis caſibus, quibus inſtitorem obligari diximus, ſi is inſtitor alienus ſeruus ſit, contra eius dominum de peculio agi poterit [h].

a Not. in l. i. de actio & oblig. 11
b arg. l. i. C. de euict. pig. not. ſ. in l. ciuitas.
c l. ſed ſi ex dolo. §. pen. de dolo.
d l. licet. §. poſſumus. nau. cau. ſtabu. l. iii. §. i. quod quiſque iur.
e l. i. §. i. de magiſt. conuen.
f Socin. conſ. 154.
g l. hæres. §. i. de iudi.
h l. ſi quis mancipijs. §. i. de inſt.

## LEX XXX.

PAVLVS LIB. V. *ad Plautium.*

QVi pecuniā creditam accepturus, ſpopondit creditori futuro: in poteſtate habet, ne accipiendo ſe ei obſtringat. A

1 *Qui ſpe futuræ numerationis ſpondet, non habet neceſſe recipere.*
2 *Eum qui promittat accipere, factum promittere, & incidere in contractum innominatum, & proinde locum eſſe pœnitentiæ.*
3 *Ex relatione mutui ad pactum vſurarum, reſultare contractum innominatum.*
4 *Mutuare eſt facti.*
5 *Promiſsio mutuandi ad contractus innominatos pertinet.*
6 *Quoties ſimpliciter facta eſt promiſsio, lex ſtatim obligationem & actionem condicit.*
7 *Præſumptio quæ ex poſt facto inducitur, quà minus actio oriatur non impedit.*
8 *Veterum fœneratorum mos & conſuetudo in mutuando.*
9 *Quid ſit, fide nominum traijci, apud Ciceronem contra Salluſtium.*
10 *Nominum faciendorum ratio & vſuræ, tempore Iuſtiniani deſierint.*
11 *ἀργυροπρατικοί qui dicantur.*
12 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ in ſolo contractu mutui locum habere, & quare.*
13 *In contractu mutui ob odium fœnoris lex nec donationē præſumit, nec pactum ſolo conſenſu cōualeſcere permittit.*
14 *Qui aduerſus ſuam confeſsionem admittitur, is neceſſariò probare tenetur.*
15 *Cautionis nomine ſtipulationem quoq; contineri.*
16 *Si qui oretenus ſaltem ſe pecuniam accepiſſe confeſſus fuerit, doli exceptionem perpetuò poteſt opponere, numeratione non ſubſecuta.*

1 QVI PECVNIAM.) † Qui ſpe futuræ numerationis ſpondet, non habet neceſſe recipere. Creditor enim qui ſe numeraturum promiſit, id in beneficiū ipſius debitoris facere intelligitur: vnde poteſt ille fauori ſuo renunciare [i]. 2 Adde quòd † qui promittit accipere, factum promittit, inciditq; id in contractus innominati ſpeciem [k]. Aliud enim eſt cōtractus, aliud cōtrahendi promiſsio [l], Vnde permittenda eſt huic pœnitentia, aduerſus eum, qui nondum adimpleuit, id eſt, adhuc non dedit [m]. Mutuum enim non niſi rei interuentu perficitur.

i l. pen. C. de pact.
k Gl. l. i. de act. & oblig.
l Gl. l. in bonæ fidei. quod cer. loco.
m l. ſi pecuniam. de condict. cau. da.

Subſequuta autem ante interuentum pœnitentia, deficit ſponſionis cauſa: vnde ipſo iure non cenſetur obligatus [n]. Quod intelligendum, cùm ex inſtrumento, vel aliter, huius numerationis fiducia interpoſitam fuiſſe ſtipulationem cōſtat: deeſt enim ea non ſubſequuta conſenſus [o]. Vnde etiam ſi lege municipali caueatur, nihil aduerſus publicum documentū opponi poſſe: non tamē aduerſus hunc debitorem agi poterit [p], cuius exceptio ex ipſius documenti electione liquidò apparet [q]. Sed quid ſi creditor ſub vſuris numeraturum ſe conuenit, nunquid poterit debitor nō accipiendo liberari? Et Accurſius negat, niſi totius temporis vſuras ſoluat: quia hîc contractus propter B vſuras etiam creditoris fauorem reſpicit [r]. Sed Bart. ſatis eſſe cenſuit, ſi id quod intereſt, creditori offerat [s]. 3 † Ex relatione enim mutui ad pactum vſurarum, reſultat cōtractus innominatus [t]. Vnde ſi vſuræ per ſtipulationem promiſſæ eſſent, prout earum natura ſuadet [u], ſecus eſſet. quę ſententia communi calculo approbari meruit. Nam & idem in eo videmus, qui promiſit mihi centum mutuare, deinde ſentētiam mutat: ſi per ſtipulationē promiſit, 4 † quia mutuare eſt facti, in C id quod mea intereſt condemnabitur [x]: præciſæ enim cogi non poteſt [y]. Si pacto tantùm promiſit, licitè à promiſsione, re tamen integra diſcedat [z]. Quamuis enim mutuum contractus nominatus ſit, qui re contrahitur, 5 † promiſsio tamen mutuandi ad innominatos pertinet [a]. Sed quid rurſus, cùm ex inſtrumento non conſtat, ſpe futuræ numerationis promiſſum, ſed ſimpliciter debitor creditori ſe ſoluturum ſpopondit? Et Accurſ. ipſo quidem iure ciuiliter obligatum hunc D cenſuit, ſed exceptione non numeratæ pecuniæ defendi poſſe [b]. Receptior enim ſententia eſt, hoc caſu obligationem ciuilem actionemque oriri, & ideo exceptionis obiectionem neceſſariam eſſe [c]. Videturque illa ratio eſſe differentiæ, 6 quòd † cùm ſimpliciter facta eſt promiſsio, lex propter vim verborum, quæ conditionem nullam habent, ſtatim obligationem actionemque concedit: nec pręſumptio pro debitore aduerſus inſtrumenti verba antè oritur, quàm exceptio E ipſa ſit oppoſita [d]. 7 Meritò hæc † præſumptio, quæ ex poſt facto inducitur, non impedit, quò minus ipſo iure obligatio, actioq; oriatur [e]. Secus cùm cōſtat à principio ſpe futuræ numerationis promiſſum eſſe: habet enim talis ſponſio conditionem, ſi numeraueris. Sanè oppoſita exceptione retrò præſumitur, nullam obligationem ortam fuiſſe: quare reprobata eſt eius intentio, qui pignus petebat, quod tali cautioni adhæſerat. Aut enim numerata fuerat pecunia, & pignus repe- F ti, niſi ſoluto ære alieno, non poteſt [f]: aut numerata non fuit, & tali denunciatione facta pignus non ſubſiſtit [g]. Vnde hoc caſu in rem actione experiri nos lex iubet: licet eam Doctores hactenus non videantur percepiſſe, qui intentionem pro exceptione aduerſus ſermonis proprietatem accipiunt, nec rectè hypotheſim in ea fingunt. Poterit tamen & pignoratitia agi, dum tamen non fateamur valuiſſe pignus [h]. Sed vnde ortam dicemus hanc exceptionem? Et ſciendum 8 † fœneratores veteres ſolitos fuiſſe pecunias ſuas a-

n l. rogaſti. §. ſi tibi. ſ. eod.
o l. pen. quæ res pig.
p Bal. hic, in fin.
q Bal. l. ex his prædiis. C. de euict.
r l. qui Romæ. in princ. de verb. oblig.
s d. l. ſi pecuniam. not. in l. petens. C. de pact.
t
u d. l. iii. C. de vſuris.
x l. ſi pœnam. de verb. oblig.
y Bar. l. ſi fideiuſſor creditori. de fideiuſſ.
z d. l. ſi pecuniā.
a gl. d. l. in bonæ fidei.
b l. ii. §. circa. de doli except.
c Bar. l. cum quis C. de iur. & facti igno. Doct. l. i. de cond. in debiti.
d l. ſi adulterium. §. idem Pollioni. de adult.
e Bar. l. cum lege. col. fin. de fideiuſſor.
f l. nec creditores. C. de pig. actio.
g l. i. & ii. C. ſi pig. conuentionum.
h l. iiii. in prin. de peculio.



as apud argentarios depoſitas habere, & in eorum menſa fœnus exercere. Vnde cum quis pecunia indigeret, cum fœneratore conueniebat, cautionemque illi faciebat, hoc eſt, ſyngraphā, qua confitebatur ſe tantum illi ex mutuo debere: deinde ille apud menſam ſecundum argētarij vel debitoris commoditatem iubebat ei numerari: huiuſmodique, ſyngraphę, cum argentarij rationibus, in quibus nomen debitoris illius erat adſcriptum [a], vocabantur nomina, id eſt, cautiones fœneratoriæ [b]: non admodum abſimiles ijs, quas hodie 9 literas cambij dicimus. † vnde & fide nominum traijci apud Ciceronem aduerſus Salluſtium, pro eo quod eſt, pecunias per literas cambij tranſmittere. Aduerſus cautionem ſimplicem obſtabat exceptio non numeratæ pecuniæ [c]: & ideo neceſſaria erat fides argentarij, aut alia probatio: cuius loco hodie quibuſdam locis proxenetæ ſubſcriptione vtuntur [d]. Quòd ſi fœnerator pecuniam non dediſſet, ſed argentarij ipſius ſponſionem, hancque delegationem debitor admiſiſſet: tum quoque vt Caius libro Inſtitutionū ſentire videtur [e], exceptioni locus nō erat: quod 10 & hodie receptum eſt [f]. Verùm hæc † nominum faciendorum ratio, tempore Iuſtiniani in vſu eſſe deſierat [g]: opinor quia pauciores argentarij, rarioreſque vſuræ propter fidem Chriſtianam erant: vel quia potius ipſi numularij mutuas ſub leuioribus vſuris accipiebant, quas deinde grauioribus proprio nomine locabant: vnde & † 11 ἀργυροπρατικοί, id eſt, argenti diſtractores vocantur conſtitutione nouella CXXXVI. Hinc ergo factum, vt eorum nominum exemplo generaliter conſtitutum fuerit, vt quoties quis cautione aliqua faſſus eſt ſibi numeratam pecuniam, intra biennium exceptione vti poſſet [h], pòſt verò nullo modo [i]: quia literarum obligatio iure noſtro (Pontificij enim aliter ſenſerunt [k]) oriri 12 incipiebat. † Quod intelligendum non generaliter in omnibus contractibus, ſed vbi quaſi credita pecunia petebatur [l]. Sed cur magis hoc caſu, quàm in alijs contractibus? Et ſciendum, obligationem mutui re induci, & ideo amplius contrahi non poſſe, quàm res peruenerit. Meritò igitur hæc exceptio tanquam ſubſtantiam contrà- 13 ctus perimens admiſſa eſt [m], † cùm propter fœnoris odium, cuius ſuſpicione hic contractus laborat, lex nec donationem præſumat, nec pactum ſolo conſenſu conualeſcere ſinat [n]. Vnde potius credidit, ſpe futuræ numerationis factam cautionem: & niſi probatio creditori incumberet, aperta eſſet fraudis via, qua legitimus vſurarum modus excedi poſſet [o]. Sed quid ſi ſtipulatio interuenerit? Et idem communiter receptum eſt [p]. Ego non dubito, exceptionem tunc quoq; competere, vſque ad biennium [q]. Sed onus probandi hoc caſu non creditori, ſed debitori incumbere videtur, quia lex creditorem ſolùm onerat, cùm non numeratæ pecuniæ exceptionem obijcit: vel exceptionem doli, quæ eius loco ſuccedit [r]. At hoc caſu neutra harum cōpetit, ſed exceptio in factum [s], cui id indulgeri non conſtat. Vnde à regula diſcedere non debemus [t], 14 † vt qui aduerſus confeſsionem ſuam admittitur, is probet [u]. Ceſſat enim hoc caſu ea ratio, quòd ſupra quàm ad eum peruenerit, obligari non potuerit [x]: poteſt enim per ſtipulationem, vt receptiſsima eſt ſententia [y]: quod & Nicol. Abbas probaſſe mihi viſus eſt [z], quem & ipſe, tametſi omnib. cæteris reclamantibus, diſputando ſequor [a]. Nec me mouet, q lex ſimpliciter cautionis meminit: at clarum eſt, † 15 cautionis nomine ſtipulationem conueniri [b]. Reſpondeo lex non ſimpliciter cautionis meminit: ſed eius cautionis, ex qua non numeratæ pecuniæ exceptio oritur [c]. At cùm ſtipulatio interuenit, ea nō B oritur, ſed exceptio in factum [d]: meritò ergo illa intelligetur de cautione ſimplici, hoc eſt, confeſſione recepti [e], non de ſtipulatione: quod ſubiecta materia ſatis indicat [f]. 16 † Sed quid ſi confeſsio non per ſtipulationem, nec per ſcripturam, ſed oretenus ſolùm facta ſit, vt quia per ſolos teſtes probari poſsit? Et traditum eſt, per exceptionem doli eam quoq; infirmari, non ſolùm intra biennium, ſed quocunq; tempore [g]: quia hoc caſu lapſo biennio, non tamen literarum obligatio na- C ſci poteſt [h], quum nullæ literę interuenerint: quę ſententia communiter recepta, veraque eſt, dum tamen lapſo biennio debitor eam probet.

a l. fin. C. de pac. conuen. l. ſi. C. de non nu. pec.
b l. ſolutum. §. i. de pig. act.
c Inſt. de lit. obl.
d l. ii. §. de proxe.
e §. ſi quis nobis. Inſt. de oblig. 10
f Gloſ. auth. de fideiuſſoribus in fin. l. fruſtra. C. de non nu. pec.
g Inſti. de lit. ob. in prin.
h l. in contractib. C. de non num. pecu.
i d. l. in cōtractib. & l. ſi intra. in fin. eo. tit.
k c. fin. de ſolutio.
l l. aduerſus. C. eo. tit.
m l. cùm vltra. in prin. C. eo.
n l. rogaſti. §. ſi tibi. ſuprà, vbi Doct.
o l. eos. verſ. interdicta. C. de vſur.
p Glo. l. iii. C. de non nu. pecun.
q §. i. Inſt. de except. l. iii. C. de poſtu.
r d. l. iii. §. adſeuerat. in fi. eo. tit. l. i. C. de proba.
s d. l. cùm vltra.
t l. Publia. in fin. depo. l. quidam in fi. de prob.
u d. l. cùm vltrà.
x Glo. & Doct. d. §. ſi tibi.
y Abb. c. fin. de ſolutio.
z per l. ſi ita ſtip. §. Chryſogon. de ver. oblig.
a l. ſancimus. C. de verb. ſignif.
b d. l. iii.
c d. l. cum vltra.
d l. ſi accepto latum. §. fi. de accepti. d. l. quidam.
e d. §. fin. d. l. generaliter.
f Gl. l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. pet.
g Inſti. de lit. obl.
h d. l. iii. d. §. Chryſogonus. Feli. c. ſi cautio. de fide inſtru.



## LEX XXXI.

PAVLVS LIB. XVII. *ad Plautium.*

CVm fundus, vel homo per cōdictionē petitus eſt, puto hoc nos iure vti, vt poſt iudicium acceptum cauſa omnis A reſtituenda ſit, id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis † conteſtandę tempore ſolutus fuiſſet.

† conteſtatę.

1 *In condictione certi fructus non niſi à litis conteſtatæ tēpore deberi.*
2 *In bonæ fidei actionibus à mora ſtatim debentur fructus: & huius ratio.*
3 *Qui moram fecit, et interim fructus ab alio conſequitur, fructus ſtatim tenetur reddere.*
D 4 *Stipulatus fundum dari & vacuam tradi poſſeſsionem, à mora fructus conſequitur.*
5 *Moram quæ ex lapſu diei incurritur, ſimilem eſſe illi, quæ per conteſtationem committitur.*
6 *Interpellatione aliquem in mora conſtitui.*
7 *Quid hæc verba, omnem cauſam, comprehendant.*
8 *In ſtipulatione rem tradi, in id quod intereſt fit condemnatio.*
9 *In ſtipulatione rem dari, fructus ante litem conteſtatam non exiguntur.*
E 10 *Rem tradi quid ſit.*
11 *Si fructus in obligatione verſentur, ſtatim debebuntur.*
12 *In iudicijs vniuerſalibus fructus æſtimari tanquam rei partem.*
13 *Cùm quod meum eſt peto, fructus à tempore moræ computantur.*
14 *Quoties de conſeruatione aut reſtitutione rei ſuæ agitur, maior eſt legū fauor, plenioręq; fit interpretatio.*
15 *In contractu principis ſemper à tempore moræ fructuū fit imputatio.*
F 16 *In foro canonicò omnes contractus naturam obtinere bonæ fidei.*
17 *In regula noſtra nō ſolùm venire fructus perceptos, ſed etiam percipiendos.*
18 *Poſſeſſoris ſingularis induſtria actori repetenti fructus non prodeſt.*
19 *Quoties fructus petuntur, deductionem competere impenſarum.*

CVM fundus.) † Incerti condictione fructus 1 & acceſsiones rei petitæ non niſi à litis con

teſtatæ tempore debentur[a]. Eſt enim ſtricti iu-
ris actio: vnde meritò hæc fit interpretatio, vt fru
ctus, etiam ſi antè mora facta ſit, non tamen pri-
us debeantur, quàm à iudicij accepti tempore[b].
quod ſecus † eſt in bonæ fidei contractibus, in
quibus à mora ſtatim debentur[c]. Sed cur ita ſta-
tutum eſt? Et ſciendum, haſce acceſsiones non
iure actionis, ſed officio iudicis præſtari[d], cuius
officij ante litem conteſtatam, in contractibus
ſtricti iuris nulla eſt commoditas[e]: in contracti- A
bus verò bonæ fidei, propter eius iudicij largam
naturam, poteſt iudex officium ſuum etiam ad
ea extendere, quæ antè contigerunt: quod Accur
ſius ſenſit[f], & ego verum arbitror, tanquam hoc
à partibus iudici iniūctum, propter naturam bo-
næ fidei: lex interpretetur. Qua ex ratione infer-
3 tur, perpetuum non eſſe legis noſtræ regulam: †
quia quoties aliqua ex ratione iniunctum iudici
videatur, vt ex die moræ fructus decernat, aliud
erit dicendum: veluti cùm is qui moram fecit, B
interim fructus ab alio conſequitur, æquum eſt
ipſum vice mutua, quod de re debita percepit
reddere, idque propter prętorij edicti humanita-
4 tem[g]. Sed & † qui ſtipulatus eſt fundum dari, va
cuamque poſſeſsionem tradi, propter larga ſti-
pulationis verba, etiam fructus à tempore moræ
conſequeretur[h]: cùm ſecus ſit, ſi alterum tantum
ſtipulatus eſſet: vt quia vacuam poſſeſsionem tra
di promiſſum duntaxat fuiſſet[i]: hæc enim ſtipu-
latio ſolùm cauſam bonorum comprændit[k]: id C
eſt, vt vacua poſſeſsio tradatur, adeò, & nullum
ei inde adſit impedimentum, quò minus vſuca-
pere poſsit[l]: fructus verò non ideo videtur pro-
miſsi. Sed & ſi quis certa die fundum dare promi
ſerit, diſputauerit aliquis, aduerſus cæterorum
5 ſententiam fructus deberi[m]. † Mora enim quę ex
lapſu diei incurritur, ei ſimilis eſt, quæ per litis
conteſtationem committitur[n]. Et ſicut vbi dies
venit æſtimatio augetur, ita & fructus deberi vi-
dentur. Partium enim voluntas ex adiectione D
diei efficacius colligitur, quàm ex ſimplici inter-
pellatione, vt ſuprà declaraui[o]: qua tamen in re
amplius deliberandum eſt. Hincque apparet
Bart. ſententiam non ſatis probabilem eſſe, qui
legem noſtram de fructibus intellexit, cùm ſeu
fructus petuntur: ſecus, ſi tanquam id quod acto-
ris interſit petantur[p]. Cùm enim ęſtimatio quan
ti plurimi valuerint, à die morę fiat, poterit actor
6 eam conſequi ab ipſa † interpellatione, quæ in
mora conſtituit[q]: nec tūc ad conteſtationem at- E
tendemus: quod & Ang. Raph. Com. & Iaſ. cen-
ſuerunt, & ex facto conſultus Alex. reſpondit[r]:
viderurque frequentior hæc eſſe opinio. Sed ta-
men etiam non paucos aduerſantes habet, è qui-
bus veteres plerique ante Bar. deinde & Caſtell.
Fulgoſ.[s] Imol. Paul. Caſt. & nouiſsimè Deci. in
7 contrariam partem iuere, † quoniam lex noſtra
ſimpliciter omnem cauſam reſtituēdam ait: quæ
verba generalia ſunt[t], & non minus æſtimatio-
nem, idque quod intereſt, quàm fructus conti- F
nent: aliàs ſequeretur, legem noſtram nō rebus,
ſed verbis impoſitam eſſe[u], quæ cùm ſimpliciter
fructus ante iudicium acceptum non deberi di-
ceret, tamen alia via ſub colore eius quod inter-
eſt, iuberet exolui[x]. Quam ſententiam & ego ſe-
quor, qui nec æſtimationem quidem rei ipſius
augeri, niſi poſt iudicium acceptum ſuprà defi-
8 nierim[y]. † Sed quid in ſtipulatione rem tradi
dicendum eſt? Et cùm hac in ſtipulatione in id
quod intereſt fiat condemnatio[z], idque non in

a l. iii. §. in hac. commod.
b l. videamus. ii. §. ſi actionē. 2 de vſur.
c l. vſuræ. l. mora. §. i. de vſur. l. ii. C. de pac. inter empt.
d l. iiii. C. depoſ. Alex. l. ſi marito. §. fin. ſolut. matr.
e l. ædiles. §. item ſciendum. de ædil. edict.
f §. actionum. in gl. mag. Inſtit. de actio.
g l. filius. §. fin. de collat. dot.
h l. iiii. de vſur.
i l. iii. §. i. de actio. emp.
k l. in conuentionalibus. in fin. de verb. oblig.
l Barto. l. Celſus. col. ii. de vſuc.
m Arg. l. ſi fundū certa. de verb. oblig. vbi dixi.
n l. vinum. §. eo.
o d. l. vinū. in prin.
p Bart. d. l. videamus. & l. ſi filius. §. fi. de verbor. oblig.
q d. l. vinum. vbi Alex. col. 3.
r Aelx. conſil. 7. col. iii. in 2.
s d. l. videamus.
t Gl. l. ſed & partus. quod met. cauſ.
u l. fin. C. ſi mancip. ita vend.
x c. cum quis vna. de reg. iu. in 6.
y d. l. vinum.
z d. l. ſi fundum.

ſolo iudicis officio conſiſtat, ſed iure obligatio-
nis debeatur[a]: conſequens eſt, vt fructus ſub ipſi-
us quod intereſt nomine à tempore moræ debe-
antur: idque Bart. ſenſit, quem plerique ſunt ſe-
quuti[b]. Sed tamen hæc ſententia ambiguitate
non caret: quoniam lex ait, hac ſtipulatione fru-
ctus non deberi[c], & ideo actione exempto, tan-
quam id quod intereſt, ſolùm peti poſſe. Vnde
ſatis oſtenditur, nec ſub nomine quidem eius q;
A intereſt, ex ſtipulatu peti poſſe: idque Martinus
Syllimanus, Guido Suza, Oldradus, Iacob. Butri
garius, Caſtellio, Fulgoſiuſque tradiderunt[d]. † 9
Si enim ex ſtipulatione rem dari, fructus ante li-
tem conteſtatam non exiguntur, vt hîc dicitur:
multò minus in iſta exigi debent quæ ſolùm fa-
ctum continet[e], & non adeò efficaciter obligat.
Videretur ergo traditionis ipſius æſtimationem
ſolùm ineundam, non autem fructuum[f], idque
propter ſtipulationis verba. † Cum enim rem tra 10
B di, nihil aliud ſit, quàm poſſeſsionem transferre:
acquiſitio fructuum non ſimpliciter ad poſſeſ-
ſionis, ſed ad dominij ius, vel eius qui pro domi-
no ſit pertinet[g]: qua de re alibi tractauimus[h]. Sa-
nè dubium non eſt, † ſi fructus in obligatione 11
ſint, ſeu ex contractu ſeu ex quaſi contractu, tunc
ad legis noſtræ regulam attendendum non eſſe
[i]. Idemque in iudicijs vniuerſalibus dicendum: † 12
in eis enim acceſsiones, tanquam pars rei, iure a-
ctionis veniunt[k]. Et ideo ſi tibi ſtipulanti hære-
C ditatem Titij à me aditam promiſerim, fructus
continebuntur[l]. Huc pertinere poteſt, quoties
peto rem meam cum fructibus. Si enim extant,
& ipſi vendicari poſſunt, iureque actiones de-
bentur[m]. Si verò non extant, licet officio iudi-
cis debeantur, tamen idem eſt, quia iniquum eſt
poſſeſſorem, qui malæ fidei ſit, fructus rei meæ
lucrari[n]. Vnde generaliter concludunt Docto-
res, † quoties id quod meum eſt, peto, fructus ſal 13
tem à tempore moræ computari[o]. † Nam & lex 14
D ei magis fauet, qui pro rei ſuæ conſeruatione a-
git, quàm ei, qui nouum lucrum facit[p]. Qua ra-
tione & quoties quis id petit, quod ſuum fuit,
tum quoque etiam in ſtricti iuris iudicijs, ab i-
pſa mora computabuntur fructus[q]. Cùm enim
de reſtitutione agatur, plenior fit, vt Caſtrenſis
Salicetuſque aiunt, interpretatio: quoniam &
& reſtituendi verbum latius accipi ſolet. Forti-
us addit Iaſon, † ſi de contractu principis agatur, 15
ſemper à tempore moræ imputandos fructus:
E quoniam cum principe celebratus contractus,
ſemper bonæ fidei cenſetur[r]. Sed ego in fructu-
um reddendorum materia fiſcum à cæteris non
differre crediderim[s], nec contra principem fieri
debere interpretationem[t]. Subdit Iaſon idem
eſſe, ſi in foro canonico agatur. † Cum enim in 16
eo ſola æquitas attendatur[u], omnes contractus
naturam bonæ fidei habent: quod Baldus cen-
ſuit[x]. Quæ deciſio ſi vera eſt, ſequitur, vt idem
F generaliter dicamus, quoties iudex ex bono &
æquo ius dicere, principis vel municipalis legis
iuſſu teneretur. Sed mihi non videntur hæc ſa-
tis in iure noſtro probari: quia differentia inter
contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, etiam à Pon
tificibus eſt approbata[y]. † Sed quibus caſibus 17
concluſum eſt iudicio accepto fructus deberi, de
perceptiſne ſolùm intelligemus? Et communis
concluſio eſt, de ijs quoque qui percipi potue-
runt, intelligendum eſſe: idque propter mora-
toris odium: ſiue cùm id petimus nobis dari,
quod nunquam noſtrum fuit[z]: ſiue cùm peti-
mus

a l. ſtipul. non diuid. verſ. Celſus. de ver. ob.
b d. l. videamus. d. l. ſi filius.
c d. l. iii. §. i.
d d. l. videamus.
e d. l. ſi rem tradi.
f Bald. d. l. iiii. de vſur. Ang. l. ſi in area. de condit. indeb.
g l. qui ſcit. §. i. de vſu. l. ſi fur. de vſufr.
h l. iii §. è contrario. de acquir. poſſeſſ.
i l. indebiti. in ſumma. §. ei qui. de cond. ind. d. l. videamus. in prin.
k l. item veniunt. §. fructus. de petit. hæred.
l l. non eſt. vbi Cynus. C. fam. erciſ. Alex. d. l. ſi marito. §. fin.
m §. i. de off. iud. Inſtit. vbi gl.
n l. planè. l. fi. de petit. hæred.
o d. l. videamus.
p l. fin. C. de codi.
q d. l. videamus. §. i.
r Bal. de pac. Cōſtan. ver. ſuprà
s l. i. C. de petit. hæred.
t l. quod fauore. C. de leg.
u c. dilecti. de iudicijs.
x Bal. c. i. de plus peti col. fin.
y c. cùm venerabilis. de exce.
z l. in fideicōmiſſ. de vſur. vbi Bar. verb. prætereà.



mus quod noſtrum eſt: nam tunc largius quoque
nòbis debentur[a]. Addit Barto. ſi actor vberiores
ipſe fructus ſua induſtria conſequi potuit, eos
18 quoque hoc caſu præſtandos[b]: ipſius autem †
poſſeſſoris ſingularem induſtriam actori non ꝓ-
ficere[c]. Sed & cùm
petimus rem nobis
reſtitui, idem arbi-
tror, ſi ab eo petat,
qui dolo noluerit
reſtituere. Et ita Ir-
nerij, Azoniſq; ſen-
tentiam probo[d]. A-
lioqui putauerim Io
an. veriora dixiſſe,
vt hoc caſu ſolū de
perceptis teneatur:
quoniam lex ait[e],
Si in re mora fuerit:
id eſt, ſi nō dolo vel
culpa, ſed ſolùm re-
us teneatur, quia rē
poſſedit[f], omni mo
do reſtituendos eſ-
ſe fruct⁹. Cùm enim
licuerit ei fundum
negligere[g], ſi non fe
cerit, debet id reſti-
tuere, quod perce-
pit. Sanè illud ſcien
19 dum, † quoties qui
propter fructus con
uenitur, ſemper ei
deductionem com-
petere, quæ partia-
rio pro operis ſuis debetur[h]: fructus enim intel-
liguntur deducta impenſa[i].

comparauerat, aliàs.

Nam & Iul. aliàs.

a l. dolum. C. de rei vend.
b l. nauis. in fi. de rei vend.
c l. iii. in princ. ad l. falcid.
d Bar. l. ſi ſeruum in prin. de verbor. oblig.
e d. l. videamus. in prin.
f l. ſed & ſi. in fin. de vſur.
g l. venditor. ii. ver. quemadmodum. de hæred. vel act. vend.
h l. fundus qui dotis. in fin. famil. erciſ. l. quod priuilegium. in fin. de poſ. Bald. l. ædem. col. 2. C. loca.
i l. fructus. ſolut. mat. vbi Barto. & l. interdum. in prin. qui potio. in pig.

¶ Seruū tuū imprudens à fure bona fide emi. Is ex peculio, q̊d ad te pertinebat, hominē † parauerat, qui mihi traditus eſt. Sabinus & Caſsius, poſſe te mihi hominem condicere: ſed ſi mihi quid abeſſet ex negocio quod is geſsiſſet, inuicem me tecum acturum. & hoc verū eſt. † Sed Iulianus ait, videndum, ne dominus integram actionem ex empto habeat, venditor autem condicere poſsit bonæ fidei emptori. q̊d ad peculiares numos attinet, ſi extant, vendicare eos dominus poteſt: ſed actione de peculio tenetur venditori, vt preciū ſoluat. ſi conſumpti ſint, actio de peculio euaneſcit. Sed adijcere debuit Iulianus, non aliter domino ſerui venditorem ex empto teneri, quàm ſi ei precium ſolidū, & quæcunq; (ſi cum libero contraxiſſet) deberētur, dominus ſerui præſtaret. Idem dici debet, ſi bonę fidei poſſeſſori † ſoluiſſet: ſi tamē actiones, quas aduerſus eum † habet, præſtare domino paratus ſit.

A B C (section letters in the margin of the text)

Cum fundus, vel homo

ſoluiſſem, aliàs.

habeam, aliàs.

1 Caſus poſitio. num. 5.
2 Qui ex contractu agit, eundem approbare cenſetur.
3 Seruus alicuius furto vel fuga ſubtractus, remanet domini, & ipſi acquirit.
4 Ciuilem poſſeſsionem ſerui dominus perdit, ſciens eum ab alio poſsideri nec reclamans.
6 Titulum quem iuſto & probabili errore habeo, pro vero mihi ſufficit.
7 Cauſæ falſitas propter iuſtum errorem translationē dominij non impedit.
8 Ratio dubitandi huius §.
9 De qua condictione §. hic accipiendus ſit.
10 Quoties poſſeſſor ex re domini locupletior efficitur, ex æquitate datur condictio.
11 Procurator ex re domini contrahens, directas illi actiones acquirit.
12 Fruſtra cedi actionem vtilem directam habenti.
13 Quando quis ratum habere poſsit quod ſuo nomine geſtum non eſt.
14 Deciſionis huius §. ratio.
15 Condictio in odium eius nō conceditur, qui rem onceroſo habet titulo.
16 Quid ſit actio de peculio.
17 Seruus habens peculium per fugam vel furtum, eius adminiſtrationem cenſetur amittere.
18 Ex quo actio in rem competat.
19 De ſpecie ad quantitatem non admittitur compenſatio: nec liquidi ad illiquidum. & num. 27.
21 Per conſumptionem firmatur ſolutio, ſi bona fide facta (fuerit.
22 Permiſſa narratio.
22 Reprobant contractum ſcienter, eum approbare amplius non poteſt.
24 Qui ex contractu agit, illum approbare dicitur.
25 Qui contractum approbat, perinde obligatur, ac ſi ipſe contraxiſſet.
26 Quid ſit, cum ærugine & puluiſculo.
27 Venditor, qui bona fide ei, cui ius recipiendi non erat, rē tradidit, actionum conceſsione liberatur.
28 Huius §. ad monachos extenſio.
29 Argumentum eſſe efficax à ſeruis ad monachos.
30 Res eccleſiæ numis acquiſita, ipſo iure eidē quæritur.
31 Quid iuris ſit, ſi ignoretur ex cuius eccleſiæ bonis res ſit acquiſita.
32 Quicquid acquirat ſeruus, id domino quæri.



¶ §. SERVVM TV
1 um.) † Stichus ſeru⁹
à domino ſuo Titio
peculium habens,
per furem mihi bo-
na fide ementi ven-
ditus fuit. Is deinde
Pamphilum ſeruum
ex eo peculio à quo
dam emerat, qui mi
hi traditus eſt: quæ-
ritur quemadmodum Titio ipſi aduerſus me ſuc
curratur? Et reſpondetur, condictionem compe-
tere. quod ex ęquitate & compēdiaria via intel-
ligunt Doct.[k] Rurſus quæritur, quomodo aduer
D ſus ipſum Pamphili venditorem domino proui-
ſum ſit? Et ex Iuliani ſententia reſpondetur, agi
aduerſus eum quoq; poſſe: vt ſi dominus contra-
ctum ſerui approbet, à venditore actione ex em-
pto Pamphilum petat, cōdemnabiturq; ea actio-
ne vēditor, exceptis duobus caſib. Primus, ſi pre-
cium dominus nolit offerre[l]. † Debet enim Ti- 2
tius formam contractus quem approbat, omni-
no obſeruare[m]. Sequens, ſi vēditor actiones, quas
aduerſ⁹ me habet, cedere ipſi Titio velit[n]. Quòd
E ſi Titius eum contractum approbare nolit, ſolū
à venditore peculiares numos, ſi extant, vendica
re poterit. Videamus nunc ſeparatim vtriuſq; ca-
ſus materiam, & prius perſequamur quomodo
aduerſus me condici poſsit. Et in primis ſciendū
eſt, † quòd ſi Seruus alicuius furto vel fuga ſub- 3
tractus ſit, remanet tamen ipſius domini, & ei ac-
quiritur[o], ſaluis quatuor caſibus. Primus cùm ex
operis ſuis aliquid lucratur[p]. Alter, cùm ex re bo
næ fidei poſſeſſoris[q]. Tertius, cùm nec ex bonæ
F fidei poſſeſſoris re, neq; ex dominica acquirit, † 4
eumq; dominus nec ciuiliter quidem poſsidet:
vt quia paſſus ſit iamdiu eum abeſſe[r]: vel ſciat ab
alio poſsideri, nec reclamet[s]: hoc enim caſu neu
tri dominium acquirit, vt ego ſentio[t]: licet poſ-
ſeſsionē fortè poſſeſſori. Quartus, cùm quamvis
ex re dn̄i emat, tamen traditio non ipſi ſeruo, ſed
poſſeſſori fit. Cū enim traditione dominiū quæ-
ratur[u], eaq; ſibi facta non ſit, meritò q; ſibi adhuc
quæſitum non eſt, in dominū tranſmitti non po
teſt. † Hęcq; ex reſponſi noſtri ſpecies, in qua nō 5

k l. ſi ſeruus. §. i. de act. empt.
l l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
m l. Caius. de manumiſſ. l. Pōponius. §. cū quis. de acqui. poſſ.
n arg. l. quod debetur. de pecu.
o l. fugitiuus. de ſol. l. eo tempore. in fi. de pec.
p l. qui ſcit. in fin. de vſuris. l. homo liber. de acquir. rer. do.
q §. idem placet. Inſtit. per quas perſo. l. qui bona fide. de acquir. rer. dom.
r l. 3. §. ſi ſeruus. de acqui. poſſ.
s l. arboribus. §. de illo. de vſufruct.
t l. ſi ſeruus meus. de acq. rer. dom.
u l. tradizionib. C. de pact.

ocioſe Ireconſultus præſupponit Pamphilum ipſi poſſeſſori, non aũt ſeruo ementi, traditũ eſſe: vnde ſequitur, non potuiſſe Pamphilum ipſi dño acquiri. Sed an mihi bonę fidei poſſeſſori quæratur? Et lex noſtra ſentit acquiri: nec immeritò, cũ
6 & vera mihi traditio facta ſit,† titulumq; iuſto & probabili errore habeã, qui pro vero ſufficit, non ſolum dominio acquirendo, ſed etiam vſucapioni [a]: quod aduerſus Soci. Deci. rectè cenſuit. Fortius tradidit Aret. quem recentiores ferè omnes ſequuntur: tametſi ſeruus Stichus numos venditoris non fecerit, quia peculiares erant, tñ in me translatum dominium aduerſus cõmunes regulas cenſeri [b], propter meã venditorisq; bonã fidẽ, qui iuſtũ me eius pecuniæ dñm credebat [c].† Vn-
7 de cauſæ falſitas propter iuſtum errorem translationem dominij nõ impedit: q, alibi attigi [d]. Idq; lex noſtra probat, quę condictionem non aũt rei vendicationem, venditori aduerſus emptorẽ cõcedit. Et qui hoc ideo eſſe cõtendunt, quia numi conſumpti fuerint, nimium diuinant, imò & legem violant, quæ vendicatis à dño peculiaribus numis, nullam Pamphili vendicationem ipſi vẽditori aduerſus poſſeſſorem cõcedit, ſed ſolũ de peculio contra dñm actionem: idq; precij nomine, non autem, vt Accurſ. ſentit, eius q, intereſt vẽditioni ſtatum non eſſe. Cùm igitur dominiũ mihi quæſitum ſit, conſequẽs eſt, vt Titius Pamphilum hunc à me vendicare nequeat, cùm ad eũ dominiũ non pertineat [e]. nec actione mandati experiri [f], cùm non ſerui ſui mãdato à me ſuſcepto, ſed me ſolũ interpellãte, traditus mihi ſit. Sed & actione perſonali nulla agere debuit, cùm hæ actiones ex contractu vel quaſi oriantur [g]: ego aũt
8 nulliũ cum ipſo Titio negocium geſſerim [h].† Sed & non ſupereſſe ęquitas videbatur, qua cõdictio aduerſus me daretur, cùm Stichum hunc ſeruum ego non titulo lucratiuo, ſed oneroſo habuerim [i], nempe numerato furi ipſi precio. Ireconſ. tñ hîc aliud cenſuit, condiciq; poſſe conſtituit. Sed dubium eſt de qua condictione loquatur. Et rece-
9 ptiſsima eſt ſententia, † de condictione indebiti loqui: hæc enim venditori cõpetit, qui Pamphilum nõ mihi, ſed Titio dño tradere debuit [k]. Sed quia venditor, actionem hanc cedens, à dño liberaretur: meritò lex euitandi circuitus cauſa, vtilẽ abſq; ceſsione ipſi dño concedit [l]. Bar. etiam condictionem ſine cauſa cõpetere exiſtimat, tanquã ego ex re Titij factus ſim locupletior: vnde veluti non ſubſit ſufficiens cauſa, condici à me pote-
10 rit [m]. Indeq; generalem concluſionem colligit:† quoties poſſeſſor ex re domini locupletior effectus ſit, licet is dominus aduerſus alium agere poſſit, tamen ex æquitate directò aduerſus poſſeſſorem condici quoq; poſſe, ſi ille alius cedẽdo actionem liberaretur: hîc enim ex re domini, id eſt, ex peculio fiebat poſſeſſor Pamphilo locupletior. Secus ſi non ex re domini, ſed ex re ei debita: tunc enim directò agi non poteſt [n]. Et licet Paul. Caſtr. Deciuſque diſſentiant, tamen ab hac ſententia recedendum non eſt: quam rectè Alex.
11 defendit. Nam & videmus † procuratorem quẽlibet, ſi ex re domini cõtrahat, directas illi actiones acquirere, nec alia ceſsione opus eſſe [o]. Sed vt vera ſit generalis hęc Bar. concluſio, tamen nõ videntur legi noſtræ hæ interpretationes conuenire. Primũ, quia condictio hęc ex ea cauſa datur, quòd aliquis cùm aliena iactura fiat locupletior: vnde ſubſidialia tantum eſt [p], vt Sali. oſtendit. At hîc apparet vt ſubſidium nõ dari, cùm via

- a l. quod vulgo. ff. pro empt.
- b §. venditæ. Inſti. de re. diuiſ.
- c l. quod ſæpe. §. res. de contrahen. empt.
- d d. l. traditionibus. & ꝟ. de condict. indeb.
- e l. doce. C. de rei vend.
- f l. ſi mandauero. §. fugitiuus. mand.
- g §. i. Inſtit. de actio.
- h l. ſi in area. de cond. indeb.
- i l. Proclus. de iur. dot. not. in l. ſi eum ſeruum. ꝟ. eod.
- k §. rectè. Inſtit. mand.
- l Arg. l. dominus teſtamento. in fin. de cond. indeb.
- m arg. l. ſeq.
- n l. cum in plures §. meſſem. loc. l. ij. §. pen. ad l. Rhod. de iactu. d. l. Iulianus.
- o l. quod procurator ex re. de procurat. vbi Bart.
- p ꝟ. l. ſeq.

ordinaria aduerſus venditorem agi potuerit: pbatq; Decius hanc rationem rectè conſiſtere: meritò erga ſola domino actio aduerſus venditorẽ dari debuit [q]. Rurſus, quia hoc modo textus noſter ſub titulo de cõdictione indebiti vel ſine cauſa potius reponendus fuiſſet [r]: magis enim particulariter ad eam materiam pertinuiſſet. Deinde, quia lex ſimpliciter cõdici poſſe ait, nec quicquã de vtili condictione loquitur: neq; vſquam oſten-
A dit, eandem eſſe condictionem, quę directò venditori competeret: circuitusq; euitandi ratio hic à Doct. omnino extra legis verba adducitur. Nã, & cùm hic poſſeſſor legis diſpoſitione cõdictione teneatur, directa potius teneri credẽdum eſt [s]. Vnde fruſtra domino eadem actio cederetur, vt iure alieno vtili experiretur, qui ſuo nomine directam habebat [t]. Quare potius veriſimile eſt, de diuerſis actionibus agi. Fulg. hanc condictionem ceu generalem negociorũ geſtorum actioni acce-
B dere poſſe exiſtimauit: tanquam Titij negocium poſſeſſor geſſerit, qui ſibi ſolui Pamphilum procurauit, cùm ipſi Titio dño ſoluendus eſſet: vnde ratam habere hanc ſolutionem dominus poteſt, vt negociorum geſtorum actionem acquirat: qa aliàs cum aliena iactura hic poſſeſſor locupletaretur [u]. Sed hanc ſentẽtiam rectè Alex. confutat:
quia† tunc demum ratum habere, q, ſuo nomine 13
geſtum non eſt, quis poteſt, cùm alioquin omni alia actione deficeret [x]. At in caſu noſtro aduerſ9
C venditorem via ordinaria experiri, dominus potuit. Ego aduerſus hos oẽs intellect9 illud quoq; intorqueo, q, non conſtat legis noſtrę eam fuiſſe rationem: quia poſſeſſor cum aliena iactura locupletaretur. Quid enim ſi carius (q, veriſimile eſt) Stichum ſeruum emerit, quia peculium haberet [y], q, emptor ad furem pertinuiſſe, ſibiq; vendi potuiſſe crederet [z]? Non enim hoc caſu de lucro captando, ſed de damno vitando ageretur. Et tamẽ adhuc veriſimile eſt legi noſtræ locum eſſe, nec
D aliter abſque manifeſta calumnia cenſere poſſumus. quæ ergo erit legis noſtrę ratio? Et ſciendũ, nullum iuris in Pamphilo prætextum poſſeſſori eſſe, niſi quia ſibi traditus ſit. Siue enim precium, vnde emptus eſt, conſideramus, ſiue perſonam Stichi ementis, acquiſitio ipſi domino ſolùm fie-
ri debuit [a].† Vnde ęquum fuit hanc traditionem, 14
quæ ſolius dominij acquiſitioni opitulatur [b], impedimento non eſſe, quin ex æquitate certi condictio aduerſus hunc competeret. Et quamuis ſu-
E prà diximus, † condictionem in eius odium 15
non concedi, qui titulo oneroſo rem habet [c]: tamen hoc in ea re non procedit, quam non ex precio ſuo, nec ex ſuo contractu poſſeſſor, ſed ex ipſius condicentis facto habet [d]. Factum enim ſerui, ipſius domini pactum videtur [e]. Et vt demus titulo oneroſo Pamphilum habitum cenſeri, cùm tamen non ab ipſo poſſeſſore emptus ſit, ſed à ſeruo, potior debet domini eſſe conditio, cui ſeruus ex regula acquirit: ſecus ſi ſer-
F uus alienaret [f]. Nam & quòd contractus ipſius ſerui, cauſa ſit condictionis, probatur ex
contraria actione, quæ ipſi poſſeſſori datur.† 16
Eſt enim, vt alibi dicitur, actio de peculio [g] per quam poſſeſſor ipſe conſequitur, quicquid ex eo negocio, id eſt, propter emptionem dicti Pamphili, de ſuo impendit: vt quia ſupra operarum Pamphili precium [h] aliquid in eo alendo, erudiendoque ſoluit [i]: vel quia ob cenſoriam legem, ob notariorum autoramenta, ob proxenetarum officia pecuniam ſoluere coa-

ctus

- q l. quod ſæpe. §. ſi res. in fin. de contrah. empt. l. ſi vt certo. §. nũc videndum. ij. in fin. commo Aret. l. ſeq.
- r l. Imperator. de in diem adie.
- s l. certi. §. ſi numos. ꝟ. eod.
- t l. ſi hæres inſtitutus. ad Treb.
- u l. iiij. C. de rei vend.
- x d. l. iiij. not. in l. ſi cum. ꝟ. eo.
- y l. Iulianus. §. venditor de actio. em. l. planè. ij. §. i. de lega. i.
- z l. quoties ꝟ. de contrah. empt.
- a d. l. fugitiuus. de ſolut.
- b d. l. traditionib.
- c d. l. Proculus. in fi. de iu. dot.
- d l. illud §. i. de don. cau. mor. d. l. ſi cum. vbi dixi.
- e l. dominus. de verb. obli. §. ei verò. Inſtit. de inutil ſtipul.
- f d. l. Proculus. in fin. l. ſi filius. ꝟ. eod.
- g d. l. ſi ſeruus §. i. de act. empt.
- h l. in rebus §. poſſunt. commo.
- i l. Titius. in fin. de act. empt. l. ij. de impen. in reb. dot. fac.



L. 13. Cùm fundus, vel homo. §. ſeruum tuum.

ctus ſit. Quòd ſi actus venditoris, qui indebitè poſſeſſori Pamphilum ſoluiſſet, ipſius condictionis, quæ domino datur, cauſa eſſet, proculdubio actio de peculio ineptè cõpetiiſſet: ſed condictione incerti agendum erat [a], & id quidem inſolidũ, ſicut venditor ipſe agit, non autẽ quatenus in peculio eſſet. Sequitur igitur vt verus ſit intellectus noſter, condictioniſq; cauſam peculiati ipſius ſerui contractum aduerſus cæteros exiſtimemus.

A ¶Sequẽs principalis noſtri textus quęſtio eſt, quemadmodũ domino aduerſus venditorẽ ſuccurratur. Et duo caſus conſiderandi ſunt. Primus eſt, cùm dominus contractũ ſerui non approbat: ſecundus, cùm approbat. Igit in primo caſu dat id auxilium domino, vt peculiares numos, ſi extãt, vendicare poſſit [b]. Cuius rei illa eſt ratio: quia
17 † Stichus iſte ſeruus licet peculium adhuc haberet, tamen per fugam vel furtum de ſe factum adminiſtrationem amiſiſſe cenſetur [c]: & ideo
B dominium eius pecuniæ transferre in venditorem non potuit. Quia tamen peculium habet, dominum ipſum de peculio obligat [d]. Sed dubitatur, cur venditor à rei vendicatione non liberatur, ſi condictionem cedere velit, ſicut
18 liberaretur ab actione ex empto? An quia actio† in rẽ ex eo competit, quia reus poſsidet, nõ quia actionem habet, vnde ſola reſtitutione finitur [e] hîc autem aliud pro alio daretur, nempe condictio loco rei: qđ aduerſus regulas cõmunes eſt [f].
C An potius, quia cõdictio hęc aduerſus poſſeſſorẽ ex facto ſerui cõpetit, quod quidẽ factũ dominus nõ vult approbare? Vnde ſi voluntas domini vel mãdatũ pręceſſiſſet, ſecus eſſet [g]. Rurſus dubitat, cur hic vẽditor ab hac actione nõ liberẽt, obiecta precij ſibi debiti cõpenſatione. Et Accurſius cenſuit non admitti cõpenſationem, quia numi peculiares tanquam certa ſpecies debentur: vnde rei vendicatione, vt cæteræ ſpecies, petuntur. At precium iſtud actione perſonali ſeu de peculio,
D
19 tanquam quantitas debetur: vnde† de ſpecie ad quantitatem non eſt admittenda compenſatio [h]. Et hanc ſententiam Baldus, Salic. Deciuſque hîc ſequuntur, quam & ipſe veram arbitror, quia pecunia vendicabatur [i]: alioquin ſi actione perſonali peteretur, admitteretur compenſatio, excepta depoſiti cauſa [k]. Aliam rationem Petrus & Cynus, Bartolus, alijque communiter tradiderunt, nempe quia intentio domini numos ſuos vendicantis, eſt liquida: at exceptio vendito-
E ris, incerta eſt. Cùm enim imputari domino non poſsit, niſi quatenus in peculio eſſet, potuiſſent tot deductiones fieri, vt nihil remaneret [l]: † me-
20 ritò igitur ad liquidum non fiet ex illiquido compenſatio [m]. Quæ ſententia & ipſa vera eſt, niſi conſiderato præſenti ſtatu peculium eſſet liquidum [n], & offerret venditor fideiuſſorem domino in caſum, quo emergeret aliud æs alienum, vnde deductio in peculio fieri deberet [o].
F Cæterum & in eo dubitatur, quod in textu dicitur, euaneſcere conſumptis numis de peculio actionem, quomodo intelligendum ſit. Et receptum eſt, venditorem, qui ſolùm actione in rem domino tenebatur, quia numos peculiares habebat, eis conſumptis cenſeri liberatum: † quia
21 per conſumptionem ſolutio ipſa confirmatur [p]. Et quia id regulare in hac actione eſt, vt qui conuenitur, quia poſsideat, ſi abſque dolo & culpa deſinat poſsidere, ſit liberatus [q]. Cùm igitur ea actio domini non detur, non habet venditor,

- a l. qui exceptionem. §. ſi pars. de cond. indeb.
- b l. rogaſti. §. fin. ꝟ. eod.
- c l. libera. l. ſi quis ſeruũ. in fin. l. ſeq. de pecu.
- d d. l. quæſitum.
- e l. qui reſtituere. de rei vend.
- f l. ij. §. i. ꝟ. eod.
- g l. cum quis. ff. de ſol.
- h l. ſed ſi certos. de leg. i. l. ſi creditor. in prin. de pecul.
- i Bar. l. talis. in fin. de leg. i.
- k l. pen. C. depo.
- l l. ſed & ſi damnum. §. i. de pecul.
- m l. ſi. C. de compenſ.
- n l. debitor. de compenſ.
- o l. ſed & ſi damnum. §. Marcellus. de pecun. auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. off. Socin. l. pecuniam ꝟ. eod.
- p l. ſi alieni. de ſol.
- q §. i. Inſtit. de action. l. i. C. de alien. iud. mutan. cauſ. fact.

qui non inquietatur, cur de peculio agat. Conſumptis enim numis, indiſtinctè dominus à vendicatione ſummouetur, etiam ſi minus in peculio eſſet: vt hic Accurſius aduerſus Lotharium rectè cenſuit [r]. Quod tamen intelligendum, dummodo conſumptio bona fide facta ſit [s], & antequam iudicium hac de cauſa acceptum eſſet, vt Paulus Caſtrenſis ait. In computatione tamen peculij ea quoque, vt ego ſentio, condictio veniet, quam ex Stichi contractu domino quæſitam aduerſus poſſeſſorem ſuprà cenſuit [t]. Dixerit aliquis: Conſumptis igitur numis, ſi dominus ſerui contractum approbare nolit, deficiet actione, & in damno manifeſto erit? Reſpondet Accurſius ſibi imputet, ſi approbare nolit. Conſumptis enim numis non fuit cauſa, cur lex venditorem, qui bona fide tradiderat, vlterius cogeret, quàm vt approbato deinde ab actore contractu, illi cederet actionem [u]. Hincque infertur, ſi dominus vendicare cœperit, numoſque conſumptos
eſſe cognouerit, † nihilominus variare, contra- 22
ctumque approbare poſſe [x], Pamphilumque condicere. Cùm enim prior actio executionem ſecum non traxerit, neque effectum habuerit: non fuit æquum, ab hac poſteriore eum ſummoueri, vt Alexander hic oſtendit [y]. Quæ ſententia tunc indubitata eſt, cùm dominus ignorans vel dubitans, vendicationem ipſam intendiſſet [z]. Sed ſi ſciens numos conſumptos, ſpontè ineptam actionem voluiſſet dictare, verius eſt excludi, ne vlterius aduerſus venditorem a-
gat: †nec contractum, quem ſciens ſemel repro- 23
bauit, amplius approbare poſſe [a]. Aduerſus verò bonæ fidei poſſeſſorem, condicere adhuc poterit: quia ea reprobatio in iudicio cum venditore facta, in alia inſtantia præiudicium pro emptore nullum facit [b]. Et hæc ad primum caſum ſatis. Secundus eſt, cùm dominus ſerui ipſius contractum approbat, vt quia ex empto agit: quo caſu contractum ipſum appro-
bare videtur [c]. Regulare enim eſt, † vt qui ex 24
contractu agit, illum approbare cenſeatur [d]. Vnde conſequens eſt, vt in caſu noſtro propter ſuam approbationem, dominus, non quatenus eſt in peculio, ſed in ſolidum teneatur. Et hoc eſt quod hîc dicitur, debuiſſe à Iuliano ad-
iici [e]. † Qui enim contractum approbat, per- 25
inde obligatur, ac ſi ipſe contraxiſſet [f]: nam & videtur in eius locum ſuccedere, qui ipſe con-
traxit [g]: & ideo ſtare contractui cum omni ſua
cauſa debet, id eſt, † vt veteres dixerunt, cum 26
ærugine & puluiſculo [h]. In hoc igitur caſu hic traditur, dominum aduerſus venditorem poſſe ex empto agere: venditorem verò condicere Pamphilum ab emptore debere, vt domino ſatisfaciat: quòd ſi condicere nolit, ſaltem actionem ipſi domino cedendam. Vnde col-
ligitur ea concluſio, † vt venditor, qui bona fi- 27
de ei, cui ius recipiendi non erat, rem tradidit, actionem ceſsione liberetur. Cùm enim venditor non niſi de dolo & culpa teneatur [i]: hicque ei rem tradidiſſet, quem credebat dominum, cum culpa careret, in nihilo teneri debuit. Sed quia actionem indebiti aduerſus emptorem habet, ideoque à domino conueniri poteſt, debet eam cedendo liberari [k]. Quæ concluſio largius accipienda eſt, vt ſcilicet audiatur venditor, ſi ſe ad ceſsionem paratum offerat, etiam poſtquam iam cum domino ex empto agen-

- r Arg. l. ſeruus eiuſdam. in fi. de cond. indeb.
- s l. rogaſti. in fin. ꝟ. eod.
- t d. l. quod debetur.
- u d. l. quod ſæpe. §. ſi res.
- x Arg. c. licet is. de procu. in 6. & l. quo enim. §. i. rem ratam hab.
- y Bar. l. Pomponius. col. iiij. verſ. ſed quæro. de neg. ge.
- z l. manifeſtiſſimi. §. i. verſ. ita tamẽ. C. de fur.
- a l. diſpenſatorẽ. de ſol.
- b c. capitulum. de reſcript. vbi Foli. col. 9. verſ. ſecundo limita.
- c l. ſi ſeruus alienus. de fideiuſ.
- d Bald. conſ. 14. punctus. in v. Ang. conſ. 16. viſo. col. fin.
- e verſ. ſed adijcere.
- f l. Caius. de manumiſ.
- g Cle. i. in fin. de ſupplen. negl. præla.
- h Angel. l. apud Celſum. §. Marcellus. de doli except.
- i l. quod ſæpe. §. ſi res. de cõtrahen. empt.
- k l. quod debetur. de pecul.

te ſuccubuiſſet,vt aliqui tradiderunt [a]:quoniam
hæc exceptio ſententiæ non aduerſatur [b].Sed &
ſunt qui putent nihil referre,an is qui ſe ceſſurũ
offert, ſpeciei, vt in caſu noſtro,vel generis ſeu
quantitatis debitor ſit:ſemper enim ceſsione li-
berari [c]. Sed id falſũ,
& cõmuniter repro-
batum eſt [d]: niſi cùm
numi tanquam ſpe-
cies debentur [e] : vel
niſi aliqua culpa ipſi
creditori imputaret:
veluti ſi conuentum
eſſet vt debitor ei ſol
ueret,qui literas ob-
ſignatas ſigno credi-
toris attuliſſet,& ali-
quis hoc ſciens, ſu-
ſtuliſſet annulum,&
obſignaſſet(vt in Cur
culione Plauti) libe-
raretur debitor,ſi ad-
uerſus eum, cui ſol-
uit,actionem ceſſurum ſe offerret.Imputet enim
ſibi creditor,qui annulum non cuſtodiuit [f]. Et
hæc,quod ad legis interpretationem ſpectat,ſuf
28 ficiant. † Sed nunquid quod in ſeruo dicitur,in
monacho hodie procedat?Et Bartolus,quem cæ
29 teri ſequuntur,procedere cenſuit. † Argumenta-
mur enim plerunque de ſeruis ad monachos [g].
Et ideo ſi Benedictini Baſilienſem monachum
detineant, iſque ex Baſilianæ familiæ pecunia
rem acquirat,poterit Benedictinis per condicti-
onem euinci.Ego arbitror,rem emptam directò
30 vendicari poſſe:†quia res ex eccleſiæ numis ac-
quiſita,eccleſiæ ipſo iure quæritur [h]: idque abſ-
que alia traditione [i].Vnde ad has iuris noſtri ſub
tilitates recurrendum non eſſet. Sed vtilis eſt
31 quæſtio.†Quid ſi ignoratur,ex cuius eccleſiæ bo
nis rem acquiſierit?Et regula eſt, vt ei qui dicit,
onus probandi incumbat.Vnde ſi ſecunda eccle
ſia monachum poſsideat, præſumendum eſt ex
eius pecunia potius rem emptam [k]: idque rece-
ptius videtur,niſi aliquæ coniecturæ pro prima
vrgeant, vt quia ab ea adminiſtrationem aliquã
habuiſſet,vnde numos illos conficere potuerit [l],
cum in ſecundo monaſterio nulli quæſtui præfe
ctus fuiſſet.Quid enim ſi adeò tenue id ſecũdum
eſſet,vt talis coniectura in eo probabilis non ha-
beret [m]? Quid rurſus ſi tam modico tempore in
ſecundo hoc verſatus fuiſſet,vt credi non poſſet
tam citò inde dicatũ [n]? Ex coniecturis igitur hac
in re arbitrabitur iudex,quid ſibi ſequẽdum ſit [o]:
ſunt enim hæc difficilis probationis [p]. Sed nun-
32 quid idem in ſeruo dicemus?& receptius eſt non
eſſe idem:†quia quicquid acquirit ſeruus, ex re-
gula communi domino acquirit [q].Et ideo opor-
tebit,vt bonæ fidei poſſeſſor exceptionem pro-
bet [r]:nempe ex operis ipſius ſerui, vel ex ſe ſua
acquiſitam fuiſſe pecuniã [s].Satis tamen erit hoc
quoque caſu,vel coniecturalis probatio [t] : qualẽ
in monacho ſufficere ſuprà diximus.

a Purpur. hic.
b l.ex diuerſo.§. fin.ſol.mat.
c Dec. ita ſenſit.
d l.ſi quis vxori. §.apud Labeonem.de furt.
e l.fugitiuus. de ſolut. verſ. ſed & ſi alii. Alex. hic.
f Paul. Roman. Alex.l.ſi procuratori falſo. ad fi.de cond. cau. da.
g Innoc. c. cum olim. extrà de priuil.Mod.l.i. §. per ſeruum. de acquir.poſſ.
h c.i.c.pen.de pecu.cler.
i l.fi. C. de ſacroſanct.eccl.
K 12.q.3. c.i.& ii. d.c.i. de pecu. cler.
l Bar.l. Imperator.in fi.de lega.ii.
m Gl.l.cùm oportet. ver. ex ſubſtantia. C. de bon.quæ lib.
n Dd. c. cum in officiis. de teſt.
o l.quæro. de ædil.edict.
p arg.l.conſenſu. §.ſeruis.C.de repud.
q Bar.l. ſi ſeruus communis. vlt. q.3. de ſtip. ſeruor. l.ſed & ſi quis. §. interdum. de vſufr.
r l. in exceptionibus. de probationib.
s d. l. qui bona fide.
t arg. nota. in l. Quintus. de don. inter.vir.

LEX XXXII.

CELSVS LIB. V. *Digeſtorum.*

SI me & Titiũ mutuã pecuniã roga
ueris, & ego meũ de
bitorẽ tibi ꝓmittere
iuſſerim: tu ſtipula
tus ſis, cũ putares eũ
Titij debitorẽ eſſe:
B an mihi obligaris,
ſubſiſto: ſiquidẽ nul
lũ negociũ mecũ cõ
traxiſti: ſed† ꝓpius eſt
A vt obligari te exiſti
mẽ, non quia pecuni
am tibi credidi, (hoc
enim niſi inter con
ſentientes fieri non
poteſt) ſed quia pe-
cunia mea quæ ad
te peruenit , eam à
B te mihi reddi bonum
& æquum eſt.

† potiùs aliàs.

1 *Neminem cum alterius iactura fieri debere locupletiorẽ, antiquiſsima iuris regula.*
2 *Ordinarium contra tranſgreſſores iam dictæ regulæ remedium.*
3 *Fructus quo officio, nobili an mercenario exigantur.*
4 *Ordinarium remedium alterum.*
5 *Remedium extraordinarium ad idem certi condictio.*
6 *Quæ certi condictio competat.*
7 *Caſtrenſis iure reprobatur.*
8 *Hanc certi condictionem quæ competit eſſe ſubſidiariam.*
9 *Cedendo actionem quis liberatur.*
10 *Subſidiaria actio imitatur naturam ordinariæ cui ſuccedit.*
11 *Huius rei exemplũ.*
12 *Fructus triennio à bonæ fidei poſſeſſore præſcribuntur.*
13 *Extenſio legis.*
14 *Quomodo intelligenda verba textus, Pecunia mea ad te peruenit.*
16 *Ampliatio legis alia.*
17 *Prima limitatio ad regulam legis.*
18 *Contra poſſeſſorem rei meæ etiam titulo oneroſo, poſſum agere ex Canone redintegrandæ.*
15 *Secunda & tertia limitatio. & num.20.*
19 *Etiam futuræ actioni poſſe renunciari, contra* Decium.
21 *Quarta limitatio.*
22 *Sententia facit ius cum ſuis fallentiis.*

C
SI me & Titiũ.)†Antiquiſsima iuris na 1
turalis regula eſt,neminem cum alte
rius iactura fieri debere locupletio-
rẽ [u]:q; ſi quis fieri velit, naturæq; legẽ
cõtemnere,aduerſus eũ iure noſtro variis modis 2
ꝓuidet.Et†ordinaria via eſt,vt ſi in aliquam ſpe-
ciẽ cõtractus ea res incidat,actiõe ex eo contra-
ctu [x],& aduerſus excipientẽ replicatiõe doli lex
cõſulat [y].ſi de re acceſſoria ei actioni agatur,vt de
D fructibus officio iudicis cõſuletur idq; mercena 3
rio,vt Iaſ.ſenſit [z].†Sed alij etiam nobile cõpete-
re poſſe aiunt,ſi aliter ſuccurri non poſsit [a]. quæ
ſententia vera eſt:agitur enim & quandoq; vtili
actione ex cõtractu,vt quis ſupraſcripta ratione
euictionem præſtet [b].Hincq; fit, †vt etiam quan- 4
doq; negociorũ geſtorũ actio concedat [c],dum ta
men aduerſus expreſſam nomini prohibitionẽ
quis non geſſerit,quia tunc ea actio ceſſat [d]. Sed
aliter prouidendum eſt,ſi in ordinarij cõtractus
E ſpeciem res incidere non poſsit:vt quia contra- 5
ctus ille à iure non ſit cõprobatus,†cõdictione re
gulariter agendũ eſt:niſi q; fauore ſpeciali muli-
eris, quæ marito aduerſus leges precium,vnde
res empta eſt,donauit,rei vendicatione concedi
tur [e].Sed id ſpecialiter receptum eſt : regulariter
enim condictione agitur.ſi ob cauſam iniuſtam
quis locupletaretur, tunc condictione ob iniu-
ſtam cauſam [f]. ſi quia indebitum , tanquam
F deberetur,ſolutũ ſit,cõdictione indebiti [g].ſi nul-
la cauſa fuit cur ſolueretur,condictione ſine cau-
ſa [h].ſi vt poſſeſsio ſola reſtituatur,tunc ad inſtar
interdicti,cõdictio ex lege exercet [i] : quæ poſſeſ-
ſio cum repetitur,quia indebitè ſoluta ſit,condi-
ctio incerti datur [k]. †Sed dubium eſt in l. noſtræ 6
caſu,quæ condictione competat. Et receptum
eſt,ſine cauſa condici poſſe : quæ ſententia pro-
babilis eſt.Ego tamẽ malim de certi cõdictione
intelligere:tũ propter rubricam ſub qua lex hæc
repoſita eſt:tum quia nõ omnino hæc nominis
aſsignatio, pecuniæq; ſolutio ſine cauſa reman-
ſit.Du-

u l.nam hoc natura. de cond. in d.l.iure naturæ.de reg.iur.
x l. iii. commod.
y l.ſi quis mancipiis §.fi.de inſtit.l.i. in fi.de poſſ.
z l.planè.de peti. hæred.
a Hoſti. & Ioan. And. c. bonæ. de appell.
b l.reſcriptũ. §.i. de diſtr. pig.
c l. quanquã. ad Velleianum.
d l.fi. C.de neg. geſt.
e l. vxor marito. de do. int. vi.
f l. perpetuò. de cond. ob turp. cauſ.
g l.fi. §.i.de condict.indeb.
h l.ſeruus quem. in prin. de act. empt.
i l. ſi coloni. vbi Bart. de agr. & cenſi.lib 10. Alex. conſ.92. col.3.in 1.
K l.qui exceptionẽ.§. ſi pars de cond.indeb.





ſit.Durat enim attenta ęquitate,quia habuit hic
debitor in genere animum obligandi ſe, ſeu mi-
hi ſeu Titio,ſeu vnicuique noſtrum, qui ei pecu-
niam mutuaſſet [a]:& licet in ſpecie erga me pro-
pter errorem non conſenſerit,tamen dominium
in eum tranſit,& condictioni locus eſt [b]. † Paul.
7 Caſt.autem in factum competere mauult [c]: quæ
ſententia iure non probatur,modicæq; vtilitatis
8 eſt [d].Sed nunquid†actio hæc,de qua in lege no-
ſtra,ſubſidiaria ſit?Et non eſt dubitandum, eſſe,
cum ex bono & æquo ſolũ detur:quia aliter cre-
ditori prouiſum non eſt.Nec tamen refert, quòd
quandoque aliter prouideri potuerit:ſatis enim
eſt quòd in præſentia, cum agitur, aliter non ſit
prouiſum [e].Vnde ſi negociorum geſtor à debito-
re meo exegerit,egoq; ratam ſolutionem habe-
re noluerim [f], eam tamen pecuniam condicere
deinde potero,ſi aduerſus debitorem mihi con-
ſultum aliter non ſit,vt Paul.Caſt.Alexanderque
cenſuerunt [g].Idemq; Bart.& cæteri tradidere,cũ
aduerſus quidem alij creditori conſuleretur, ſed
9 inefficaciter:vt†quia ille actionem cedendo libe
raretur [h]:quod ſuprà ex Iuliani reſponſo docue-
runt [i].Verum ego ibi oſtendi aliam eſſe condi
onis rationem,quæ contra bonæ fidei poſſeſſ
rem ex contractu ſerui domino datur,quàm quia
poſſeſſor ille ſit locupletior effectus. Et ideò in
Aret.ſententiam hìc tranſeo,qui directò hoc ca-
ſu actorem,qui ipſe non contraxit,condicere nõ
poſſe cenſuit,ſed ſolum ceſsis actionib. [k]. Sed cũ
10 ſubſidiariam hanc actionem dixerimus, † imita-
bimúrne ordinariæ,ſi competeret , naturam? Et
Paulus Caſt.hac in ſpecie cenſuit imitari.†Bonæ
11 fidei poſſeſſor,qui fructus naturales conſumpſit,
ex legis noſtræ regula poteſt condictione , qua-
tenus locupletior factus eſt,conueniri [l]: quod &
fructibus induſtrialibus conſumptis,Bart.quem
cæteri frequentius probant,exiſtimauit [m]. Pone
lapſum eſſe ab ipſorum fructuum collectione tri
ennium,non eſt dubium,hoc tempore,ſi fructus
extitiſſent,potuiſſe vſucapi [n]:nunquid & condi-
12 ctioni præſcribet?†Exiſtimauit ille, præſcribi [o]:
condictio enim hæc vendicationis naturam imi
tari debet [p],ne maior ſit domini , re conſumpta,
vtilitas,quàm ſi extaret [q].quam ſententiam ple-
rique recentiores hìc probant, quamuis Decio
aliter viſum ſit.Sed nunquid hæc lex non ſolum
procedat,cum ex re mea quis locupletior factus
13 eſt,ſed†etiã ſi ex re mihi debita? Et text. videtur
etiam in re debita loqui.Pecunia enim,quam de
bitor meus tibi ꝓmiſit,mea non erat. Et hoc re-
ceptius eſt,ſaluo caſu,cum actio aduerſus alium
competebat [r].In lege enim noſtra,mihi actio ad-
uerſus debitorem nulla ſupererat:quia promit-
tẽdo iuſſu meo ei,cui mutuatum volebam , à me
14 liberatus erat [s]. Nec obſtat quòd lex, †Pecunia,
inquit,mea ad te peruenit:quia mea intelligitur
ex fictione legis,ſiue quia præſens eſſet, cùm ſti-
pulatus eſt is cui mutuatum volebam [t] : ſiue qui
iam numerata à debitore fuiſſet:quo caſu breuis
manus fictio,locũ habere videbatur [u]. Alij mea,
id eſt,mihi debita,intelligunt.Omnino καταχρηστικῶς, ſeu figuratè hæc vox accipienda eſt:ſicut &
non paucis in locis , quos Alber. hìc adnotat.
15 Hincq; infertur, † legi noſtræ locum eſſe,etiam
antequam debitor ei , cui mutuatum volebam,
ſoluerit. Quod intelligendum,cùm pecunia præ
ſens tempore ſtipulationis fuit:ideoque fingi po
tuerit,ad eum qui mutuò accipiebat, perueniſ-
ſe [x]. Idemque ſi conſtaret nomen iſtud in ſolu-

a arg.l. qui iure. de milit.teſt.
b §.appellamus. Inſtit. de act.
c Paul. Caſt. l. ſi pro patre.§. ſi domini. de in rẽ verſ.
d l. antepen. de neg geſt.
e l.ſi.§.i.de condict.indeb. vbi Bart.
f l. diſpenſatorẽ. in fi.de ſolut.
g Alex.ſ̃.§. proximo, col. pen.
h l.ſi. in prin. C. de fur.
i ſ̃.§.prox.
K l.ſi vt certo.§. nunc videndũ. ii. commod.
l Gl.l. ex diuerſo. circa med. de rei vend.
m Alex.l. inſulã. §. fructus. ſol. matr.
n l. iii.§. fructus. de vſucap.
o Paul. d.§. fructus.l. iii. de vſucap.
p l. certi condictio. in prin.ſ̃.
q l.ſi filius. ſ̃. eo.
r l. cũ in plures. §.meſſem. loc. d.§. ſi res. in l. quod ſæpe.commod.
s l.ſi mandato. §. fin.mand.
t l. pecuniam. de ſolut.
u l. ſingularia. ſ̃. eod.
x l.iii.§. fi. de donat.inter vir.

tum à me acceptum fuiſſe:quod alibi declaraui [y].
Alioquin in Pauli Caſtrenſis Alexandriq; ſenten
tiam eundum eſſet,liberari eum exiſtimantium,
ſi mihi actionem retrocedere paratus ſit [z]. Sed
an regula legis noſtræ perpetua ſit,vt actio con-
tra eum , ad quem res mea peruenit,mihi indi-
ſtinctè detur? Et perpetuam non eſſe traditum
eſt,ſed quatuor caſus excipi.Primus eſt , vt † ad- 16
uerſus eum ſolummodo detur, qui aliàs locu-
A pletior fieret,id eſt,ex cauſa lucratiua haberet [a].
Secus ſi titulo oneroſo res ad eum perueniſſet [b]:
videturque res titulo oneroſo perueniſſe , ſi ali-
ud in renumerationem exolutum eſt [c]. Sicut vi-
ce verſa videtur titulo lucratiuo habuiſſe, ſi tan-
tundem de ſuo aliàs ſoluturus fuiſſet. Dicitur e-
nim locupletior factus,qui ſuo pepercit [d]. Pro-
ceditque id ſubſidiariæ huius actionis reſpectu.
Nam ſi quis aliàs ordinariam actionem habet,po
terit etiam aduerſus eum,qui oneroſo titulo poſ
B ſideret , ius ſuum perſequi, puta rei vendicatio-
ne [e].Vnde traditum eſt,ſi quis rem meam titulo
oneroſo poſsideret, licet legis noſtræ condicti-
ctione conueniri non poſſet,tamen † ex redinte- 17
grandæ poſſeſsionis canone [f], rectè inſtar inter-
dicti , ad poſſeſsionis reſtitutionem cogendum
eſſe [g]. Secundus caſus eſt,†cùm culpa aliqua con 18
dicenti imputari poteſt.Vnde ſi proteſter , ne res
meas gerere aliquo modo audeas, tuque nihilo-
minus geſſeris , nulla tibi dabitur aduerſus me
C negociorum geſtorum actio [h], nec condicere po
teris,quatenus ex geſtu tuo factus ſim locuple-
tior.Adſcribitur enim culpæ tuæ,quòd auſus ſis
me inuito negocia mea ſuſcipere [i]. Tertius ca-
ſus.†quoties is,cui hæc condictio daretur, ei re- 19
nunciaſſet.Poteſt enim actioni in fauorem ſuum
introductæ quilibet renunciare [k] , dummodo cõ
ſtet renunciatum eſſe [l]:idque in noſtro ſpecie A-
nanias,Felinuſque tradiderunt [m]. quod non ſo-
lùm de actione iam nata,†ſed etiam ſi qua in fu- 20
D turum dari poſsit, procedere aduerſus Decium
arbitror.Fortius ſentio,nõ ſolùm expreſsim,ſed
tacitè quoq; renunciari poſſe.Vt cùm lex remiſ-
ſionem iuris ſui,id eſt,donationem præſumit [n].
Vnde etiam valet pactum,quo emptor re euicta
promittit, nec ad precium quidem agere [o]:quo
caſu locupletior remanet venditor cum alterius
damno : niſi tamen dolus tali in contractu alle-
getur.Quartus caſus eſt,†quoties autoritate ſen 21
tentiæ,ſeu rei iudicatæ quis efficeretur locuple-
E tior [p]. Non enim tunc res ſine cauſa apud eum,
qui obtinuit,eſſe diceretur : † cùm ſententia ius 22
faciat, & nigrum , vt ille inquit,in candida ver-
tat [q]. Quod tamen in decreto iudicis non proce-
dit,qui pignus prætorium aduerſus fraudatio-
nis cauſa latitantem vendiderit. Nam ſi conſti-
terit reo exceptionem competiuiſſe, non obſtan
te decreto,adhuc aget [r], & in caſibus in quibus
decretum ceu ex falſa cauſa interpoſitum ipſo
iure nullum non erit [s], ſaltem precium ex legis
F noſtræ æquitate repetet [t].Rurſus non procedit,
cùm poſt latam ſententiam reperitur ſolutionis
antea factę inſtrumentum.Poterit enim non ob-
ſtante rei iudicatæ autoritate, id condici,quod
prius ante ſententiam ſolutum eſt:idque condi-
ctione ſine cauſa [u]:quod ex æquitate legis noſtrę
inductum eſſe defendi poteſt.

y d.l. ſingularia.
z arg. l. quod debetur. de pecu.
a d l.ſi cũ ſeruum Ancha. conſil. 32.Alex. conſil. 92.in 1.
b l. ſi filiusfamil. ſ̃.eod.
c l. ſi pro parte. §. ſi domini. in fi.de in rem ver. vbi Paul.Caſt.
d Gl.d.l.ex diuerſo. circa mediũ.
e d.l.ſi filius.
f c.redintegranda.3. q.i.
g Dd. l. rem quæ nobis. de acq. poſſ. vbi Soci. 4. & 5.q.
h l.fi. C. de neg. geſt.
i l.culpa. de reg. Alex.d.c.fi.
k l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.
l Bar. l. fi.§.pen. de cond. inde.
m Felin.c.ſi diligenti. in princ. de for.comp.
n Not. in l. cùm quid.ſ̃. eod.
o l.emptorẽ.in fi. de act.emp.
p l. cum putarẽ. famil.ercíſ.
q l.ingenuum. de ſtatu hominũ.
r l. cùm verò.§. ſubuentum. de fideicomm. lib.
s Alex.l. iuſtè. de acq.poſſ.
t gl. l. Fulcinius. §.i. ex quibus cauſ.in poſſ.
u l.ſi fullo.de condict. ſine cauſ. gl.l. ſi fideiuſſ. §. pen. mand. Alex.l. Imperatores.in fin. de re iudi.

1 *Prohibitum eſt magiſtratui negociationem, aut fœnus in prouincia exercere.*
2 *Quæ ſint huius deciſionis cauſæ.*

3. Vti-

3 *Vtilitati publicæ magiſtratus vacare debet, non propriæ.*
4 *Publicas pecunias ſub vſuris collocare præſides tenentur.*
5 *Cur nec mutuo quidem gratuito pecunias ſuas dare magiſtratus poſſint.*
6 *Publico fauore magiſtratus à contractibus prohibitos.*
7 *Nec iuramento in fauorem cõtractum confirmari.*
8 *Nec renunciatio, qua expreſſe conſtitutioni legis noſtræ ſe contrahentes eximunt, valere poteſt.*
9 *Non ſolùm magiſtratum à contrahendo prohiberi, verùm etiam qui circa eos ſunt.*
10 *Nec per interpoſitam perſonam magiſtratus contrahit.*
11 *Magiſtratus non poteſt pignus recipere, niſi ante magiſtratum contractum fuerit.*
12 *Vtrum ſtatim depoſito magiſtratu contrahere liceat.*
13 *An præſidi remunerationis cauſa donare ſit permiſſum.*
14 *Reſtituitur l. Aquilius. de dona.*
15 *Si palàm & bona fide præſes contrahat, quando contractus valeat.*

## LEX XXXIII.

MODESTINVS LIbro X. Pandectarum.

A Principalibus cõſtitutionibus cauetur, ne hi qui prouinciã regunt, quiue circa eas ſunt, negocientur, mutuamue pecuniam dent, fœnuſue exerceant.

PRINCIPALIBVS.) Cùm varij magiſtratus prouinciis regendis apud veteres eſſent, hîc apparet, ſiue præfecti prætorij titulo, ſiue comitis, ſiue proconſulis, ſiue legati Cæ- C
1 ſaris, ſiue Correctoris nomine quis regeret, † prohibitum ei eſſe, negociationem in ea prouincia, fœnúſue exercere: itemq́; mutuam pecuniam dare: quod vltimum ad gratuitum contractum refertur, & vel vnico in actu procedit [a], cum aliàs lex negociantis vel exercentis mentionem faciens plurium actuum frequentiam requirat. Sed quænam huius conſtitutionis eſt ratio? Et veriſimile eſt, non vna tantùm moueri legiſlatorem [b]. D Videmus enim ſimilibus in caſibus alias atque alias cauſas atque ductas eſſe, ne quid ſupra quo-
2 tidiani victus vſum emant: † quia aliàs fraudem legi Cinciæ facere poſſent, & ficta emptione xeniorum qualitatem excedere [c], & quanti vellent omnia habere: quod diffuſe lib. in C. Verrem VI. oratione IX. Mar. Cicero explicat. Ne ex officio, quod quis adminiſtrat, quicquam emat: quia aliàs non vtilitatem officii, ſeu publicam, ſed propriam ageret [d]. ne contrahere, ſeu donationis E cauſa aliquam rem habere poſsint, quia lex contractui reſiſtit, præſumitq́; ex ſubiecta parte liberum defuiſſe conſenſum [e]. Quandoq; & impreſſionem ſeu metum: & id etiam ab eo qui in mediocri conſtitutus ſit officio [f]. Ne in venditionibus, quæ à Comitibus rerum priuatarum fiunt, Palatini licitentur [g]: ſiue quia Palatini iſti, ipſius Comitis aſſeclæ ſunt [h], vnde iuſta eſt ſuſpicionis F cauſa [i]; ſiue quia veriſimile eſt, eorum reuerentia alios contrà licere non auſuros: vnde & damnũ fiſco oriri poſſet. Ne à Litigatoribus, quorũ cauſas audiunt, mutuas pecunias ſuſcipiant: quia eo beneficio allecti, leges & iuſtitiam illis proderent [k]. ne in prouincia nuptias, ſponſaliáue ſubiectarum affectent [l]: quoniam non credit lex, liberũ mulieris in eo contractu verti conſenſum: ſed minis, terroriq́; id adſcribit [m]. Et generaliter abſtinere ab iis contractibus Rectores prouinciarũ
3 debent, quia † officio ſuo vtilitatiq́ue publicæ vacare eos conuenit, non autem particulari compendio [n], vt Accurſ. Bal. Pontanus, & cæteri tradiderunt. Alioquin omnia hæc lucra captionib. quibuſdam in fraudem legum acquiri, negociationesq́; improbè factas præſumitur [o]. Adde q; & lex noſtra potuit particularibus quoq; aliis inniti rationibus. Cur enim permittenda eſt magiſtratibus negociatio, quę nec militibus quidem conceditur [p]? & quę iure noſtro à nobilitate ſummota eſt [q]? Quod cùm ita ſit, minus eis tolerandum fuit, vt fœnerarent: maximè cùm non ſuas, ſed † publicas pecunias ſub vſuris 4
collocare præſides debent [r]. Vnde & quandoq; ſubiectos ad eas hoc nomine accipiendas cogunt: à quo munere excuſati ſunt ſcriniarij [s]. Sed B
† cur nec mutuo quidem gratuito pecunias ſuas 5
dare magiſtratus poſſunt [t]? An quòd cùm fœnora exercere prohibeantur, facilè legi fraudem facerent, gratuito dare id ſimulantes, cuius vſuram iam antè ſiliquarum nomine retinuiſſent [u]? An potius, quoniam quicquid ex concuſsionibus à ſubiectis raperent, mutata cauſa ſibi ex mutuo deberi fingerent, & manu militari, quæ eis parata adeſſet, ceu iuſtum mutuum exigerent [x]? An C quòd prædam omnem nominum fide traiicere hoc pacto in patriam facilè poſſent [y], ſi in prouincia pecuniam gratis mutuarent, Romæque ſibi reſtitui paciſcerentur? cuius criminis incuſat Salluſtium M. Cicero. Ad quòd mutuum gratuitum non niſi intimis amicis fieri ſolet? At lex arctius aliquod vinculum inter præſides cum prouincialibus contrahi non patitur [z]. Pateret enim ambitioni via, & finito magiſtratu per tales amicos criminum inquiſitio impediretur, ſi quam fieri opus eſſet [a]. Poſſent & obærati ad res nouas D ſolicitari [b]. Breuiter, ſumma ratione, ſed non vana ita conſtitutum videtur. Et ex ſupraſcriptis ſa-
tis oſtenditur, † publico fauore ab hiſce contra- 6
ctibus ſummotos eſſe magiſtratus. Vnde conſe-
quens eſt, vt iuxta Bartoli diſtinctionem, † nec iu- 7
ramento quidem in fauorem magiſtratus con-
firmari contractus poſsint [c]: ſicut † nec renunci- 8
atio, qua expreſſe dictis conſtitutionibus ſe eximere vellent, quicquam valeret [d], cùm ius publicum priuatorum pactionibus remitti non poſſit [e]. quod indubitati iuris in iis caſibus eſt, quibus lex non ſolùm contractũ infirmat, ſed etiam
pœnã adiicit [f]. Sed & † non ſolùm magiſtratus 9
ipſi, verumetiã qui circa eos ſunt, prohibitiõe legis, vt hic ſcriptum eſt, tenent. Sed quos intelligemus circa eos eſſe? Et legati, comites, cõſiliariíq; videntur intelligendi [g]. Item præco, medicus, lictor, officiumq́; omne ab eo adductũ, quales cornicularius, cõmẽtarienſis, adiutor, actuarius, exceptores, apparitores, cæteriq́; quos ſecum duxerit: quosq; lex cohortis appellatione videtur intelligere [h]: quiq; alibi domeſtici præſidis dicũtur [i]. quà de re videnda ſunt, quę ad Quintum fratrem Marcus Cicero ſcripſit. Vnde apparet for-
tius prohibitioni locum eſſe, † ſi per interpoſi- 10
tam quamcunque perſonam, pręſes ipſe contraxerit [k]. Ex ſuppoſitione enim facilius præſumitur fraus [l]. Sed an ſicut contrahere magiſtratus prohibetur, ita etiã pignus accipere? Et receptũ eſt, id quoque prohiberi. Cùm enim principalis contra-

a l. legatis. in pri. vbi Bar. de leg. iii. l. officiũ. §. fi. de re milit.
b Salic. l. ii. C. d. noxal.
c l. ſolent. in fin. de offic. proconſul.
d l. non licet. de contrah. empt.
e l. i. C. de contract. iud.
f l. pen. C. de iis quæ met. cau.
g l. fin. C. de reſc. vend.
h Toto tit. de pala. ſacra. larg. lib. x. C.
i d. l. non licet.
k l. quiſquis. C. eo.
l l. i. ſi rector prouin.
m l. i. C. ſi quacũque præd. poteſt.
n l. militis. ii. reſponſ. de re militari. l. ab adminiſtratione. C. de leg.
o §. oportet. authen. de mand. princip.
p l. i. C. neg. ne milit. lib. xii.
q l. antepen. C. de cohort. lib. xii.
r l. ſi bene. de vſuris.
s l. ſcriniarios. de num. lib. C. xii.
t gl. l. eos. C. eod.
u l. eos. verſ. interdicta. C. de vſuris.
x arg. §. an certè. authent. vt iud. ſine quo. ſuffrag.
y l. i. §. ſacrilegi. §. his autem. ad l. Iul. pecul.
z l. obſeruandũ de offi. præſ.
a l. i. C. vt omnes iud. tam ciuil.
b l. i. ad l. Iul. maieſt.
c Bart. l. ſi quis pro eo. verſic. iiii. de fideiuſ.
d Seuerinus, Iaſ. Decius.
e l. pacta quæ contra. C. de pact.
f l. auſertur. §. quod à præſide. de iur. fiſc. d. l. non licet.
g d. l. i. C. de contract. iud. l. v. ad l. Iul. rep.
h l. i. ad l. Iuliam repet. d. l. i. C. de contract. iud.
i d. l. eos. d. l. i. d. l. militis. d. l. auſertur. d. l. penult.
k l. ſi is qui bonis. de acquir. hæred.



contractus nõn teneat, nec acceſsio quidem va-
lere debet [a]. Vnde ſi contractus principalis vale-
11 at, † vt quia ante adeptum magiſtratum celebratus ſit, defendi poſſet, valere deinde pignoris dationem [b]: quod Iaſon hic tradit, licet Decius leui ratiõe diſſentiat. Sed
12 † quid ſi contractum ſit incontinenti poſt magiſtratum? Et videtur ſubeſſe adhuc prohibitionem tanquã præſumatur retrò durãre magiſtratu hoc tractum fuiſſe [c]: quod Baldus cẽſuit [d]. Quæ enim incontinenti ſequuntur, antea cenſentur tractata [e]. Ego plurimum à coniectura iudicis id pendere arbitror, qui cognoſcat, an probabiliter ratio prohibitionis eo caſu ſubeſſet [f]. B Nam & durum, vt magiſtratus tali caſu publicationis vel quadrupli pœnam ſubiret [g], cùm pœnæ locus non ſit, niſi quatenus verba Conſtitutionis neceſſariò inferunt [h]. Hoc ergo caſu Iaſonis ſententia probabilior eſt, ſatisq́; erit contractum cenſeri nullum. Qua tamen in re ex qualitate coniecturarum, vt ſuprà dixi, aliter atque a-
13 liter reſpondendum erit [i]. † Sed quid ſi cauſa remunerationis præſidi donatum ſit? Et idem ego crediderim, vt contractus ſit nullus [k]: Lex enim C generaliter loquitur [l]. Nec me mouet Bartoli auctoritas, qui ex Papiniani reſponſo aliter cenſu-
14 it [m]: † quoniam in eo Nicoſtratum prçceptorem, non autem prætorem, legendum eſt. Intelligitur enim de Nicoſtrato Macedone Rhetore. Fieret certè non difficulter legi fraus, ſi eam opinionẽ
15 ſequeremur. † Sed quid ſi palàm & bona fide prçſes contraxerit? Et verba legis generalia ſunt, vnde idem hoc caſu receptum eſt [n]. Nec me mouet, quòd tutor poſsit palàm cum pupillo contrahe- D re [o]: quia maior eſt in magiſtratu prohibitio, vt quæ nec ſacrorum apicum permiſsione ſuſtineatur, nec ſubſequenti conſenſu confirmetur [p]. Non enim lex bonam fidem hoc caſu præſumit: vt meritò Iſerniæ ſententiam hac in re probare non poſsim [q], quæ tamen Bartoli fuit: niſi cùm omnino conſtaret, prohibitionis rationem nullam tali caſu ſubeſſe [r].

a l. i. §. eam rem. quæ res pig.
b l. in quorum. de pig.
† qui, aliàs.
c Arg. d. l. i. C. de contra. iud.
d Bal. d. l. ſolent. §. fin.
e l. ſi vtri. §. fin. de priui. cred.
f Arg. d. l. milit. verſ. ſed & ſtipendiis.
g d. l. auſertur. d. l. non licet.
h l. tribunus. vbi Bald. ii. not. de teſta. milit.
i l. ſi. C. ad l. Iul. repet.
k d. l. fin.
l d. l. i. C. de contract. iud.
m l. Aquilius. de donat.
n d. l. i. Salic. d. l. quiſquis. Iaſ. hîc.
o l. cum ipſe C. de contrahen. emptio.
p d. l. i.
q And. de Iſer. c. i. in fin. de feu. guardiæ.
r Bart. d. l. auſertur.

## LEX XXXIIII.

PAVLVS LIB. II. Sententiarum.

A Præſidis prouinciæ officiales, † qui perpetui ſunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrẽ exercere poſſunt. Præſes prouinciæ mutuã pecuniã fœnebrẽ ſumere non prohibetur.

1 *Officiales perpetui δανειστικὸν poſſunt exercere: & qui ſic dicantur.*
2 *Magiſtratus annui nec agunt nec conueniuntur niſi finito officio: perpetui ſtatim.*
3 *Quid in magiſtratibus in incertum conſtitutis obſeruandum.*
4 *Duces, Marchiones & conſimiles eodem iure cum perpetuis officialibus cenſentur.*
5 *Præſes mutuam pecuniam ſub vſuris poteſt recipere.*
6 *Magiſtratus publicæ vtilitatis & neceſsitatis cauſa poteſt contrahere.*
7 *Multa neceſsitatis ratione indulgentur, quæ aliàs non conceduntur.*
8 *Cum iis qui iuriſdictionis noſtræ non ſunt, non interdicitur commercium.*
9 *Etiam ij qui circa magiſtratus ſunt, contrahere prohibentur.*
10 *Magiſtratibus in propria patria conſtitutis contractus non interdici, niſi ſuo aduerſetur officio.*
11 *Filiam nubilem elocare pater in magiſtratu cõſtitutus poteſt, filio non itidem vxorem dare.*

L. 34. Præſidis prouinciæ officiales.

PRÆSIDIS.) Cùm ſuperiore reſponſo cõcluſum ſit, negociationem fœnoriſque exercitationem magiſtratibus interdici: ſubiiciuntur hîc duo caſus, quibus de ea concluſione limitandum eſt. † Et in 1
primis nõ procedit in officialibus qui perpetui ſunt: hi enim δανειστικὸν exercere poſſunt: vt ſunt officiales, iudicum executores & miniſtri, qui præcepta & citationes ad reos ipſos deferunt [s], quos ſeruientes vulgò vocamus: quo ſenſu & ab Apuleio accipiuntur libro I. Aſin. græcè ταξεῶται à Iuſtiniano dicuntur [t]. Hi cùm perpetui ſint, niſi contrahere poſſent, quodammodo pœnæ addicti vide- B rentur, vt quibus commercium interdictum eſſet. Meritò igitur lex tolerauit, vt hi à generalitate prædictæ regulæ eximerentur. Nam & vide-
mus † magiſtratus annuos nec agere, nec conue- 2
niri durante magiſtratu poſſe [u], ſed officij finem expectandum eſſe [x]. At qui perpetui ſunt, ſtatim ad litigandum cogi [y]. † Sed quid in iis magiſtra- 3
tibus, qui ad libitum principis conſtituuntur? Et Bart. idem ait, vt perpetui cenſeantur [z]. Ego dubito, quoniam proconſules & quidem prætores C annui erant [a]. Præſides verò prouinciarum ad libitum Cæſaris conſtituebantur, vt aliàs ex Tranquillo, & aliis autorib. docui: & tamen videmus præſidibus inhibitos hos eſſe contractus. Diſtinguendum igitur, vt vera ſit Bartoli ſententia, in iis, quos ſolet princeps diutius in officio relinquere, nec facilè ſummouere: quales ſunt conſiliarij ſui [b]. Si verò arbitrio quidem principis conſtituantur, ſed ſoleant tamen citò ſummoueri, puta intra biennium, vel triennium, quod præſi- D dibus contingit, ſecus eſſet [c]. † Illud conſtat, du- 4
ces, marchiones, hoſq; qui non ſolum perpetui ſunt, ſed etiam iure proprio iuriſdictionem habent, huic prohibitioni non ſubiici [d]. Valebit igitur horum cõtractus [e], quatenus impreſsio nõ probetur [f]. Alius eſt caſus, cùm † pręſes mutuam 5
pecuniam ſub vſuris accipit: permittitur enim id illi, dummodo ab eo nõ accipiat, cuius de cauſa cognoſcere cœpit: vel eo fine non accipiat, vt dignitatẽ ipſam emat. Suſpectus enim eſſet, ne E mutuanti fas ipſum iuſtitiamq́; proderet [g]. Sed hoc ad præſides pertinere non poteſt, qui dignitatem non emunt, ſed ab ipſo principe deſignantur [h]. In inferioribus igitur iudicibus ſolùm habebit locum [i]. Et hi quidem caſus hîc referuntur. Cæterum & alij ſunt, quibus de ſuprà ſcripta regula aliquid relaxamus: vt † cùm magiſtratus v- 6
tilitatis publicæ cauſa contrahit [k], vel neceſsitate ita adigete. † Multa enim neceſsitatis cauſa in- 7
dulgent, quæ aliàs nequaquã concedi poſſent [l]: F q, hîc latius oſtẽdit Iaſon. Vnde & victualia pro vſu ſuo, ceteraq; vtẽſilia citra vllã repnſionẽ emet [m].
† Sed & cũ iis qui iuriſdictiõi ſuæ ſuppoſiti non 8
ſunt, nulla videt ſubeſſe prohibitio [n]: qđ hîc frequentius traditũ eſt [o]. Vnde ſunt, qui idẽ in quolibet cenſuerunt, qui iuriſdictione careret [p]. Sed ego id facilè nõ admiſerim: quoniã lex noſtra nõ
pręſides ſolùm coercet, ſed & † qui circa eos ſunt: 9
vt manipularios [q], vt palatinos [r], vt cãcellarios & domeſticos [s], vt cęteros comites eorũq; libertos [t]. Vnde apparet, ſatis nõ eſſe, q propria iuriſdictione non

s l. i. C. de offi. diuerſ. iud. l. prohibit. de iure fiſci. lib. x.
t §. deinde. in fi. authen. de defenſ. ciuit.
u l. pars litterarũ de iudi.
x l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. de ope. no. nunc.
y c. ii. de oper. no. nunc.
z Bar. d. §. ſi quis ipſi. quæſt. 3.
a §. i. de perpet. & temp. actio. inſtit.
b l. iuriſperitos. de excuſ. tuto.
c l. f. §. de pœn.
d Bal. d. l. ſolent. §. fin.
e c. i. de probat.
f l. decernimus. C. de ſacr. ſan. eccle.
g l. quiſquis. C. eod.
h l. i. ad l. Iuliam de ambi. §. an certè. auth. vt iud. ſine quo. ſuffrag.
i d. l. i. C. de ambitu.
k l. ciuitas. §. eo.
l l. i. de offi. conſ. l. 2. §. cum in eadem. in fi. ad l. Rho. de iact.
m d. l. ſolent. in fi.
n d. l. i. C. de contract. iud.
n d. l. quiſquis.
o Arg. l. fi. de iuriſ. om. iud.
p Bar. d. l. auſertur.
q l. i. C. d. l. Iul. repet.
r l. nullum. C. de offi. recto. prouin.
s l. iii. C. de aſſeſ.
t l. ſenatuſconſulto. de offic. præſ.

ne non ſunt formidoloſi: ſed id requiri, vt nec aliena quidem id poſsint. Ad rationem igitur legis attendendum eſt, & ex ea diſcernẽdum, quomodo limitationẽ hanc obſeruemus. Addit Bar-
10 tolus idem generaliter eſſe, † in eo qui officium ſua in patria exerceat. Non enim veriſimile eſt, eius dignitatis collatione voluiſſe principem eũ commercio rerũ in patria ſua priuari [a]. quæ ſententia receptior eſt, puto, & verior: excepto, cùm de eo contractu ageretur, qui naturæ officij ſui aduerſaret. Exempli cauſa: Ad munus cenſorium, vel conſulum pertinet, publica locare vel vendere.

a Arg. l. eos. de ritu nupt.

LEX XXXV.

MODESTINVS LIBRO III. Reſponſorum.

A

PEriculum nominum ad eum, cuius culpa deterius factũ probari poteſt, pertinet.

IABOLENVS LIB. I. Epiſtolarum.

B

Nunquid qui in patria ſua Conſul eſt, vectigalium redemptor per ſe, vel ſuppoſitam perſonam erit? Certè non: fieret enim fraus fiſco, delinquereṫque iſte in officio ſuo [b]. Vnde lex ſolùm id tolerat, cum rem paternam emeret [c]: ſicut & tolerari in militibus videmus, vt cùm paterna eorum prædia fiſcus diſtrahit, à licitatione non repellantur [d]. Cæterũ &
11 illud admiſſum eſt, vt † filiam ſuã nubilem poſ- C
ſit magiſtratus in matrimonium collocare [e], tãetſi filio ſuo vxorem dare non poſsit [f]. Sed qua ratione id inductum eſt? Et Salicetus, Fulg. Deciusq; friuolas comminiſcuntur. Ego arbitror in promptu eſſe: Prohibitio enim propter impreſſionis timorem facta eſt [g]. At veriſimile non eſt, velle patrem per vim filiam in matrimoniũ cuiquam obtrudere, cùm tali caſu non tam vxor, quàm concubina eſſet, nec vnquam futura eſſet marito grata [h]. Qua ratione lex Pontificum matris teſtimonium regulariter non reiicit, quæ pro matrimonio filiæ quicquam affirmet: non enim veriſimile eſt, velle eam in concubinatum cuiquam filiam dare, ſanguinemq; ſuum proditum ire [i]. Sed hæc hactenus.

b d. l. non licet. de contrah. emp.
c l. qui officij. de contrah. empt.
d l. milites. i. de re milit.
e l. ſi quis officiũ. in fin. de ritu. nupt.
f l. qui in prouincia. eod. tit.
g l. i. C. ſi rector prouin.
h Abb. c. tuis. de ſponſ.
i c. ſuper eo. ii. vbi Bald. extra de teſtib.

1 *Ad quem ſpectet periculum, ſi ob non exactionem debitor incipiat non eſſe ſoluendo.*
2 *Cùm lex culpæ meminit, de qua ſit intelligenda.*
3 *Qui neceſſariò tutoris aut adminiſtratoris munus ſubit, in exactione nominum latam culpam ſolummodo præſtare.* E
4 *Operam non gratuitam præſtans, ad leuem etiam culpã præſtandum adſtringi.*
6 *Bona nomina non interpellando mala fieri.*
7 *Si vnus ex collegis in munere publico ſoluendo non fuerit, alter tenebitur: ſecus in priuato.*
8 *Culpa non præſumitur niſi probetur.*

1 PERICVLVM.) † Ei ad quem ſpectat exactio, ſi in culpa fuerit quò minus exigeret, periculũ interim non ſoluendo facti debitoris imputatur: idq; ſiue adminiſtrator ſit publicus [k], ſiue priuatus [l]. Sed qua de culpa intelligendum eſt? Et videretur de leui: quia † cùm lex culpæ meminit, de hac in dubio accipiẽ [m]. Contra Ang. de lata potius (quam diſſolutam negligentiam vocat) interpretatur [n]. Nam & tutor, quamuis etiam leuis culpæ nomine pupillo teneatur [o], ex ceſſatione tamen nominis exigendi, ſolùm latam præſtat [p]. Vnde in coactore, qui exigenda nomina conduxerat, reſpõdit Ang. tutoris exemplo imputandum ei non eſſe, ſi interim, dum ipſe differt, debitores facultatibus lapſi ſint, dummodo aliquem ceſſationis colorem prætendat: vt quia veriſimiliter credidit non fore, vt ad inopiam redigerentur [q], aliquaq; ex cauſa ſuperſedit, ſiue conſuetudinẽ locatoris ſequutus [r], ſiue quia humaniter cum eis agendũ cenſuiſſet, ne fugæ potius, quàm ſolutionis conſilium ſumerent [s], ſiue vt huius ciuilitatis exemplo plures ad ſuos agros colendos alliceret [t]. Ego diſtinguendum inter
3 hoſce adminiſtratores arbitror, † vt ſi de tutore loquamur, vel ciuitatis adminiſtratore, qui neceſſariò munus illud ſubeant [u], licet aliàs diligentiam probare teneantur [x], tamen in exactione nominum non niſi latę culpæ cauſa periculum id præſtent [y]: mitius enim cum eis agendum eſt [z]. Si verò de ſocio conductore vel procuratore non
4 † gratuitam operam adhibente loquamur, etiam leuem culpam prę̨ſtet: quia hoc iuris regula ſuadet, qua traditum eſt, in his quæ vtriuſq; contrahentis cauſa celebrantur, etiam leuem culpam præſtari [a]. Suadet etiam lex noſtra, quæ ſimpliciter culpam requirit. Satis enim manifeſta eſt eius negligentia, qui tali in re non vigilauerit [b]. quod & Bar. ſenſiſſe videtur [c]. Notumq́ue cuicunque patrifamil. debet eſſe Alphei fœneratoris apud
5 Columellam dictum: † Bona nomina niſi appel-
6 lentur, mala fieri. † Sed quid ſi adminiſtrator ſol- D
uendo non ſit, an id periculum collega eius pręſtabit? Et Bal. cenſuit præſtari [d], idq́; etiam ſi collega publicè illi adiunctus fuiſſet [e]: quod reipub. fauore inductum contra regulas iuris videtur, vt vnus pro alterius negligentia conueniatur [f]: reſpectu enim priuatorum aliud eſt [g]. Sed diffuſior hic eſt articulus, quàm vt in præſentia alieno loco tractari debeat [h]. Sanè quod hic adnotant ple-
7 rique † culpam non præſumi, niſi probetur [i]: vidẽda ſunt, quæ ad hanc rem pertinentia Lucas à Penna congeſsit [k].

K l. ſi. §. ii. ad munici. l. pen. in fi. C. de exacto. li. 10.
l l. litis. §. i. de neg. geſt.
m l. ſi cum venderes. in fi de pig. actio. l. ſi mora. ſol. mat. vbi Alex.
n Angel. conſil. 312. col. 2.
o l. quicquid. C. arbit. tut.
p l. ii. C. arbit. tut.
q Arg. l. verũ. §. pen. de min.
r l. vel vniuerſorum. de pign. actio.
† eodẽ, *aliàs.*
† tanquã ſub contrariam conditionẽ.
s Arg. l. ii. C. de prec. Imp. off.
t arg. gl. in l. iii. in fi. [illegible]
u l. ſi. §. defenſores. de muner.
x d. l. quicunq. l. magiſtratus. de admi. re. ad ciui.
y d. l. ii.
z l. ſi fideiuſſ. §. i. qui ſatiſ. cog.
a l. contracta de reg. iur. dixi l. magno. de verbor. ſig.
b l. pupillus. in ſi. quæ in frau. cred.
c Bar. conſil. 102.
d l. ſi. §. ii. ad municip.
e l. ex facto. de neg. geſt.
f l. pen. C. de cuſtod. reor.
g l. cum alicui. de neg. geſt.
h l. i. C. de tranſactio.
i l. chirographis. in prin. de admin. tut.
K l. quemadmodum C. de agr. & cenſi. lib. 10.

LEX XXXVI.

PEcuniam, quam mihi ſine conditione debebas, iuſſu meo promiſiſti Attio ſub conditione. Cùm pendente conditiõe in † eo ſtatu ſit obligatio tua aduerſus me, † tanquam ſi ſub contraria conditione eam mihi † ſpopondiſſes: ſi pendente conditione petam, an nihil actur? † ſim? † Reſpondi, non dubito, quin † ea pecunia quam ipſe ſine conditione ſtipulatus ſum (etiamſi conditio in perſona Attij, qui ex mea voluntate candẽ pecuniam ſub conditione ſtipulatus eſt, non extiterit) credita eſſe permaneat. Perinde eſt enim, ac ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. Pendente autẽ cauſa conditionis, idem petere non poſſum: quoniam cùm incertum ſit, an ex ea ſtipulatione deberi poſsit, ante tempus petere videor.

A
B

1 *Regulariter conditio etiam poſt actus perfectionem adijcitur.*
2 *Si purè quid debeatur, idq́; ſub conditione legetur, pendente conditione debitum poterit exigi.*
3 *Ex conditione incerta actus purus non debet impediri.*
4 *Regulariter in contractibus fiducia cautionis implere ex ſua parte nemo cogitur.*
5 *Debitor conditionalis creditore conſentiente alteri cui delegatur ſtatim obligatur.*
6 *Nouationem non cenſeri factam niſi expreſſe conſtet.*
7 *Qua pœna plus tempore petens puniatur.*
8 *Antequam conditio eueniat, neq; obligationem neq; actionem naſci.*
9 *Quodnam tempus plus petenti tempore duplicetur.*

PEcuniam.) In contractibus quoties obligatio pura præcedit, quæ aliquo in conditionis euentu reſolui poſsit, interim tamen pro pura cenſetur.



1 ſeṫ. Idq́; regulare eſt, † vt cõditio etiam poſt actus pfectionẽ adiici poſsit [a]. Vnde cẽſuit Alber. eum qui abominatus ſacrisq; interdictus eſt, niſi qd piã fecerit, purè excõmunicatũ cẽſeri, interimq́; vitandũ eſſe [b]. Sic & in inſtrumẽto, ſi centũ quis promiſerit ea lege, vt ſi facto calculo plus minúſue debeatur, id præſteṫ. Reſpondit. Socin. interim liquidò cẽtum deberi, executionemq; impetrari poſſe [c]. quod & ad inſtrumentum ſimplex producitur, ſuper quo coram arbitratore pendeat cõtrouerſia. quãuis enim ſecuto laudatiuo reſolui fortè poſſit, non tamen interim ſuſpẽdetur executio [d]: dummodo reo caueat actor ſe bona fide reſtituturum, ſi contingat ab arbitratore aliud pronunciari [e]. quam
2 ſententiam & ego probo. Nam & videmus, † ſi quis Titio decem purè debeat, eaq́; illi ſub conditione Titius legauerit, poſſe hæredem interim exigere, dum tamen caueat, eueniente conditio-
3 ne ſe reſtituturum [f]. Non enim † ex conditione C
incerta, actus purus interim impediri debet. Qđ intelligendum, ſi aliud actum non ſit [g], vt in hac epiſtolica Iaboleni quæſtione. Si enim pecuniam, quam purè mihi debebas, iuſſu meo ſub conditione Titio promiſiſti, non niſi poſt defectam conditionem petere potero. Cuius rei illa eſt ratio: quia non eſt credibile id actum, vt eiuſdem pecuniæ nomine, quam mihi ſoluiſſes, tu velles à Titio inquietari [h]: cum veriſimilius ſit, ideo ei promiſſum à te eſſe, quia rei ipſi incumberes, ſeu D
pecuniam adhuc apud te haberes [i]: & ideo actũ, vt interim non exigereris, ſed ſimpliciter rebus ſic ſtantibus eſſes obligatus [k]: quod & cõtractus natura ſuadet. Cùm enim ſub conditione alteri obligeris, iam oſtenditur, eueniente conditione id agi, vt ei ſoluendo libereris: quod fieri nõ poſſet, ſi ſolutione mihi facta, iam antè liberatus eſſes [l]. Adde quòd aliàs ſequeretur, inuitum te cõpelli, vt fidem meã ſequereris: quod abſurdũ eſt. E
4 [m]. Vnde † regulariter in contractibus fiducia cautiõis implere ex parte ſua nemo cogitur [n], Quid enim ſi poſtquam mihi ſoluiſſes, conditio eueniret? nónne iniquum eſſet, ſi ei ſoluere cogereris, vt à me deinde repeteres [o]? nec periclitari te hũc caſum æquum eſt, ſed vt tibi conſultum ſit, ſatis eſt poſſe contingere vt debeas [p]. Vnde cõſequẽs eſt, vt ſi incertitudo hæc ſublata ſit, conſtetq́; nõ poſſe contingere vt debeas, confeſtim non expectato conditionis euentu agere poſsim [q]: vt ſi ſpecies promiſſa fuerit, quæ poſt moram ex obliga- F
tione pura contractam extincta ſit. Conſtat eñ, ex conditionali amplius deberi non poſſe [r]: qđ aduerſus ſuam ipſius ſententiam alibi Iaſon cũ Alexãd. exiſtimauit [s], Deciusq́; hîc probat. Qua
5 ratione † ſi creditor conditionalis conſentiat vt mihi ſoluas, cùm eodem modo contingere non poſsit, vt illi debeas, rectè conuenire te ex obligatione pura potero [t]. quod ex Bar. ſententia receptum eſt. Nec quenquam mouere debet, quòd dilatio debitori ex hac ſecũda ſtipulatione quæſita, illi auferri non poſsit [u]. Nam hoc verum eſſet, ſi beneficio legis, vel eius contemplatione ipſi quæſita eſſet [x]. Sed cùm contractu non ſui, ſed alterius fauore facto quadam ex ſequela illi hæc commoditas acceſſerit, põt voluntate creditorũ extingui [y]. Cæterum eadem ratione & illud conſequitur, vt ſi actum ſit, puram hanc obligationem ex ſequente non ſuſpẽdi, id quod actum eſt obſeruemus [z], poſsitq́ue tali caſu ex prima obligatione pura agi quę ſententia vera eſt. Fortius cenſuerũt aliqui, hodie in caſu legis noſtrę confeſtim poſſe agi, cùm conſtitutum à Iuſtiniano
6 ſit, † nouationem non cenſeri factam, niſi expreſſim conſtet [a]. Si igitur obligatio pura non eſt nouata, ſequitur vt ſtatim, non expectato alio conditionis euentu, conueniri debitor poſsit. Sed ta- C
men ſatius eſt legis noſtræ correctionem nõ admittere: in qua interim non de nouatione agitur, ſed de temporaria ſuſpenſione, quæ quidem euidenti partium voluntate colligitur: vt meritò ei locus eſſe debeat, ſiue ope exceptionis, vt Bart. credidit [b], ſiue ipſo iure, vt Alex. crebrius re-
7 ceptum eſſe maluit [c]. † Sed cùm lex noſtra pendente conditione agi non poſſe tradat, quia ante tempus peteretur: dubitatum eſt, qua pœna is plectendus eſſet, qui peteret. Et veteres in expen- D
ſis ſolùm puniri, tanquam temerarium, cenſuerunt [d]: duplicatio enim induciarum eius pœnæ loco ſubrogata eſt, qua olim actio admittebatur: vt cùm quis ante diem ageret [e]. At ſi quis ante conditionis euentum agebat, nec iure quidem veteri actionẽ amittebat [f]. Sequitur ergo, vt nec hodie duplicentur illi induciæ. nec dubito, quin iure ciuili defendi hæc ſententia poſsit. Sed tamen aliter receptum communi calculo eſt: quia habent id pontificij expreſſe cautum, vt non ſo- E
lùm ante diem, ſed etiam ante conditionis euentum, agens hanc induciarum moram ſubeat [g]: ne
8 melioris ſit conditionis, qui minus iuris habet. † Ante conditionis enim euentum nulla nata eſt obligatio, nec actio: ante diem verò, ſecus eſt [h]. Pendet hæc quæſtio à Zenonianæ Conſtitutionis verbis [i], quæ non extat. Sed nunquid omne tempus duplicetur, an verò quod ſolùm ex dila-
9 tione reſtat? Et receptum eſt, † tantùm temporis duplicari duntaxat, quantum præoccupauit a- F
ctor [k]: quod & verba legis ſatis indicant, quę hac pœna eum adficiunt, qui plus tempore petiit, vt inducias ſibi indultas in duplum patiatur [l]. Intelligitur enim de induciis temporis quo plus petiit, & ſic de eo quod à petitionis tempore ad euentum diei ſupereſt: quæ enim tranſactæ ſunt, re ipſa magis, quàm ex indulgentia actoris cenſent tranſactæ [m]. Sed quid ſi is qui ſententiã obtinuit, intra tempus iudicati petierit [n]? Et Bart. non duplicandas illi inducias rectè cẽſuit [o], quẽ & cæteri ferè probant. Non enim debet reus, cui

a l. obligationum ferè. §. conditio. de act.
b Epiſt. inter claras. ad ſi. C. de ſumma trin.
† ſpopondiſti, *aliàs.*
† ſum, *aliàs.*
† reſpondit, *aliàs.*
† mea, *aliàs.*
c l. hæc venditio. in ſi. de contrahen. emp. Bar. l. Iulianus. in ſi. de cõd. ind.
d l. ſi quis rem. de arbit. Paul. Alex. Iaſ. hic.
e Authent. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. offe.
f l. purè. in prin. de doli excep.
g Arg. l. ſi legatũ. de adim. leg. & l. quib. §. ii. de cond. & demonſt.
h Arg. l. bona fides. de reg. iu.
i l. plus cautionis. de reg. iur.
k l. quod Seruius. de cond. cau. da.
l Arg. l. in perſonam in fin. ſ. de pact.
m l. doli. de nouatio.
n l. ſiue apud. vbi notatur. C. de trãſact. Dd. l. Mutianæ de cond. & dem.
o l. minus. de regul. iur.
p l. ſufficit. de cond. indeb.
q Arg. l. eum qui ita. §. ſi. de verbo. oblig.
r l. ſi homo mortuus. de verb. oblig.
s d. §. fin.
t l. poſt dotem. i. intell. ſol. mat.

L. 36. Pecuniã, quam.
u Bar. l. ſi arrogator. col. 6. de adopt.
x l. poſtquam. q. 7. C. de pact.
y l. cum qui. de annuis. leg. l. ſi iudex. de mino.
z l. id quod. in prin. de con. ſtit. pecu.
a l. fin. C. de nouat.
b Bart. l. pen. C. de præt. ſtip. gl. d. l. fin.
c Alex. l. qui vſumfructum. colum. ii. de ver. oblig.
d l. eum quem temerè. de iudi.
e §. pen. Inſtit. de except.
f l. bouem. §. pen. de ædil. edic. l. grege. §. pen. de pig.
g c. i. in fin. de plus petit.
h l. cedere. de verb. ſig. Bart. l. ita ſtipulatus. 2. & 3. q. de verb. oblig.
i d. §. pen.
k l. aut damnum. §. quiſquis. de pœnis. vbi Bar.
l d. §. pen. Inſtit. de except.
m Ang. l. aduerſus. C. de vſur. & l. alienationis. de ver. ſig.
n l. intra. de re iud.
o Bar. d. l. ita ſtipulatus. q. 2. de verb. oblig.

ſola humanitatis cauſa id tempus indulgetur [a], inhumanè ipſe agere, & pœnam hanc petere [b]. Qua de re alibi diffuſius.

a l. ſi cum militi. §. fi. de compenſ.
b Arg. l. ſi verò non. §. idem Papinian. mand.

1 *Quid ſit conditio.*
2 *Cum conditionis ſit mentio, etiam cã intelligi quæ in præſens aut præteritum ſit concepta.*
3 *Actus legitimi qui dicantur: & quo pacto intelligendum, actus legitimus cõditionem non recipere.*
4 *Hæreditas ſub conditione adiri nõ poteſt.*
5 *Tutor ſub conditione dari minimè poteſt.*
6 *Lex prohibens filiũ ſub conditione inſtitui, de qua conditione accipienda.*
7 *Sola conditio pro cauſa ſtipulationis ſufficit, ad præcauendum doli exceptionem.*
8 *Fauore debitoris conditio adiecta dicitur.*
9 *Ludi ſui natura permiſſi, cur prohibiti.*

## LEX XXXVII.

PAPINIANVS LIB. I. *Definitionum.*

CVm ad præſens tempus cõditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur: & ſi conditio vera ſit, ſtipulatio tenet, quã uis tenere contrahentes conditionẽ ignorent: veluti, ſi rex Parthorum [d] viuit, centum dare ſpondes? Eadem ſunt, & cùm
A in præteritum conditio confertur.

## LEX XXXVIII.

SCÆVOLA LIB. I. *Quæſtionum.*

REſpiciendum enim eſt, an quan-
B tum in natura hominum ſit, poſsit ſciri, eam debitum iri.

1 VM AD PRAESENS.) † Conditio
ea qualitas dicitur, ſecundum quam
aliquid conditur, id eſt, fit. Si ad præ-
ſens, vel etiam ad præteritum refera-
tur, actum ipſum non ſuſpendit: ſed ſi vera ſit, ſta
2 tim res debetur: ſi falſa, non debetur [c]. † Sed an
de tali conditione in præteritum vel præſens
concepta, actum regulariter in lege interpretabi
mur? Et fieri talem interpretationem Bal. vide-
tur ſenſiſſe: qui ſi lege municipali caueatur, ne
quis poſitionib. ſub cõditione reſpondeat, nec
ſub ea quidẽ reſponderi poſſe ait, quæ in præte-
ritum vel in præſens concepta ſit: quoniam ra-
tio ſtatuti eſt, vt clarè & abſq; incertitudine re-
ſpondeatur [d]. Dubium autem non eſt, incertam
eſſe talem reſponſionem: qua ratione actus quo-
que legitimi, qui nec cõditionẽ nec diẽ recipiũt
3 [e], talem conditionem recipere non videntur. †
Cùm enim legitimi dicantur, quia fictione vel
interpretatione legis inducti ſunt, & ab actus i-
pſius executione nomen ſumant, ſicut dies vel
conditio in futurum concepta, ei executioni re-
pugnat, ita & ſi in præſens vel præteritum ſit,
4 quoties incertitudo hac ex cauſa oriretur: † vn-
de aditio hæreditatis ſub tali conditione fieri nõ
poſſet [f]: requirit enim certam liberamq; volun-
tatem: ſicut & ſerui, vel etiam ſacerdotij optio
5 [g]. † Quod & in tutoris datione dici poteſt, quẽ
prætor cauſa cognita & certo iudicio dare debet
cùm eius decretum executionem ſecum ſtatim
trahat [h]. Idemq; in adoptione, emãcipatione, ac-
ceptilatione dici poteſt: vt ſicut actus verus nul-
lam conditionem recipit, nec fictus quidem reci
piat [i]. Si verò ex tali conditione nulla incertitu-
do oriretur, ſecus eſſet [k], tuncq; talem conditio-
nem admitteret [l]: licet eam quæ in futurum eſ-
ſet, nunquam admittat: quia nullo modo ſuſpen
di in futuram ſpem poſſunt [m]. Diſtinguendũ igi
tur, an conditionis adiectio propter incertitudi-
nem prohibita ſit: & conditionis appellatione
etiam de præſenti vel præterito intelligeret, dũ
incerta ſit: an verò ſola ſuſpẽſionis ratione, & tũc
de cõditione in futurum concepta ſolùm intelli
get. † Vnde cùm lex filium ſub conditione inſti- 6
tuti prohibeat [n], de ea non intelliget, quæ in præte
ritum vel in præſens
concepta ſit [o]. quod
Iacob. Bal. Iaſ. tradi
derunt: propter ſu-
ſpenſionem enim con
ditiõis filio adiectæ,
interim cohæres pu
rè inſtitutus ſucce-
deret, cum tamen id
fieri non poſſet, niſi
prius ſublata domi-
nij cõtinuatione [p].
a ¶ Si rex Partho
rũ.) Cùm conditio
hæc nullam vtilitatẽ
contrahentibus ad-
ferat, hinc adnotat,
† ſolam cõditionẽ, 7
etiã ſi eius explica-
tio nullius vtilitatis ſit, pro cauſa ſtipulationis
ſufficere, vt doli exceptio ſtipulanti obiici non
poſsit [q]. Solum enim ad euentum contentionis
attendimus, nec quid vlterius ſequatur magno-
pere curamus [r]: conditio nanq; ipſa pro cauſa
C eſt [s], † cenſeturq; fauore debitoris adiecta: quia
aliàs abſq; mora conueniri poſſet [t]: non aũt eius 8
fauore, qui in conditione eſt poſitus. Vnde vul-
gò notum eſt filios in conditione poſitos, à teſta
tore vocatos non cenſeri [u]. Addit Ang. adeò effi-
cacem eſſe, quæ ex conditione oritur, cauſam, vt
etiam pactum nudum fulcire poſsit, quatenus a-
ctioni ſufficiat. Sed hanc ſentẽtiam rectè Iaſ. hîc
improbat, nec ego eam ſequi potui [x]. Illud me-
lius, quod argumento huius legis inferũt Docto
res, valere ſponſiones, quæ quotidie fiunt: Si ta-
lis pontifex creabitur, promittis centum [y]? Si na
D uis ſalua in portum appulerit, duos centeſimos
numos periculi preciũ promittis [z]? quod & ad
albarum lutearumque ſortium fortunam perti-
net: † itemq; ad cæteros ludos, qui cùm ſui natu- 9
ra permitterentur, ob doli, blaſphemiæ, iurgio-
rumq; ſummouẽdam occaſionẽ prohibiti ſunt [a].

c l. cõditio in præter. de verbor. l. cum in ſecundo. de iniuſt. rupt.
d l. de ætate. §. nihil. de interrogat. act.
e l. actus. de reg. iuris.
f l. cum qui duobus. §. fi. de acquir. hæred.
g c. in electionibus. de electio. in 6.
h l. muto. §. i. de tutel. vbi Bal.
i l. in diem. de acceptil. l. ſi tibi. de adopt.
K d. l. mutuo. §. i. Dd. l. & ſi conditionalis. de aut. tut.
l Bart. l. i. col. 2. de acq. hære. Io. Fab. §. conditiones. Inſt. de verb. oblig.
m d. l. actus. d. l. ſi tibi.
n l. ſi pater. C. de inſtitor.
o l. inſtitutio talis. in fi. de condit. inſt. l. etiã. §. ſi patronus. verſ. ſi tamen. de bon. liber.
p l. in ſuis. de liber. & poſth. vbi Bar. i. q.
q l. ii §. circa. de doli except.
r l. filiusfa. §. cum quis. de leg. i.
s l. à Titio. de verb. obli.
t Bar. l. illis libertis. de cond. & demonſt.
u gl. l. Lucius. de hæred. inſtit.
x arg. l. ſi rem. §. fin. de præſcr. verb.
y Paul. Caſt. d. l. à Titio.
z Paul. Caſt. in l. in naue. loca.

1 *Quod in rerum natura ſciri poteſt, pro certo habetur.*
2 *Vt conditio dicatur impleta, ipſius euentus ſufficit, nec opus eſt vt partes certiorentur.*
E 3 *Conditio impoſſibilis contractus vitiat, & ab vltimis voluntatibus reijcitur.*

ESPICIENDVM.) Sic videmus, † 1
quod in rerum natura ſciri poteſt, pro 2
certo haberi [b]. Et vt conditio iuris im
pleta dicatur, neceſſariam non eſſe hæ
redis ſcientiam [c], ſed ipſum conditionis euentũ
ſufficere. Regulariter quoque traditum eſt, a-
ctum quemlibet, qui à lege fit, alia certioratione
F non indigere [d]. Sed quid de conditione dice-
mus, quæ non ſimpliciter falſa, ſed impoſsibi-
lis ſit? † Et conſtat conditionem impoſsibilem, 3
quæ futurum reſpiciat, contractus ipſos vitiare
[e]: ab vltimis verò voluntatibus reiici: idq; vt ſu-
prema iudicia fauorabilius ſuſtineantur [f]. Quod
& in conditione, quæ præſens vel præteritum
tempus reſpicit, ego arbitror [g]. Eadem enim
ſubeſt hoc caſu ratio, vt videatur teſtator con-
ditionem impoſsibilem nugatoriè ſolùm adie-
ciſſe, actum verò voluiſſe firmum eſſe [a]. Idq; ferè
omnes probant.

a Auth. alearum luſus. C. de religioſ.
b l. cum quidã. §. ſuũ. de acq. hæred.
c l. multũ. de cõd. & dem.
d l. ſi pecuniã. §. ſi ſeruũ. de cõd. cau. da. vbi Iaſ. 3. not.
e l. non ſolum. de act. & oblig. l. impoſſibilis. de verb. oblig.
f l. i. de cõd. inſtit.
g l. ſi Meuiꝰ. de hæred. inſtit. l. mulier. §. i. de cond. & dem.



a d. l. cùm in ſecundo.

1 *Propriè conditio dicitur, quoties confertur in futurum.*
2 *In latiſſima ſignificatione, per conditionem etiam modum vel pactionem intelligi.*

## LEX XXXIX.

PAPINIANVS LIB. I. *Definitionum.*

ITaque tunc poteſtatem conditionis obtinet, cùm in futurum confertur.

TAQVE.) Hîc ap
1 paret eam † pro-
priè cõditionem
dici, quæ in futurũ
confertur [b]. Quæ verò præſens vel præteritum re
ſpicit, non tam conditio eſt, quàm inſtar condi-
tionis habet [c]. Putauerim tamen, ſi de materia a-
gatur, in qua eadem ratio in his conditionibus
ſubſit, puta incertitudinis, etiam præſentem vel
præteritam intelligi: idq; latius accepta vocis ſi-
2 gnificatione, vt ſuprà oſtendi. † Cùm verò con-
ditio pro pactione vel modo accipitur, id ad
latiſsimam quandam interpretationem per-
tinet [d].

b l. ſi ſic. §. i. vbi gl. de leg. i.
c l. ſi ita ſtip. fuero, hanc ſummam. de verb. oblig.
d l. debitori. C. de pactis. vbi dixi.

1 *Numus quid valuerit.*
2 *Denarij valor.*
3 *Mille numorum valor quantus.*
4 *Caſus poſitio.*
5 *Triplex pactorum effectus traditur.*
6 *Pacta debitoris fauore interpoſita, ſi in continenti fiant, ipſo iure actionem reſtringunt: ex interuallo autem, ope exceptionis.*
7 *Huius legis ſcopus & finis quis.*
8 *Facilius pacto limitatur actio, quàm ex eodem concedatur.*
9.15 *Ratio dubitandi duplex aſſignatur.*
10 *Pactum circa rem aliquam conceptum, ad aliam trahi non debet.*
11 *Pactorum natura, vt ſolam exceptionem pariant.*
12 *Pactum incontinenti adiectum, ſtipulationi præcedenti ineſſe dicitur.*
13 *Pactum de ſorte ad acceſſiones quoq; trahitur.*
14 *Generaliter quæuis conſtitutio correctoria ad acceſſiones extenditur.*
16 *Ferè idem iuris eſſe ſi à conditione incipiat ſtipulatio, aut à diſpoſitione infirma vel correcta.*
17 *Auditorium propriè quid appelletur, & quid auditor.*
18 *Doctori etiam magiſtratum committi poſſe.*
19 *Raro quis duobus muneribus rectè fungitur.*
20 *Seſtertium argenti valuiſſe vigintiquinque Coronatos.*
21 *Caſtaldus quid ſignificet.*
22 *Appellatione eorum qui de domo ſunt, quid veniat.*
23 *οἶκον pro vniuerſo cenſu apud* Rhetores *accipi.*
24 *Reprobam pecuniam nemo poteſt ſoluere.*
25 *Hæc clauſula,* Probi *auri & probæ notæ, in inſtrumentis quid operetur.*
26 *Rectè & ritè, quid ſignificent, & quo diſcrimine diſtent.*
27 *Si* Pedaneo *de mandatũ ſit, vt cognoſcat an* Titius *rectè captus fuerit, quid demandatum videatur.*
28 *Lata ſignificatione ſub pœna vſuram comprehendi, ſimiliter & intereſſe.*
29 *Inter vſuram & pœnam differentia. & num. 31.*
30 *Vſura ipſius rei fructus dicitur.*
32 *Verbum, conuenire, generale eſſe, & ad omnes contractus referri, in dubio tamen de nudo pacto accipi. & num. 34.*
33 *Argumento præcedentium ſubſequentẽ adiectionem reſtringi.*
35 *Præpoſitionis, Cum, proprietas.*
36 *Verbum, Promittere, quid ſignificet, & in dubio quo pacto intelligendum.*
37 *Quouſque olim in contractu mutui vſuræ permiſſæ.*
38 *Dictio, incontinenti, quomodo hic recipienda.*
39 *Si eodem die & loco, & coram iiſdem teſtibus contractus celebratus probetur, vnico contextu celebratus præſumitur.*
B 40 *Quæ ex continenti facta ſunt, vnico contextu facta videntur, ſi ex partium libera voluntate, & non legis diſpoſitione pendeant.*
41 *Pacta incontinenti appoſita contractibus bonæ fidei verè, ſtricti autem iuris interpretatiuè ineſſe intelliguntur.*
42 *Tot eſſe ſtipulationes, quot res.*
43 *Quoties pactum dilationem ex præcedenti ſtipulatione debiti reſpicit, ſi incontinẽti appoſitũ fuerit, ipſo iure, ex interuallo, ope exceptionis differtur ſolutio.*
C 44 *Idem ſi ſubſtantiam pactum reſpiciat obſeruari.*
45 *Cũ ſtipulatio ſubſtãtiã, pactũ verò ſolam dilationẽ reſpiciat, nõ nouatur nec reformatur obligatio. & nu. 48.*
46 *Petitio ad obligationem nihil infert.*
47 *Tempus nõ eſſe modum tollendi obligationẽ.*
49 *An et quib. caſib. reus exceptionẽ ex pacto neceſſario deducat.*
50 *Dilationi nõ excipiẽdo reus quãdo videatur renũciaſſe.*
51 *In actione vniuerſali tẽpus latæ ſententiæ attẽditur, nec imputatur reo, ſi ex pacto exceptionẽ nõ oppoſuerit.*
D 52 *Prorogationem temporis cum ſuis qualitatib. factam eſſe præſumi.*
53 *Prorogata die ſolutionis non liberari fideiuſſorem, niſi ne interim in moram incidat.*
54 *Si quis ad certum tempus fideiubeat, citra ipſius conſenſum tempus prorogari poteſt.*
55 *Hodierno iure non intelligi factam nouationem, ni id actum fuiſſe expreſſe conſtet.*
56 *Si tempus ſolutionis in cõtractu iurato prorogetur, in prorogatione iuramentum cenſebitur repetitum.*
57 *Compromiſſum lapſu temporis prorſus euaneſcere.*
E 58 *Aliud curſus, & aliud meta.*
59 *Cùm dies ſolutioni adiecta eſt, non niſi in fine ipſius ad ſoluendum cogitur debitor.*
60 *Guidonis Suzarij rationes contra* Paulum *Iureconſultum adducuntur, & reſoluuntur.*
61 *Pactum de ſorte loquens, ad vſuras quoq; pertinet.*
62 *Pacta quæ ſtipulationibus ineſſe dicuntur, eas ipſo iure moderantur ac regunt.*
63 *Pacta incõtinẽti adiecta cõtractu ſtipulatiõis veſtiũtur.*
F 64 *An ſi ſtipulationi certæ rei, pactum incertæ adijciatur, informetur per hoc condictio.*
65 *Impoſſibile eſſe ni certi condictio ad incerta competat.*
66 *Quoties ex ſtipulatione non aũt ex mora debentur vſuræ, per pactum ſubſequens non limitatur petitio.*
67 *Vera interpretatio l. cùm quidam de vſuris.*
68 *Multis modis deberi vſuras.*

## LEX XL.

A PAVLVS LIBRO III. *Quæſtionum.*

LEcta eſt in auditorio.

L. 40. Lecta eſt in auditorio.

ECTA.) Propoſita ſibi facta ſpecie, quid iuris ſit Paulus reſpõdet, duasq; rationes aduerſarium Iuriſperitorum diluit: demum caſum refert, quo de-

fendi eorum ſententia poſſet. Videamus & nos
quæ facti ſpecies hęc fuerit. Et in primis ſciendũ
1 eſt, † numum duos aſſes valuiſſe, itẽq; ſemiſſem
tertij aſsis. Vnde ſeſtertius æris dictus quoq; eſt.
2 † Denarius verò decẽ aſſes, hoc eſt, quatuor ſeſter
3 tios valebat. † Mille numi ſeu mille ſeſtertij, duas
libras ſemis argẽti cõſtituebãt, id eſt, argẽti ſeſtertiũ: quod neutro genere veteres proferebãt, vt inde ab æreo diſcerneretur, qui maſculino genere ſeſtertius dicebatur. hincq; apparet, in ſeſtertio hoc argento ducentos quinquaginta denari-
4 os fuiſſe. † Igitur Titius fœnerator mihi quindecim ſeſtertia mutuauerat, quæ proximis Calendis reſtituere per ſtipulationem promiſeram: quod ſi non reſtituerem, tunc in ſingulos vigintiquinque dies, inq; ſingulos denarios centenos, vnum pẽdere vſuræ nomine ſub eodẽ ſtipulatione ſpõderã. Quo fit, vt cũ in ea ſumma ſint denarij, MMMDCCL. conſequens ſit, me ſingulis vigintiquinq; diebus, fœnoris nomine trigintaſeptẽ denarios, itemq; aſſes quinq; debuiſſe: quę vſura eſt ſupra quatuordecim in centum, id eſt, vt veteres loquebantur, centeſimam duabus vnciis excedit. Et ideo hodie non permitteretur[a]. Demũ ſubiecta eſt nuda pactio, qua conuenimus, vt ex omni ſupraſcripta ſorte trecenti denarij mẽſtrui ſoluerentur: qua conuentione reformata eſt ſolutionis dies, quæ prima ſtipulationi ſorti præfixa fuit. Cùm enim promiſiſſem ſortem ipſam proximis Calendis reſtituere, hoc pacto trecentos tantùm denarios ſingulis menſibus reddere tenebor: quo caſu ſors non niſi intra annum, dimidiumq; menſem reſtituenda eſt. Quæritur, ſi lapſo eo tempore nõ reſtituerim, an eius pecuniæ vſuras ex ſtipulatione ſoluere debeã, an ſecundũ diem pacti? quo caſu longè minus pendendum eſſet. Et hęc, quod ad facti ſpeciem attinet, ſatis. Verùm vt legiſlatoris ſententia melius percipia-
5 tur, pręfari nos oportet, † triplicem pactorũ effectum eſſe. Alia enim actionem informant[b]: vt cũ accidentia contractuum reſpiciunt, & contractibus inſunt: datur enim ex contractu actio ad id quod pacto quoq; comprænſum eſt, quod alibi quoq; declarauimus[c]. Alia reformant contractũ: vt cùm ea quæ ad ſubſtantiam contractus pertinent (qualis eſt in emptione res vel precium) mutant: fit enim nouus contractus[d]: idq; ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo, dum tamen re integra[e]. Proficiuntq; hæc pacta ſupraſcriptis caſibus, vt actio ex eis perinde ac ex ipſo primo contractu detur. Sed hi effectus, qui creditoris vtilitatem reſpiciunt, parum præſenti materiæ conueniunt. Alia ſunt pacta debitoris fauore interpoſita, quę actionem generaliter creditori competentem limitant & reſtringunt: vt cùm venditor paciſcitur, ne cauere de euictione teneatur. Et in his di-
6 ſtinguitur, an † ex interuallo facta ſint, & tunc ſolam exceptionem producunt[f]: an verò incontinenti, & tunc ipſo iure actionem ipſam reſtringunt: adeoque videntur ineſſe actioni, vt ea ipſo iure non competat, niſi quatenus pactio non reſtrinxit. Idque eſt, quod Iureconſultus hîc cenſuit. Nam quod vulgò Doctores hîc diſputant, etiam in contractibus ſtricti iuris actionem ex pacto incontinenti adiecto dari, prorſus à legis
7 noſtræ propoſito alienum eſt, † in qua ſolùm agitur, an prima ſtipulatio qua proximis Calendis tota ſumma promiſſa fuerat, per ſequentem conuentionem trecentorum denariorum quolibet menſe dandorum, ipſo iure limitata fuerit.

a l. eos. C. de vſuris. l. ſi pro mutua. C. eod.
b l. iuriſgentium. §. quinimò. de pact.
c l. in bonæ fidei C. de pact.
d l. pacta conuenta. in fi. de contrah. empt.
e d. l. iuriſgent. §. adeò.
f d. l. pacta conuenta. in prin.

8 Nec eſt dubium, † facilius ex pacto limitari poſſe, quàm ex eo actionem dari[g]. Et hoc eſt quod hîc dicitur, diuerſam ſententiam obtinuiſſe, vt plus quàm ad ſolam exceptionem, pactum proſit. Nec me mouet Accurſij ratio, ex aliquorum ſententia exiſtimantis[h], ſecundum regulam non debuiſſe pactum id niſi ſoli exceptioni ſufficere[i]: quia vt rectè Fulg. & Alex. docent, hoc procederet, niſi id pactum incontinenti fa-
A ctum, ipſi ſtipulationi ineſſet, conſenſumque ab ea ſummoueret: quo caſu poteſt à principio ipſo iure impedire ne actio detur, niſi quatenus pactum non obſtat[k]. Aliàs ſi hanc ſententiam (quod aliqui fecere) ſequeremur, ſuperflua eſſet Iureconſulti ratio, hoc in caſu id quoque perpendentis, quòd id pactum, tanquam incontinenti celebratum ſtipulationi inſit, actionemque moderetur. Atqui etiam ex interuallo fa-
9 ctum, omnino exceptioni profuiſſet[l]. † Videa-
B mus nunc, quibus rationibus dubitari in legis noſtræ caſu poſſet. Et conſtat, duas aduerſus Iureconſulti ſententiam hîc induci. Prima eſt, quia videretur vſuras ex præcedentium ſtipulationum forma potiùs, quàm ſubſequutæ conuentionis ſeruari debuiſſe. Clarum enim eſt,
10 † pactum circa rem aliquam conceptum ad aliam trahi non debere[m]. Sed pactum hîc de ſortis ipſius ſolutione loquitur, ergo immutare ſtipulationem vſurarum non debuit. Cùm enim
C expreſſe ab ea receſſum eſſe non appareat, cur ſtare prohibetur[n]? cur ea interpretatio adſumitur, vt ex continenti voluerint ſe partes cor-
11 rigere[o]? Adiuuat hanc interpretationem & † pactorum natura, quæ talis eſt, vt ſolam exceptionem pariant[p]. Si igitur creditur ſupra trecentos denarios menſtruos petiiſſet, ſatis erat ſi iure pacti ſummoueretur. Quod ad vſuras verò attinet nihil mutari debuit[q], maximè cùm nec ſingulis quidem menſibus trecenti illi dena-
D rij perſoluti fuiſſent: ſed omne tempus quod ſolutioni competebat, nempe duodecim menſes & duodecim dies lapſi erant. vnde cùm ex parte ſua debitor pactum id non obſeruaſſet, non videtur potuiſſe ex eo iuuari[r], vt iuxta eam conuentionem vſuræ ſolùm præſtentur. Sed tamen aliud cenſuit Paulus noſter, ſupraſcriptæque ra-
12 tioni reſpondet, † pactum id incontinenti adiectum ſtipulationibus præcedentibus ineſſe ideoque eas limitare, & tanquam conſenſus ab eis
E adfuerit, impedire quò minus aduerſus contentionis in oriatur actio. Nec quicquàm obeſt, quòd non de vſuris, ſed de ſorte conceptum ſit: quia cùm vſura non niſi poſt moram in principali ſtipulatione commiſſam debeatur, impedita mora, vſuræ quoque in conſequentiam impe-
13 diuntur[s]. Receptum enim eſt, † quod de ſorte ipſa pactum conuentum eſt, ad acceſsiones quoque trahi, quales ſunt pœnæ, aut vſuræ[t]. Vnde qui de re principali tranſigit, & de omnibus ap-
F pendicibus tranſegiſſe cenſetur[u]: quod & ad iudicis ſententiam producitur[x]. Nam & in diſpenſatione traditum eſt, huic quoque concluſio-
14 ni locum eſſe[y]: † generaliterque conſtitutionem quamuis correctoriam, conſtat ad acceſsiones extendi, maximè ſi quadam ex ſequela certis gradibus connectantur[z]. Quod & ad vltimas voluntates pertinet, in quibus receptum eſt, remiſſionem ſortis à teſtatore factam ad vſuras produci[a]: vt ex his manifeſtè appareat, quod in ſorte hîc conuentum eſt in vſuris quoque expreſſum cen-

g l. rogaſti. §. ſi tibi. §. eod.
h gl. in verb. ipſo iure.
i l. ſi vnus. §. pactus. de pactis.
k d. l. rogaſti. §. ſi tibi.
l d. §. pactus ne.
m d. l. ſi vnus. §. ante omnia.
n l. percipimus. in fin. C. de appel.
o l. non ad ea. de cond. & dem.
p d. §. pactus.
q l. ſi §. fi. de condic. indeb.
r l. cùm proponis. C. de pact.
s l. illud. de acq. hæred. Iaſ. l. ſ. col. 8. de conſtitu.
t l. ii. in prin. ſi quis caut. l. fi. in fin. de eo quod cert. loc.
u Gl. c. accuſatus. verb. iudicari. de hæret. in 6.
x l. ſi cum tibi. C. de iudi.
y Gloſ. c. quia in tantũ. de præbend.
z Gl. c. cũ in cunctis. de electio. ver. attigerit.
a l. Aurelius. §. legatũ. l. fin. §. Caio. de liberat. lega.



torio[d] Aemilij Papiniani, præfecti prætorio, Iureconſulti, cautio huiuſmodi: Lucius Titius ſcripſi me accepiſſe à Publio Mæuio quindecim[b] mutua, numerata mihi de domo[c]. Et hæc quindecim proba[e] rectè[d] dari Ca-
A lendis futuris, ſtipulatus eſt Publius Mæuius: ſpopondi ego Lucius Titius. Si ea die ſuprà † ſcripta ſũma Publio Mæuio, ei'ue ad quem ea res pertinebit, data, ſoluta, ſatis'ue eo nomine factum non erit: tunc
B eo amplius, quo pòſt

cenſeri, etiam cùm de correctione agatur, niſi aliqua diuerſa ſubſit[a] ratio, quæ in caſu noſtro nulla ſubeſt. Et ſic ſupraſcriptæ opinionis colores omnes diluuntur. Et quamuis debitor pactum non obſeruauerit, eo tamen iuuari poteſt, cùm ſtipulatiõi inſit, & ideo nominati contractus pars vi-
15 deatur[b]. † Altera ratio eſt breuiter hîc tacta, quæ diffuſius ſic declarari debet.
16 † Idem ferè iuris eſt, ſiue ſtipulatio à cõditione incipiat, ſiue à diſpoſitiõe infirma, vel correcta[c]. Sed ſi à conditione ſtipulata cœpiſſet, verbi gratia, ſi intra añum & dimidium mẽſem XV. ſeſtertia, .i. denarios MMMDCCL. non dederis, promittis ex die proximarũ Calendarũ in ſingulos cẽtenos denarios, inque XXV. dies denariũ vnum? valeret hæc ſtipulatio[d], deberenturque integrę vſuræ propter conditionis euentum, vt in fine legis Iureconſultus fatetur: expreſsim enim & nominatim hoc actũ eſſet. Ergo idem in caſu noſtro, cùm pacto hæc ſtipulationi adiecta eſt: vt concedamus eam ineſſe cõtractui, perinde eſt, ac ſi numerata pecunia cõueniſſet CCC. denarios ſingulis menſibus reddi, ſubiectaq; nudæ cõuentioni eſſet ſecunda vſurarũ ſtipulatio. Sed ad hanc rationẽ reſpondet Paulus, falſum eſſe à conuentione nuda incipere hunc contractũ: imò à prima ſtipulatione incipit, quæ nõ ſublata, ſed ſolùm limitata eſt, vt à principio actio ſingulis menſibus ad trecenta cõpetat: vnde propter eam morã vſurę debent, nõ aũt ſimpliciter ex cõditionis euẽtu. nec pot dici nominatim actũ, vt ex cõditionis euẽtu ſolũ cõmittatur, cũ prima ſtipulatio ſublata nõ ſit.
17 a ¶ Auditorio.) Sic propriè appellatur locus, vbi cauſæ audiuntur[e]. Veteres enim auditorẽ pro eo ſolũ accipiebãt, qui aure tenus adeſſet: donec tandem etiam pro quolibet diſcipulo vſurparũt[f]. Vnde auditorium pro ludo literario quoq; dici
18 cœpit[g]. † Hincq; adnotant Doctores Papiniani exemplo, qui & profeſſor iuris, & prætorij præfectus fuit, poſſe Iuris doctori etiã magiſtratũ cõcedi, ſicq; duobus muneribus licitè eum fungi[h]: quod fieri non poſſet, ſi pugnarẽt ſimul hæc officia[i]. Addit Alex. tametſi vtrũq; munus ſuſtineri ab eodem poſsit, deberi tamen vnũ tantummodo ſalariũ[k]. quam ſententiam omnes recẽtiores improbant. Cùm enim poſsit iure quis vtranq; perſonã ſuſtinere, vtrunq; conſequi quoq; debebit[l]: quod & ego probo: nec enim æquum eſt, alterum munus gratuito labore eum ſubire: alioquin pœna hæc eſſet, nõ dignitas. † Rarum tamẽ
19 eſt, vt quis rectè vtroq; munere fungi poſsit[m]: ſiquidem, vt inquit Iuuenalis, Pectora noſtra duas non admittentia curas. Itemq; Palladas poeta, μήτε δίκην δικάσειν ἀνὴρ γεγονὼς δικολίκτης.

b ¶ Quindecim.) Quindecim, ſcilicet ſeſtertia: ſic enim veteres loquebantur. Paul. Caſtrẽ. videtur XV. millia legiſſe: quo caſu de ſeſtertiis æreis, qui & numi dicuntur, intelligeremus. Idẽ enim ſunt XV. ſeſtertia, & XV. millia numorum. Eſt numus eius æſtimationis cuius hîc ſolidus

a d. l. fin. §. fi. de cond. indeb. l. in his. §. mancipia. ſol. matr.
b l. cùm proponas. l. in ciuilẽ. C. de rei vend.
c Gl. ita ſtipulatus. verb. ſpondes. de ver. ob.
d l. huiuſmodi. de verb. obl.
e l. contra. §. is qui. de re iud.
f l. ii. §. pen. de orig. iur. l. cum ſcriptum. de dote prælcg.
g l. i. C. de ſtud. liberal. lib. 11.
h auth. habita. in fin. C. ne filius pro patre.
i l. quiſquis. C. de poſtul.
K arg. l. is quidẽ. C. qui milita. lib. 12.
l §. illud tamen. in auth. vt iud. ſine quo ſuffr. vbi Ang.
m l. fi. C. de aſſeſ. vbi gl.



20 Turonẽſis. Denarius quatuor numos valet. † Vnde apparet, ſeſtertium argenti XXV. aureos coronatos valuiſſe: & conſequenter mutuatos hîc fuiſſe coronatos trecentos ſeptuaginta quinq;.

L. 40. Lecta eſt in auditorio.

c ¶ De domo ſua.) Id eſt, ex domo. Terentius: Clamat de via, id eſt, è via. Significãt autem hæc verba, tam quod domi numeratum, quàm quod ex domo ad eũ miſſum eſt, ſiue per ipſum patremfamil. ſiue per eius ſeruos
21 aut iſtitores, † quos Salica voce Caſtaldos noſtri Doct. appellant. Vnde & in lege Longobardica Aldus ſeruum ſignificat: & Caſtaldus ſeruus, cui caſæ ſeu domus cura eſt mãdata: ſicq; generaliter omnes
22 œconomi dicuntur[n]. Adnotantq; hîc pleriq;, † appellatione eorum, qui de domo ſunt, inſtitores contineri[o]: quod verũ eſt, cùm & reliqua omnis familia contineatur[p]. Imò & patrimonium ipſum[q]: quod à Demoſthene, Græciſq; Rhetori-
23 bus acceptum videt, † qui ſimpliciter οἶκον pro v-
C niuerſo cenſu accipiunt. Vnde cùm teſtator vxorem ſuam fructuariam domus ſuæ reliquiſſet, reſponſum eſt, totius patrimonij fructum ad eam pertinere.[r] quæ tamen ſententia apud me dubia eſt[s], ſed non hoc loco attingenda[t]: ſicut nec illa quæſtio, an alicui indultum priuilegium, eius quoq; familiaribus competat[u]: quæ extra rem à recentioribus hîc inculcantur.

dicta, aliàs.

d ¶ Proba.) Hæc dictio ſuperfluè additur, cùm
24 † reprobam pecuniã ſoluere nemo poſsit[x]. Cen-
D ſuit tamen Picus, tum alicuius effectus eſſe, cùm pecunia ante debitoris moram reprobata eſſet. Cùm enim alias poſſet adhuc ſolui[y], propter id verbum non poterit: quod & Decius probat. Ad-
25 dit Curtius ſenior, † ſi in inſtrumento quis centum aureos promiſerit, probi auri & probæ notæ, non poſſe monetam reddi[z]. idq; vt verba ea aliqd operẽtur[a]: cuius ſentẽtiæ & ipſe accedo[b].
26 e ¶ Rectè.) † Hæc dictio propriè ſecundum aliquos ad iuſtitiã cauſæ refertur[c]. Ritè verò ad
E ritus, id eſt, ſoleñitates[d]. Sed tamen videtur Rectè, generalius accipi. Quod enim ſecundũ ritus fit, hoc & rectè fieri dicitur: quod aliàs docui[c]. Et hoc reſponſo probatur, ſi rectè fieri ſolutionẽ intelligamus, quæ congruo loco & tempore fit.
27 Hincq; infert: † Si Pedaneo iudici demãdatũ ſit, vt cognoſcat, an Titius rectè captus fuerit: nunquid etiam de ſolennitate cognoſcere debeat? Et quamuis Bartoli ſententia quandoq; crebrior viſa ſit, hodie propter recentiorum conſenſum re-
F ceptius eſt, mentem mandantis eam videri, vt nõ ſolùm de iuſtitia cauſæ, ſed etiam ordine ſolennitateq; cogatur[f]. Quæ ſententia humanior eſt, ne aucupatione vocularum lites in infinitum protelentur[g]. Quod maximè tunc dicendum, cùm conſultum his verbis proponeretur, An iuſtè captus[h]: idem, an bene captus eſſet[i]: idem, ſi quid circa manus iniectionem iuris ſit[k]. Defendi tamen Bart. ſententia poſſet, cùm ſupremus princeps ita demandaſſet, tanquam ſolam cauſæ iuſtitiam, & facti veritatem, neglectis ſolennitati-

n c. i. de feudo guard. in feud.
o Paul. Caſt. & Rom.
p l. pen. de teſti. l. cùm vnus. in prin. de alim. lega.
q l. i. vbi gl. verb. opibus. C. ne liceat potent.
r Barb. l. cum acutiſsimi. col. 6. C. de fideicom.
s Arg. l. numis. de leg. iii.
t l. pronunciatio. §. i. de ver. ſig.
u l. ii. C. de epiſ. & cler. l. antepenul. C. de teſta. mil.
x l. eleganter. §. qui reprobos. de pig. actio.
y Bar. l. quod te §. eod.
z Curt. tract. monetarũ. q. 10.
a l. ſi quando. de lega. i.
b l. Paulus reſpõdit. de ſolut. dixi §. l. iii. verb. & eadem bonitate.
c Gl. l. ii. de inof. teſta. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. de pet. hær.
d l. non puta. §. non quæuis. de bon. poſſ. contra tab.
e l. hęc verba. de verb. ſig. l. i. c. de vſur.
f Albe. Sali. Fulgoſ. Iaſ. Deci. Socin. Picus, Purpur.
g c. finem. de dolo & contu.
h Gl. §. exhæredatos. auth. de hæred. & fal.
i l. ius dictum. de verb. ſig.
k Alex. qui quadraginta. ad l. falcid.

ſoluam, pœnę nomine [a] in dies † vigintiquinque, inque denarios centenos denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt Publius Mæuius: ſpopondi ego Lucius Titius conuenitque [b] inter nos, vti † Publio Mæuio ex ſumma ſu- A B prà † dicta menſtruos refundere debeam denarios trecenos [c] ex omni ſumma ei, hæredi'ue eius. Quæſitum eſt de obligatione vſurarum: quoniam numerus menſium, qui ſolutioni cōpetebat, trāſierat: dicebam, quia pacta incontinenti [d] facta, ſtipulationi ineſſe creduntur, [a] perinde eſſe [b], ac ſi per ſingulos menſes certam A pecuniam ſtipulatus, quo ad tardius ſoluta eſſet, vſuras † adiecisſet. Igitur finito pri-

† triginta, *aliàs.*

† p Mæuio, *aliàs.*

† ſcripta, *aliàs.*

† adiecisſem, *aliàs.*

bus attēdi vellet [a]. Qđ clarius procederet, ſi mandaſſet cognoſci, quales iudicis partes definiendo eſſe debeant [b]. Definitionis enim mentio ſatis arguit, de iuſtitia negocij agi [c]. Sed quid ſi mandaſſet vt cognoſceret, an ritè captus eſſet? Et licet verbum, ritè, quandoque peritorum vſu pro iuſtè & rectè accipiatur [d]: tamen ſignificantius ad ritus, & ſoleñitates refertur. Et ideo videretur, articulum tantū his verbis commiſſum eſſe, non autem vt cauſæ iuſtitia cognoſcatur [e].

a Bar. l. i. in fin. C. vt quæ deſunt aduoc.
b Bal. c. i. in fi. vt lite non cōteſt.
c Iaſ. l. ſeq. 6. notab.
d l. fin. §. ipſum autem. C. de bonis quæ libe. l. ſancimus. C. de admin. tut.
e l. cauſas. C. de tranſactio. vbi dixi.

a ¶ Pœnæ nomine.) Id eſt, vſuræ. † 28
Lata enim ſignificatione pœna vſuram comprændit [f]: ſicut & id quod intereſt [g]. Vnde quod de vſura in lege prohibitum eſt, etiam in pœna locum ſibi vendicat [h], cùm ſcilicet eadem prohibitionis ſubeſt ratio: vt quia pœna da
29 tioni quantitatis adiecta ſit [i]. † Propriè autem loquendo ſecus eſt: quia pœna ex euentu conditionis, & eo colore debetur, quòd obſeruata nō ſit promiſsio: vſura verò, quia debitor pecunia vta- C
30 tur. † Rei enim ipſius fructus cenſetur [k]. Vnde agi poteſt, vt vſura etiam abſque mora, ex ſola ſtipulatione debeatur, vt hîc in fine dicitur. At pœna niſi aliquid inobſeruatum ſit, deberi non po-
31 teſt [l]. † Vſura quoq; quantitatibus accedit: quia earum plurima in vſu eſt vtilitas. Pœna verò ſpeciebus vel factis adiicitur [m]. Sic vſura vnà cum re principali debetur: quia non loco rei, ſed ipſius tēporarij vſus ſuccedit: quod in pœna regulariter ſecus eſt [n]. Vnde quandoque ex eodem con- D tractu vtrunq; petitur, & pœna & vſura [o]. Addit Bart. pœnam eſſe, quæ vnico actu pro toto tempore ſtipulationi conſueuit adiici: vſuram, quæ multiplicatione temporum creſcit [p]. Sanè cùm vſurę hodie de Chriſtiana repub. eiectæ ſint, non tam ad vocum ſignificationes attendēdum eſt, quàm ne legi ſub nomine pœnæ fiat fraus [q].

f l. qui ſine. de neg. geſt.
g l. fin. quod certo loco.
h l. Iulianus. §. idem Papin. de act. empt.
i Gl. l. cùm allegas. C. de vſur. Alex. l. 5. in fi. de ver. ob.
K l. vſuræ. de vſur.
l l. cum ſtipulatio. vbi Bar. de verb. oblig. l. in fideicommiſsi. in fin. de vſuris.
n l. reſcriptum. §. ſi pacto. ſ. de pact.
o l. Lucius. de actio. empt.
p l. traiectitię. de actio. & oblig.
q c. ſuam. extrà, de pœnis.

32 b ¶ Conuenitq;.) † Verbum id regulariter generale eſt, & ad omnes contractus referri poteſt [r]. Vnde & ſtipulationem ſignificat, ſi id actum ap E paret [s]. In dubio verò potius de pacto nudo intelligitur, vt hîc probatur. Sed vnde hoc? An quia pbatio debet ex neceſsitate concludere? aliàs contra eum qui dicit, interpretatio ſit [t]. Meritò igitur qui his verbis innititur, hanc interpretationem pati debet: quod Bart. ſenſit, & Decius declarat. An quia ſuprà vtriuſq; ſtipulationis poſita eſt? Vnde cùm ſequatur eos conueniſſe, apparet non per ſtipulationem factum: aliàs hoc quoque caſu forma ſtipulationis adſcribenda fuiſſet: quod Ful F
33 goſ. & Pontanus crediderunt [u]. † Non enim nouum eſt, ex præcedentium argumēto ſubſequentem dictionem reſtringi [x]. Ego ſtipulationem nominatosq; contractus conuentione quidem conſtare fateor, ſed tamen quiddam amplius habere, nempe formam, vel iuris publici approbatio-
34 nē. Et ideo † in dubio ſignificantius vox hæc pro pactione nuda accipitur, quæ nihil vltra conuen-
35 tionem habet [y]. † præpoſitio enim Cum, non arguit præceſsiſſe interrogationem, ſed eodem

r l. i. §. i. de pact.
s l. ſeruus ea. de ſeruis export.
t l. non hoc. C. vnde legit.
u Arg. l. i. §. fin autem ad deficientis. C. de cad. toll.
x l. qui filiabus. vbi Iaſ. de leg. primo.
y Arg. l. inter. §. i. de adult.

tempore in vnam ſententiam deuentum fuiſſe.
† Sed cur verbum Promiſit, eadem ratione de pacto nudo non accipitur, & tamen lex, ſi in ſcriptura reperiatur, pro ſtipulatione interpretatur [z]? Sed & id ego induci arbitror, ex vi verbi. Siquidem vt Donatus & Perottus aiunt, pollicemur vltro, promittimus rogati. Eſt enim promittere, porrò, id eſt, deinde, & poſtea quam quis rogatus eſt, manum emittere [a]: quod promiſsionis cauſa fieri ſolitum Mācipi vox indicat Vnde in dubio cum vis verbi id argueret, præſumendum fuit, neminem promiſiſſe, niſi præcedente interrogatine [b]. In teſtimoniis tamen non tam ſubtilis ſit interpretatio [c]: quoniam factum ipſum clarius debent teſtes exprimere: nec de iis quæ iuris ſunt dicere, ne aduerſus producentem fiat interpretatio [d]. Idem cum lex promiſsionis nudæ meminit: ex adiectione enim illa oſtēditur, de ſtipulatione nō intelligi [e]. 36

z §. ſi ita ſcriptū de inutil. ſtip.
a arg. l. quidam. de probat.
b Arg. l. cum de indebito. de probat.
c l. i. C. de vſur. vbi Bart.
d c. in præſentia. de probat.
e l. ſciendum. §. dictum. de ædil. edict.

c ¶ Denarios trecentos.) Id eſt, aureos coronatos triginta. Fit autem longè melior hoc ex pacto debitoris conditio, vt qui ferè dimidio minus vſurarum ex eo, quàm ex ſuperiore ſtipulatione ſoluat. Cùm enim ex ea ſtipulatione ſtatim poſt proximas Calendas totius ſummę uſuræ currere incipiant, fine anni DXLVII. denarij deberētur. At ex pacto propter dilationem ſoluendæ ſorti ſingulis menſibus datam, cùm paulatim tantùm mora committatur, ſoli CCLXXXVIII. plus minus prę̄ſtandi eo anno ſunt. Ex ſtipulatione igitur vſuræ nomine XIIII. in ſingula centum, annua die præſtantur: ex pacto minimum ſupra ſeptūnces vſuras primo hoc anno datur: adeò vt ex trecētis ſeptuagintaquinq; coronatis mutuò datis, ſola XXVIII. primus ille annus pariat: quæ qui diffuſius intelligere velit, ex argentarij abaco melius, quàm iureconſul. libris examinabit. Sanè in aliquibus codicibus non in vigintiquinq; dies, ſed in triginta legitur: quo caſu ſola centeſima vſura in ſtipulationem deducta eſſet, † quam 37 conſtat ante Iuſtinianum [f], ceu legitimam in mutui contractu permiſſam fuiſſe [g].

f d. l. eos.
g l. ſi pro mutua. C. eod.

d ¶ Incontinenti.) † Vox hæc ſecundum ſubie 38 ctam materiam variè accipitur [h]: hac verò in lege incontinenti factum dicitur, quod prius factum eſt, quàm partes ad extraneos actus diuerterent [i], ſeu quàm contractum pro perfecto, abſolutoq; haberent: quod alibi declaraui [k]. Vnde id pactum in lege noſtra robur à prima ſtipulatione ex Doctorum ſententia accipit, tametſi media aliarum vſurarum dirimatur. Satis enim eſt, ſubſequente contextu celebratum eſſe [l]. Traditumq; extat, † ſi 39 eadem die & loco coram iiſdem teſtibus cōſtet, tractus pactiq; documentum celebratū eſſe, præſumi vnico contextu celebratum [m]. Infertq; hinc Bald. ſi teſtis ſuper articulo mutui productus, mutuum quidem actum affirmet, ſed addat incontinenti, creditorem ſe non petiturum pepigiſſe: fidem quoq; pacti facere [n], nec videri extra articulum quicquam pro teſtimonio dixiſſe [o]. † Quæ 40 enim

h Moder. hic, & l. i. §. de ver. oblig.
i l. iii. C. de ædi. actio.
L l. in bonæ fidei. C. de pact.
l Arg. l. cum antiquitas. C. de teſta.
m Feli. c. paſtoralis. col. antepenult. de reſcri.
n Bald. l. peremptorias. ad fi. C. ſenten. reſc.
o Gl. l. ſi quis libertatē. de pet. hæred.



enim ex continenti facta ſunt, vnico contextu facta videntur [a]. alterumque alteri ineſt [b]: nec quicquam refert, vtrum eorum præceſſerit [c]. Quod tamen intelligendum in iis, quæ à libera partium voluntate pendent. Secus in iis, quæ ex diſpoſitione legis. Vnde iudex etiam incontinenti emendare definitiuæ ſentētiæ errorem nō poteſt [d]: Euolat enim, vt inquit ille, emiſſum ſemel irreuocabile verbum [e]. Nam nec productio inſtrumentorum incontinenti poſt ſententiam quicquam adiuuaret, vt Baldus cenſuit [f]. quod & generaliter dicendum in actibus, in q̄bus momenta rerum perpenduntur [g]: ſcrupuloſius enim in iis agitur: quod ſuprà declaraui [h].

a l. hæres palàm. in fin. de teſta.
b l. patris & filii. de vulg.
c Gl. l. Pompon. §. rati. de procur.
d Bar. l. iudex poſtea. de re iudi.
e 43. diſt. c. fin.
f Bal. l. cum dilectus. i. col. de fid. inſtr.

41 a ¶ Ineſſe creduntur.) Id eſt, perinde eſt, † ac ſi vno contextu facta eſſent, & in ipſo contractu continerentur: in contractibus quidem bonæ fidei verè ac propriè [i]: in contractu vero ſtricti iuris (quo de nos hîc loquimur) ſolùm quadam ex interpretatione. Non enim poteſt vnicus con-
42 tractus videri, † cùm tot ſint ſtipulationes, quot res [k]: nec tamen neceſſariò ſequitur, quod Doctores exiſtimarunt, vt pactum, quod contractui inſit, idcirco actionem pariat. Falſum hoc eſt: Nam & pacta, quæ poſtea facta detrahunt aliquid, emptioni inſunt [l], & tamen actioni non ſufficiunt. Vnde & in textu noſtro ineſt quidem pactum, hoc eſt, continetur contractu, ſed tamen actionem nullam parit: licet actoris intentionem ipſo iure limitet, vt ſuprà declaraui. Et ratio eſt, quia ineſt ex parte rei. Si verò lex diceret quòd ex parte actoris ineſſet, tunc etiam de actione intelligeretur [m]. Sed quis huius rei effectus eſt, cùm pactum ex parte rei contractui ineſt? Et diſtinguen-
43 di videntur tres caſus. Primus eſt, † cùm pactum dilationem eius, quod ex præcedenti ſtipulatione debetur, reſpicit: & tunc cùm de effectu obligationis differendo agatur, ſi incontinenti adiectum ſit, ipſo iure reformat: vt in caſu legis noſtræ [n]. Aliàs ſi ex interuallo adiectum eſſet, ſoli exceptioni proficeret. In hoc enim reſponſo, prima ſtipulatio duo continebat [o]: alterum ſubſtantiam debiti reſpiciens, nempe quindecim reddi: alterum, tempus quo reddi deberent: ſubſecutum eſt pactum, quo dies ipſa immutata fuit. Vnde quod ad eam diem attinet, ipſo iure reformata eſt ſtipulatio. Secundus eſt caſus, cùm ſtipulatio ſubſtantiam reſpicit, pactum incontinenti adiectum de eadem loquitur. Et Bart. Deciusq; cenſuerunt, hoc caſu ipſo iure non reformari ſtipulationem, hoc exemplo: Stipulatus ſum à te centum purè mihi danda: deinde conuenit, vt ſub conditione debeas: crediderunt illi, tali pacto ſo-
44 la exceptione tibi conſuli: † quod falſum eſt, vt Paulus Caſt. & Picus rectè docent [p]. Nec ab hac ſententia Baldus diſcrepat [q]: quod & Accurſius videtur ſenſiſſe [r]: reformatur enim prior ſtipulatio, ſeu à pacto, quatenus illi obſtat, extinguitur. Secus, ſi ex interuallo adiectū eſſet [s], tunc ſola exceptione iuxta naturam pactorum tibi prodeſſet [t]. Eadem ergo eſt hoc in caſu ratio, quæ & in ſupe-
45 riore. Tertius eſt caſus, † cùm ſtipulatio ſubſtantiam reſpicit, pactum de dilatione ſolius petitio-
46 nis loquitur: & tunc, quia † petitio ad obligationem nihil infert [u], pactum ipſo iure non operaſ, ſed ſolius exceptionis effectu. Qua ratione in

g l. Thais. §. in ira. de fideicō. libert.
h l. ſi tibi pecuniam. ſ. eod.
i d. l. iuriſgent. §. quinimò.
K l. ſcire. de ver. oblig.
l d. l. pacta. de cōtrah. emp.
m d §. quinimò.
n Bart. hic. in penul. oppoſ.
o d. l. Celſus. §. i. de arbit.
p Arg. l. i. verſ. ſed cùm adiicitur. de ver. oblig. l. ſed Celſus. in fin. de contrahen. empt.
q Bal. quæſt. 2.
r gl. verb. numerus, & verb. ipſo iure. in fi.
s l. cū in plures. §. lege dicta. in fin. loca.
t d. l. pacta conuenta.
u Bart. l. cum lex de fideiuſſ.

prædicta ſpecie verbis aliť cōceptis, ſi decē mihi dari purè ſtipulatus ſim: deinde incōtinēti pactū nō petēdi ad certū tēpus vel ſub certa cōditione fecerim, nō tolletur ipſo iure ſtipulatio: quia verba pacti nō ad ſubſtātiā obligationis, ſed ad petitionem referuntur. Vnde petitionē ſolam, non aūt obligationis vim differre voluiſſe partes videntur: quod idem Caſtrenſis cenſuit.

L. 40. **Lecta eſt in auditorio.**

Eademq; dicenda ſunt, cùm pactū vſq; ad certam diem obligationē inducit, vt poſt eam diem debi-
47 tor ſit liberatus [x]. Quū em̄ † tēpus nō ſit modus tollendę obligationis [y], nihil refert q̄ incontinēti actū ſit, vt eam obligationē lapſus diei extinguat: non em̄ pōt id fieri, ſed ſola exceptio datur. Idemq; eadem ratione dicendum, quum pactum B eius, quod purè debetur, ſub conditione reſolutionem inducit. Quamuis enim incontinenti interuenerit, quia in contractibus pura promiſsio interim durat [z], conditio illa reſolutiua ipſo iure operari non poteſt [a]. Non enim conditio extinguit obligationem, ſicut nec tempus [b]: meritò igitur ſola exceptione debitori hoc caſu ſuccurretur, vt Accurſius cenſuit [c]: quem & Bartolus ſequitur. Nec verum eſt, alibi eum contraria ſenſiſſe [d]:
48 quod Iaſon credidit. † Hoc igitur tertio caſu C quamuis pactum incontinenti celebratum ſit, nō tamen ipſo iure aut nouat, aut reformat ſtipula-
49 tionem. Sed † quid ſi actor ex ſtipulatu agat, & reus ex pacto nō excipiat, an iudex nullam pacti rationem habebit? Et caſibus quibus ſuprà dixi, pactū ipſo iure operari, nō erit neceſſaria alia exceptio [e]: quia quatenus in pacto reformatū eſt, caret actione actor [f]. In caſibus verò, quibus concluſi ſola exceptione pactū proficere: diſtinguemus, vt ſi incontinenti factum ſit, procedat iudi- D cium [g]: ſed condemnatio non fiat, niſi vt ſua die ſoluatur. Et ratio eſt, quia ſolius dilationis reſpe-
50 ctu interpoſitum eſt pactum, † cui dilationi non poteſt pars non excipiendo videri renunciaſſe, cùm ſciret ex eodem inſtrumento, quo de ſtipulatione probaretur, etiam dilationem reddi iudici, eo poſt litem conteſtatam producto, manifeſtam [h]. Aut ex interuallo factum eſt, & debet reus excipere [i]: aliàs ſibi præiudicaret, in præſentiaq; exigi poſſet: quoniam non excipiendo, videretur ei di- E latoriæ exceptioni renunciaſſe [k]. Quod tamen intelligendum, quando ſpecialiter contra eum
51 ante diem actum eſt. † Quòd ſi actiōe vniuerſali, id eſt, petitione hæreditatis conuentus fuerit, quia in ea tempus ſententiæ attendimus, nihil imputatur reo, qui ante conteſtationem non exceperit: quum veriſimiliter dubitare potuerit, an pendente lite dies veniret, & ideo exceptioni renunciaſſe videri non poteſt: quod & Picus & Decius hîc docuerunt [l].

F b ¶ Perinde eſſe.) Sicut ergo ex prima ſtipulatiōe poſt p̄ximas Calēdas debebantur vſuræ, ita mutato Calēdarū die, in aliud tēpus incipiēt de-
52 beri [m]. Hincq; adnotāt Doctores, † p̄rogationē tēporis, cū ſuis qualitatib. factā cēſeri [n]. Qđ procedit etiā, ſi ea p̄rogatio ex interuallo facta eſſet [o], vt quia in legis noſtræ caſu pactū ex interuallo interpoſitū p̄poneretur, adhuc vſuræ ſecundum qualitatem ſecundæ ſtipulationis ob trecentorū ſortem deberentur: quod aduerſus Caſtrenſem Alexand. hîc rectè cenſuit [p]. Rurſus procedit e-

x l. eum qui ita. §. qui ita de ver. oblig.
y l. obligationū ferè. §. placet. de act. & obli.
z Gloſſ. l. ii. de in diem adiect.
a d. l. obligationum ferè. §. cōditio.
b l. nemo poteſt. de leg. i.
c Gl. verb. tractum. in prin.
d Bart. l. quibus diebus. §. ii. de cond. & dem.
e Bart. d. §. qui ita.
f Gloſſ. l. vbi pactum. C. de tranſactio.
g arg. l. in diem. de cond. inde.
h c. ex inſinuatione. de app.
i l. ſi quidem. C. de except.
k l. Pomponius. §. rati. de procur. §. temporales. Inſti. de except.
l l. quod ſi in diem. vbi gl. & Bar. de pet. hæred.
m ī. verſ. ſed cū ſortis.
n l. legem. vbi Bal. C. locat. l. Labeo. ii. §. i. de arbitris.
o Gl. l. Aemilius. verb. reſtitui. de minor. Bar. l. i. §. & poſt operis. de no. oper. nunc.
p arg. gl. non ſolum. ii. in prin. ver. aduerſus. de lib. leg.

tiam reſpectu perſonæ acceſſoriæ, puta fideiuſſoris: 53 vnde † prorogata die ſoluendi in fauorem debitoris, non cenſebitur fideiuſſor liberatus, ſed ſolùm interim in moram non incidet[a]. Quod intelligendum, 54 † niſi quum fideiuſſor vſque ad certum tempus ſolùm promiſit. Cùm enim tale tempus finiendæ obligationi adiiciatur, nō poteſt in fideiuſſoris præiudicium, citra eius conſenſum prorogari[b]: quod cōmuniter receptum eſt. Item intelligendum, niſi prorogatio facta ſit, animo principalem obligationem nouandi[c]. 55 † Hodie tamen nec ipſo iure, nec ope exceptionis fit nouatio, niſi ita actum fuiſſe expreſſim conſtet[d]: quod & receptius eſt[e]. Rurſus quoq; procedit, 56 † etiam in iuriſiurandi religione. Vnde ſi debitori meo qui iurauerit ſe proximis Calendis ſoluturum, tempus ſolutionis prorogauero, in ea prorogatione iuramentum repetitum cenſebitur[f], vt Baldus cenſuit[g]: Non enim veriſimile eſt, voluiſſe me iuramentum ipſum ei remittere[h], nec verba hoc inferūt. Vnde & ipſe debitor dilationem acceptando, ſub priſtina qualitate acceptaſſe videtur. Quòd ſi in prorogatione etiam pœnæ cenſentur repetitæ[i], cur non idem & in iuramento dicemus? quam ſententiam & Iaſon hîc ſequitur, & ego probo, cùm ſcilicet lapſus diei abſque prorogatione reum non liberet, ſed arctius liget. Vnde prorogatio hoc caſu ſolam dilationem inducit, quæ qualitas ſubſtantiam non innouat: firma enim omnino remanet obligatio[k]. Secus ſi ſubſtantia ipſa ex prorogatione mutaretur[l], vt quia de alia re ageretur[m]: vel dies ipſa ſubſtātiæ pars eſſet, vt quia eius lapſus aliàs liberaret reum: veluti 57 † in compromiſſo, quod lapſo tempore prorſus euaneſcit[n]: & ab ipſa inſtantia vitalem, vt ita loquar, ſpiritum ſumit[o], vnde & dicta fatalia[p].

a ¶ Finito primo menſe.) Quòd hîc dicitur, finito menſe vſuras currere, intelligit vſque ad vigintiquinq; dies: vt tum demū his lapſis, trecentorum vſuræ, iuxta ſecundæ ſtipulationis calculum debeantur: quod omnes tradiderunt[q]. Nec ea res vllam probabilem dubitationem habet: licet Purpurat. ſtatim lapſo quolibet menſe deberi crediderit: quod falſum eſt. Lex enim currere inquit, non autem protinus deberi. 58 † Aliud autem curſus eſt, aliud meta. Poſt primum igitur menſem, curret ratione trecentorum: poſt ſecundum ratione ſexcentorum: poſt tertium, ratione nongentorum: & ſic ſubinde ſemper adaugebitur[r]. Et ſicut eadem dilatio reſpectu plurium

a gl. l. ſi cum Hermes. C. loca.
b d. l. Labeo. in fi. l. item quæritur. §. qui impleto. loca. l. ſi vnus. §. i. de pactis.
c l. ſolutū. in prin. de pig. actio. l. vbicunque de fideiuſ.
d l. fin. C. de nouat.
e Alex. l. qui vſumfructum. de verb. oblig.
f l. cum ſtip. ſi mihi à Proculo. de verb. ob.
g Bal. c. venerabilem. col. 6. de elect. Felin. c. i. col. 5. de iureiuran.
h l. fin. qui & à quibus. c. ii. de ſponſ. & d. c. i.
i d. l. cum ſtipulatus.
k Gl. & Bart. l. fi. C. de vend. reb. ciui. lib. 11.
l Gl. fi. c. hi qui. de præb. 6.
m c. pen. de iure iur. Deci. c. de cauſis. col. 4. de offic. deleg.
n Arg. d. l. Labeo. & d. §. qui completo.
o Bal. conſ. 436. in 1.
p l. ii. C. de tempor. appell.
q gl. in verb. tractatum. in prin.
r l. generaliter §. pen. C. de reb. cred. Felin. c. licet cauſam. colum. 2. de proba.

mo menſe[a], primæ penſionis vſuras currere, & ſimiliter poſt ſecundum & tertium tractum vſuras non ſolutæ pecuniæ penſionis creſcere: nec antè ſortis non ſolutæ vſuras peti poſſe, quàm ipſa ſors peti potuerat. Pactum autem quod ſubiectum eſſet, quidam dicebant ad ſortis ſolutionem tantùm pertinere: non etiam ad vſurarum, quæ priore parte ſimpliciter in ſtipulationem veniſſent: pactumq; id tantùm ad exceptionē[b] prodeſſe: & ideò nō ſoluta pecunia ſtatutis pēſionibus ex die ſtipulationis vſuras deberi, atq; ſi id nominatim expreſſum eſſet. Sed cùm ſortis petitio dilata ſit, conſequens eſt, vt etiam vſuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant. Et ſi, vt ille putabat, ad exceptionem tantùm prodeſſet pactum, (quamuis ſententia diuerſa[c] obtinuerit) tamen obligatio vſurarum ipſo iure non cōmittet̃. Non enim in mora eſt is, à quo pecunia propter exceptionem peti non pōt.

ticulorum quandoq; currit, ita eidem dies ad vſuram ſubinde auctarū penſionū proficient. Sanè adnotant & hinc Doct. 59 † quoties actum eſt, vt ſolutiones diuerſa die præſtentur, non niſi cuiuſlibet in termini fine præſtandas eſſe[s]: videtur em̄ dies fauore debitoris apponi, ne antè cogi poſſit[t].

b ¶ Ad exceptionem.) 60 † Fuit huius ſententiæ & Guido Suzarius, tribus rationibus aduerſus Iureconſultum noſtrum diſputare auſus. Nec enim, inquit ille, ſtipulatio vſurarum debet à pacto reformari, cū ſtipulatio ipſa de vſuris loquatur, pactum verò de ſorte, & ſic de re diuerſa. Reſpondeo ego, 61 † pactū, quod de ſorte loquitur, ad vſuras quoq; pertinere, tanquam appendices, vt ſuprà docui. Subiicit: Pactū ſuper vſuris expreſſim conuentum ſtipulationis cohęrentia non munitur: ergo nec iſtud muniri debet[u]. Reſpōdeo, de veſtimentis pactorum hîc non agitur, ſed ſimpliciter ex eo limitari primæ ſtipulationis diem dicitur: in cuius conſequentiam & ſecunda vſurarū reformatur. Suzarius ergo de pacto ex parte actoris loquitur: noſtra quæſtio in eo procedit, quod ex parte rei ineſt. Pergit idem, pactum nudum inutile, debileq; eſſe: & ideo ſtipulationes præcedentes nō poſſe ab eo reformari[x]. Sed 62 hæc friuola ſunt. † Pactum enim iſtud inutile nō eſt: imò primæ ſtipulationi, quæ de ſorte loquit̃, ineſt, iamq; moderatur & regit: & id quidem ipſo iure, cū incōtinēti factū ſit, vt ſuprà declaraui.

c ¶ Sententia diuerſa.) Nempe vt ipſo iure limitetur per pactum petitio, etiam abſq; vlla exceptionis obiectione, quod ſuprà declaraui. Nec enim ad rem hîc facit ea quæſtio, An tale pactū cohærentia ſtipulationis veſtiatur. In qua recepta eſt ſententia, 63 † pacta incōtinenti adiecta, contractu ſtipulationis veſtiri: adeò vt non ſolùm ex ſtipulatu, ſed etiam præſcriptis verbis agi poſſit. Sed hanc opinionem ego aliàs oſtendi, longè & latè à vero abeſſe: ſolumq; id iuris bonæ fidei cōtractib. tributū eſſe, vt ſola actio contractus ex pacto detur[y]. 64 † Fortius cenſuit Iaſon, & quidā alij: Si ſtipulationi certæ rei adiiciatur pactum incertæ, adhuc certi cōdictionem informari, vt ad incerta competat[z]. Bar. verò, & pleriq; alij, actionem non informari: 65 † quia impoſſibile ſit, vt certi condictio ad incerta competat[a]: ſed contractum ipſum. Et ideo quatenus in eo res certa deducitur, certi condictione: quatenus incerta, ex ſtipulatu agi[b]. Quæ ſententia propter æquitatem in foro obſeruanda eſſet, nulla tamen lege probari poteſt. Et ideo interim

s l. qui hoc anno. vbi Dd. de verb. oblig. l. i. C. quan. dies legat.
t §. omnis. Inſti. de verb. oblig.
u l. quamuis. C. de vſuris.
x arg. l. placuit. de vſur.
y l. bonæ fidei. C. de pact.
z ar. l. fundi partem. de contra. em. l. tenetur. §. i. de act. em.
a l. certi. §. eod.
b l. ſi quis certū. §. eod.



L. 40. Lecta eſt in auditorio.

rim dum ea lex inueniatur, dubitauerim, nec actionem, nec contractum ſtricti iuris informationem vllam recipere, vt actio ex pacto detur. Sed hæc alibi[a]: ad materiam enim legis noſtræ nihil faciunt: ſicut nec illæ Iaſonianę difficultates, quas & Deci. diffuſius attingit.

a ¶ Sed ſi quantitatem.) Refertur hic caſus, quo defendi eorū, qui Paulo aduerſabantur, ſentētia poſſet: 66 † nempe cùm conſtaret, vſuras non ex mora promiſſas eſſe, ſed ex ſtipulatione: vt ſi numerata pecunia ſimpliciter ſtipulatum hoc modo eſſet: Si mihi poſt annū quindecim ſeſtertia non reddideris, promittis pœnæ nomine denarios DXLVII. Tunc enim non ex mora, ſed ex ſtipulatione deberentur: & ideo pactum ſubſequens, quod ad eam vſuram attinet, nihil mutaret: valetq; huiuſmodi ſtipulatio, vt hîc dicitur[b], dum tamen legitimum vſurarum modum non excedat[c]: 67 † fietq; ſemper interpretatio etiam aduerſus vim verborum, ne ſemiſſes vſuræ eius ſummæ debeantur, cuius quincunces iam perſolutæ ſint. Quoniam aliàs ſequeretur, ex eius penſionis defectu, vnde ſtipulatio committitur, legitimum modum excedi[d], ſi ab ipſa origine repeteretur illa vncia, quam in pœnam ſolui actum eſt. Et ita ego interpretor, licet alij aliter[e]. 68 † Plurimum ergo refert, quomodo vſuræ debeantur. Quandoq; enim ſimpliciter ex mora debentur, quod in contractibus bonæ fidei regulare eſt[f]. Quandoq; ex ſtipulatu, moraq; ſimul debentur, vt in ſtricti iuris iudiciis[g]. Quandoque ex ſola ſtipulatione, ſeu ex eius conditionis euentu, de qua hoc in vltimo caſu agit Iureconſultus, vbi quod de vſuris dicite,xemplo fructuum induci arbitratur. Et hæc quidem hactenus commentabatur Alciatus.

a l. petens. d. l. in bonæ fidei.
b l. huiuſmodi. ii. de ver. oblig.
c l. cū quidam. in prin. de vſur.
d l. eos. §. cæteros. C. de vſur.
e Cy. & Bal. d. l. cū quidam. Alex. d. l. huiuſmodi.
f l. mora. §. in bonæ fidei. de vſur.
g d. l. quamuis. C. de vſur.

Sed ſi quantitatem[a], quæ medio tempore colligitur, ſtipulemur, cùm conditio extiterit: ſicut eſt in fructibus. Idem & in vſuris poteſt exprimi, vt ad diem non ſoluta pecunia, † quod competit vſurarum nomine, ex die interpoſitæ ſtipulationis præſtetur.

1 Iulij Africani nouem Quæſtionum libri.
2 Lex eſt Africani, ergo difficilis.
3 Diuiſio huius legis.
4 Serui quidam olim nominibus faciendis, vſuris exigendis præponebantur.
5 Calendaria quid, & centeſimæ vſuræ.
6 An hæc lex hodie in Chriſtiano locum habeat, qui ſeruum gentilem habet.
7 Vſurarius quamuis manifeſtus iure ciuili teſtamenti factionem habet.
8 Quod & in mercatoribus obtinet, merces ſuas carius vendentibus, quia pecunia præſens non exhibeatur.
9 Hoc limitatur tribus caſibus.
10 Olim non potuit adiri hæreditas ante aperturam vel recitationem teſtamenti.
11 In quibus hæredibus id non procedebat. & num. 12.
13 Pecuniæ defuncti in textu per metonymiam exponuntur.
14 Quod mihi debitum eſt, meum dicitur.
15 Veteres Iureconſulti à prætoribus adibantur, vt reſponderent quid iuris ſtatuendum eſſet.
16 Fiduciarius conſultor ſuper omnibus, quæ vel proceſſum vel acceſſoria cauſæ concernunt, nedum ſuper principali definitione tenetur reſpondere, alioqui ſportulæ ei non ſunt dandæ.
17 Niſi iudex conſilium acceptarit, & ſecundum illum iudicarit.
18 Omiſſio acceſſoriorū principalem ſententiam nō vitiat.
19 Sicut ſententia ſuper aliquo capitulo ferri poteſt ſeparatim, ita & conſilium reddi. & quando id non procedat, ibid.
20 Si Stichus ſciebat mortuum dominum, an adhuc in caſu legis noſtræ liberatio inducatur.
21 Ignorantia mortis domini facit, vt debitores ſoluentes liberentur, licet id nō ſufficiat, vt ſeruus pecunias alienare poſſit.
22 Quare diuerſum ius in inſtitore proditum ſit. & numero 24. 25.
23 Bartoli ſolutio in hoc improbata.
26 Quare fam. erciſ. actio in caſu legis noſtræ non detur coheredibus. (petit.
27 Excepti aliquot caſus, in quibus fam. erciſ. actio competit.
28 An huic actioni locus ſit in his, quæ poſt mortem teſtatoris quæſita ſunt. & num. 29. (concedatur.
30 Qua ratione in caſu l. noſtræ negociorum geſt. actio concedatur.
31 Et mandati actionem hoc caſu dari, Alex. putat.
32 Alex. ſententia reprobatur ab Alciato.
33 Mandati actio tunc ſolùm competit, cùm libero homini mandatum eſt iniunctum.
34 Communis ſententia, quòd actio negociorum geſtorum in l. noſtra non ſit ſubſidiaria, reprobatur. & numero 35. 36.
37 Quòd dicitur, quod defuncti nomine geſtum eſt, ratum ab hæredibus haberi poſſe, vt neg. geſt. agatur, tribus caſibus non procedit.
38 Stichus cùm ſe dominum neſciret, tamen credendo pecuniam nomine domini, pro ea parte dominium transfert, pro qua eſt hæres. Et reſponſum regulis aduerſantibus.
39 Argumentum à mandato particulari ad generale, an & quando procedat.
40 Vt dominium in alium per procuratorem transferatur, debet domini ſententia eo tempore ſubeſſe, quo transfertur: vnde ſi non ſubſit, dominium non trāſit.
41 Vendens ex mandato domini fundum, ſi antequam traderet, à domino admonitus ſit, ne id faceret, & nihilominus is tradat, dominium non transfertur.
42 Mandatum pecuniæ credendæ, mandantis morte finitur: idemq; in cæteris mandatis regulare eſt.
43 Illationes aliquot ad hanc theſin. & num. 44.
45 Quibus caſibus prædicta regula non procedat.
46 Cùm quis pecuniā mutuauit, mādauitq; vt debitor eam Titio donationis cauſā redderet, ſi neſciēs debitor mortuum creditorem, Titio reddiderit, liberabitur.
47 Si pecuniā nō ſimpliciter ſub ſigillo, ſed numerata procuratori tradita ſit, in eū videtur tranſlatū dominiū, ſecundum Bart. Quod tempora. & num. 48.
49 Cùm id mandatur, quod neceſſariò dominus facere debuit, mandatum morte non reuocatur.
50 Si amico venditor fundi mandauerit, vt eius vacuam poſſeſſionem emptori tradat, quamuis eo mortuo, non finitur mandatum.
51 Mandatum iuriſdictionis morte finitur.
52 Idem in mandato à tutore facto. Idem in eo quod procuratori ad litigandum eſt factum.
53 Mandatum facti executiuum, ex præcedentis contractus neceſſitate iniunctum, morte non reuocatur.
54 Alciati ſententia ad l. fundi. de acquir. poſſ.
55 Is cui res vendita eſt, ſi abſq; voluntate vēditoris poſſeſſionem accipiat, prædo eſt, ſecus ſi abſq; vitio accipiat.
56 Si negociorum geſtor ipſius venditoris rem tradidit empto-

† quo.

*emptori, an cenſeatur ille abſque vitio habere.*
57 *Vnde voluntas domini tradere volentis arguatur.*
58 *Voluntas ex patientia ſatis colligitur, quod ad vitij excuſationem pertinet.*
59 *Facilius poſſeſsio, quàm dominium transferri poteſt.*
60 *Cùm in hac lege mutuum non teneat, qualiter cohæredibus prouidebitur. & nu. 62.*
61 *Bartoli ſentẽtia taxata, quòd hic mutuum per conſumptionem reconcilietur.*
63 *Conditionẽ ſine cauſa cohæredibus dari, Alciatus putat.*
64 *Stipulatio in mortui perſonam collata, eſt nulla.*
Ibi. *Eius quod non eſt, vllæ ſunt qualitates.*
65 *Accidentia abſq; ſubiecto eſſe non poſſunt.*
66 *Actus concepti in mortuum, iure nulli ſunt.*
67 *Nihil refert, an ſeruus nominatim domino, vel ſibi, an imperſonaliter ſtipuletur.*
68 *In textu legis noſtræ quomodo iacuerit hæreditas.*
69 *Quomodo ſeruus hic hæreditati iacenti acquirat.*
40 *Si Stichus mutauerit pecuniam, ſtipuleturq; eam ſibi dari, quo remedio conſulatur hæredibus poſt mortem domini. & num. 72. 75.*
71 *Ignoranti ex re ſua directò quæri poteſt.*
73 *Bar. ſententia hac in quæſtione improbabilis. & nu. 74.*
76 *Neceſſarij, item & ſui hæredes præſumuntur ignorare ea, quæ teſtamento continentur.*
77 *Quando hæc concluſio non habeat locum. & num. 78. 79. & 80.*
81 *Hanc materiam omnem ex coniecturis pendere, itaq; contraria quandoq; ratione à fallentijs recedendum.*
82 *Si plures ſocij negocientur in diuerſis locis, ad communem vtilitatem præpoſiti inuicem videntur.*
83 *Idem ſi in eodem loco, ſed diuerſo genere negocij, vel eodem negocio, ſed alternis vicibus.*

## LEX XLI.

### AFRICANVS LIB. VIII. *Quæſtionum.*

EIus, qui in prouincia Stichum ſeruum Calendario præpoſuerat[a], Romæ teſtamentum[b] recitatum[c] eſt: quo idem
A Stichus liber, & ex parte hæres erat ſcriptus: qui ſtatus ſui ignarus, pecunias defuncti[d] aut exegit, aut credidit, vt interdum ſtipularetur, & pignora acciperet. Conſulebatur, quid de his iuris eſſet[e]?

B

1 EIVS QVI.) † Scripſit Iulius Africanus nouẽ Quæſtionũ libros, quib. difficilimos quoſq; iuris noſtri locos explicauit. Vnde pleraq; in libros Digeſtorũ à Iuſtiniano trãslata fuerũt: vt prouerbialiter
2 diceretur, † Lex eſt Africani, ergo difficilis[a]. Ex
3 eius libro VII. hæc quæſtio accepta, † in principio thema habet, deinde tres principales ſoluit dubitationes.

4 a ¶ Calendario præpoſuerat.) † Habebant veteres ſeruos, quos nominib. faciẽdis, vſuriſq; exi-
5 gendis præponebant: † quorũ rationes Calendaria vocabantur[b], quia in ſingulas Calendas ponebantur pecuniæ. Vnde centeſimæ vſuræ dictæ, quòd centum Calendis æquarent ſortem[c]. Hinc & ille ſtipulandi modus, Cẽteſimis Calendis dare ſpõdes[d]? Sed cùm hodie vſuræ Chriſtianis prohibi-
6 tæ ſint, † an iſta locũ lex habebit in Chriſtiano, qui ſeruũ Gẽtilem, vel Sarracenũ habeat[e]? quiq; nõ ex mandato dñi fœneret? Et videretur locum legi eſſe: nõ enim ius ciuile aduerſatur, dummodo intra legitimas vſuras fœneret[f]. Rurſus nec ius Canonicum aduerſatur, quod vſuras inter Paganos & Chriſticolas non prohibet[g]. Nec in hac materia peccati multum moueremur, quòd dominus ipſe vſurarum incapax ſit[h]: dominus enim ipſe in peccatum non incidit, cùm eius mandato non ſit fœneratum: meritò tali in foro ad ius poteſtatis non attenditur[i]. Cùm ergo licitè eas Paganus perceperit, videtur à domino repeti non poſſe. Vnde ſtante conſuetudine, vt Iudæi Chriſtianis fœnerare poſsint[k]: ſi Chriſtianus à Iudæo hæres inſtitutus ſit, cẽſuit hîc Picus[l], ad reſtituendum vſuras nullo iure cogi poſſe[m]. Verum non ſat ſcio, an Chriſtiana ſimplicitas haſce ſubtilitates admitteret[n]: facilimè enim legi fraus fieret.

7 b ¶ Teſtamẽtũ.) † Iure noſtro dubiũ non eſt, vſurarium quamuis manifeſtum, teſtamenti factionem liberam habere. At iure Pontificum aliud eſt, niſi caueat de vſuris reſtituẽdis[o].
8 † Quod extendit hîc Iaſon in mercatoribus qui merces ſuas carius vendunt, quia pecunia præſens non exhibeatur[p]. Qui enim hoc faciunt, in
9 vſurariæ notæ crimen incidunt[q]. † Quod intelligendum, ſaluis tribus caſibus. Primus, cùm quãuis collata in diem ſolutione, non tamen vltra iu-
C ſtum rei precium recipiunt[r]: nihil enim refert, quòd propter habendæ præſentis pecuniæ deſiderium minori precio vendituri fuiſſent. Secundus ſupraſcripto proximus, cùm ſolùm tanti carius in diem venditur, quãti intereſt mercatoris: quoniã lucrũ, quod aliàs certiſsimè facturus ex præſenti pecunia fuerat, ceſſet[s]. Tertius, quoties veriſimiliter cõtingere potuit, vt die aduenĩẽte res vẽdita pluris valeret[t]. Addit Salicetus alios quoque, quos quia dubij ſunt, omitto[u].

10 D c ¶ Recitatũ.) † Lex Papia viceſimæ vectigal, quædãq; onera indixerat in teſtamẽtis[x]: cui legi ne fraus fieri poſſet, ante aptas corã iudice tabulas nulla hæreditas adiri poterat[y]: vnde neceſſa-
11 ria fuit aptura, ſeu recitatio. † Excepti tñ hac lege ſunt filij[z]. Serui quoq;, quia neceſſarij hæredes ſunt, licet prius imiſceri, bonaq;, tanquã hæredes cõtrectare nõ poſſent[a], tamẽ etiam ante tabulas apertas ipſo iure hæredes erant, nec ideo neceſ-
12 ſitas ipſa immutabatur[b]. † Sanè ſi quis bonorũ
E poſſeſsionẽ ſecundum tabulas petebat, quia coram prætore id neceſſariò agebatur, qui fraudem legi fieri nõ permiſiſſet, haudquaquã neceſſaria erat tabularũ reſignatio[c]: dũ tñ is qui petebat, ex aſſe peteret. Nã ſi pro parte peteret, propter ambiguitatẽ, quæ fortè cõtingere in rata parte vectigalis perſoluẽdi potuiſſet, omnino apiẽdũ erat teſtamẽtũ[d].

13 d ¶ Defũcti.) † Μετωνυμικῶς, cũ id quod fieri debuit, facti appellatiõe deſcribimus[e]. Solui enim hæc pecunia teſtatori debuit: vnde hîc pecunia defuncti fi-
14 F guratè dicitur. † qua ratione & quod mihi debitũ eſt, meũ appellatur[f]: aiuntq; defendi inſtrumentũ, quo dicatur Titius filius Sempronij, & ſubaudiatur, olim[g]. Cùm enim perſona certo nomine deſignata ſit, facilè hæc ſumitur interpretatio. Alioquin ſi lex iuberet, vt perduellionũ filij, vel vxores vrbe exigerẽtur: generali hac enũciatione fieret mitior interpretatio[h], & de iis tantùm intelligeretur, qui viuentium filij, vel vxores eſſent[i]: quod Baldus, Iaſon, Decius cenſuerunt.

15 e ¶ Iuris eſſet.) † Solebant veteres Iurecõſulti, qui-

a Bar. l. cũ quis. de ſolut.
b l. qui filium. de leg. iii. l. fin. §. pen. de doli except.
c Soci. l. iii. §. fi. ad l. falcid.
d l. centeſimis. de verb. obli.
e l. i. C. ne Chriſtia. mancip.
f l. improbum. C. ex quib. cauſ. infa. l. eos. C. de vſuris.
g 14. q. 4. c. fi.
h Arg. l. Labeo. in fi. de vſuca.
i c. fi. in fi. de iudi. in 6.
k c. poſt miſerabilem. de vſur.
l Arg. gl. c. cùm venerabilis. de conſ.
m Arg. not. per Bald. l. i. C. de cond. ob turp. cauſ.
n arg. d. c. poſt miſerabilem.
o c. quanquã. de vſur. in 6.
p Arg. c. ad noſtram. de emp. & vend.
q c. in ciuitate. de vſur. Abb. conſil. 22. in t.
r Arg. c. fi. verſ. amplius. de vſur.
s Dd. c. conqueſtus. de vſur.
t d. c. in ciuitate. d. c. fin. l. oleo. C. de vſur.
u Salic. auth. ad hæc. q. 8. & q. 11. C. de vſur. Deci. conſ. ııı.
x l. fi. C. de edic. diui. Adri. toll.
y l. i. §. cum igitur §. in nouiſſimo. C. de cadu. toll.
z l. iii. C. de iure delib.
a l. iii. in fin. de hæred. inſtit.
b §. i. Inſti. de hæred. qualit. l. ſi poſt mortem. de leg. i.
c l. i §. ſufficit. de bon. poſſ. ſecund. tab.
d l. i. in fi. de iur. & fact. ignor.
e Gl. l. i. §. ſi ipſius. quando appell. ſit.
f l. ſi me & Titium. l. ſi tibi pecuniam. §. eo.
g l. ſi inſulam. in fi. de acq. rerũ dom.
h Bar. l. Titia §. vſuras. de leg. ii. Bald. l. cum acutiſsimi. col. ii. C. de fideiuſſoribus.
i l. fi. C. de iniur.



Placebat, debitores quidem, qui ei ſoluiſſent, liberatos eſſe[a], ſi modò ipſi quoque dominum deceſsiſſe ignoraſſent[b]. Earum autem ſummarũ nomine, quæ ad Stichũ
A perueniſſent, familiæ erciſcundæ quidem actionem non competere[c] cohære-

L. 41. **Eius, qui in prouincia.**

bus adiri, vt quid iuris ſtatuendum eſſet, conſu-
16 lerent[a]: quam rem ſuprà explicaui[b]. † Igitur ſi fiduciarius conſultor adſumptus fuerit, vt reſpõdeat quid iuris in quæſtione ſit, hîc apparet ſuper omnibus quæ vel proceſſum, vel acceſſoria cauſæ reſpiciũt, nedum ſuper principali definitione reſpondere debere[c]: alioquin conſiliũ nullius valoris eſt: id eſt, nullæ ei ſportulæ ſunt dãdæ, qui ex parte ſua perfectè non adimpleuit[d]. † Si ta-
17 men iudex conſilium acceptauit, & ſecundum illud iudicauit, vel ſi ipſe quod ita ex lege municipij ſibi permitteretur, pronunciauit, quod actum eſt, ſecundum ſententiarum naturam valebit, vt
18 hîc Decius rectè declarauit[e]: † nec enim omiſsio acceſſoriorum principalem ſententiam vitiat[f].
19 † Et ſententia põt ſuper aliquo capitulo ſeparatim ferri[g], meritò & conſilium reddi: qua tamen in re ad ipſius cõmiſsionis formã reſpiciendũ eſſet[h]. Quid enim, ſi expreſsim illi mandatum eſt, vt ſuper omnibus cõiunctim reſpondeat[i]? Quid è contrario, ſi præ anguſtè ſit demandatum, vt ſuper tali articulo reſpondeat[k]? Quid ſi dictum fuerit, vt conſulat quæ iudicis partes definiẽdo ſint? In primis enim mandati forma ſeruabitur: quod & Iaſon hîc & Curtius etiam captioſo exemplo oſtendunt[l].

a ¶ Liberatos eſſe.) Propter ignorantiam tam debitoris, quàm Stichi exigentis, non eſt dubiũ, ipſo iure liberationẽ induci[m]. Sed dubiũ eſt, † quid ſi Stichus ſciebat mortuũ dominiũ? Et idem videtur: quia lex noſtra non diſtinguit, & quia reſpectu partis Stichi nulla eſt difficultas, cùm ea ſit vero creditori ſoluta. Reſpectu verò partis cohæredũ, ſi Stichus credens ſe ſeruũ, habuerit animũ interuertẽdi, nihilominus ipſo iure liberatur
20 ſoluens, quia hæreditati iacẽti acquiſiuit[n]: † quod Fulg. Alexãderq; tradiderunt. Sicut enim ſeruus fugitiuus, qui mutuã pecuniã dedit, debitorẽ bona fide ſoluentem, quãuis ipſe malæ fidei ſit, ipſo iure liberat, quia dño acquirit[o]: ita & hoc caſu de eo dicendum, qui hæreditati acquirit: tametſi Decius leuiter diſſentiat. Quòd ſi Stichus ſciret ſe liberũ, tũc quia hæreditati non acquirit, nõ niſi iure exceptionis ſoluentes liberaret[p].

21 b ¶ Ignoraſſent.) † Ignorantia igitur mortis domini facit, vt debitores ſoluentes liberentur: licet id non ſufficiat, vt Stichus pecunias aliena-
22 re poſsit[q]. † Sed his videtur obſtare, quòd in inſtitore traditum eſt, etiam poſt mortem domini, qui pupillis hæredibus relictis deceſsit, durare eius mandatum, non ſolùm vt debitores ei ſcienter ſoluentes liberentur, ſed vt contractus ab eo facti teneant[r]. Reſpondet Bart. quem pleriq; probant, in lege noſtra reuocari mandatum non ſola morte, ſed mutatione ſtatus, quia Stichus liber eſſe iuſſus fuerat[s]: aliter enim durior fieret hæredum, quàm principalis ipſius cõditio. Nam ipſis hæredibus Stichus quærere directas actiones nõ potuiſſet, quia per liberã perſonam[t], alteri nũquã quærimus: cùm ſi ſeruus remanſiſſet, ſecus eſſet[u]: eis enim directas, ſicut & teſtatori ipſi acquiſi-
23 uiſſe[x]. † Summa igitur ratione nititur hæc ſentẽtia[y], ſed legi noſtri non conuenit: hîc enim apparet, ſed ſola reuocatione intelligi, quæ morte mãdantis contingit, non de ea, quæ ex ſtatus mutatione inducitur: alioquin non tam oporteret debitores, qui ſoluerent, ignoraſſe dominum deceſſiſſe, quod hîc dicitur, quàm libertatem Sticho relictam fuiſſe: vt meritò Fulg. tanquam diuinatoriam hanc ſolutionẽ aſpernetur. † Veteres, quo- 24
rum ſentẽtiam Accurſ. refert, ibi valere contractus, cùm inſtitore crediderũt quoniã ab hæredibus eius perſona tacitè approbata videbatur: quod & Salicetus cenſuit, & nouiſsimè Decius: cum enim tutores permitterent eum negocium conſuetum tractare, tacitè approbaſſe videtur[y]:
B alioquin à tutoribus remouendus fuit[z]: qui cùm remotus nõ fuerit, licitè potuit munus, cui præpoſitus fuerat, interim proſequi[b]. & probabilis certè mihi videtur hæc ſentẽtia, ſi ſubſequẽti iungatur. † A- 25
lij ergo differentiã inter inſtitorem & Calendarij præpoſitũ conſtituũt: quòd inſtitor vniuerſitati alicuius negocij præfectus ſit[c]: qui Calendarium curat, ſolùm mutuatitias vſuras exercet. Ille propter promiſcui vſus vtilitatẽ, etiam poſt mortem durat[d], hic non durat, vt Fulg. & Paul. Caſt. cen-
C ſuere. Adde, quòd hîc nihil imputari cohæredib. poteſt, qui cùm abſentes eſſent, non potuerũt impedire, quò minus interim Stichus Calẽdarij curam exerceret[e]. At cùm inſtitor in præſentia eſt, iuſta videtur eius credulitas, qui cum eo contrahit, quem videt palàm mercem exercere. Niſi enim confirmatus eſſet, veriſimile eſt, vel ipſos pupilli, cui delata ſit hæreditas, amicos aut neceſſarios impedituros fore, ne interim exerceret, vt ſalua eſſent eius quandocunque iura[f]. Et
D hæc quidem ratio colore non caret: verùm Iureconſultus promiſcui vſus fauorem perpendiſſe ſolùm uidetur, vt quia promiſcuè omnes cum iſtis inſtitoribus contrahebant, tanquam adhuc mandatum duraret. Vnde ſicut inſtitores proſequendo ſciente hærede, quæſtus promercalis exercitium hæredi acquirũt, ita vice mutua, hæres erga cõtrahentes obligari debuit: id enim promiſcuum quoque uſum reſpicit, vt ſicut tu mihi lucrũ præſtas, ita ego tibi mutua vi-
E ce obliger. Quæ ratio in exercente fœnebrem pecuniã ceſſat. Nunquam enim dominus ipſe obligatur, ſed eum qui accipit, ſibi ad reſtituendum obligat. Adde quòd & fœnebris pecunia in quæſtu non eſt[g]: vnde nec eam exercens propriè inſtitor eſt. Quod non ſolùm de eo intelligendum eſt, qui accipiẽdis pecunijs præpoſitus eſt (quod omnes fatẽtur[h]) ſed & in eo, qui dandis præeſt[i]: Quòd ſi accipiendis & dandis pecunijs præpoſitus ſit, aliud eſſet[k]: tunc enim ſatis videretur, ad
F ſolum quæſtum actum hunc pertinere[l].

26 c ¶ Non competere.) † Cùm enim pro parte ſua id negocium potuerit explicari[m], ipſeque in totum explicauerit, nec id hæreditario nomine fecerit, non debet familiæ erciſcundæ iudicio harum ſummarum nomine conueniri[n]. † Exci- 27
piuntur tamen tres caſus: Primus, cùm ab eo peteret, vt rationes redderet: cũ enim hæc rationũ reddẽdarũ obligatio hæreditaria ſit, poterit in actus ſui rationib. tãquã in quodã vniuerſo, hæc quoq; particularis ſumma cõprendi. Et ego ita Vlpiani reſpon-

a §. reſponſum. Inſtit. de iure nat. Bar. l. i. C. de relatio.
b l. i. uer. Celſus. ẽ. cod.
c c. ii. de conſue.
d Bal. c. i. de controuer. in ueſt. in feud.
e arg. l. ſi fundum ſub. cõditione. §. Stichum. de leg. i.
f Bar. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.
g l. etiam. §. ex cauſa. demin. vbi Bart.
h l. diligenter. mand.
i l. quid tamẽ. in prin. de arbit.
K Bart. l. prox. ſuprà.
l Curt. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iura. cal. 6. breuiloquio.
m l. cum quis. §. i. de ſolut.
n vt ſ. hac lege. verſ. ſicut.
o l. fugitiuus. de ſolut.
p d. l. cum quis. §. i.
q ſ. ea. l. verſ. quas verò.
r l. ſi quis mancipiis. §. i. de inſtitor.
s l. diſpenſatorẽ. verſ. cum vero. de ſol. l. ſi quis ſeruo. eod. tit.
t l. ſolutũ. §. pe. de pig. act.
u d. l. ſi inſtitor. ẽ. cod.
x l. i. in fi. de inſtito.
y l. ſi is qui rem. §. Iulianus. de furtis.
z arg. d. l. ſi quis ſeruo. & l. quod ſeruus. de ſol.
a l. in eum. §. i. de inſtit.
b l. ſed & ſi pupillus. in prin. cod. tit.
c arg l. i. §. magiſtrum. ii. de exercit. iii. ſolut.
d l. inſtitor. l. ſi cũ villico. de inſtit.
e Bar. l. ii. §. pen. de donat.
f l. planè. de excuſ. tut. c. fin. qui matri. accuſ.
g arg. l. hæc aũt. §. i. quibus ex cauſ. in poſſ.
h §. cæterũ. ver. at in tributoria. Inſt. quod cum eo.
i d. l. in eũ. §. i.
K d. §. cæterum.
l l. ſi §. i. eo. tit.
m In nouella. de ag. gen. contrac. §. penul.
n l. hæredes §. ſi vnus. fam. erc.
o l. & puto. §. ſed ſi dolo. l. qui erat. in fi. fam. erciſc.

responſum interpretor [a]. Secundus eſt caſus, in
iis quæ ante mortem teſtatoris recepit: poſſunt
enim hac actione peti, quoniam rectè hæredita-
28 ria ſunt: quod Accurſ. ſenſit. † Tertius eſt in iis,
quæ poſt mortem teſtatoris quæſita ſunt. Si em
ab eo diuiſiōis cau
ſa petantur, adhuc
familiæ erciſcundę
iudicio ex Bartoli
ſentētia locus erit:
facilius enim domi
nium hæreditati ia
centi acquiri, quàm
ius perſonale po-

dibus, ſed negocio-
rum geſtorum [a] da-
ri debere. Quas verè
A pecunias ipſe credi-
diſſet, eas non ex ma-
iori parte, quàm ex
qua ipſe hæres eſſet,
alienatas eſſe [b]. Nam
& ſi tibi [c] in hoc de-
derim numos, vt eos

teſt [b]. At infrà apparet, ſi Stichus ſibi quicquam
dari ſtipulatus fuiſſet, obligationem illam per-
ſonalem hæreditati quæſitum iri [c]. Vnde & for-
tius in caſu noſtro exactæ pecuniæ dominium
quæri debuit: ergo & familiæ erciſcundæ actio
29 competere. † Sed hanc ſententiam Iaſon non
probat: expugnatur enim legis noſtræ verbis,
quæ Bart. violat, dum conſumptam pecuniam
comminiſcitur: ideoq; diuiſionem eius tali iudi-
cio peti hic non poſſe. Adde quòd Africanum im
peritiæ arguit, qui non hoc caſu diſtinxerit, ſicut
infrà in ſtipulatione fecerat, an cohæredes ſci-
rent mutationem ſtatus, & tunc negociorum ge
ſtorum ageretur: an neſcirent, & tunc familię er-
ciſcundæ. Quod cùm à Iureconſulto factum nō
ſit, nec nos diſtinguemus [d]. Nec me mouet con-
traria ratio: facilius enim quæritur dominium,
quam obligatio, ſi hoc actum ſit [e]. Sed in caſu no
ſtro nullus eſt color, vt actum hoc videri poſsit:
recipiendo enim pecuniam, non potuit Stichus
debitorem liberare, niſi ex cauſa mandati rece-
piſſet. Iure igitur hæreditati non acquirit, cùm
hoc non egerit, imò crediderit ex mandato reci-
pere, quod extinctum eſt. At ſtipulando ſibi da-
ri, potuit etiā citra mādati cauſam domino quę-
rere [f]: vt meritò, tanquam hæreditatis nomine
ſtipulatus ſit, ei acquirat. Priore verò caſu nō ac-
quirat, niſi cùm ſciens mortuum dominum, & ſe
ſeruum credens, exegit: quòd ſuprà cenſui [g]. Ve-
rior eſt ergo noſtra ſententia.
30 a ¶ † Negociorum geſtorum.) Tāquam ratiha
bitione id negociū ad hæredes pertineat [h]. Cùm
enim nomine defūcti Stichus exegerit, licet de-
ficiente mandato, poſſunt hæredes ratum id ha-
31 bere, quod autoris ſui nomine geſtum eſt [i]. & ita
communiter traditum eſt. † Addit Alex. hoc ca-
ſu mandati quoque actionem aduerſus ſeruum
competiſſe: quoniam alibi pecuniam exactam
negociorum geſtorum, vel mandati actione de-
beri, Paulus ſcribit [k]. Exactio enim huius pecu-
niæ à cauſa mandati pependit: ergo cùm manda
32 ti actionem parere debuit [l]. † Sed hanc ſententi-
am ego temerè non ſequar, qui videam legi no-
ſtræ aduerſari, & qui ſciam aliter veteres omnes
33 ſenſiſſe: † hāc mandati actionem tunc, ſolùm cō-
cedentes, cùm libero homini mandatum iniun-
ctū fuit [m], non cùm ſeruo: quod & Bart. ait. Cùm
enim dominus viuens, aduerſus ſeruum ſuum ea
actione experiri non poſſet, nec hæredes quidem
huius exactionis nomine poſſunt. Et in reſponſo
Pauli [n], dictio; quaſi, nota improprietatis eſt, quę
ſimilitudinem quandam, vnde debitum natura-
le oritur, inducit. Quia enim diſpenſator ille ſer
uus erat, ciuiliter non potuit obligari, ſed natura
liter tantum, cùm tali caſu homo liber vtraq; a-
34 ctione potuiſſet conueniri. † Sed quæ erit hæc a-

a L. Meuius §. i. famil. erciſc.
b l. poſſeſsio. in fi. de acq. poſ. l. ii. C. per quas perſonas.
c §. verſ. quòd ſi ſtipulatus.
d l. de precio. de public.
e l. non omnis. §. eod.
f Inſtit. de ſtip. ſer. in prin.
g §. in verb. liberatos.
h l. ſi pupilli §. quæritur. de neg. geſt. l. ſi ſine §. ſi procuratori. rem ratam hab.
k l. ſi diſpenſatorem. de ſolut.
l arg. l. eum actū. de neg. geſt.
m l. inter cauſas. in prin. l. ſi præcedente. mād.
n d. l. diſpenſatorem.

ctio? an ſubſidiaria? Et non videretur: regulare e-
nim eſt, vt hæres perſonam defuncti ſuſtineat [o]:
& ideo ratū habere id poſsit. quod defuncti no-
mine geſtum eſt [p]. † Sed ego communem hāc ſen
35 tentiam probare non poſſum: quia in caſu noſtro
teſtator ipſe ratum
habendo, negocio
rum geſtorū actio-
ne experiri aduer-
ſus ſeruum ſuū nō
poſſet: ergo nec hę
redes debent poſ-
ſe [q]. Qua ratione ſu
prà oſtendi, nec a-
ctionem mandati hæredibus aduerſus hunc con
cedi [r]. Accedit his, quòd ſi dicamus ex ratihabiti-
one negociorum geſtorum agi poſſe, conſequēs
erit, vt eadem ratione, credita à Sticho pecunia
ratum habere hæredes eum contractum poſsint,
B & actione mutui experiri: quod tamen ſequens
verſiculus Iureconſ. (ſi rectè intelligatur) non vi-
deretur admittere, dum pecuniam vt creditam
peti non poſſe ait. Atqui poſſet, quia petendo vi-
derentur ratum habere contractum [s]. Idemq; di-
cendū, cùm ſtipulatus eſſet adita hæreditate Sti-
chus, pecuniam ſibi reddi, poſſent hæredes ratū
habere. quæ ſententia omnem hanc legem tene-
bris inuoluit [t]. † Et ideo eorum interpretationē 36
ſequor, quam vltimo loco Accurſ. recenſuit: vt
C hanc actionem ſubſidiariam credam, quia ſpecia
li liberationis fauore debitores, qui bona fide ſol
uerunt, liberati ſunt [u]. qua liberatione cùm am-
plius à cohæredibus conueniri non poſsint, æ-
quum fuit Stichum ipſum teneri, tanquam nego
cium ad cohæredes geſtu ipſo pertinuerit, & i-
deo ſubſidiaria tantum actio detur [x]. † Quod er- 37
go dicitur, quod defuncti nomine geſtum eſt ra-
tum ab hæredibus haberi poſſe [y], vt negociorum
geſtorum agatur, tribus caſibus nō procedit. Pri-
D mus, cum nec ipſe defunctus ea actione experiri
potuit, qui eſt caſus noſter. Alter, cùm iis de re-
bus agitur, quæ ad hæredes tranſmitti non poſ-
ſunt: tunc enim nulla prorſus eſſet hæredum ra-
tihabitio [z]. Tertius eſt caſus, cùm error in aliena-
tionis contractu interueniſſet, ideoq; dominiū
translatum non eſſet: fruſtra enim hæredes trāſ-
lationem nullam approbarent: quòd infrà at-
tingam [a].
b ¶ Alienatas eſſe.) † Ergo Stichus cū ſe domi 38
E num ignoraret, tamen credendo pecuniam no-
mine domini, pro ea parte dominium transfert,
pro qua eſt hæres: quod videtur aduerſus iuris
noſtri non paucas eſſe regulas. Prima, quia actus
vltra contrahentium intentionem operari non
debent [b]. At Stichus hîc non rem ſuam alienare,
ſed domini intendebat. Secunda, quia inſtitor,
qui nomine domini contraxit, proprio nomine
non tenetur [c]. Tertia, quia procurator qui rem
ſuam tanquam domini tradit, dominium non
F transfert [d]. & id, quoniam errans in dominio, il-
lud non transfert [e]. Sed tamen hîc aliud reſpon-
ſum eſt [f]: procederent enim ſupraſcripta, niſi ſer-
uus hic domini hæres fuiſſet. Nam cum ageret
vt dominium, quod teſtatoris erat, transferret, il
ludq; diem dominium in ſe eſſet, quia hæres de-
functi perſonam repræſentat, non videtur erraſ-
ſe, ſed id quod intendebat adimpleuiſſe. Et ita o-
mnes ſentiunt, excepto tamen Decio, qui non
ſat firmis rationibus ab aliis deſciuit.
c ¶ Nam & ſi tibi.) † Adnotāt hîc pleriq; à mā-
dato

o d. l. ſi fine §. ſi. procuratori.
p Dyn. c. ratum pen. quæſt. de de reg. iu. in 6.
q l. hæredem. de reg. iur.
r Iac. Butrig. & Bart. hic.
s l. ſeruus alienus. de fideiuſ. Paul. Caſt. d. §. ſi procuratori.
t verſ. fin. j.
u d. l. cum quis §. i.
x l. mater. C. de rei vend. d. l. ſi pupilli. verſic. quid. ergo. & l. fi. de neg. geſt.
y d. §. ſi procuratori.
z l. ſi is cui. l. bonorum. rem ratam hab.
a verſ. pignore. in fin.
b l. nō omnis. §.
c l. fin. de inſtit.
d l. ſi procurator. ii. de acq. rer. dom.
e l. iii. §. ſubtilius. de cond. cau. da.
f Arg. l. ſeruum Titii. mand.



dato particulari ad generale argumentari nos
poſſe. Stichi enim mandatum, vt Calendario
præeſſe, generale fuit: nec dubitandum eſt, quin
tale argumentum, quod ad tranſlationem domi
nij pertineat, valuerit: alioquin non paucæ ſunt
inter hoſce procu-
ratores differentiæ:
difficilius enim ex
multorum ſenten-
tia cenſetur genera
lis reuocatus. Vnde
poſt mortem adhuc
durat [a], quod pro-
pter promiſcuū v-
ſum, qui in exerci-
tio mercium inter-
uenit, inductum vi-

Sticho credas; dein-
de mortuo me igno-
rans dederis, accipi-
A entis nō facies [d]. Ne-
que enim ſicut illud
receptum eſt, vt de-
bitores ſoluentes ei,
liberent: ita hoc quo
que receptum eſt, vt
credēdo † numos ali-
enaret. Quare ſi nul-
la ſtipulatio interue-
niſſet: neq; vt credi-
tam pecuniā pro par

detur, Aliàs nec generalis quidem poſt mortem
durat [b]. Item generalis inſtitorem conſtituens,
& ſe & dominum obligat: ſpecialis dominum
B tantùm [c]. Qua ratione ſunt, qui pecuniæ exactæ
dominium ipſi generali procuratori quæri cen-
ſeant [d]: cùm in ſpeciali procuratore ſit contrà [e]:
acquirit enim is confeſtim domino: qua de re
40 quid ſentiam, alibi teſtatus ſum [f]. † Sanè hoc ex
contextu apparet, vt dominium in alium per p-
curatorem transferatur, domini voluntatem eo
tempore ſubeſſe debere, quo transfertur [g]. Et i-
deo, ſi ea tunc non ſubſit, dominium nō tranſit [h].
C Nihil ergo prodeſt, quòd procurator mortem do
mini ignorauerit: cùm enim morte ceſſet volun-
tas [i], transferri dominium non poteſt [k]. Vnde &
idem dicendum, ſi expreſsim reuocatum eſſe
mandatum proponatur. † Finge ergo: mandauit
41 quis procuratori, vt fundum vendat & tradat:
vendidit ille, ſed antequam traderet, à domino
admonitus eſt, ne id faceret, nihilominus procu-
rator tradidit, an translatum ſit dominium? Et cō
ſtat non eſſe [l]. Quod de dominio verò intelligen
D dum eſt. Cùm enim reuocatio re non integra fa-
cta ſit, tuebitur prętor emptorem in poſſeſsione:
à qua ſi ceciderit, etiam publicianam concedet [m]:
quæ hoc caſu etiam aduerſus ipſum dominum,
contra regularem ſui naturam competet [n], vt cre
brius receptum eſt [o].
a ¶ Accipientis non facies.) † Mandatum i-
42 gitur pecuniæ credendæ, mandantis morte fini-
tur. Quod regulare quoque in cæteris mandatis
eſt [p], etiam ſi de iuriſdictione delegata agatur [q].
43 E † Vnde receptum eſt, iudicis dati ſententiā poſt
delegantis mortem datam, ipſo iure nullam eſſe,
ſi re integra ille defunctus ſit: quod ſuprà Accur-
ſius cenſuit. Idq;, vt plerique cenſent, etiam ſi is
44 delegatus huiuſce mortis ignarus eſſet [r]. † Idem
quoque dicendum in eo, qui delegatus, vel ſub-
delegatus eſt [s]: finitur enim eius mandatum ſub-
ſtituentis morte [t], dum tamen iure proprio is
ſubſtituerit, vt quia procurator dominus litis ef-
fectus ſit [u], vel delegatus quis principis ſit [x]. Se-
F cus ſi ſubſtituat quis ex facultate ſubſtituendi ſi-
bi à principali conceſſa: tunc enim ad ſolam prin
cipis mortem attenderemus [y]. Illud quoque cō-
ſtat, nihil referre quod id mandatum fauorabili
reſpectu perſonæ ſit, adhuc enim morte finitur:
vt cùm quis cauſa remunerationis mandat dona
45 re [z]. † Excipiuntur tamen ab hac regula aliqui ca
ſus. Et in primis conſtat, fauore libertatis pater-
nam permiſsionem, quæ mandati inſtar habet,
inteſtati morte non extingui [a]. Quo exemplo i-
dem fauore piæ cauſæ quidam cenſuerunt [b]: qđ

a d. l. ſi quis mancipiis §. i. de inſtit.
b l. diſpenſatorē. de ſol. & hac l.
c l. cuiuſcunque §. fi. l. ſeq. de inſtito.
d l. ſi ego. de nego. geſt. l. qui negocia. mand.
e l. qui mihi mandatum. de dona.
f l. ſingularia. §. eod.
g l. ii. §. pen. de dona. gl. clem. i. verb. teneat. de renunc.
h Arg. l. ſi ager. de rei vend.
i l. iiii. loca.
k Sali. l. mandatū. verſic. ſecundo quæro. C. mād.
l d. l. ii. §. pen.
m l. ſi quis prohibuerit. de Publicia.
n Gl. §. aliæ. ver. dicit. in fin. Inſtit. de actio.
o Felin. c. ex parte decani. colu. 6. de reſcript.
p d. l. mandatum. C. mand. clem. ſi. de procur.
q l. & quia. de iuriſd. om. iud.
r c. ſi. §. officium. de offic. deleg. in 6.
s c. licet. vndique de offic. deleg.
t Old. conſil. 130.
u l. quod quis. C. de procur.
x l. à iudice. C. de iudi.
y Card. clem. ſi. q. 15. de procurat. Deci. §. §. prox.
z l. ſi quidem. C. de act. vbi Bal.
a l. ſi pater. de manu. vind.
b c. exiui. de verbo. ſig. verb. in eo vero caſu. in 6.

certiſsimum eſt, cùm expreſſe poſt mortem col-
latum eſt huiuſmodi mandatum [c]. Idem in man-
dato, quod ad remiſsionem iniuriæ pertinet, a-
lij cenſuerunt [d]: qui enim letaliter vulneratus ta-
le mandatum dat, ſatis egiſſe videtur, vt poſt mor
tem quoq; impleri
poſsit [e]. Alij & in
mandato dotis idē
ſentiunt [f]: de quib.
plurima hîc tradide
re recentiores. Sed
nos de duobus tan-
tùm caſibus tracte-
mus, qui ad legis no
ſtræ argumentum
propius accedunt.
† Primus eſt, quum 46
quis pecuniam mutuauit, mādauitq; vt debitor
eam Titio donationis cauſa redderet: ſi neſciens
B debitor mortuum creditorem, Titio reddiderit,
liberabitur: nec videbitur finitum mandatum [g],
quod liberationis fauor operatur. Et quia debi-
tor factus erat pecuniæ dominus, quod dominiū
per ſolutionem Titio factam tranſtulit. Secus ſi
in mandatariū non ſit translatum dominium [h]:
quo caſu lex noſtra procedit. † Addit Bartolus, ſi 47
pecunia non ſimpliciter ſub ſigillo, ſed numera-
ta procuratori tradita ſit, videri in eum translatū
eſſe dominium: † quam ſententiā & ego ſequor, 48
C quoties actum apparet, vt aliqua vtilitas interim
penes procuratorem remaneat: vt quia ipſe ea v-
ti poſsit, & ad aliquod tempus poſsidere [i]. Alio-
quin ſi ſtatim reſtituere debeat, veriſimilius eſt
numerationem potius à domino factam, vt ſci-
ret quantum ille acciperet, quàm vt in eum do-
minium transferret. Et hoc eſt quod Accurſius
ait, vt ſpeciem, non vt quantitatem traditam: le-
ges enim ſimpliciter oſtendunt, hoc caſu domi-
nium non tranſire [k]: & rurſus procuratorem, ſi
D non perferat, furti teneri [l]. Nec cauillandum eſt,
numeratam ibi non fuiſſe pecuniam. Accedit his
& veriſimilitudo rei geſtæ. Quorſum enim debu
it dominus procuratori ſuo momentaneum do-
minium concedere [m]? quæ cauſa ſuberat, vt is do
minus conſtitueretur [n]? An quod nuncius eſſet?
Atqui hoc caſu dominium penes dominum eſt,
donec nuncius abſenti tradiderit [o]: ſolet enim
nudum miniſterium is præſtare [p]: vt meritò Ful-
goſ. Pont. Deci. aliis dubitantibus, ipſi ita cenſu-
E erint: quos & cæteri eo caſu probant: quo ſimpli
citer mandatum procuratori eſt, vt pecuniam de
ferat [q]: vel cùm pecuniam dominus non procura
tori ſuo, ſed eius, cui dominatum vult, tradit [r].
Nec enim tunc agitur, vt dominiū alterius quàm
eius cui donatur, ſit [s]. † Alter caſus eſt, cùm id mā- 49
datur, quod neceſſariò dominus facere debuit:
tale enim mandatum morte non reuocatur [t], li-
cet expreſſe, re tamen integra, reuocari poſsit: v-
bi enim integra non eſſet, ſecus eſt dicendum [u].
F Nec enim nouum eſt, aliqua expreſſe reuocari
poſſe, quæ tamen morte finita non cenſeantur [x].
† Hincq; tradit Pomponius, ſi amico venditor 50
fundi mandauerit, vt eius vacuam poſſeſsionem
emptori tradat: quamuis eo mortuo, non finiri
mandatum, ſed dummodo hæredes non prohi-
beant, tradi poſſe [y]. Quod ego inductum cenſeo,
quia de ſola poſſeſsione transferēda agitur, quæ
ex quadā nudi facti executione conſiſtit [z]. Tranſ-
latio enim dominij, licet inſtrumento traditio-
nis proueniat, tamen ex præcedentis contractus

L. 41.
Eius qui in prouincia.
c l. ſi verò. §. fi. l. ſeq. mand.
d Bal. in Spec. tit. de homi. in fin.
e d. §. fin.
f l. ſi ego. §. ſi res. de iur. dot.
† numo, *aliás*.
g l. hoc. iure. §. ſi quis dederit. de donat.
h l. ii. §. pen. de donat.
i arg. l. in naue. §. idē iuris. locati.
k d. §. pen. & leg. Caſsius. de ſol.
l l. ſi quis vxori. §. Iulianus. de furt. l. ſi is qui. C. de furt.
m l. fin. in fi. C. de bon. quæ lib.
n l. nunquam nuda. de acq. rer. dom.
o l. qui abſenti. de acq. poſſ.
p l. qui autem. in fi. de conſt. pec. vbi Bart.
q Bar. l. ſi procuratori. de cond. ob. cau. col. pe.
r l. qui mihi donatum. de dona.
s l. ſi ego. de nego. geſt.
t l. fundi. de acquir. poſſ.
u l. i. §. ſi quis rē meā. de except. rei. vend. d. l. ſi quis prohibuerit.
x l. ſi pater. de manu. vin. l. iudiciū ſoluitur. de iud.
y d. l. fundi.
z l. fiſtulas. §. i. de contra. empt. Bart. l. i. §. fuit quæſitum. ad Treb. dixi. §. in l. ſingularia.

origine cenſetur fieri. Quæ interpretatio, & in executoribus gratiarum apoſtolicarum accipit, q̈quis non ita nudi facti ſint: idq́; ſpeciali quadã ra-
51 tione [a]. †Mirum igitur non eſt, ſi mãdatum iuriſdictionis, quamuis munus iudicandi neceſſariũ ſit, morte tamen finiatur [b]: hoc enim
52 nudi facti non eſt. †Idem in mandato à tutore facto: nã & ipſum morte extinguitur [c]. Idem in mãdato procuratoriad litigandum facto, qđ Vlpian. tradit [d]:

te cohęredis peti poſſe, neq; pignora teneri [a]. Quòd ſi ſtipulatꝰ quoque eſſet, referret, quẽadmodũ ſtipulatꝰ eſſet. Nã ſi nominatim, fortè

litigamus enim inuiti quoq;. Nã diſtinctio [e] Bart. an neceſsitas ſit præciſa, in Pomponij reſponſo ariolatur. Quid enim ſi venditor dñs ibi non fuiſſet? non enim cogebatur præciſe tradere [f]. Quid in Vlpiani reſponſo, ſi reus præſens congruo loco & tempore in ius vocatus eſt? nónne litigare,
53 litemq́; conteſtari præciſe cogitur [g]? †Vnde cenſeo concludendum, mandatum facti executiuũ, & præcedentis contractus neceſsitate iniunctũ, morte non reuocari [h]. Secus ſi iuris miſturam habeat [i]. Et hæc quidem vtcunq; dici, defendendo communem in Pomponij reſponſo intellectum,
54 poſſunt [k]. †Verùm ego eum in procuratore loq, ſed in amico magis crediderim: quo nomine negociorum geſtor ſolet appellari [l]. †Scire enim debemus eum, cui res eſt vendita, ſi abſque voluntate venditoris poſſeſsionem accipiat, prædonẽ eſſe [m]. Si verò abſq; vitio accipiat, ſecus eſſe [n]. †Po-
56 ne igitur: Aliquis procurator, cuius mandatum morte finitum erat: vel, quod magis quadrat literæ, negociorum geſtor ipſius venditoris tradidit rem emptori, an cenſebitur ille abſq; vitio habere? Et ſatis excuſari vitium videretur: quia fecit hîc amicus, quod venditor facere debuit [o]. Vnde meritò cenſuit Iureconſultus valere traditionẽ, dum tamen voluntas aliqua domini argui poſ-
57 ſit: †quod duobus caſibus eſt. Primus, cùm dominus viuit, & eius amicus tradit, non eſt veriſimile abſq; eius voluntate traditum eſſe [p]. Idem ſi mortuus ſit, ſed geſtor ignoret. Bona enim eius fides facit, vt emptor abſque vitio rem habere dicatur [q]: nec prædo ſit [r]. Secundus, ſi hæredes ſcientes rem tradi non prohibeant [s]. Quamuis eñ mors domini manifeſta ſit, tñ patientia hæredũ ſufficit, vt poſſeſsio rectè tradita eſſe videatur [t]:
58 †quia lex voluntatem ſolam requirit [u]: quę ex patientia ſatis colligitur, ſaltem quod ad vitij excuſationem attinet [x]. Quòd ſi geſtor ſciat defunctũ dominum, tunc nullus eſt color, vnde mortuus conſentire fingi poſsit: tali ergo caſu non valeret traditio. Idq́; etiam, ſi adhuc hæreditas adita non eſſet, Sicut nec valeret poſt aditam hæreditatem, hæredibus reclamantibus [y]. Hincq́ue apparet Bal. ſententiam [z], qui ſi poſſeſsio vacet, ab emptore apprændi poſſe ait [a], non procedere: cùm ex ea cauſa vacet, quia hæreditas non ſit adhuc adita [b]: idq́ue propter ſpẽ futuræ aditionis. Solum erit igitur illi locus, cùm ideo vacat, vt emptori poſſeſſor gratificetur [c]. Sed nunquid ea traditione ab amico facta, transferatur dominiũ? Et iura ſatis oſtendunt, exceptionem potius cõpetere [d], vel etiam publicati edicti auxilium [e].
59 †Vnde colligitur, facilius transferri poſſeſsionẽ, quàm verum dominium poſſe [f].

a ¶ Pignora teneri.) Hinc apparet, nec naturaliter quidem eum qui accepit teneri, quatenus creditæ pecunię dominiũ translatũ non eſt, alioquin obligationi naturali accedere potuiſſent pignora [g]. Nec enim tradendo pecuniam hoc inter partes actum eſt, vt aliqua obligatio, excepto mutui nexu, naſceret.

Titio dño ſuo mortuo iam, dari ſtipulatus eſſet: proculdubio inutiliter [b] † eſſe ſtipulatum. Quòd ſi ſibi dari ſtipulatus eſſet: dicen-

Vnde tanquam conſenſus deſit, naturalis nulla ſubeſt [h]: qđ Bal. & Iaſ. tradiderunt. Putarim tamẽ petentibus pignora debitoribus Stichũ eis de facto reſtituere non debere, niſi & ipſi pecunias acceptas reddãt [i]: idq́; tacito quodam reconuentionis iure [k]: non eñ eorum fidem temerè ſequi debuit [l]. †Sed quęritur hîc, cùm mu- 60
tuum non teneat, qualiter ergo cohæredib. prouidebitur? Et ſi pecunia extat, non eſt dubium vẽdicari poſſe [m]: ſi verò conſumpta eſt, conciliabit Sticho mutuum [n]: quam actionẽ, ne cum aliena iactura fiat locupletior, ab eo condicent cohæredes [o]: idq́; Bar. probat. †Sed ego non video, quo- 61
modo conciliari Sticho mutuum poſsit, qui nomine ſuo nõ mutuauit: & cùm crederet ſe ſeruũ, nec ex ſecundaria quidem, vt vocant, actione egit, vt domino ratũ non habente, ſibi actio quæreretur: quod in libero diuerſum eſt, qui ex propria perſona, quęrere poteſt [p]. †Amplius idẽ Bar. 62
cenſuit, poſſe cohæredes id mutuũ defuncti nomine contractũ approbare [q], ratihabitioneq́; ipſis conciliari [r]. Idq́; ſiue conſumpta ſit pecunia, ſiue id minus. Quæ ſententia, vt Fulg. & Caſt. tradiderũt, aduerſus mentẽ Iureconſ. eſt, qui ſimpliciter negat hanc pecuniam vt creditam à cohæredibus peti poſſe. Cuius rei ratio videtur, quia cùm Stichus pecuniam pro portione cohæredũ tradendo errauerit, dominium transferre nõ potuit, cùm & illud non haberet [s]: & ideo fruſtra hęredes ratam haberent traditionẽ: quę nulla fuit [t]. Et hoc in credẽte: in ꝓcuratore eñ exigẽte ſecus eſt [u]: qa par nõ eſt liberationis & obligatiõis cauſa, vt hîc dicit, qđ & ſuprà declaraui [x]. †Quare e- 63
go crediderim, Sticho ipſi cùm ſuo nomine non cõtraxerit, ex hoc cõtractu nihil ſupra portionẽ ſuã acquiri [y]: & cùm bona fide crediderit, nihilq́; apud ſe habeat, nihil eũ pręſtare debere [z]: ſed ſimpliciter cohæredes aduerſus debitores, qui conſumpſerũt cõdicere ſine cauſa poſſe, quia res ſua ad eos peruenit. Si verò illi iam Sticho ipſi reſtituiſſent, ab eo cõdicendum eſſe [a]: quæ condictio cum negociorum geſtorum actione concurrit [b].

b ¶ Inutiliter.) †Stipulatio ergo in mortui ꝑ- 64
ſonã collata, eſt nulla [c]: nã vt infrà ꝓbabitur: eius qđ nõ eſt, nullę ſunt qualitates [d]. Si eñ in rerum natura dñs nõ eſt, acquiri ei nihil põt [e]: †quia acci- 65
dẽtia abſq; ſubſtantia, ſeu (vt iſti vocãt) ſubiecto eſſe nõ poſſunt [f]. †Hinc eſt ꝙ mortuus cõdemna- 66
ri nõ poteſt [g]. Vnde & dignitate aliqua, puta doctorali, inſigniri nõ põt [h]. Sic & mortuo legari nõ poteſt: imò tale legatũ pro non ſcripto eſt [i]. Qua ratiõe & priuilegiũ alicui tãquã viuenti conceſſum, mortuo nõ cõperit [k]: vt appareat nihil referre, ꝙ actus fauorabilis ſit. Si ergo ſententia abſolutoria in fauorẽ mortui lata ſit, adhuc non valebit [l]: quod Caſt. Alex. Iaſ. hîc tradiderunt. Fauore tamen libertatis actus in perſona mortui conceptus, quadantenus ſuſtinetur [m]. Et decretum de mortuo tãquã de abſente factũ, eodem modo in perſonam

a c. ſuper gratia. de offic. deleg. in 6.
b d. l. & quia. de iuriſd. om. iu.
c l. ſi per epiſtolam. de acq. hæred. d. clem. ſi. de procur.
d l. ſi fundus. de procur.
e Bar. d. l. ij. §. pen.
f l. i. de act. empti. not. ſ. l. certi condictio. in prin.
g l. quoties. in princ. de noxa. Alex. l. ſi finita §. Iulianus. col. 10. de dãmno infe.
h d. l. fundi.
i d. l. ſi defunctus. cum ſim.
k d. l. fundi.
l l. tutori. C. de neg. geſt. l. ſi pupilli §. ſed ſi ego ubi Bar. de neg. ge.
m l. ſi ex ſtipulatiõe. de acqui. poſſ. l. nec ex uera. eo. tit.
n l. i §. fi. de except. rei uend.
o l. ſoluenda. de neg. geſtis. l. ſi procuratorem §. pen. mand.
p arg. l. ſciendũ. de uſur. l. ii. ſi per uim.
q l. pen. pro legato. iuncta gl. l. Titio fundus. de cond. & demonſt.
r l. nemo prædo. de reg. iur.
s l. ii. C. de acq. poſſeſſ.
t l. ſi à te. ſi ſerui. vend.
u d. l. ſi ex ſtipulatione.
x l. ii. §. fin. ſolut. matr.
y l. ſed interim. §. ſi vxor. i. de don. int. vir.
z l. fin. §. q. C. de edict. diui Ad. tollen.
a d. l. fiſtulas §. i.
b l. cum hæredes. de acq. poſſ.
c d. l. fiſtulas §. i.
d d. l. in fin.
e d. l. ſi quis prohibuerit.
f l. mandatum diſtrahendorum mand.

g l. per retentionẽ. C. de vſur.
h l. Stichũ §. naturalis. de ſolu.
† eſſet ſtipulatus, *aliás*.
i l. ſi cum aurum. in fi. de ſol. l. ſi non ſortem §. ſi centum. de cõdict. indeb.
k l. penul. de ſen. quæ pro eo.
l arg. l. ſi ſoluturus ad fin. de ſolut.
m l. rogaſti §. fi. ſ. eod.
n l. ſi abſentis. C. eod.
o l. ſi me & Titium. ſ. eod.
p Bal. d. l. ſi abſentis. ii. opp.
q l. ſi ſine §. ſi procuratori. rem ratam hab.
r Arg. d. l. ſi abſentis.
s d. l. ſi procurat. ii. de acqu. rer. dom.
t l. obſeruare. in fi. de offic. procon.
u d. §. ſi procuratori.
x ver. neq; enim.
y l. ſi mihi & Titio de verb. obl.
z l. nec vllam §. fi. de peti. hær.
a d. l. ſi me & Titium.
b l. ſi cum ſeruũ. vbi gl. ſ. eod.
c l. ſi ſeruus communis §. ſi ſeruus capto. de ſtip. ſeruo.
d l. ſi ſeruum mihi §. i. de act. empt.
e arg. l. Pomponius. ff. de acqu. poſſ.
f Gl. l. ſi arbiter in fi. de prob. Bar. l. ii. de vſufru. ea. re.
g l. in ſumma. in fi. de re iu. l. pen. quæ ſent. ſine appell.
h Abb. c. à nobis. ii. de ſen. excõ.
i l. i. §. i. de ca. toll.
k l. Neratius. de reg. iur.
l Arg. l. furioſus de re iud.
m l. cum verò §. pro nõ ſcripto. de fideicõmiſſ. liber.





perſonam hæredis transfertur, & valet [a]. Sed hęc longius à materia noſtra recedunt. Illud propius
67 vrget, †quod alibi nõ ſemel traditum eſt, nihil referre, an ſeruus nominatim domino ſuo ſtipuletur, an ſibi, an impersonaliter [b]. & tamen hîc manifeſta conſtituitur differentia. Sed reſpondeo, cùm dominus viuit, nullã eſſe differentiã: ſed eo mortuo, eſſe: nõ enim poteſt quis mortuo ſtipulari. Vnde ſi ſeruus ſimpliciter ſibi ſtipulatus eſt, fit interpretatio, vt actus ſuſtineatur [c], perindeq́; habetur, ac ſi hæreditati iacenti ſtipulatus eſſet.

a ¶ Hęreditati.) Iacẽti: ſic enim propriè hęreditas intelligitur [d], quod pluribus quæſtionibus Iaſon hîc præter ar-

dum, hæreditati [a] eũ acquiſiuiſſe. Sicut enim nobiſmetipſis ex re noſtra per eos, qui liberi, vel alieni ſerui bona fide nobis ſeruiunt, acquirit: ita hæreditati quoq; ex re hęreditaria † acquiri. Poſt aditam verò à cohæredibus hereditatem, non æquè idem † dici: vtique ſi ſcierint [b], eum ſibi cohæredem datũ: quo-

68 gumentum proſequitur. Dixerit aliquis: † Quomodo hîc iacuit hæreditas, cùm ſeruus neceſſarius hæres inſtitutus eſſet [e]? Sed Doct. reſpondent, extraneos quoque illi cohæredes additos fuiſſe, quo caſu extraneorum reſpectu hæreditas iacere dici poteſt: reſpectu autem ſuæ portionis non iacet, vt omnes tradiderunt, quia datione cohæredis nõ tollitur inſtituti ſerui neceſsitas [f]. Videtur enim teſtator ita voluiſſe, quia id ſibi fauorabilius eſt, niſi expreſſe aliud appareat [g]. In ſuis verò, datione cohæredis vel ſubſtituti, tollitur ea neceſsitas [h]: quia fauorabilior fit pro eis interpretatio. Videturq́; teſtator voluntatem ſuam ſecundum prætoris beneficium accommodare,
69 qui eis abſtinendi ius conceſsit [i]. †Sed rurſus dubitatur, quomodo acquirit hîc ſeruus hæreditati iacenti, cùm ab ea non poſsideatur? Nec enim hæreditas animum poſsidendi habet [k]: ipſeque non ſeruus, ſed liber ex teſtamẽto ſit. Verùm huic argumento ex mente Africani ipſius reſpondetur, quòd cùm hæreditas ſit ius, quod loco defuncti ſucceſsit: ſicut defunctus ſeruum poſsidebat, ita hæreditas non quidem verè, ſed iuris interpretatione, loco bonæ fidei poſſeſſoris eſt [l]: & ideo ex facto non ſolùm ſerui acquirit, ſed etiam liberi hominis, qui bona fide ſeruiat [m].
70 b ¶ Si ſcierint.) Quid ergo erit hoc caſu? †Finge mutuaſſe Stichum pecuniam, ſtipulatumq́ue eam ſibi dari: quo remedio conſuletur cohæredibus, qui Stichum ſciebant ſeruum ſuum non eſſe? Et reſpectu ſuæ partis non eſt dubium, quin Stichus rectè agat [n]: licet Accurſius ſenſerit, vtilẽ ex ſtipulatu tantùm ei dari: quia in animo non agebat, vt ſibi acquireret [o]. Sed ego etiam directã
71 competere crediderim, †cùm ignoranti ex re ſua
72 directò quæri poſsit [p]. †Verum difficultas in aliis portionibus eſt, & ſi pecunia extet, non eſt dubium vendicari eam à cohæredibus poſſe [q]. Si verò conſumpta ſit, tunc magna eſt inter Doct. altercatio. Bart. poſſe hæredes in ſubſidium re non extante ratam habere ſtipulationem ſenſit [r]: id-
73 eoque agi ex ſtipulatu ab eis poſſe. †Quæ ſententia cum textus noſtri verbis non conuenit: hîc enim docuit Africanus, nullam cohæredibus ex ſtipulatu actionem competere. At ſubaudire, ratum non habentibus, irreligioſum temerariumq́ue eſt. Tractandę certè ſunt leges noſtræ reuerentiùs. Idem ſubiicit: Si ratam habere nolit, Sticho ſtipulatori actionem ad totum cõpetere: ſed condictione ſine cauſa cogi poſſe vt cedat [s]. † Sed nec hoc ego 74
ſuprà probaui: quoniam Stichus, qui ſeruum ſe credebat, non poteſt videri egiſſe, vt aliquo caſu ſibi quæreretur. Et licet proportione ſua ſuſtineatur contractus [t], proportione tamen aliorum ſecus eſt, cùm id nõ actum ſit, vt ſibi acquirat [u]. Et ideo lex, quæ quicquid homo bona fide poſſeſſus, poſſeſſori nõ

niam tunc non poſſent videri poſſeſſores bonæ fidei eſſe, qui nec poſsidendi animum haberent. Quòd ſi ꝓponatur, cohęredes eius id ignoraſſe, (ꝙ fortè ipſi quoq; ex neceſſariis fuerint) poteſt adhuc idem reſponderi [c]. Quo quidem caſu illud euenturũ, vt ſi ſuæ conditionis cohæredes iſte ſer-

acquirit, ſibi acquirere ait [x], intelligitur dum ſaltem ſecundaria ex intentione id agat, vt ſibi acquirat [y]: idq́ue cùm de rei alienæ numeratione agitur: quæ coniectura in caſu noſtro accipi non poteſt. †Sequitur ergo, vt hi cohæredes ex ſtipu- 75
latione quidem actionem nullam habeant, nec directam, nec ceſſam: vt lex noſtra manifeſtè innuit, cum eis ſtipulari Stichus nec voluerit, nec potuerit [z]: ſed in ſubſidium condicere à debitoribus poſsint, quia res ſua ſine cauſa ad eos peruenit [a]: quod & ſuprà cenſui.

c ¶ Idem reſponderi.) Quid illo caſu, cùm hęreditas non eſt adita? Exploſus enim eſt Balduini Odofredique intellectus. †Annotantq́; hinc 76
Doctores, neceſſarios hæredes, puta ſeruos, præſumi ea quæ teſtamento continentur ignorare, cùm inuiti & inſcij efficiantur hęredes. Quod & in ſuis dicendum, qui non ſolùm ex teſtamento vt neceſſarij, ſed etiam inteſtato ſuccedunt [b]. Nec obſtat quòd quilibet præſumatur res familiariũ ſcire [c]: quia hoc ad iura ſanguinis, qualitatemq́; perſonarum refertur, non ad teſtamenta, huiuſmodique momentanea facta, quæ extrinſecus contingere ſolent [d]. †Non procedit tamen hæc 77
concluſio, quoties confiterentur filij, ſe eſſe hæredes ex teſtamento: præſumerentur enim habuiſſe eorum quæ tabulis continentur, vt Bar. cenſuit, ſcientiam [e]: nec enim veriſimile eſt, voluiſſe eos oneribus hæreditariis inuolui, niſi diligenter perſpecto teſtamento [f]. Vnde quamuis immiſcere ſe etiam ante apertas tabulas potuerint [g]: quamuis aliunde quàm ex lectione teſtamẽti ſe ſcriptos hæredes fortè intellexerint, puta ex fama, vel notarij adſeueratione [h]: tamen non eſt veriſimile hoc fuiſſe contentos, ſed vlterius tabulas voluiſſe inſpicere [i]. Quod in neceſſario tantùm hærede non eſt, vt hîc dicitur, qui velit nolit, hæres eſt, nec vllum abſtinendi beneficium habet. Hincq́; apparet [k] Pontani, Iaſonis, Decij argumenta non multum Bar. ſententiæ, quæ cõmuniter approbata eſt, obſtare. Negari tamen nõ poteſt, quin ſtatus hîc omnis coniecturalis ſit, in quo aliàs [l] ex regula communi ſic duxi conſtitu-

a l. cum quaſi. in prin. eod. tit.
b l. ſiue. de ſtip. ſeruo.
c l. quoties. de verb. oblig.
† acquiri poteſt, *aliás*.
† dici poteſt, *aliás*.
d l. nihil aliud. de verb. oblig.
e l. cùm hæreditas. C. depoſ.
f l. ex parte. de acq. hæred.
g l. cùm ſeruus. vbi Bart. de cõdi. inſtit.
h Bal hic iii. oppo. Dec. 4. notab. in prin.
i §. ſed is permittit. de hæredũ qual.
K l. i. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib.
l l. geri. de acq. hæred.
m l. qui bona. l. homo liber. de acquir. rer. dom.
n d. l. ſi mihi & Titio.
o Gl. ver. habent. in vlt. part.
p l. certi §. ſi nummos. ſ. eod.
q d. l. rogaſti. §. fin.
r d. l. ſi ſine §. ſi procuratori.

s l. quãuis. C. eod.
t d. l. homo liber. §. fin.
u l. non omnis. ſ. eod.
x d. l. homo liber. in fin.
y Bald. d. l. ſi abſentis. ii. opp.
z §. alteri Inſtit. de inutil. ſtip. l. multum. in fin. C. ſi quis alteri.
a d. l. ſi me & Titium.
b §. i. de hæred. qual.
c l. octauij. vnde cogna.
d Doct. d. l. i. ſ. eod.
e Bar. l. qui Rom. §. duo fratres. 3. quęſt. de verb. oblig.
f l. nõ eſt ferend. de tranſactio.
g l. i. §. in nouiſſimo. C. de cadu. toll.
h l. cum quidã §. quod dicitur. de acq. hæred.
i Bal. conſ. 403. Ioan. lib. 3. Deci. conſil. 287. col. fin.
K Roma. conſil. 403.
l d. §. duo fratres. quæſt. 3.

endum, vt teſtamenti ignorãtia regulariter prę-
78 ſumeretur [a]. † Falleremur tamen hanc regulam imitantes, quoties aliquibus ex probabilibus cõiecturis aliud indicaretur [b]: vt in ſupraſcripto caſu, cùm filius ſe ex teſtamento hæredem eſſe aſſeruiſſet. Quod generaliter in extraneis procedit, qui non niſi ex teſtamẽto hæredes fieri poſſunt [c]: vt ſi aliqua legata ex ipſo teſtamento ſoluiſſet [d], vt ſi penes ſe teſtamentum habuiſſet [e], quis credat cautum hominem non legiſſe perpendiſſeque? quod Abb. & Deci. reſponderunt [f]. Vt ſi appareat, diuiſiones iuxta id quod teſtatoi præſcripſerat, ad vnguem obſeruatas,
79 quis non credat præuiſum titulum [g]? † Quid rurſus, ſi filius vnà cum patre, quo tempore teſtamẽtum ille condidit, commorabatur, palamque cõfectas tabulas proponatur, nónne ſaltem præſumetur, ſciuiſſe in genere factum teſtamentum? quod Bald. Aretinusq; tradiderunt [h]. Particularis verò certiorque diſpoſitio, non tam facilè agnita præſumeretur, quod idem Bald. reſpondit [i].
80 † Qui & hoc adiecit, ex fama publica idem quoque præſumi poſſe: quæ ſi de particularibus quoq; diſpoſitionibus inualuerit, etiam eorum notitiam arguet [k]: quod & Bart. ſenſiſſe videtur [l].
81 † Cæterum cùm omnis hæc materia à coniecturis pendeat, contraria quandoque ratione ab illis recedemus, & faciliter regulæ adhærebimus, vt adhuc ignorantia præſumatur [l]. Quid enim ſi conſtaret tabulas teſtamẽti apertas non fuiſſe [m]? ante aperturam enim ſcientia non præſumitur. Quid ſi probaretur, hæredem adſertionem alicuius ſecutum, adfirmaſſe ex teſtamento ſe hæredẽ eſſe [n]? Quid ſi ex ipſa aſſertione deprænderetur error [o]? vt quia dixiſſet, ſe ex ſemiſſe hæredem, & prolatis tabulis oſtenderetur ſolo in triente eſſe ſcriptus [p]. Quid ſi qualitas perſonæ hoc ſuaderet, vt quia tempore aditæ hæreditatis pupillus, & quidem infantiæ proximus eſſet, & ſolius tutoris autoritatem ſequutus adiiſſet [q]? Quid ſi mulier, ruſticus, idiotaúe alius id aſſeruiſſet, maximaque læſio argueretur? Reſpondit enim Angelus, tum quoque præſumi ignorantiam [r]. Quæ ſententia ita generaliter vera non eſt [s]. Si tamen aliquam veriſimilem erroris cauſam allegent, & ita iurent, ſatis putauerim defendi Angeli reſponſum poſſe [t].

a ¶ Inuicem bona fide.) Hinc adnotant Do-
82 ctores: † Si plures ſocij negocientur in diuerſis locis, ad communem vtilitatem, præpoſito inuicẽ videri [u], & ideo quemlibet in ſolidum obligari [x].
83 † Idem ſi in eodem loco, ſed diuerſo negocij genere. Satis enim eſt eſſe ſocios, & communi ex vtilitati agere [y]. Idem etiam ſi in eodem negocio ſe exerceant, ſed alternis vicibus: vt quia vno abſente, alter nihilominus pro ſolido rem tractet, vt Paul. Caſt. ait: quod ſolent argentarij, & plerique alij negociatores facere [z]. Alioquin ſoluis ſupraſcriptis caſibus, ſocij iſti ſolùm in viriles portiones tenerentur [a], quia inuicem præſuppoſiti non cenſerentur [b].

a c. præſumitur. de reg. iu. in 6.
b l. cũ de indebito. de probat.
c l. ſed ſi de ſua. de acq. hæred.
d d. l. nõ eſt ferendus. ei l. de his. de tranſact.
e arg. authen. & qui ſemel. C. de probat.
f Abb. conſil. 18. in 2. Dec. 267.
g l. quædam. de rei vend.
h Bal. conſil. 392. anno. in i. vol. Aret. d. §. duo fratres.
i Bal. conſil. 295. Pet. in 3.
K Gl. l. tutor petitus. C. de peric. tut.
l d. §. duo fratr.
m Gl. & Bar. l. fin. in prin. quod met. cauſ.
n l. i. §. i. quẽad. teſta. aper.
o l. ſi quis affirmauerit. de dolo.
p l. ſi poſt. C. de iur. & fact. ig.
q Arg. conſ. 92. Alex. & Iaſ. d. § duo fratres. quæſt. 4.
r Arg. l. excipiuntur. ad Syllan. Bart. d. q. 2.
s Ang. d. conſil. 92.
t Paul. Caſt. d. l. de his. de tranſactio. Alex. & Iaſ. d. q. 4.
u c. ſi. extrà, qui matr. accuſ. Feli. c. quoſdam. de præſumpt.
x l. ſed ſi hac. §. pen. verſ. ſi liberta. de in ius voc. l. traditio. in fin. de acq. rer. dom.
y Arg. l. iure. C. de fabricen. lib. xi.
z d. l. ſi tamen. de exercit. vbi Bartol. & in l. eandem. q. 7. de duobus reis.
a l. ſi vnus. in pri. de pactis. vbi Paul. Caſt.
b l. f. §. ſi plures. naut. caup. c. conſtitutus de relig. domi. vbi Abb.
c d. l. ſi tamen. i. reſpon. Alexan. conſ. vlt. in 7.

uus habeat, inuicem bona fide [a] ſeruire videantur.

LEX XLII. ſeu vltima.

1 *Hypotheſis præſentis legis.*
2.3 *In caſu huius legis ad duo aduertendum eſſe.*
4 *Non eſt æquum bis idem conſequi.*
5 *In caſu legis noſtræ, ſi egero quidem, ſed repererim Seiũ ſoluendo non eſſe, an poßim habere regreſſum contra Titium.*
6 *Azonis ſententia ea in quæſtione approbata. & num. 7.*
8 *Intellectus Ioannis improbatur.*
9 *Accurſij ſubauditio pro Azonis intellectu ſuperflua.*
10 *Dictio Minus, negationem ex ſui proprietate cõtinet.*
11 *Promittens hiſce verbis, quanto minus à Titio conſequi poßim, an propriè fideiuſſor dicetur. & num. 13. 15.*
12 *Fideiuſſor obligationi principalis accedit.*
14 *Beneficium excußionis hodie generaliter fideiuſſoribus indultum.*
16 *Verbum, poßim, in caſu l. noſtræ ad præſens tempus ſolum refertur.*
17 *Hanc dictionem, Poßit, quomodo Paul. Caſt. interpretetur.*
18 *Verbum, Poteſt, ad creditorem relatum, non de ſimplici potentia, ſed quæ actui propria ſit, intelligi debet.*
19 *Promißio hæc, ſi Titius non ſoluerit &c. quomodo accipienda.*
20 *Promittens, quanto minus ab alio conſequi poßim, ſi renunciet omni beneficio fideiuſſoribus competenti, an adhuc neceſſaria ſit excußio.*
21 *In caſu huius legis beneficium excußionis non ex lege, ſed ex contractu promittenti competit.*
22 *Ante conditionis euentum nulla vis eſt iuriſiurandi.*
23 *Verba contractuum ſic accipienda, ne illuſoria ſint.*
24 *Promittens ſoluere, quanto minus à Titio conſequar, mortuo Titio non rectè conuenitur, niſi prius excutiantur hæredes, ſi promißio in rem ſit, ſecus ſi in perſonam.*
25 *Si bona Titij publicata ſint, prius fiſcus excutiendus.*
26 *In fiſcum bona cum oneribus tranſeunt.*
27 *Fiſcus eſt inſtar hæredis, in eumq; perſonalis actio tranſit.*
28 *Conciliatio l. decem. de verb. oblig. cum lege noſtra.*
29 *Excußio quare fiat.*
30 *Quibus modis conſtare poßit quatenus quis ſit ſoluẽdo.*
31 *Quibus caſibus excußionis beneficium fideiuſſoribus nõ competat. & num. 33. 35.*
32 *Argentarij an habeant beneficium excußionis.*
34 *Excußionis priuilegium etiam coram arbitratore, itẽq; in cauſa dotis locum habet.*
36 *Fideiuſſor excußioni renuncians, ſi dicat principalem ad inopiam vergere, nec tamen id probare valeat, quomodo ei ſuccurratur.*
37 *Pici intellectus ad hanc legem, idemq; improbatus. & num. 38.*
39 *Reſtituta lectio huius legis.*

CELSVS LIB. VI. *Digeſtorum.*

SI ego decẽ ſtipulatus a Titio, deinceps ſtipuler à Seio [a] quanto minus à Titio cõſequi poſsim [b]: ſi decem petiero à

SI EGO DECEM.) † Cùm à Titio decẽ ſtipulatus eſſem, deinde Seius mihi promiſit, quicquid minus ab ipſo Titio conſequi poſſem: quæritur de huius obligationis natura. † Et reſpondit Celſus, 2
ad duo eſſe aduertendum [c]. Primum, quòd ex ſola petitione Titio facta non liberatur Seius: promiſsionis enim verba, mensque contrahentium hoc non patiuntur. Cùm enim Seius promiſerit, quanto minus potero exigere: ergo non ad petitionem, ſed ad exactionem attendendum eſt: vt ita demum liberetur, ſi Titius iudicatum fecerit, id eſt, ſolida decem ſoluerit [d]: alioquin eluſoria eſſet hæc promiſsio. Vt enim ſciamus, quantum ſit quod Titius facere non poteſt, & ſic vt conditio, ſub qua Seius obligatus eſt, eueniat, oportet diſcuſsionem prius fieri, & ſic petitionem intendi [a]. At facta ea petitione, ſi Seius liberaretur, inutilis ſemper eſſet talis promiſsio: quæ interpretatio accipienda non eſt.
3 † Secundum eſt, quod ſubiicit Celſus [b]: Finge, vt ſuprà dictum eſt, condemnatum fuiſſe Titium, vt ea decẽ ſolueret: illum verò iudicatum non feciſſe, ſed ſola quinque ſoluiſſe: quia ſupra eam ſummã nihil habebat: quapropter ego cum Seio experiri cœpi, & litem cũ eo cõteſtatus ſum, reliquaq; quinque petij: quia eo tempore ea ſoluendo Titius non erat [c]; an poſſim amplius regreſſum eius ſummæ nomine cõtra Titium habere? Et reſpondet Celſus, nõ poſſe [d]. Et ſi ea quinque à Seio exacta proponantur, tolerabilis hæc eſſet deciſio.
4 † Non enim æquum fuit, vt bis idem ego conſequerer: nec admitteretur mea allegatio, ſi dicerem, à Seio me induſtria mea exegiſſe. Et licet Seius eam pecuniam non tanquam fideiuſſor ſoluerit, ſed ſolùm ex conditionis euentu, quo caſu vtrinque deberi poteſt [e]: tamen videtur contemplatione ipſius Titij ſoluiſſe: quod conditionis adiectio ſatis oſtendit. Et ideo ſi Titius ſoluendo effectus ſit, putarim poſſe Seium ab ipſo actione negociorum geſtorum illa quinque repetere. Sequorque ipſe hunc intellectum, quem non pauci veteres probauerunt. Nullam enim diuinationem continet, niſi quòd lex inquit, Si cum Seio egero, intelligitur cum effectu: id eſt, & exegero. Qui modus loquendi in iure noſtro inſolens non eſt, præſertim cùm veriſimile ſit, hoc in caſu actorem obtinuiſſe, cùm bonam cauſam haberet [f].
5 † Sed quid, ſi egero quidem, verùm repererim Seium quoque ſoluendo non eſſe, an adhuc idem erit, vt reuerti aduerſus Titium nequeam? Et Azo cenſuit idem eſſe [g]: cõtrà Ioan. & Bart. & recentiores pleriq;. Non ſubeſt enim ratio, vt ego qui ex neceſsitate, quia à Titio conſequi ſolidum non poteram, aduerſus Seium egi, videar ipſum Titiũ liberaſſe [h], vel pa-
6 ctum non petẽdi illi feciſſe [i]. † Sed tamẽ, vt Fulg. inquit, verba contextus noſtri pro Azone ſunt. Et cùm noua perſona interuenerit, quę debitum Titij ſoluturam ſe promiſit, videtur hoc iure nouationem factam [k]. Cùm enim ſolutio à Seio facta, Titium liberaret: ergo hoc caſu & promiſsio, cuius conditio euenit, iamq; priore obligatione vtilior eſſe incipit, cùm eius periculum præſtet: veriſimileq; ſit inanem ob debitoris inopiam a-
7 ctionem facilius remiſſam atq; nouatam [l]. † Quã ſententiam & ego aliis rationibus ſequor. Id enim actum eſſe credibile eſt, cum Seius fideiuſſor non fuerit, ſed ſubſidiarius repromiſſor: vnde id ſatis actum arguitur, ne eodem tempore vterque conueniri poſſet [m]. Sed poſtquam ad ſubſidium deuentum eſſet, amplius nullus daretur regreſſus [n]. Cui conſequens eſt, quod traditum eſt: Si pendente cum Seio lite, effectus ſit Titius ſoluendo, nõn tamen Seium liberari [o]: quia per euẽtum conditionis, litiſque conteſtationem, quam præciſe lex noſtra perpendit, quæſitum eſt ius irreuocabile creditori [p], vt Bal. Paul. Caſt. itemque Decius cenſuerunt: quorum ſententia aduerſus Alexan. crebrius hoc in caſu eſt recepta. Et ſi nouationem litis conteſtatione fieri cenſeamus, omni ſcrupulo careret: mihique id ſit veriſimile, tum propter legis noſtræ verba, quæ Alexan. violat: tum quia ſicut ſi ex poſt facto Seius pro Titio nolente creditore iudicium ſuſcepiſſet, ſoluturumque ſe promiſiſſet, fieret nouatio [q], & id quidem poſt Iuſtiniani legem [r]. Eadem ratione idem dicere debemus, cùm à principio id actum eſt, vt in legis noſtræ exemplo. Nec me mouet, quòd exceptio dilatoria, quę poſt litem conteſtatam emergat, opponi adhuc poſsit [s]: quia id verum, niſi nouatio iam per conteſtationem inducta, tolleretur. Sicque ego generaliter legem no-
8 ſtram intelligi poſſe exiſtimauerim. † Certè intellectum Ioannis, quem plerique poſt Bartolum ſequuntur, nullo modo probare poſſum: ſecundum quem vox hæc Tanto minus, hîc expreſſe ad dictionem Quantumcunque minus relata, nullam tamen negationis vim habet, ſed materialiter ponitur: cuius rei nullum extat (quod ego ſciam) apud latinè loquentes exemplum.
9 † Et licet Accurſius pro Azonis intellectu negatiuam ſubaudire ipſe videatur, tamen non indigebat
10 hac defenſione Azo: † quia illa dictio Minus, ſatis negationis ex ſui proprietate continet [t]. Nec me mouet communis ratio, tanquam ego neceſsitate quadam à Seio petam, & ideo non ſit credendum, me Titium liberaſſe. Reſpondeo enim, imputandum eſſe mihi, qui Seium non in ſimplicem fideiuſſorem, ſed in ſubſidiarium & conditionalem acceperim. Nouatio enim hæc non ex ſola conteſtatione, ſed habito quoque ad conuentionem reſpectu inducitur. Adde quòd cùm ſuprà cenſuerim, quicquid mihi Seius ſoluerit, Titium ei reſtituere negociorum geſtorum vel mandati actione compelli [u]: conſequens eſt, non poſſe dici, Seium ſoluendo non eſſe, quatenus in bonis eam actionem habeat, quæ locuplete effecto Titio inanis non eſt [x].

a ¶ Stipuler à Seio.) † Sed an hîc Seius, qui 11
hac verborum forma promiſit, propriè fideiuſſor dicetur? Et Aretinus Iaſonque aiunt, non eſſe, ſed potius conditionalem promiſſorem dici [y]: vnde & promiſſor indemnitatis appellari poſſet [z], vel vt Picus innuit, rei promiſſor ſubſi-
12 diarius: † fideiuſſor enim obligationi principali accedit [a], eandemque rem reſpectu ſummæ ſuæ promittit [b]. At hic Seius eiuſdem rei debitor nõ
13 eſt [c]. † Contrà Decius eſſe propriè fideiuſſorem mauult, quia lex ſi eum appellat [d]: imò maximè hac cauſa accipiuntur fideiuſſores, vt ab eis exigatur, quanto minus à principali, qui facultatibus lapſus ſit, exigi poterit [e]. Alioquin hodie ne-
14 mo eſſet fideiuſſor, qui beneficio excuſsionis non renunciaſſet: † cùm lege Iuſtiniani, id beneficium fideiuſſoribus generaliter indultum ſit [f], vt non teneantur niſi quanto minus exigere à
15 principali creditor poteſt. † Ego cum fideiuſſor etiam in caſum incerti accipi poſsit, ſententiam hanc Decij probo [g]: niſi cùm conſtaret, Seium hunc contemplatione Titij non promiſiſſe: tunc enim alia opinio verior eſſet, quoniam magis ſponſori id accederet, quàm fideiuſſori [h].

b ¶ Poſsim.) † Cùm verbum iſtud tractum 16
habeat, videretur ad futurum quandocunque tempus referri [i]. Sed tamen aliter receptum eſt: debet enim in præſentia agere: alioquin ſi ceſſauerit, Titiusque factus ſit non ſoluendo, ipſi Seio non imputabitur [k]: quod hodie generaliter in quolibet fideiuſſore concedendum videretur; cùm beneficium excuſsionis habe-

c l. bona fides. de reg. iur.
d Gl. l. ſi decem. de ſolut.
a Arg. l. 3. §. pen. de tab. exhib. l. ſi quis rem. de arbitr.
b l. ſi quis locuples. in fin. de manu. teſt.
c l. ſoluendo. de neg. geſt.
d Iac. Dy. Mart. Syllima. Cyn. Alber. Paulus Caſt.
e Gl. l. ii. §. ſi tamen. de verb. oblig.
f l. Herennius. §. Caia. de euict.
g Arg. l. liberum. C. de fideiuſſ. l. inter. §. pen. ff. eod. tit.
h l. reos. C. de fideiuſſ.
i Arg. l. rem legatam. de alim. lega.
K §. præterea. quibus mod. tolli. oblig. inſtit.
l l. cum qui ita. §. pen. de verb. oblig.
m l. i. C. de cõuen. fiſci deb. li. x.
n Arg. l. promittendo. §. pen. de iur. dot.
o l. pen. in fi. qui ſatiſd.
p Arg. l. in perſonam. in fin. de pact.

L. 42. & vltima. Si ego decem ſtipulatus.

q l. delegare. de nouat. Bal. & Paul. Caſt. l. ii. C. de pact.
r l. ſolutionem. vbi Bar. de ſolutio.
s l. ii. C. de conſor. eiuſ. lit. c. inſinuante. de offi. deleg.
t l. minus. de verbo. ſig. l. illud. §. i. de tribut.
u d. l. ſoluendo. et l. ſi mandato. §. ſi in iudicio. mand.
x l. bonorum. in fi. de verb. ſig.
y l. decem. de ver. oblig.
z d. l. i. C. de conueni. fiſc. deb. lib. x.
a Gl. auth. de fideiuſſ. in prin.
b l. 5. §. ſatis. de verb. oblig.
c d. l. decem.
d l. fideiuſſor obligari. §. ſi. l. ſi fideiuſſor. in id. de fideiuſſ.
e §. fi. de replic.
f Auth præſente. C. de fideiuſſor.
g l. penul. de fid. tut.
h Gl. d. auth. de fideiuſſ.
i l. ſi ita quis. de leg. ii.
K d. l. fideiuſſores.

at[a]: quo caſu inſtar huius ſubſidiarij adpromiſſoris redactus videtur: quod Alexan. hîc cenſuit, & ferè receptius eſt, quibuſdam tamen reclamantibus[b], tanquam verba promiſsionis à ſubſidiario hoc concepta, ſatis hanc interpretationem recipiant: beneficiũ verò legis[c], adeò dánoſum creditori eſſe non debeat. †Nam

17 hęc dictio, Poſsit, hac in ſubſidiaria promiſsione intelligitur ceſſante omni negligentia & culpa, vt Paul. Caſtren.

**Titio, non liberabitur Seius[a]: alioquin nequicquã[b] mihi cauetur. At ſi iudicatũ fecerit Titius[c], nihil vltrà Seius tenebit[d].**

A **Sed & ſi cum Seio egero[e], quantumcũq; eſt, quò minus à Titio exigere potuero eo tẽpore, quo iudiciũ inter me & Seiũ**

interpretatur[d]. Cuius interpretationis ea eſt ratio, quia conditio hæc ſub qua promiſſum eſt, in poteſtate creditoris videtur: & ideo cùm primũ

18 poteſt, adimpleri debet[e]. †Sed & verbum Poteſt, ad creditorem relatum, non de ſimplici potentia, ſed quæ actui proxima ſit, intelligi debet[f]: quæ rationes in beneficio legis ceſſant. Non enim propter tale beneficium cõditionaliter tantùm obligatus fideiuſſor cenſetur, imò à principio obligatio actioque erga ipſum oritur, cuius

19 effectus non adeò faciliter debet impediri. †Sed quid ſi verba conditionis aliter concepta eſſent? vt quia Seius promiſiſſet, ſi Titius non ſoluerit. Et hæc ſtipulatio à ſuperiore diſtat: quia ſuperior intelligitur, ſi Titius non ſoluerit, quia non poſsit: hæc propter verba generalia, intelligitur etiam, quia nolit[g]. Et ideo cùm primùm interpellatus reus non ſoluit, fideiuſſor tenebitur[h].

a ¶ Nõ liberabitur Seius.) Et meritò, quia huiuſmodi petitio implet conditionem ſequentis actionis: cùm Seius ex verbis contractus non teneatur, niſi quatenus Titius conuentus facere nõ

20 poteſt[i]. †Sed finge Titium renunciaſſe omni beneficio fideiuſſoribus competenti, an adhuc neceſſaria erit excuſsio? Et Ang. Alex. Iaſ. exiſtimauerunt neceſſariam eſſe, quod & in promiſſore indemnitatis receptum eſt[k]: verba enim quibus ſe obligauit Seius, hanc conditionem habent, vt

21 prius Titius conueniatur. † Hæc ergo excuſsio non ex beneficio legis Seio competit, ſed ex ſuo contractu: vnde non eſt credendũ ei voluiſſe renunciare[l], & quod actum eſt incontinenti corrigere[m]. Et ideo idem putarem etiam ſi renunciatum proponeretur omni legum auxilio, vt Iaſ. & Deci. rectè hoc caſu ſentiunt: hæc enim non legis, ſed ipſius Seij prouiſio fuit. Vnde in obligationibus legalibus aliud eſſet[n]. Hincq; etiam cõſequens eſt, vt nihil interſit, an cum iuramento

22 Seius promiſerit: †non enim ante conditionis euentum vlla eſt iuriſiurandi vis[o]. Conditio autẽ prædicta non euenit, niſi conuento prius principali[p]. In primis tamen perpendenda ſunt conditionis verba: quæ talia eſſe poſſent, vt excuſsioni locũ non relinquerent. Exempli gratia: Cùm promiſsio facta eſt, ſi principalis non ſoluerit[q], vel ſi principalis deficeret[r]: tunc enim ſola interpellatio principali facta ſufficeret, vt conditio fideiuſſoriæ obligationis eueniret[s]. Quòd ſi iuramentum acceſsiſſet, nec interpellatio quidẽ neceſſaria videtur: quia à iuramento ſtipulari fideiuſſor debet, vt ipſe perquirat, non conditio euenerit[t].

b ¶ Nequicquam.) Id eſt, fruſtra. Si enim conuento Titio ad Seium regredi non poſſem, eluſoria eſſet huiuſmodi promiſsio: cùm Seius non teneatur, niſi excuſſo prius Titio: idque vel verè, vel iuris interpretatione: vt quia euidentiſsimè

23 Titius ſoluendo non eſſet. †Hincque adnotant plerique, verba contractuum ſic accipienda eſſe, ne illuſoria ſint: debet enim talis interpretatio in dubiis caſibus aſſumi. Quòd ſi verba clara ſint, ſecus eſt[u]: maximè ſi & mens obligantis ſe, talis ex probabilibus cõiecturis præſumatur[x]. Sed hac de re dicendum eſt, vt in libro de verb. ſignif. l. latius docui.

24 c ¶ Fecerit Titius.) †Quid ſi is mortuus ſit, an excutiendi erunt hæredes? Et conſtat prius eos compellendos, antequã ad Seium deueniatur[y]:

B quia promiſsio Seij in rem eſt, quatenus exigi non poſsit. Secus ſi in perſonam concepta proponeretur: veluti ſi Titius non ſoluerit[z]: morte enim Titij talis cõditio eueniſſe diceretur: quod

25 Bartolus & Paulus Caſtren. tradiderunt[a]. † Sed quid in fiſco? vt quia Titij bona publicata ſint.

26 Et prius exigendum eſſe fiſcum videtur, †cum in ea bona cum oneribus tranſeant[b]. Et ita Fulgoſius, Paulus Caſtren. Pontanus, Alexander tradiderunt: quæ ſententia in hoc fideiuſſore ſubſidi-

C ario certiſsima eſt. Quid in fideiuſſore ſimplici? Et idem reſponſum eſt[c], vt antequam ipſe compellatur, onus in fiſcum referre poſsit[d]. †Eſt e-

27 nim fiſcus inſtar hæredis: vnde perſonalis obligatio in eum tranſit[e]. At lex conueniri prius eos iubet, qui perſonali actione tenebantur[f]: quam ſententiam conſtat eſſe receptiorem[g]. Sed quid in eo qui promiſit, ſi Titius non ſoluerit? Et putarim, Titio confiſcato non cogi creditorem, vt fiſcum conueniat: ſed promiſſorem ſtatim tene-

D ri, propter ſtipulationis verba[h].

28 d ¶ Seius tenebitur.) †Dictio, vltrà, arguit Seium fuiſſe obligatum, & tamen alibi id Iureconſultus negat: quia nunquam conditio obligationis euenit[i]. Sed reſpondendum eſt, Seium ad pecuniam quidem ante euentum conditionis non fuiſſe obligatum: ſed quia ſuſceperat in ſe periculum, ſatis intelligi, huius periculi reſpectu obligatum[k]. Et ideo infertur, ſi ſic fideiuſſero, vt periculo meo decem Titio credas, non videri me

E abſolutè fideiuſsiſſe[l], ſed ſub hac forma, de qua hîc agitur: quod Picus cenſuit[m]: vnde ſolam indemnitatem præſtabo.

e ¶ Cum Seio egero.) Caſu, quo agi poſsit. Verba enim legis ad habitudinem referenda ſunt[n]: vt quia Titius conuentus totum ſoluere non potuit. Idem cenſuit Accurſius, Bart. & cæteri in omnibus caſibus quibus excuſsionis beneficium ceſſat: quorum pleroſq; hîc recenſent

F Doctores. Sed ille legi noſtræ conuenit, cùm euidẽs notũq; paſsim erat, Titiũ ipſum ſoluendo

29 nõ eſſe. †Cùm enĩ excuſsio fiat, vt declaretur quatenus quis ſoluẽdo ſit, ſufficit ſi id iã notum paláq;

30 ſit[o]. †Poteſt aũt variis modis notũ id eſſe. Quandoq; ex cõfeſsione ipſius fideiuſſoris[p]. Quãdoq; ex aliqua cõdẽnatione, vt qa appareat debitorẽ ipſum cõfiſcatũ eſſe[q], vel bonis ceſsiſſe[r]. Quandoq; ex alia qualitate debitoris, vt qa ſit aliquis tyrannus, vel qui aliàs cõueniri non poſsit[s], vel abſens à territorio[t], adeò vt cõmodè nõ poſsit in ius trahi[u]. Sed an ferenda ſaltẽ prius erit ſententia,

a d. authen. præſente.
b Imol. l. ſi fideiuſſor credito ri. de fideiuſſ.
c Auth. præſente. C. de fideiuſſ.
d Arg. l. periculi. §. eod.
e l. hęc conditio ii. de cond. & demon.
f l. iii. §. ſi quis ſic acceperit. de ſtatuliberis. Bart. l. i. de iniuſt. rup.
g l. ſi duo. §. fin. de conſti. pec. vbi Bart.
h d. l. fideiuſſor obligari. in fi.
i d. l. decem.
k d. l. i. de conue. fiſci deb. lib. x.
l Gl. l. aſsiduus. C. qui potio. in pigno.
m d. l. nõ ad ea. de cond. & dem.
n Bal. l. ii. Alexa. conſil. 12. col. pen. in 4.
o c. quemad. de iureiur.
p Alex. Iaſ. Decius hic.
q d. l. fideiuſſor. in fin.
r c. ex reſcripto. de iureiur.
s d. §. fin.
t Bal. d. c. ex reſcripto. fa. quod not. Felin. c. ſi autem. col. 3. de reſcript.

u l. nõ ſolùm. de actio. & oblig.
x l. an inutilis. de acceptil.
y d. l. ſi fideiuſſores.
z d. l. fideiuſſor obligari. in fin.
a d. l. ſi fideiuſſores.
b l. ii. C. ad l. Iul. de vi. pub.
c l. ſententia. vbi gl. de fideiuſ.
d l. non rectè. in prin. iũcta authen. ſeq. C. de fideiuſſ. Rom. conſil. 93.
e l. inter eos. in fi. de fideiuſ.
f §. ſed neq;. authen. de fideiuſ.
g Alex. hic.
h d. l. fideiuſſor obligari. in fi.
i d. l. decem. de verb. oblig.
k l. i. C. de ſug geſt. conue.
l l. i. C. ſi mater indemni.
m l. ſi is qui. de acquir. rer. dom.
n l. qui teſtamento. de teſta.
o Gl. l. emptorẽ. de actio. empt.
p l. proinde. ii. §. notandum. ad l. Aquil. c. fi. de cohabit. cler.
q d. c. fin.
r l. tres. tutores. ad fi. de admin. tut.
s l. fi. qui ſatiſd. cog.
t d. auth. præſent.
u Alex. conſil. 84. in 3. & 106. in 5.



tentia, qua declaretur id notorium eſſe? Et receptius videtur, ferendam eſſe[a]: niſi res prorſus clara indubitataque ſit, vt Decius hîc tradit[b]. Quod etiam videtur ſenſiſſe Bart. qui aliam iudicis declarationem non requirit[c]. Sed & in lege noſtra procederet iudicium, ſi obijcienti de excuſsione Seio, replicarẽ; me aduerſus Titiũ non egiſſe, quia ſoluendo non ſit: & id probarem: quod aduerſus Baldi ſentẽtiam crebrius receptum

31 eſt[d]. † Sanè extra legis noſtræ ſpeciem ſunt alij caſus, quibus excuſsionis beneficium fideiuſſoribus non competit. Et in primis quando beneficio renunciatum eſſet[e]. Nec refert, an in ſpecie, an verò generaliter omni beneficio fideiuſſorio renunciatum ſit[f]: quod hîc omnes ſentiunt. Idem quando expreſſe quis promiſit animo nouandi[g]: nam & tunc ceſſat excuſsio[h]. Sicut, cùm non ſolùm debitorem ſe quis conſtituit, ſed addidit, principalem[i]. Idem cùm quis ſe facturum, & curaturũ iurauit, quòd principalis ſolueret: Tunc enim ex propria obligatione conueniretur, non ex acceſſoria[k]. Et ideo excuſsionis beneficio locus non eſſet: quod Alex. hîc ſenſit[l], & ego aduerſus Dec. probo. Idem cùm quis à principio pro fiſco fideiubet. Cum enim fiſcus ſemper ſoluendo ſit[m], non videtur actum, vt prius fiat excuſsio: alioquin eluſoria eſſet huiuſmodi fideiuſsio, vt Bal. & Alexand. cenſuerunt. Si verò fiſcus ſuccedit principali debitori, non eſt dubium, fideiuſſori competere hanc exceptionem: quod ſuprà atti-

32 gi. †Sunt & qui in argentarijs hanc exceptionem locum non habere exiſtiment[n], idque fauore publico, vt pleriq; ſentiunt[o]. At alij rationem quoque illam adijciunt, quòd cum eis ſola æquitas

33 attendenda videatur[p]. † In cauſis autem quibus ex æquitate proceditur, huic exceptioni locus non eſt, quæ ab apicibus iuris pendet[q]. Sed ego non facilè crediderim, excuſsionem hanc ab æ-

34 quitate ſemotam eſſe: † vnde etiam coram arbitratore attenditur[r]. Sed & in cauſa dotis ei locus eſt, in qua tamen plurimum æquitas pollet[s]. Quoties igitur exceptio ſolum ordinem reſpicit, tunc ad apices iuris pertinet[t]. Secus ſi non ordinem tantùm, ſed etiam partis beneficium:

35 quod de hac etiam Decius ſenſit. † Planè & illud conſtat, ita demum huic exceptioni locum eſſe, ſi opponatur: alioquin aduerſus fideiuſſorem procedere iudicium[u]. Vnde in cauſa appellationis opponi non poſſet: quod Alexander reſpondit[x]. Aduerſus verò ſubſidiarium promiſſorem, tanquam ante conditionis euentum ageretur, nullum eſſet iudicium, niſi quatenus lite pendẽte conditio eueniret, ſeu eueniſſe probaretur[y]: quod & Alexander ſenſiſſe videtur. At fideiuſſor ſimplex, ſi de excuſsione non excipiat, conteſtando litem dilatoriæ exceptioni renunciaſſe

36 videtur[z]. † Sed finge renunciaſſe fideiuſſorem excuſsioni, quo caſu confeſtim ipſe conueniri poteſt, quomodo ſi dicat, principalem ad inopiam vergere, nec probare tamen id poſsit, ſibi cõſulet? Et conſtat debere eum creditori ſoluere, & ceſsionem aduerſus principalem accipere[a]. Nõ

**acceptum eſt: tanto minus[a] poſtea à Titio petere poſſum.**

**¶ Labeo ait[b], †cũ decẽ dari curari ſtipulatus ſis, ideo non poſſe† te decẽ dari oportere intendere, quia**

**etiam reum † locupletem dando promiſ-**

A **ſor liberari poſsit. quo ſcilicet † ſignificat, nõ eſſe cogendũ eum accipere iudicium, ſi reum locupletem offerat.**

enim creditor ipſe cogitur hoc caſu à principali incipere[b]: licet aliàs ſecus eſſet: & ideo periculò ſuo, vt communiter traditur, ceſſaret[c]. Et hæc quidem de excuſsionis beneficio, quod fideiuſſorib. datur, ſufficiant. Conceditur enim & quandoq; poſſeſſori aduerſus hypothecarum creditorem[d]: quæ materia à legẽ noſtra paulò alienior eſt.

a ¶ Tãto minus.)

37 † Sunt qui hunc textum aliter intelligant: nempe, cùm Titius ſola quinque haberet, me à Seio integra decem petiiſſe: vnde cùm voluntariè etiam quinque Titij

B petierim, videor illi pactum de non petendo feciſſe: & ideo vt ſi à Seio exigere non poſsim, non tamen amplius regredi aduerſus Titium pote-

38 ro. † Sed hunc intellectum, qui Pici fuit, ego ſequi non poſſum[e], cùm verba legis indicent id à Seio petitum, quod minus exigi à Titio poterat. At Picus de eo intelligit, quod non minus, ſed quod magis exigi poterat. Adde quòd cùm Titius quinque ſoluendo eſſet, eius ſummæ reſpectũ conueniri Seius non potuit, cùm conditio obli-

C gationis non eueniſſet[f]: vnde nec actio, nec obligatio orta erat[g]: quare debuit iudex agentem ſine actione, etiam parte non opponente, reijcere[h]: quod & Alex. hîc ſentit. Et ſi dicas, debuit quidem, ſed non fecit, quo caſu iudicium valet[i]: di-

39 uinatorium eſt. † Ego in antiquo exemplari ſimpliciter ſcriptum reperi, Tanto minus poſtea petere poſſum: illis verbis, à Titio, ſublatis. Quo caſu alia prorſus facienda in hoc reſponſo interpretatio eſſet, qua de alibi tractaui[k]. Cæterorum e-

D nim Codicum conſenſus, vulgatæq; lectionis autoritas nõ ſinit me quicquam temerè decernere.

### L. 42. & vltima. Si ego decem ſtipulatus.

1 *Promittens decem dari curari, expromiſſorem eius ſummæ dando liberatur.*
2 *Caſtigata huius §. lectio.*
3 *Promittens facere, vt mihi dentur decem, dando expromiſſorem non liberatur.*
4 *Verbi Faciendi ſignificatio ſtrictior eſt, quàm Curandi.*
E 5 *Promittens ſe facturum & curaturum, ipſe facere tenetur.*
6 *Quid in ſtipulationibus prætorijs.*
7 *Procurator promittens rem ratam à domino haberi, ſe facturum & curaturum promſiſſe intelligitur.*
8 *Conſtituẽs aliquem pro ſe fideiuſſurum, tenetur, ſi eo detrectante alium æquè idoneum non dederit.*
9 *Facti alieni obligatio an iure canonico ſuſtineatur.*
10 *Stipulatio iſta, Promittis decem dari? promitto dari, an valeat, & quam interpretationem recipiat.*
F 11 *Liberatur debitor in tali ſtipulatione, ſi reum locupletẽ offerat.*
12 *In contrarium diſputat Alciatus.*
13 *Quid iuris ſit, ſi verba promiſsionis impersonaliter concepta ſint: vt, dabis mihi? dabuntur. & num. 17.*
14 *In conſtituto non procedit interrogatio, ſecundũ quam reſponſio intelligi debeat.*
15 *Id conſtitui ſolet, quod iam debitum eſt.* (ſatisfiet.
16 *Conſtitutum non valet, ſi dicam, Promitto, quòd tibi*

b ¶ Labeo ait.) † Qui decem dari curari ſti-





a arg. c. cum ſecũdum. de hæret. in 6. & c. cum ſit Romana. in fin. de appel.
b Doct. c. cum nõ ab homine. de iudi.
c Gl. l. emptorem. in princ. de act. empt.
† decem curari, aliàs.
† te præciſe decem, aliàs.
d Alex. l. exitus. de acq. poſſ.
e Gl. §. i. auth. de fideiuſſ. & text. auth. de argen. contr. in princ.
f Curt. conſil. 6. Deci. 27.
g l. antiquæ. §. i. ad Velleia.
h Alex. d. conſil. 32. in 4.
i Gl. d. §. i.
k Glo. d. c. ex reſcripto. in fin.
l Corn. conſil. 109. in prin.
m l. ii. de fundo dota.
n §. fin. auth. de fideiuſſ.
o d. auth. de argen. contract.
p arg. l. fideiuſſor. §. quædam. mand. vbi Bart.
q Gl. l. ſi mancipium. §. i. de euictio.
r Bald. l. fin. §. i. col. 1. C. communic. de lega.
s Bar l. ſi conſtante. 2. q. 3 part. ſol. matr.
t d. l. ſi mancipiũ.
u l. cùm eorum. C. de ſenten. vbi Bal. l. i. C. de appell.
x Alex. conſ. 83. in 6.
y l. ſi rem. §. fin. de pig. act.
z Alex. d. l. exitus. Iaſ. d. l. decem.
a l. fideiuſſoribus de fideiuſſor.

b d. l. ſi fideiuſſor creditori. de fideiuſſ.
c d. l. ſi fideiuſſores. Bald. hic.
d Authen. hoc ſi debitor. C. de pignor.
† locupletiorem, aliàs.
† ſignificet, aliàs.
e arg. l. fin. C. de duob. reis. & l. ſi decem. de ſolut.
f d. l. decem.
g l. cedere diem. de verb. ſig.
h c. ii. de purg. vulg. gl. l. vbi pactum. C. de tranſact.
i l. poſthumus. §. ſi quis ex his. de inoffi. teſta. l. cũ putarem. verſ. quod ſi venter. fam. erciſ.
k l. ſi ita à te ſtipulatus. ff. de verb. ſig.

pulatus eſt, non poteſt decem præciſe petere: li-
beraturque debitor, expromiſſorem eius ſum-
mæ idoneum dando: curat enim dari, qui expro-
2 miſſorem dat. Et hæc Celſi mens fuit: † apud
quem in omnibus codicibus quos ante Accurſ.
ſcriptos mihi videre contigit, non ſimpliciter da
ri, ſed dari curari ſcriptum eſt. Solentque hoc mo
do Iureconſul. loqui [a]. Nec ratio latinitatis repu-
gnat, cum nihil impediat, vnum infinitiuum ab
3 alio regi, vt Priſcianus lib. XVIII. oſtẽdit. † Sed
quid ſi quis promiſit facere, quod mihi darentur
decem? Et tunc non ſufficeret expromiſſoris ob-
latio, ſed danda ipſa decem eſſent [b]. Idque ferè
4 omnes ſentiunt: † tanquam ſit ſtrictior verbi, fa-
5 ciendi, quàm curandi ſignificatio [c]. † Sed quid ſi
vtroque verbo ſtipulatio concepta ſit: vt quia a-
liquis promiſerit ſe facturum & curaturum? Et
non eſt veriſimile, verbum curandi eſſe additum
vt vis faciendi minuatur: ſed potius vt oſtende-
retur, id omnino agendum eſſe [d]. Et ideo talis
obligatio facti proprij eſt, non alieni [e]. Vnde con
ſequens eſt, vt ſi effectus non ſequatur, promiſſor
in id quod intereſt condemnetur: vel ad pœnam,
ſi pœna ſtipulationi adiecta ſit. Idque mihi in
præſentia verius videtur: tametſi aliqui diſſenti-
ant [f], exiſtimantes promiſsionem hanc facti alie
ni eſſe: quod proculdubio falſum eſt. Et ideo
propter difficultatem non excuſari debitorem
crediderim, niſi iuſta aliqua, & non præuiſa ex
cauſa excuſatio fulciretur: quod alibi tractaui [g].
6 † Sed quid in ſtipulationibus prætorijs, in qui-
bus lex facti alieni promiſsionem ſuſtinet [h]? Et
perinde eſt ac ſi promiſiſſet debitor, ſe facturum,
& cum effectu curaturum. Lex enim interpreta-
tur eam ſtipulationem, vt cum effectu curet [i]: vt
factum proprium cenſeatur promiſiſſe, & ideo
teneatur, nec ob adhibitam diligentiam à pœna
7 excuſetur [k]. † Vnde procurator, qui rem ratam à
domino haberi promiſerit, ſe facturum & cura-
turum promiſiſſe intelligitur: & domino contrà
faciente, in id quod ſtipulatoris intereſt con-
8 demnabitur [l]. † Et qui conſtituit aliquem pro ſe
fideiuſſurum, tenetur, niſi eo detrectante alium
æquè idoneum dederit [m]: quem ſi non reperiat,
9 nihilominus non excuſabitur [n]. † Sunt & qui ſen
tiant, idem eſſe iuris pontificij humanitate con-
ceſſum, vt facti alieni obligatio ſuſtineatur [o], pe-
rindeque debitor teneatur, ac ſi quod in ſe erit
curaturum ſe ſpopõdiſſet: vnde ſi id fecerit quod
potuerit, liberari [p]: quæ ſententia magis neote-
ricorum reſponſis, quàm iuris ipſius autoritate
defenditur. Ego non ad curam ſimpliciter, ſed ad
effectum teneri magis arbitror: quæ Aretin. Iaſo-
niſque fuit opinio [q]: qua de re alibi latius [r]. † Sed
quid ſi quis ita concipiat verba: Promittis de-
cem dari? & reſpondeatur, promitto dari, ſeu,
quòd tibi dabuntur: an valeat ſtipulatio? quam-
que interpretationem recipiet? Et Barto. valere
huius reſponſi argumento cenſuit. In quo aliqui
11 codices verbum Curari, ſcriptum non habent. †
Et cùm verbum Dari, executiuum præcedentis
obligatori verbi Promitto ſit: idque executiuum
verbum imperſonaliter prolatum ſit: traditum
eſt, liberari debitorem, ſi reum locupletem offe-
rat. Probantque hanc ſententiam ferè omnes in-
12 terpretes. † Sed ego non auſim affirmare. Cùm
enim promiſſum ſit, quòd dabuntur, non vide-
tur ſufficere obligatio rei locupletis: niſi re ipſa
datum ſolutumque ſit [ſ]: quia nulla eſt ratio, cur
magis curaturum ſe videatur promiſiſſe, quàm fa

a l. illa ſtipulatio. §. i. de ver. ob.
b l. ſi hæres iuſſus. de leg. i.
c Alber. l. ſed ſi ſuſceperit. § liber tis. de iudi.
d Bar. Bald. Ang. Alberi. Paulus Caſt. Raph d. l. ſi hæres.
e §. ſi quis alium. Inſtit. de inutil. ſtip. vbi Ioan. Fab. Corn. conſil. 22. in 1.
f Abb. & Felin. d. c. ex reſcripto. Deci. conſi. 313.
g l. quod te. ſ. e.
h l. quoties. quis. de verb. oblig.
i Arg. l. i. in fin. quod quiſ. iur.
k l. ſancimus. C. de fideiuſſ.
l l. ſi procurator rem. rat. habe. Mod. §. Cato. 7. op. l. iiii. de verb. oblig.
m l. qui aũt. §. i. de conſtit. pec.
n l. ſi fideiuſſor. §. i. 2. reſponſ. qui ſatiſd. cog.
o Gl. d. c. ex reſcri pto. vbi Docto res.
p Feud. Sen. conſ. 122. Mart. Cañ. c. gemma. de ſponſ.
q Iaſ. l. ſtipulatio iſta in princ. de verb. oblig.
r d. §. Cato. 9. op poſ.
ſ l. promiſſor. §. fi. de conſt. pec.

cturum [t]. Adde, quòd ſicut qui imperſonaliter ſti
pulatur, ſibi ſtipulari intelligitur [u]: ita promiſſor
ſuum factum promiſiſſe intelligi debet, ne perſo
nam aliquam extrinſecus accipiamus [x], ſed po-
tius executiuum verbum Dari, iuxta præcedens
declaretur [y]. Nec me mouet, quòd promiſſor nõ
videatur ſe obligare, niſi conſtet: quia ſatis con-
ſtare dicitur, vt cùm verbum Promitto, præce-
dens de ſe intelligatur, ita etiam dari à ſe actum
A cenſeatur. Nec enim alienæ perſonæ factum in
ſtipulationem deductum fuiſſe temerè conijcie-
mus [z]. Idque ſiue imperſonaliter dari quid pro-
miſſum ſit, ſiue fieri [a]: nec enim probabilis eſt vl-
la differentiæ inter dationes & facta ratio, cur v-
trobique de ſola cura actum videri non poſsit:
quidquid Imola, Alexanderque cenſuerint, ſcru-
puloſa certè nimis videtur hæc ſubtilitas. † Sed 13
quid ſi etiam verba promiſsionis imperſonali-
ter concepta ſint: vt, Dabis mihi decem? dabun-
B tur. Et Caſtellio, Comenſiſque valere ſtipulatio-
nem cenſuerunt: quia reſponſio ſecũdum inter-
rogationem intelligi debet [b], videturque reſpon
dens de ſe promiſiſſe. Nam ſi dictum ſit, Habebo
talem veſtem? habebis: valere ſtipulationem A-
zo cenſuit [c]. Contrà Bart. & cæteri ferè omnes:
quoniam conſtat eum qui conſtituit, & imperſo
naliter Satisfiet dixit, non obligari [d]. Sed hoc pa
rum me mouerit, † cùm in conſtituto non proce 14
dat interrogatio, ſecundum quam reſponſio in-
C telligi debeat: † cùm item id conſtitui ſoleat, 15
quod iam debitum eſt [e]. Vnde qui ſimpliciter di-
xit, Satisfiet, poteſt intelligi ſecundum priorem
obligationem, non ex hac noua: quæ interpreta-
tio in ſtipulatione accipi non poteſt. † Qua ra- 16
tione ſi quis dixiſſet, Promitto quòd tibi ſatisfi-
et: adhuc non tenebit conſtitutum, vt verba no-
uellæ conſtitutionis ſatis indicant [f]. Licet Bart.
& cæteri aliter ſentire viſi ſint: vt meritò in hoc
differre ſtipulationem à conſtitutoria obligatio-
D ne dicendum ſit [g]. Nam quod Iaſ. ait, diuerſita-
tem perſonarum hoc caſu inter interrogationem
& reſponſionem eſſe, friuolum eſt. † Cur enim 17
verba reſponſionis, Dabuntur, non intelligun-
tur à me, cùm de me ſtipulator interrogaſſet? ſi-
cut verbum Dabo, intelligitur ſub conditione,
quando conditionem interrogationi ſtipulator
addidit [h]. His accedit, quòd excepto conſtituti
ſuprafcripto caſu, nullus alius actus in iure vitia-
tur, quia imperſonaliter ſit conceptus: non vlti-
E ma voluntas [i], non iudicia aut intendentium li-
belli [k], non accuſationes [l]. Vnde credendum, nec
ſtipulationes quidem vitiari. Ego hãc Caſtellio-
nis ſententiam Plauti poetę autoritate fulcire ſo
litus ſum, cuius hæc ſunt in Pſeudolo elegantiſ-
ſima carmina:

*Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier*
*Vt concepiſti verba: viginti minas*
*Dabis? dabuntur. hoc quidem actum eſt haud malè.*

F

FINIS.

t d. l. ſi hæres iuſſus.
u l. ſtipul. iſta. §. ſicut. §. ſi quis ita. de ver. obl.
x l. ſi ita ſtipulator. §. Chryſogonus. de verb. oblig.
y Bar. d. l. ſtip latio iſta §. ſi ſti puler. verſ. tertius caſus.
z d. §. Chryſogonus.
a d. l. ſtipul. iſta. in princ. vbi gl. verb. videtur.
b §. præterea. Inſtit. de inut. ſtipul.
c l. in ſumma. C. de inut. ſtipul.
d Auth. ſi quando. C. de conſtitut. pec.
e l. i. §. debitum. de conſt. pec.
f §. fin. auth. vt cũ de appell.
g Iaſo. d. §. ſi quis ita.
h d. §. præterea.
i l. ſi ſeruus legatus §. qui margaritam. de leg. i. l. acceptis. in fin. ad l. falcid.
k l. i. §. i. de oper. no. nuncia. vbi Bart. in fin.
l Ang. in maleficijs, verſ. ſuper quibus omnib.

# Depoſiti, vel contrà † Rubrica.

† *lib. 16. tit. 3. ſeu vltim.*

ARGVMENTA L. XXXI.

1 *Res apud nos depoſita, non ſemper reſtituenda deponẽti.*
2 *Hæc lex ex morali philoſophia conſiſtit.*
3 *Hanc legem in omnibus bonæ fidei contractibus locum habere.*

4 Cur



4 *Cur non omnia iudicia dicantur bonæ fidei eſſe.*
5. 23 *Deponens, ſi ſit reus capitalis iudicij, depoſitum non recuperat, ſed reſtituitur fiſco.*
6 *Et quænam ſit huius deciſionis ratio.*
7 *Aequitas quæ in bonæ fidei contractibus conſideratur, non tantum ſecũdum ius gentiũ, ſed etiam ex ciuilibus præceptis æſtimanda.*
8 *Quibus modis prædicta doctrina moderanda ſit. & num. 11. 12. 13. 20*
Ibid. *Inter perſonas legibus ſolutas, ſola iuris gentium æquitas attẽditur.*
9 *Exemplo res declarata. & num. 10.*
12 *Vxor an ſequi maritum exulem debeat.*
14 *Patrans delictum, ſi illud amico communicet, an is denunciare teneatur.*
15 *Ex reuelatione furis furti conſcius, an obligetur id detegere.*
16 *Quid in crimine patrando, an id reuelandum.*
17. 18 *Sciens in rempub. vel principem quid machinari, niſi id detegat, quomodo puniatur.*
19 *Conſcius criminis, et ſimpliciter ſciens crimen, differũt.*
20 *Non valens probare crimen, ſubſiſtente periculo, ne torqueatur, impunè tacere poteſt.*
21 *Si publicatis deponentis bonis, ei depoſitarius rem reſtituerit, ignorans confiſcationem factam, liberabitur.*
22 *Si æquitas naturalis & ciuile ius videntur pugnare, interpretatio ſic fieri debet, ne æquitas naturalis omnino pereat.*
24 *Quoties quæſtioni propoſitæ Iureconſultus non reſpõdet, in dubio videtur eam partem approbare, quæ poſtremò refertur.*
25 *An idem apud Oratores obſeruandum.*
26 *Inter plures opiniones relatas, quæ in dubio cenſeatur approbatior.*
27 *Tertius reſtitutionem rei ab alio depoſitæ ſibi fieri petens, deponenti præferendus.*
28 *Extraneus reſtitutionẽ impedire poteſt, quò minus creditori res tradatur.*
29 *Quibus caſibus hæc theſis non procedat. & num. 30. 31. 32. 33.*
34 *Quoties nullo caſu rem ad poſſeſſorẽ pertinere liquet, cog: debet vt ei reſtituat, qui ius in re habet.*
35 *Si creditor ius poſſeſsionis habet, interdictoq; experitur, etſi alius dominij ius prætendat, tamen illi reſtituenda eſt poſſeſsio.*
36 *Summaria cognitio propter ordinariã non tardanda.*
37 *Debitor aduerſus eum, à quo cauſam habuit, non poteſt de iure tertij excipere: huiuſq; regulæ aliquot exempla.*
38 *Quibus caſibus liceat de iure tertij excipere. & num. 39. 40. 41.*
42 *Agenti ex depoſito obſtat exceptio, ſi dominus ego nõ eſſem, ſiue ignorans, ſiue ſciens in depoſitum acceperim.*
43 *Conciliatio l. penul. C. depoſ. quæ prædictæ regulæ obſtare videbatur.*
44 *Rem depoſitam repoſcenti vtili condictione ex lege, vel interdicto recuperãdæ, vel condictione triticaria, exceptio proprij dominij nõ obſtat. & num. 45. 46.*
47 *Prædicta vera ſunt, ſi actor talem exceptionem nõ eſſe admittendam dixerit: ſecus ſi non contradixerit.*
48 *Quamuis ex contractu agatur, tamen exceptio dominij non admittitur.*

DEPOSITI, VEL *contrà.*

LEX XXXI.

TRYPHONINVS LIB. IX. *Diſputationum.*

BOna fides, quæ in contractib. exigitur, æquitatẽ ſummam deſiderat. Sed eam vtrum æſtima-
A mus ad merum ius gentiũ, an verò cum præceptis ciuilibus, & prætorijs? veluti, reus capitalis [a] iudicij depoſuit apud te cen

BONA FIDES.) † Licet naturalis æ- 1
quitas dictet, vt rem fidei noſtræ man-
datam, & apud nos depoſitam, ei re-
ſtituamus, qui depoſuit: tamen ciui-
li ratione quandoque aliter ſtatuitur: vt cùm ius
publicum, vel priua
ti alterius, vel ipſius
depoſitarij aliud ſua
det. † Conſiſtit au- 2
tem hæc lex ex vera
morali philoſophia
cùm ex duobus æ-
quis diſputatur, v-
trum æquius ſit:
quem locum libro
de Officijs III M.
Cicero diligenter
exequitur. † Su- 3
mit autem Iureconſultus exemplum in contra-
B ctu depoſiti: cum & in cæteris bonæ fidei contra
ctibus idem ſtatuendum ſentiat: & hi enim æ-
quitatem ſummam, vt hîc dicitur, deſiderant. † 4
Sed cùm etiam contractus ſtricti iuris plurimum
in conſenſu & fide conſiſtant, cur certa tantum-
modo iudicia bonæ fidei lex eſſe iuſsit [a]? An,
quòd Ioan. Fabr. cenſuit, quòd illi frequentiores
in quotidiano omnium gentium vſu eſſent? vn-
de ſtipulatio, quæ ſolùm iuris ciuilis eſt, ad hunc
tractatum non pertinet. An, quod alij exiſti-
C mauere, quia in eis vtrinque oritur obligatio,
& directa, & contraria? Vtranque certè ratio-
nem approbaſſe videtur Q. Scæuola, qui apud
Cicer. prædicto libro bonæ fidei nomen latiſsi-
mè patere exiſtimauit, verſarique in tutelis, ſo-
cietatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, ven-
ditis, locatis, conductis, quibus vitæ ſocietas
contineretur: in his magni eſſe iudicis ſtatuere,
quid quenque cuique præſtare oporteret, cùm
in his iudicia eſſent contraria, vel proditæ mu-
D tuæ actiones: quorum exemplo addita ſunt ali-
qua deinde iudicia, in quibus apud veteres am-
bigebatur, vt petitio hereditatis, vt actio ex ſtipu
latu dotis nomine.

a ❡ Reus capitalis.) † Hoc ergo caſu re- 5
ſtitutio fiſco, non ipſi deponenti fieri debet, † ſi- 6
ue quia deponens propter delictum dominium
amiſit, vt Bald. & Paul. Caſtrenſ. cenſuere [b]: ſi-
ue quia fauor publicus id ſuadeat, vt lex ipſa in-
nuit. Ratio enim generalis æquitatis, quæ iu-
E re gentium perpenditur, ſpecialiore iuris ci-
uilis ratione vincitur [c], vt Bartolus ſenſit. † Con- 7
cludendum ergo eſt, non ſolùm ſecundum ius
gentium, ſed etiam ciuilibus ex præceptis æ-
quitatem hanc æſtimandam eſſe: quod tamen
perpetuum non eſt, ſed quibuſdam caſibus mo-
derandum. † Et in primis, ſi inter eas perſo- 8
nas agatur, quæ legibus ſolutæ ſint, tunc ſola iu-
ris gentium æquitas attenderetur. quod à Bar-
tol. reſponſum eſt [d], & nos hac in ſpecie diſpu-
F tari vidimus. † Lex regni erat, vt in eo filius re- 9
gis primogenitus ſuccederet: quibus verbis e-
um admitti Herodotus libr. VII. tradit, qui poſt
adeptum regnum prior natus eſt, non qui an-
tè: nec enim ille, cùm natus eſt, filius regis erat
[e]. Cùm nihilominus is, qui antè natus erat, Cal-
lias nomine ſucceſsiſſet, filio per manus domi-
nationem tradidit, eius filij patruus, qui ipſe
poſt adeptum regnum primogenitus erat, tute-
lam, & deinde curam aſſumpſit: quæſitum eſt,
an debuerit adoleſcentem imperio auertere?

Si

a §. actionum. Inſtit. de actio.
b l. deportatorũ. C. de pœn. not. in l. reo. de ſolu.
c l. in toto. de reg. iur.
d Bar. conſ. 72.
e l. ſenator. C. de dignit. lib. xii. Clem. ſing. 60.

Si ius ciuile ſpectes, nullo modo [a]: Si ius gẽtium, videretur ei licuiſſe ius ſuum planiſsima hac tutioreq́ue via abſque armorum ſtrepitu ſuſtinere [b]. quæ ſententia in foro conſcientię quoque pro-
10 cedit.† Finge, aliquis mihi certam rem, aut quantitatẽ debet an furti uè ſatisfacere mihi ipſi poſſim? Et lege fori non eſt dubium regulariter non licere [c]: lege tamen poli ſecus eſt, ſi ius meum aliter conſequi

tũ: is deportatus eſt, bona eius publicata ſunt, vtrúmne ipſi ea reddenda, an in publicũ deferẽda ſunt?

non poſſum [d]: dum citra periurium aliudúe crimen, aut ſcandalum id fiat [e]. Et ſi epiſcopus ſub pœna excommunicationis mandauerit, vt quicunque ex bonis talis habuerit, reſtituat, vel deferat, non tamen creditor hoc pręcepto
11 tenebitur: quod Clauaſius cenſuit [f].† Sed & propter coniunctionem ſanguinis quandoque inſurgit adeò vehemens ęquitas, vt ciuilem rationem ſuperet [g]. verbi gratia, pater hoſtis publicus iudicatus eſt, mandatumq́ue eſt, vt quiſquis poſsit, eum occidat, an filius ipſe occidere debet? Si rigor iuris ciuilis ſpectetur, hac lege videretur etiam filius teneri [h]. Si naturalis æquitas, ſecus eſt [i]. Vnde humanius eſt, vt exiſtimemus hac lege filium non teneri [k]: licet ſi executus fuerit, patremq́ue occiderit, lege ciuili pœnam non patiatur [l].
12 † Sed quid in vxore, an ſequi maritum exulem debeat? Et non videretur ex rigore iuris id ei indulgendum, ſi ex delicto exul ille ſit [m]. Sed tamen tantæ neceſsitudinis æquitas aliud dictat, iureq́ue pontificum conſtat, ſequi debere [n]. Nam & lex laudabile eius propoſitum appellat, quæ tali in fortuna maritum non negligat [o]. Et ideo putarim, ſi lege principis caueatur, ne exuli hoſti publico quiſquam vllam opem præſtet, idq́ue ſub certa pœna, vxorem ea pœna coercendũ non
13 eſſe, quæ maritum ſequuta ſit [p].† Nam & generaliter conſtituendum videtur, vt quoties rigor ciuilis atrocem pœnam infert, æquitas verò naturalis ſtat contrà, propter eam æquitatem de pœna aliquid remittendum eſſe [q]. Quod exemplo receptatoris induci poteſt, qui ſi cognatum, vel affinem conſeruauerit, ſeuerè puniendus non eſt
14 [r].† Vnde infertur: qui patrauerat delictum, mihi ceu amico & fido id ſecretò communicauit: edicit princeps, vt quiſquis ſciat autorem talis delicti, ſub atroci pœna denunciet: an tenear annunciare? Aequitas negat [s], quia datam fidem violarem, & arcanorum occultatio iuris naturalis eſt,
15 quod nulla ciuili conſtitutione tolli poteſt [t].† Indeq́; receptum eſt, ſi ex reuelatione furis, quis furti conſcius ſit, non teneri epiſcopi monitione
16 id detegere [u]: ſi verò aliunde ſciret, ſecus eſt [x].† Sed quid de crimine patrando dicemus? Et etiam tunc minore pœna puniendum eo argumento conſtat, quòd frater à fratre cogitatum parricidium ſciens, ſi tacuerit, non pœna legis Pompeiæ, ſed relegatione, mediocriq́ue ſupplicio afficitur [y]: licet hac humanitate cum ſeruis lex non a-
17 gat [z].† Sed finge, aliquis in rempublicã vel principem ſuum coniurat, idq́ue arcanum Titio communicat, an Titius detegere tenebitur? Ratio naturalis arcani non detegendi, & fidei ſeruandæ non patitur [a]. Contrarium ſuadet fauor publicus, quem hîc conſtat magis attendi: & ideo Bartolus cenſuit talem puniendum, niſi detexerit [b].
18 † Sed an prorſus eadem pœna, qua principalis?

auth. minoris. C. qui dare tu.
b 23. q. 2. c. dominus. vbi gl. Baldus l. imperialis. §. fin. C. de nupt.
c c. cum dilectus. de ord. cogn. l. ſi non ſortem. in prin. de condict. indeb.
d Gl. c. ius gentium. diſt. i.
e c. olim. i. de reſti. ſpol. vbi Abbas. in fin.
f Sũma Ang. verb. furtũ. verſ. 40. & ſequen.
g l. ii. de recept. l. milites agrum. §. deſertorum. de re mil.
h l. minimè. de relig.
i l. ſi adulterium cum inceſtu. §. pen. de adul.
k c. i. §. ſi quis hominem. vbi glo. verb. vitam. de pace tenen. in feud.
l d. l. minimè.
m l. ii. de public. iud. Imol. rubr. ſol. mat. col. 2.
n Gl. c. i. qui matri. accuſ.
o l. i. C. de repud.
p 11. q. 3. c. quoniam multos.
q Arg. d. §. deſertorem.
r d. l. ii. de recep.
s glo. c. nerui 13. diſt. verb. à contagione.
t Thom. ſecunda ſecundæ. 22. q. artic. i.
u Soci. conſ. 102. in 4.
x c. pen. extrà, de fur. gl. l. ciuile. C. de fur.
y l. ii. ad leg. Pompe. de parric.
z l. i. §. occiſorũ. §. ſi quis in villa. ad Syllan.
a Bald. conſil. 34. lib. i.
b Bart. l. vtrum. de parric. & d. §. occiſorũ.

Et aliqui recentiores aiunt [c]. quę ſententia in eo, qui aduerſus ſupremum principem coniurationis factæ conſcius eſt, ex Arcadij conſtitutione
19 defendi poteſt [d].† Ego conſcium, ab eo qui ſimpliciter ſciuerit, differre arbitror: vt conſcius is dicatur, qui eiuſdẽ conſilij & particeps eſt [e]. Si igitur aliquis ſocius fuerit, & conſilio, aut inſtinctu, aut fauore rem proſecutus ſit, is conſcius dicetur [f], & meritò pari pœna tenebitur [g]. Qui verò ſimpliciter ſciuerit, leuius punietur [h]: perinde ac periurus, qui ex formula iuramenti fidelitatis reuelare debuit [i]. Sed quid ſi aliquis non credidit indicanti, vt quia leuis erat autor, vel ille per ambages tentando tantùm loquutus ſit? Et non videtur conſcius hic eſſe, cùm in conſcientia neſcierit, imò nõ crediderit: & ideo ex qualitate rei eſſet diſcernendum, & dolus à culpa ſecernendus: licet aliud Alexander Magnus aduerſus Philotam obſeruauerit. Sed huiuſmodi exempla nihil cum philoſophia legali commune habent: nam & legislator noſter Iuſtinian⁹ cùm hæc ſpecies in caput ſuum incidiſſet, haudquaquam Alexandri exemplum imitari ſuſtinuit, vt eſt apud Procopium li-
20 bro III. † Adde quòd etiam plerique cenſuerũt,

A Si tantùm naturale & gentium ius intuemur, ei qui† depoſuit, reſtituenda ſunt. ſi ciuile ius & legum

† dedit, vel appoſuit, aliàs.

C ſi quis probare crimen non poſsit, ſubſitq́ue periculum, ne quæſtioni ſubdatur [k], impunè eum tacuiſſe videri [l]. Quamuis enim fauor ſit publicus, vt indicium qualecunque detegatur, ei fauori præualet naturalis ratio, qua quis ſe aperto periculo ſubijcere cogi non debet [m]: idq́; ferè communiter recentiores tradiderunt [n]: qua de re nos alibi plura [o]. Hincq́ue apparet, æquitatem eam iuris ciuilis, vt delicta denuncientur, contraria quandoque naturali æquitate (quod & ſuprà di-
21 D xi) offuſcari, & vinci [p]. † Nam & in caſu noſtro, ſi publicatis deponentis bonis, ei depoſitarius rẽ reſtituerit, vt quia neſciret confiſcatum eius patrimonium eſſe, liberabitur [q], nec huic legi propter iuſtam ignorantiam locus erit: quod Bald. tradidit [r]. Cui ſententię conſentaneum eſt, quod ex facto reſponſum fuit: rebus mutatis, & eiecto priore principe, edictum à victore fuit, vt quiſquis res hoſtium penes ſe haberet, niſi id fiſco denunciaſſet, graui pœna plecteretur: denuncia-
E ui alicuius me rem habere, ſed quia hoſtis ille ſit, retentionem potius mihi, quàm fiſco competere: tum quia res hoſtiles extra aciem captæ, ceu in nullius bonis ſint, occupantium fiunt [s]: tum quia ab ijſdem hoſtibus & ipſi mihi tot damna illata fuerant, vt compenſatio deneganda non eſſet [t]. Videtur certè potior eſſe hoc caſu priuati quàm fiſci cauſa, maioreq́ue inniti æquitate. Nec enim, ſi illi hoſtes reuerterentur ante factam deditionem, magis rebus meis, quàm cęterorum
F parcerent: vnde ſicut hic, qui hunc vicit, tale damnum mihi non ſarciret, ita nec lucrum auferre
22 debet [u]. Cæterum & illud ſciendum eſt,† quoties naturalis æquitas & ciuilia præcepta ſimul videntur pugnare, ſemper quo ad eius fieri poteſt, interpretationem faciendam eſſe, ne æquitas naturalis omnino ſublata videatur. Finge, lex municipij cauit, ne aduerſus publicum documentum defenſio aliqua admittatur: petenti ergo executionem, aduerſario nihil obijcere propter legis verba potero [x]. Sed poſtquam ſol-

uero,

c d. l. vtrum.
d l. quiſquis. §. penu. C. ad leg. Iul. maieſt.
e d. l. vtrum. iuncta d. l. ii.
f d. §. ſi quis in villa. & l. iii. C. ad leg. Iul. maieſt.
g d. l. vtrum.
h d. l. ii.
i c. i. de noua forma fid. in feud. Barto. in extrauag. ad reprimen. gl. 3.
k d. l. iii.
l 2. q. 7. c. quapropter.
m l. i. de bon. eo. qui ſibi mort. c. officii. extra de pœn.
n Moder. c. i. de offic. de leg.
o l. iiii. §. Cato. not. 4. de ver. oblig.
p Arg. l. Imperator. in fin. de appellat.
q l. qui pœnæ. de manumiſſ. l. fin. §. de tranſact.
r Bald. rub. C. eo. quæſt. 3. & q. 8.
s l. transfugam. de acq. rer. do. Bart. extrauag. qui ſint rebell. verb. rebellando. circa med.
t Arg. not. d. c. olim. & d. l. ſi nõ ſortem. §. ſi centum.
u l. pen. C. de ſolutio.
x l. proſpexit. qui & à quib. manumiſſ.



uero, propter iuris naturalis æquitatem, quam ſublatam eſſe veriſimile non eſt, repetere potero [a]: idq́ue & Bartolus ſenſit [b]: nam nec ipſe ſoluendo videor naturalis æquitatis exceptionem remiſiſſe [c].

23 a ¶ Magis in publicum.) † Quamuis non videatur Iuriſcõſul. expreſsim hunc caſum decidere, tamen hæc electiua, quę in propoſitione facti ponitur, indicat in publicum potius redigẽda. indicant hoc & ſequentia exempla, in quibus fauor priuatus itemq́ue dominium recipientis ſufficiunt, vt à iure gentium recedamus: ergo idem fauore publico, cùm etiam dominium bonorum ad fiſcum pertineat [d]. Et ita omnes ſentiũt. Adduntq́ue hîc Barto. & cæteri interpre-
24 tes, † quoties quæſtioni propoſitæ Iuriſconſultus non reſpõdet, in dubio videri eam partem approbare, quę poſtremò refertur [e]. Quæ coniectura leuis, nõ autem efficax, ſeu quod Barto. inquit, neceſſaria eſt. Qui enim ſolutè, vel alternatim loquitur, non vnam magis, quàm aliam partem approbaſſe cenſetur
25 [f].† Videmus in oratoribus aliquos firmiſsima quæque ex Ciceronis autoritate primo loco referre: alios ad Triariorum militum ſimilitudinẽ poſtremò collocare, quod Cornelius Celſus pręceperat: alios ex argumento ipſo conſilium capere, quod Fabius Quintilianus maluit: cur non i-
26 dem in noſtro caſu ſentiamus?† vt tamen illa approbatior cenſeatur opinio, quæ pluribus rationibus defenditur [g]: item quæ maiore ęquitate nititur, licet prius relata ſit [h]: item quæ ex verbo aliquo electiuo, vel ſimilitudine ſequentium exemplorum confirmatur, quòd hîc fecit Triphonius.

b ¶ Incurrit hîc.) Secunda pars legis hæc eſt,
27 qua duæ concluſiones terminantur. † Prima eſt, ſi tertius aliquis reſtitutionem ſibi fieri, non autẽ deponenti, petat, audiendum eſſe, deponentiq́; præferendum. Quod intellige, ſi is extraneus prius de iure ſuo docuerit, quàm is qui depoſuit: pronunciabitur enim pro eo, fietq́ue illi reſtitutio, accepta cautione, ſe indemnem reum ab altero petitore præſtiturum [i]: alioqui ſimplici proteſtatione admonitus ab extraneo depoſita-
28 rius non iuſtè reſtitutionẽ depoſitori negaret [k].† Hincq́; generaliter attingitur, an extraneus reſtitutionem impedire poſsit, quò minus creditori res tradatur: Et hîc probatur poſſe: quod tamen per-
29 petuum non eſt, † Quid enim ſi creditor tale ius

ordinem, magis in publicum [d] deferenda ſunt: nam malè meritus publicè, vt alijs exemplo ad deterrẽda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet. ¶ Incurrit hic [b] & alia inſpectio, an bonam fidẽ inter eos tantũ, quos inter contractum eſt, nullo extrinſecus adſumpto, ęſtimare debeamus: an reſpectu etiam aliorum perſonarum, ad quas id, quod geritur, pertinet? Exempli loco: Latro ſpolia mihi abſtulit, depoſuitq́; apud Seium inſcium de malitia deponentis: vtrùm latroni, an mihi reſtituere Seius debeat? Si per ſe dantem accipientemq́ intueamur, hæc eſt bona fides, vt commiſſam rem recipiat is, qui dedit. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis, quę negocio iſto contingunt, impletur, mihi reddenda ſunt, quæ facto ſceleſtiſsimo adẽpta ſunt. & hanc probo eſſe iuſtitiam, quæ ſuũ cuique ita tribuit, vt nõ diſtrahatur ab vllius perſonæ iuſtiore repetitione. Quòd ſi ego ad petenda ea non veniam, nihilominus ei reſtituenda ſunt, qui depoſuit quamuis malè quæſita depoſuit: quod & Marcellius in prædone & fure ſcribit.

a l. ſi fideiuſſor. §. in omnib. ff. tit. i. c. debitores. de iureiur.
b Bar. l. i. §. & parui quod vi aut clàm.
c Arg. l. ſi falſo. de cond. ſine cauſ. vbi Doct.
d d. l. rec. de ſol.
e Arg. l. quid. de creditore. de dam. infec. vbi gloſſ.
f l. alienationis. in fine. l. ſæpe ita. de ver. ſig.
g l. qui filium. §. ſi. ad Trebell.
h Gl. l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis. de eo quod me. cau. Aret. conſ. 163.
i l. is à quo. de rei vend. Barto. l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iud.
k Auth. ſed iam. C. eod.

Bona fides.

prætenderet: vnde domino quoq́; præferendum apparet, vtputa ius pignoris [l].† Quid ſi extrane⁹
30 non ágeret quidem, ſed ſimpliciter proteſtationem tráſmiſiſſet? Sicut enim debitori penſionis, annonę reſtitutio ſpeciali iure non impeditur [m], ita nec aliatum rerũ iure communi, cùm offertur poſſeſſori cautio [n]: quod Bart.
31 ſenſit [o].† Quid rurſus, ſi creditor prius de iure ſuo, quàm extraneus doceat? nõne reſtitutio differri nõ debet, dum tamen poſſeſſori caueatur [p]? Crediderim tamen ſi vterque, tam extraneus quàm creditor, non ſolùm aduerſus poſſeſſorem litigent, ſed etiam vter ſe diſputent, inter potior ſit, tunc vna ſententia omne negocium terminãdum, eſſe, nec ad cautionis opem deueniendum: quod & Baldus ſenſit [q], & nos conuenire generalitati legis noſtrę arbitramur, vt ideo ſimpliciter hîc præferri dñm latroni dicatur, quia ſimul oẽs contendebãt: vnde non potuit ſuper latronis erga depoſitarium iure prius pro-
32 nunciari.† Sed & nauta, caupo, ſtabularius rẽ receptã viatori potius, quàm dño reſtituere debet [r]: an quia fides ipſorũ omnino à viatore approbata nõ eſt, ſed ex quadã neceſsitate ſibi fuit creditũ [s]? Vnde in eis bonã fidem ſecundũ legem noſtram
33 nõ ppendim⁹, ſed ſolã facti reſtitutionẽ, vt ei reddant, à quo pro tempore acceperunt.† Quid ſi ipſe poſſeſſor affectauerit, vt extraneus creditorẽ im-
E pediret, fore prouidens, vt interim ipſe cõmoditate rei vteretur? Et putauerim ſtatim cogendũ, vt creditori reſtituat [t], ne ex huiuſmodi malitia & procraſtinatione cõmodũ acquirat [u]: poteritq́; ei deferri iuramentũ, an fruſtrandi cauſa petitorẽ ſubiecerit [x]. Sed an præſtanda erit hoc caſu à creditore cautio? Et nõ videret, argumẽto emptoris, cui nõ cauet, ſi ante precij numerationẽ euictionis cauſa aliquẽ ſubiecerit [y]. Quæ ſententia eſt vera, cũ creditor fideiuſſorem nõ reperiret: alioq mitius
F eſt vt cautio pręſtetur, ne huius quoq́; indẽnitati nõ ſit cõſultum [z]: regulęq́; adhæreamus, qua tra-
34 ditũ eſt,† quoties nullo caſu rẽ ad poſſeſſorẽ pertinere liqueat, facilè cogi debere, vt ei reſtituat, qui ius in re habet [a], ſatisq́; indẽnitati ſuæ conſultũ per cautionem eſſe [b]. Cęterum & illud mihi probabile
35 fit:† ſi creditor ius poſſeſsionis habeat, vt qui depoſuerit, vel cõmodauerit, vel precariò dederit [c], interdictoq́; experiatur [d], tardandã nõ eſſe poſſeſſorij iudicij executionẽ, quia alius dominij ius prætendat [e], cùm ſalua eius ſint aduerſus illum,

cuj

l l. i. §. pen. naut. caup.
m d. auth. ſed iã cautum.
n l. pe. in fi. C. eo.
o Bart. l. nam & ſi fur. ſi certum petatur.
p l. penu. de per hæred. d. l. is à quo.
q Felin. c. cum ſuper. verſ. limita tertio. de re iud.
r d. l. i. §. penult. verſ. etenim.
s d. l. i. in prin.
t arg. l. ſpadonẽ. in fi. de excuſ. tut.
u Arg. l. litibus. vbi Bart. C. de agr. & cenſit. lib. 11.
x l. at qui natura. §. ii. vbi gl. de neg. geſt.
y l. ſi poſt. vbi Bal. C. de euictio. Cur. tractat. ſequeſt. quæſt. vlt.
z l. planè. de petit. hæred.
a l. i. §. ſi pecunia in ſaccalo. ſ. eod.
b Bal. l. inſtrumenta. in fi. C. de fideicõmiſſ.
c l. licet. §. eo. certè. §. i. de prec.
d l. cum fundum de vi arm.
e c. veniẽs. i. in fi. de ſponſ. verb. ſuperinductis. vbi Innocen. & Butrio.

36 cui restituta possessio fuerit, iura[a]: † nec æquum fit, summariam cognitionem propter ordinariá tardari[b]. Si verò damnum aliquod inde probabi
37 liter tertio illi fieret, secus esset[c]. † Secunda est cõclusio, debitorem ipsum aduersus eum, à quo causam habuit, non posse de iure Titij excipere: & ideo si is qui à latrone spoliatꝰ est, nihil dicat, omnino latroni facienda erit depositi restitutio: quod intelligẽdum, si actione depositi agatur[d]. Cùm enim valeat rei alienæ depositũ[e], talis exceptio, ꝙ res aliena esset, contractum nõ infirmaret, & ideo nihil ꝓdesset. quod & in cõmodatario responsum est[f]: itemq; in eo, qui rem pignori accepit[g]: possum enim alienam quoque rem pignorare, licet ius in re non constituatur. Idem quoq; in marito, qui dotem recepit: potest enim mulier etiam rem alienam in dotem dare[h], sicut & vendere[i]. † Sed si omissa actione ex contractu, C
38 intentaret latro rei vendicationem, secus esset: quia tunc admitteretur exceptio, non solum dominij alieni[k], sed etiam generalis, quòd agens dominus non esset: ei enim incumberet probatio[l], idque saluis duobus casibus, nempe cùm excipiens spoliationis notæ reus esset, aduersus eum qui triginta annis possedisset[m], vel mendacij ab actore conuictus proponeretur[n]. † Cæterũ
39 & hæc exceptio tunc non reijcitur, cùm de contractu agitur, cuius substantia in dominij transla D tione consistit: perimit enim talis exceptio hoc casu ipso iure agentis intentionem[o]: & ideo si decem aureos tibi mutuatos petiero, potes excipere, ex mutuò me agere non posse, quia nummi illi alieni essent: qua de re alibi disputatum est[p]. † Sed & si res deposita amplius non extare
40 proponatur, cùm in æstimatione condemnatio fieri debeat[q], videtur de dominio alieno obijci posse, vt non dominium, sed sola possessio æstimetur[r]: idque Bar. probat[s], verumque est, quo- E ties ad hanc æstimationem, citra ipsius rei conuenti dolum deuentum esset[t]: alioquin si reus in restituenda re dolum commisisset, non putarim differendam ipsius dominij solutionem, vt propter dolum suum precium loco rei succedat: & sicut rem absque vlla exceptione reddere cogeretur, ita & precium[u]: saluo tamen iure repetẽdi, si dominium deinde ad eum non pertinuisse ostenderit. Eum verò qui negando vitium spoliationis committeret, precium rei absque repeti- F tionis spe præstare cogendum esse[x], idque in e-
41 ius delicti pœnam, receptum est. † Sanè in cõtractibus, quibus reum conuentum oportet, dominum nõ esse: illud constat, exceptionem proprij dominij aduersꝰ actorẽ, à quo causam ille habuit, admitti: ꝙ in vltima legis huius parte ꝓbatur: nec enĩ res sua penes dominũ titulo depositi cõsistere potest[y]: sicut nec emptio, nec cõductio rei suæ valet[z]. Vnde talis exceptio, cũ ipso iure actorem excludat, admittẽda fuit: ꝙ infrà declarabimus.

a Arg. d. l. penu. de petit. hæred.
b Bart. l. sed & hę. §. non solũ. de procur. l. naturaliter. §. i. de acq. poss. in 6. conbin.
c Gl. c. in lit. de restit. spol. in gl. fi. vbi Abb.
d l. commodare. l. ita vt si fur. §. commod.
e l. i. §. si prædon. §. eod.
f l. non à iudice. de iudi.
g l. nec creditores. C. de pig. actio.
h l. si alienam solut. matr.
i l. rem alienam. de contrahen. empt.
k l. cum seruum. C. de sex. fug. c. i. de restitut. gl. l. i. in fin. C. eod.
l l. fin. C. de rei ven. gl. d. l. ita vt si fur.
m l. pen. §. sed & super. C. de pręscri. xxx. vel xl. ann.
n l. fi. de rei. ven. auth. item possessor. C. qui pot. in pig.
o Bart. l. ii. de except. rei iud.
p l. nam & si fur. §. si cert. pet.
q §. i. Instit. de offic. iud.
r l. si mulier. §. i. de eo quod metus causa. l. si duo. in fin. vti posit.
s Bar. d. l. si alienam.
t Gl. & Dyn. l. interdicto. de vi arm. Bart. d. l. commodare.
u Arg. l. Iul. i. in prin. de rei vẽdic.
x l. non ab re. C. vnde vi. l. conductores. C. lo
y d. l. qui rem. §. eod.
z l. suæ rei. de contrah. empt. l. à quo. de vsuc.

¶ Si tamen ignorans latro, cuius filio vel seruo rem abstulisset, A apud patrem dominumúe eius deposuit ignorãtẽ: nec ex iure gentium cõsistet depositũ: cuius hæc est potestas, vt alij, non domino, sua ipsius res, quasi aliena, seruãda detur. Et si rem meam fur, quam me ignorante subripuit, apud me etiam nunc delictũ eius ignorantem deposuerit, rectè dicetur, non contrahi depositum: quia non est & fide bona, rem suam dominum prædoni restituere compelli. sed & si etiam nunc ab ignoran B te domino tradita sit, quasi & causa depositi, tamen indebiti dati condictio cõpetet.

¶ §. SI TAMEN IGNORANS.) Tertia, seu 42
vltima pars legis, † qua ostenditur, agenti ex deposito obstare exceptionem, si dominus ego nõ essem. Quæ conclusio optimè procedit, cùm dominus ignorans in depositum accepit: & ita lex nostra loquitur. Sed quid si sciens? Et videretur adhuc contractum non tenere & ideo depositi actione conueniri nõ posse[a]: essetq; tunc tutus dominus non tam æquitate iuris gentium, de qua Iurisconsultus hîc loquitur, quàm regulis iuris ciuilis. † 43
Nec me lex Iustiniani mouet, qua depositum reddi iubet, in rẽ actione, quam reus obijciat, non attentata[b]: quia nõ de dominio in re deposita loquitur, sed in alia re per creditorem possessa, cuius compensationem depositarius opponebat: quod rectè post veteris Alber. docuit. † 44
Putarim tamen hoc casu posse aliter deponenti consuli: nempe si vtili condictione ex lege agat[c], possessionemque repetat[d]: videtur enim semper depositarius possessionem deponentis nomine habere[e], adeò vt si prius apud se fuisset, rẽ in depositum scienter accipiendo ei renunciasse videatur[f], & in ipsum deponentem transtulisse[g]: quod & in domino, qui sciens rem à se possessam conduxit, crebrius receptum est[h]: meritò igitur condici possessio ipsa poterit. † Idem quo- 45
que credendum est, cùm non actione depositi, sed interdicto ad recuperandam possessionem actor intenderet. Censetur enim spoliatus, cùm denegatur ei restitutio[i]. vnde non obstaret exceptio dominij, etiam si in continenti probaretur[k]. † Sed & idem traditum est, si creditor posses-
sionem condictione triticaria (quod potest) repe 46
tere malit[l]. Cùm enim hę actiones extra id quod agitur, descendant, alieni, vel etiam proprij dominij exceptione non excluduntur[m]: idque receptius est[n], quoties actor spoliatũ esse possessione sua prætendere se potest: aliàs videretur à regula non recedendum, vt proprij dominij à reo
obiecta exceptio, ipsi agenti obstet[o]. † Sed quid 47
si prædictis casibus obiectum de dominio est, actoreque non reclamante probationes admissæ sunt? Et traditum est, tali casu aduersus actorem pronunciandum esse[p]: sibi enim imputet, qui nõ
replicauit, ne talis exceptio admitteretur[q]. † Cæ 48
terum illud constat, quamuis ex contractu agatur, nihilominus exceptionem dominij non admitti, legique nostræ locum non esse: cùm id dominium post contractum ad ipsum depositarium pertinere cœperit[r]. Cùm enim à principio contractus tenuerit, non debet ex post facto ius depositoris impediri, quin restitutio ei fiat: ius enim debitori superueniens nocere deponenti in actione quæsita non debet, licet ius adhuc non omnino quęsitũ impediat[s], puta vsucapionem, vel pignoratitiam actionem, si ante solutionem creditori dominium pignoris superueniret.[t]

a d. l. qui rem. §. eod.
b l. pen. C. eod.
c l. si quis conductionis. C. loc. in gl. i.
d Bar. l. cõmodare. §. cõmodare.
e l. licet. §. i. §. c.
f l. fin. vers. nam si id quod de prec.
g gl. & Dd. l. qui rem. C. loc.
h l. si aliquam. de acq. poss. vbi Alex.
i l. colonus. de vi ar. l. fin. vers. & cõtra. de prec. vbi Bart.
k l. si quis ad se fũdum. C. ad l. Iul. de vi.
l l. ii. de tritic.
m l. si coloni. C. de agr. & cens. lib. xi. l. indebiti. §. sed si nummi de cõd. in deb.
n Alexand. d. l. si alienam.
o Arg. l. si alienã. vbi Imol. & Alex.
p Bald. & Salic. d. l. pen. C. depositi.
q c. i. de rest. spol.
r l. planè. §. eod.
s l. si rem alienã. ii. de pig. act.
t Not. l. pluribꝰ. §. si. de verb. obli. vbi Bar. in fin.



# Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.†

† *Lib. 24. tit. 3. vbi est initium* INFORTIATI.

*Rubrica.*

1 *Etymon Infortiati: & quòd nomina propria rerum demonstrandarum gratia inuenta sint. 2.*
7 *Ablatiui absoluti conditionem significant, interdum contrà. 8, 9, 10.*
14 *Causæ matrimonij dirimendi. 15, 16.*
17 *Quòd hodie captiuitas & seruitus torum coniugalem non separent: quodq; vxor maritum vagabundum se qui teneatur, constituta in alio territorio familia.*
18 *Quomodo ingressu monasterij, connubialis consociatio soluatur.*
19 *An matrimonio ex caussis iuris Canonici separato, dotis repetitioni locus sit.*
21 *Actio de dote in repetitione, vbi matrimonium nullum est, non obtinet.*
23 *Definitio & etymon dotis.*
24 *Dos an bene ius vniuersale vocetur. 25, 26.*
30 *In dote libellus generalis sustinetur.*
35 *Dotis appellatio comprǽhendit etiã dotem promissam.*
40 *Vxore ante matrimonij consummationem defuncta, maritus vigore statuti lucratur dotem, modò non recusauerit onera matrimonij. 43, 44.*
46 *Ante matrimonium etiam dos dicitur, sed extra, non: sicut nec post restitutionem. 51.*
59 *An dispositio de petente loquens, comprǽhendat etiam repetentem.*
60 *Disponentium mens consideranda. 61.*

1 NOMEN † huius libri vulgò Infortiatum dicitur (vt ego arbitror*) ab vtilitate, quæ maxima Iuriscõsultis hinc percipitur. Græci enim φορτία, annonam vocant. Inquit tamen Accursius non esse de nominibus proprijs valde curandum, quæ ad placitum imponuntur, &
I. Illat. mutantur[a]. Cùm † tamen causa rei demonstran-
2 dæ inuenta sint[b], oportet, quantum fieri potest,
II. vt apta sint[c]: excusaturq; vir grauis, qui turpe nomen recuset ferre[d], cùm ex turpi nomine oriatur
III. mala præsumptio[e]: & traditum sit, inter plures alicuius criminis reos inprimis quæstioni subijciendum esse, qui turpi nomine appellatur[f], vt Lupus, vt Talionus, vt manu ad ferrum, ꝙ Brunꝰ
IIII. Angel. & Hippol. tradiderunt[g]. Nam † & ex no-
3 mine plerunq; conijcimus mores, formam, instituta cuiusq;, vt cùm dicimus Fenestella, Labeo,
4 Clarus, & similia[h]. Hinc † inferunt Doct. si manꝰ iniectio, seu præuẽtionis ius aduersus Perusinos concedatur, an tutus erit is, qui nomine proprio Perusinus appelletur? & constat esse: nec enim quicquam commune habet nomen proprium
I. Limitatio. cum patria. Subest tamen aliqua suspicio, vt qui Perusinus cognominatur, credi possit ex Perusio esse[i]. Quid, si Perusinus quidem cognomine sit, sed alibi incolatum habeat? & si nulla Perusij munera sustineat? censuit Barto. in eum ius clariga-
II. limit. tionis nullum esse[k]. quia ipse non deliquit[l]. Tale autem ius in pœnam vniuersitatis delinquentis conceditur, vt qui alibi habitat, & munera nõ subit, extra vniuersitatem est, nec municeps dici potest[m]. idque maximè, si is Perusinus in patria, cui concessum est id ius, habitaret: quia non videtur de tali actum esse[n]: nec enim impetrasse
III. limit. aduersus incolas suos, credendum est[o]. sicut nec aduersus originarios suos, quamuis Perusij habitent. quod & Ioan. Andreæ censuit, & refert Alexand. & ego verum arbitror. si originis munera subeat, nec à patria fugerit[p]. Cæterùm suprà scri- IIII. limi.
pta ratione & exules tuti erunt, cùm munera nõ subeant, sed hostes patriæ censeantur[q]? & id lucri malitia sua consequantur[r].

Soluto[a]

A Et qui post talem concessionem nati sunt, non V. illat.
videntur comprǽhendi[s], quod Cast. respondit[t]: & ego illam rationem subesse arbitror, ne quis pro ea repub. soluat, in qua nullum munus subit: ne plus tribuamus pœnę, quàm iuri communi[u].
Sed quid in casu contrario, si quis peregrinus se- VI.
dem Perusij constituerit, an compręhendetur? & Bald. atq; Castr. non compręhendi censuerunt[x]:
nec enim is propriè Perusinus dici potest. Sed † 5
tñ receptior sententia stat contrà[y]: cùm munera
B Perusij subeat[z], & forum incolatus sit potentius[a]. Hincque apparet etiam in pœnalibus Perusinum dici, qui solo incolatu Perusinus est. Sed an talis dicetur ex Perusio? & nõ videretur: quia hęc verba magis ad originem referuntur[b]. Sed tamẽ
receptior sententia est, idem esse[c]. quia † hæc ver 6
ba legis, *Qui sunt eiusdem prouinciæ*: vel, *Ibidem domicilium habent*[d], propter vim alternatiuæ, declarationem accipiũt[e]: & videntur inter genus & spe
ciem poni[f]. qua de re alibi dixi[g]. Sed quid de VII.
C extero dicemus? qui per priuilegium dutaxat ciuis Perusinus creatus sit[h]? & videretur in ijs, quæ sibi damnosa sint, pro Perusino non esse[i]. Sed hic latior articulus est, quàm vt hîc tractari debeat. nos itaq; ibi attingemus[x].

a ¶ SOLVTO. Id est, si solutum sit[l]. vt futurũ id sit, quod veteres exactum vocauerunt[m]: seu, vt Bart. declarat, futurum cum quadam præteritione[n]. Et secundum hanc interpretationẽ hîc vul-
garis regula probatur, qua traditũ est † Ablatiuos 7
D absolutos vim conditionis habere[o]: idemq; posse, quod, si expressè conditio cõcepta esset. Quæ sententia vera est, cùm huiusmodi ablatiui ad futurum referuntur. Cùm enim cõditio nihil aliud sit, quàm quædam adiunctio dispositionis in fu-
turum euentum suspensiua[p]: sequitur, vt si ad fu- I. Limi.
turum nulla relatio fiat, nec vlla quidem sit conditio[q]. Cùm ergo dictio hęc *Soluto*, participij prę-
sentis sit, quod † ex adiectione verbi, ad omnia 8
temporα referri potest[r], dicendum est tum de-
E mum conditionem inducere, cùm futurum respicit[s]: qui sensus maximè huic rubricæ quadrat, itemque verbis legislatoris, quæ solent formam futuris negotijs dare[t]. Quapropter in eis etiam participia præsentis temporis quandoq; ad futurum referuntur[u]: tametsi aliàs huiusmodi secundum naturam suam accipiantur, videlicet vt præsens tantùm significent: vt cùm promittitur pœna rato manente pacto[x]: vel cùm dicitur, nepotem adoptatum filio præcedente[y]. quo casu
F nulla inducitur conditio[z]. Sicut nec in edicto II.
illa verba, *Rate, naue expugnata*, conditionem significant: quia ad pręsens referuntur, dum nauis expugnatur[a]. cùm. n. sermo Latinus participium præsens passiui verbi nullum habeat, solebant

*Dixi lib. iiij. cap. xxv. Parergõn.
a l. vnica. C. de mutat. nom. l. ii. C. de constit. pec.
b l. ad recognoscẽdas. C. de ingenu. manu.
c Instit. de dona. §. sed tamen.
d l. sed sciendum. in fi. ff. ad Treb.
e c. grauis. extrà, de depos. vbi Card.
f Ioan. And. c. cùm in cõtemplatione. de regul. iur. in antiq.
g Marsilius. l. i. in prin. de quæst.
h Glos. i. in prin. vi. lib. in verbo, Bonifacius.
i l. fin. §. penul. ad municip.
k Bar. in l. prouinciales. ff. de ver. signific.
l Argu. l. in prin. de magist. cõueni.
m l. i. in prin. §. ad municip.
n Argu. l. serui & filii. versi. neq;. de furt.
o l. si peculium. §. sicut. de pecul. leg. l. licitatio. §. fiscus. de publ.

p l. si ad magistratum. & l. quidã. C. de decur. li. x.
q l. i. C. de bon. libert.
r c. si verè. de sen. exc.
s Bar. l. si tertius. in fi. de acq. plu. arc.
t consil. cxiiii. suprà, eod.
u l. quod placuit. in fi. de iur. fisc.
x in l. iii. de offic. assess.
y d. l. prouinciales. vbi Bart. de verb. signific. & d. quæst. ii.
z d. l. i. ad municip.
a gl. i. clem. i. in verb. subditas. de for. comp.
b l. i. in fin. de tut. cur. dat.
c c. i. de spons. gl. in l. sed &. ff. de excus. tut.
d d. l. i. in fin.
e l. i. de reb. dub.
f l. planè. §. si ita. de leg. i.
g in d. l. prouinciales.
h l. in orbe. de stat. hom. vbi Bald.
i l. iii. §. si emancipatus. vbi Bart. de contra tab. Bald. in l. ciues. C. de appel.
k l. si is, qui pro emptore. de vsucap.
l glos. ii. l. diuortio. §. eod.
m l. si quis. iiii. §. de verb. oblig. vbi dixi.

n Bartol. l. i. quæstio. vii. de cond. & demonst. o l. à testatore eo. tit. p Bartol. l. i. in princip. de cond. & demon. q l. itaque. si cert. pet. r l. verbum, erit. de verb. sig. s l. Thais. in fin. de fid. lib. t l. vii. C. de ll. l. v. C. de hæret. glos. l. cùm tale. §. fin. de cond. & demon. u Bart. l. ii. §. fin. ad Tertul. x l. qui fidem. de transact. y l. ii. ff. de vulg. z l. cùm ad præsens. ff. si cert. pet. a l. iii. §. deinde. de incend. rui.

veteres in eum ſenſum præterito vti, quod alibi
declaraui [a]. Virgilius,
*Vimq́; addere victis,*
id eſt, dum vincuntur. & alibi,
*Ventoſa per æquora vectis,*
id eſt, qui vehuntur: quod & à Grammaticis tra-
III. ditum eſt. Huc pertinet & cùm in vim ſeptimi
caſus ablatiui proferuntur, quod in ſimplicibus
nominibus induci ſolet, vt cùm dicimus, *Te aucto*
*re didici: arbitratu Seij iudicaui* [b]*: ſaluo conſenſu domini a-*
*lienaui* [c]. tanquam participium *Ente*, præſentis tem
IIII. poris ſubaudiatur. Quod & ad participia trahi-
tur, quæ loco ſimplicis nominis poſita ſint, vt
cùm dicimus, *Velo leuato iudicauit* [d]*: penum, excepto vi-*
*no, legauit* [e]*: meliorationes reſeruato domini conſenſu alie-*
*nauit* [f]. & ſi qua ſimilia. ijs enim omnibus caſibus
nulla cõditio induci poteſt: quia ad futurum ab-
9 latiui iſti non referuntur [g]. Sed † nunquid cùm
ad futurum referuntur, eiuſdem planè poteſtatis
ſint, cuius expreſſa conditio? & Bartol. eiuſdem
poteſtatis eſſe cenſuit: & ideo talem conditio-
nem, quæ per ablatiuum abſolutum inducitur
10 expreſſam cenſeri [h]: quandoque † tamen ad diſ-
poſitionem magis referuntur hæc verba, quàm
expreſſa conditio, vt in illo Vlpiani exemplo,
*Hæres meus, acceptis centum, reſtituas Titio cohæredi hære-*
*ditatem*. poterit enim Titius cogi, vt centum ſol-
uat [i]. videtur enim teſtator eum grauaſſe, quia
potuit: cùm tamen aliàs nemo cogatur implere
conditionem [k]. quod ego arbitror ea ratione
inductum, quia verba conditionis ad factum i-
pſius agentis referuntur: ſecus, ſi dictum eſſet,
*Si Titius centum dederit*. Nam non cogeretur Titius
reus conditionem inuitus implere [l]: ſicut nec
modum [m]. arguitur enim tunc maior fideicom-
miſſarij fauor, qui prius fideicommiſſum obti-
net, quàm modum impleat [n]: quod non eſt in
11 conditione, quod & Bal. tradidit [o]. Illud † quo-
que expeditum eſt, ablatiuos abſolutos diſpo-
nere, cùm mens legiſlatoris ea fuit, vt in ſtatuto,
*Stantibus maſculis, fœminæ non ſuccedant*. habent enim
caput incluſiuum, vt ipſi maſculi ſuccedant [p]. nõ
poteſt enim negari, quin mens ſtatuentium taci-
tè eos vocet. ꝙ in diſpoſitione legali ſatis eſt [q]. &
fortè hoc caſu idẽ eſſet, ſi verba cõditionalia eſ-
ſent: putà, *Si extiterint maſculi*. cõditio.n. arguit mẽ
tem [r], quæ ſola legi ſufficit [s]. Sed quid in diſpo-
ſitione teſtatoris: pone, Pater te grauauit, vt ſi de-
cederes ſine filijs, reſtituas hæreditatem Titio,
clarum eſt filios in conditione poſitos eſſe: & i-
deo non cenſeri ad fideicommiſſum vocatos [t].
12 Quid † ſi ablatiuo abſoluto vſus ſit: putà, *Ipſo filiis*
*non extantibus decedente reſtituat rem*? & tali caſu fue-
re, qui diſpoſitionem induci exiſtimarent, filioſ-
que ad fideicommiſſum vocari, idque Ananias,
& Alexander ex facto reſponderunt [u]. quibus ta
men ego facilè non aſſenſerim, qui ſuprà talem
differẽtiam aduerſus regulam eſſe oſtendi, à qua
temere non eſt recedendum: meritò ergo & hoc
caſu filios in conditione duntaxat eſſe exiſtima-
13 bimus [x]. Sed † pone, teſtator legauit vxori vſum-
fructum, ſi manſerit in habitu viduali, manſit ali-
quot annis, deinde nupſit, an tenebitur ad perce
ptorum fructuum reſtitutionem? & conſtat tene
ri: quia vnum id legatum eſt, cuius conditio defe
cit [y], meritò quicquid perceptũ eſt, reſtituetur [z].
Nec facilè conditionalẽ *Si*, pro *Quatenus*, accipie-
mus. Quòd ſi teſtator ablatiuis abſolutis vſus ſit:
putà, *Ipſa vxore manente in habitu viduali, fructus perce-*
*ptos ſuos faciet*. quod ex facto ſenior Curt. reſpon-

a l. cùm quærebatur. de verb. ſign.
b l. i. de leg. ii. l. talis. in princ. de leg. i.
c l. fin. C. de iur. emph.
d l. pe. C. de nauf. lib. xi.
e l. nam quod liquidè. in fin. de pe. leg.
f l. fin. C. de iur. emphy.
g l. ii. §. exactis. de orig. iu.
h arg. d. l. à teſtatore. Bart. d. l. i. q. vii.
i l. xi. §. cùm eſſet. de leg. iii.
k l. ab emptione. vbi Barto. ff. de pac.
l l. cùm ab eo. de contr. empt.
m l. in ratione. §. tametſi. ff. ad l. Falcid.
n l. quib. §. Thermilius. de cond. & dem.
o Bal. d. §. cùm eſſet. & in rub. C. de inſt. & ſubſt.
p Bart. l. ii. §. fi. ad Tert.
q l. nominis. §. fi. de verb. ſignif.
r l. ſi quis locuples. ⁊. de ma. teſt.
s d. l. nominis. in fin.
t gloſ. l. Lucius. ii. de hæred. inſti.
u Angel. conſil. lxviii. Alex. d. conſ. clxxxv. in ii. verb. nõ obſt.
x Curt. cõſi. lxiii. antiquiſſima. Dec. lxxxix.
y auth. cui relictum. C. de ind. vid. tol.
z l. cùm filius. §. qui Mutianam. de leg. ii.

dit [a]. Videtur enim non eſſe vnum legatum tan-
tùm, ſed plura annua [b], vt participium *Manente*,
tractũ temporis denotet, ſicq́; mulier, quatenus
maneat, remuneretur [c]. quod ſecus eſſet, ſi ex-
preſſa conditione vſus eſſet teſtator: qui enim a-
ctum contrariũ con
ditioni facit, perpe-
tuò excluditur [d], ſi-

matrimonio [a],

ue ea conditio dandi, ſiue faciendi ſit [e]. Proba-
bilis certè hæc eſt differentia, licet rigore iuris
A propter vim verborum ſit dubia [f]. Illa ergo eſt
certior, quam vis verborum, ſeu proprietas vocis
inducit: veluti emphyteuta alienat adiecta con-
ditione *Si dominus conſenſerit*, clarum eſt eum non
cadere [g]. Quòd ſi dixerit *Saluo iure domini*, cadit [h];
tali reſeruatione nõ adiuuabitur: quia illa dictio
*Saluo iure*, non ſuſpendit contractum, ſed diſpoſi-
tioni perfectæ reſtrictionem quandam, ſeu limi-
tationem adijcit [i]. Verum enim eſt, alienatio-
B nem inconſulto domino factam eſſe. Quid ve-
rò ſi iteratione verborum ea clauſula concepta
ſit: putà, *Saluo iure, nec aliter, vel alio modo* [k]? alibi di-
ſputaui [l], hic certè caſus non ad ablatiuos abſo-
lutos, ſed ad eos qui in vim ſeptimi caſus ponun
tur, pertinet [m].
a ❡ MATRIMONIO. Soluebatur † iure a
iſto matrimonium tribus modis, morte, diuor- 14
tio, & ſeruitute [n]: hodie verò morte duntaxat
ſoluitur: quia in Euangelio dicitur, Quos Deus
coniunxit, homo non ſeparet [o]. In concilio ta-
C men Agatenſi ſeparari ab homine dicitur, qui hu
manis affectionibus diuertit: ſecus, ſi iuſta ex
cauſa iudicio epiſcoporum diuertat, quod & Iſi-
dorus videtur ſenſiſſe [p]. Diuus quoque Ambro-
ſius ex cauſa adulterij, ſecuta repudiatione, ius
marito facit alteram vxorem ducendi [q]. ſicque
verisimile eſt primitiuam eccleſiam obſeruaſſe:
alioquin de corpore iuris ſubmouiſſet Iuſtinia-
nus tractatum diuortij tanquam diuinæ legi re-
D pugnantem [r]. Eccleſia † tamen aliter obſeruat, 15
& in Auguſtini ſententiam tranſijt, qui diffuſè
duobus in Pollẽtium libris ſuprà ſcriptam inter-
pretationem confutat, eandemque opinionem
in Millenitano cõcilio capite XVII. ſequitur, ac
legem imperialem promulgari de hoc petit: hac-
que in materia ad ius Canonicum potiùs atten-
dimus, vtpotè ad ſacra pertinente [s]. Diſpenſat
tamen quandoque Roma. Pontifex, & ex cauſa
coniugium nondum concubitu conſummatum
E dirimit [t]: rariſsimè, ſi concubitu ſit confirmatum
[u]: & ferè non niſi regibus hoc indulget. quod
haud ſanè poſſet, ſi omnino vera eſſet Auguſtini
ſententia. Aduerſus enim legem diuinam vix
eſt, vt vlla ſit relaxatio [x]. Sanè iure noſtro licet
diuortio ſoluatur matrimonium, tamen non li-
cet abſque cauſa id facere: reſtrinxítque lex cer-
tos modos, quibus fieri impunè poſsit [y]. Sed an
hodie illi modi ſufficiant ſeparationi tori? & con
ſtat non ſufficere: cùm † ſola cauſa fornicationis 16
F excepta ſit [z], quę tamẽ exceptio latiùs accipitur,
ſiue ſpiritualis ſit, i. hæreſis & impietas in Deum
[a], ſiue venus præpoſtera [b]: ex hac enim cauſa rece
ptius eſt eſſe ſeparationi locum [c]. quod & à Sicu
lo reſponſum eſt [d]. Sed qd ſi maritus morbo Gal-
lico, vt vocãt, laborat? videtẽ nec hoc quidẽ ſepa-
rationi ſufficere, ſicut nec lepra ſufficeret [e]. Quod
verum, niſi ignorans mulier talem in virum acce
pit, non acceptura, ſi ſciuiſſet. certum enim eſt,

a d. conſil. xiiii. & ſeq.
b Bart. l. Titia teſtamento. §. fin. q. pe. de leg. ii.
c argum. l. pater. de condi. & demonſt.
d l. fi. de indi. vid. tol.
e not. l. pen. C. de cond. inſer.
f Bal. l. Titius. de excuſ. tut. Soci. conſi. lxxxi. in fin.
g l. ſi quis locuples. de ma. teſt. vbi Bartol.
h l. fin. C. de iur. emphy. vbi Iaſ.
i gloſ. in l. item Labeo. verb. purè. fa. erciſc.
k gloſ. l. ſiquidẽ. C. de excep.
l Cur. conſil. viii. Dec. clx.
m l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. de ver. obli. l. i. de leg. ii.
n l. i. §. de diuor.
o Matth. cap. xix.
p c. quos Deus. xxxiii. q. ii.
q i. ad Corinth. c. vii. vbi etiam Eraſmus.
r not. l. inter. §. diuortii. de verb. ſignifi. & c. ii. de conuerſ. cõiug.
s gl. §. fi. de grad.
t c. ex publico. vbi not. de conuerſ. coniug.
u Dec. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Mar. Soci. conſi. xxviii.
x xxv. q. i. l. ſunt quidam. c. literas. de reſtitut. ſpol.
x l. conſenſu. C. de repud. §. minores. in authent. de nupt.
z c. idololatria. xxviii. q. i.
a c. ii. de diuor.
b c. omnes cauſationes. xxxii. q. vii. vbi gloſ.
c Abb. c. mari- tis. de adult. Dec. l. i. de ſec. nup. d conſi. vlt. in i. e c. i. & ii. de con. lepros.

ſaltem



ſaltem in foro cõſcientiæ tutam eam eſſe, quam-
uis ſui copiam illi facere detrectet [a]. Si enim iudi
cio medicorum euidens contagionis periculum
immineat, non erit ei tentandus Deus [b]. quod cer
tiùs procederet, ſi poſt matrimonium contractũ
eo morbo vir laborare cœpiſſet, cùm ſui delicti,
& præſumptæ fornicationis det pœnas. Capti-
17 uitate † olim ſoluebatur matrimonium [c]: propter
ſpem tamen poſtliminij dos non repetebatur,
ſed mors expectabatur [d], niſi verba ſtipulationis
adeò generalia eſſent, vt talem quoq; caſum com
præhenderent [e]: vel niſi ex eo capite dos repete-
retur, quia maritus propter captiuitatem facul-
tatibus lapſus eſſet [f]. quod hîc latiùs à recentio-
ribus diſputatum extat. Hodie verò nec captiui-
tate, nec ſeruitute ſoluitur matrimonium [g]. vnde
conſequens eſt, vt nec exilio ſoluatur [h]. Sed an co
gatur mulier maritum exulem ſequi, & vagabun
dum? conſtat non cogi [i]. Quòd ſi in alia iuriſdi-
ctione, à qua exul nõ ſit, familiam conſtituat, pu-
tauerim debere ei comes eſſe [k]. quod Anchar. Ce
pol. Nelluſque tradiderunt [l], quicquid hîc Imola
diſtinxerit. Meritò ergo nõ erit quicquam vxori
imputandum, quæ maritũ (vt vocant) bannitum,
18 ſequuta ſit: quia ſequi cogebatur. Sed † an mona
chatu ſoluatur matrimoniũ? & iure noſtro cõſtat
ſolui [m]. ſed Pontifices id reſtrinxerunt, ſi per con
cubitum conſummatio non acceſſerit [n]. Addunt
tamen Bald. & Caſtrenſ. nihil referre, ꝙ concubi
tus præceſſerit matrimonium: ſoluetur enim ni-
19 hilominus ingreſſu religionis [o]. Sed † nunquid
certis illis caſibus, quibus Pontificia lex tori ſe-
parationem permittit, idem, quod ad repetitio-
nem dotis attinet, iudicabimus, ꝙ ſi diuortium
factum eſſet? & ſi ſtipulatio dotis reddendæ in ca
ſum ſoluti matrimonij concepta ſit, videretur
per ſeparationem eius conditio nõ euenire: non
enim ſoluitur matrimonium [p]. & ita aliqui ſen-
ſerunt [q]. quos tamen ego non ſequor: cùm enim
hodie facta ſeparatione reſtituenda ſit dos [r], de-
bet talis ſtipulatio ad ius referri, etiã impropriè
acceptis verbis [s]. Subrogata enim videtur hæc
ſeparatio ipſi diuortio [t]. proceditq́ue hæc ſenten
tia certiùs, cùm verba ſtipulationis generaliter
concepta ſunt, putà in omnem caſum dotis reſti
tuendæ [u]. compræhendunt enim non ſolùm ca-
ſus ſeparati tori, ſed etiam omnes alios, quibus
20 dos conſtante matrimonio reſtituitur [x]. Sed † nũ
quid hęc illum caſum continebunt, cùm ob ino-
piã mariti dos repetitur [y]? & Barto. negat [z]: quia
non eſt reſtitutio illa, ſed conſignatio quædam,
& depoſitio, quæ ob cautionem vxoris fit [a], &
non actione ex ſtipulatu, ſed condictione ex le-
ge inducitur, & ꝙ ex fructibus vltra onera matri-
monij ſupereſt, non ad vxorem, ſed ad maritum
pertinet. Hancq́ue ſententiam Bal. Nouel. ait cõ
muniter eſſe approbatam [b]. Quòd ſi damnum
inde vxori oriretur, fortè aliud eſſet: verbi gratia,
Extraneus pro marito fideiuſſit in omnẽ caſum
dotis reſtituendæ, quod Florentiæ fieri ſolet [c]:
viro ad inopiam redacto, agit vxor contra extra-
neum, vt dos ſibi conſignetur. Reſpondet Ponta.
& Imol. cogendum extraneũ ad reſtitutionem [d].
quæ ſententia aduerſus Caſtrenſem videtur hoc
caſu eſſe verior [e]: ſuadet enim hoc fauor dotis, vt
ſi penes vxorem, nec ab extraneo alimenta acci-
piat, ſed à ſe ipſa. Addit Imol. ſi verba ſtipulatio-

a Card. Præpoſ. c. i. de cond. lepros.
b xxiii. q. viii. ſi nulla. Felin. c. ex tranſmiſſa de præſcrip.
c d. l. i.
d l. ſi ab hoſtibus. ⁊. eod. l. ſiquidem. C. eod.
e l. ſi quis ſit ſtipulatus. ⁊. eod.
f l. ſi conſtante. ⁊. eod.
g §. ſed & captiuitatis. in auth. de nupt.
h gl. xxiii. q. ii. vnaquæque.
i Bart. l. Mæuia. §. i. de an. leg.
k c. i. qui matri. accuſ. vbi Anchar.
l Cepol. conſilio v. Nel. ii. par. ii. temp. q. xxii.
m l. fi. C. de epiſc. & cler.
n d. c. ii. de conuerſ. coniug.
o Paul. d. l. fin.
p c. ii. de diuor. l. ſi cùm dotem in prin. ⁊. eod.
q l. ſi quis ſic ſtipuletur. vbi Bar. ⁊. eod.
r c. i. & ii. de don. inter vir.
s l. ſi vno. loco. l. dãni. §. ſi quod. de dam. infect.
t Doctores l. i. C. vnde vir. Iaſon iiii. fal.
u Bartol. d. l. ſi quis.
x l. mutus. §. i. ⁊. de iur. dot. glo. ii. in princip.
y l. ſi conſtante. ⁊. eod. Bart. hic ii. oppoſit.
z d. l. ſi quis.
a l. vbi. in fi. C. de iur. dot.
b Bald. Nouel. d. l. ſi conſtante. in gloſ.
c contra rubric. C. ne fideiuſ. dot. dent. & conſil. cxxvi. quæritur. viſo inſtrumento. d Roma. conſil. cccxcii. e Caſtr. d. l. ſi quis.



nis in omnem caſum ſoluendæ dotis concepta
ſint, tunc hanc conſignationem contineri [f]. I-
demq́ue eſſe Bald. Nouel. arbitratur [g], cùm pro-
miſſum eſt dotem reſtitui in caſum ſoluti matri-
monij, & in omnem alium, vt verba aliquid ope-
rentur [h]. Quod e-
go non probo, cùm
plerique ſint caſus,

*quemadmodum dos* [a]

quibus etiam conſtante matrimonio dos repe-
titur [i]. Certior ergo eſt illa conceptio, quam Ia-
A ſon probat, cùm ꝓmiſſio facta eſt in omnem ca-
ſum reſtituendæ, vel conſignandæ dotis [k]. Sed † 21
quid ſi matrimonium fuit nullum, an dos actio-
ne de dote repetetur? & Doct. negant hanc actio-
nem competere: cùm, vbi matrimonium nõ eſt,
nec actio quidem dotis eſſe poſſit [l]. agetur ergo
condictione ſine cauſa, vel ob cauſam [m]: habebũt
tamen eæ actiones quandoque priuilegia aliqua
inſtar actionis de dote [n], quod infrà attingam.
Et hæc quidem vera ſunt, quoties nuptiæ nullo
B modo ſecutæ ſunt: ſed, eis ſecutis, propter deli-
ctum videtur ius ad fiſcum pertinere. publicatur
enim dos propter inceſtas, vel illicitas nuptias
contrahentis [o]. Dum modò mulier & ius & fa- I.
ctum ſciens contraxerit: ſed ſi iuris, vel facti igno
rantiam alleget, cenſuit Bartol. excuſari [p]: licet
vt à lucris nuptialibus non repellatur, lex errori
duntaxat ignoſcat, qui acerrimus, inaffectatuſ-
que ſit [q]. Non putauerim tamen hoc de fiſci iu- II.
C re quicquam à marito excipi poſſe [r], & ideo vxo
ri condicenti non obſtare alieni iuris exceptio-
nem [s]. Quod maximè in principibus dicendum, III.
qui lege fiſcali ſoluti ſunt [t]. Fortaſſe † etiam eo IIII.
caſu excuſari poſſent hi coniuges, ſi allegarent ſe 22
contraxiſſe quòd ſperarent à ſummo Pontifice
diſpenſationem. in his enim caſibus, quibus ſo-
let diſpenſare, probabilis eſſet hæc allegatio [u], vt
à tali pœna excuſet, quæ citra dolum ſaltem prę-
ſumptum non cõmittitur [x]. quod & Salicet. ſen-
D ſiſſe videtur [y].
[a] ❡ DOS. Dotis † nomen generale eſt, & à dã a
do dicitur: vnde quicquid præcipuum alicui da- 23
tũ eſt, ſiue à natura, ſiue ab hominibus, ſic appel-
latur: hinc dotes animi pro virtutibus: & dotes
corporis appellari ſolent. Hinc etiã in iure dotes
prædiorum [z], dos eccleſiæ [a], dos quæ ſanctimo-
niali monaſterium ingredienti datur [b]. Significã
tiùs verò dos hîc accipitur pro re, ſeu pecunia ex
cauſa matrimonij marito data [c]. Eam † ſic admo- 24
E dum ſcrupuloſè definiuit Bartol. vt Dos ſit ius,
in ſe id continens, quod ex parte mulieris, eius
marito datum traditumúe, aut pro tradito habi
tum ſit, onerum matrimonij ſuſtinendorum cau
ſa. Quam definitionem vt rectiùs intelligamus,
videndæ ſunt quatuor quæſtiones. Et in primis
quodnam id ius ſit. & poſt Bartol. receptius eſt,
ius vniuerſale eſſe [d]. Et † cùm triplex ſit vniuer- 25
ſitas, alia iuris, vt hæreditas [e], alia facti, vt grex,
chorus ſeruorum, familia [f], alia mixta, partim
F iuris, partim facti, vt peculium [g]: ſentiunt Doct.
dotem ad hanc vltimam ſpeciem pertinere, &
peculio ſimilem eſſe. Ego priorem quoque ſen-
tentiam veram eſſe arbitror, quæ aliquatenus A-
zonis fuit, & quam veteres ante Bartol. appro-
barunt, & poſt Bart. etiam aliqui, vt Bald. Angel.
Caſtr. Dec. Bulgar. Bal. Nouel. [h] Plurimæ † etiam 26

f Imol. d. cõſilio c.
g Bald. Nouel. d. l. ſi conſtante.
h l. ſi de certa. vbi Bart. C. de tranſac. l. creditor. §. Caio. de lib. leg.
i d. l. mutus. §. i.
k Iaſo. d. l. ſi conſtante. ii. q. vii.
l l. iii. §. de iur. dot.
m l. fi. §. de condi. ſine cau.
n l. quæſitum. in fin. de priuileg. cred.
o l. ſi quis inceſtis. cum auth. ſeq. C. de inceſt. nup.
p l. ſi adulterium. ⁊. de adult. vbi Bartol.
q l. qui contra. C. de inceſt. nupt.
r l. his conſequẽter. fam. erc.
s l. ii. ſi ag. vectig. Bart. l. ii. de except. rei iudic. vbi Iaſo. d. leg. i.
t c. & ſi neceſſe. de donat. inter vir.
u l. idem. in fin. vbi Doct. de leg. i.
x d. l. ſi adulterium. §. idem Pollioni.
y Salic. d. l. qui cõtrà.
z l. ii. l. Seiæ. §. liberto. de fund. inſtruct.
a c. cùm ſicut. de conſec. eccl.
b Bar. l. i. §. ſi parens. ſi quis à par. Soci. conſ. ccxli.
c arg. l. v. §. peculium. de pecul.
d l. i. verſ. ſed quod. de dot. prælег.
e l. hæreditas. de pet. hære.
f l. vii. de rei vind. l. exer. §. i. de verb. ſig.
g l. vi. de pecul. leg.
h In tract. dot.

leges de dote ipſa,ceu de pecunia, loquuntur,vt
cùm dotem tradi,reſtitui,vindicari,numerari di-
cunt[a],remq; ipſam, non ius aliquod deſignant.
quod & etymologia ſuadet:cùm dos à dando di-
catur.Pecunia igitur, vel res, quæ datur, ipſa eſt
dos.Oſtendũt hoc & auctoritates veterũ in eum
Terentij locum in Andria, Act.v.ſcena v.

——CH.*Dos eſt Phamphile.*

*Decem talenta.P.accipio.*

Illud tamen verũ eſt, ex hoc contractu, pecuniæ-
que datione oriri quoddam ius à re ipſa ſepara-
27 tum[b], quod & ipſum dos dicitur: quod † ius, ſi
particularis res data ſit, particulare eſt:ſi vniuer-
ſalis,vniuerſale. Non igitur vera eſt Bart.ſenten-
tia,generaliter dotem pro iure vniuerſali accipi-
entis,quòd ſi vniuerſitatem pro eo, quod totali-
tatem,ſeu integralitatem barbarè dicimus,acce-
pit[c], rectè locutus videri poſſet[d]. corpora enim
in dotem data, ſi ſingulariter conſiderentur, ali-
ud à dote ſunt[e]: quòd ſi coniunctim conſideren-
28 tur, à dote non differunt[f]. Eſt † igitur dos quid
integrale ex corporibus, aut iuribus conflatum,
quod per impenſas neceſſarias diminutionem
recipit, reſpectu quidem ipſius vniuerſitatis[g], id
eſt totius iuris,quod tanto minus efficitur[h]:non
autem reſpectu corporum:quia de quantitate ad
ſpeciem non fit compenſatio[i], & quia in ſpecie-
bus nemo cogitur admittere ſocium[k]. Recipit
29 † id ius etiam augmentum fructuum[l], non qui-
dem conſtante matrimonio, quia tunc ad mari-
tum pertinẽt[m], ſed poſt ſolutum matrimonium.
non enim debet eos maritus lucrifacere,imò ve-
riſimile eſt actum, vt reſtituantur: & ideo per a-
ctionem petuntur[n]. vnde propriè loquendo nõ
tam dotem hi augent, cùm propriè ſolùm con-
ſtante matrimonio ſit dos, quàm ipſam de dote
actionem[o]. cùm enim ſoluto matrimonio ſint
percepti, propriè dotis eſſe non poſſunt, cùm v-
bi matrimonium nõ eſt, ibi nec dos propriè qui-
dem ſit[p]. Quòd ſi cum Barto. cenſeremus fructi-
bus dotem augeri,quia dos ius vniuerſale ſit,cõ-
ſequens eſſet, vt etiam ex parte mariti id proce-
deret: & tamen receptum eſt petente marito ab
vxore dotem, fructus officio duntaxat iudicis,
non autem iure actionis deberi[q]. Nec me mo-
uet, quòd in dote pretiũ loco rei ſuccedit[r]: quia
nõ ſequitur, ideo ius vniuerſale dotem eſſe, cùm
id potius ex voluntate contrahentium ſit[s], vel
propter vtilitatem mulieris[t], & ex priuilegio i-
pſi doti ſpecialiter indulto[u], quod & alij tradi-
derunt[x]: ſecundum verò communes regulas,
nec in dote quidem pretium loco rei ſuccedit[y].
30 Nec rurſus eo moueor, quòd † in dote libellus
generalis admittatur[z], vt communiore ſenten-
tia receptum eſſe Iaſon. atteſtatur: quia opinor
non ideo inductum hoc eſſe, quòd dos ſui natu-
I. ra ſit quid vniuerſale, ſed alia ratione. Aut enim
ob dotem ſimpliciter promiſſam aduerſus reum
debendi agitur, & cùm promiſsio dotis incerta
valeat[a], conſequens eſt, vt etiam petitio ſuſtinea
tur[b]. Aut repetit mulier dotem à marito, quam
II. illi in quadam vniuerſitate conſtituerat, vt quia
hæreditatem patris in dotem dederat: tunc quo-
que omnes conſentiunt admitti libellum gene-
ralem[c], vt dos ſecundum rem in ea deductam
III. cenſeatur: licet aliud in hæreditate ſit[d]. Quòd
ſi proponatur, dotem in rebus particularibus
conſtitutam fuiſſe, an tunc admittenda ſit mulie
ris petitio dotem ſibi reſtitui ſimpliciter inten-
dentis, magna eſt altercatio: & communis ſen-

a l.ſi pater ignorans.ff.eo.
b l.licet. de dot. præl.Bar.l. cùm pater. §. pater filiæ. de legat.ii.
c l.ea lege.§.fin. ſ.loca.
d l.eum,qui.l.rerum. de vſuca.
e l.quod dicitur. ff.titul.i.
f l. etiam. C. de iur.dot.
g d. §. quod dicimus.
h l. ſi is, qui Stychum. §. fin.ſ. de iur. dot.
i l.ſi. C. de compenſ. vbi glo.
k l. ſi non ſortẽ. §.ſi centum.ff. de cõdict.inde.
l l. ſi marito. §. fin.ff.eod.
m l.pro oneribus. C.de iur.dot.
n d.l.etiã.& l. videamus.ſ.de vſur.
o gl.l.item veniunt. §.fructus. de pet. hæred.
p l. iii. ſ. de iur. dot.
q l.ſi.§.præterea. C. de iur. dot. Bald.Angel.Alexand. d. l. ſi marito.§. fin.
r glo. l. Labeo. ver.at cùm dominus.de verb.ſigni.
s gl. l. vii. C. de iur. dot.
t l.ita conſtante. d.l. res, quæ.ff. eod.
u l. ita conſtante. verſic.ſi mulieri vtile. de iur. dot.
x Baptiſt. de ſancto Blaſio in tract. dot. priuil.ccc.
y Ped. conſi.lxi. dixi in l. ſi cũ.ſi certum pet.
z l.fin. C.de ſent. quæ ſine cer.quant.
a l.iii. C. de dot. promiſ.
b l i. §. quia autẽ.quorum leg.
c l.iii.de pet.hæred.
d l.cogi.§. ſed & ſi miles.ad Trebel.

tentia eſt, admitti[e]: aliquibus hoc fauore dotis
interpretantibus[f], aliquibus ex natura rei tan-
quam ius ſit vniuerſale, paucis ideo valuiſſe di-
uinantibus, quia reus nihil excepiſſet[g]. Quam
tamen concluſionem Raph. Paul. Salic. intelli-
gunt, dum in proceſſu cauſæ declaretur qualis,
quantaúe ſit ea dos. quod ſi declaratum non fue-
rit, abſoluendum eſſe reum Specul. cenſuit[h]:
quia aliàs incerta ſententia non valeret, vt Gor-
A diani conſtitutio indicat[i]. In ea enim præ-
ſupponitur,libellum valere,quo ſimpliciter dos
petita fuerat:& licet probatum fuiſſet dotẽ da-
tam, quia tamen quantitas ad liquidum dedu-
cta non erat,ſententia illa non valuit[k], cùm ta-
men ſi verè de iudicio vniuerſali ageretur,valere
debuiſſet.quia in executione ad liquidum dedu
ci poſſet[l]. & ego quia ſuprà concluſi dotem ex
iure quodam,& ex coniunctis corporibus in do
tem datis conſtare, arbitror petitionem dotis
B ſimpliciter admitti, dum tamen in proceſſu de
corporibus deinde probetur. quod ſi non fiat,
ſententia propter incertitudinem eſt nulla[m].
ſicque † exiſtimo Gordiani conſtitutionem pro- 31
cedere,non ſolùm cùm liquidum non erat, do-
tem datam eſſe,ſed etiam ſi liquidum eſſet, do-
tem datam,verùm quantitas incerta eſſet, quod
dictio *Præſertim*, indicat[n]. & ita eam conſtitutio-
nem interpretor, quam Bulga. recentioreſque
tanquam cothurnum vtrique pedi aptant. Il-
C lud † admittunt Doctor.ſi maritus ipſe ab vxore IIII.
dotem petat,generalem libellum non ſuſtineri: 32
quia tunc dos naturam vniuerſitatis non ſeruat,
ideoque † fructus tali caſu dotem non augere[o], 33
ſed officio iudicis mercenario ſolùm deberi[p].
Sequens quæſtio eſt,an dos dicatur ante datio-
nem,vel traditionem?& definitio Bart. videtur V.
requirere traditionem.nam † & fundus dotalis 34
ante traditionem dotalis non dicitur[q]. oſten-
dit hoc & etymon: quia dos dicitur, cùm data
D eſt.vnde & Bar.contractum dotis ab executione
nomen aſſumpſiſſe tradidit[r]: & ideo ante exe-
cutiònem factam,id eſt rei interuentum,iure ve-
teri actionem nullã patiebatur[s]. Hincq; † inferri
videtur,promiſſam dotem, propriè dotem non 35
eſſe.quod Alex.& Soci. crediderunt[t]. Sed alij
receptiore ſententia contrariũ cenſuere[u]: quia
lex eam,quæ talẽ promiſsionem habeat, dotem
habere dicit[x], & quia idem iudicamus de dote
promiſſa,quod de dote data[y].vnde ſtatutum, ꝙ
E vir lucretur dotẽ,habet locum etiã in promiſſa[z].
Idemq; in ſtipulatione de dote lucranda[a]. quod
& plurimis auctoritatibus Iaſ.hîc oſtendit. Ego,
ſi promiſſor in mora ſit,nõ dubito, quin & ſtatu-
tum,& ſtipulatio quęlibet lucrũ dotale credito-
ri deferẽs in dote ꝓmiſſa locũ habeat[b], ne † mo- 36
ra fruſtratori proſit[c]. Si verò promiſſor in mora
non ſit,priorẽ ſententiam ſequor,vt propriè dos
nõ ſit,ſed illa iuris interpretatione, qua ſolemus
dicere idẽ eſſe,an quis rem, an quis actionem ha
F beat[d]. Quid verò iuris ſit,cùm ſtatutum de dote
data,vel numerata,mentionẽ facit,alibi attingi-
tur[e]. Sed & hinc infertur,an filia, cui pater in te-
ſtamento dotẽ reliquit,dotata dicatur,vt ab eius
ſucceſsione verbis ſtatuti reijciatur, filiã à patre
dotatã excludentis?& ex ſuprà dictis probari vi-
detur,propriè dotatã non dici, maximè cùm an-
te matrimoniũ contractum non ſit dos[f]. Sed ta-
men cõmuniter receptum eſt,filiã hãc excludi[g],

e d.l.final.
f arg.d.l.iii.
g l. fi. C. de ex. excep.
h Spec. in tit. de ſent.
i d.l.fin.
k d. l. fin. verb. præſertim.
l l.licet.de pet.hæred.
m glo. l. i. §. ſi quis argentũ. depoſ.
n l.fin.de his,quæ in teſt.del.
o d.l.fin. §.præterea.
p Bald. Angel.Alex.d.l.ſi marito.§.fin.
q l.xiii. §.ii. de fund.dot.
r Bart.l.iuriſgentium. in princi. de pact.
s l. ad exactionẽ. C.de dot.promiſ.
t gl.l.v.ff.eod.
u gl. l. i.§. accedit.verb. faceret. C. de rei vxor.act.
x l. cùm poſt.§.i. de adminiſt.tutor. l. i. verſic. & ſi tantùm ꝓmiſſa.de collat.dot.
y l.ſi pater.ff.eod.l.fin.C. de dot.promiſ.
z l.ſi donaturus. in fi. de cõdict. ob cauſ.vbi Iaſ.
a .§. dotes. vbi Ang. in authẽt. de nupt.
b l. in executione.in fi. de verb. oblig.
c c.mora. de regul. iur. in vi. Bart. conſil. cxxxiii.
d l. qui actionẽ. de reg. iur.

e In l.iubemus.§.ſanè.de ſacroſ.eccl.vbi Bart.& Caſt. f l.iii.de iur. dot.l.fin.C.de do. ante nup. g Bart.l.Titio.§.Titio genero. C.de cond. & demonſt.

vt



37 vt † dicatur dotata; cui dos in teſtamento aſsi-
gnata eſt[a]: quia pater quantum in ſe fuit, actum
dotandi exercuit: & cùm id ſtatutum ea ratione
nitatur, ne facultates extra familiam deferantur,
ex hac ratione fiet extenſio de propria ſignifica-
tione ad latam. cui locum eſſe etiam in correcto-
riis traditum eſt[b], maximè cùm ſola illa ratio ad-
duci poſsit[c]. Tertia eſt quæſtio, nunquid † dos
38 dicatur, etiam quæ talis ſit, vt oneribus matrimo
nij non deſeruiat? Quid enim ſi mulier in vno
nummo dotata ſit? & Bal. adhuc eſſe dotatã aſſe-
ruit[d]. pro portiuncula enim ſalua deſeruiendi a-
ptitudo in nummo eſt[e]; idq; ſufficit, cũ argumẽ-
39 tum dos recipere poſsit[f]. Illud † fateor, quotieſ-
cunque mulier contemplatione dotis ab aliquo
commodo ſubmouetur, de dote congrua intelli
gendum eſſe[g]: ſicq; ad rationes Iaſonis reſpõ-
dendum. Sed quid ſi dos momentanea fuerit? &
adhuc dotem dici verius eſt[h]: ſufficereque Bald.
ait, vel modico temporis ſpatio matrimonij one
40 ra maritum ſuſtinuiſſe[i]. Quid † verò, ſi contra-
cto matrimonio ante conſummationẽ vxor de-
ceſſerit, an ſtatutum de dote marito lucrifacien-
da locum habeat? & Bart. cenſuit locum eſſe[k].
41 cuius ſententia eſt receptior. Videtur † enim ſta-
tutum id lucrum deferre, vt viri ad ducendas v-
xores inuitentur[l]: & ſic propter fœdus ipſum
I. matrimonij[m]. Quid ergo ſi alia ratione potue-
runt ſtatuentes moueri, putà remuneratione im
penſarum & onerum matrimonij[n]? tunc non
eſſe locum ſtatuto Salic. cenſuit, quem etiã non
pauci ſunt ſecuti, vt Soci. Feli. Decius[o]. Sed ego
ſatis eſſe arbitror, ꝙ potuerit ea onera ſubire, ſi fa
cto prærepta ſibi non fuiſſet vxor[p]. Vnde huiuſ-
modi ratio nihil cogit, vt à verbis ſtatuti receda-
mus[q]. Quid ſi verba ſtatuti de matrimonio
II. conſummato loquũtur? & tunc ſatis clarum eſt,
ſtatuto locum non eſſe[r]. quod plerique tradide-
runt[s]. vt ſi verba concepta ſint, *Non exiſtentibus
liberis*: tanquam iis verbis oporteat ſaltem apti-
42 tudine potuiſſe liberos exiſtere[t], vel † ſi verba
dicãt, *Vxore decedente in matrimonio*, intelligẽdum e-
rit conſummato, ne aliàs dictio *In matrimonio*, ni-
hil operetur[u], vel dicant, *Matrimonio copulato*.
quod Baldus reſpondit[x]. quæ exempla ſatis du-
III. bia ſunt[y]. Cæterùm cùm maritus in matrimo-
nij contractu donaſſet vxori in augmentum do-
tis centum aureos, caſu quo ipſe pręmoreretur:
ipſe ante conſummationem mortuo reſponſum
fuit, illa centum non deberi: quod ſcilicet cau-
ſa donationis videtur fuiſſe in præmium deflo-
rationis, quæ ſecus nõ erat. Ego vel oſculum ſa-
tis fuiſſe exiſtimaui, vt lucrum faceret vxor[z].
IV. Addit † Bal. nec tunc lucrum dotis marito ex ſu-
43 prà ſcripto ſtatuto acquiri, quando recuſaſſet o-
nera matrimonij ſuſtinere, nec eam ad ſe ducere
curaſſet[a]. nec refert, ꝙ cùm videret infirmam,
deinde curauerit ſolùm lucris curandæ cauſa[b].
quod eleganter ex facto Socinus reſpondit[c].
Idemque ſi in peſtilenti loco eam deſeruiſſet[d].
44 quod aliàs deciſum vidi[e]. Sed † quid ſi mulier
pacta eſt, vt fructus dotis maritus habeat, ipſa ve
rò onera ſubeat? & Angel. reſpondit, valere pa-

a l.non eſt.de rit. nupt.l. qui pupillam.de adult.
b glo.de.i. verb. eligatur. de elect.
c glo.l. quamuis. C.de fideicommiſ.
d Bald.c.ſi proponente.de reſcript.
e l.Neratius.§.pe. de relig. & ſumpt. funer.
f l. etiam. C. de iur.dot.
g l.quæro. ſ. de de iur.dot.
h Bal.l. non tantùm.C.de legib.
i Bal. l. fin. C.de epiſc.& cleric. Iaſ. d.l.ſi donaturus.
k l.nihil.ff. tit.ij.l. cùm fuerit.de cõ. & demonſt.
l l.denique.de rit. nupt.l.liberorum. .§.i.de iis,qui not. infam.
m l.cùm quis.§.i. de dot.præleg.
n l.i.§.ſi verò.ubi Ang. C.de impo. luc.deſcrip.lib.10.
o Dec.conſ.lxvii.
p l.annua.in prin. de ann. leg. Bart. d §.Titio.

q d.l.denique.l.liberorum §.i r c. ex publico.de conuerſ. coniug. s Bal-
conſil.ccxc. Cor. ccxlviii.in ii. Iaſ. d. l. ſi donaturus. t gloſſ.l.precibus.C.de im
pub. & al. ſubſtit. u l.ſi quando. de leg.i.Can rub.extrà,de ſponſ. x Corne.l.
non ſine C. de bon.quæ lib. y d.l.ſi extraneus. z l.ſi à ſponſo.C.de donã.
ante nupt. a l.fin.§.utrunque.C.de do.promiſ.Bald.conſil.cx.in ii. b arg.l.
filiæ.ff.eod. c conſil.viii.lib.iii. d Doct.l. ſi ab hoſtibus.§.i ff.eod. e arg.
c. i. quib. mod. feud.amit.



ctum[f]. Sed receptior opinio ſtat contrà[g]: quia
dos eſſe non poteſt, niſi oneribus matrimonij
deſeruiat[h]. Poteſt tamen Angeli opinio defen-
di, quando conuentum eſſet, non quòd maritus
ab omnibus oneribus ſit liber, ſed ab alimentis
præſtandis tantùm[i]. Sunt † enim alia quoque 45
matrimonij onera, vt filiorum cura, & diſcipli-
na, vt vxoris mores toleret, vt eã, non aliàs aſſe-
ctetur, & ſi qua ſimilia[k]. Quarta quæſtio eſt, an
A † extra matrimoniũ ꝓpriè ſit dos? & videretur, ꝙ 46
non[l]: ſed licet hoc ꝓpriè loquendo ſit verũ, tñ
etiã ante contractũ matrimoniũ quãdoq; dos di
citur, vt ex præſumpta legis mente, quã qualitas
alicuius verbi indicet[m]: vel cùm in tempus ma-
trimonii vox hæc confertur[u]. idemq; ſi nomi-
nis cauſa contrahentes per quandam anticipa-
tionem ſic appellent[o]. Idemque in diſpoſitione
legis, cùm eiuſdem rationis æquitas verba ple-
niùs accipi ſuadet[c]. vt meritò Socin. hîc latiùs
B ſumpto vocabulo dotem etiã ante nuptias dici
poſſe crediderit[f]. Sed an poſt ſolutũ matrimo-
niũ antequàm repetita ſit, propriè dos dicatur: &
rubrica noſtra videtur probare eſſe dotem: & ita
ſenſerunt Paul. Soci. Are. Bart. & non pauci alij.
ſolent enim eam Iuriſconſ. ſic appellare[r]. Vn-
de tunc propriè actionem de dote concedunt,
quæ ante ſolutum matrimonium non compe-
tit[s]. Ego † propriè dotem appellari non credi- 47
derim[t], cùm oneribus matrimonij tunc non
ſeruiat[u]. & † quia ubi matrimonium non eſt, ibi 48
C dos propriè non dicitur: verùm figurato loquen
di modo[x], quia dos fuit, ἀναφορικῶς adhuc no-
men ſeruat[y]. Vnde & lex ait, † etiam direpto 49
matrimonio dotale prædium eſſe intelligitur[z]:
non enim ſimpliciter dicit eſſe dotale, ſed intel-
ligi eſſe: quæ verba ad interpretationem magis,
quàm ad proprietatem referuntur[a]. Conclu-
dendum ergo propriè hoc caſu dotem non eſſe,
niſi aliqua qualitas adiecta aliud ſuadeat, vt quia
D dotis datæ fiat mentio. participium † enim præ- 50
teriti temporis ad conſtantis matrimonij tem-
pus refertur. Idem, ſi tacitè ſubintelligatur, vt in
rubrica noſtra: repetitur enim duos ſcilicet data:
ſic conceditur actio ad dotem ſcilicet datam[b].
Sed quid poſtquam dos ipſa reſtituta eſt, patri-
monioque mulieris coniuncta? & † tunc propriè 51
dotem non eſſe omnes fatentur[c]. ideo in illa
priuilegium legis Iuliæ de fundo dotali, locum
non habet[d]. quæ opinio certiſsima eſt[e], ſed
E non tamen perpetua. Nam in caſibus, quibus I.
hæreditas dicitur, quamuis adita, in iiſdem e-
tiam dotẽ dici, quamuis reſtitutã, credendũ eſt.
quos caſus alibi adnotaui[f]. Quo fit, vt ſaltem II.
latiùs accepta hac voce, dos dici poſsit. ꝙ Socin.
hîc cenſuit[g]. Sed & ex cõmuni vſu loquẽdi idẽ III.
eſt, quo ſolemus dotatã viduam appellare. quod
Are. docuit[h]. Sed & ſi recuperata dos, ſed iniu- IIII.
ſtè, ſit, ꝓ nõ recuperata eſt, & rectè dos dicetur[i].
Idem, cùm ab eo eſt recuperata, qui conſeruare V.
F illam mulieri teneatur[k]. propter † adiectum e- 52
nim onus nomen ſeruat[l]: quod & de hæredi-
tate dicitur[m]. Idem, propter vtilitatem perſi- VI.

f l.ſi.in princ. de dot.excep.
g arg. l. iii. de pact.dot.
h l.ſi pater mulieris. in fi.de iur. dot.l.ſi quis.§.fi. de don. inter vir.
i d.l.fin.in prin.
K Modern.hic.
l d.l.iii.
m Bart.d.§.Titio genero.
n l.Theopompus de dote præleg.
o l.ſi ſeruo de iure dot.l.ii.in fi. de priuileg. cred. gl. l.i.de fund. dot.
p l.lex Iulia. de fund.dot.
q l. ſi ſponſa.de iure dot.
r l. ſi ſocius pro filia.ſ. pro ſocio.
s l.ſi marito.§.fi. l.ſi pater.ff.eod.
t l.i.§.de uſucap. pro dot.

u d l. ſi pater.in fi. x l.ſi is,qui in fin.de iur.dot.gl.l.iii.de fund. dot. y l.i-
tem.de ſuis & legit.l.inſula.in fin.de acq.rer.dom. z l.etiam.de fund. dot. a l.
retrò.de capt. b d.l. ſi marito.§.fi. c arg.l.ſed ſi plures .§. filio impuberi
de uulg. d d.l.iii.uerſ.quoties de fund.dot. e l.etiam.§.apud Marcellum.de pe.
hæred. f l.nihil aliud.de uerb.ſig. g Bal. & Doct. in auth. præterea. C.unde
uir.& ux. h arg.l. cùm in fundo.§ quòd ſi mulier.de iur.dot. i l.ſi cùm dotem.
.§.i.ff.eod. k auth. ſed quamuis. C. de rei ux.act.l.fi.C.commu. utr.iud. l ff.
toto tit.de colla.dot. m l.filiusfa.ad l.Falc.

VII. ciendæ vſucapionis,vt acceſsioni ſit locus [a].Idē,
cùm ratio ſtatuti eadem ſubeſt,ſiue dos reſtituta
53 ſit,ſiue non ſit. fiet † enim interpretatio ex exten
ſione, quæ de ſtricta vocabuli ſignificatione ad
latam etiam in correctoriis concedi ſolet[b].cuius
rei exemplū in Mutinenſi quodā, Bononiēſique ſtatuto
P.Caſt. Alex. Iaſóq;

*petatur [a].*

LEX I.

POMPONIVS LIB.

54 adducūt.Sed † rurſus dubitatur, quid in dote ob
causam matrimonij putatiui,vt vocant,data? &
non dicitur propriè dos[c]:cùm idem ſit,an matrimonium
non fuerit contractum,an perperam &
vetito modo [d]. Si tamen vterq; coniugum ignorantiam
prætenderet, ſecùs eſſet [e].vnde tali caſu
in ſtatuto verba de lucro dotis faciēte,huiuſmodi
opinatitia ius compræhenderetur [f]. ſicut &
in ſtatuto executionem iuſtrumentis dotalibus
concedente [g]. quod intelligendum eſt,quo-
55 ties de fauore mulieris ageretur. Intereſt † enim
eius dotē, quam viro dederat, quamprimùm repetere,vt
alteri nubere poſsit [h]. reſpectu verò lucri,
quod marito applicari poſsit,aliud regulariter
eſt [i]:quod alibi Doct.attingunt [k].

a

56 a PETATVR: id eſt, repetatur. cùm enim dos
verè,vel fictè data ſit,conſequens eſt,vt†non tam
peti, quàm repeti dicatur. quod Accur.cenſuit,
ſed Bart.contrà:quoniam,qui repetit,vtique pe-
57 tit:ſicut † qui reddit,vtique dat [l]: & qui reſtituit,
ſtatuit: qui reconuenit, vtique conuenit [m], formantur
enim hæ dictiones per apocopen præpoſitionis
*Retrò*, quæ qualitatem quandam verbo
adiungit ipſius verbi ſignificationem reſtrin-
58 gentem [n]. Vnde † apparet ſimplex verbum generalius
eſſe, quàm hoc modo compoſitum [o].
59 Hinc † infert Angel. ad municipij legem, quæ
iubet, vt quiſquis petierit in iudicio ſuprà certam
ſummam, teneatur compromittere, an habeat
locum in repetente, & cùm receptior ſententia
ſit ſtatutum id fauorabile eſſe [p], non eſt
dubitandum quin etiam repetens teneatur.Sed
maior eſt difficultas, quid in ſtatuto odioſo, vt ſi
cautum ſit, quòd aliquid petēs in iudicio,certas
ſportulas vectigalis nomine fiſco ſoluat [q]?& Angelus
idem cenſuit: quia Repetendi verbum tanquam
ſpecies ſub verbo Petendi continetur.Ergo
propriè, cùm ſpecies ꝓpriè ſuo generi inſit [r].
quod & Bar.cenſuit.ſed Imol. & Alexan.contrà:
quia tali ſtatuto odioſo non debet repetens continери,
cuius cauſa fauorabilior eſt, quàm petentis [s]:&
quia verba potiùs in ſpecie accipi debent,
quàm in genere [t]. Ego Angelum ſimpliciter
60 ſequor, cùm† mens ſtatuētium nō fuerit,vt propter
cauſę fauorem quiſquam à vectigali eximeretur,
alioquin pleraſq; cauſas excepiſſent,etiam
61 fauorabiliores, quàm repetitionis.Ex † eorum igitur
mente fiet lata in fauorem vectigalis interpretatio
[u]. Et hæc quidem in eo,qui retrò petit,
procedunt. Quid verò, quando præpoſitio vim
iterationis habet? an ſtatutum loquens in petente,
in eo procedat,qui iterum petat?alia eſt quæſtio
[x], quæ ad materiam noſtrā non pertinet [y]:
ſicut nec illa, quam hîc Alexan.tāquam ſimilem
adducit,an diſpoſitio de faciente loquens,in reficiente
obſeruanda ſit [z]? & de veniente ad habitandum,
in eo,qui reuertatur [a]?

a l.Pomponius.§.in dotem.ubi Arc.de acqu.poſſ. b gl.in clem.i.uerbo, eligatur. de elect. c l.i.in fi.de uſuca.pro dot.l.ſi ſpōſa.de iure dot. d l. quoties.q ſa tiſda.cog. e c.ii.c.pe.qui fil. ſint legi.gl. l. dotale. uerb. præſtabitur.de fundo dot. f l.pen.§.fi.quod ſal.tut. g l.ſi cùm dotem.§.fi.ꝟ.eo.ubi Alexan. h l.ii.§.fi.de priui.cred. i l.inſulam.§.fructus.ꝟ.eo. l.i.C.de cond.ob cauſ. K in d.l.ſi cùm dotem.§.fi. l l. cùm quidam.ꝟ.de leg.ii. m Felin. c.at ſi clerici.in princip.de iudic. n gl.& Doct.in l.mancipia. C. de ſeru.fug. l.reſti.tuere.de uerb.ſig.ubi dixi. o l.iii.§.reficere.ꝟ.de itin.actuq;.priuat. l.petenti.de pig.act. p Bart. i.conſtit. Cod.

q l. i. C. de imp.ſemper ſpecialia. luc.deſcr.lib.x.Bart.c.iii.de iudic.Bal.l.contractus.de fid.inſt. r l.de reg.iur. s l.uideamus.ii.de uſur. Bart.l.ſi ſocer §.i.ꝟ.eod. t l. legatum. ubi Bar.d.leg.iii. u l.i.§.i.de loc.publ.fru.Bal.l.fin.ſi cert.pet. x l.fideicommiſſa.§ ſi quis decem.de leg.iii. y Iaſ.l.duobus.§.ei, qui. de inreiu. z gloſ. l.i.ſ. de mor.infer.Iaſ.l.i.§.ſi qs de operi:noui nuntiat. a Alex.cōſ.liiii.in 4.

LEX I.

1 *Dictio Cauſa,in textu,variè ab Interpretibus explicatur.*
2 *Cauſa dotis aliquibus tantummodò caſibus ſummaria & pia dici poteſt.*
3 *In iudicio dotis,inſtantia perimitur triennio,de iure ciuili: & vbi cauſæ fiſcales & dotis differant.*
4 *In caſu lucri captandi poſtponitur fiſcus priuato.6.*
7 *Primipilaris debiti cauſa anteſertur doti, ſicut & funeraria.10.*
8 *Dotis & ſtudiorum idem eſt fauor: exceptis paucis caſibus.*
9 *A dote ad caſum alimentorum non eſt licitum ſemper arguere.*
12 *Publicatio bonorum mariti,doti vxoris inſontis & delicti neſciæ non præiudicat.29.*
17 *Prælationis prærogatiua,quam vxor ratione dotis in mariti bonis quo ad hypothecam, ex noua lege habet, non intelligitur de expreſſa hypotheca,ſed tantùm de tacita.19,21.*
22 *Vbi dotis inſtrumentum non præſumatur priùs confectum.*
23 *Dotis numeratæ & confeſſæ æquiparatio tribus caſibus non procedit: & an,confeſsiò dotis noceat creditoribus.24,25,26,27,28.*
31 *Tacita mariti renuntiatio circa exceptionem non numeratæ dotis,præiudicat creditoribus.*
C 39 *Rationes quare legibus fauor dotiū inductus ſit.41,43.*
40 *Fauore dotis fruuntur etiam mulieres ſteriles.*
46 *Vtilitas publica quatuor modis conſideratur.*
50 *Priuata vtilitas ex magna cauſa præfertur publicæ.*
51 *Faber ſtrepitum excitans prohiberi poteſt ne iuxta ſcholas & ædes doctoris profitentis,ac ſtudioſi habitet:& quid,quo ad aduocatum & medicum.53,54.*
59 *Varia dotis priuilegia,63,88,100,106,116,119.*
64 *Pater obligatus in filiam, etiam ex aduentitio diuitem dotare.Fallit,vt 89,95.*
D 81 *Pater filiæ Naturali alimenta,non dotem debet.*
84 *Extraneus conſtituens dotem, cenſetur donare.*
88 *Ratione dotis iudicium inter patrem & filiam conſiſtit, aliàs ſecùs.*
95 *Pater filiæ nolenti nubere,vel monaſterium ingredi, vltra alimenta nihil debet.*
98 *Dotem in ſubſidium dare tenentur auus paternus & maternus, mater & frater.99.*
101 *Stipulatio dotis,bonæ fidei eſt.103.*
110 *Dotis promiſsio incertitudine non vitiatur.114.*
E 123 *An lex Iulia de prohibita fundi dotalis alienatione loquens,ad mobilia extendatur.*

A

B

Dotiū, aliàs.

D XV. *ad Sabinum.*
Dotis † cauſa b

DOTIS CAVSA b. id eſt, ſubiectum,& materia dotis [b],ſemper
præcipuos habet fauores.
1 alij † Cauſam intelligūt ipſam
actionem [c], quæ & ipſa ſui natura
plurima priuilegia habet,
F non ſolùm reſpectu ipſius mulieris,
ſed etiam mariti,itemq; hæredum [d]. quod
regulare eſt, niſi quod in priuilegio prælationis
in actione perſonali aliud eſt [e]. tale enim priuilegium
mere perſonale eſt,idemq; in prælatione tacitæ
hypothecæ [f], quam ſoli filij, non autem extranei
hæredes prætendere poſſunt [g].Addit Bartolus
[h], idem eſſe,cùm ſoluto matrimonio res in
dotem datæ vindicantur [i]. Priuilegium enim illud,
vt ipſo iure dominium reuertatur, ad hæredem
extraneum non tranſit. quæ ſententia dubia
eſt [k], videturq; hîc Bart. aliter,& melius ſentire.

b l.i.C. per quas perſ.l ſi ex plagis.§. in cliuo.ff.ad leg.Aquil. c Inſtit. de act. in priuc. d l.unica.in prin. uerſic. & nemo. C.de rei uxor.act. e l.i. C.de priuil. dot.l. dabimus.ff. de priuil. cred.

b

f §.fuerat.Inſtit. de act. in fi.l.fi.C. qui pot.in pig. g in auth.ut inſtī. exact.dot. in principip. h in l.Neſennius.§.i.de re iudic. i l.in rebus. C.de iure dot. K Raph. & Beſſit.d.§.i.



tire. Alij cauſam interpretantur, id eſt iudicium
& inſtantiam: quia fauore dotis,vt citius exigatur,
poterit iudex dilationes breuiores concedere,
ſi ex qualitate perſonarum ita ſibi ſederit [a].Item
poterit reſpectu modi probandi ſummariè
procedere etiam non diſtinctis articulis [b], licet
quantum ſit ad ipſam probationem, non niſi legitima
& concludens ſufficiat [c], idque non ſo-
2 lùm ciuili iure,ſed etiam pontificio [d]. In † tali enim
iudicio ſolennia omnino ſunt obſeruanda [e].
Quapropter nec tempore quidem feriarum proceditur,
niſi cùm mulier non haberet vnde aliter
ali poſſet [f]: tunc enim cauſa pietatis, & neceſsitatis
ſuaderet ferias negligi [g].Sed & iudex eccleſiaſticus
principaliter adiri hac in cauſa inter ſeculares
non poterit [h]: quod poſt multam veterū
altercationē videtur receptius, niſi in ſubſidiū:
cùm ſecularis iudex non adeſt [i], vel cùm mulier
eſt miſerabilis, tūc enim cauſa dotis propriè pia
dicitur [k]: vel in pontificum iuriſdictioni ſubiectis
ciuitatibus agitur [l]: vel mota cauſa matrimonij
incidenter de dote quæritur [m].Sed an per ipſum
triennij perimatur huius iudicij inſtantia?
& iure canonico conſtat nō finiri, ſicut nec cęterarum
cauſarum [n]. Iure verò ciuili aliud videtur:
quia lex generaliter ait omnes cauſas pecuniarias
etiam ſuper conditione,ſeu ſtatu hominum,
vel iure ciuitatū, triēnio perimi: exceptis cauſis
fiſcalibus,vel quę ad publicas pertinent functiones
[o]. Meritò igitur cenſuerunt Bal. Imola, & alij,
ab eius legis regula nō eſſe recedendum, quæ
fauore publico inducta eſt,vt lites tandem finiā-
3 tur,ſopianturque diſcordiæ.Contrà†Iaſon,quia
excipiuntur cauſæ fiſcales, & dos,quæ cum fiſco
paribus paſsibus ambulat [p]. Sed certè ea exceptio
taxatiuè in ea lege fit:vnde non eſt licita extenſio
ad caſus ſimiles: cùm inde odia augerentur
[q], nempe litium protelationes: publiceque
expediat huiuſmodi cōtrouerſias quamprimùm
finiri [r]. Adde, quòd & alia eſt ratio fiſcaliū cauſarū,
quas Imperator propter publicas occupationes
per procuratores magiſtratuſq; ſuos tractari
iubet, qui plerunq; negligentes ſunt [s]: alia
dotis. Vnde ſ̃.vidimus in cauſa dotis locum eſſe
feriis: & tñ in hiſce fiſcalibus cauſis ſecùs eſt [t].
Vnde apparet nō ſemper pari priuilegio dotem,
& fiſcum vti: nā & in dubiis pro dote ſemper ꝓnuntiandū
eſt [u],& tamen in fiſco ſecùs eſſe, Modeſtinus
reſpondit [x]. Vnde ſi duo inſtrumenta
eodem die confecta reperirentur,alterum dotis,
alterum fiſci, præſumeremus inſtrumentum dotis
preceſsiſſe [y]. quod & Bald. tradit [z]. Fortiùs
exiſtimarunt aliqui,etiam ſi inſtrumētum dotis
non eſſet, præſumi potiùs pro priuato,idq; ex ſuprà
ſcripto Modeſtini reſponſo. Sed alij contrà:
quia potiùs pro fiſco præſumendū eſt [a], cui multa
priuilegia reperimus ſpecialiter in iure noſtro
4 indulta eſſe [b]: diſtinguntque, an † fiſcus ex cauſa
lucratiua agat, quales ſunt, quę à Calliſtrato in
tractatus fiſcalis initio referuntur [c]: tunc & potiùs
priuato faueamus: aliàs fiſci fauor ꝑualeat.
& in hanc ſententiam ferè omnes recentiores
5 tranſeunt. Poteſt † & reſponſum Modeſtini aliter
intelligi, ſiquidem ſciendum eſt,eum qui in
cauſa fiſci præuaricetur, vel res fiſci interuertat,
variis legibus coerceri [d]. nunquid igitur iudex,
qui in ambigua res facilis contra fiſcum fuit, cenſeatur
deliquiſſe, vt puniri poſsit? Et reſpondit

a l.ii.ſ.de re iud. b Bart. extrauag. ad reprimendum. uerbo, ſummariè. c l.doce.C.de rei uendic. d clc. ſæpe.ubi, non ſic tamen. de uerb.ſig. e l.3. de dot.promiſ. f l.fi.ubi Alex. & Iaſ.de fer. g c. fin. ubi But. extrà,de fer. h c. ex tenore. de foro comp. i l.in contractib.§.final. C.de non num.pec. ubi Bal. K l. cùm is.§. ſi mater.de condict. indeb. l c.nuper.de don. inter uir. & uxor. m c. de prudentia.de donat.inter uir.clc.diſpendioſam. uerb. matrimonij.de iudic. n c.pen.de iudic. o l. properandū. C.de iudic. p l.ii. cum glo.C. de priuileg.fiſ. q gl.l.ii.C.de pat. qui fil. Bar.l.ſerui nomine. de uſucap. r c. ſmem.de do. & cont. s Bar.l.penul. C. quib.ex cauſ. maior. t d.l.publicas.C. de fer. u l. in ambiguis. de iur.dot. x l. non puto. de iur.fiſc. y l.i. C.rē.alien. geren. z Bal.l. dotis. C. de iure dot. Iaſon. hic. a arg.l.i. C. de iur.fiſ.lib. x. l.ſi is, qui.ꝟ.de iur.fiſc.

b l.unica, §.fin. C.de cad.tol. ubi not. l.i. C. de hæred. uel act.uend.ubi Bald. c l.i.de iur.fiſc. d.l.i.ꝟ. de iur. fiſci l.i.C.de cri.pecul.



Modeſtinus non deliquiſſe. Alij reſponſum id
procedere exiſtimauerunt, cùm fiſcus aduerſus
ius commune priuilegio innititur [e]. Alij, cùm
de pœna lucrifacienda egit [f]. Alij,cùm ambiguitas
non in facto,ſed in iure eſt [g]. Alij, cùm ambiguitas
in quæſtione, id eſt tortura crimінoſi,
eſt [h].Alij alio modo diuinant. mihi quidem placet
prædicta diſtinctio, quæ † & receptior vide- 6
tur: quoniam lex fauorabiliorem eius cauſam
A cenſet,qui de damno euitādo agit, quàm qui ad
lucrum anhelat [i]: aduerſus quam regulam nullum
reperitur fiſci priuilegium [k].verùm arbitror
Modeſtinum diui Traiani ſentētiam approbaſſe,
qui dicebat alieni ſimilē fiſcum eſſe,qui quantò
tenuior eſſet,tanto valentiorem hominem indicaret.
Fiſci enim opulentiam malam reip. conſtitutionem
arguere. Quamuis ergo multa fiſco
conceſſa ſint priuilegia, non tamen hoc ei indultum
eſt, vt in dubio pro eo ſit pronuntiandum.
B quæ videtur receptior opinio [l]. Sanè † eo caſu 7
fauor fiſci doti prçualet,cùm de primipilari debito
agitur [m]: cuius rei ratio eſt, quia primipilus
curam annonæ militaris habebat,cuius ad diem
exhibitio nullam dilationem recipit [n]. quod
alibi declaraui. Quid † de fauore ſtudij? & con- 8
ſtat ſtudiorum cauſa multa in iure noſtro indulgeri
[o]. an ergo talis cauſa doti æquiparabitur? &
aiunt æquiparari [p]. vnde ſicut dos habet prælationis
priuilegium, ita ſtudioſi videntur habere
C in iis, quæ cauſa ſtudiorum ſibi debentur. quod
Bart.hîc ſentit,quem cæteri ſequuntur [q]. Et inſtrumentum
continens doctoris honorariū præſumetur
priùs celebratum,ſicut ſ̃.de dotali diximus,
quod hîc Alex.tradidit: & ſicut incertitudo
legatum dotis.vt ĩ.videbimus,non vitiat:ita nec
legatum diſciplinæ cauſa factum [r]. & ſicut petenti
dotem non obſtat exceptio compenſationis
[s], ita nec doctori ſua ſtipendia petenti [t]. &
ſicut donatio filiifamiliâs facta à patre cauſa do-
D tis valet [u], ita ſi facta ſit cauſa ſtudij. quod Bald.
Raph.Iaſ. hîc tradiderunt. Addunt alij, idem, ſi
fratri minori, qui alioquin incapax eſt [x], facta
ſit [y]. quæ Baldi ſententia certiùs procedit, cùm
ideo facta eſt donatio, vt filius laurea doctorali
ornetur [z]. alioquin frequentior ſententia ſtat
contrà [a]. quia lex de emancipato ſolùm loquitur
[b], & quia nec quidem cauſa alimētorum conſiſtit
inter patrē & filium donatio [c]: nec ex cauſa
matrimonij à filio contrahendi, vt Caſt.reſpō-
E dit [d].Nec enim pater cogitur filium cauſa ſtudij
ad academias mittere, cùm dotare filiam omnino
cogatur [e]. nam & filia diues adhuc à patre
dotanda eſt,vt receptius videtur [f],cùm filius diues
de ſuo, nō de paternis bonis operam ſtudiis
dare debeat [g].vnde quamuis bona fideicommiſſo
ſubiecta pro dote alienari poſsint,non tamen
ex cauſa ſtudij poterunt [h]. hincque apparet aliquas
eſſe inter dotem,& cauſam ſtudij differentias,
magiſque dotibus quandoque indulgeri.
F Sed † quid de cauſa alimentorum? & licet in ple- 9
riſque de alimentis ad dotem argumentemur [i],
tamen Alex. oſtendit argumentum id non ſemper
neceſſariò cōcludere. Ecce, pater naturalem
filiam alere tenetur,dotare non tenetur [k].E contrario
filiam legitimam diuitem alere non tenetur
[l], dotare tamen tenetur [m]: ſic frater ſororem
non vtrinque coniunctam etiam inuitus alit [n],
nec tñ dotare compellitur [o]. qua de re infrà.Sic

L.j. Dotis cauſa.

e arg.l. quod placuit.de iur.fiſc. c. ſanè.de priuil. f l.factum.§. fin. de reg.iur. g arg.l. inter pares.de re. iud. h rub .ꝟ. de quæſtio. i l.fi.C.de codici. K l.item ueniunt.§.in priuatorum. de pet.hæred. l in d.l.non puto. ubi omnes. m l.iiii.C.in quib. cau. pig. tac.contrah.l. utilitas. C. de primip. lib.xii. Abbas.c.ex parte. de conſuet. n l. ſpeciebus. C. cohor.lib.xii. o authen. habita. C. ne fil.pro patr. p gl. l. i. in fi.C. de ſtud.lib.lib. xi. q arg.l. aſsiduis. C. qui pot. in pig. r l. Stichus. de leg.iii. s l.i.§. taceat. C. de rei uxo.act. t l.iii.ubi Alberi. C. de compenſat. u l. Pomponius. ff.famil. ercíſc. x clc. exiui. de uerb.ſign. y Feli.c.cùm.dilecta.de reſcrip. z l. iubemus. ubi Bart. C. de ſilent. lib.xii. a Iaſ.l. filiæ.licet. C.de collat. b l. quæ pater. ſ. famil.ercíſc. c gl. Bald.l.ii.C. de inoff.dona. d cōſ.cccxlv.in i. e l.fi.C.de dot. promiſ.l.qui filiis. ubi pupil.educ. deb. f d.l.fin. g Bart.l.fi.de pet. hæred. h auth. res, quæ. ubi Ang. C.com. de leg. i l.cùm de in rē. uerſo.ubi Bart. de uſur. k l.uxorem.§.pater naturalis. de leg.iii.ubi Bar.not. l l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius.de lib.agnoſc. m d.l.fi. C. de dot.promiſ. n l.i.§.i.de tut.& rat. o l.cùm in plures.§.pc.de admin.tut.

filius matrem ſuam educare debet, nec tamen ei
dare dotem cogi poteſt [a]: qui enim alimenta, nō
qui dotem dare recuſat, is necare dicitur [b]. nā &
alimentorum præſtatio, quæ minutatim fit, non
adeò oneroſa debitori eſt, ſicut dotis datio, quæ
vnica præſtatione
fieri ſolet [c]. Hinc in-
fertur in ſtatuto ex-

ſemper & vbique [d]

cludente fœminam ſi dotetur, qualis dos eſſe de-
beat, an habito ad alimēta reſpectu [d], an ad legi- A
timam ſibi in bonis paternis debitam [e]. videtur-
que Doctores magis ad alimēta reſpicere: quod
& Baldus Nouellus tradit [f].

a *d* ¶ SEMPER ET VBIQVE. Id eſt, quo-
10 cunque † tempore, & loco [g], non tamen ſuper o-
mnes cauſas: quia (vt ſ. dixi) cauſa debiti primi-
pilaris præfertur, itemq; funeraria [h]. vnde appa-
ret hanc dictionem *Semper*, ſecundum ſubiectam
materiā reſtringi [i]: quod variis exemplis hîc re-
centiores proſequūtur. Addit Iaſ. quoniā lex no- B
ſtra ſemper & vbiq; præcipuam eſſe cauſam do-
tis ait, conſequens eſſe, vt quælibet generalis le-
gis diſpoſitio de dote non intelligatur, cui ſem-
11 per & vbiq; plurimùm indulgetur [k]. Iura † enim
generaliter loquentia, ad eos caſus trahi non de-
bent, qui ſpeciali beneficio adiuuantur [l]. Vnde
quoties ſtatutum in aliquo caſu loquitur, in quo
dos ſpeciale priuilegium habebat, nō fiet inter-
pretatio, vt id ſublatum ſit. Exempli cauſa: id in-
ſtrumētis dotalibus indultum eſt, vt inſinuatio- C
ne non egeant [m]. nunquid, ſi ſtatutum dicat, nul-
la inſtrumenta notariorum probēt, niſi in archi-
uo deſcripta ſint, intelligetur de dote? & Salic.
negat, quia dos hac in re ſpeciale priuilegiū ha-
bet. Sic generalis renuntiatio filiæ ad dotem nō
trahetur, quod Caſtr. reſpondit [n]: quia dos loco
legitimæ ſubrogatur, cui [o] id ſpecialiter indul-
tum conſtat [p]. Sic lex noua præſcriptionē qua-
driennij fauore fiſci generaliter inducens [q] ad-
uerſus dotem locum non habebit, vt Bal. reſpō-
dit [r], quoniā expreſsè deciſum eſt aduerſus do-
tem nullum eſſe fiſci priuilegiū [s]: quod & Soci.
reſpondit [t]. talis enim lex admodum dura inhu-
manaq; eſſet, ſi aduerſus mulierē dotē interpre-
12 taretur. qua ratione idē reſpōſum vidi, cùm † lex
delinquentis bona ipſo iure iuberet eſſe cōfiſca-
ta, vt nō noceat mulieri, quæ ignara delicti à ma-
ritò clàm perpetrati ei nupſerat, dotemq; dede-
rat [u], ne ſcilicet ignorātia fiſco, qui ſcire debuit,
in damnū dolis profit, & mulieri, quę ꝓbabiliter
neſciuit, noceat [x]: qa debet dos huic legali & ta-
citæ in fiſcū translationi præferri [y]: tanquā ſpe-
ciale priuilegiū habeat. Sed finge, lex iubet nu-
mulariorū bona creditoribus perinde obligata
cēſeri, ac ſi expreſsè ipſi hypothecā cōſtituiſſent:
nūquid mulieri nocebit dotē repetenti? & And.
Sicul. cenſuit nocere [z]: quia licet hypotheca do-
tis poſterior præferatur tacitæ anteriori [a], tamē
hæc numulariorū nō videtur tacita, cùm lex pro
expreſſa haberi eā velit: q, & Pont. & Caſ. reſpon
13 derunt [b]. Equidē † generalia eius legis verba ad
caſum dotis nō arbitror pertinere, quā cōſtat ſpe
cialiter hypothecis legalibus prȩferri. Lex. n. ſuū
aduerſus dotes denegat auxiliū [c]. Quòd ſi de ca-
ſu agat, in quo doti ſpecialiter indultū nihil ap-
pareat, à verbis ſtatuti nō eſſet recedēdum: com-
prehēdetur enim ſub generali legis regula [d], ne

a l. tutor ſecundum. §. fi. eod. tit.
b l. necare. de lib. agnoſ.
c l. fi. ubi Bar. eo. tit.
d l. quæro. de iure dot.
e Cyn. l. ſancimus. C. de nupt. Sali. d. auth. res, quæ.
f Bald. d. l. fi. & l. cùm lege. C. de epiſc. & cler.
g l. fi. C. de temp. in integ. reſtit.
h l. impenſa. ſ. de relig.
i l. Caio. §. Imperator. de ali. leg. l. ſi quis ita legauerit. de cōdi. & demon. ubi Bart.
k arg. gl. in l. ſciendum. qui ſatiſda. cog. ubi Doct.
l gl. l. iii. C. de ſilen lib. xii. Fel. c. i. de reſcrip.
m l. fin. C. de iur. do. ubi Sali.
n conſi. cclxxv. licet iſta domina.
o l. unica. §. quod nobis. C. de rei uxo. act.
p l. ſi quando §. illud. C. de inoffic. teſta.
q l. bene à Zenone. l. omnes. C. de quadr. præſcrip.
r Bal. conſ. ccclvii. quemadmodum. lib. iii.
s l. ii. C. de priuileg. fiſ. uerſi. ſicut enim. in auth. ut inſt. exact.
t conſil. cxxi.
u l. poſt contractum. de donat. ubi dixi.
x l. quoniam. de hæret.

y d. l. aſsiduis. z Barb. c. ex literis. de pig. a d. l. aſsiduis. b Rom. conſil. cxlvii. licet hæc pars. Caſtr. conſil. cccxlix. quamquam multa. c d. l. aſsiduis. d l. in fraudem. §. fin. de teſt. mil. ubi Bald.

ſpecialia multiplicentur: quod & Decio ui-
ſum eſt [e]. Pone ergo, lex bona territorij ſui in
alienigenas transferri vetat, an continebitur,
qui cauſa dotis tranſtulerit? An. Sic. negat conti-
neri [f]: alij contrà: qa non reperitur hac in re dos

præcipua [b] eſt.

præcipui quicquā iu
re veteri habere [g].
Idem Sicul. reſpon-
dit [h], ſingularem alicuius Doct. pro dote ſenten-
A tiam communi opinioni præferendā eſſe [i]. Sed
certè nuſquam legitur id priuilegij dotibus eſſe
conceſſum [k]. Rurſus pone: prohibet ſtatutū mu
lierem obligari abſq; conſenſu agnatorum, aliàs
fraudem ſuſpicatur, poteritne ex cauſa dotis ob-
ligari? & Bald. Nouel. cenſuit poſſe [l]: quia ſpecia-
liter permiſſum eſt, vt vnuſquiſq;, dum iure na-
turali non ſit inhabilis, dotem promittendo ob-
ligetur [m]. contrà reſpondit Decius [n]: quia quic-
quam non videtur hîc ſpecialiter lege veteri mu
B tari [o]. Ego † ad rationem ſtatuti aduertendū exi- 14
ſtimarem, an mulier decepta eſſet, an ex pietate,
quæ etiam prudentibus cōuenit, ſpopondiſſet [p].
Hincque apparet ad rationem ſtatuti ſemper eſ- I.
ſe reſpiciendum. Nam & quoties lex generali- II.
ter concepta eſt, quia velit omnibus priuilegiis
derogare, etiam dotalia cenſerentur ſublata [q].
Sed † & tali caſu, ne ſtatutū generale de dote in- III.
telligeretur, ſi ſolius mulieris fauore indultū id 15
ſit, nec in filios quidē id iuris tranſiret [r]. debent
C enim ij ſub communi ſtatuti regula eſſe. Sicut IIII.
& illud obſeruandum eſt, vt ſufficiat non eſſe pri
uilegio per verba ſtatuti generalis derogatum:
nō autem, vt ideo etiam priuilegium augeamus,
vt ſi in perſonam ſit, ad rem trahatur [s]: vel ſi ad-
uerſus tacitas hypothecas indultū ſit, ad expreſ-
ſas aduerſus regulas generales [t] extendatur [u]. V.
Addit Baldus, quoties ſtatutum à regula ſua ali-
quot caſus excludit, derogatum cæteris intelli-
gi, etiā ſi priuilegio ſpeciali in corpore iuris ſcri-
D pto nitantur [x].
*b* ¶ PRAECIPVA. Id eſt, ſpeciali ſuprà cæte- b
ras fauore excepta: Bart. interpretatur, id eſt pri- 16
or: atq; inde infert, ſi † eodem die cōfecta duo in-
ſtrumenta cum obligatione perſonali, hypothe-
caq; reperiantur, alterū mutui, alterū dotis, præ-
ſumi obligationem dotis præceſsiſſe. quę ſentē
tia in perſonalibus quidē actionibus indubitata
eſt [y], ſed & in tacita hypotheca locum habet: qa
mulier priuilegiū prȩlationis lege Iuſtiniani cō-
E ſecuta eſt aduerſus alios creditores, licet ante-
riorū temporū priuilegio ſint vallati [z]. quæ ver-
ba indicāt aduerſus eos, qui † non ex priuilegio, 17
ſeu tacita hypotheca, ſeu ꝓpria ꝓuiſione potio-
res ſunt, nō prȩferri: vnde in expreſſa hypotheca
maiorē rei dubitationem habere potuit, quę hac
lege ex ſētētia Doctorū ſublata eſt [a]: & cùm hîc
ꝓbetur in dubio præſumi dotalem hypothecam
priorē fuiſſe, ſatis innuitur aliud eſſe, ſi conſtaret
hypothecā mutui antè conuentam: & hæc eſt cō
F munis ſententia, vt hypotheca dotis, quamuis
expreſſa poſterior nō præferatur hypothecę an-
teriori expreſsim conuentæ, quam hîc plerique
ſequuntur [b]: non enim temerè à regula genera-
li recedendum eſt, vt qui prior ſit tempore, po-
tior ſit iure [c]. nam & videmus idem in fiſco eſſe,
cuius expreſſā hypotheca non præfertur ante-
rioribus [d]: & tamen hac in materia dos fiſco æ-
quiparatur [e]. nā & alibi dicitur, mulierē † marito 18

e l. ii. C. unde liber. c. ſedes. de reſcrip. conſi. ccci.
f in addit. Bald. c. i. §. donare. qual. olim. feud. pot. alieni.
g l. ita nobis. ubi Bal. C. de adulter.
h conſi. vi. lib. iiii.
i arg. l. ſi pars. de inoffic. teſta.
K Bar. l. cùm prolatis. de re iud.
l Bart. in tract. dot. uer. 47. & ſeq. Soci. conſ. lxxvi. in iiii.
m l. promittēdo. ſ. de iur. dot. Bar. l. i. §. ii. de oper. noui nunt.
n con. cccii. uerſ. ſed tamen.
o arg. l. fin. C. ad Vellei.
p l. cùm is. §. ſi mulier. de cōd. indeb.
q Alex. d. l. ſciendum. Dec. d. conſ. ccci. in fin. gl. c. cōtrà Chriſtianos. de hær. in vi.
r l. quiſquis. §. uxores. C. ad l. Iul. maieſt.
s l. i. C. de priuil. dot.
t c. qui prior. de reg. iur. in vi.
u gl. d. l. aſsiduis.
x Bal. l. i. §. ſed excipiuntur. in fi. de fer.
y l. ii. in fin. de priuil. cred.
z l. fin. C. qui pot. in pig.
a Din. Bart. Bald. & Alber.
b Soci. Bulg. Iaſ. pot. d. c. ex literis, ut exac. inſ. dot.

hic, Iac. Butrig. Bal. Salic. d. l. fi. Corn. conſ. clxx. in ii. c l. potior. qui de pig. d l. ſi pignus. ſ. qui pot. in pig. e d. uerſ. ſicut. in auth.

ad ino-



ad inopiam vergente aduerſus poſteriores cre-
ditores agere, vt indicaretur aduerſus anteriores
qui expreſſa hypotheca ſibi conſuluiſſent, nō a-
gere [a]. & rurſus eam omnibus creditoribus in re
bus, quas in dotem dedit, præferri [b], vt oſtēderet
extra illas potiorē eſſe priorum cauſam. Nec me
mouet Angeli, Aretinique diſſentientium ratio,
qui Martini veterumque quorundam iamdiu re-
probatam ſententiam hoc caſu defendunt, quo
mulier expreſſam hypothecam ſibi acquiſiue- A
rit, aiuntque, ſicut tacita dotis hypotheca, quam
uis tempore poſterior, prioribus creditorum
tacitis præfertur [c]: ita de expreſſa dicendum,
vt expreſsis præferatur: nam reſpondeo taci-
tas hypothecas, quas lex induxit, arbitratu
ſuo moderatur, non expreſſas quæ facto ipſo-
rum contrahentium quæſitæ ſunt [d]. non enim
ius tertij auferre debet: & ideo nec pignus ab eo
ſimpliciter acquiſitum [e]. quæ ratio in tacita hy-
potheca ceſſat, quam lex quamuis tempore prio B
rem cum hac cōditione induxit, ſi alia poſterior
non ſuperueniat, quæ potioribus priuilegiis in-
nitatur [f]. Nec obſtat, q, in perſonalibus actioni-
bus præferatur mulier, quamuis illæ proprio cō
trahentium facto acquirantur. faciliùs enim lex
ius ad rem ſubuertit, quàm quod in ipſa re iā ſun
datum eſt [g]. Concludendum ergo eſt, expreſſam
hypothecam antiquiorē poſteriori mulieris prȩ-
I. ferri. Quod † ego intelligo, ſi expreſſa partium
19 conuentione ſit, non ſi ex forma ſtatuti pro ex- C
preſſa habeatur: quod ſuprà aduerſus Pontanū
II. oſtendi, licet eum aliqui ſequantur [h]. Illud
20 † quoq; dici poteſt in bonis pòſt quæſitis exem-
plo fiſci potiorem dotis eſſe hypothecam [i]. qđ
Cinus, Rayn. Socin. Salicet. Bald. Nouellus, alii-
que recentiores aduerſus Accurſ. cenſuerunt [k].
III. Sed & putauerim ſi is, qui ob refectionē mutua-
uit à creditore expreſſam hypothecam anterio-
rem habente rem obtinuerit [l], licere vxori ab eo
repetere [m], & fauore dotis nullum circulo locum D
eſſe [n], vt hac in re, ceu ambigua & exitum alio-
quin nullum habēte dotem præferamus [o]. Sed
IIII. † quid ſi is qui ob refectionē mutuauit, expreſſa
21 hypotheca ſibi cauit, an quamuis poſterior, doti
prȩferatur? & videretur præferri [p]: quia lex eum
reiicit ſolùm, quando priuilegio innititur [q]: er-
go ſecus, ſi propria prouiſione & expreſſa hypo-
theca: lex enim noua non videtur hoc in caſu lo-
qui [r]. quæ ſententia probabilis eſt, niſi q, multo-
rum auctoritas ſtat contrà [s]. Conſultius ergo E
erit, ſi rerum emptarum dominium is ſibi retine
ret. cùm enim hypotheca hæc poſterior ſit, non
poteſt ad antiquius tempus referri, niſi auctori-
tate legis. Quantum ergo à die contractus retrò
eſt, ſemper eſt tacita. quod Bartolus ſenſit. Sed
V. an mulier, quæ tempore ſit prior, ei qui mutua-
uit ob militiam emendam, præferatur? & Baldus
Nouellus [t] cenſuit potiorem eſſe mulierum,
quem & Fannenſis ſequitur. Sed videntur verba F
nouellæ conſtitutionis obſtare [u]. prior (inquit)
ſolus ſit. vnde arguitur priorē alioquin fuiſſe mu
lierem: quod & ex aliis verbis deprænhendi po-
teſt. Tributum eſt autem id militiæ, quia ſubeſt
alimentorum fauor, qui in panibus ciuilibus, cō
giariiſque de publico præſtādis verſatur. Hinc-
que etiā concludendum eſt in caſu dubio ſolùm
legi noſtræ locum eſſe, vt eadē die confectis mu-
tui & dotis inſtrumētis dotale præferatur. quod

a l. vbi. C. de iur. dot.
b l. in rebus. C. eod. tit.
c d. l. fin.
d gl. d. l. fin. & l. i. C. ſi aduerſ. vend.
e d. c. ex literis.
f l. obligationum ferè. §. conditio. de act. & oblig.
g c. fi. de conceſ. præbēd. in vi.
h Alex. conſi. lviii. in vii.
i l. ſi is, qui. de iur. fiſc.
K gloſ. d. l. aſsiduis.
l l. interdūm. ſ. qui pot. in pig.
m auth. quo iure. C. qui pot in pig.
n l. Claudius. in gl. ſ. qui pot. in pig.
o d. l. in ambiguis.
p l. licet. C. qui pot. in pig.
q in auth. de æqua. dot. §. his conſequens.
r Cæp. caut. cxxiiii. Ant. Fannen. tract. de pig. v. part. ii. memb. nu. xxvi.
s Bar. d. l interdū. Bal. Nouel. ix. parte ii. verſic. xv.
t in x. par. Fannenſ. vbi ſ.

u d. §. his conſequens, verſ. quia verò. Pet. d. authen. quo iure.

tamen quibuſdam caſibus non procedere tra-
ditum eſt. Primus † eſt, cùm aliud inſtrumen- I.
tum cauſam fauorabiliorē contineret, putà elee-
moſynæ, aut alimentorum inopi dandorū. vide-
tur enim pro fauorabiliore cauſa præſumēdū [x].
Si verò eſſet par vtriuſque cauſæ priuilegiū, mu-
tuò ſe perimerent, & ius commune ſeruaretur [y].
quod intelligēdum, quoties in caſu, de quo agi-
tur, vtraq; cauſa priuilegium haberet ſpeciale [z].
A vnde ſi aliud inſtrumētum ſit fiſci, aliud dotis, ſ.
dixi præferri dotale: quia fiſcus quod ad præla-
tionem attinet, nō adeò fauorabile priuilegium
obtinet [a]. & ita communiter aduerſus Saliceti
ſententiam receptum eſt [b]. Secundus caſus eſt, II.
cùm per aliquas coniecturas præſumi poſſet vul
garis cauſæ inſtrumentum præceſsiſſe, vt quia v-
trunq; ab eodem tabellione cōfectum eſſet, & ex
protocolli ordine appareret, quódnam priùs in-
ſtrumentum deſcriptum eſſet [c]. Idem ex conie-
B ctura poſſeſsionis tradit hîc Iaſ. vt ille præſuma-
tur prior tempore [d], qui in acquirēda poſſeſsio-
ne fuit diligentior [e]. Sed hæc ſententia inter pri-
uatos defendi poteſt [f]. vbi verò alterum inſtru-
mentum cauſæ præcipuæ eſſet, vt fiſci, vel dotis,
quæ eſt noſtra quæſtio, tunc ex poſſeſsione præ-
ſumptio fauorabilis cauſæ non impediretur [g].
qđ & Bart. tradidit [h]: & verum eſt, niſi hæc poſ-
ſeſsio facto priuilegiarij inducta eſſet. ſibi enim
imputet, qui patientiam præſtitit [i]. Tertius ca- III.
C ſus, quoties in altero inſtrumēto nō ſolùm dies,
ſed etiam hora adiecta [k] eſſet. In dubiis enim ꝓ-
bationibus illa prȩferenda eſt, quæ certior eſt [l].
quia qui expreſsit horā, probat tali hora inſtru-
mentum confectum: at qui nō expreſsit, nihil de
hora probat [m]: vnde potuit poſteriùs eſſe confe-
ctum. Cùm ergo probatio ſua non concludit, ex-
cludi debet: & ita Iaſ. & Socin. hîc cenſent. Ego
ſententiam hāc ſatis defendi poſſe arbitror, cùm
vtrunque inſtrumentum priuatam cauſam con-
D tinet [n]. At in caſu noſtro, cùm alterum ſit dotis,
videtur eius fauore pro ipſo prȩſumendum: cùm
enim potuerit inſtrumentum dotis ante illā ho-
ram confectum eſſe, conſequens eſt, vt caſus ſit
ambiguus [o]: at in ambiguis pro dote pronūtian-
dum eſt [p], quòd ſi coniectura poſſeſsionis fauo-
rem hunc, vt ſ. oſtendi, non excludit [q], nec horæ
quidem appoſitio excludere debet. Qua ratiōe,
ſi in ſacerdotij collatione eadem die à pontifice,
& ab ordinario facta, adiecta à collatore ordina-
E rio hora proponeretur, videretur adhuc pontifi-
ciam præponēdam: quia lex ſimpliciter dicit ea-
dem die facta collatione præferri pontificiam [r],
nec ſcrupuloſiùs de hora diſtinguit [s]. Rurſus
ſubiicit, ſi nec appareat, vtra ſit prior, præferri
pontificiam. per adiectionem enim horæ non i-
deo apparet [t] ordinariam priorem eſſe, cùm po-
tuerit à pontificiis præoccupari. & ita aduerſus
ea, quæ hîc prodidit, conſultum apud Socin. ex-
F tat [u]. cui ſententiæ & Felin. accedere [x] videtur.
Quartus caſus eſt, cùm alterum inſtrumētum de IIII.
vera numeratione loqueretur, alterum de dote
confeſſa tantùm ſcriptum eſſet, videtur potiùs
pro vero credito (vt Bald. ait) præſumendum [y].
Idem, ſi alterum inſtrumentum de confeſsione
loqueretur, quæ per exceptionem non numera-
tæ pecuniæ elidi non poſſet, vt de cauſa de-
poſiti [z]: quod hîc Alexander rectè exiſtima-
uit. verùm hanc concluſionem ego ſimpliciter

L. ii.
Dotis
I. cauſa.
22
x arg. §. ſi quis in nomine. in auth. de eccleſ. tit.
y d l. fi. verſ. exceptis. gl. auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccleſ.
z l. fi. ex quibus cauſ. maio.
II.
a l. ſi is, qui. de iur. fiſc. vbi Bar. iuncta d. l. fi.
b Salic. l. ii. de priuil. fiſci.
c §. pen. vbi Bart. i. conſtit. C.
d c. ſi à ſede. de præb. in vi. l. de reb. C. de don. ante nupt.
e Bart. l. i. §. i. de fer. Iac. Barb. cōſi. xxvii. col. pe. in j.
f c. in pari. de reg. iur. in vi.
g d. l i. C. de iur. fiſc.
III.
h Bart. l. & quæ nondum. §. i. de pig.
i l. matrem. C. de probat.
k arg. gl. l. ſi ex pluribus. in fi. de ſol.
l Bald & Salic. d. l. de rebus.
m l. non hoc. C. vnde leg. Dec. c. paſtoralis. de reſcrip. & conſil. clxix.
n Feli. c. capitulum de reſcrip.
o Bart. l. non ſolùm. §. ſed vt probari. de oper. no. nun.
p l. in ambiguis. de iure dot.
q d. l. i. C. de iur. fiſc.
r d. c. ſi à ſede.
s l. ſi duas. in prin. de excuſ. tut. vbi Bald.
t d. l. non hoc.
u cōſ. lxiiii. in iii.
IIII.
x Feli. c. paſtoralis. de reſcript.

y glo. Bald. l. diuus. C. qui pot in pig l. pen. ſ. quæ res pig. z l. generaliter. C. de non num. pec.

non

non approbo. indiget enim hæc materia altiore indagatione. Igitur ex regula conſtituendum eſt, dotem confeſſam doti numeratæ ęquiparari, quoties ei aut veritæ inter coniuges donationis, aut non numeratæ pecuniæ exceptio, aut fraudandorum creditorum conſilium non obſtat [a].
23 Videamus igitur de tribus iiſce caſibus. In † primis ſciendũ eſt, quoties hæc confeſsio conſtante matrimonio facta proponitur, cauſa donationis præſumi factam [b]. cùm enim maritus iam abſque dote matrimonium contraxerit, quamuis deinde ea ſequatur confeſsio, propter tamen maritalem coniunctionem, & quia inter ſuſpectas perſonas facta eſt, potiùs animum donãdi præſumimus [c], quàm futuræ numerationis ſpem. atque ita ſe receptior ſententia habet [d], quæ ſine dubio vera eſt, cùm lapſum eſt decẽnium [e]. præſumitur enim ex tali tempore donatio, licet reuocari non poſsit, vt ego arbitror, & verbis legis conſentaneum eſt. Sed & idem præſumitur, cùm etiam exceptioni non numeratę dotis renuntiatũ proponitur, idque, vt Bald. Nouel. ait, etiamſi cõfeſ-
24 ſio matrimoniũ pręceſsiſſet. etiam † tunc enim animus donandi indicatur [f], cùm renuntiatio ſit donationis ſpecies [g]. in hoc igitur caſu, quia donatio inter coniuges prohibita eſt, conſequens eſt, vt huiuſmodi confeſsio tanquã ſimulata quãdocunq; ſubuerti reuocatiõe poſsit [h], nec marito, aut creditorib. noceat, hæredib. tamen mari-
25 ti noceret: quia † ſi in ea voluntate deceſsiſſe maritum proponeretur, confirmaretur morte, ſicut & aliæ donationes [i]. Noceret etiam ſpecialibus illis caſibus, quibus talis donatio inter coniuges permittitur: vt quia remuneratoria, vel iuramen-
26 to confirmata, & ſi qui ſimiles. Sed † quid ſi confeſsio mariti verſus ſocerum eſt facta? & videretur valere [k]: quia nihil eſt donatum vxori, quam pater, qui ſoluẽdo erat, tenebatur dotare: & cùm ſocer à tali obligatione liberatus ſit, cenſetur potiùs illi donatio facta [l]. Idemque dicendum, ſi confeſsio hæc verſus extraneum facta eſſet, qui tamen dotare teneatur. quod Bald. & Claud. tradiderunt. nec enim tam mulieri, quàm extraneo, eſſet donatum, verſus quem nulla eſt donationis
V. prohibitio. Quid ſi confeſsio facta eſt conſtante quidem matrimonio, ſed antequam mulier ad domũ mariti deduceretur? & videtur valere. non enim adhuc tantus eſt maritalis coniunctionis feruor, vt præſumatur donatio, ſicut nec ante matrimonij conſumationem. quod Aret. cenſuit [m]. quæ ſententia vera eſt, cùm præceſſit matrimonium conuentio dotis. cõfeſsio enim ſubſequẽs tunc videtur efficax, nec probabilis eſt tali caſu
VI. ſuſpicio donationis [n]. Cæterùm ſi ante contractum matrimonium conſtaret animo donandi pecuniam factam confeſsionem, cenſuit Socin. nihil agi [o], vt in caſu certo id iudicemus, quod &
27 in præſumpto [p]. eo † enim ipſo quod dos eſt, videtur in tempus matrimonij collata, & ideo non valet [q]: tametſi Bald. Nouel. hîc generaliter valere ſcripſerit [r]. quod ego non crediderim iure noſtro verum eſſe. lex enim canonica de dote propriè non loquitur, ſed de donatione propter nuptias in pœnam diſsidij, vel iniuriæ compenſationem, facta [s]. valeret tamen conſuetudo contraria: quod pontificij tradiderũt [t]. Rurſus ſciendum eſt ante cõtractum matrimonium, vel ipſo iure contractu emanatam hanc confeſsionem in dubio cauſa donationis factam non pręſumi, ſed futuræ numerationis ſpe [u]. nec enim apparet voluiſſe maritum abſque dote contrahere, nec maritalis coniunctionis tantus adhuc eſt feruor. meritò igitur ſi dos re ipſa non numeretur, exceptio marito competit, niſi aut tali exceptioni ex interuallo renũtiatum ſit [x], vel lapſa eſſent tempora à iure præſtituta [y], aut iuratum eſſet dotem
A verè numeratam, exceptioniúe illi cum iuramento renuntiatum, & ſi qua ſimilia [z]. Sed † an hæc etiam [a] reſpectu creditorum locum habeant? an verò in fraudem ſuam factam confeſsionem allegare poſsint? Et quoties de fraude conſtat, dubiũ non eſt nihil creditoribus huiuſmodi confeſsionem nocere [b]. Dicitur autem conſtare, etiam legis præſumptione, vt cùm augmentum dotis in rebus mobilibus ab vxore conſtãte matrimonio ſit, quia fortè maritus dubitet, ne dilabentibus
B facultatibus non ſoluendo efficiatur [c]. vbi enim in rebus immobilibus dos conſtituta eſſet, nulla eſt fraudis ſuſpicio [d]. Sed & cùm hæc confeſsio ſub ſpe futuræ numerationis facta cenſeatur, dicendum eſt regulariter creditoribus non nocere [e]. Quod intelligendum, etiam ſi creditores ſolam actionem perſonalem haberent, vt aduerſus Caſtr. & Bald. Nouel. Socin. hîc cenſuit [f]. Nam † & publicatis bonis mariti, in ea ſolùm dote potior eſt vxor, quam corporaliter conſtet da-
C tam [g]. Nam & qui ex delicto duntaxat creditor eſt, quia habet actionem, videtur admittendus, vt hanc exceptionem poſsit opponere [h]: ſed & qui confeſsionis ſolius habet documentum, videtur admittendus, vt aduerſus Ang. Imolamq; diſputat hic Bald. Nouel. cùm ſcilicet fraudis ſuſpicio reſpectu ipſius ceſſat, & reſpectu vxoris militat [i]. Nec † hoc caſu quicquam referret, quòd maritus exceptioni non numeratæ dotis ſolenniter renuntiaſſet. in eorum enim qui tem-
D pore priores ſunt, damnum huiuſmodi renũtiatio nullius eſt momẽti [k]: aliàs parata eſſet fraudibus via [l], vt Imol. Alex. Socinuſque cenſuerunt. ſecus, ſi tẽpore renuntiationis nullum adhuc ius creditorum eſſet [m]. quo caſu alia ſentẽtia defendi poſſet, cuius Bart. & plerique alij ſunt aſſertores [n]. Sed † quid ſi tacitè renuntiatum ſit, vt quia lapſa eſſent tẽpora [o]? Et cenſuit Bart. & plerique alij, præiudicari creditoribus, vt excluſo ab hac
E exceptione marito, ad quem principaliter pertinuit, cæteri quoque ab eo cauſam habẽtes excludantur [p]: præſertim hac in materia, in qua coniecturæ ſufficiunt [q], licet non idem ſit in caſu contrario. Etenim excluſis creditoribus, ſaluum ius remanet marito, ſi tempora largiantur [r]. Alij, vt Alex. Plumb. & Socin. hanc ſententiam reſtringunt, vt duntaxat procedat, ſi creditores ſciebãt talem exceptionem competere, nec eam obiicere curauerunt [s]: aliàs ſi ignoraſſent, licet reſolu-
F to iure auctoris ſui etiam ſuum reſolutum videatur [t], tamen beneficio reſtitutionis in integrum ſuccurrendum eis eſſet [u]. Bald. & Pont. etiam lapſis temporibus indiſtinctè non præiudicari creditoribus crediderunt [x]. Sed hæc ſententia rationibus iuris nõ conuenit: vnde nec recepta eſt. Ego Bart. ſimpliciter ſequor, quoniam

Margin notes (p. 475–476):
a Bulg. Socin. hic, Bald. Nouel. x. par. tract.
b l. ii. C. de dot. cau. nõ numer.
c l. qui teſtamenta de probat.
d Claud. l. ſi diuortio. de ver. oblig. Alex. cõſil. lxxxv. in ij. xxvi. lib. ii.
e verſi. vbi enim. in auth. de tẽp. non nu. dot. Alex. cxlii. in v.
f l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. de don. inter vir.
g l. ſi quis deleg. de donat.
h d. l. ii. C. de dot. caut.
i d. l. ii. cùm hic ſtatus. §. i. de donat. inter vir. Alex. cxliij. in v. vol.
k l. iij. §. ſocrui. de don. inter vir. l. ſi verò. §. de viro. vbi Roma. ij. eod.
l l. vt mihi. i. reſponſ. de don.
m Aret. l. ſi diuortio. de ver. oblig.
n l. in contractibus. verſ. illis etiam. de nõ nu. pec.
o l. i. C. de don. ante nupt.
p l. i. §. accedit. C. de rei vx. act.
q l. quod ſponſæ C. de do. ante nupt.
r d. l. i. d. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. fin. de verb. oblig. vbi Doct. s arg. l. ex ea. §. i. de verb. oblig. t c. & ſi neceſſe. extra, de do. inter vir.
u l. ſi. cum auth. ibi poſita, de dot. cau. d. l. ſi voluntate. C. de dot. promiſ.
x Doct. l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec.
y d. auth. fin.
28
z Bart. l. fin. C. de non nu. pec.
a Felin. c. ſi cautio. de fid. inſtr.
b §. aliud. in ſi. in auth. de æqual. dot. Bart. l. poſt contractũ. de donat.
c glo. auth. ſed iã neceſſe. de do. ante nupt.
d Bald. l. i. C. de priu. dot. Clau. hic.
I.
29
e d. l. ſi. verſic. ſi tamen re ipſa. C. qui pot. l. per diuerſas. in gloſ. ver. ſoluturum. C. mand.
II.
30
f l. ſi cui. verb. aliquam actionẽ. C. de non nu. pec. Deci. conſil. xcvi.
g l. pen. in princ. C. de bon. proſcrip.
I.
31
h d. l. ſi cui. Dec. d. conſ. xcvi.
i arg. l. i. C. de iur. fiſ. lib. x. l. ſit præt. §. ita demũ. de iis, quæ in fraud. cred.
k arg. d. l. ſi cui. et l. tam mandatori. eo. tit.
l l. i. §. ſi mutuam. ij. ſi quid in fraud. patro.
m l. ſi ſuperatus. in ſi. §. de pig.
n Bart. d. l. aſsiduis.
o d. auth. fin. p l. ex contractu. de re iud. l. præſes. C. de pig. priuil. dot. r d. l. ſi cui. in ſi. s gloſ. l. ſcripturas. verb. ſuum robur. t l. lex vectigali. de pig. u l. i. §. ſi quis propter vbi Bart. de itin. d. l. in contractibus. verb. potituris. x arg. d. l. ſi cui Aret. conſil. lxxxvj.
q Bald. l. i. C. de C. qui pot. in pig. actuq; priua. glo.





quòd confeſsioni dotis non ſtetur, onuſque contrarium probandi non trãsferatur, hoc aduerſus regulas communes eſt [a]: & quidem per quaſdam coniecturas amoris, vel fiduciæ, inductum, quæ contrariis coniecturis cedere debent [b]: ſufficitq; ad eas tollẽdas probatio, quamuis nõ omnino efficax, aut

**Nã & † reipub. [a] intereſt, dotes mulieribus**

concludens [c], vt Bald. tradit, quod & regulare in ſtatu coniecturali eſt [d]. Satis autem mihi videtur ſufficere hæc coniectura, quæ ex temporis lapſu oritur, vt excluſo principali, ipſe qui ab eo cauſam habet, cẽſeatur excluſus: quod Scæuola ait [c].
32 Nec † in integrum reſtitutio prætextu ignorantiæ videtur facilè concedenda: aliàs Scæuolę reſponſum illuſorium eſſet, cùm ipſi imputare debeat, qui non veſtigauit debitoris cõditionem [f], & an vxorem haberet, & quam dotem attuliſſet. nec enim quælibet ignorantia reſtitutioni in in-
I. tegrum ſufficit [g]. Nec me mouet lex, quæ non præiudicari creditoribus ait, quando cauſa non cognita præſcriptione quis ſuperatus eſt [h]. Reſpondeo, non ſola præſcriptione, ſed confeſsione ſua vincitur maritus, quæ per lapſum tempo-
II. ris facta eſt irreuocabilis. Quid † ergo ſi extra-
33 neus poſſeſſor conueniatur, an ipſe exceptione non numeratæ dotis tueri ſe poterit? & non videtur. is enim creditor nõ eſt [i], nec adminiculo ma-
III. riti vtitur. quod Bald. Nouel. hîc tradit [k]. Sed
Marginal notes, p. 500: s l. poſt dotem. ubi Iaſ. 9. lect. j. eod. t l. pater cũ filiæ. de pact. dot. d. l. in inſulam. quandoq;, aliàs. u Alex. hic iij. notab. x l. Paul. reſpõdit. ubi gloſ. de ſtat. hom. y l. ſi, ut proponis. ij. C. de ſec. nupt. z d. auth. ſed quamuis. a l quid ergo. §. cũ autem. de his qui not. infam. b 32. q. ij. ca. hoc ſanctũ gl. l. Pau. de ſtat. nom. c Abbas c. j. de deſp. impub. & conſ 22. in j. d §. aliud quoque uerſ. cauſas. in fin. in auth. ut cum de appel. e Fulg. et Paul. auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam Salic. d. l. ſi, ut proponis. f c. cum ſecundũ. de ſec. nupt. ubi Hoſt. Card. et alij Felin. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit. g l. fi. §. i. quæ in fraud. cred. ubi Doct. h d. conſil. xii. i l. fin. C. comm. utri. iud. d. §. ſi uerò. K l. iii. ſ. de iur. dot. & ſ. in rub.

l d l. Pomponius. d. § ſed utrum. in fi. d l. fin. de col. dot. m d l. pater. ad leg Falc. n l. filiæ dotem. C. de col. inoff. dona. o gloſ. l. ij. C de … p l. placet de acquir. hær. ubi Rom. & Aretin.



> Et puto nec eã actionem amiſſam, quam adiuncta filiæ perſona poteſt habere. Quòd ſi ſui iuris facta fuerit filia, nocebit ei iſta ſtipulatio[a].

turæ accedunt: vnde nec actione de dote petuntur[a], nec apud maritum adverſus vxoris voluntatem remanent[b], tametſi quandoq; lex quibuſdam priuilegiis ea quoq; proſequatur[c].
V.
32 Cæterum † poſſe patrem partim proprio nomine, partim procuratorio filiæ ſuæ dotem exigere cõmuniter traditum eſt[d]. Idem, ſi tanquam negotiorũ geſtor ipſius exigat[e]. Ego ſuprà cõcluſi, actionem dotis iure communi propter patriam poteſtatem ad patrem pertinere: filię verò ſpeciali quodam dotis fauore ſolùm eſſe communem:
33 & † ideo patri duplex modus agendi competit: alter, cùm proprio nomine agit[f], vt quod ei permiſſum eſt, dũmodò filia id ſciat, & ex iuſta cauſa non contradicat: alter, cùm adiuncta filiæ perſona agit, vt qa cõſentiente expreſsim filia ius quoq; illius, ſpeciali dotis fauore competens in iudicium trahit, vt non ex ſuo iure tantùm, ſed ex iure quoq; filię obtineat: prodeſt enim ius filiæ ipſi patri[g]. Contrà filia ipſa agere per ſe non poteſt[h]: quia filiifamilias legitimam ſtandi in iudicio perſonam nõ habent[i]: & ideo patris cõſenſus neceſſarius eſt:
34 excepto, cùm † dos magna à marito inope repetenda eſt, paterq; conſenſum ſuum adhibere detrectat[k], vel eſt abſens[l], vel turpis & abiecta perſona quæ dotem conſumeret[m], vel non de cauſa dotis principaliter, ſed de matrimonio agatur:
35 quia † tũc cauſa ſpiritualis diceretur: in qua nulla eſt patriæ poteſtatis ratio[n]. quod recentiores cõmuniter tradiderunt. Igitur, cùm pater adiuncta filiæ perſona agit, diſtinguendum eſt, an pactum filiæ ita cõceptũ ſit, vt & ſibi, & patri noceat, & tunc ex Pomponij reſpõſo ſibi imputet pater, qui filię factum adiectione illa approbauit[o]:
36 an † verò cõceptum ſit, vt filiæ ſolùm noceat, verbi gratia, delegauit ſimpliciter filia maritum creditori: & quia talis delegatio cenſetur tacitã cõditionem habere, *Si filia ſui iuris fiat*[p], ante conditionis evẽtum non videatur actum, vt quicquam iuris paterni perimatur[q]. Vnde ſi pater agat, adiectio filiæ non obeſt, ſicq; huius verſiculi finem intelligo[r]. & quinq; Accurſij diuinationes cum vj. Bart. & vij. Fulgoſij aliis defendendas relinquo[s]: nam & pater, qui dilationem longiorem marito conceſsit, non niſi de ſe pactus intelligitur,
37 et † ideo ſolidata filię actione, tametſi ea patri hæres extiterit, tamen agere ex propria perſona poterit, nec ſibi pactum nocebit[t]: quia pater de facto ſuo tantùm pactus intelligitur. vnde hęres ex perſona propria agens eo nõ obligaretur[u], niſi quatenus & ipſe conſenſiſſet.

a ¶ NOCEBIT EI ISTA STIPVLATIO[a]. Sed quomodo valuit delegatio, quę tacitum non petendi pactum habet[x]? nónne id in manifeſtum dotis incommodum eſt[y]? reſpondent Doct. intelligendum id exemplum in caſibus, quibus tale pactum permittitur. Lex enim cætera habilia præſupponit[z].
38 Sunt † autẽ infrà ſcripti: Primus, cùm poſt ſolutum matrimonium id pactum ex iuſta cauſa initum eſt[a]. Secundus, cùm vxor ipſa marito præmoritur[b], vel eius culpa matrimonium divortio ſolueretur[c]. Tertius, cùm dotis conditio non fieret deterior, vt quia delegatio nõ animo donandi fieret[d], & is, cui delegatur ſoluendo eſſet[e]. Quartus, cùm ante nuptias contractas hæc delegatio facta fuiſſet: valere enim debet, ſicut & pactum nõ petendi[f]. qđ aliqui tradiderunt. ſed ego amplius deliberandũ cẽſeo[g]. Quintus, cùm filia, patre conſentiente, etiam ex intervallo delegauit, vt hîc dicitur[h]. Nec enim fit conditio dotis deterior, cùm cogatur pater iterum dotare: ſecùs, ſi ſolus pater abſq; filia id iuſſiſſet[i]. Sextus, vt idem ſit in extraneo, qui ipſe dotauerit: poteſt enim ante conſtitutam dotem conſentiente muliere delegare[k]: tanquam id nõ tã donationis cauſa, quàm remunerationis permittatur: quod ſuprà oſtendi[l]. Septimus, cùm iuramentum interpoſitum à muliere fuit[m]. Octauus, cùm delegatio illi fieret, qui ipſe dediſſet. Subeſt enim eadem remunerationis, quæ in extraneo, cauſa: & videtur res ad originem ſuam reverti[n]. ſed id thema perquàm diſputabile eſt. nec dubito, quin pleriq; diſſenſuri ſint. Nonus, cùm mulier non expreſsè, ſed tacitè, ſeu negligẽdo ſibi præiudicaret, vt quia cùm iuſtam cauſam contradicendi patri dotem exigenti haberet, nõ contradixit[o]. Decimus, in delictis, in quibus non eſt dubium nocere doti ſuæ mulierem poſſe[p]: delinquẽdo enim redditur indigna tali priuilegio[q]. Adnotant ſubinde hîc Doct. pactum
39 † filiæ non nocere patri, ſicut è contrario nec paterna pactio filię obeſt. Hincq; infert Bar. ad eam quæſtionẽ, cùm filia hypothecæ renuntiauit[r], id non obeſſe patri. quod videtur intelligẽdum, conſolidata iam in patrem actione, vel eo adiuncta filiæ perſona non experiente: aliàs, ſi adiuncta ageret, cenſuit Raph. Com. præiudicari patri: quia tali adiectione factum filiæ videtur approbaſſe[s].
40 ſed † cùm renuntiatio hypothecæ à filiafamilias facta conditionem tacitam habeat, *Cùm ſui iuris erit*[t], apparet ante eventum conditionis nihil vtriq; ex ea noceri[u], veramque indiſtinctè Bart. ſententiam eſſe. Idem adiicit, nec delictum quidem filiæ nocere patri[x].
41 vnde † ſi ſtipulatus ſit ſibi dotem reddi, non poterit maritus agenti præſcribere, quod propter vxoris adulteriũ lucratus ſit dotem[y]: quæ ſententia non procederet, cùm adiecta filię perſona ageret[z]. quod Bar. & Alex. ſenſit. Sibi enim imputet, qui hoc modo egit. Nam neceſſe non habuit ſic agere, quicquid hîc Soci. ſcripſerit. Sed & ſi dotem hac conditione tradidiſſet, vt maritus ſecundum formam iuris eam lucraretur, probabile eſt idem eſſe, vt patri pactio iſta noceat[a].
42 Iure † enim noſtro propter adulterium perditur dos[b], ad quod ius cõſenſu patris cenſetur habita relatio[c]: quod multò fortiùs dicendum, ſi lege municipali idem cautum ſit, & pater ſtipulatus ſit dotem ſecundum ſtatuta reddi. Debet enim talis pactio aliquid operari[d]: nec ideo dicitur pater indebitè damnum pati[e], cùm promiſsione ſua obligatus ſit. quod Socini pater, & filius reſponderũt. Subiiciunt alij & illam quæſtionem, Quid iuris cùm filiusfamilias debitores paternos liberat? cùm enim patri non noceat, dubitari potuit, an ſaltem ſibi, cùm ei ſucceſſerit, noceat. quam quæ

Marginal notes, p. 501: a l. ſi ego. §. dotis de iure dot. b l. hac lege. C. de pact. conuẽt. c l. fi. C. de pact. conuent. d §. ſeq. & l. filiusfamilias. §. nã quod ad dotis. de procur. e l. non ſolum §. ſi de dote. de procur. f §. ſequent. & d. §. nam quod ad dotis. g d. l. cum dos. uerſic. quoniam per filiam. h d. §. fi. in auth. de equa. do. uer. & ſi quidem. i l. fi. §. neceſsitate. C. de bon. quę liber. k d. §. fi. d auth. quod locum. l d. §. nam quod ad dotis. m d. §. eo autem tempore. n c. fin. ad fin. de iudic. in vj. o d. l. cum dos. §. ſi uerò. l. iij. §. fi. j. tit. ij. p l & hæredi. §. pen. de pact. q arg. l. qui tabernas. de cõtr. emp. l. ſi domo. in fi. de leg. j. r uerſ. ſed utrũ. s Soc. hic et Rip. t l. aliud. in fin. de pact. dot. u l. fi. C. de euic. x l. quãuis uer. plane ad Vell. y l. de die l. Atilicinus. de pact. dot. z l. qui teſtamento. de teſt. a l. licet de pact. dot. b l. ij. de pact. dot. c gl. l. j. in princip. de do. præleg. Bal. Nouel. in tract. parte 7. priuil. ij. uerſ. iij.

Marginal notes, p. 502: L. 2. Soluto matrimonio. d l. quæ dotis. ub. Caſt. j. eod. e l. ſi cũ dotẽ. §. ſi mulier ubi not. j. eod. f l. & hæredi. §. penul. de pac. l. quæris. de pact. dot. g d. l. Atilicinus. d. l. Põponius. h uerſ. ſic ergo. l. qties. j. eo. d. l. cum dos. ij. reſponſo. i d. authen. ſed quamuis. k l ob res. §. j. de pac. dot. l ſ. in prin. uerbo, nõ cogitur. Bal. Nou. d. priuil. xj. uerſ. iiij. m c. cum contingat. de iureiur. n l. ſi unus. §. pactus. in fi. de pac. o §. ſeq ubi Soc. uerſ. iij. p l. quinq;. de bon. dam. q Bart. l. ſi qs in tantã. C. unde ui. r l. etiam. l. iubemus. C. ad Vell. s l. iij. §. fin. rerũ amot. t l. & hæredi. §. pe. de pac. u ut hic, uerſic. ſed utrum. x auth. qđ hodie. C. de repud. y Bal. Salic. l. ſi dotem. C. de iure dot. z d l. iij. in fin. a arg. l. ſi quis ſtipuletur. j. eo. b l. conſenſu. C. de repud c. plerunq;. de don. int. uir. c Bar. l. ſanctio. de pœn. d Bar. l. iij de uſucap. e l. fi. § in cõputatiõne. C. de iur. delib.

a l.filius paciſcē do.C.de pact.
b l.tranſactione matris.C.de trā act.

quæſtionem alibi attigi [a]. ſicut etiam illam, An
pater qui in alicuius fidem ſe tradidit etiam pręſtito fidelitatis iuramento filiis ſuis noceat [b]:
quæ omnia à legis noſtræ argumento aliena
ſunt.

*1 Patri pro dote agenti ſufficit tacita filiæ voluntas, dummodò non habeat iuſtam contradicendi cauſam. 4.*
*6 Expreßi & præſumpti æqualis vis.*
*11 Verbi Videri, in textu poſiti, declaratio.*
*12 Furioſus in caſibus vbi conſenſus non requiritur, non habetur pro mortuo.*
*23 Pater abſente filia de dote agens, tenetur cautionem præſtare, in caſu, quando actio filiæ communis eſt.*
*27 Emptor venditori litem motam denuntiare debet etiam ſcienti. 28 Fallit, vt 29.*

¶Voluntatē [a] autē filię, cùm pater agit de
A dote, vtrùm ſic accipimus, vt cōſentiat,
an verò ne contradicat filia? Et eſt ab Imperatore Antonino
reſcriptū: filiam, niſi
euidenter contradicat, videri conſentire
B patri. Et Iulianus libro XLVIII. Digeſtorum ſcripſit [b], quaſi ex voluntate
filiæ videri experiri patrem, ſi furioſam filiam habeat.
Nam vbi non poteſt
per dementiam contradicere, conſentire quis eam meritò
credet.

a ¶§. VOLVNTATEM [a]. Dixerat ſuprà Iuriſcōſultus non poſſe patrem abſq; filiæ voluntate a-
1 C gere: declarat † nunc, qualis ea voluntas intelligat, oſtēditq; nihil referre, an expreſſa ſit, an ta-
cita, vt quia non cōtradicat [c]. Cùm enim iure cō-
muni actio ſit patris, filiaq; fauore dotis in quan-
dam communionem admiſſa ſit, non impeditur
pater agere, dummodò filia taceat: quia ſilendo
ſatis indicat non dubitare ſe de fide diligentiáq;
paterna, quin dotem ſeruet. Ideo arbitrarer tex-
tui noſtro locum eſſe, non ſolùm cùm pater cō-
muni nomine experitur, ſed etiam cùm proprio
2 ſuo nomine agit [d]. Nec me mouet, quòd † tali
caſu videatur actionem, quæ communis eſt, ſibi
propriam facere: & ideo tanquam inde filiæ da-
mnum oriatur, taciturnitas pro conſenſu eſſe nō
3 debeat [e]. Reſpondeo, damnum † illud conſide-
randum non eſſe, cùm omnino dos etiam cōmu-
ni nomine exacta patri ſoli quæratur [f], teneatur-
que ille in omnē caſum eam filiæ ſeruare [g]. me-
ritò ob leue id incommodum non eſt à legis no-
ſtræ regula recedendum, & tacens pro conſen-
II. tiente erit [h]. Adde, † idem eſſe, etiam ſi expreſsim
4 filia contradicat, dummodò iuſtam contradicē-
di cauſam non habeat [i]: quia (vt Accur. hîc ait)
paria ſunt non aduerſari, vel abſq; cauſa id face-
III. re [k]. Sed quid iuris, ſi filia cauſam quidem iu-
ſtam contradicendi habet, ſed tamen tacet? & A-
ret. cenſuit, tunc pro conſentiente non haberi [l],
ſed potiùs propter patris reuerentiam tacuiſſe [m].
quod & Bar. videtur ſenſiſſe, quē Iaſ. refert [n]. ſed
hæc ſententia verbis legis noſtræ non conuenit,
quæ filiam acquieſcere voluntati patris interpre
tatur, niſi euidenter contradicat: at ſubaudire vt
cōtradicat, ſi iniuſtam cauſam habeat, impudens
irreligioſumq; eſt: cùm potiùs de contradictione
intelligendū ſit, quæ iuſtè fiat: quod & aliis mo-
dis Socin. hîc probat. Nec dubito, quin eius ſen-
5 tentia ſit vera, poteritque † hoc caſu filia quam-
uis iuſtè poſſet contradicere, tamen tacendo ſibi
reſpectu patris præiudicare, qui plus iuris in hac
actione habet, vt ſuprà oſtendi. vnde non niſi ex
expreſſo eius conſenſu, filia ipſa agere poſſet [o].

c l.dotem.ſ.eod.
d l.Titia.ubi gl. ſ.eod.
e l.Caio.de pig. ac l.inuitū ſ. de ſeruſ.urb. prēd. l.ampliatio.
f d.l.ſi.C.com mu.utr.iud.
g d.§.ſi uero.in authē.de æqua. dot.
h l.Sabinus. C. com.diuid.
i l.ſi cū dotem. §.eo autē.ſ.eod.
k l.ſi de legatario. in ſi. de ſid. lib. Abb.c. ſi. de fer.
l l. ſi cū Cornelius.in ſi. de ſol.
m l.pen.de fur.
n d §.eo aūt tēpore.ubi Bart.
o gl. d.l. ſi cum dotem. §. j. ubi Doctor.

cùm tamen patri agenti ſufficiat filiæ taciturni-
tas. Adnotant autem hîc Doct. quoties lex vo-
luntatem requirit, ſufficere, ſi ea tacitè interue-
6 nerit [p]. Par † enim virtus expreſsi, & præſumpti
eſt [q]. quia præſumptio legis nihil à veritate dif-
fert [r]. vnde conſe-
quens eſt, vt ſi lex
cōſenſum requirat,
ſufficiat quoque is
conſenſus qui taci-
tè ſeu præſumptiuè
adhibitus ſit [s]. nam
7 † voluntas, conſen-
ſuſq; non rarò ea-
dem ſignificatione
accipiuntur [t]. ſi igi-
tur lex aliquib. vo-
lentibus vel conſen
tientibus quicquā
fieri mādet, ſufficit
eorum non contra-
dicentium præſen-
tia. quod Ang. cenſuit [u], & nos probamus, his
ſcilicet in caſibus, quibus ex præſentia & ſcien-
tia lex conſenſum præſumit, quos Iaſ. adnotat [x]:
aliàs ſecùs eſſet, vt Bald. ſcripſit [y]. Nam & tradi-
8 tum eſt, cùm † principis edicto ſpurij natalibus
reſtitui, ſolùm teſtatoris accedente cōſenſu, poſ-
ſent, tacitum tamen ſufficere [z], niſi lex certum &
C indubitatum conſenſum requireret [a]. His ac-
cedit, quod de lege municipali traditum eſt mu-
lierum contractus abſq; agnatorum ſcientia ini-
tos infirmante, vt de eis non intelligatur, quod
coram agnatis, quamuis tacentibus, ſcientibus
tamen, celebrati ſint [b]. Eorum enim præſentia
metus & circumuentionis coniecturas omnes
eneruat [c]. quæ deciſio proprietate dictionis,
ſcientia defenditur. Quoties † tamen lex magi-
9 ſtratus ſcientiam non per modum contrahentis,
D ſed ius dicentis requirit, de auctoritate intelle-
xiſſe videtur [d]: & ideo expreſsione verborum
opus eſt [e]. Idē, ſi per modum poteſtatem haben-
tis cuiuſquam conſenſum requirat [f]. Qua ratio-
ne idem quoque receptum eſt, cùm de alterius
damno agitur, cuius bona ad me cura, & ſolici-
10 tudine pertinent: tacendo † enim non pręſumor
conſentire: quia conſenſus ſolenniter & vice au-
ctoritatis interponendus eſt [g]. & ideo cùm ſtatu-
tum in contractibus mulierum mariti, vel agnati
E conſenſum requireret, reſponſum eſt, non ſuffi-
cere præſentiam. quod & Bald. Imo. Alex. & cæ-
teri hîc tradiderunt. quæ ſententia vera eſt: quia
tunc tacens pro cōſentiente non eſt [h]: aliàs ſecùs
11 eſſet. Nec † me mouerat verbum *Videri conſentire*,
quo Iuriſconſ. noſter vtitur: quia hoc caſu non fi-
ctionem, (quod vulgò aiūt) ſed pręſumptionem
denotare probabilius eſt. quæ præſumptio veri-
tati innititur [i].
¶ ET IVLIANVS LIB. XLVIII. DIGES.
F SCRIPSIT [b]. Cùm † furioſus quid faciat, igno- b
12 ret, intellectuq; careat, quotieſcunq; lex conſen-
ſum requirit, pro abſente, quieſcenteque eſt [k], &
non magis conſentire, quàm mortuus cenſetur [l].
I. Quòd ſi non cōſenſum requirit, ſed de re agatur,
in qua ſatis ſit non diſſentire, vt eſt caſus noſter,
tūc nō pro mortuo, ſed pro nō diſſentiente habe
tur [m]. Lex enim quæ ius patris in dote voluit cen
ſeri filię cōmunicatū eſſe, vt abſq; eius voluntate

p Iaſ.rub.de lib. & poſth.
q l.cum quid ſi cert.pet.
r l.fin.de pbat.
s l.j.de pac.l.ij. C.de pact.
t l.ſi.§.neceſsitate.C.de bon.quę lib d.§.autē d.l. Titia.
u glo.ubi Ang. l.j.§. Marcell ſi cui plus quā per leg.
x Iaſ.l. quæ dotis.ſ.eod.Abb.c. ueſtrā.in fin. de loc.
y d.§.neceſsitatē.Ioan.And.in nouel.c.ſi. uerb. aſſenſu. de iud.
z arg.l.in adoptionib.de ado. Iaſ.d.rub.
a Dec.con.176.
b § emphyteuſis. ubi Ang. in authē. de ali.& emph.Mod.hic
c l.tranſactionē C de tranſact.
d c quidā.15.q. ij.ubi Archid.
e l.iij.ubi glo.de auct.tut.
f c.pe de re iud. in vj. ubi Gem. ij.not.
g d.l.3 c.nihil. de præſc. Abb. conſ.cxlvij.
h Iaſ.d.l. quę dotis uerſ. quarto.
i d.l.ſi. de probat.gl.§.accedit l.j. C. de rei ux.
k l in negotijs.l.ubi non uoce.de reg.iur.
l gl. l. ſi quis alicui. de acqui.hæred.
m l.ſi furioſi.C.de nupt.

expreſſa



a l.i.§.de acqui poſſ.
b l.ſed ſi vnius.§. filiuſfa. de iniur.
c l. qui cū hæres. ubi Bal.de acq. hær.
d d.l.ſi furioſi.ubi Bald.

expreſſa furioſæ intellexiſſe, quæ nullam habe-
bat [a]: ſicut lex, quæ filio patre præſente actionem
iniuriarum denegat, de eo patre nō intelligetur,
qui furioſus ſit [b]. Qua ratione, ſi lege Municipij
cautum ſit, ne filius abſq; cōſenſu patris obligari
poſsit, de eo filio
nō intelligetur, qui
patrē in fauore ha-
13 beat [c]: talis † enim
(vt Alex. hîc tradi-
dit) pro patrefam.
14 eſt. Cōtra † Baldus,
qui loco patris hoc
caſu ſuccedere iudi
cem cenſuit, vt eius conſenſus ſit neceſſarius.
Quæ ſententia locum habere poſſet, quoties de
furioſi ipſius patris bonis obligandis tractare-
tur [d]. aliàs, quod ad obligationem filij attinet, ve
rius eſt caſum à ſtatuto omiſſum videri, & in ter-
minis iuris communis relinqui. Et hinc infertur
ad legis noſtræ declarationem, quid iuris ſit, ſi fi
lia furioſa iuſtam cōtradicendi cauſam haberet,
niſi obſtaret ei dementia? & Accur. quem Bar. &
pleriq; alij ſequuntur, non eſſe legi noſtræ locū
opinati ſunt, taliq; caſu patrem agere non poſſe
definiuerunt. Quæ ſententia prorſus reiicienda
eſt: obſtat enim ſuprà ſcriptæ rationi: obſtat le-
gis verbis, quæ ideo videri conſentire ait, quia
15 † per dementiam contradicere non poteſt: quæ
verba de contradictione ex iuſta cauſa intelligi
debent: quia ſi iniuſtè fieret, ſuprà cōcluſum eſt,
nec ſanam quidem puellam audiri [e]. quod & So
II. cin. hîc & alij recētiores annotarūt. Sanè, quo-
16 ties † de perſeuerantia in cōſenſu ſemel pręſtito
agitur, dubium nō eſt furioſum in eo videri per-
ſiſtere [f]: quia licet nouus ei conſenſus attribui
nequeat [g], obdurare tamen in vetere intelligi po
I. teſt. Sed † & cùm de obligatione tractatur, quę
17 non ex conſenſu, ſed aliter oritur, furioſus pro
IIII. mortuo aut quieſcente non eſt [h]. In eo quoque
ab abſente differt, quod abſens conſentire, & ra-
tum habere quod geſtum eſt, poteſt: furioſus nō
V. poteſt [i]. Sed & vbi ſola corporis præſentia ſuf
ficit, nec tamen pro abſente eſt furioſus, quod ali
bi declaraui [k]. abeſt enim illi animus tantùm. quod
18 & Accur. hîc ſenſit. Hincq; † inferunt aliqui ex
præſentia corporis neceſſariò nō ſequi animum
quoq; præſentem eſſe: quod in furioſis verū eſt,
itemq; in amatoribus, vt eſt in Pſeud. Plauti. nā
& amor ſpecies furoris eſt [l]. Itemque in his, qui
non attendunt [m]. Quid verò in teſte, qui ſcire ſe
dixit, quia præſens erat? & ab omnibus receptū
19 eſt, rationem hanc concludentem eſſe [n]: quia † in
teſte præſentia includit ſcientiam [o]. Addit Bal.
includere etiam viſum, quoties viſus ſcilicet
eſt neceſſarius probationi [p]. & ideo non excuſa-
retur teſtis qui probata ab aduerſariis abſentia,
fateretur ſe abſentem corpore fuiſſe, ſed tamen
animo præſenti. Sed de his aliàs [q]. Et cùm ſu-
prà aliquod caſus adnotauerimus, quibus furio-
ſus pro abſente, aut quieſcente non eſt, conſe-
quens eſt, vt Iuliani Iuriſc. generalem propoſitio
nem cum iudicio accipiamus, dum inquit, furio-
20 ſus † per omnia & in omnibus abſentis, quieſcen
tiſq; loco habetur [r]. quod & non in abſimili ca-
ſu Ang. reſpondit [s]. clauſulamq; illam In omni-
bus & per omnia, interpretatione ſua reſtringit.
a ¶SED SI ABSENS a. Qui † igitur abſens eſt,
21 non præſumitur ſcire, quid in loco remoto aga-
tur: nec coniūctio perſonarum huic rei aduerſa-

e d. l. ſi cū dotē. §.eo autem.
f l.patre furioſo. de his qui ſunt ſui.d.l.ſi quis alicui.
g l. qui ad certū. loc.
h l.3.§.etſi furioſi. de neg. geſt.
i l.2.de procur.
k l. ſi.de ver.
l §.illud in authē. quib.mod. na.leg.
m gl. viii.q.iii.Artaldus.
n Felin. c.cū cauſam. de teſt. & in proœ. Greg.
o l. teſtium.C.de teſtib.
p Bal.l. ſi nō ſpeciali. de teſtam.
q l.coram.de ver. ſig.
r l.2.§.pe.de iur. codic.
s conſi. 6. Doct. l.j. de leg.j.

Sed ſi abſens [a] filia ſit,
dicendum erit, nō ex
A voluntate eius id factum: cauendumq; à
patre, ratam rem filiam habituram. Vbi enim ſapit, ſcire
eam exigimus, vt videatur non contradicere.

L. 2. Soluto matrimonio. §. voluntatem.

tur, adeò vt pater, qui in ciuitate ſit, nō præſuma-
tur ſcire quid ruri agat filia [r]. Nec † refert abſen-
tia ex neceſsitate ſit, an ex cauſa voluntaria: cùm
& qui ſpōte abſunt, etiam publica edicta & pro-
grammata ciuitatis ſuæ præſumantur neſcire [u]:
idq; tametſi publi-
ca fama ibi celebrē
tur [x]. Cùm igitur 22
filia in caſu noſtro
factum patris igno
rare credatur, meri-
tò neceſſaria eſt cau
tio. Quod Aretin.
intelligit, etiā ſi cau
ſam contradicendi nullam haberet, quæ ſenten-
tia defendi in caſu dubio poteſt [y]. nam ſi clarè id
conſtaret, non eſſet ſuperfluis cautionibus vten-
dum [z]. cùm etiam ea inuita, pater agere poſſet,
vnde multò magis ignorante [a]. & ita Iac. Din.
B Raph. Alexan. Iaſ. hîc cenſuerunt. Sed nunquid
id perpetuum eſt, vt pater de rato caueat? & † cō- 23
ſtat tunc cauere, cùm actione cōmuni experitur,
vt eſt caſus noſter. In ea enim liberum non ha-
bet adminiſtrationem [b]. Idem, cùm filium ſuum
tanquam quilibet extraneus defendit, vel ob rē
agit, in qua liberum adminiſtrationē nō habet [c].
aliàs ſecus eſt, quia legitimus adminiſtrator de
rato nō cauet [d]. Sed & nec tūc de rato cauet, cùm
propria actione ſolùm experitur [e]. Sed & cùm pa
C ter, nō propria ſolū, ſed & filij actiōe experiri le-
ge Cornelia poſsit [f], cenſuit Petr. Bal. Paul. Caſtr.
ſi ea agat, non tamen de rato cauere [g], idq; in a-
ctione iniuriarū ſpecialiter inductum eſſe: quia
† eam pater abſq; filij cōſenſu remittere poteſt [h]. 24
Ergo & abſq; eius cōſenſu agere poterit [i]. Actio-
nes enim ex delictis facilimè remittuntur [k].
quod & Iaſ. ait. Sed quid in procuratore patris di
cendum? & aliqui indiſtinctè eum compelli ad
cautionem crediderunt [l]. Quod falſum, nec re-
D ceptum eſt, cùm † ſolùm caueat, cùm de manda- 25
to dubitatur [m]. Nec dubium eſt, quin priuilegia
domino cōceſſa, etiam procuratori eius vſui eſſe
debeant [n]. Sed † quomodo iudicabimus, an fi- 26
lia ſciret patrem agere? & Accur. reſpōdit ei eſſe
denuntiandum, ſi verò cōſtaret aliter eam ſcire,
non eſſe denuntiatione opus [o]. Hinc † infertur 27
ad vulgarem illam quæſtionem, an venditori
ſcienti litem motam, denuntiandum ab empto-
re ſit, vt deinde euictionis cauſa ſibi ſalua ſit. In
E quo articulo receptiſsima eſt ſententia, omnino
denuntiandum eſſe [p]: quia talis denuntiatio non
ſolùm admonitionis, & ſcientiæ cauſa fit, ſed e-
tiam, vt venditor incitetur, vt liti adſiſtat, empto-
remq; defendat [q]. alioquin probabiliter credere
poteſt propriis iuribus cōfidere emptorem, nec
ſuo auxilio indigere [r]. meritò igitur cùm incita
tio neceſſaria ſit, non ſufficit ſola ſcientia, ſed re-
quiritur denuntiatio [s]. ſicut nec ſufficit ſola de-
bitoris ceſsi ſcientia, quò minus principali ſol-
F uat, ſed neceſſaria eſt ceſsionarij denuntiatio,
quoties principalis periculo facta eſt ceſsio [t]. E-
go † ex emptionis natura id eſſe ſcio, vt venditor
vel dominium transferat, vel vſucapiendi condi 28
tionem [u]. vnde rei alienæ venditio valeat [x], nec
vēditor vltra tenetur, quàm vt emptioni habere
liceat [y]: & ideo ſi emptor timeat, ne ſibi habere
liceat, id eſt, res euincantur, venditorem admo
nere debet: quia qui tenetur ad defendendum,

t l. Titius.§. Lucius. de lib. & poſth.
u l.planè. de exc. tut. l. tres fratres. de pact.
x c. cùm in tua. extrà, qui matr. accuſ.
y d.l.ſi cùm dotē. §.eo autē. verſi.ideo per officium.
z l. hæc ſtipulatio.§. diuus. vt leg.nom.
a l.qui poteſt inuitis.de reg.iur.
b l.non ſolùm.§. ſi de dote. de procur.
c l. filiusfam. qui ſat.cog.ubi Bal. arg.l.ſi cùm dotem.§. ſi ſoluto. ſ.eod.
d l.ſi.§.defenſio. C.de adm.tut.
e d.l. non ſolùm. §.ſi pater.
f l. pater. de iniur.
g d.§.ſi pater.
h d.l.ſed ſi vnius. §.interdum.
i l. ait prætor.de pact.
k l. ſi tibi.§. quædam.de pact.
l l. ſi ſine.§. ſi. rē rat. ha.
m l. i. C. de procur.
n l.alia.ſ.eod.
o l. Herennius. de euict.l.j.in ſi. de act.empt.
p l. qui abſentē. de proc.ubi Bar. Ang Bal.l.ſi parentes. C.de euict.l.venditor, de iudic.
q l. j. C.de peric. & commo. rei vend. ubi Bald. Bart.l.emptor. C.de euic.
r l. denuntiaſſe. de adult.
s l.3.C.de nouat.

Bart.l.ſi cum emptore. de pact.Bald.d.l. i. u l.ex empto.de act. empt. x L. rem alienam.de cont.empt. y l.habere.de euict.

conditionaliter tenetur, ſi in tempore requiſitus
fuerit[a]. nihil ergo refert, quòd venditor ſciat mo
uere litem, ſicut nec debitor: ideo in mora conſti
tuitur, quia ſciat creditorem ſuum pecunia indi-
I. gere, ſed neceſſariò appellandus eſt[b]. Si † tamen
29 aliud actum ſit, tunc
ſecùs eſſet, vt quia
denuntiationis ex-
ceptionem, vendi-
toris pacto remiſ-
II. ſam proponeretur[c]. Vel qui emit, pupillus ſit,
& eiuſmodi, qui vel tacendo in mora irregulari
III. debitorem conſtituat[d]. Idem, ſi venditor pro-
miſerit, ſtatim mota lite, ſuſcipere defenſionem,
& ita iuraſſet. quod hîc Alex. diſputat, & ego ali-
IIII. bi diffuſiùs attigi[e]. Idem, cùm manifeſtum, ſeu
(vt aliqui dicunt) notorium eſſet, malam eſſe ven
V. ditoris cauſam[f]. Et ideo ex facto reſponſum
apud Fulgoſium extat, ſi omnino res quæuis de-
nuntianti fuiſſet euicta, vt quia ex actis appareat
nullam venditori competere defenſionem, tunc
exceptionem hanc emptori non obſtare[g]. Sed
tamen hanc ſententiam ego facilè non ſequar:
quia ſi conſtet manifeſtè bona actoris cauſam,
(licet non teneatur emptor litigare, ſed bonam
fidem angoſcere) poſsit venditori tamen denun
tiare, ſententiæque euentum expectare debet[h].
Vnde receptior eſt ſententia, notorium quidem
à perſequutione cauſæ excuſare, à denuntiatio-
VI. ne verò non excuſare[i]. Solùm igitur Fulgoſij
reſponſum ſequerer, quoties venditor ſciens a-
lienam rem eſſe, nihilominus vendidiſſet: tunc
enim, quia dolo egiſſe videtur, emptori ſuccur-
rendum eſt[k]: præſumereturque ſciuiſſe in re no-
toria, quoties cõiecturę retrò inferrent, tempuſ-
que contractus reſpicerent. Idem, ſi mala fide
documenta ſuppreſsiſſet, vnde emptor ipſe in-
ſtrui non poſſet: quod hoc caſu Bald. rectè cen-
VII. ſuit[l]. Sed & ſi abſens venditor fuerit, vt ei de-
nuntiari non potuerit, nihil eſt quod emptori
imputetur, ſaluaq; illi ideo erit euictioni actio[m].
nec arbitror tali caſu alia proteſtatione opus eſ-
ſe, cùm impedimentũ ex ipſius venditoris facto
VIII. proueniat[n]. Illud quoq; cõſtat, ſi tam emptor,
quàm venditor ſimul cõuenti ſunt, aliam denun
tiationem neceſſariam non eſſe[o]. Nec refert,
quòd venditor iudicio noluerit adſiſtere: quia
tum maximè teneri debet propter propriam cõ-
tumaciam, quæ victoriæ cauſam videtur dediſ-
ſe[p]: licet diuerſus in hoc iuerit Socin. Addunt &
recentiores alios caſus, quibus non eſſe neceſſa-
riam denuntiationem arbitrantur: ſed quia eos
ego non probo minimè referendos exiſtimaui.

a c. breui. de iureiur. Abb. cõſ. xlix. in ii.
b l. ſi ex legati. de uerb. oblig.
c l. Herennius. de euict.
d l. in minorum. C. in quib. ca. in integ.
e l. quod te. ſi cer. pet.
f Rom. Alex. l. non ſolùm. §. morte. Imola, Barb. cap. ſi. de empt.
g gl. in l. ii. C. de cont. iud. tut. l. ii. §. quod de frumento. de adm. re. ad ciuit.
h l. emptorem. ubi glo. & Bart. de act. empt. l. at qui. §. cũ me. ubi Alb. de neg. geſ.
i Dec. cõnſ. 74.
k l. ſeruus quem. §. ſi. de act. empt. Bald. d. l. i.
l l. Titius. ii. de act. empt. Bald. d. l. ii.
m l. ſi ideo. §. præſenti. l. ſi fundo. §. fin. de euict.
l l. quibus dieb. in prin. de cõd. & demonſt. l. ii. ubi Doct. ſi quis cauti.
o l. ſi dictum. §. pen. eod. tit.
p arg. d. l. ſi ideo. in princ.

# De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.

† Lib. 28. tit. 2.

*Rubrica* †.


1 *Variæ poſthumorum ſpecies. 3, 9, 16, 47.*
4 *Poſthumorum appellatione etiam in ſtrictis materiis, venit is qui teſtamento condito naſcitur.*
11 *Duobus caſibus adoptiuus non dicitur filius.*
17 *Tria genera Filiorum illegitimorum.*
20 *Legitimati cùm poſthumi dicantur, rumpunt teſtamentum.* Fallit, 33, 38.
44 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium reuocat donationem ſe nato factam.*
48 *Explicatur §. illud. Authen. de monach.*


*De liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis.*

A POSTHVMORVM a varias † ſpe- a
cies eſſe ex Accurſij auctoritate re- 1
ceptũ eſt[q]: è quibus illi propriè, &
ἐμφατικωτέρως, ſunt poſthumi, qui poſt I.
humationẽ, id eſt mortẽ patris na-
ſcuntur[r]. idq; non
iuriſconſultis tan-
tùm, ſed & Plauto
in Aulul. & cæteris:
ſuadeturq; id argu-
mento, quod ab etymologia vocabuli ducitur:
ex † quo propriam ſignificationẽ cognoſci Bart. 2
tradidit[s]. Alia † eſt eorũ ſpecies, qui ante mor- II.
tem teſtatoris naſcuntur, ſed poſt cõditum teſta- 3
mentum. nam & hi videntur in iure noſtro poſt-
humi appellari[t]: quod tamẽ ex proprietate ſer-
monis non procedit, & ideo in legibus munici-
B palibus non caperetur hæc ſignificatio, vt Bart.
cenſuit, quem alij ferè ſequuntur[u]. Dubitant ta-
men hîc Doct. ne hoc verum non ſit. Nam † in 4
exhæredatione ſtrictè proceditur, & tamen ex-
hęredatis poſthumis etiã is continetur, qui dun-
taxat poſt teſtamentum natus eſt[x]: ſic & in da-
tione tutorum anguſtè procedimus[y]: & tamen
tali caſu is poſthumus comprænditur[z], ne di-
cat aliquis hanc interpretationem in teſtamẽtis
accipi: quia † in eis ſit lata interpretatio[a]. nam 5
C † hac ratione & in eis maſculinum debuit fœmi- 6
ninum concipere[b], & appellatione filij comprę
hendi nepos[c], & diſpoſitio poſt mortem con-
cepta debuit ad caſum ante mortem trahi[d], &
† exhæredatio vt teſtamentũ valeat, interpre- 7
tatione adiuuari[e]: quod tamen videmus contrà
eſſe[f]. Socinus diſpiciendum cenſet, an poſthu-
morum mentio tanquam filiorum fiat, an ſimpli
citer, vt vltimo hoc caſu tantùm procedat dicta
Bartoli ſententia. Sed certè qui poſthumum di-
D cit, ſatis ſubintelligitur, filium[g]. & lex Velleia
tanquam de filio loquitur: & tamen neceſſaria
fuit[h], & † nepotibus tutor propter ius patriæ po 8
teſtatis datur, & tamẽ filiorum appellatione nõ
comprænduntur[i]. Minùs me mouet Iaſ. di-
ſtinctio, qui ſi de fauore poſthumorũ tractetur,
interpretationem hanc latiorem aſſumi exiſti-
mat[k]: non ſi de odio, atqui fauor pupillorũ eſſet,
vt in exhæredatione non comprænderen-
tur[l]. Alij, receptiore calculo, fauore conſeruan-
E di teſtamẽti exhæredationẽ valere exiſtimant[m]:
quæ ratio ſola non ſufficeret[n]. Oportet itaq; in-
frà ſcripta coniungi. Ego in teſtamentis propter
mentem teſtatoris hãc accipi interpretationem
arbitror, per eam figuram, quæ ex affectu dici-
tur[o]. A principio enim & inſpecta origine, cre
didit teſtator eum poſt mortem ſuam naſciturũ,
idq; ſufficit[p], & maximè, cùm nihil, eo nato, mu-
tauerit, apparet de eo, ceu poſthumo ſenſiſſe[q].
Vnde cùm ſubſit eadem ratio, cumque mens te-
F ſtatoris hæc fuerit, non quidem impropriè, ſed
figuratè locutus cenſebitur[r]: at in legiſlatore
ſecus eſt, qui nõ videtur crediſſe niſi quod ex-
preſsit[s]. qua tamen in re ad rationem legis plu-
rimùm erit attendendum: ſi enim omnino certa
ſit legis ratio, fiet extenſio ad hunc quoque ca-
ſum[t]: ſi incerta, à verborum proprietate non re-
cedemus, ſicut & in contractibus[u]. Tertia † eſt III.
eorum ſpecies, qui poſt teſtamentum adoptan- 9

q gl. rub. C. eod.
r l. nomẽ. de uer. ſig.
s Bart. l. omnes populi. de inſt. & iur. uerſic. quæro, unde æſtimatur.
t l. iii. uerſi. poſthumos. l. poſthumis. ff. tit. i.
u Bart. l. Gallus. in princ. ff. eod.
x d. l. iii. §. nominatim.
y l. quòd ſi nepotes. de teſt. tut.
z l. ſi quis ita. in fin. de teſt. tut.
a l. in teſtamentis. de reg. iur.
b l. i. §. ſed & ſi incertum. de uẽt. in poſſ. mitt.
c d. l. quòd ſi nepotes.
d l. commodiſsimè. ff. eod.
e l. ii. l. cùm quidam. ff. eod.
f dictis legibus.
g Bar. d. l. qui filiabus. de leg. i.
h d. l. Gallus. ubi Bart.
i d. l. quòd ſi nepotes.
K Iaſ. d. l. Gallus. per d. l. ſi quis ita.
l d. §. nominatim.
m Barto. d. §. nominatim.
n d. l. ii. d. l. cùm quidam.

o l. fugitiuus. ubi dixi, de uerb. ſignific. p l. quo loco. in fi. ff. de hær. inſtituen. q l. iii. C. de inoffic. teſtam. r d. l. iii. uerſic. nec ratio. ff. tit. i. s l. ſi uerò. §. de uiro. ſolut. matrim. t l. filium. ad Maced. u Bald. c. inquiſitioni, de appellat.

tur.



10 tur[a]. quod † hodie de arrogato intelligendũ eſt,
vel eo, qui aſcendenti in adoptionem ſit datus[b].
qui enim ab extraneo adoptatus ſit, in eius pote
ſtatem non tranſit: quamuis ei inteſtato vnà cũ
iuſtis filiis in viriles partes ſuccedat[c]: idq; etiam
tanquam ſuus hæres. Speciale enim eſt hoc ca-
ſu, vt qui in poteſtate non ſit, iura ſuorum hære-
dum habeat[d]: licet condito teſtamento, ſi aduer
11 ſus tabulas agere velit, aliud ſit. Sunt † tamen
duo caſus, quibus adoptiuus pro filio non habe-
tur, vt meritò nec poſthumus quidem dici poſ-
ſit. Primus, cùm de alterius ſucceſsione, quàm
12 adoptantis agitur. vnde † in fideicõmiſsis, qui-
bus non ipſi grauato, ſed teſtatori ſucceditur[e],
conditio, *Si deceſſerit abſq; liberis*, adoptione nõ de-
ficit[f], ne ſcilicet in poteſtate grauati ſit eludere
fideicõmiſſum[g], vt rectè Bartol. tradidit[h]: pro-
ceditq; abſque ſcrupulo hic caſus, niſi verba te-
ſtamenti indicent etiam de adoptiuis actum eſ-
ſe, vt quia conditio cõcepta ſit, *Si deceſſerit ſine libe-
ris legitimis, & naturalibus, vel legitimis tantùm*. Adopti-
13 ui † enim propriè dicuntur legitimi filij[i]: idque
quo ad omnes effectus iuris[k], quod ego ex facto
aduerſus Decium Curtiumque reſpondi[l]. Nec
enim temerè à verbis recedendum eſt[m]. nam &
lex, quæ filiis quartam reſeruat, qui ex iuſtis nu-
ptiis duntaxat nati ſunt, nõ tamen cenſetur hoſ-
ce adoptiuos excludere[n]: licet aliud videantur
14 Doctor. ſenſiſſe[o]. Alter † eſt caſus, cùm lege mu-
nicipali maſculi excludunt filias fœminas: non
enim veriſimile eſt id actum, vt commentitia lex
naturæ præualeat, quod Anan. reſpondit, & alij
tradiderunt[p]. Interpretabimur ergo legem, vt
de maſculis accipiatur, qui ſecundum naturam
filij ſint[q], non qui ciuiliter tantùm[r]: ne aliàs
melioris ſint conditionis adoptiui, quàm veri fi-
lij[s]: admittetur ergo hic adoptatitius in viriles
15 duntaxat cùm fœminis[t]. Sed nunquid exhæ-
redato ſimpliciter poſthumo, de tali adoptiuo
intelligemus? & ſi teſtator generare nõ poterat,
non eſt dubitandum, quin talis comprænda-
tur[u]. Si verò poterat generare, videtur ſecùs:
quod aliqui hic tradiderunt[x]. Sed ego propter
vim verborum diſſentio[y], ne meliùs ſuſpicatũ
patrem de adoptiuo credamus, quàm de natura-
IIII. li, & iuſto filio[z]. Quarta † ſpecies eorum eſt, qui
16 poſt conditum teſtamentum reſtituti ſint natali-
bus, ſeu (vt vulgò dicitur) legitimari. Et receptiſ-
ſima eſt ſententia hos loco poſthumorum eſſe, et
omnia eis iura competere, quæ iuſtis filiis con-
ceſſa ſunt. Vnde & prætor eis contra tabulas bo-
norum poſſeſsionem decernit, & iure ciuili nul-
lum dicere teſtamentum, ſi præteriti ſint, poſ-
ſunt[a]. lex enim ait, eos nihil à verè legitimis dif-
ferre[b]: item habere eos iura ſuorũ hæredum[c].
Nec videtur hoc caſu quicquam referre, quales
ſint hi filij. & quamuis Pontificij illegitimorum
ſeu ſpuriorum quàm minutiùs diuidant[d], Iuſti-
17 nianus † tamen noſter triplicem duntaxat diſtin
ctionem facit: alij enim ſunt ex coitu nati, quem
18 lex damnat, id eſt, prohibet, punitq:, vt † nefarij,
inceſti, adulterini, quos vulgò nunc Doct. appel-
lant ſpurios, & ij prorſus ſunt incapaces[e]. Alij
19 † ſunt naturales, quos ille voce Græca appellat
nothos: quo nomine hi ſignificãtur, qui coitu pu
nibili nati nõ ſunt, vt ex meretrice, ex amica vul-
gari, ex famula, & ſi qui ſimiles[f]: & hi ex teſta-
mento patris capere, ſed certa tamẽ diſtinctione

a l. filius à patre. §. i. ff. eod.
b l. pen. C. de adopt.
c l. ſi te parens. C. de ſuis, & leg. ubi Bald.
d d. l. pen. uerſic. & ideo.
e l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de uulg.
f l. fideicommiſſum. de cond. & demonſt.
g arg. c. i. §. adoptiuus. ſi de feud. defunc. fuer. cont.
h Bart. l. ſi cognatis. de reb. dub.
i d. l. pen. uerſic. neque enim gl. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebell.
k d. l. ſi cognatis. §. adoptiui. Inſtit. de exhęr. lib.
l Dec. conſ. ccexcix. Curt. Iun. cxlv.
m l. non aliter. de leg. iii.
n l. i. §. liberi ff. de bon. dam.
o Alexan. conſ. v. in vii.
p Anan. conſ. 27.
q l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui.
r l. ſi. C. de iis, qui uen. ætat.
s gl. §. cùm autẽ uerb. quartam. Inſtit. de adopt.
a d. l. ſi te parens.
u gl. l. ſi quis ff. eod.
x arg. l. placet ff. eod.
y d. l. iii. §. nominatim.
z gl. d. §. cùm autem.
a Alex. Iaſ. hic.
b §. ſit igitur. in authen. quib. mod. na. leg.
c d. §. i. Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. Barb. conſ. lviii.
d glo. c. niſi. §. perſonæ. de renunt.
e §. fin. in auth. quib. mo. na. eff. ſui.
f l. ſi ea. C. de adult.



poſſunt[g]: tametſi aliqui non rectè verba perpen
dentes aliud ſenſerunt[h]. Alij ſunt certiores filij,
quos ex libera muliere in ſchemate concubinæ
domi retenta, quis ſuſcipit, & ij non ſolùm ex te-
ſtamento, vt ſuprà ſcripti, ſed etiam inteſtatò pa
tri in duabus vnciis ſuccedunt[i]. ſiue † ergo na- 20
turalis ſit is filius, ſiue (vt iſti vocãt) ſpurius, idem
erit, vt ſi legitimatus ſit, tanquam poſthumus ta-
bulas paternas, quibus pręteritus ſit, rumpat, ſen
A tiuntq; hoc omnes ferè. quia lex poſt legitima-
tionẽ ait hos decætero ſuos eſſe[x]: ergo tanquã
ſui ſuccedunt. Non eſt igitur dubitandum, quin
etiam contra tabulas paternas audiantur, vt mi-
rum ſit, quòd aliqui hîc diſputant, non tanquam
ſuos, ſed tãquam agnatos admitti: quod aduer-
ſus legis verba eſt[l]. Quòd ſi adoptiuis quoque
in arrogatoris tabulas id remedium competit[m],
multò fortiùs legitimatis competere debet, qui
non ſolùm ciuilia, ſed etiam naturalia iura ha-
B bent. ſolus Socinus aduerſus hanc ſententiam
argumentatur: quamuis enim lex generaliter le-
gitimatos ex teſtamento, itemq; ab inteſtato ca-
paces efficiat, & pro iuſtis filiis habeat[n]: non ta-
men extendi debet, vt etiam aduerſus teſtamen-
tum id procedat[o], nec dicatur, (inquit ille) id iu-
re æquiparationis quadam ex conſequentia in-
duci: quia in odioſis diſpenſatio ad conſequẽtia
non trahitur[p]. Odioſa † eſt autem ſpuriorum 21
legitimatio: tum, quia lex expreſsè illi reſiſtit[q]:
C tum etiam, quia cùm à principio nõ potuerit in-
ter parentes eſſe matrimonium, per legitimatio-
nem nõ prouidetur in radice matrimonij: ideo-
que non tam legitimatio, quàm diſpenſatio hæc
dicitur[r]. Sed eæ rationes non multùm me mo-
uent: quia ſucceſsio inter teſtamentum ei regu-
lariter datur, qui ab inteſtato vocatur[s]: licet a-
liud in ſpeciali caſu in adoptiuo ſit[t]. Et quia le-
gitimatus hoc beneficium nõ habet iure alicu-
ius conſequentiæ, ſed quòd verè & propriè ſit le
D gitimus & ſuus hæres: & † diſpenſatio, quamuis 22
odioſa, ad ea extenditur, quæ in conſequentiam
veniunt, ſi regula iuris antiqui ſuadet[u]: quam-
uis etiam certum ſit legitimationem hanc non
odioſam, ſed fauorabilem tanquam beneficium
principis eſſe[x]: ideoque latam interpretatio-
nem accipere, quod Bartol. tradidit[y]. Et quam-
uis lex eam appellet diſpenſationem[z], nihil id
refert: qualiſcunque † enim legitimatio nihi a- 23
liud eſt quàm diſpenſatio[a]: nec etiam lex tali
E legitimationi reſiſtit, niſi cùm abſque Principis
auctoritate fiat. damnauitque Iuſtinianus Con-
ſtantini legem, quæ imperialis beneficentiæ mã
ſuetudinem iſtis auferebat[b]. cenſeturque Prin-
ceps tali prohibitioni per legitimationem dero-
gaſſe, certaque eius ſcientia ſufficit[c]: quod &
Caſtr. reſpondit[d]. nec refert quod in radice ma-
trimonij Princeps ſecularis prouidere nequeat:
quia poteſt interpretari, eſſe prouiſum[e]: quam-
uis etiam dici poſsit, nulla fictione hîc opus eſſe:
F cùm † enim ante legem omnes iure naturæ legi- 24
timi naſcerẽtur, & deinde lex hoc ad eos reſtrin
xerit, qui ex matrimonio eſſent[f], poteſt Prin-
ceps hoc legis impedimentum tollere, & ſecun-
dum primæua iure legitimatum admittere: aliàs
ſequeretur, quòd Imperator non poſſet verè legi
timari: quod eſt falſum, vel ipſo Socino teſte[g].
Item ſequeretur, quòd is ſpurius cum cuius ma-
tre non potuit eſſe matrimonium, non poſſet di
ci legitimatus, ſed diſpenſatus, vt aliqui tradide-
runt[h]: quod falſum eſt ſuprà ſcripta ratione,

g auth. licet. C. de nat. lib.
h Bart. l. ſi. de iis, quib. ut indig. Alex. d. §. ſi quis
i §. ſi quis autẽ. quomo. na. effi. ſui.
k §. ſi quis verò. in authen. quib. mod. nat. effi. legi.
l d. §. i. Inſtit de hæred. quæ ab inteſt.
m l. i. in princ. ff. de contratab.
n d. §. reliqui. d. §. ſi igitur.
o d. l. pe. ubi Bar. C. de adoptio. gl. d. l. i. in princip. de cõtratab.
p c. i. de filiis presb. in vi.
q d. §. in authen. quib. mod. ſui.
r c. per uenerabilem. qui filii ſint leg.
s l. ut liberis. C. de collat. Bart. d. §. & quid.
t d. l. pen.
u Doct. l. ii. de leg. i. gl. c. quia in tantum. de præben.
x l. ſi. de conſtit. princ.
y Bartol. l. ii. de uerb. oblig.
z d. c. per uenerabilem.
a l. ſi. de natal. reſtit. Dec. c. iiii. de iudic.
b d. §. ſi.
c l. idem. Vlpianus. in ſi. de exc. tut.
d conſi. cii. uerſ. iii.
e l. i. C. ad leg. Viſcell.
f l. item. de iis qui ſunt ſui.
g in l. Gallus. §. ſi eius. ff. eod. An. Roſell. tract. legiti.
h Caſtr. conſ. ccxix. Dec. conſi. cclxiiii. ccxvii.

ſentitq; Bar. & cæteri, qui ſimpliciter hoc caſu ci
tationem legitimorum neceſſariam nō eſſe exi-
ſtimauit[a]. qua de re alibi. Sed quid ſi legitima-
tioni adiecta ſit illa clauſula, *Saluo iure, ſeu abſq; præ-*
25 *iudicio legitimorū hæredū?* & † videtur crebriùs rece-
ptum eſſe, vt adhuc ſuprà ſcriptæ concluſioni ſit
locus, id eſt, vt filius à patre cum hac clauſula le-
gitimatus pro poſthumo habeatur, & ſuccedat
excluſis agnatis: q, Angel. Anchar. Caſtr. reſpon-
derunt[b]. nullum enim ius prætendere agnati, vi-
uente teſtatore, potuerunt: nec corū ſpes proba-
26 bilis fuit[c]. vnde † proditum eſt, in legitima-
tione, agnatorum citationem neceſſariam non
eſſe[d]. quod arbitror procedere etiā in clauſula,
*Saluo iure veniētium ab inteſtato*, cùm quis plenariè le
gitimatus ſit: quòd ſi dūtaxat eſt diſpenſatus, a-
liud Socino Decioq; viſum eſt[e]. qua de re infrà.
Maior eſt ambiguitas, cùm alij filij & quidem le-
gitimi adſunt, & Alexand. ex facto conſultus re-
ſpondit, idem eſſe[f]: quoniā illa clauſula, *Sine præ-*
*iudicio hæredū*, non videtur legitimationem reſtrin
gere, niſi eo caſu, quo poſt mortē patris facta ſit:
quia tum demū dicitur habere hæredem[g]. q, ſi,
viuo patre, facta proponatur, nihil legitimato
oberit, quò minùs in viriles cum fratribus ſucce
27 dat[h]. quæ ſententia ſat probabilis eſt: cùm † talis
clauſula in Comitis Palatini diplomate illi à Cę
ſare conceſſo, inſerta eſt. Reſtringitur enim ſe-
cundum eā clauſulam ipſius Comitis poteſtas.
Quòd ſi proponatur Comitem, cui ampliſsima
& illimitata poteſtas eſſet, ipſum hanc clauſulā
legitimationi ſpurij, patre viuente adieciſſe, tūc
Alexandri ratio nō procederet, ſed clauſula illa
videretur ſimpliciter de hæredibus, id eſt filiis,
intelligenda[i], perinde ac ſi dictū eſſet, *Abſq; legiti-*
*mæ prolis præiudicio*[k]. Non oberit ergo hæc legiti-
matio ipſis filiis, quod reſpectu legitimę certum
eſt, vt tali facto nō minuatur legitimorū triens[l].
28 Fortius † cenſuit Caſtr. talem legitimatū cum ea
clauſula patri inteſtato non ſuccedere exiſtenti-
bus aliis legitimis[m]: q, & alij ſenſerunt, & Cor-
næ. reſpondit[n], ſuntq; qui cōmuniter hoc rece-
ptum atteſtentur[o]. Spes enim filiorū in paterna
hæreditate approbata[p], & per hāc legitimatio-
29 nem minui non debet[q]. Vnde † & regulariter ta-
lis legitimatio, exiſtentibus legitimis non cōce-
ditur[r]. Quòd ſi Princeps eam concedat, talis in-
dulgentia reſtringi ſecundū limitationē debet,
ne ſcilicet fiat eis præiudicium: ſequorq; & ipſe
hanc ſententiā, niſi ex verbis legitimationis ap-
pareat, paternā mentē eam fuiſſe, vt legitimatus
cū fratribus ſuccedat[s]. Spes enim filiorū aduer-
ſus voluntatē patris probabilis nō eſt ſalua legi-
tima[t]: ideo non poteſt dici factū eis præiudiciū.
vnde ſicut ex teſtamento patris poſſunt vnà cum
fratribus ſuccedere[u]: ita & ab inteſtato admitti
debent, ſi de patris voluntate ex verbis legitima-
tionis appareat, qua tamen in re ampliùs delibe-
randū. Sed qd rurſus, ſi legitimatio limitata fuiſ-
ſet, putà, quia adiecta illa clauſula, *Quòd non poſſet*
30 *ſuccedere, niſi quatenus ei à patre relictū eſſet?* & † conclu-
dendum eſt, hūc quoq; aliquatenus poſthumum
eſſe[x], dum tamen quod ad perſonam attinet, ſit
planè legitimatus, ſeu reſtitutus: cùm enim ius
filij à iure ſucceſſoris ſeparatum ſit[y], nihil prohi
bet filium omni reſpectu cenſeri, ſucceſſorem ve-
rò aliquo duntaxat caſu eſſe[z]: ſunt enim hæc di-

a Doct. §. & quid ſi tantùm.
b Angel. conſ. cclxiii. Anch. clii. Caſtr. xxvii. in ii.
c Bart. l. pe. ad ſi. C. de pact. l. is poteſt. de acq. hæred.
d Bar. d. §. & quid ſi tantùm.
e Socin. conſil. xcv. in iiii. Dec. cccxxxviii.
f Alex. conſ. pe. v. uol.
g Bar. l. ex facto. de uulg.
h arg. d. l. ſi te parens.
i l. ex facto. §. ſi. ad Treb. Abbas conſ. iii. ii. dubio, in ii. uol.
K Bal. l. cū ſilius. de teſt. milit. Alex. d. cōſ. pe.
l arg. l. ſi totas. C. de inof. do. authē. vnde. C. de inoff. teſtam.
m Caſtr. Lanzel. Crot. d. §. & quid ſi tantùm. ad fin.
n Corn. conſ. iii. in i. Socin. xli. in iii.
o Lanz. d. §. Fe cap. cùm olim. de re iudic.
p l. in ſuis. ff. cod.
q l. nec ei. de adopt.
r §. generaliter. in authen. quib. mod. natur. eff. ſui.
s Alex. d. conſil. pen. & antep.
t l. cū quæritur. C. de inof. teſt.
u Alexand. conſ. li. Caſtr. d. conſil. xxvii.
x Caſtr. conſ. ccxxi. Curt. ſen. lxxiii. Dec. cclviii.
y Bar. d. l. is poteſt. de acq. hęredi.
z l. maximum. in princ. C. de lib. præter l. communium. C. de natur. lib.

uerſa. Vnde † & videmus ius ſuccedendi tolli, & 31
reuocari poſſe: iura verò ſanguinis non poſſe[a].
Et licet aliqui veterum hāc diſpenſationem eſſe,
non autem legitimationem dicant, ideoque ſtri-
ctè intelligendam[b]: tamen hoc non videtur ſim
pliciter verum, ſed (vt mox dicam) reſtringendū:
habebitur ergo hîc pro poſthumo, quantū ſit ſuc
ceſsionis ſibi à patre teſtamento relictę reſpectu,
contra tabulas verò paternas non audietur[c].
A Quòd ſi pater inteſtatus deceſſerit, cùm plenariè
32 legitimatus ſit, admittetur, vt † par ſit expreſsæ,
& tacitæ voluntatis cauſa: videtur enim ſic de-
cedendo pater tacitè ei reliquiſſe[d]: quod Iaſon
hîc tradit, & ex facto reſponſum ab eo extat[e]:
quia cùm voluntas patris reſpiciat executionem
actus, decedendo videtur velle[f], & quia ex na-
tura actus, id eſt plenariæ legitimationis, talis fi-
lius in totum ſuccedere deberet: vnde ſecūdum
33 eam ſit lata interpretatio, & modus adiectus re-
B ſtringitur[g]. Sed † quid ſi limitatio illa non ſolùm
ſucceſsioni adiecta ſit, ſed etiam perſonę: vt quia
dictum ſit, diſpenſaricum eo, quatenus ſit capax,
in quantum pater exiſtimauerit ei relinquendū?
& receptum eſt, talem pro poſthumo non habe-
ri: quia in cæteris remanet ſpurius. Idemque, ſi
ſimpliciter duntaxat dictum ſit, quòd poſsit ha-
bere ſucceſsionem, non obſtante natalium de-
fectu. Videtur enim intelligendum, quòd poſsit
habere, ſi pater ei reliquerit: ideoque, niſi ꝓcuret
C ſibi à patre expreſsim aliquid relinqui, omnino
excludetur: quod Ioan. Andreas cenſuit[h]: &
cùm inteſtato patri nō ſuccedat, ſequitur, vt mul
tò minùs aduerſus teſtamentum audiatur, vt An
gel. & Alexander reſponderunt[i], appellaturque
propriè hic diſpenſatus potiùs, quàm legitima-
tus[k], fietque hac in diſpenſatione ſtricta inter-
pretatio: quia cùm Princeps plenariè filium nō
reſtituat, ſed anguſtè etiam cōceſſerit, nihil vi-
detur voluiſſe amplius illi cōcedere, quàm qua-
D tenus verba inferant[l]: maximè cùm ſatis ſit, q,
verba aliquid poſsint operari[m], videturq; quid-
dam ferè mōſtroſum induci, vt partim quis ſit le
gitimatus, partim non ſit[n]: & in huiuſmodi di-
ſpenſatione defendi eorum ſententia poteſt, qui
vt ſuprà dixi, ſi adiecta ſit à Comite Palatino clau
ſula, *Abſque legitimorum hæredum præiudicio*, excludi
diſpenſatum hunc à ſucceſsione, non ſolùm exi-
ſtentibus filiis legitimis, ſed etiam ab agnatis
exiſtimarunt[p]. Cùm enim ius filiorum perfe-
E ctè conſecutus non ſit, modus adiectus eum ſuc-
cedere non ſinit, niſi quatenus verba huiuſmodi
hoc patiuntur: clarum † autem eſt propriè legi- 34
timos hæredes dici etiam agnatos[p]. Sed fin-
ge inſtitutum hunc filium à patre, & fideicom-
miſſo poſt mortem grauatum, an legitimam de-
ducere, an & quadrantem ex S. C. Trebellia-
no poterit? & conſtat eum, qui tali clauſula le-
gitimatus, ſeu diſpenſatus ſit, cùm ſecundum
voluntatem patris ſuccedere duntaxat poſsit,
F legitimam nullam petere poſſe. quod Alexan-
der, Socinus, Iaſon hîc tradiderunt. Deducun-
tur enim aduerſus teſtatoris voluntatem[q]: ſuprà
ſcripto tamē caſu aliud eſſe Decius reſpondit[r]:
quia † prohibitus accipere, non cenſetur veti- 35
tus retinere[s]. Cùm ergo hic iam ſucceſſe-
rit, tractēturque de eo, quod fideicommiſſa-
rio reſtituendum eſt, poterit eas partes ſibi
deducere, cùm faciliùs id concedatur[t], quod
& ſimili caſu à Capella reſponſum affirmat:

a l. iura ſanguinis. de reg. iur. l. abdicatio. C. de pa. pot.
b Caſt. l. pactum. in fi. C. de collat. Corn. d. conſ. iii.
c arg. d. l. pen. C. de adopt.
d l. conficiuntur. de iure cod.
e Iaſ. conſil. ccil. in ii.
f l. vxorē. de leg. iii. ubi Bar. & l. cēteſimis. in fi. de uerb. oblig.
g l. donationes. §. ſpecies. de don.
h in Spec. de ſuc. ab inteſt. in fin.
i Ang. conſi. ccxcix.
K d. cap. per uenerabilē. Caſtr. & alii. d. l. pactum.
l c. i. de fil. presb. in vi. c. licet. de transl. epiſ.
m Feli. c. de reſcr. uerſic. priuilegium.
n l. ſi tibi filius. de adopt. gl. cùm inhibitio. uerb. parētes. de clād. deſponſ. uerb. ambo.
o Bald. cxxxiii. in primo, Angel. cclxv. Anchar. cclxii. Alexan. clxxiiii. in vii. Soc. ccii.
p l. iii. §. de illo. pro ſoc. Iaſ. l. i. C. quando non. pet. part.
q l. Titia. ad leg. Falcid. c. Rainaldus. in fi. de teſt. l. ſi ſponſus. de don. inter uir.
r conſil. cclvii.
s c. intelleximus. de iudi.
t Capr. conſ. xix. Alex. conſil. cciii. in vi.

tametſi



tametſi ego illud reſponſum non ſatis ad rem fa
cere arbitrer: ideò hac in re ego diſſentio. Onus
36 † enim fideicommiſſo ab ipſo vſq; principio ſuc-
ceſsionem minuit, vt tantò minus videatur hæ
redi relictum[a], ideoq; aduerſus voluntatem de-
functi videtur ſucceſsiſſe, qui plus capiat, quàm
ſibi ſit relictum: & Plus, nō ſolùm re dicitur, ſed
& qualitate ſeu cauſa[b]. nam & regulariter cui ac-
cipere prohibitum eſt, nec retinere quidem po-
37 teſt[c]: ſicut † cui actionem denegamus, illi nec ex-
ceptionem quidem damus[d]: & quæ à Decio in
contrarium adducuntur, ſpecialibus rationibus
38 innituntur. Cęterùm † & illud palàm eſt, eum qui
poſt mortem patris legitimatus ſit, pro poſthu-
mo non eſſe. Talis enim patri nō agnaſcitur, nec
iura ſuorum conſequi poteſt[e], huiuſmodique le-
gitimatio non trahitur retrò[f]. Quòd ſi conſen
tientibus iis, quibus delata erat hæreditas, legi-
timatus ſit, nō eſt dubium ad ſucceſsionem quo-
que vocari[g], non ſolùm patris, ſed etiam eius a-
gnati, qui conſenſerit[h]. quod ego arbitror proce-
dere, etiam ſi legitimationi adiectus fuiſſet reſpe
ctu ſucceſsionis paternæ modus: huiuſmodi e-
nim reſtrictio ad ſucceſsionem fratris, ſeu agnati
trahi non debet[i]. Rurſus procederet, etiam ſi
Comes Palatinus non haberet poteſtatem reſti-
tuendi natalibus ſpurios, niſi cū clauſula Saluo
iure legitimorum hæredum. poterit enim, acce-
39 dente eorum conſenſu: quia † conſentienti non
dicitur fieri præiudicium[k]: quod & Alexan. re-
ſpondit[l]. Sufficitque hoc de conſenſu quomo-
docunq; conſtare, non ſolùm teſtamento, ſed e-
tiam quolibet alios inter viuo actu[m], ſeu certis
ſignis, quæ voluntatem patris, vel agnati præceſ
ſerint[n], ſeu etiam per epiſtolam: quod Socinus
cenſuit[o]. Idemque arbitror, ſi pater aſſeruiſſet ſe
velle eum legitimare, hocque nomine, vt licen-
tiam à Principe petiiſſet, vel mandatum ad petē-
dum alicui amico feciſſet. Satis enim dicitur ma
nifeſta eius fuiſſe voluntas[p], quæ etiam duraſſe
poſt longū tempus præſumitur[q]. Quòd ſi pro-
pter mortem præproperam non potuiſſet pater
exequi, res eſſet clarior[r]. quòd Lanzel. tradi-
dit[s]. putarim tamen ad verba petitionis aduer
tendum eſſe. Si enim ſimpliciter petiiſſet licen-
tiam, vt quoties vellet, poſſet legitimare, non ſa-
40 tis conſtaret de voluntate: quia † verba duntaxat
ad potentiam referuntur[t], meritò tali caſu cum
Iaſone reſpondendum eſſet, legitimationē hanc
non ſufficere, vt patri poſthumus agnaſceretur.
41 Sed † quę eſt ſuprà ſcripti caſus ratio, vt poſt mor
tem legitimatus pro poſthumo non ſit? & tradūt
eam eſſe, quia mortuo patre, ius ſtatim defertur
proximioribus, quod auferri Principis indulgen
tia eis non debet, cùm ad vlterius damnum non
42 trahatur[u]. Qua † ratione legitimatus inofficio-
ſam donationem dicere non poteſt, nec vllam e-
43 ius partem prętextu legitimę reuocare. id † enim
eſſet ius legitimo fratri iam acquiſitum minuere
quod lex his ſolis concedit, qui legitimo matri-
monio nati ſunt[x]. quæ verba legitimatis non
conueniunt, niſi iis qui ſubſequēti matrimonio
iuſti filij effecti ſunt[y]. Quid ergo ſi donatio
extraneo alicui facta ſit[z]? & crebriùs rece-
ptum tali poſthumi natiuitate, & legitima-
tione donationem iam factam non reſcindi[a].
Ex ea enim ius purè in donatarium tranſlatum
eſt: licet ex quadam legis præſumptione in euen
tum cōditionis, ſi donator filios ſuſcipiat, reſol-

a l. i. §. ſi hæres. ad Trebel.
b §. plus. Inſt. de actionib.
c l. ampliùs. uerſ. pen. ff. rem. rat. hab.
d l. pe. l. ſi. de publ.
e l. Titius. de ſuis, & legit.
f Bar. l. Gallus. §. & quid ſi tantū. ff. eod.
g arg. l. fi. de natal. reſtit.
h not. in d. l. communiū. Alexan. con. 139. in prin. Dec. conſi. cccvii. in fin.
i l. qui Titii. ff. de iis, quib. ut indig. l. quanquā. C. ad leg. Falcid.
k l. ſi debitor. §. i. l. ſi conſenſerit. quib. mod. pig. uel hyp. ſol.
l conſ. lxx. lib. 6.
m Curt. Sen. conſ. xvi.
n Bar. conſil. ccclxiii. in v.
o Soc. conſi. xli. in iii.
p l. cùm precum. C. de lib. cau.
q l. cum, qui. de probat.
r arg. l. tractabatur. de teſtam. milit.
s Galiaul. §. & qd ſi tantùm. d. l. Gallus.
t l. antepen. §. ſi. de manum. teſt.
u l. impuberi. de adm. tut.
x l. ſi totas. C. de inoff. donat.
y c. innotuit. de elect.
z l. ſi unquàm. C. de reuoc. dona.
a Iaſ. d. §. & quid ſi tantum. Salic. d. l. ſi totas. Caſtr. conſil. cccxxxiii. in iiii. uol.



ui poſsit[b]: at conditio hæc legitimatione non e-
uenit, nec in pręiudicium iuris quęſiti operetur.
Nec me mouet, quòd conditio *Si deceſſerit ſine filiis*
*legitimis & naturalibus*, legitimatione deficit, tolli-
turque ſpes fideicommiſſarij[c]: vt Alex. reſpon-
dit, receptioreque ſententia traditum eſt[d]: quia
reſpondeo aliud eſſe ſpem eludere, aliud ius cer-
tum, & purè quæſitum auferre[e]. Arbitror itaq;
indiſtinctè reuocationem donationis non fieri,
A quicquid Socin. & Dec. aduerſus communes ſen
tentias quandoque attentarint[f]. Nec me mo-
ueret amplitudo priuilegij Comitis, ꝓpter quā
dicit Socinus ſe reſpondiſſe reuocari donatio-
nem: nam reſpondeo, nihil hoc ad ius tertij fa-
cit[g], nec ideo præſumptio legis in fauorem iu-
ſtæ ſobolis inducta, ad iniuſtam debet trahi[h].
Nec etiam mouerer, ſi tales filij iure communi le
gitimati eſſent, vt quia oblati curiæ, vel paterno
teſtimonio filij appellati. qđ Ruinus cenſuit[i].
B quia teſtimonium hoc patris donatario, cui ius
iam quæſitum eſt, nocere non debet[k]. Nec rur-
ſus mouerer, quòd filius ille naturalis duntaxat
eſſet, nō autem damnato coitu natus[l]: quia non
ideo pro iuſta ſobole habendus eſt[m]. Quòd ſi ho
rum natiuitas fideicommiſſario, qui ſolam ſpem
habet, nihil obeſt[n], minùs donatario nocebit,
cuius potentius eſt ius, vt ſuprà vidimus: nec e-
nim lex præſumptionem ſuam aduerſus vim ver
borum inductam ad hunc caſum extendit: tum
C quia verba de eo loquuntur, qui liberos ſuſcepe-
rit: tum verò, quia hoſce naturales pro liberis
non habeat[o]. Sed quid ſi donatio facta ſit ex-
preſſa conditione, *Niſi filium ſpurium ſuſcepero, & cū*
*legitimauero?* & Ruinus hîc cenſet conditionē im-
poſsibilem cenſeri, quia à ſolius Principis volū-
tate pendet[p], ideoq; pro non adiecta eſſe. Sed
cùm reuocatio ex præſumpta voluntate donan-
tis fiat, hîc autem certa ſit, nedum præſumpta, ni
hil impedit quin reuocatio fiat[q]: & in claris ni-
D nil opus eſt coniecturis[r]. Sed † quid in legiti- 44
mato per ſubſequens matrimonium? & talem ca
ſum ego excipiēdum puto, cùm iam facta dona-
tione natus eſt filius, qui deinde per ſubſequens
matrimonium legitimatus ſit[s]: talis † enim re- 45
uocationi donationis locum faceret, vt Bal. tra-
didit, quem Iaſ. cæterique ſequuntur[t]: pu-
tarim tamen ſi filius ille ante donationem na-
tus eſſet, aliud reſpondendum: nam ſicut filij ve-
rè legitimi ante donationem nati non faciunt,
E vt ea reuocari poſsit[u], ita nec naturales, qui iam
nati erant, cùm debuerit donator probabiliter
cogitare, poſſe id contingere, vt concubinam in
vxorem acciperet[x]: aliàs plus iſtis tribueretur,
quàm iuſtis omnino filiis[y]. Sanè † quod ſuprà 46
dixi præferri fideicōmiſſario legitimatum, cum
iudicio accipiendum eſt, ſi probet ea, quę ſibi in-
cumbunt, non tantùm quòd ſit legitimus, quod
facilè & ſola charta legitimationis fieri poteſt,
ſed etiam, quòd ſit filius, putà quia, ventre cuſto-
F dito, natus ſit: cùm enim non ſubſit ratio, cur ma
gis illius filius, quàm alterius cenſeri poſsit[z],
patris cōfeſsio aut tractatus alteri obeſſę nō de-
bet[a]: cùm lex vulgi filium, & incerto patre na-
tum præſumat[b]. Vnde nec in bonis quidem
patris, qui eum pro filio habuit, vllam ei ab inte-
ſtato patrem deferat[c]: idque in proprietatis iu-
dicio maximè dicendum eſt, in quo non ſufficit

b l. obligationū §. conditio. de act. & oblig.
c l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ad Trebel.
d Alexan. conſ. ii. & d. §. ſi quis rogatus.
e c. fin. de conc. præben. in vi.
f Soc. con. 226. Dec. conſ. 366. & in l. poſthumo. C. de contratab.
g l. fin. de natal. reſtit.
h l. ii. §. legitimos. de excu. tut.
i authen. ſi quis liberos. C. de nat. lib. Bartol. quęſt. xi. in trac. quæſt.
K l. ſi ſuperatus.
l Ripa. d. l. ſi unquam. q. xxvii.
m d. §. legitimos.
n l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit. Rip. d. §. ſi quis rogatus.
o l. filium. ff. de iis, qui ſunt ſui. l. quia de in ius uoc.
p l. apud. §. fin. de leg. i.
q l. quidam. de reb. dub. Can. c. ſuper eo. de cōd. appoſ. Bal. l. i. q. 6. C. de inſtit.
r l. continuus. §. cū quis. de uer. oblig. ubi dixi.
s c. tanta. qui fil. ſint leg.
t Bald. d. c. innotuit. & in l. i. C. de inoff. don.
u Bart. l. Titia. ii. §. Imperator. de leg. ii.
x c. i. de adult. l. in liberę. de rit. nupt.
y glo. l. generaliter. §. cū autem. uerb. ſobolem. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fac.
z Abb. c. innotuit. de elect.
a d. l. fideicommiſſum. de cond. & demonſt.
b l. iii. C. ſoluto matr. l. v. de in ius uoc. l. cùm legitimæ. de ſtatu hom.
c d. authen. licet.

V. probatio per tractatū[a], quod alibi docui[b]. Quin-
47 ta † posthumorum species ea videtur eſſe, cùm quis facto teſtamento monaſterium ingreditur: videtur enim monaſterium loco filiorum eſſe[c]: & ideo teſtamentū præteritione rūpitur. quod intelligit Bartol.[d], quādo tempore teſtamēti teſtator de ingreſſu non cogitauit. admittitur enim monaſteriū tāquā tabulis præteritione nullis. Sed hanc ſententiā ego
48 nō probo: quia † lex generaliter ait, tali caſu licentiā eſſe ſuis rebus vti, quo voluerit modo[e]. quod verbum Vti, Doctores ad teſtamentariam quoq; diſpoſitionem referunt: & ita Iuſtinianum intellexiſſe indicat Leonis qui poſt eum imperauit, nouella conſtitutio, quæ in aliarum volumine Græcè extat, quæ verba commodè eam interpretationem non recipiunt, vt reſtringantur, quando cogitauit ſe ingreſſurum, ſuadetq; hoc ratio: cùm enim intra annum profeſsionis licuerit teſtatori tabulas reuocare, & nō fecerit, ſatis videtur id agere, vt locus ſit teſtamento[f], hancq; ſententiam Pontificij crebriore calculo probant[g]. Aliter ergo poteſt hęc ſpecies accipi: nempe cū nullo condito teſtamento, relictis filiis, ipſe cœ-
49 nobio ſe addixit: ſuccedit † enim monaſterium, & legitimam duntaxat portionē dat filiis[h]. Sed & hoc non ſat ſimile eſt: ſi enim monaſteriū tanquam poſthumus ſuccederet, vt virilem tantùm partem admitteretur[i], non autem in totam, excepta legitima. Minùs quadrat illud exemplum, cùm quis, viuo patre, ingreſſus eſt religionem prorſus incapacem, putà Minoritarum, deinde ab ea profeſsione per dignitatem, vel Pontificis reſcriptum liberatus eſt, idque antequam patris hęreditas adiretur: ſuccedit enim tanquā poſthumus[k]. qua de re alibi: nihil enim id ad ſuprà ſcriptam ſpeciem: cùm non iure monaſterij ſuccedat, ſed ſuo.

a l. non nudis. ubi Cyn. Bar. Bal. C. de probat.
b l. præſumpt. lib. iii. uerſic. xxxviii.
c c. in præſentia. de probat. §. ſed & hoc præſenti. in auth. de ſanct. epiſco. §. Collat. ix.
d in auth. ſi qua mulier. C. de ſacr. eccle.
e §. illud. ii. in authē. de monach.
f arg. d. l. tractabatur. & l. iii. C. de inoff. teſta.
g But. Abb. Dec. Mod. d. c. in pręſentia.
h auth. ſi qua mulier.
i d. l. ſi te parens.
k Bald. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cler. Paul. d. §. & quid.

LEX I.

VLPIANVS LIB. I. *ad Sabinum.*

QVid ſit Nominatim [a] exhæredare videamꝰ. Nomen & pręnomen et cognomē eius dicendum eſt, an ſufficit vel vnum [b] ex his? Et conſtat ſufficere.

LEX I.

2 *Cauſa inſtituendorum, vel exhæredandorū filiorū, quos teſtator in poteſtate habet.* 3.

6 *Declaratio exhæredationis, quam Inter cæteros, vocant: & quòd ea quo ad filios exhæredandos, nō ſufficiat.*

10 *Excluſo proximo per ſtatutum, cenſetur excluſus remotior, licet non exprimatur.*

11 *Qualiter quoad nomen familiæ, exhæredatio nominatim fiat: item quomodo in aliis caſibus.* 18.

19 *Exhæredatio hodie ſine cauſa expreßione non procedit.*

22 *Perſonæ declaratio opus habet demonſtrationis adiectione.*

35 *Leuis formæ, vel ſolennitatis omißio actum non vitiat.*

45 *Error notarij in forma, corrigibilis, re verè interueniente: aliàs ſecus.*

a QVID SIT NOMINATIM[a]. ¶ Cùm
1 † pater teſtatur, neceſſariò debet filios, quos in poteſtate habet, vel inſtituere, vel exhæredare. hęcque eſt forma, quā lex teſtamentis præ-
2 fixit[l]. Inſtituit † quidem: quia aliàs per præteritionem illis fieret iniuria, quam lex omnino
3 coercendam cenſuit[m]. Exhæredat † verò: quia cū filius, viuente patre, ſit quodāmodo dominus[n], eo mortuo, cùm exhæredatio non, niſi aditione hæredis confirmetur[o], interim ipſe verum dominium habet. vnde † adita deinde hæreditate,
4 niſi reperiretur p̄ exhęredationē excluſus, duo domini in ſolidum fierent: quod ſecundū regulas iuris contingere non poteſt[p]: meritò ergo à patre exhæredari, id eſt extra hæredium, ſeu dominium bonorum poni debet[q]: quia quoties contingere poteſt, vt adeatur ab hærede ſcripto hæreditas, hac continuatione non interrupta, teſtamentum eſt nullum[r].
5 Nec † ſufficit qualiſcunq; excluſio, ſed (vt hîc dicitur) oportet talem exhæredationem nominatim factam eſſe: quia non, niſi certo iudicio filij ab hæreditate patris excludi poſſunt[s], & quia exhęredationes huiuſmodi odioſę ſunt, & in dubio aduerſus eas pronuntiamus[t], meritò igitur certitudo requiritur, exhæredatioque, quam *Inter cæteros*, vocant, non ſufficit. Sed † quænā eſt ta-
6 lis exhæredatio? & Doctores exhæredationem *Inter cæteros*, eſſe exiſtimāt, quoties teſtator dictione vſus eſt plurium graduum compræhenſiua: vt ſi dixit, *Omnes liberos exhæredo*. ſecùs, ſi plures dūtaxat perſonas compræhendat: putà, *omnes filios*[u]. quæ ſententia ſatis dubia videtur. quid enim refert, vſus ſit teſtator filiorum, an liberorū appellatione? cùm nulli deſcēdentes præter quàm pri-
7 mi gradus extent[x]. nam † & nulla lege probatur hęc diſtinctio, quę ſicut in exhæredatione poſthumorū non fit, ita nec filiis iam natis fieri debet[y]. Sed cur exhæredatio *Inter cæteros*, appellatur? & Theophilus in Inſtitutionibus Græcis videtur ſentire, quoniā ἀορίστως, id eſt indefinitè, fiat, ſeu per dictionem generalem, qualis hæc, *Cæteri exhæredes ſunto*: vt ſolùm hæc exhæredationis forma ſufficiat, cū vnus duntaxat, id eſt filius? quòd
8 ſi plures adſint, tunc ſecus ſit[z]. Ego † ſolitos veteres inſtitutionē primo loco ſcribere accepi[a], quam primam ceram vocabant: ſubſtitutiones verò & legata in ima cera, ſeu inter cæteros. Vnde qui neceſſariò inſtituēdi non erant, ſatis fuit, ſi inter cęteros exhęredarentur, quod libro quarto cap. vj. Obiter dictorum docui. Sed † an quod
9 in teſtamento dicitur, in lege quoq; municipali locum habeat, vt filium lex non cenſeatur à ſucceſsione parentū excludere, niſi nominatim excludatur? & Iaſon hîc ex Baldi auctoritate affirmat[b]. quam ſententiam ego non probo: nec enim ſtatutorum auctores formę legali, ſicut teſtatores, adſtringuntur: voluntaſque legislatoris, & ex generali ſermone, & ex coniecturis percepta non minùs obligat, quàm ſi expreſsim concepta
10 eſſet[c], ſentitque hoc alibi idem Bald.[d]. Vnde † lex excludens proximum, cenſetur & remotiorem excludere[e]. Fortiùs receptum eſt, vt filius à legitimæ iure ſummoueatur, ſufficere generalia ſtatuti verba: quod alibi ipſe Iaſon docuit[f].

b AN SVFFICIT VEL VNVM[b]. ¶ Quod † ergo
11 dicitur nominatim exhęredandum filiū, intelligitur, etiam ſi vna tantùm appellatione, dummodo certa, deſignatus ſit, quæ res in cognomine & prænomine nullam difficultatem habet. Cùm enim fratres prænominibus cognominibuſque diſtinguerentur, facilè ex vno eorum diſcerni poſſunt. Maior eſt in nomine dubitatio, quod (vt Diſpunct. lib. iiij. cap. j. docui) ad familiam

l l. antep. ff. eod. Inſtit. de exhær. lib. in prin.
m §. aliud quoq;. uerſ. ſola enim. in auth. & cùm de appellat.
n l. in ſuis. ff. eo. ubi Bar. ii. q.
o l. filium. §. ſed cū exhæredatio. de contratab. l. ſi à primo. ff. eo.
p l. & ut certo. §. ſi. commod. 
q §. ſi. Inſt. de hæred. qual.
r l. filius, qui in poteſtate. ff. eo. l. ſi poſthumus. in princ. ff. eod.
s l. ſub conditione. de cōtratab.
t l. cùm quidam. ff. eod.
u glo. l. Titius. in princ. ff. eod. ubi Doct. & in §. i. Inſt. de exh. lib.
x arg. l. ſeq. gl. d. §. i. ubi uerb. nō extet.
y §. maſculos. Inſtit. de exhære. lib. l. iii. §. nominatim. ff. tit. 2.
z d. l. Titius. in princ.
a §. antè inſtit. de leg.
b Bal. l. illam. C. de collat. Dec. conſil. cccxlvi. in fin.
c l. nominis. in fi. de uerb. ſignif.
d Bald. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legiti.
e g. l. i. uerb. ſiſeo. quis aliq. teſt.
f Iaſ. l. ſi quādo. in fi. C. de inof. teſt.



liā refertur[a]: cùm autē omnes fratres eiuſdē ſint familiæ, non videtur certa eſſe exhæredatio. Sed reſpondet Iaſ. intelligendum eſſe, cùm quis ex ſolo nomine pręcellit, vt Butrius, & Ancharanus. Alij, cùm nomen ad familiam non refertur, & rariſsimum eſt, adeò vt in ciuitate nemo ſit alius, qui ſic vocetur, quale fuit Gallopreſsi[b]. mi-
12 hi † ſufficere videtur, ſi nemo alius ſit, qui illud ferat ex ipſis filiis, quamuis plurimi ſint in ciuitate[c]. Quid enim ſi alterius familiæ nomen ferat, vt quia adoptatus in alterius nomen[d]? Sed
13 † an alio modo cēlebitur nominatim exhæredatus? & infrà dicitur, etiamſi nomen expreſſum non ſit, exhæredatum per indefinitam videri, dum non poſsit niſi ad vnum referri[e]: quod & eo exemplo oſtendi, cùm vno duntaxat exiſtente, ſcriptum proponitur, *Cæteri omnes exhæredes ſunto*[f]. Qua ratione ſi pater Titium, & Caium filios habeat, ſicque ſcripſerit, *Titius hæres eſto, alius verò, ſeu cæteri exhæredes ſunto*: putauerim Caium exhæredatum nominatim intelligi: quod & aliqui
14 infrà tradiderunt. Sed † cùm dictio iſta *Cæteri*, magis propriè conueniat, quādo plures extant, quàm quando vnus[g], videtur quòd talis exhæredatio etiam reſpectu plurium dicatur nominatim facta, quando ij omnes eſſent in primo gradu, vt perinde ſit, ac ſi dictum eſſet, *Filij mei omnes exhæredes ſunto*: quo caſu omnes conſentiunt exhæredationem factam eſſe rectè[h], adeò vt etiam poſthumi compræhendantur[i]. generalis enim dictio *Omnes*, nominatim eos includit. Non tamen ita eſt, ſi dictum ſit, *Liberi omnes exhæredati ſunto*. quod communiter receptum eſt: quia
15 † perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *Deſcendentes omnes exhæredo*. quæ vox etiam eos propriè compræhendit, qui in primo gradu inſtitui non debent. Vnde dicitur exhæredatio *Inter cæteros*, & non valet, vt ſuprà dixi. Quid ergo, ſi nepotes plures tā-tum habebat? nec alios alterius gradus? & crediderim videri eos nominatim exhæredatos[k]. Quid ſi ratione adiuncti conſtaret de primo tantùm gradu actum eſſe, vt quia dixiſſet, *Exhæredo liberos primi gradus*? & Ruinus infrà[l], rectè conceptam exhæredationem exiſtimauit, tametſi etiam nepotes haberet[m], ſicut etſi dixiſſet, *Exhæredo liberos, qui ſui naſcerentur*[n]. Sed quid ſi inſtitutis nominatim duobus filiis, ſubieciſſet, *Cæteros verò exhæredo*? & ſunt, qui nominatim exhæreda-
16 tos putent: quia † dictio *Cæteros*, reperit qualitatem præcedentem, tanquam ſi dixiſſet, *Cæteros filios*[o]. quæ ſententia probabilior eſt, quando nepotes nulli extarent. Cenſuit tamen Raph. Socinuſque[p], ſi cùm vnus ſolùm ei eſſet filius, dixerit teſtator, *Liberum meum exhæredo*, non rectè
17 exhæredatum videri: quia † dictio *Liberum*, etiam nepotem compræhendit[q], quam ſententiam ego non probo: quomodo enim nepotem compræhendet, ſi nullus extet? nihil ergo tali caſu referet, filium, an liberum dixerit[r]. Adii-
18 cit † quoque in Inſtitutionibus Græcis Theophilus[s], etiam à profeſsione, ab arte, ab ætate, à colore nominatim factam exhæredationem intelligi[t], *vt filius meus, qui Grammaticus eſt, qui faber, qui ſenex, qui iunior, qui albus, qui niger*. ſufficit enim, dum tamen ex ſubiecta perſona clarè intelligi poſsit, de quo teſtator ſenſerit[u]. Illud quoque receptum eſt ex demonſtratione per indicem facta rectè exhæredationem ſcribi: putà, *Iſtos qui abſunt, exhæredo*[x]. Sed quid ſi exhæredato filio, cùm plures eſſent, offerat ſe hæres probaturum, de quo teſtator intellexerit[y], an admittetur, confirmabiturque exhæredatio? & conſentiunt omnes non admitti: quia verum eſt legis formæ ſatisfactum non eſſe, quæ nominatim fieri exhæredationem requirit[z]. Sed † cùm hodie ne-
19 ceſſaria ſit exhæredationis cauſa[a], ſi talis expreſſa ſit, quæ ſoli conueniat, probauerintque id hęredes, ſatis videretur exhęredationem nominatim factam: quod Raph. Iaſonque ſenſerunt[b].
20 Defendi † illa quoque opinio aduerſus omnes poſſet in his verbis, *Liberos omnes exhæredo*, nominatim omnes deſcendentes exhæredatos eſſe, propter vim verborum, & quia in poſthumis receptum eſt, his verbis, *Quicunque mihi poſthumus naſcetur*. tunc nominatim exhæredatos non ſolùm primi gradus, ſed etiam deinceps omnes poſthumos cenſeri[c], etiam ſi ex Galli conſilio ſuccedere debeant[d]. & Iuſtinianus exhæredationem *Inter cæteros*, commemorans, ad ius antiquum ſe refert[e], quò in ima cera hoc fiebat. Vnde hodie ſecus videtur dicendum, ſi à principio, vel inter ipſos gradus hæc exhæredatio ſcriba-
21 tur[f]: nam † ſaluo illi Iuſtiniani loco, abolita de tempore iuris noſtri eſt eius Inter cæteros, exhæredationis mentio, quod non abſque cauſa factum eſſe credendum eſt. Quomodo autem alia in materia dictio Nominatim, accipiatur, quidque certū ſignificet, alibi Doctores attingunt[g]. Cæterùm adnotant hîc omnes, perſonam ſatis declarari, ſi vel ſolo nomine ſit appellata. Sed
22 † ſciendum eſt, vt qui certa ſignificatione deducatur, neceſſarias eſſe duas ſaltem demonſtratio-
23 nes nomini ipſi adiici[h], niſi † tamen nomen ipſum adeò ſingulare, & cognitum ſit, vt alia demonſtratione non indigeat, quale Gallopreſsi vel Cerberi[i]. Idem, ſi ex natura rei demonſtratio ſubintelligeretur, vt in caſu legis noſtræ, cùm pater Titium exhæredat: ſubauditur enim filium, cùm exhæredato filiorum duntaxat ſit[k].
24 vel † in rei vēdicatione, cùm à te Erotem ſeruum peto, ſubauditur demonſtratio ex natura rei, nempe illum Erotem, quem tu poſsides[l]. quòd ſi plures eiuſdem nominis poſsideas, probare
25 debebo, quem potiſsimùm petam[m]. Sed † quid ſi nomen proprium duntaxat expreſſum ſit? putà Petri, Andreę, Franciſci? & cùm hęc communia plurimorum in tota ciuitate ſint, amittunt viam proprij nominis, & certam perſonam non deſignant, niſi adiecta ſit familia[n]. rectè enim tunc proprium nomen appellabitur, & tali caſu cenſuit Bart. ſufficere, nec præſumi plures eiuſdem nominis, cognominiſque eſſe, & aliter dicenti probationis onus incumbet[o]. Cui & ego accedo, niſi cùm de reprobando inſtrumento ageretur, in quo teſtis deſcriptus eſſet Sempronius Caij, examinatuſque aliquis hoc nomine negaret ſe interfuiſſe: cùm enim poſsit contingere, vt alius fuerit eiuſdem nominis, cognominiſque, ſtat firma inſtrumenti fides[q], quicquid aliter hac in re Socinus reſponderit[q].
26 Rurſus † adnotant hîc Doctores, tametſi lex requirat nomen, cognomenque exprimi, ſufficere tamen, ſi vel vnum exprimatur. Quid ergo

Quid ſit nominatim.

a l. uxorē. de ma[…] mi teſt.
b gl. l. hac conſultiſsima. C. de teſt. […]
c arg. l. ii. ff. eod.
d l. unica. C. de mutat. nom.
e ff. l. ſeq.
f d. l. Titius. eod.
g l. poteſt. l. cæterorum. de uerb. ſignific.
h Doct. d. l. Titius.
i l. placet. ff. eod.
k arg. d. l. ii. d. §. maſculos.
l Ruin. l. ii. ff. eod.
m Bald. d. l. Titius. ubi Iaſ.
n arg. l. Gallus. §. nunc uidendū. ff. eod.
o l. non ſolùm. §. quæritur. ubi gloſ. de proc. c. ſedes. de reſcr. Alex. cōſ. cciiii. in ii.
p l. ſeq.
q l. ius agnationis. de pact. l. liberorum. de uerb. ſig.
r l. ſequi.
s d. §. nominatim. de exhęre. lib.
t l. nominatim. de man. teſt.
u l. ſi nominatim. de cond. & demonſt.
x l. nemo. ff. de hær. inſtit. gl. l. quę extrinſecus de uerb. oblig.
y l. ſi quis ſeruū. §. ſi inter. ubi not. de leg. iii.
z argum. clem. i. extrà, de ſepult. ubi Card. quęſt. xvii. Soc. l. ſeq.
a authen. non licet. C. de lib. præter.
b arg. l. ſeq. l. iii. ff. cod.
c d. §. maſculos. d. §. nominatim
d d. l. Gallus. §. in omnibus.
e d. §. i. de exhær. lib.
f l. iii. §. i. eod.
g l. certum. ſi cer pet. ubi dixi.
h l. forma. de cenſib. Bar. l. demōſtratio. quæſt. vii. de cond. & demonſt.
i gl. d. l. hac conſultiſsima.
k l. quidam. in ſi. de uerb. oblig. Aret. hic.
l l. ſi in rē. de rei uēdic. ubi Bart.
m d. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. de leg. ii. ubi Bar.
n Dec. conſ. xiii. in fin.
o Bar. d. l. ſi in rem. Iaſ. l. fin. C. de ſecund. tab. Doct. Dec. conſi. xxii.
p cap. cùm Ioannes. de fid. inſtr. ubi
q Soci. conſi. xxviii. in iii.

in lege municipali reſpondebimus,quę in inſtru
mento requirit nomen & cognomen contrahen
tium exprimi:& Angel.Imolaque cum paucis a-
liis reſponderunt,tunc pro forma expreſsionem
vtriuſque requiri,ideoque inſtrumentum ea non
27 obſeruata non valere[a]. Addit † Aret. vt ſtatutum
aliquid operetur, hanc interpretationem acci-
piendam[b].Sed Bald. quem crebriore calculo cę-
teri ſequũtur,negat ex verbis ſtatuti ſimpliciter
aliquid diſponẽtis induci formam[c]: niſi adiecta
ſit clauſula, actus aliter facti infirmatiua[d], aut
lex prohibitiuè loquatur,perpetuamque prohi-
bitionis cauſam habeat[e], aut per viam mandati
iudicialis ad ſubſtantiam rei pertinentis proce-
dat[f]. Addunt aliqui,idem, ſi lex limitatè loqua-
tur, putà ita demum poſſe fieri[g], vel conditio-
naliter[h], aut aliàs verba legis expreſsè demon-
ſtrarent formam induci,quod Marianus cenſuit,
28 & à Felino relatum obſtat[i]. Ego † ſolam condi-
tionis vim formæ inducendæ ſufficere non ar-
bitror[x]: imò etiam ſi lex ſimpliciter iubeat tali
obſeruatione, vel figura, aut forma quid fieri,
adhuc non videtur neceſſariò inferri formam in-
ductam[l]:ideoque in ſuprà ſcripta quæſtione de-
cet ſufficere, ſi nomen aliàs certum, indubita-
tumque ſit,ſicut videmus in teſtamento cęci ſuf
ficere,licet lex dicat obſeruationem ſe formam-
29 que in eo induxiſſe[m]. Fortius † exiſtimo, etiam
ſi forma inducta proponatur, nihilominùs ad-
huc ſufficere,ſi nomen aliàs ſit certum, tanquam
lex tacitam ſubauditionem recipiat. Videmus
30 † enim etiam vbi de forma agitur, non tamen a-
deò præfractè fieri interpretationem, quin ex
natura rei ſubintelligatur conditio[n].Vnde quan
doque ſtatutum formam inducens, recipit con-
ditionem, *Si petatur*[o]: quandoque, *Si tutò accedi
eò poßit*[p]: quandoque, *Niſi facultates eccleſiæ augean-
tur*[q]: breuiter, recipit omnes interpretationes,
quæ legis commento inducuntur[r], & ſicut er-
31 ranti regulariter ſuccurritur, ita † & ei, qui for-
mam per errorem neglexerit[s]: meritò ergo &
idem in ſuprà ſcripta ſpecie eſt dicendum. Nec
me mouet, quod hîc Baldus,Aretinuſque aiunt,
32 magis † attendi ad legis formam, quàm ad ra-
tionem[t]. quod & ab Ancharano, cæteriſque
traditum eſt[u]: quia formæ, quæ ratione caret,
ſtandum non eſt[x]. & alibi Bald. ſufficere cen-
33 ſuit, ſi † menti legis ſatisfiat, etiam ſi in ſpeciem
forma negligatur[y]: & ideo videtur, quòd ceſ-
ſante ratione legis, quæ formam inducit, de-
34 beat etiam ceſſare lex[z]. Vnde † videmus, quòd
ſi forma à lege in fauorem priuatum inducta ſit,
conſenſu partium tolli poteſt[a]: ceſſat enim
tunc ratio legis. Nec refert, quòd lex clauſulam
decreti habeat:adhuc partes poterunt formæ re-
nuntiare, quæ in fauorem ſuum inducta ſit[b].
35 Qua † ratione etiam dicimus leuis formæ, vel ſo-
lennitatis omiſsionem, nõ vitiare[c]. ceſſat enim
tali caſu ratio, cur actus vitiare debeat, idq; pro-
pter leue præiudicium[d]. quod & nõ vno in loco
36 Bald.docuit[e]. hincque † infertur, poſſe formam
per æquipollens adimpleri: cùm enim par ſit v-
troq; caſu ratio,dubitandũ non eſt, quin & eadẽ

a l.cũ hi.§.ſi prætor.de tranſact. glo. in auth. ut præp.no. uerb. auctore. b l. ſi quando.de leg.i. c l. ſtatutis. C.de ſent.ex bre. gl. clem.i.uerb.inhibentes. de iu. patr. d c.dilecto. ad fi. de præben. e l. non dubium. C. de leg. gl. c. tua.de ſpõ.duo. f gl. l. non intelligitur.§.diuus. ii. de iur. fiſc. Bart. l. i. q. iiii. de exerc. g l.de iis. ubi Bar. de tranſ. h l prætor.in i.de collat Bald.authen. matri, & auiæ. C. quãdo muli.tutel. i Felin.c.cũ dilecto.de reſcript. K l. à diuo .§. ii. ubi Bart. de re iud. l §. hinc nobis. & ſeq. authen. de hæred. & Falcid. Bartol. auth. ſed cũ teſtator.q.ii.C.ad leg. Falcid. m d.l.hac conſultiſsim. C.de teſt. ubi Iaſ. §. cæcus.Inſtit. quib. non eſt per. n c.quemadmod. de iureiur.cap.ex parte.2.de cler.nõ reſid.ubi Abbas. o l.uniuerſa ubi Iaſ.C.de precib.imp.offeren. p Rom. conſ. 433. q Abb.& Fel.c.cùm acceſsiſſent.de conſt.uerſic.iii.declaratio. r Bart.l.i.in fin.de hæred.inſti. l.qui Romę.§.fi. iii.q.de uerb.oblig.Iaſ.auth.qui rem.C.de ſacr. eccl. s Bart. d. l.nominatim. t l.ſi fundus.de reb.eorum. u Anch.c.ea, quæ de reg. iur.in vi. x l. antep.§.de manu. uind.l.i.C.de form. y Bald.in margar.uerb.teſt. ſufficit. Rom. d. conſ.433.incip.omnipotentis. z d.l.cùm ii.§.eam,l.fi.C.de fideic. l.neq;. C. de contrah.ſtip.ubi Bald. a c.fi.§.is autẽ.de off.deleg.Bar.l.non dub.C. de teſt. b gl. c. ſtatutum.§. cùm uerò. de reſcr. in vi. c l.i.in fin.de uentr.inſp. l. ſi .§. i C. de iur. delib. d Bart.d.l.quæſt. iiii. de exercito. e Bald.l.ſi donationem. C. de nupt. & in Rub.Decret. f l.Gallus. in princ. & §.i.j.eod.l.unum.§.ſi duos.ubi Caſt. de leg.ii.

ſit iuris definitio[f]. vnde forma de fideiuſſore
loquens,ad mandatorem extendetur: proximũ
enim id mandato eſt[g]. & lex fines deſcribi iu-
bens,non trahetur ad eos, qui aliàs certi, publi- 37
ceque indubitati ſint[h]: & † reum citari volens
eum qui præſens ſit, pro citato habebit[i]: &
lex iubens à teſtatore nomen hæredis nuncupa-
ri, ſeruata cenſebitur, ſi per notarium nuncupe-
tur[k]: & quæ iubet Doctorem non,niſi cùm exa-
A mine, creari[l], locum non habebit, cùm quis e-
uidentiſsimè peritus eſt[m].Nam † & conſtat con- 38
ditionem maximè ſpontaneam, formam quan-
dam inducere,& præciſè adimpleri debere[n]: &
tamen,quæ omnino ęquipollentia ſunt,non ex-
cluduntur[o]: quod alibi variis exemplis docui[p]:
& † exercitor prępoſitus hac forma, ne aliũ ſub- 39
ſtituat, poterit nihilominus hoc facere, quando
vtilitas viatorum hoc ſuaderet[q]: & ſtatutum re-
quirens pro forma, vt quis ſatiſdet, ſeruabitur
B per ęquipollens,vt ei,qui locuples ſit,loco ſatiſ-
dationis ſufficiat cautio cum hypotheca: quod
Bart. tradidit[r]. & † lex, quæ pro forma ſtipula- 40
tionis requirit, vt non niſi vtroque loquente, &
ſermonis efficaciam intelligente contrahatur[ſ],
tunc quoque ſeruata cenſebitur, cùm per inter-
pretem intellectus ſuppletus fuerit: ſic lex,quæ
formam inſtitutionis exemplariæ tradit, vt fi-
lio legitima relinquatur[t], obſeruata cenſebi-
tur,ſi vel obolus ſit relictus,propter ſupplemen-
C tum à lege indultum, quod illi æquipollet[u]: &
† formæ nõ eſt locus, quãdo neceſsitas, vel iuſta 41
cauſa ſuadet, quod omnes fatentur[x]: ita ſi vti-
litas,quæ ex æquipollenti percipitur[y]:& quam-
uis Iaſ.hîc diffusè, multoque diffuſiùs Felinus[z],
diffuſiſsimeq; & integro tractatu Albertus Bru-
nus plurima adducant, quibus contrariam ſen-
tentiam adſtruunt: tamen (ſi rectè ſingula per-
pendantur) poterit depræhendi ideo formam
cenſeri in illis caſibus neglectam, actumque vi-
D tiari, quia quod loco eius interceſsit, æquipol-
lens verè non eſſet[a]. Et ex iis illud quoque con-
ſequens eſt, vt † formæ addi poſsit[b]: non enim 42
ſolent,quæ ſuperadduntur,vitiare,quicquid Iaſ.
ex facto conſultus quandoque reſponderit[c].
Quod † intelligendum, niſi lex expreſsè aliqua 45
ratione quicquam addi vetaret[d], vt quia adie-
ctio repugnaret actui[e], diuerſitatemque ab eo
quandam induceret[f]. Vnde ſi fideiuſſor in ma-
iorem quantitatem ſpõdeat, quàm principalis,
E nihilominus in eius ſumma obligabitur.nec † e- 44
nim aduerſus formam aliquid facere videtur,li-
cet Bart.aliter ſenſerit, aduerſus quem Ethruſca
rum Pandectarum lectio eſt[g]. Illud tamen non
diffiterer faciliùs in qualibet alia materia rẽ rei
æquipollere, locumque ἀντιβαλλομένοις eſſe,vbi lex
formã inducit[h]. Sed † an error in forma poterit
per notarium corrigi? & ſi res verè interuenerit, 43
licet in ſcriptura ſit omiſſa, putarim correctioni
eſſe locum[i]. Vnde omiſsio diei poteſt corrigi[x],
F & ſi quis alius fuerit error[l]: ſecùs,ſi res verè non
interuenerit[m], & error ad formam,vel ſolennita
tem ſubſtantialem pertineat[n].

g l.fin.in fi.mand. l. ſi quis mihi §.ſed quid ſi.de acq. hæred. l.ſi tamen .§. ante. iud.ſolui. h l.libellorum.ubi Bar.de accuſ. i l. fi. C. de procur.ubi Bal. & Alexand. k l. iubemus.in gl.C.de teſta. l l. magiſtros. C. de prof. lib. x. m c. conſtitutus. ii. de appel.ubi Doct. Felin. c. fin. de præſum. Rom.repet. l.ſi uerò.§.de uiro. xxx. fallen. ff. ſol.matr. n Bar.d.l.Gallus. .§. & quid ſi tantùm. p l.is, qui in fi.de leg. præſt. l. ſi ſub conditione. de fideicom. libert. p lib. iii. de uerb. ſign. q l. i.§. qui tamẽ. ſi ſit. de exerc. r in l. quicunq;. ii. C. de fund. patr. lib. xi. Doct. l. i .§. i. qui ſatiſd. cog. s l. i. in princ. & in fin. de uerb. oblig. t l. humanitatis.C.de impub. ubi Iaſon. u l. omnimodo. C. de inof.teſt. x Bal.l.unica, iiii. opp. C. ut quæ deſ.aduo. y d.§.quid tamen ſi ſit. & l. ab eo. in gl.i.C.quo & quando iud. z Feli. c. cũ dilecta. de reſcript. a l. qui per ſalutem. de iureiur.l. cùm antiquitas.in fi. C.de teſtam. b gloſſ. l. non ſunt. de ſtat. hom.l.i.§.ſed Pomponius. quod fal. tut. l.diui. §. licet. de iur.cod. c Iaſ.con.xcvii.in iiii. Bald.conſil.cclv.in v. d c. Maſſana.de elect. e gloſ. c. ſi non ſanctificantur. de conſec. diſt. iiii. f c. cui de non de præbend. in vi. dixi l. i.§. ſi quis ſimpliciter. de uerb. oblig. g l.Græcè.§. illud. de fideiuſſor. h l. fin.§.omnem.C.de ad.tut.Bart.l.legitimos. de leg.tut. Felin.c.iii. de conſtitu. i Bart.l.ſi librarius.de regul.iur,uerſic.ſed quæ hoc. k Iaſon.conſil. xxviii.lib.i. l l.errore.C.de teſtam.ubi Bart. m l. iubemus. C.de teſta. n l.ambiguitates.C.de teſtam.ubi Doct.

1 *Præteri-*



LEX VII.

1 *Præteritione filij, etiamſi is ante patrem è viuis decedat teſtamentum annullatur, præcedenti tamẽ firmo manente.*

4 *Teſtamẽtum ob præteritionem adeò eſt nullum, vt & legata corruant, ſecundum nouæ cõſtitutionis verum intellectũ.5,6,7,8.*

9 *Præteritio filij comprehendit etiam emancipatum.*

12 *Et iam matris teſtamentum hodie præteritione redditur nullum.*

19 *Tribus caſibus præteritio non nocent teſtamento.24.27.*

26 *Vno filiorum qui eiuſdem gradus erant,præteritio,conſulitur vtriq; prætorio remedio,ac teſtamentum manet firmum.*

28 *Contra militũ teſtamenta non cõpetit inofficioſi quercia.*

30 *Iure* Canonico *inſtitutio filij non requiritur.*

34 *Præteritio filij banniti, qui iuris ciuilis beneficia non amiſit,teſtamento incommodat.*

LEX VII.

PAVLVS LIB. I.

*ad Sabinum.*

SI filius qui in poteſtate[a] eſt, prętẽ-
rit9 ſit, & viuo patre
decedat, teſtamentũ
A non valet: nec ſupe-
rius rumpet. & eo
iure vtimur.

a l i.§.cod. b Inſtit.de exher. lib.in prin. c l.i j.tit.i. d l.iii.in fin. §. e l. ſi.j.eod.l. i.in fin. ſi tab. teſt. null.ext. f l cùm in ii.j.tit. i. Inſt. quib. mod. teſt. in fi. §.i. g l. ſi poſt mortẽ. in fi.de contratab. h l. ii. C. de contratab.

a
1 SI FILIVS, QVI IN POTESTA-
TE[a]. ¶ Teſtamentũ † præteritione
nullũ, non rumpit præcedens, etiã
ſi filius teſtatori pręmoriat̃: neceſ-
ſariò enĩ filius in poteſtate, vel in-
ſtituendus, vel exhæredandus eſt: cuius rei ra-
Extenſio I. tionem ſuprà explicui[a]: aliàs teſtamentum eſſet
2 nullum. Quod Iuriſconſultus hîc extendit, etiã
ſi, viuo patre, præteritus iſte deceſsit[b]. Vnde † di-
ctio Et, noſtro in textu non ſimpliciter in vim cõ
iunctæ appoſita eſt, vt aliqui crediderũt,ſed am-
pliatiuè pro Etiam ſi, vt oſtenderet Iuriſcõſultus
II. ſe in eo caſu loqui, qui magis dubitabilis erat.
Addo, adeò nullum eſſe, vt prorſus nullius mo-
III. menti dicatur[c], ſequenſq; gradus ab eo non de-
pendeat[d]. Idemq; ſit, ſiue ad ius ciuile reſpicia-
mus, ſiue ad prætorium.nam & prætor haſce ta-
bulas pro nullis habet[e]: & iſta eſt receptior ſen-
tentia:quia ſi iure prætorio valerẽt, in caſu legis
IIII. noſtræ ſuperius teſtamẽtum reuocatum cenſeri
debuiſſet[f]. Idemque dicendum, ſiue filius dicat
nullum teſtamentũ,ſiue non dicat[g]. quæ & cre-
briùs recepta eſt opinio[h]:cùm in lege noſtra præ
teritus nihil dixerit, ſed mortuus ſit, & tamen
ſimpliciter Iuriſconſultus dicat teſtamentũ non
valere:nam & iure prætorio quamuis pręteritus
3 cõtra huiuſmodi tabulas, bonorũ poſſeſsionem
non petat,nihilo minùs is,qui inſtitutus eſt,ipſe
petere poteſt[i], quod † intelligendum,niſi pręter-
itus teſtamentum approbaſſet, & qui inſtitutus
eſt,virilẽ ſuã conſequeretur: tunc enim non eſſet
admittendus, vt aduerſus legatariorũ vtilitatem
teſtamentũ ipſum ſubuerteret[k]. Si verò minorẽ
partẽ, quàm virilis ſit, hac inſtitutione cõſequa-
tur,tunc contra tabulas aget, nec eũ præteriti fi-
lij approbatio impediet[l]. Quæ diſtinctio & in
iure dicendi nullũ,obſeruãda eſt[m]. Sed cùm hæc
forma,vt filius inſtituatur, fauore ipſius inducta
ſit[n],cur nõ recipit tacitam conditionẽ, *Si filius velit*: ſicut videmus emphyteutã alienãtẽ cadere, ſi
dñs velit[o],quod & in pacto legis cõmiſſorię di-
ci ſolet[p], aliiſq; plurimis exemplis cõfirmari po-
teſt[q]. Sed reſpondendũ eſt, eam cõditionem in
cæteris quidẽ actibus ſubintelligi poſſe: quoties
verò de forma agitur,quæ ad ius publicũ aliqua-
tenus pertineat,non poſſet, & ideò tacitã priua-
tæ voluntatis conditionẽ hæc forma ſcilicet re-
gulariter non recipit[ſ]. Quid verò in ſolennitate

i d.l.ſi poſt mortem.in fin.&l. nunquã.de leg. præſtand. K l. filio præterito.j.tit. i. d. l, nonnunquam. l d. l. non putauit.§.fin.de cõtratab. m l.i.§.uocantur. de contratab. Doct.l.ii.Alex. in cõſi.lxxvi.in fin.in iii. n Bart.l. non dubium.C.de teſt. Iaſ. §. in rub. in fin. o l.ii. C.de iur. emph. p l. ii. de leg. cõ. q gl. l & eleganter.in princ. de dol. l. ſi ſpõſus. §.ſi quis rogatus.de dona.inter uir. l. qui Romæ.§. cohæredes. ubi dixi de uerb. oblig. r l. iii. §. de teſt. l. ſi quando .§. i C.de inoffi. l. ſi.de ſuis,& leg. s cap.quidam.de renunt. Bart. l. ius publicum. de pac. in prin.

ſit, alibi attingitur[t]. Addit hîc Bald.Caſtell.Iaſ. L.7.
teſtamentũ † hoc in præteritione nullũ,in caſu le Si filius
gis noſtrę adeò nullũ eſſe, vt nec legata quidẽ qui in po-
in eo facta cõtineant̃:idq; nõ ſolũ iure veteri,(qp teſtate.
pe hoc indubitatũ eſt[u]) ſed etiã iure nouiſsimo:
tametſi enim cõſtitu V.
tũ ſit, rupto ex cauſa 4
prętericiõis teſtamẽ 5
to legata præſtari[x],
tamen † hoc intelli- 6
gendũ eſt, ſecundũ
eius conſtitutionis
terminos, quãdo ea
ab iis præſtanda ſunt qui inteſtatò ſuccedunt. At
noſter caſus eſt, cùm pręceſsit aliud teſtamentũ,
ſicq; non proximi agnati,ſed hęres ſcriptus tene
retur,ſequiturq; hãc ſententiã Alex. aliiq; recen-
tiores, & Ang. ex facto reſpondit[y]. ſuadetq; hoc
& illa ratione, q, teſtamento pręteritione nullo,
B veriſimile eſt voluiſſe teſtatorẽ ſaltẽ legata præ-
ſtari[z]: qa † qua ratione filiũ à tota hæreditate eũ 7
prętereundo, tacitè excluſit,eadẽ,& quidem cer
tiore à legatis excluſit: at ſuprà ſcripto caſu, qui
primo teſtamento inſtituti ſunt, nec tacitè nec
expreſsè ad legata ſecũdo teſtamento facta ſunt
grauati.Probabiliſq; eſt hæc ſententia, niſi quòd
Bart. in diuerſam tranſit, quem Raph. Ruinuſq;
hîc ſecuti ſunt: ſentit idẽ & Ancha.[a], & ex facto
reſpõdit Cyril. Homod.[b], & nouiſsimè Corn.[c].
C aiũt illi hæredẽ primo teſtamẽto ſcriptũ id prio
ra legata nõ teneri, ſed ad ea quæ ſecundo teſta-
mento relicta ſunt[d]. Nec quicquã referre debet
teſtamentũ præteritione nullũ ſit, lucroq; id ce-
dat hæredis ſcripti,an legitimi: cũ & legitimus,
ex præſumpta teſtatoris mẽte,admittat̃[e]. Vnde
† & receptũ eſt,clauſulã codicillarẽ quæ poſterio 8
ri huic teſtamẽto inſerta ſit, eiuſdẽ effectus eſſe,
ſiue prior hæres ſcriptus ſiue legitimus ſit[f]: nam
& euidens eſſet nouellæ legis reſtrictio[g],ſi ei dũ-
D taxat locum eſſe dicamus,cũ legitimus hęres ad-
mitteretur.cur. n.expreſsio cauſę exhęredatiõis
neceſſaria, eodẽ modo non requiritur,ſiue legiti
mus hæres,ſiue ſcriptus ſit? Dixerit aliquis neu-
trã ſentẽtiam verã videri,ſed potiùs ex vtroq; te-
ſtamẽto legata pręſtãda eſſe: ex poſteriore, pro-
pter nouellæ legis auctoritatẽ[h]: ſecundũ tamen
receptiorem intellectũ,de quo infrà dicemus.ex
priore:quia(vt hîc dicitur)firmũ permanet.Sicut
ergo quoties prius teſtamentũ firmũ permanet
E iuſſu teſtatoris, legata nihilomiuus ex eo deben
tur[i]: ita ſi auctoritate legis.valet enim de teſtato
re ad legem argumẽtatio[k]. Ego primã ſententiã
ſequor:cùm alia ſit nouellę legis(vt infrà dicam)
interpretatio, quàm Bart. crediderit. Sed † quid VI.
de filio emancipato reſpõdebimus? & lex noſtra 9
à contrario ſenſu probat eius præteritione teſta-
mentũ nõ rũpi,quod iure iſto certiſsimũ eſt.Do-
ctores tamen receptiſsima ſententia id hodie im
mutatũ exiſtimãt, & lege nouella niſi inſtitutus
F ſit, rumpere teſtamentum[l]: quoniam lex Iuſti-
niani non diſtinguit ſuos ab emancipatis. Vnde
& mater quamuis filiũ in poteſtate non habeat,
alligatur tamen ſuprà ſcriptæ formæ[m]. nam &
vulgò receptũ eſt ſublatam eſſe hodie emancipa
torũ ſuorumq; omnẽ differentiam[n]. Ideoq; filio
emancipato nõ minùs cõpetere ius dicendi nul
lum,quàm ſuo. Probant hanc ſententiam ferè o-
mnes.Ego † tamen correctionem veterum iuriũ 10
non temerè induxerim, vt qui aliàs diſputaui,e-
tiam hodie differentiam emancipationis & pa-
triæ poteſtatis durare[o]. Et vt demus verum
id non

t l. Iulianus .§. ſi quis à pupillo. de act. empt. Canon. c. i. de iis, quæ fiunt à præla. u d.l. filio præterito. x auth. ex cauſa. C. de lib. præter. ubi Alex. y Angel. conſil. clxxxiii. z Bart. d.auth.ex cauſa. uerſ. expediti ſumus,etc. a in c. cùm eſſes. de teſt. Bart.l.ſi iure.de leg. iii. b conſ. lxxvii. c in d. auth. ex cauſa. d arg. l. fi.j.hæred.inſt. e d. l. conficiuntur.de iur. codicill. f Bart.l. i. q. i.de iure codicill. Alex.d.auth.ex cauſa. g d.auth.ex cauſa. h d.auth.ex cauſa. K l. ſi quis priore. ad Treb.l. poſthumus .§. fi.j.tit.i. K l. i. in gl. iii.C. de his, quib. ut ind. ubi Bart. l d. auth.ex cauſa.ubi Doct.gl. §.exhęredatos. in auth. de hæred.& Fal. m d.§.aliud quoque capitulũ. in authen. ut cũ de appell.cogn. n §.nullam.in authen.de hæred. ab inteſt. o lib. Parad. iii. cap.x.

id non eſſe, ſaltem condito teſtamento durare
eam differentiam credendum eſt: quod plerique
omnes tradiderunt[a]. Nec me mouet, quod de te-
11 ſtamẽto matris eſt dictum: quia † eius præteritio
pro exhæredatione eſt: ideoque hîc caſus legis
nouellę diſpoſitioni ſubiicitur[b], quod in pręter-
itione emancipati non eſt, cui contra tabulas
bonorum poſſeſsio etiam hodie ſalua eſt[c]. Vnde
& quandoque diſputaui, emancipato præteri-
A to, ius dicendi nullum, non competere. quod
ſic verum eſt, quando præteritio cum cauſæ ex-
preſsione facta eſt, quod communiter traditur[d].
Idem videtur, etiam ſi cauſa expreſſa non ſit,
vt infrà dicam: pendet enim ab intellectu no-
VII. uellæ conſtitutionis[e]. Sed † quid de teſtamen-
12 to matris dicemus? quæ filium ſimpliciter præ-
terierit, & licet olim teſtamentum valuiſſet, nec
legi noſtræ fuiſſet locus: quia præteritio matris,
pro exhæredatione habebatur[f]: hodie tamen
B propter ſuprà ſcriptam legẽ nouellam aliud re
ceptum eſt[g]: traduntque Doct. ipſo iure teſta-
mentum eſſe nullum, tanquam legis forma ſer-
uata non ſit[h]. Fuere tamen non pauci, qui ab
hac ſententia diſcederent, & nil hac in re muta-
13 tum exiſtimarent: quoniam † lex nouella ſim-
pliciter præterito vel exhæredato à matre filio
ait, eum euacuato teſtamento ad parentum hæ-
reditatem nihilominùs tanquam ab inteſtato ex
æqua parte pertinere: quæ verba debent intelli-
C gi, vt perueniat, cùm euacuatũ erit, legitimo re-
medio, quale eſt querela inofficioſi, quæ & ipſa
rem ad cauſam inteſtati deducit[i], vt fruſtrà hac
in re hæreat Accurſius, qui exiſtimauit hoc ſen-
ſu euacuatum pro euacuãdo accipi: quod falſum
eſt. Refertur enim ad verbum *Peruenire*[k]. Quòd
ſi dictio illa *Euacuato*, intelligitur per ſenten-
tiam, quoties exhęredatio cum expreſsione cau
ſæ facta eſt, vt receptiſsima eſt ſententia[l], cur
non & idem dicamus, cùm abſque expreſsione
D cauſæ facta eſt, vt quia mater filium ſimpliciter
præterierit? eadem enim determinatione vter-
que caſus comprehenditur[m]: nec dicat aliquis
negligi formam, ideoq; actum ipſo iure nullũ[n]:
cùm enim lex vltrà progrediatur, remedium re-
ſciſſoriũ permittendo ſatis indicat formam non
induci[o]: probabiliſque eſt hæc ſententia, ne le-
gum correctiones inducantur: quod & Fulg[p]. &
VIII. Imol. tradiderũt[q]. Addunt alij legi noſtræ ho-
die quoq; locũ eſſe, cùm filiusfam. præteritus eſt
E adiecta cauſa legitima: quamuis enim probetur,
nihilominùs teſtamentum erit nullum[r]: vide-
turque hæc receptior eſſe ſententia[s]. Alij (vt
Petr. & Cyn.) adiectione cauſæ non præteritio-
nem, ſed exhæredationem cenſeri factam arbi-
trantur[t]: quæ ſententia non ſat iure probatur.
Alij verò, quamuis ſit à principio nullum, proba-
tione tamen cauſę conualeſcere hodie teſtamen
14 tũ exiſtimarũt: quod Ang. Caſt. Iaſ. Cur. tradide-
runt[u]. Quæ † ſentẽtia ſat periculoſa eſt, vt Alex-
F der inquit: repugnat enim regulis iuris, vt te-
ſtamentum nullum probatione cauſæ conuale-
ſcat, ex eoque adiri poſsit hęreditas[x]: itemque vt
hęres, qui incertus eſt, an probare poſsit, & ſic an
teſtamẽtum valeat, adire poſsit[y]. Ego nouellam
Iuſtiniani legem non rectè ab Hirnerio, Bart. ſe-
quioribuſque intellectam arbitror, & in primis
non ſit mihi veriſimile, tot leges imò integros ti
tulos à Iuſtiniano correctos vnico verbo eſſe[z],
cùm alioquin ſoleat Iuſtinianus vbi quicquam
antiquitatis emẽdet, etiam plus quàm expediat

a gl. l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. ff. eod. Doct. §. noſtra uerò Inſtit. de exhær. lib.
b d. §. aliud quoque.
c glo. l. ſi filius. de minor.
d Alex. auth. non licet. C. de lib. præter.
e d. §. aliud quoque.
f §. fi. Inſtit. de exhæred. lib.
g gl. d. §. exhæredatos.
h d. §. aliud quoque. cũ §. ſiue igitur. in glo. uerb. nullum.
i l. Papinianus. §. fin. de inof. teſtã.
K l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa.
l glo. d. §. aliud. uerb. nominatim.
m arg. l. quamuis. C. de impuber.
n l. cùm ii. §. ſi prętor. de trãſa.
o Bart. l. non dubium. C. de legib. uerſi. opp. tit. de dol.
p d. auth. ex cauſa.
q Imol. l. i. de teſt.
r gl. d. §. exhæredatos.
s Alexan. auth. non licet. poſt Iac. Cin. Imol. C. de lib. præt.
t arg. l. iii. C. eod. tit.
u in d. auth. ex cauſa.
x l. pen. de reg. iur. l. i. §. fin. ſi tab. teſt. null.
y l. hæres. l. ſed ſi de ſua. de acq. hæred. l. ſuus. uerſic. & ideo. de hęr. inſtiuẽ.
z l. ſi quando. C. de inoffi. teſt. in princ.

eſſe verboſus[a]. Exiſtimo † itaq; id ab eo illa con- 15
ſtitutione duntaxat actum, vt cauſas exhæreda-
tionis legitimas cõſtitueret: quod & ex antiqua
nouella, quam Iulianus anteceſſor trãſtulit, ſatis
deprænẽdi poteſt. Itemque ex rubricæ verbis in
Græca conſtitutione oſtenditur. Itemq; dum di
cit, Non liceat parentibus præterire, aut exhære
dare: diſiuncta enim illa ſimiles vtriuſq; effectus
arguit[b], vt verba ſcilicet diſiungat, coniuncto ta-
A men ſenſu[c], nempe vt de præteritione intelliga-
mus, quæ vim exhæredationis habeat, id eſt quę
à matre vel linea materna ſit facta[d]: de exhære-
datione verò, quando à patre facta eſt, vt ſcilicet
ſingula ad terminos ſuos ſecundũ ius referam[9].
quod ſæpiſsimè fieri videmus[e]. Alioquin ſi in-
telligeremus de pręteritione filij in poteſtate, ſe-
queretur quòd adiecta cauſa legitima teſtamen-
tum ſuſtineretur, & tamẽ ipſemet Doctores huic
ſententię communiter reclamãt, vt ſuprà dixi[f].
B nam & quorſum opus fuiſſet cauſas ingratitudi
nis ob præteritionem enumerare, cùm lex exhæ
redationem quidem propter iuſtam cauſam per-
mittat[g]: præteritionem verò nunquam, à cauſa
deiiceret? nam & cùm lex inquit non licere pa-
rentibus exhæredare, vel præterire, quamuis fi-
lius legitimam aliquo titulo ſit cõſecutus, vide-
tur eo caſu loqui, quo olim id licebat, nẽpe ma-
tri[h]: non autem patri, qui ante eam quoq; conſti
C tutionem omnino exhæredare vel inſtituere fi-
lium debuit[i], tametſi legitimam alio titulo de-
diſſet: haudquaquã † ergo de præteritione pater- 16
na intelligi debet: oſtẽdunt hoc & cõtextus ver
ba, cùm enumeratus cauſis lex ſemper exhęreda
tionis effectum proſequatur[k]: vt cùm exhæreda-
tis (inquit) liberis nullum fiat præiudiciũ, & rur-
ſus ne liberi falſis accuſationibus cõdemnẽtur:
accuſatio enim ad querelam pertinet, ad ius di-
cendi nullum, non pertinet[l], nam & dictio illa,
*Euacuato teſtamento*, arguit de eo teſtamento loqui,
D quod plenum erat, licet deinde iuris auxilio ſit
exinanitum[m]: & vox illa, *Tanquam ab inteſtato*, indi
cat verè ab inteſtato non eſſe[n]. Itemq; ex illis in-
ferioribus verbis probatur, *Tanquã in hoc non reſciſ-
ſum obtineat teſtamentum*: quę indicãt ſuperius de eo
loqui, quod reſciſſum erat, idq; etiã infrà clariùs
oſtẽditur, *Sed reſciſſo teſtamẽto*[o], &c. oſtẽdũt hoc &
illa verba, *Teſtamentũ ſuam habet firmitatẽ*. quę expreſ
ſim indicant de eo teſtamẽto loqui legem, quod
E aliàs firmum ſit, cui argumento poſt multas am-
bages etiam Alex. ipſe dat munus[p]. Confirmatur
hoc & illa ratione, q † cũ lex cõiunctim requirat, 17
vt cauſa legitima adſcribatur, eamq; hęres pro-
bet, Doctores, ne titulus de inofficioſo teſtamẽ-
to videatur prorſus correctus, interpretãtur cau
ſæ quidẽ ſcripturã pro forma requiri, ſed proba-
tionẽ non requiri. Et ideo exhæredato filio cum
cauſæ adiectione dari querelã[q]. atqui verba vtrũ
que coniũctim requirunt, vnde & æqualiter fuiſ
F ſet accipiẽda hæc forma[r]. accipietur autẽ ex in-
terpretatione noſtra, ſi intelligamus nihil loqui
legẽ de teſtamento, qđ ipſo iure eſſet nullũ, neq;
formã illam inducere, ſed aduerſus querelæ re-
medium ſe referre, quòd probant etiã: quia facta
illa procedat, quando filius iniuſtè erat exhæ- B redatus: & ideo nepos non poterat venire, niſi iure tranſmiſsionis: quod olim tempore illius legis non competebat, ſed fuit à Iuſtiniano introductum per d. l. ſi quis filium. quæ lex illam corrigit, vt ibi dicit gloſ. & bene. & lex correcta debet intelligi ſecundum corrigentem, arg. l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſt. & d. l. ſi quis filium. cùm velit ius per exhæredatum tranſmitti, ergo iniuſtè erat exhæredatus: alioquin non potuiſſet tranſmittere, quod non ha- C bebat, l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. Quamuis etiam ad d. l. ſcripto. poſſet aliter reſponderi, quia ibi non dicitur, quòd filius ipſe obſtet nepoti, ſed quòd hæres, ſecundum intellectum gloſ. & eſt verum, quòd obſtat: ſed text. ille non attigit, quid iuris deinde, ſi nepos velit venire per ſucceſſorium edictum. Nec obſtat tertium fundamentum, quòd iſte nepos nõ debuit inſtitui, ex quo non tenebat primum locum tempore teſtamenti, vel mortis: reſpon- D deo, quòd ſi filius iuſtè erat exhæredatus, tenebat in effectu primum locum, & eius præteritio habetur pro exhæredatione, vt dicit hîc Bartol. & bene. & ex hoc infertur ad deciſionem Bald. in repetitione huius legis in xj. oppoſ. concludentis, quòd ſi filius exhæredatus approbet teſtamentum, quòd non ſolùm ipſe excluditur à querela, ſed etiam ſequentes excluduntur, per text. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. & l. Papinianus. in princip. in ratione ſui, s̃. E de inoffic. teſt. eo. tit. ipſius enim iniuria eſt, ideo eam remittere poteſt, d. l. fin. C. de reuoc. donat. nam iſta deciſio eſt vera in eo, qui iniuſtè ſit exhæredatus. cùm enim ius ſibi ſoli delatum ſit, poteſt illud remittere, l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. ſi verò iuſtè exhæredatus ſit, cùm nepos ipſo tali caſu admittatur, non poteſt eius iura auferre, d. l. ſi is, qui. in princip. in verb. nolit. & l. qui repudiantis. in princip. ff. eodem tit. Ita poteſt ſaluari deciſio Baldi, quæ F eſt veriſsima, quando conſtaret de iniuſtitia exhæredationis: quia aliàs repudians præſumeretur facere, quia haberet malam cauſam, vt s̃. dixi, odio querelæ, & propter præſumptionem patris affectus, qui non niſi ex iuſta cauſa mouetur, arg. l. liberi. C. de inoffic. teſta. Butrig. & Abb. in c. quamuis. de re iudic. & dixi in Tract. Præſumptionũ in j. regula, verſ. xvj. Ex prædictis infertur per Bald. hîc in repet. quòd ſi pater filium exhæredauerit expreſſa cauſa, de qua in §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cùm de app. cogn.

quòd



quòd quamuis prætereat nepotem ſine expreſſione cauſæ, teſtamentum mero iure valebit, & poterit deinde hæres ipſe probare cauſam aduerſus iſtum nepotẽ: quia † tex. in d. §. aliud quo- 64 que. loquitur in eo qui tempore mortis tenebat primum locum: vnde non eſt trahendꝰ ad caſum noſtrum, qui tanquam incorrectus remanere debet ſub diſpoſitione legis veteris, de quo in l. liberi. & l. omni modo. C. de inoffic. teſta. & cũ hac opi. tenet Ange. de Periglis, Raph. Comen. Iaſ. hîc, Alexand. & Iaſ. in auth. non licet. C. de liber. præter. Capra in auth. ex cauſa. de lib. præter. C. Adde, quòd in contrarium facit generalitas verborum text. in d. §. aliud quoque. loquens in liberis. Et clarum eſt, appellatione liberorũ hunc nepotem contineri. Item in contrarium facit, quia ſi filius ſit iuſtè exhæredatus, ab adita per hęredẽ ſcriptum hæreditate confirmatur exhæredatio, & nepos videtur vſque à principio tenuiſſe pri-
65 mum locum: quia † iſta confirmatio retrò trahitur, d. l. hæres quoq; j̃. de acquir. hæred. & lex videtur æquiparare iſtos caſus, quò ad rumpendũ teſtamentum, l. Gallus. §. in omnibus. in princip. j̃. eod. ſed tamen teneo cum communi opinione, quæ confirmatur ex ratione Bartol. ceſſat enim hoc caſu continuatio dominij per interpretationem exhęredationis, vt dicit Bartol. hîc. Item nõ ſit ita magna iniuria huic nepoti, ex quo veriſimiliter pater non cogitauit eum ſucceſſurum, ex quo non tenebat primum locũ. Vndę teneo maximè per rationem Bartol. hanc deciſionem intelligendo, quòd procedat, quãdo filius eſt iuſtè exhæredatus: alioquin ſi iniuſtè, fruſtra queritur de ſucceſſorio edicto, ſed tantummodò de tranſmiſsione: quo caſu ſuccederet ex perſona patris, d. l. ſi quis filiũ. & niſi pater eſſet cum expreſsione cauſæ exhæredatus, teſtamentum eſſet nullũ, d. authen. non licet. cum ſimilib. Vltimò in pra-
66 ctica adverte, quia videtur, ꝙ † nepos hæres patris in prædicto caſu cõtra hæredem ſcriptũ poſſit alternatiuo libello vti. nã nec filius erit iniuſtè exhæredatus, & vigore tranſmiſsionis querelæ hæreditas ei applicabitur, d. l. ſi quis filiũ. aut iuſtè, & per ſucceſſorium edictum idem obtinebit, d. l. pater filium. Vnde ſuccedit vera concluſio, quòd vbi in qualibet parte alternatiuè cõcluditur intentio actoris, libellus alternatiuus ſemper admittitur, c. ex parte. vbi do. Abb. in iii. notab. extrà, de foro compet. Iaſ. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verb. obligat. maximè cùm in tali caſu nepos habeat probabile dubium, ſecũdum l. j. §. quia autem. in verſic. quemadmodũ. ff. quorum legat. & l. quę de tota. §. incertæ. ff. de rei vẽdic. præſertim cùm cauſa immediata ſit certa. vtroque enim caſu eſt querela, licet mediata, & ſic quomodo oriatur querela vigore trãſmiſsionis, an ſucceſſorij edicti ſit incerta, arg. l. in delictis. §. ſi detracta. s̃. de noxal. & per Abb. & Felin. in c. ij. de libel. oblat.

## LEX XVI.

2 *Poſthumo præterito nulla eſt hæreditatis aditio.*
3 *Declaratus caſus l. ſi filius. 6. 7, 8. 9. 10.*
5 *Suitas ad eum pertinet, qui præcedit.*
11 *Abortu poſt mortem filij facto, non præſumitur vſque à principio filius fuiſſe hæres.*
12 *Tabulis teſtamenti annullatis filius à principio cenſetur ſuus fuiſſe.*
13 *Excepta poteſtatiua, reliquæ conditiones in legitima filij reijciuntur.*
14 *In inſtitutiõe ſub cõditiõe poteſtatiua, filius antequã eã impleat, nõ eſt patri ſuus hæres.*
15 *Quid iuris hoc caſu, ſi vulgariter ſit ſubſtitutum.*

*Alciat. tom. j. pars iiij.*

L. 16. Si filius hæres.

## LEX XVI.

### AFRICANVS LIB. IIII. *Quæſtionum.*

SI filius hæres[a] inſtitutus ſit, omiſſo poſthumo: filioque ſubſtitutus nepos ex eo ſit: ſi interim mo- A riatur filius, poſthumo non nato nepotẽ tam patri, quàm auo ſuum hęredẽ futurũ.

SI FILIVS HAERES[a]. ¶ Teſta- a mentum, ex † quo hæreditas pro- 1 pter incertitudinem poſthumi adiri non potuit, adhuc ſuſtinetur, vt nepos B vulgariter filio interim mortuo ſubſtitutus vtrique tanquam ſuus ſuccedat. Quòd ſi ſubſtitutus non ſit, ſucceſsioni ab inteſtato ſolùm locus erit, perinde ac ſi conditio poteſtatiua defeciſſet. Pro cuius rei clariore intellectu ſciendum eſt, ex † teſtamento in quo poſt- 2 humus ſit præteritus, adiri hęreditatem non poſſe[a]: quia incertum eſt, an poſthumus naſcatur, teſtamentumq; rumpat, an verò mulier abortũ faciat, meritò ex eo interim nemo erit hæres[b], ex- C pectabitq; inſtitutus præteritũ[c]: & cùm poſsibile ſit teſtamentum valere, vt quia mulier abortiret, interim ſucceſsioni inteſtati nullus erit locus[d]. Conſequens † igitur eſt vt teſtamentum in 3 caſu noſtro aditione filij confirmari non potuerit, cùm hæc incertitudo non, niſi eo mortuo, ceſſauerit: ideoq; nepos non ſolùm patri, ſed etiam auo, à quo ſubſtitutus eſt, ſuus hæres erit[e]: quia tempore quo teſtamentum aditione confirmatur, pater vtpote mortuus, cùm non præcedat, i- D pſe ſuus hæres ſit auo[f]. quoties † enim quis, con- 4 dito teſtamento, decedit, is inſpicitur, nõ qui tẽpore mortis proximus eſt, ſed qui tempore, quo teſtamentum deſtitueretur[g]? nam & videmus, filio exhæredato, nepotem inſtitutum ſuum hæredem auo fieri[h]. ergo & idem dicẽdum, cùm filius proponitur eſſe mortuus[i]. Sed aduerſus Iuriſconſulti concluſionem obſtat, quia videretur potiùs filium ipſum patri ſuum hæredem fuiſſe, quàm nepotem. Lex enim ſimpliciter dicit, poſt- E humum non natum: vnde videtur præſupponere, ventrem vacuum fuiſſe: at ventre vacuo, clarum eſt vſq; à principio filium inſtitutum cenſeri hęredem[k], qa lex videtur huius rei fuiſſe certa: cùm igitur filius ipſe fuerit ſuus hæres, impoſſibile eſt id nepoti tribuere, cùm vulgò dici ſoleat, † ſuitatem non, niſi ad eum qui præcedit, per- 5 tinere, vnumq; dũtaxat locum ſibi ſeruare[l]. Sed & ſi venter plenus fuiſſet, adhuc excludendum nepotem videretur. cùm enim potuerit filius in- F terim ſibi prouidere vel decreto iudicis iure Ciuili[m], vel bonorum poſſeſsione contra tabulas ſecundum ius pręterium impetrata[n], cùm & ꝓbabili dubitatiõe adire impediretur, & in omnẽ caſum partem ablaturus eſſet, non eſt dubitandum id ius ad hæredes tranſmitti[o]. Is igitur, in quem fiet tranſmiſsio, & hæres patri erit, obſtare nepoti debuit: cùm receptum ſit, ius tranſmiſsionis vulgari ſubſtitutione potentius eſſe[p]. Sed † tamen his rationibus reſponderi poteſt, legem 6 hanc accipiendam eſſe, cùm poſthumus non eſt

a l. ventre. j̃. de acq. hæred. l. cũ quidã. §. quod dicitur. j̃. illo ti.
b l. ſed & ſi de ſua. de acq. hær. d. l. cùm quidam. §. ſuum.
c l. ii. in princ. j̃. de ſecund. tab.
d l. quandiu. de reg. iur.
e l. fi. in fi. j̃. de cõd. inſtit. verſ. neq; enim.
f d. l. fi. & l. ſi quis poſthumos. §. pc. s̃. eod.
g §. proximus. Inſtit. de leg. agnat. ſucceſ.
h l. qui in aliena. §. interdum. de acq. hæred. l. filius patroni. de bo. lib.
i l. i. §. ſi pater. de coniung. cum emanc. lib. l. i. in fi. de cõtratab.
K d. l. ventre. in ii. par.
l §. ſui. Inſtit. de hæred. qual.
m d. l. ventre.
n l. illud. §. fi. de contratab.
o d. l. ventre. vbi Bar. in regula i.
p l. vnica. §. cùm autẽ. C. de cad. tol. Bart. l. i. ii. q. de vulg. in par. i.

a l. ii. & l. ſeq. C. eo.

natus, quia mulier abortum fecerit [a]: non, quia venter vacuus fuiſſet: lex enim talem hanc incertitudinem fuiſſe ſentit, ex qua interim prohibitus eſſet filius ſe immiſcere, vt neceſſariò ſit intelligenda, cùm venter vacuus non erat: quia illa verba *Poſthumo non nato*, indicāt adfuiſſe quidem poſthumum, tametſi ad lucem non ꝓdierit [b].

7 Item † intelligenda eſt, cū nepos ſolus filio ſucceſsit. cùm .n. lex dicat eſſe ſuū hęredem patri, ſatis aperit nō fuiſſe exhęredatum, nec cohæredem habuiſſe, qui iure trāſmiſsionis quicquam poſſet ei auferre. Nec me mouet, ꝗ hac ratione nepos auo iure trāſmiſsionis potius, quàm vulgaris ſubſtitutionis ſuccedere debuit [c]. Nam reſpōdeo, cùm vtrūque ius in ſua perſona cōcurrat, potiùs ex ſubſtitutione, ſecundum iuris cōmunis regulas ſuccedere debuit, quàm vigore tranſmiſsionis, quę nō niſi ſpecialiter, & in ſubſidium permitteretur [d]. Sed ſi hic nepos fratres habeat, an adhuc ex ſubſtitutione pro parte ſua ſuccedet, an verò ſimul cum fratribus omnes iure tranſmiſsionis vocabuntur? & Caſtr. omnes iure tranſmiſsionis vocari cenſuit. Aret. contrà, ſaluum ius ſubſtitutionis adhuc nepoti in parte ſua eſſe [e].

b l. eius. verſi. pe. ſi cert. pet.

c l. vna. C. de iis, qui ante apert. tab. l. cùm antiquiorib. C. de iur. delib.

d arg. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.

**Quòd ſi nemo [a] filio ſubſtitutus ſit, & ſolus ipſe inſtitutus ſit: tunc quia eo tempore, quo is moriať, certū eſſe incipit, neminē ex eo teſtamento hæredem fore: ipſe filius inteſtato patri hęres exiſtet. Sicut evenire [b] ſolet, cū ſub ea conditione quę in ipſius poteſtate erit, filius hęres inſtitutus prius quàm ei pareret, moriatur.**

a QVOD SI NEMO [a]. ¶ In ſuperiore caſu nepos ſuus hæres auo efficitur: quia ſecūdum eius voluntatem ad hęreditatem vocatus eſt: ab inteſtato verò, vel contra teſtamentum nunquam nepos, quem pater tempore mortis aui præceſſit, ſuus hæres auo eſſe poteſt, etiamſi pater exhęredatus proponeretur [f].

e arg. l. fi. in prin. ff. de vulg.

8 Sed † mirū eſt, quod hìc dicitur, eo tempore quo filius moritur, certū eſſe incipere, neminem hæredē ex eo teſtamento fore: atqui non videtur certum, cùm filius ius adeundi in hæredem etiam extraneum trāſmittat [g], qui hæres ex perſona filij hæreditatem ex teſtamento adibit [h]. Reſpondeo, ius directum adeundi non tranſmittit: quia propter incertitudinem natiuitatis poſthumi, nec ipſe quidem illud habuit, ex [illegible]itate ſolùm, & in ſubſidium potuit opem aliquam decreto iudicis, vel contra tabulas bonorum poſſeſsionem implorare [i]: quod beneficium, quia non ſubeſt cauſa, contra communes iuris regulas tranſmitteretur [k]: cùm alia via ſit ipſi filio vtiliùs conſultum, nempe ſi ab inteſtato ſuccedat tanquam ſuus, vt hìc dicitur. quòd ſi inteſtati ſucceſsioni locus eſſe nō poſſet, vt quia huic filio, vel cohæres datus, vel extraneus ſubſtitutus eſſet, tunc tranſmiſsio procederet [l]. quod Paul. Caſtr. hìc cenſuit.

f d. l. ſi quis poſthumus. §. ſi filium. ſ. eo. l. filius patroni. de bon. libert.

g l. iii. C. de iur. delib. l. apud. C. de ſuis, & leg. Bart. d. l. vētre. rēg. i.

9 Sed † quid ſi poſthumus hìc natus ſit abortiuus, viuēte filio, & ſic vel in vltimo eius vitæ ſpiritu abortiuus ſit natus? erit filius ex teſtamento ſuus hæres: quia incertitudo propter quam impediebatur in eius vita, ceſſauit. Vnde tunc nec verba legis noſtræ, nec ratio patitur, vt ab inteſtato ſucceſsioni ſit locus. Illud tamen verum eſt, vltimo illo inſtituti hæredis ſpiritu non præſumi mulierem aborſuram. impia enim hęc eſſet pręſumptio [m], nec verisimilis, non præcedentibus pręſertim ſignis, & eventu deinde repugnante [n].

h d. l. illud. §. fin.

i d. l. illud. & d. l. ventre. d. §. fin.

10 Vnde † hìc meritò dicitur, eo tempore certum eſſe poſſe, neminem ex eo teſtamento hæredem futurum? quod non procederet, ſi tali tempore abortus fieret. qua in re extricanda Raph. Caſtr. Aret. & Iaſ. multùm ſe torſerunt. Nec obſtat, quòd ſicut ſpes implemēti cōditionis poteſtatiuæ impedit, ne id certum videri poſſit [o]: ita & in hac caſuali dicendum videretur. reſpondeo enim in poteſtatiua id magis perpenditur: quòd non fortuitò, ſed B dedita opera implenda eſt [p], & cui implēdæ vel mandatum præcedens, vel ratihabitio neceſſaria eſt: quod Ang. Raph. Puteus rectè tradiderunt [q], quibuſdam tamen diſſentientibus [r].

n d. l. ſed Iulianus. §. proinde. verſi. quod dicitur. ad Maced.

o d. l. fi. verſi. altera.

p l. ii. de cond. & dem.

q in d. l. ii.

11 Sed † cur abortu poſt mortem filij facto, non præſumitur vſque à principio filius fuiſſe hærés [s]? Reſpondeo, cùm iam filius eſſet mortuus, non poteſt fingi fuiſſe hęres [t]: quia extremum à quo tranſlationem fictionis trahimus, eſt inhabile, vt alibi Bart. declarat [u].

r Imol. & Caſtr. d. l. fi.

s l. Neratius. de man. teſt.

t l. qui libertinus. §. poſthumus. de op. lib.

C SICVT VENIRE [b]. ¶ Loquitur Iuriſconſultus in conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ ſpiritu non poteſt impleri. cùm enim conſtet tunc evenire eam non poſſe [x], certum eſſe incipit, ex tali teſtamento filium hæredem eſſe non poſſe.

b

u Bart. l. ſi is, qui ꝓ emptore. q. v. principali, de vſucapi.

x d. l. ſi. de cond. inſtit. l. v. & l. apud Iulianū ff. de hære. inſtit.

12 Vnde † tabulis ad irritum redactis [y], ſucceſsioni ab inteſtato locus eſt, filiúſque cenſetur vſque à principio ſuus fuiſſe [z]. Quod intelligendum, cùm aut cohęres, aut ſubſtitutus, ſicut etiam in ſuperiore caſu, datus filio non eſt, quorum aditione teſtamentum confirmari poſſit [a]. Confirmatis enim tabulis, de inteſtati ſucceſsione agi non poteſt [b].

y l. i. ff. tit. i.

z d. l. apud. vbi Roman.

a d. l. fi. verſi. qui ſi neminem.

b d. l. quandiu.

D Sed nunquid quod hìc dicitur, hodie procedat, vt filius antè quàm conditionem poteſtatiuam adimpleat, non videatur fuiſſe ſuus hæres? & traditum eſt, non procedere. quia lex talem conditionem, quatenus legitima debetur, reiicit, & pro non ſcripta habet [c]. Poſſet tamen procedere, ſi proponeretur filio tantum quoquo titulo relictum, quātum legitime ſufficeret. tunc enim nihil impedit, quin conditio firma maneat, quod Cornæus cenſuit [d].

c l. quoniam in prioribus. vbi Iaſ. C. de inoff. teſt.

13 E Ego † reiici conditiones de legitima exiſtimo, quæ aliàs cauſam ſubvertendi per querelam teſtamenti, vel alio modo præſtarent [e]. Et ideò poteſtatiuam conditionem non reiici arbitror, cùm ex ea nullum querelæ locum iure veteri fuiſſe conſtet [f]: quod & aliqui hìc ſenſerunt [g], vt meritò nulla hoc caſu inducenda ſit legum correctio.

d Cor. l. ſi fratris. C. de iur. de lib.

14 Sanè adnotandum hìc eſt, quoties † filius ſub conditione poteſtatiua inſtitutus eſt, antè quàm illam impleat, F ſuum hæredem non eſſe [h]: & ideò, ſi antè quàm impleat, moriatur, non cenſebitur ſuus hęres ex teſtamento fuiſſe. quod hìc Africanus tradit: ſibi enim imputet filius, qui non adimpleuerit, videtúrque pater tali conditione ſuitatis vinculum remiſiſſe, perinde ac ſi inſtituiſſet ſub conditione *Si voluerit*. Quo caſu clarum eſt exiſtentiā ſuitatis

e d. l. quoniam. d. l. omnimodo.

k l. vnica. §. in nouiſsimo. C. de cad. tol.
l d. l. illud. d. l. ventre. d. §. fin.
m l. inter ſtipulātē §. ſacram. de ver. oblig.
f l. ſuus hæres. ff. de hæred. inſtit.
g Bald. Aret. Iaſ. hìc, verſic. ſexto limita.
h d. l. fin. & d. l. ſuus.

ex-



extingui [a], vel ſi filium non ſolùm inſtituiſſet, ſed ſibi ipſi ſubſtituiſſet. ſatis enim indicat, ſe ei permittere, vt ab inſtitutione poſsit abſtinere [b]. Succedet tamen tali caſu ex ſubſtitutione tanquam ſuus [c]. Idemque, ſi eidem legaſſet ſub conditione, *Si hæres non erit* [d]: aliàs legatum eſſet illuſoriū.

a l. uerba. ff. de cond. inſtit.
b l. j. §. ſi propo natur. ſi quis omi. cau.
c l. 5. de cond. & dem.

15 Sed † qd ſi filio ſubſtitutum vulgariter ſit? & magna eſt apud noſtrates altercatio. fuere enim non pauci, qui aduerſus Bart. & cæterorum ſententiam negauerint ſuitatē dationi ſubſtituti vulgaris tolli: quia illa verba *Si hæres nō erit*, inſtitutioni filij adiecta nō ſunt, ſed ad ſubſtitutū duntaxat pertinent [e]: poſſúntque intelligi, *Si hæres non erit*: quia beneficio prætoris vtatur [f], vel interim exeat de poteſtate paterna, vel aliàs ex caſu non poſsit [g]. nec veriſimile eſt, teſtatorem voluiſſe effectum ſuitatis illis verbis tollere, qui ſuum fauorē reſpicit [h]. Quòd ſi iis verbis neceſsitas in ſeruo non tollitur [i], nec ſuitas quidē filio auferri debet. vnde meritò cōſequens eſt, vt ſicut ſuus hęres hæreditatem non aditam ad quoſcunque beneficio ſuitatis tranſmittit [k], ita tranſmittat etiam ſi ſubſtitutum habeat [l].

d l. cùm ſeruus. de condi. inſtit.
e Bart. l. illis libertis. de cond. & demon.
f §. ſed his permittit. Inſt. de hæred. qual.
g l. Iulianus. ſi qs om. ubi Bar.
h l. ſi filius, qui patri. ff de vulg.
i gl. Inſtit. de uulg. uer. nouiſſimo. Bald. l. poteſt. ubi Imol. & Mod. eo. tit.

16 Rurſus † conſequens fuit, vt reſpectu ſubſtituti pupillaris, propter exiſtentiam ſuitatis, confirmari tabulas pupillares dicamus: quod Bart. tradidit [m]. Et veriſsimum eſt illo caſu, cùm filius ſubſtitutus eſt, qui fratri neceſſarius hęres efficitur: licet paterna hęreditate abſtineat [n]. quod tamen propter impuberis ſuitatem (vt aliqui credunt) inductum non eſt, cùm etiam exhæredato facta ſubſtitutio confirmetur [o], & conſtat ſuitatem exhæredatione perimi [p]. quo caſu excepto, non arbitror tabulas pupillares tali exiſtentia ſuitatis confirmari [q]: quod alibi loco ſuo diſputaui [r].

k d. l. fratris. d. l. apud.
l d. l. unica. §. cū autē. l. Lucius. ubi Ang. & Mod. ff. de uulg. Doct. l. j. in primo. effect. de uulg.
m l. ſi pupillis. aliàs, l. Iulianus. de acqui. hęred.
n d. l. ſi filius, qui patri.
o l. filius, qui ſe. de acqui. hęred.
p l j §. ſciendū. de ſuis & leg.
q l. 2. uerſ. adeò de uulg. l. miles ita. in fi. de teſt. mil. l. paterfam. uerſi. idem ſeruandū non eſt. de priuil. cred.
r in d. uerſi. adeò.

## LEX XXIX. SCAEVOLA LIB. VI.

**Gallus [a] ſic** *Quæſtionum.*

## LEX XXIX.


2 *Legatum incertis perſonis factum, inualidum.*
3 *Qua occaſione inſtitutio poſthumi permiſſa.*
4 *Verbum Placet, ius nouū interpretatiuè inductū arguit.*
6 *Occaſio introductæ formulæ Galli.*
7 *In diſpoſitione ſtricta is qui in vtero eſt, pro nō nato habetur.*
10 *Quòd Scæuola duos tractatus formulæ Galli & legis Velleiæ explicet: & Iulianus addat tertium.* 13.
16 *Verbum Poſſe, non refertur ad neceſsitatem, niſi certis caſibus.* 17, 18.
23 *Teſtamentum præteritione annullatur, quando ea ad filij iniuriam tēdit: aliàs ſecus, vtputà ſi ſuccēſsionis inteſtatæ via patet.*
25 *Inſtitutio iuxta Galli Aquilij formulam nō incidit in caſum caduci.*
30 *Cuius præſumatur filius, quem mulier ſtatim poſt prioris mariti obitum nubens, nono menſe peperit, ad hoc vt ſciatur cui ſuccedat.*
32 *Quòd quādo in totum dubitatur vtrius mariti filius ſit, ab vtriuſq; ſucceſsione excludatur: & quibus caſibus hoc fallat.* 33, 34.
35 *Præſumptio infirmior poſtponitur firmiori.*
40 *Ἀποτελέσματα, id eſt conſtitutiones fatales, iure ciuili ſunt prohibitæ.*


a 1 GALLVS [a]. ¶ Cùm † iure antiquiſſimo ſola ſucceſsio ab inteſtato locum haberet, lege XII. tab. inductū eſt, vt vnicuiq; teſtamēti quoq; ius faciendi eſſet [s]. Induſſit aūt id lex ex quadam humanitate, & per viam diſpenſationis [t]. Nec .n. ſecundum naturales rationes poteſt quis de re diſponere in caſum, in quo ſit mortuus, nec ampliùs ipſius rei ſit dominus [u]. quod ſcientes veteres Iuriſperiti anguſtè admodum eam licentiam interpretabātur, adeò vt incertis perſonis legari non poſſet.

s l. uerbis. de uerb. ſig.
t l. in tempus. de hæred. inſtit.

L. 29. Gallus ſic.

2 Qua † ratione etiā poſthumis nihil poterat relinqui [x]. Sed cùm poſthum9 ſuus ab A inteſtato omnino ſuccederet [y], rumperetq; teſtamentum, viſa eſt nimia hæc religio, placuitq;

u gl. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſt. Abb. rub. extra, de teſtam.
x §. incertis. §. poſthumo quoque. Inſtit. de legatis.

3 † Iuriſconſultis illis ita legem XII. tab. interpretari, vt inſtitutio hæc poſthumi ſui, id eſt quē teſtator ex vxore ſua ſuſcepturus eſſet, permitteretur. Et ideo ſuprà non ſimpliciter dicitur, lege XII. tab. inſtitui poſſe poſthumū, ſed placet poſthumum, etc [z].

y l. inteſtato. §. fin. de ſuis, & leg.
z l. placet. ſ. eo.

4 quod † verbum eſt ius nouū inducentis ſub cuiuſdā interpretationis pęrtextu [a]. Et quod de filio poſthumo dictum eſt, idem quoque credendum fuit in nepote poſthumo, qui tēpore teſtamenti primum locum tenere [b] potuiſſet, vt quia filius iam eſſet mortuus. ſubeſt enim eadem ratio [c]:

a l. placet. C. de ſacroſan. eccle.

5 licet † non paucis caſibus fauorabilior eſſet filiorum, quàm nepotum cauſa [d]. Nec auſi ſunt tunc illi veteres vlteriùs id ad eum nepotem extendere, qui tempore teſtamenti à filio præveniebatur, tum ꝗ perpenſo eo tempore, primum locum non erat obtenturus [e]: vnde alienus hoc reſpectu dici poteſt [f], tum, ꝗ maior C erat hæc incertitudo, quæ non ſolùm ad dubium natiuitatis poſthumi pertinebat, ſed etiā ad mortem filij viuente patre, quæ minimè veriſimilis eſt [g], cùm turbato ordine fiat [h]: ſucceſsit ergo Gallus Aquilius, qui (vt inquit Cicero) iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxit: is

b arg. §. poſthumus autem. Inſti. de lega.
c Bar. ff. ead. l. § ſi eius.
d l. iubemus. in fi. C. ad Trebel. Caſtren. §. nunc de legē. in fin. in eod. l. ſed et ſi in cōditione. §. j. ff. tit. ij.

6 † videns non minùs rumpi teſtamentum per agnationem huius poſthumi, quàm proprij filij [i], formulam hanc induxit, qua etiam ille poſſet inſtitui. nec eum abſterruit, quòd perpenſo tem- D pore teſtamenti alienus fuiſſet: quia in ſuorum hæredum ſucceſsione attendendum potiùs ad mortis tempus exiſtimauit [k].

e l. ſi alienum. § in extraneis. ff. tit. ij.
f l. pen. ff. de leg j.

7 Et † licet in materia ſtricta, quoties à verbis non recedimus, qui in vtero eſt, pro non nato habeatur [l], & paria non ſint, tempore habili ſtatuere, vel in tempus habile conferre [m], accepit tamen ipſe fauorabilius hoc argumentum, & ad hunc quoque caſum extendit, quem deinde cæteri Iuriſconſulti ſunt ſequuti [n].

g l. Iulianus. in fi. ſi quis om. ca. in glo.
h l. nam etſi. ſ. de inoff teſt.

8 Cuius † exemplo etiam pręE tores poſthumo prorſus alieno, id eſt qui ex emancipato natus eſſet, & tam tempore teſtamēti quàm mortis auo ſuo extraneus foret [o], bonorum poſſeſsionem dare cœperunt [p], quod deinde & Iuſtinianus conſtitutione ſua generaliter approbauit [q]: ſubeſt enim eadem ratio in poſthumo emancipato & ſuo, nempe ratio incertitudinis, quæ in vno ſublata, & in alio tolli debuit: quod coniunctio ſimilitudinis quoque [r] oſtēdit, & diſertè in Inſtitutionibus Græ- F cis Theophilus tradidit.

i l. poſthumorū. ff. tit. j.
k §. nunc de lege. ff. eod.
l l. fi. ff. de collat.
m l. cùm hic ſtatus. §. ſi ſponſus ſponſæ. de donat. inter uir. l. ſi minor. de ſer. export.
n l. quidā in fi. de reb dub. l. poſthumus de inof. teſt.

9 Cæterùm † quia Gallus de poſthumo tantùm loquutus eſt, qui mortuo teſtatore natus eſſet, Iunius Velleius lege lata, ad eum extendit, qui, teſtatore viuo, poſt teſtamentum cōditum naſceretur [s]: idq; non ſolùm in nepote, ſed in omni deſcendente virilis ſexus, ſiue teſtamenti & mortis tempore futurus eſſet ſuus, ſiue mortis tempore tantùm, fuitque tum neceſſaria hæc lex. Nec enim Galli conſiliū ad hunc caſum produci potuit [t], in quo erat,

o d. §. poſthumo quoq;.
p Inſtit de bonor. poſſes. in princ l. poſthumus. de inoff. teſt.
q d. §. poſthumo quoq;.
r gl. l. ij. in fi. pro hæred.
s §. nūc de lege. & ſeq. ff. eod.
t arg. l. cōmodiſſimè.
ſ eod.

10 quod teſtatori imputaretur, qui nato, ſe viuente, nepote, & mortuo filio, nouas tabulas nō condidiſſet[a]. Diſputauit † autem Cerbidius Scæuola libro Quæſtionum V. quemadmodum hæc Galli Velleiique diſpoſitio interpretāda eſſet, duoſque tractatus explicuit. Primus ad Galli formulam pertinet, alter ad l. Velleiam[b]. In primo refertur formula, ſecundū quam nepos poſthumus, qui morienti teſtatori futurus eſt ſuus, ſub duabus conditionibus inſtitui poteſt: ſi filius viuo teſtatore moriatur: &, ſi nepos intra x. menſes naſcatur. quam concluſionem extendit Scæuola ſeptem modis: reſtringit, ſeu declarat vno duntaxat. Primo igitur ampliat, vt procedat, etiam ſi ſimpliciter ſit inſtitutus nepos: ſubauditur em̄ ex natura actus conditio[c]. Secundo, quod de filio dictū eſt, vt in nepote procedat; & pronepote[d], dummodò talis nepos ſit inſtitutus, ne teſtamentum agnatione rumpatur[e]. rumperetur enim, niſi nepos filio prædeceſsiſſet, vel emācipatus fuiſſet[f]. quod aliàs lib. Paradox. iij. c. ix. docui. Tertio, quod de morte filij dictum eſt, idem in morte ciuili putà deportatione[g]. Quarto, idem ſi filius propter captiuitatem pro mortuo ſit[h]. Quinto, vt non referat, quòd in ſpecie non fecerit nepotis, aut pronepotis mentionem, ſed verbo generali ſit vſus, putà *Quiſquis ſibi poſt mortem, vel quiſquis ſibi liberorum*, &c. Sexto, idē in nepote nato apud hoſtes, dummodò redeat[i]. Septimo, vt nihil interſit quòd nepos filio ſubſtitutus conditione defectus ſit, vt quia inſtitutus ſit, ſi poſt mortem filij naſcatur, illeque, viuente filio ſit natus[k]. admittetur enim pronepos, conditione caduci gradus non attenta[l], perinde ac ſi, ſublato de medio nepote, teſtator in eius locū pronepotem ipſum adoptaſſet: & hîc ergo pronepos admittatur, qui natus erit ex nepote poſtea viuo filio, id eſt qui nepos fuit exiſtente viuo filio: quia fuit ſuperſtes patri: & ſic conditio deficit. Sanè limitanda ſunt ſuprà ſcripta, vt ita demum locum habeant, ſi teſtamētum valuerit, & cætera habilia interuenerint[m], id eſt eius forma ſit ſeruata: quia is, qui primum locum obtinebat, ſit hęres inſtitutus[n]: nam exhæredatio tali caſu nulla eſſet, tanquam poſt mortem facta, & quæ aditione hæreditatis ex primo gradu cōfirmari non potuerit[o].
11 Sequens † tractatus eſt legis Velleiæ, quo duo eius capita explicantur. Primum, quo prouidetur, vt inſtitui nepos poſthumus poſsit, non ſolùm cùm tempore teſtamenti filius iam mortuus eſt, ſed etiam ſi viuat, dummodò tempore natiuitatis poſthumi iam perierit: & hoc eſt, quod hîc dicitur, Si nepos eo tempore inſtituatur, quo filius non ſit, vt quia ſit mortuus. qui caſus etiam ex leg. XII. Tab. erat[p]: verùm etiam ſi viuo patre. repetendum enim eſt verbum Inſtituatur: nam ſubſequens illud Naſcatur, in antiquis codicibus non eſt. Loquitur ergo Velleius, quando natus eſt, filio iam mortuo, ſed ſuperſtite auo[q].
12 Alterum, quod † ad ſucceſsionem in ſuitate ſpectat, quo ſimpliciter ſtatuitur in ſuis hæredibus ſublato priore ſequentem iam natum in eius locum admitti[r]. Et licet Doct. lege XII. tabularum hoc inductum credant, verumque id ſit in cauſa inteſtati[s], ego tamen malim id Velleio tribuere[t], in cauſa teſtati. Et dicitur tenere primum gradum, etiam qui ante ſe capti-

a l. tractabatur. ſ. de teſta. mil. l. 3. C. de inoffic. teſta.
b §. nunc de lege.
c §. quidem rectè. ſ. cod.
d §. idem credendum.
e uerſi. ita ſanè.
f §. & quid ſi tantùm. uerſi. quid ſi nepos.
g §. & quid ſi tantùm.
h §. quid ſi is. d. lib. iij. Paradox. c. xiij.
i §. ſi eius.
k §. forſitan.
l l. cohęredi in prin. de uul. ubi dixi. Bar l. quādiu. ij. in ri. de acquir. hær. Caſt cōſ. ij. preſens dubium in j.
m l. qui teſtamēto. de teſta.
n l. inter cætera. ſ. co. d §. in omnib. d. lib. iij. c. 18. Paradox.
o l. pen de contra tab. l ſi ita. §. fin. ſ. eod.
p Bart d. §. ſi eius.
q d. l. §. nunc de lege.
r §. etiam ſi parente.
s §. j. Inſtit. de hæred. quę ab inteſt.
t d. §. etiam ſi. d. l. poſthumorū. l. ij. de uulg.

**poſſe[a] inſtitui poſthumos nepotes īduxit:**

uum habet: quia is pro mortuo habetur[u]. Vnde ſequitur, talem ſuum hæredem ne præteritione teſtamentum rumpat, neceſſariò inſtituendum eſſe[x], aut exhæredandum: quod tamen intelligendum, dum poſt mortem non exhæredetur[y]. Quibus
13 † capitibus cōmixtis, quorum alterum de hęreditate reſpectu naſcituri, alterum de ſuitate reſpectu nati loquitur: conſequens Iuliano viſum eſt, vt etiam ad hæreditatem capeſſendam ſufficiat, ſi nepos patre & auo viuentibus ſit natus, ſoloque mortis auitæ tempore ſit ſuus. tametſi cùm naſceretur, ante ſe filium haberet, & filio ſuperſtes fuerit auus[z]. Addit Scæuola idem, ſi emancipatus. habebit enim ex teſtamento hæreditatem, tanquam voluntarius quilibet hæres[a]. Sed nunquid ſeruus alieni poſthumi potuit lege duodecim Tabularum inſtitui? & Alexand. negat, ne magis capax videatur ſeruus, quàm fuerit dominus[b]. quæ ratio certa eſſet, ſi dominus dilecto ſuo fuiſſet incapax. verùm cùm ſola ratione incertitudinis inſtitui dominus nō poſſet, eaque ratio reſpectu ſerui ceſſaret, videretur valuiſſe inſtitutionem[c].
15 Quædam † enim per ſeruos noſtros poſſumus, quæ per noſmetipſos non poſſumus. quod variis exemplis alibi declaraui[d], receptiorque hæc eſt aduerſus Alexandrum ſententia.

a
16 POSSE *a*. ¶ Verbum † id *Poſſe*, affirmatiuè prolatum in legibus, contractibus, reſcriptis ad neceſsitatem non refertur[e]: quod Bartol. hîc docet, ſuadetque vocis ipſius proprietas. Quoties tamen priùs ſubeſſet generalis prohibitio. lex ſubſequens, quæ eam limitaret, talique verbo vteretur, eam interpretationem acciperet, vt id verbum neceſsitatem cauſatiuam induceret,
17 vt in caſu noſtro: quia † lex duodecim Tabularum prohibebat alienum poſthumum inſtitui, & nihilominùs eius agnatione teſtamentum rumpebat, ſi quis id euitare velit, neceſſariò
II. Galli formulam ſeruare tenebitur[f].
18 Vnde † conſequens eſt, vt à ſubiecta materia vox hæc interpretationem recipiat, & ſi prius ſuberat in ea neceſsitas, non cenſeatur per id verbum ſublata[g]. Qua ratione ſi lex municipij ſic ſcripta eſſet, poſsit iudex inquirere de talibus criminibus, tenebitur inquirere: aliàs negligentiæ nomine reus erit[h]. quod Bald. Raph. Lancelotus rectè tradiderunt.
19 Regula enim generalis iure communis eſt, vt † in iis, quæ ad vtilitatem publicam pertinent, teneatur iudex ex officio inquirere[i]. Ea limitata per ſtatutum in certis criminibus fuit, ſaluis tamen exceptis: ea igitur quæ excepta ſunt, veteri neceſsitate comprehenduntur[k], quicquid hîc Alexand. & Iaſ. dixerint. Huc pertinet & quod Pontificij tradiderunt[l], vt ſi data ſit epiſcopo facultas diſpenſandi, compelli ad id faciendum poſsit, quoties diſpēſatio eccleſię neceſſaria eſt. tenetur enim ex iuris antiqui regula, ea facere, quæ pertinent ad neceſsitatem eccleſiæ[m]. Addit Bald. quoties lex formam actui tradens hoc verbo vtitur, tunc neceſsitatem cauſatiuam induci, vt ſcilicet aliter celebratus actus non valeat. Vnde ſi ſtatutum ita ſcriptum eſſet, Mulier poſsit conſentiente agnato contrahere, neceſſitatem induceret, vt præter agnati conſenſum

u §. uidendum.
x l. poſthumorum. ſ. tit j.
y ſ. §. in omnibus. & in l. ſi ita ſcriptum. §. fi. ſ. eod.
z §. ille caſus.
a uerſic. quæramus. in fi. legis.
b l. non minus. ſ. tit. iij. l. ſi mihi §. regula. de l. j.
c l. eius ſeruum. de hæred. inſtit. ubi Bart.
d l in princ. de uer. oblig. l. Labeo. ubi Bart. de uſucap.
e l. ſæpe. de offic. prǣſid. l. non quicquid. de iudi. ubi Ang. Bal. l. ij. in pri. de uul.
f l. poſthumorum. ſ. tit. j.
g l. j. ſ. de iuriſd. om. iud. uerb. poteſt ubi glo.
h arg. l. j. C. de deſert. liber. x.
i l. congruit de off. præſid. Bar. l. iiij. § hoc autē de dam. infec.

k Abb. c. at ſi clerici. §. de iudic. l Doctor. c. cùm ex eo. de elect. lib. 6. m iij. q. vij. c. exigunt.

celebra-



20 celebratus contractus non valeat[a]. Ego † hoc ex cōtrario ſenſu ſtatuti potiùs accipi arbitror[b], formamque non niſi reſpectu effectus induci. Vnde
21 † infrà dicitur, conſilium Galli ex æquipollenti-
IIII. bus ſeruari poſſe[c]. Defenderetur tamen ſententia Baldi, quando huic verbo adiecta eſſet negatiua: quā concluſionē hîc latè per Iaſ. diſputatā ego cōgruentiùs alibi tractaui[d].

SI FILIVS MEVS[a], VIVO ME, MORIETVR[b]: TVNC SI QVIS MIHI EX EO NEPOS, SIVE QVAE NEPTIS POST MORTEM MEAM IN DECEM MENSIBVS[c] PROXIMIS, QVIBVS FILIVS MEVS MORERETVR, NATVS NATAVE ERIT, HAEREDES SVNTO.

a
22 SI FILIVS MEVS *a*. ¶ Cùm † verba hæc conditionalia ſint, ſequitur vt non diſponant[e]: ſicq; filius ſit præteritus, & conſequenter teſtamentum nullū, adeò vt nec iure prætorio conualeſcat, vt ſuprà declaraui[f]: ergo conſilium Galli ineptum, triuolumque eſt. Sed reſpondet Accur. intelligendum eſſe, quando pręceſſerat inſtitutio legitimè facta[g]. præſupponit enim Gallus etiam cætera habilia interueniſſe[h]: receptiſsimaque hæc eſt interpretatio[i]. Sed Bart. non inſubtiliter minimè neceſſariam filij inſtitutionem hoc caſu cen-
23 ſuit. cùm † enim relinquat teſtator ſuperſtiti filio liberum ſibi inteſtato ſuccedendi locum[k], & caſu, quo ſuperſtes non ſit, eius filium nepotem ſuum ex teſtamēto vocet, nulla ſit ſibi iniuria, meritò infirmari huiuſmodi pręteritione teſtamentum non poteſt[l]. Tum demum enim præteritio vitiat, quum ad filij iniuriam pertinet[m]. quod ſuprà pluribus exemplis oſtendi[n]. Vnde ſi iniuria filio fieret, ſecùs eſſet: putà ſi cohæres ei exhæredationis ſuſtinendæ cauſa, vel etiam alia ratione datus proponeretur[o]: vel, ſi non nepos, ſed extraneus ſubſtitutus eſſet[p]. Idem, ſi ſub conditione inſtitutus eſſet, quæ non eueniſſet. habetur enim pro præterito[q]. Idem in eo, qui primum locum tempore teſtamenti non tenuit, qualis eſt nepos, viuo filio, quando pronepos eſt inſtitutus. non enim poteſt videri ei locus ab inteſtato ſuccedendi reſeruatus, cùm tempore teſtamenti eum in gradu pater præcederet[r]. Probabilis certè hæc eſt Bartoli ſententia, quam Salicetus, Caſtrenſiſque ſequuntur, & publica diſputatione, Iacobus, Iulianus, Cardinalis, defen-
24 dit. Ego † verbis legum quadrare adfirmo[s]: cùm vbique in hac lege nepos inſtitutus dicatur, non autem ſubſtitutus: aliud autem Inſtitutum, aliud verò Subſtitutum eſſe[t]: quia actus purus à conditionali differt[u]: nam & alibi dicitur, ſi libertus patronum hęredem ita ſcripſerit, *Si filius me viuo moriatur, patronus hæres eſto*, valere teſtamentū, & rectè eum teſtari[x]. Nec verum eſt valere iure prætorio tantùm, quod quidam exiſtimant[y] quia (vt ſuprà vidimus) tum ſolùm defenditur à vitio præteritionis, cùm inſtitutus eſt aliquis, qui ſaltem reſpectu patris potior eſt præterito[z], vt quia ſit in pari gradu. is enim rem auferre poteſt: non, qui poſterior ſit[a]. at patronus omnino poſterior eſt filio: quicquid hîc Iaſ. comminiſcatur: aliàs ſequeretur, legem hanc iure prætorio non procedere[b]. quod falſum eſt: cùm ad remedia prætoris attenderit Scæuola[c].

b
25 VIVO ME MORIETVR *b*. ¶ Si † filius ipſe, viuo teſtatore, morietur, nónne inſtitutio in cauſam caduci vertitur, hocque iure hæreditas, non ad nepotem, ſed ad fiſcum deuoluebatur[d]? quomodo ergo prouidit Gallus, ne teſtamentum rumperetur? ſi iam ruptum & in caſum caduci deuolutum erat[e]? Reſpondent Imol. Raph. Alexan. non id egiſſe Gallū, vt aduerſus rupturam teſtamenti prouideret, ſed duntaxat, vt nepos inſtitui poſſet: quę reſponſio his legibus aduerſatur, quę prouidiſſe Gallum ne teſtamentum rūperetur, diſertè aiunt[f]: redditque præterea conſilium Galli illuſorium, & nullius effectus. Aliter ergo Bald. Ang. quandoque & Soci. qui in lege noſtra datum eſſe filio cohæredem aiunt. Vnde primus gradus à caduci cauſa defēditur. Quæ
26 reſponſio ſat dubia eſt, cùm † lex Papia ſicut per dationem ſubſtituti nō tollebat caduci cauſam, ita nec cohæredis datione eius, ſcilicet partis reſpectu, quæ in cauſam caduci ceciderat[g]. Adde, quòd hæc opinio diuinatoria eſt. vt hîc comminiſcamur cohæredis adiectionem, cuius nulla mentio in lege ſit. Addit Iaſ. impoſsibilem quoque eſſe. ſi enim datus eſſet cohæres, potuiſſet filius exhæredari: quia eius aditione, exhæredatio confirmata fuiſſet[h]: quod tamen Scęuola infrà negat[i]. Sed vix eſt, vt id ego probem. cùm enim Gallus de filio loquatur, qui, viuo teſtatore, mortuus eſt, cohæres autem non, niſi mortuo teſtatore, adeat[k], non poteſt dici confirmari exhæredationem ex vita filij. Aliter nondum hunc diſſoluit ipſe Iaſ. augetque notabiliter ſuprà ſcriptam diuinationem, vt hîc datus eſſet ſubſtitutus filio, vel cohæres, non quidem ſimpliciter, ſed poſt filij mortem: quo caſu rectè Scæuola negaret confirmari exhæredationē in vita filij poſſe: additq; teſtamentum vires accipere à ſecundo gradu potuiſſe nec legis Papiæ diſpoſitionem huic rei impedimento fuiſſe[l]: diſtinguitque iā natos ab iis, qui in vtero ſunt. quæ omnia
27 à vero aliena ſunt. Sciendum † enim eſt, tempore Galli nullam fuiſſe Papiam de caducis legum, ſed latam deinde à diuo Auguſto: hac tamen limitatione, vt in liberis vſque ad tertium gradum locum non haberet[m], quæ deinde prorſus à Iuſtiniano ſublata eſt, & leges veteres ſecundum Iuſtiniani ſenſum repoſitæ[n]. Quod ergo dicunt Doctores in cōſilio Galli inſtitutionem filij caducam eſſe, verum non eſt, triplici ratione. Prima, quia filius inſtitutus non eſt, valetque nihilominus teſtamentum, ſeu nepotis inſtitutio, vt ſuprà poſt Bartol. oſtendi. Secun-
28 da, quia † lex Papia ad filij nepotis, vel pronepotis inſtitutionem non extendebatur[o]. Tertia, quia tempore Galli nondum lata fuerat lex Papia, ſicut nec hodie vires habet, vtpotè per Iuſtinianum abolita.

c
IN X. MENSIBVS *c*. ¶ Addit Accurſ. idem, & ſi paucis diebus pòſt, ex medicorum
29 ſententia. Ego † hac in materia perpendi menſes non ſecundum conſtitutionem anni noſtri, quam Iulius Cæſar induxit, exiſtimo, ſed de menſibus potiùs lunaribus[p]. nec enim Hippocrates diuinare potuit, fore vt Cæſar ita menſes ordinaret: dum tamen non minus, quàm centum & lxxxij. dies ſeptimo menſi tribu-

b l. inter ſocerū. §. cùm inter. de pact. dotal.
c ſ. §. j. & §. et quid ſi tantum.
d l. j. in prin. de uerb. oblig.
e l. ex facto. ſ. de hæred. inſtit.
f l. ſi filius, qui in poteſtate. ſ. co.
g ſ. ea. l. uerſic. ita ſanè. & §. in omnibus. & §. etiam. in fi.
h l. qui teſtamēto. de teſtam.
i arg. l. ſi mater. in fin. de uulg. l. cū in teſtamēto. ſ. tit. iij.
k l. ſi quis ita hęres inſtituatur. ſ. tit. iij.
l l. ſi poſthumus. §. q̄d uulgo. ſ. eo. l ſi emācipatus. ij. de cōtratab.
m §. cæterum. ut cū de appel. in auth.
n ſ. d. l. ſi filius, qui.
o d. §. in omnibus. uerbo, ex aliqua parte.
p l. ſi quis eum. in fin. de uulg.
q ſ. §. forſitan. l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit.
r ſ. §. idem credendum. uerſic. ita ſanè.
s l. cùm in teſtamēto. ff. de. hæred. inſt. & l. ſi mater. §. j. ſ. de uulg.
t l. mulier. in fi. de cond. inſtit. ubi Caſtr.
u l. j. de donat.
x l. iiij. §. libertus. de bo libert.

y l. poſthumus. prius. dixi d. l. ſi tit. j. b in d. uerſ. idem. ſ. tit. j. Alex Iaſ. hîc. z l. ij. ſ. tit. j. l. ſi duobus. §. ſi filius. a d. l. poſthumus. uerſi. idem & circa. Ang. l. filio. ſ. uerſi. ita ſanè. c ſ. ead. l. uerſic. fin.

L. 29.
Gallus.
d l. item ueniūt. §. cū ante, quā. de petit. hæred. l j. §. pro ſecūdo. C. de cad. tol.
e arg. l. nam & ſi ſub. §. poſt defectum. ſ. tit. j.
f ſ. ead. l. § ij §. quid ſi is. §. ſi eius.
g d. l. item ueniunt. § cū ante, quam. arg. d. §. pro ſecūdo. Iaſ. ſ. §. etiam. ij. not.
h l. filius à patre. in princ. ſ. eod.
i §. in omnibus.
k l. j. ſ. hæred. uel act. uend.
l l. 3. in fi. ſ. eo. l. ſi pater filiū. in fi. de uulg.
m l. j. in princ. C. de caduc. tol. uerſic. & cū lex.
n l. j. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de uet. iur.
o d. uerſi. & cū lex.
p l. ſeptimo. de ſtat. homi.

antur [a]: fruſtraque hac in re quæ iure noſtro deciſa eſt, adirētur medici. Sed dubitat Bart. quid
30 † ſi mulier ſtatim mortuo priore viro, nubat, & nono menſe pariat, cuius præſumetur filius, & conſequenter hæres? Concluditque inſpicienda in primis conceptionis ſigna, quę apud Plinium extant [b]: tum ad conſuetudinem mulieris reſpiciendum [c]: demum ad peritos huius artis recurrendum [d]. quam diſtinctionem pleriq; probant: mihi videtur ſat incerta, & eluſoria. Quid enim ſi ſigna conceptionis poſſint vtriq; calui cōuenire? quo modo ea deprændemus, niſi ex mulieris affirmatione? cui Bart. ſtandum negat [e]. quæ
31 † conſuetudo poteſt in hac re perpēdi: quū duorum duntaxat dierum, vel aliàs breuiſsimum interuallum inter mortem & nuptias proponatur: cùm & videamus eaſdem variare, & nunc ſeptimo menſe, nunc nono párere: quod de Veſtilia
I. C. Plinius ſcriptum reliquit. Quid item, ſi primipara hęc ſit? nam quod ſubiicit ſtandum dicto peritorum, ſatis notum eſt, quàm facilè obſtetrices, & medici hac in re fallantur. Videamus tamen nos, quid ij periti iudicare debeant, & hac in re quinq; ſententiis variatum eſt. Aliqui, præſumendum prioris mariti filium exiſtimarunt [f], maximè cùm fauor aliquis hoc ſuadeat [g]. Alij,
II. vt Imol. hîc, & quandoque Bald. ſecundi potiùs, in cuius domo natus is ſit, ideoque in eius iuris quaſi poſſeſsione conſtitutus [h]: & quia imputandum ſit ſecundo, qui nimis properè vxorē duxerit [i]. Addo ego, eius eſſe præſumendum, qui in colendo agro diutiùs perſeuerauerit, maximè ſi fauor teſtamenti hoc ſuadeat, vt quia in teſtamento prioris mariti ſit filius præteritus [k]: vel ſi conſtaret ea ægritudine affectum fuiſſe priorem maritum, vt vxori commiſceri veriſimiliter non potuerit [l]: quod plerique hîc tradunt. Alij, vt
III. Angelus, vtriuſque filium præſumi cenſent: ſicut & quandoq; quis inſolidum ſeruus duorū pręſumitur, quamuis vnius tantùm eſſe poſsit [m]. Vnde conſequens eſt, vt ad vtriuſque ſucceſsionem ſaltē ex æquitate admittatur [n]. quod Azoni placuiſſe refert Albericus [o]. Alij, vt Iacobus Beluiſius, neutrius præſumendū [p], propter ſanguinis
IIII. turbationem [q]: & quia incertitudo operatur, vt ab hæreditate excludendus ſit [r]. Alii, vt nouiſſimè Ruinus & Marius, dandam electionē filio,
V. vt eius ſit cuius eſſe velit, vt interpretatiò in re dubia in partem fauorabiliorem fiat, & quia ſi filius probet matrimonium inter Titium, & matrem ſuam fuiſſe, habet fundatam intentionem, pro qua præſumendū eſt, licet aduerſarij cum aliquo modo obſcurent, matrimonij cum alia quoque probatione [s]. Ego Iacobi Beluiſij ſententiam ſequor, quam Bald. & Ang. quandoq; probauerunt [t], vt
32 † propter incertitudinem neutri ſuccedat. par enim eſt reſpectu vtriuſque mariti præſumptio, & nulla victoria inter pares eſſe poteſt [u]: quæ ſententia in ſimili quæſtione Io. fuit, & Pilei, Oldradi, Bartholomæi Brixiēſis, itemq; Alberici [x]: ij cenſuerunt ſecundum veras iuris regulas hunc excludendum [y], ideoque ſic conſtituendam regulam, & ipſe arbitror quando dubitatur, vtrius mariti ſit filius, tunc ipſe neutri ſuccedet: quæ tamen regula aliquibus caſibus non
l. Limi. pcedit. Primus † eſt: quando hic filius aſsimi
33 laretur primo marito, materque affirmaret eius eſſe, videtur iungendæ huiuſmodi præſumptiones, & ſufficere [z]. Sicq; defendi poteſt prima ſententia. multum † enim tribuendum eſt matris af-
34 firmationi [a], quoties nulla eſt cauſa, quæ probabiliter eam à veritate alienet [b]: & quia ſi teſtimonium de ſignis conceptionis perhibeat, de ea re atteſtabitur, cuius eſt ipſa ſolùm veriſimiliter conſcia [c]. Nam & videmus factum matris in poſſeſſorio nocere filio [d]. cur & quandoq; prodeſſe non debet? Nec me mouet, quòd poſsit decipi: quia præſumptio in caſu dubio inducitur,
A fictio in caſu certo. Vnde ſi hoc admitteremus, omnis præſumptionum tractatus ſubuerteretur: potuit enim contingere contrariū [e]. Minùs mouet, quod Doctores irrideant eum Regis filium, qui matri credidit ſe ex milite ortum, abiurauitque imperium [f]. Reſpondeo, ille filius habebat pro ſe fortiores præſumptiones, quæ ex matrimonio, itémq; ex quaſi poſſeſsione paterni iuris accipiebantur [g]. Vna † autem præſumptio al- 35
teri cedit, imbecillior fortiori [h]. Quod † verò ad 36
B præſumptionē ex ſimilitudine lineamentiſq; paternis provenientem attinet, exiſtimarim eam etiam ſuprà ſcripta aliquantò certiorem eſſe [i], quod ex conſenſu Veterum lib. V. de Placitis philoſophorum Plutarchus tradit. Nam & Phocylides Græcus poeta:

*Non faciunt ſimiles ſtuprata cubilia ratos* [k].

Receptiſsimùmq; eſt vulgari omnium voce parentibus ſimiles eſſe filios: cuius rei rationem libro De ſemine, ſecūdo, Claudius Galenus diffusè
C oſtendit: ſufficit autē præſumptio ex iis, quæ vt plurimùm contingunt, ſumpta [l]. Nec declamatoria themata Quintiliani, quęq; hîc adducit Iaſ. adeò me mouent, vt quotidianę experientiæ pręponenda exiſtimem [m]: maximè cùm in eorū caſu de adulterij ſuſpicione ſubmouenda ageretur: quod faciliùs permittitur [n]. nam & plus affectionis tabula oculis ſubiecta inducit, quàm abſentis mariti cogitatio [o]. Cùm nec veriſimile ſit in ipſa Veneris titillatione de marito cogitaſſe adulte-
D ram, quicquid Butrig. ſe ab amico quodam ſuo comminiſcatur audiſſe [p]. Atqui vix ipſi ego hac in re fidem haberem: tantum abeſt, vt illi amico credam, præſertim philoſophis, medicis, poetis, breuiter cōmuni omnium ſenſu reclamante [q].

Secundus † eſt caſus, cùm filius hic iā primi, vel II.
ſecundi mariti hæreditatem poſsideret, videre- 37
tur hoc poſſeſsionis cōmodum eſſe, vt eius filius præſumatur [r]. quod ego verum arbitror etiam aduerſus agnatum, qui probet ſe defuncto proxi-
E mum. quamuis enim id regulariter ſufficiat [s], tamen in caſu noſtro iſte tanquā filius & in gradu potior præferetur, quod aduerſus Angelū tradit Aret. Lanceloruſque. Rurſus procedere arbitror, etiam ſi hic filius vtriuſq; hæreditatē poſsideat. poterit enim aduerſus agnatū primi excipere, ſe eius eſſe filiū, eodemq; modo aduerſus agnatum
ſecundi: quum † licitum ſit reo, etiā cōtrariis ex- 38
ceptionibus vti [t], & aſſeueratio erga primū nihil oberit reſpectu ſecundi [u], permittiturque ei
F (quod vulgò dicitur) vertere mantellū [x]. quod Aretinus hîc aduerſus Abbatem cenſuit [y], & ego probo: quum potuerit reus aduerſus vnū obtinere, quia ille non probauerit, aduerſus alterum, quia ipſemet filius ſe filium oſtenderit [z]. Hincque conſequens eſt, vt aliud ſit, ſi cùm alteram hæreditatem poſsideret, alterā agendo peteret. nec enim poteſt actor contraria allegare,

vt me-

a d. l. inteſtato. in fin.
b lib. vij. cap. vj.
c l. j. §. j. de uent. inſpic.
d arg. l. nō omnes. §. à barbaris. de re milit.
e l. fin. in fi. de probat.
f arg. l. qui prior. de reg. iur. in vj. glo. l. qui duos. § cū in bello. de reb. dub.
g Bald. l. ſi matre. C. de ſuis & leg.
h arg. l. filium. de iis, qui ſunt ſui.
i arg. l. ij. uerſic. ſi quis tamen. ſi quis caut.
k arg. l. ex facto. §. pen. ad Trebel.
l d. l. filiū. in fi.
m l. duo ſocij. de hæred. inſt.
n arg. l. qui duos. in prin. de reb. du.
o rub. C. de Orph. ubi Alb.
p Iac. l. j. C. quorum bonor.
q l. liberorum. § j de ijs, qui not. infa. ubi Bal. & Ang.
r l. ſi ita fuerit. de reb. dub.
s Bart. l. non ſolū. §. ſed ut probari. de oper. no. nun.
t d. l. liberorum. § j.
u l. cum enim. de ſtip. ſer. l. ſi reus. de duob. reis.
x Pileus conſ. cxxvij. Bartholo. Brix. q. xlvj. Albert. & Oldra l. ſi uicinis. C. de nupt. Bald. & Ang. d. l. liberorum. §. j.
y glo. c. afferte. ubi Con. de præſumpt. Aret. hic.
z arg. l. ſpadonē. §. qui iura. de excuſ. tut.

a l. etiā. de probat.
b d. l. fi. eod. tit. de probat. not. c. officij. extrà de pœn.
c l. quicūq;. ubi Caſtr. de ſer. fugit. not. l. j. §. fin. de uerb. oblig. vbi dixi.
d l. j. §. ſi cui. de uent. inſpic. not. in l. tranſactione matr. C. de trāſact.
e l. miles. §. defuncto. de adult. glo. l. unica. §. accedit. C. de rei ux.
f Doct. d. l. filiū. Cin. d. l. ſi uicinis.
g d. § defuncto. gloſſ. d. c. afferte. de pręſumpt.
h l. diuus. de in integ. reſt.
i l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. de Aedil. edict.
k in l. quæreret aliquis. de uerb. ſign.
l l. neque. C. de probat.
m c. ſi agens. l vj diſt. l. ſuper ſtatu. C de quęſ.
n arg. l. merito. pro ſoc.
o §. fi. Inſt. de grad.
p l. ſi C. de Carb. edi. in ij lect. Iac. Butrig.
q Matt. Silman. in d. l. fi. Alberi. in d. l. ſi uicinis. Iac. Beluiſ. d. l. j.
r §. commodū. Inſtit. de interdic. gloſ. & Doct. d. c. afferte.
s Alex. l. is poteſt. de acquir. hæred.
t l. nemo. de except.
u l. ſi duo patroni. in princ. de iureiur.
x l. Papinianus. C. eo.
y Abb. §. ſed nec impuberis. ubi gloſ. de inoff. teſta. l. contra maiores. d. c. afferte.
z Bart. l. Iulianus uerū. de condict. indeb. j. opp.



vt meritò idem quoq; dicendum ſit, ſi neutrā poſ-
III. ſideret [a]. Tertiùs † eſt caſus, vt in re planè dubia
39 ceſſantibuſq; ſuprà ſcriptis cōiecturis ſit electio filij, vtriùs hæreditatem habere velit [b]. quam ſententiam ſecundum regulas iuris non procedere certum eſt, ſecundū æquitatem verò defendi poſſe Azo cēſuit. Oldradus tn̄ negauit [c]. Ego amplius deliberandum cenſeo. Quartus eſt caſus,
IIII. quando aliquæ coniecturæ probabiles indicarent, cuius potiſsimùm hic eſſet: qualis eſt illa, quæ ad ſigna cōceptionis pertinet: de qua re Ariſtotel. lib. vij. de Animal. & Plin. lib. vij. cap. vj. Sunt & qui ſeptimeſtres partus, tanquam imbecilliores à tardioribus diſcernant [d]. Sunt qui nō ſeptimo, ſed nono mēſe eum natum potiùs præſumant. Frequentiùs enim id contingit: quo caſu Bartoli ſententia obſeruanda eſt. Status enim hic omnino coniecturalis eſt. Addit Salomonius poſſe etiam ex centiloquio Ptolemęi lib. j. ab Aſtrologis rem diſcerni: quod ego tamen facilè nō
40 probarim, qui ſciam iure noſtro † ἀποτελέσματα iſta, hoc eſt conſtitutiones fatales, prorſus reiici [e].

a l. j. C. de furt.
b d. l. qui duos. d. l. inteſta. in fi.
c Oldra. et Abb. d. l. ſi uicinis Pil. q. cxxxj.
d Aret. & Dec. hic.
e C. de malefi. et mathe.

## LEX XXIX.
### SCAEVOLA LIB. VI.

*L. Gallus. expoſitio altera.*

## LEX XXIX.

1 *Iudex errans in lege difficili, pœna mitiori afficitur. 3.*
2 *Ignorantia in delictis non præſtat excuſationem.*
4 *Imprudentia conſtituit in culpa.*
5 *Subſtitutus dicitur inſtitutus, ſi ſubiecta ferat materia: aliàs contrà. 9.*
10 *Dictio Tunc, extremitatis nota.*
11 *Nepos ante x. menſem natus, ſtatim fit hæres.*
14 *Nepotum appellatio neptes non complectitur.*
15 *Ex Galli prouiſione inducitur in nouum.*
16 *Gallus vixit tempore Ciceronis.*
18 *Formulæ Galli introductæ cauſa, æquitas.*
19 *Nepos natus in poteſtate, vocatur poſthumus ſuus.*
20 *Lex Gallus. intelligenda de poſthumo ſuo.*
24 *Poſthumus alienus non inſtituitur. 27.*
25 *Verbum Placet, iuris noui introducti nota.*
26 *Poſthumi ſui explicatio.*
28 *Verbum Poſſe, interdum neceſſitatis ſignificatiuum.*
30 *Conditionalis donatio impropriè donationis nomē habet.*
31 *Legitimus hæres eſt, qui ex lege noua, vel S. C. ad ſucceſſionem vocatur.*
33 *Subſtituti pupillaris & vulgaris differentiæ.*
37 *Inſtitutio nepotis filio præterito, interdum valet.*
38 *Auctoritas diſpoſitionis Galli, & origo materiæ caducitatis. 39. 40.*
41 *Teſtamentum interdum non roboratur à ſubſtitutione.*
42 *Poſthumorum ſpecies: &, quis eorum propriè hoc nomen teneat. 44, 45, 46.*
47 *Donatio impropriè venditio.*
49 *Maioriate rationis ſuadente, ſtatutū extēditur ad poſthumum extraneum.*
53 *Continuationes rubricarum & legum neceſſariæ.*
54 *Scæuola Galli interpres, non corrector.*
55 *Iunioribus ob varias cauſas præferēdi ſenes: interdum cōtra.*
56 *In difficilibus cernitur perſpicacitas.*
60 *Maſculinum etiam legatis concipit fœmininum.*
62 *Extenſio in lege iuris antiqui limitatoria, non permiſſa.*
63 *Apta pariendo tempora quæ ſint.*
65 *Sortis diiudicatio extra caſus expreſſos nō extendibilis.*
67 *Proviſio Galli quo ad inſtitutionē poſthumorum, ad exhæredationem non porrigitur.*



GALLVS [a], ¶ Iſtam legem omnes exclamant eſſe difficilem: & † ideo iudex qui in ea erraret, mitiùs deberet puniri, ſecundum gl. notab. Inſtit. de oblig. quę ex quaſi delict. in princi. quam & refert & ſequitur Lācel. Decius hîc: Sed ego de ea multùm dubito: quia

L. 29. Gallus.
a
1

*Quæſtionum.*

GALLVS *a*

A quando quis eſt iudex, videtur fateri ſe optimè poſſe legum difficultates diſſoluere, vt per Ioan. Fab. Inſt. qui, & ex quib. cauſ. §. fi. quem ſequitur Ang. ibi. vnde tenetur de imprudentia, l. fi. ff. de var. & extraord. cognit. & ideo ſi erret etiam in difficilibus, cùm ea ſe ſcire profiteatur, debet æqualiter teneri: facit l. ij. & quod ibi not. ff. quod quiſque iur. Item pro hac opin. & ſecundò, facit, quia ita punitur medicus, ſi per imperitiam diffi-
B cilia medicamenta non dedit, ſicut ſi nō dediſſet facilia. hoc probatur in l. illicitas. §. ſicuti. ff. de offic. præſi. Tertiò poteſt adduci, quia † in deli- 2
ctis non habetur ratio ignorantiæ, vt eſt tex. in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. ff. ad leg. Aquil. vbi ſeruus, qui promiſit cuſtodire fornacē, ſi permittat ignem euagari, tam punitur dormiens, & ſic ignorans, quàm ſi ſciuiſſet. ex eo enim quòd onus cuſtodiendi ſuſcepit, ſi non cuſtodiat, quoquo modo dicitur in dolo, & punitur. Quartò
C facit: nam valet argumentum de re ad perſonam. Sed ſi quis furetur parum, ita peccat, ac ſi furaretur multum, vt eſt tex. & ibi gl. xiiij. q. 6. c. fi. ergo ita debet puniri, qui ignorat id quod ſcire debet, ac ſi ſciens deliquiſſet. Quintò: qui non facit id, quod debet, tenetur de dolo, l. ſi procurator. §. fi. ff. mand. Sed iudex profitet̃ ſe ſcire leges, arg. l. magiſtros. de profeſ. & medi. lib. x. & ideo tenetur etiam in difficilibus: quia ſi in iis erret, puni-
tur de dolo. facit, quia † dolus in iudice negligen- 3
D te in dubio præſumit̃, vt not. Rim. Ferr. in l. pen. C. de pact. Item facit, quia leges indiſtinctè loquuntur. Opin. tamen gloſ. videtur ſuſtentabilior: nam prædicta procedunt in eo, qui ex volūtate ſuſcepit officium, veluti in fornacatore, in medico, & in ſimilibus: nos in eo, qui ex neceſsitate agit, cui ſolet plus ſuccurri, l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog. not. gloſ. in l. illicitas. §. præſes. ff. de offic. præſ. iudex enim ex neceſsitate iudicat, l. numus. §. iudicandi quoq;. ff. de mu-
E ne. & hono. Ad illud cum dicitur, quòd tenetur de imprudentia, fateor in difficilibus: quia † im-
prudentia præſupponit culpam, Inſtit. ad leg. A- 4
quil. §. imperitia. in facilibus verò præſumit̃ dolus, & ſic procedit dictū Mod. Ferr. in d. l. fin. Sed quis plus punitur de dolo, quàm de lata culpa? dic, vt not. in l. quod Nerua. ff. depoſ. ergo, &c. & in d. §. imperitia. videtur caſus pro opin. glo. iuncta l. medicos. C. de profeſ. lib. x. Ad alias leges poſſet etiam aliter reſponderi. nam quamuis di-
F catur, etiam ignorantem puniri, non tamen euidenter concludūt, quòd eadem pœna afficiatur, qua ſciens: maximè cùm regula ſit, in pœnis plus faueri ignorāti, quàm ſcienti, vt probatur c. ſcienti. de reg. iur. lib. vj. facit glo. no. ſuper verbo, neſcit. §. ſimiliter. Inſti. de excuſ. tut. ¶ Doctores pluribus modis iſtam legem diuidunt: tamen videt̃ in quatuor partes debere potiùs diuidi. In prima ponit conſilium Galli: in ſecunda, ſuppletiones Scęuolæ: in tertia ponitur prouiſio legis Velleiæ: in quarta & vltima prouiſio Iulian. in caſu

indifficili. Partes ſatis per ſe ipſas patent: non enim in his eſt immorandum: cùm penè nullius aut ſaltem modicæ vtilitatis ſint. Diuiſio enim ingenioſis parum confert, quamuis rudibus non admodum ſit inutilis: & hoc modo debet intelligi glo.in §. igitur. in verbo, eaſdẽ. in proœmio Inſtit. & probatur Inſtit. de legat. in §. ſed non vſq;. in verſ. ſed ne in primis. Quærũt hîc Doctores, an leges debeant continuari? dicam ĩ.in gl. poſthumos.

ſic poſſe inſtitui [a] poſthumos nepotes induxit [b]: SI FILIVS MEVS, VIVO ME, MORIE-

A TVR: TVNC SI QVIS [c] MIHI EX EO NEPOS, SIVE QAÆ NEPTIS [d] POST MOR-

a ¶ Nota primò quòd† ſubſtitutus poteſt dici inſtitutus. nam
Notab. I. nepos hîc ſecundum cõmunem opin. fuit ſubſti-
5 tutus filio, & tamen tex. dicit eum inſtitutũ. Pro hoc facit, quia poteſt teſtamentũ vires adſumere à ſubſtitutione, vt eſt tex. in l. iij. in fi. ſ. eod. not. in l. mulier. §. fin. de condi. inſtit. Intelligendum tamen, vt per Bar. in l. j. in iiij. quæſt. in ij. effectu, ĩ. de vulg. & pup. & hæc faciunt ad ſtatutum loquens de inſtituto, vt habeat locum in ſubſtituto: quod fortè limitandum eſt, niſi in ſtatuto di-
6 catur, ipſe inſtitutus: tale† enim pronomen facit
7 diſpoſitionem perſonaliſſimam. vnde† diſpoſitio loquens in hærede, non extenditur ad hæredem hæredis. ita conſuluit Bal. in conſil. ccciiij. incip. nobilis vir dominus Gulielmus. in ij. vol. quod dictum refert Iaſ. in l. filiusfamiliâs. §. diui. ĩ. de leg. j. de cuius dicto ego tamen multùm dubito, per tex. in l. pen. ff. de preca. & l. illud. ff. de minor. & per text. in §. fin. in auth. vt defunct. ſeu funer. iuncto eo, quòd delegatus principis ſubdelegat, vt notatur l. & quia. ff. de iuriſdict. omnium iudic. in l. à iudice. C. de iudic. & vide Iaſ. in l. j. §. adipiſcimur. de acqui. poſſ. Pro ſuprà dicta concluſione facit, quia hæres hæredis etiam propriè eſt hæres teſtatoris, vt latè tradunt Mod. in l. ſi quis filiũ. §. fin. ĩ. de acqui. hæred. vnde compræhenditur ſub inſtituto, vt per Barr. quem ipſi non allegant, l. poſtulante. ĩ. ad Treb. in princ. Si ergo hæres hæredis, qui non venit ex iudicio teſtatoris, dicitur propriè hæres, videtur pariformiter dicendum, quòd ſubſtitutus qui venit ex eius iudicio, dicatur propriè inſtitutus. de quo vide Soci. in l. j. de vulg. & pup. & illud credo habere locum etiam in ſubſtituto fideicõmiſſariè, vt in effectu dicatur inſtitutus: eſt tex. in l. quidã relegatus. §. fi. ĩ. de reb. dub. Cõtra hoc tamẽ opp. de l. j. in prin. ĩ. de vulg. & pup. vbi dictio Aut, po-
8 nitur inter inſtitutum & ſubſtitutum, quę† dictio ſolet locari inter diuerſa, vt no. Bar. in l. ſi is, qui ducẽta. §. vtrùm. ĩ. de reb. du. Sed reſpõde, q̃ ſunt diuerſa in hoc, quia omnis inſtitutus non dicitur ſubſtitutus, quamuis è conuerſo ſic. Eſt verũ,
9 quòd† in dubio videtur dicendum, quòd appellatione inſtituti non veniat ſubſtitutus, niſi ſubiecta materia id patiatur. ſunt enim diuerſa, vt etiã not. per glo. in rubr. Inſt. de vulg. ſubſtit. quia (vt à proprietate verbi non diſcedamus) ego puto, quòd in caſu noſtræ legis nepos eſſet inſtitutus, & ſic in primo gradu, nõ autem ſubſtitutus, vt ĩ. dicetur.[c]
II. ¶ Secũdò not. ex tex. ibi, *tunc ſi quis.* Not. quòd† dictio Tũc, importat extremitatem,
c ſeu finem actus. idem not. in l. lecta. ff. ſi cert. pet.
10 in l. in ſubſtitutione. in fin. ĩ. de vulg. & pup. Sed
11 nouiter quæro, an† ſi filius moriatur, viuo patre, deinde pater decedat, & nepos à ſexto mẽſe, putà mortis paternę naſcatur, vtrùm erit ſtatim hęres an debeat expectare decem menſes? quilibet diceret, eum ſtatim eſſe hæredem. Contrariũ† tamen videtur probare tex. in l. iiij. in §. fi. ĩ. de cõdi. & demon. vbi ſi legatum ſit Seio hac cõditione, vt ſi infra quinquẽniũ proximum Titio natus filius non ſit, tunc x. Seio dare hæres debeat. & dicit tex. quòd ſi Titius moriat̃ intra quinquẽnium, hæres non tenebitur dare, niſi demum completo quinquennio: & hoc propter dictionem Tunc. idem probatur in d. l. in ſubſtitutione. 12 Potes dicere reſpondendo, q̃ dictio Tunc, ibi appoſita fuit dictioni Quinquenniũ, & ideo denotat extremum illius actus:
B in noſtro tex. dictio Tunc, nõ eſt appoſita dictioni Decem menſes, ſed dictioni Morietur, cuius extremum denotat. dic, ibi legat̃ per dictionem In, hîc per dictionẽ Infra. vnde puto, quòd ſi Gallus dixiſſet hoc modo, *Si filius viuo me morietur, Si quis mihi ex eo nepos, etc. poſt mortem meam in x. menſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus erit, tunc hæredes ſunto.* quod haberẽt locum ſuprà dicta, per dictas leges. Cogita tamen.[d] d
III. ¶ Tertiò not. quòd †quamuis appellatione fratrum cõtineantur ſo- 13
C rores, vt eſt text. in l. Lucius Titius. §. quæſitũ. ff. 14 de leg. iij. appellatione† tamen nepotis non cõtinetur neptis. ita videtur probare iſte tex. aliàs verba Neptis, & Natáue erit, eſſent ſuperflua. quod eſſet contra §. quibus. in proœmio Cod. & l. ſi quando. §. de le. j. Pro ſolutione potes dicere. quòd imò appellatione Nepotis, cõtinetur etiã neptis, vt probatur in l. j. ff. de verb. ſig. & l. qui duos. & l. ſeruis legatis. contra de lega. iij. cum ſimilib. Sed poſita ſunt verba hæc cauſa maioris
D declarationis: facit l. non ſolent. ff. de reg. iur. Ad §. quibus. reſponde, quòd loquitur de ſuperfluis, quæ dubietatem incutiunt, non de his, quę ſunt ad declarationem. Præterea in iure eſt reperire multa ſuperflua, vt dixi in l. vbi pactũ. C. de trãſact. Diſputando tamen teneo contra cõmunem. dic, quòd appellatione nepotis, non continetur neptis: quia lex prohibet iſta: facit in ſimili, l. iubemus in fi. C. ad Trebel. Vel meliùs dic, vt dixi in §. inſtituẽs. ĩ. eo.[b] b
IV. ¶ Quartò not. ſecundũ So-
E ci. hîc ex verbo *induxit*, quòd † diſpoſitio Galli fuit noua prouiſio: & ſic noui iuris inductiua, nõ 15 autem antiqui iuris limitatiua. Sed cõtrà facit, quòd potiùs ſit declaratiua iuris antiqui, ſcilicet l. in tempus. ff. de hær. inſti. Imò tenendo cõmunem, reſponde, quòd lex hîc reſiſtit initio, vt hîc per Mod. Senen. Veritas eſt, & magis communis ſolutio, quòd diſpoſitio dictæ l. in tempus. non habebat locum tempore Galli. & hanc tenent Mod. hîc, & ante eos Cato Sacchus. Iſtud ſuade-
F tur noua ratione: nam † iſte Gallus fuit tempore 16 Ciceronis, & orantẽ Ciceronem iudex audiuit, vt in Topicis etiã refert ipſe Cicero. erat enĩ illi familiaris: ſed d. l. in tempus. fuit facta à Modeſtino, qui fuit tẽpore Vlpiani, vt probatur in l. ſi qs vxori. §. ſi quis aſinum. ff. de fur. qui † Vlp. floruit 17 tẽpore Alexãdri, & fuit acceſſor Papiniani: vnde cõputatione ex Chronicis facta, iſte Modeſtinus fuit Gallo poſterior plus cc. annis. Vlpiani mentionẽ etiam facit Modeſtinus in l. idẽ Vlpianus. & in l. ſcire oportet. in §. aliud enim. ſ. de excuſ. tut.



tut. vbi appellat eum coryphęum, ideſt verticem legum. pro hoc etiã facit ratio, quam aſsignat Soci. hîc: quia diſpoſitio Galli hîc procedit etiã de mero rigore: ſed diſpoſitio legis, in tempus. habet locum etiã de æquitate, vt expreſsè dicit ibi text. & hanc puto veritatem. Diſputãdo tamen poſſet teneri contrarium. Primò, non obſtat verbum Inducere, quia ſignificat etiã

TEM MEAM IN DECEM MENSIBVS PROXIMIS, QVIBVS FILIVS

A MEVS MORERETVR, NATVS NATAVE ERIT, HÆREDES SVNTO.

extendere. Vnde apud Plinium ductile ferrum dicitur illud, quod extẽdi poteſt. & apud Claud. in j. de raptu Proſerpinæ, quia ſeriem fatorũ pollice ducunt, id eſt extendunt. Item apud Vergilium Ductor ferreus, & alibi pluries. Ad ſecundum poteſt reſponderi, quòd Modeſtinus ibi illud non de nouo inducit, ſed ex aliis ſumptum affert. Iſtud probatur, quia vtitur verbo Eſt, quod etiam ita fuiſſe in præterito ſignificat, l. verbum, erit. in fi. ff. de verb. ſign. nam ſi ipſa iſtud induxiſſet, vſus fuiſſet verbo Puto, vel Credo, vt ĩ. ead. l. §. idem credendum. Ad fundamentum Socin. reſpõde, quòd imò iſtud eſt de ęquitate. nam cùm
18 obſtet regula §. poſthumo. Inſt. de leg. tamẽ† Gallus iſtud induxit ex æquitate, ne teſtamenta agnatione poſthumi rumpantur. Et ſi dicas, quòd imò etiam de rigore debuit iſta procedere: quia aliàs ſequeretur, quòd teſtamenta etiam inuito teſtatore, rumperentur: reſpondeo, quòd lex nõ conſiderat, quòd filius moriatur ante patrem, & ſic nepos ſuccedat: eſt enim contra ius naturæ, l. ſcripto. in fi. ff. vnde lib. no. per gl. in l. Iulianus. l. fi. ff. ſi quis om. cauſa. teſta. tangit Soci. hîc, & circa d. l. in tempus. dicemus ĩ. non eſt tamen diſcedendum à communi.
V. ¶ Quintò not. & hæc ſunt præmittenda ad euidentiam, ſecundũ Alexand.
19 quòd † poſthumus ex filio, qui naſcitur ſuus, dicitur poſthumus alienus. hoc probatur ex iſto tex. iuncta l. penultima, ĩ. de legat. j. ſed cõtra hoc adducitur tex. Inſt. de lega. §. poſthumo quoque. qui dicit, quòd ille, qui eſt natus ex filio emancipato, dicitur poſthumus alienus: ille verò qui eſt futurus inter ſuos, dicitur ſuus. Pro ſolutione huius contrarij Socin. conſiderat duos caſus: aut cauſam teſtati, & tunc talis poſthumus dicitur alienus: aut cauſam inteſtati, & dicitur ſuus. ita procedit d. §. poſthumo quoq;. declarando ſubtiliter, vt hîc per eum. Ego indiſtinctè teneo, q̃ in noſtro tex. iſte nepos dicatur poſthumus ſuus. Primò per d. §. poſthum. quoq;. nam etiam inibi conſideramus cauſam teſtati, & tamen nepos naſciturus in poteſtate dicitur ſuus. & quòd cõſideretur cauſa teſtati, probatur, quia loquitur quando teſtator legat: & ſic, quando teſtatus eſt. legata enim regulariter non debentur, niſi ex teſtamento, vt no. in l. eam, quam. C. de fideicom. Non obſtat, quòd in cauſa teſtati conſiderentur tria tempora, l. ſi alienum. §. in extraneis. ĩ. de hæred. inſti. quia reſpondeo, quòd iſtud eſt verum in extraneis, non in ſuis, vt probatur etiam in §. in extraneis hæredibus. Inſt. de hæred. qual. & differen. Prætereà cur debent potiùs dici alieni, conſiderato teſtamento, quàm ſui, conſiderata morte: quod tempus etiam eſt in cõſideratione, §. nunc de lege. ĩ. eo. & l. eius ſeruum. ĩ. de hæred.
20 inſt. & l. pen. in princ. C. eo. Præterea † quòd iſta lex loquatur in poſthumo ſuo, probatur euidenter in d. l. penul. ff. de lega. j. nam in principio referens conſilium Galli loquitur in ſuo: nam deinde dicit idẽ in alieno quoq; poſthumo etiam. L. 29. Gallus.
& ſic probat, quòd ſuperiùs loquitur in ſuo: nam
21 † dictio Quoque, diuerſificat aliqualiter caſus, vt per gl. in l. qui legatorum. §. fin. ff. pro hæred. faciunt notata in l. repetendis. ĩ. de leg. iij. & ſic, ſecundum hunc intellect. debet eſſe pũctus poſt dictionem ſentẽtia Galli, & ſic habet meus liber. Si verò vis tenere intellectum Socini, debet eſſe punctus poſt dictionem In fideicõmiſſis, vt tenendo etiam hunc intellectum Soci. Tenendo meam opin. potes reſpondere, quòd Gallus locutus eſt in poſthumo ſuo tantùm: ſed ex identitate rationis Iuriſcõſultus extendit ad alienum. facit, quia dictio Quoque, poſita in illo
B tex. eſt ampliatiua. facit, quod not. Aret. in l. lex Cornelia. ĩ. de vulg. & pupil. facit etiam pro hac parte, quia ad hoc vt quis dicatur ſuus, non tam conſideratur ſucceſsio, quàm quòd naſciturus ſit in poteſtate, vt eſt text. Inſtit. de hæred. qual. & differ. in §. cæteri. Tertiò facit tex. Inſtit. de bon. poſſ. in princ. vbi de iure ciuili alienus poſthumus non poterat inſtitui hæres: & tamen iſtud eſſet falſum, intelligendo hũc tex. in alieno poſthumo: ergo debet intelligi de ſuo: & ſic hæc opi.
C eſt ſuſtentabilis. ¶ Subſequenter† quærit hîc A- 22 lex. an ante Gallũ poſſet ſeruus alieni poſthumi hæres inſtitui? & dicit, q̃ videtur caſus in l. eius ſeruum. ĩ. de hæred. inſt. & eſt ſimilis tex. in §. ſeruus autem. el ij. Inſt. eod. & hunc intellectum tenent. gloſſ. Bart. Angel. & Imola. Do. Alex. tenet
23 contrarium: mouetur, quia† capacitas ſerui conſideratur à domino, l. non minus. §. j. ff. de hæred. inſtit. ſed eo tempore poſthumus nõ erat capax: ergo, &c. Sed potes reſpondere ad fundamen-
D tum Alex. vt not. p̃ Bar. in l. Labeo. ff. de vſucap. Ad fundamentum Bar. in l. ſi ſeruus eius. ĩ. de acquir. hæred. reſponde, quòd diuinat. Ego puto opin. Alexand. veram. Ad l. eius reſpondeo, quod facta fuit poſt Gallum: & ideò debet intelligi de iure, cuius tempore facta fuit: ſicut in ſimili dicũt Doctores de l. in tempus. de hęred. inſt. Glo. in d. §. ſeruus autem. el ij. aſsignat rationem: quia cùm agatur de commodo poſthumi, debet haberi p̃ nato, l. qui in vtero. ff. de ſta. hom. Sed iſta ratio
E ante Gallum non erat ſufficiẽs: quia hac eadem ratione potuiſſet poſthumus inſtitui. quod tamẽ eſt falſum, d. §. poſthumo quoq;. facit, quia etiam ſeruus hæreditatis, hæreditate iacente, poteſt inſtitui, & tamen ceſſant rationes huiuſmodi fauoris. quare melior eſt ratio: quia interim ſuccedit quoddam ius, per quod ſuſtinentur tales inſtitutiones, & lex fingit poſthumũ natum, ſicut hereditatem aditam. notat Bar. in rub. ĩ. de acquir. hę-
24 red. Rationes aũt, quare † poſthumus alienus nõ
F poſsit inſtitui, duæ in effectu aſsignantur: prima eſt Raph. Com. ſecunda eſt Imol. Alex. neutram tenet. dicebat Raph. eſſe rationem, quia incertæ perſonæ nil poterat relinqui, §. incertis. Inſtit. de lega. & hæc ratio colligitur ex text. d. §. poſthumo quoque. iuncto eo, quòd dictio Quoq;, eſt dictio deductiua, & quę pendet ex ſuperioribus, vt ſuprà dixi. & hanc rationem tenet Soci. Paul. de Caſt. hîc adſignat contrarium: quia per natiuitatem veniebat perſona poſthumi certificanda. igitur non debet incertitudo vitiare. Sed ad hoc reſpon-

ſpondit Alexan.quod in d.§. incertis. iſtud non
ſufficiebat:& ſic videtur velle, quòd eo tempore
diſpoſitio l.in tempus.ĵ.de hæred.inſtit.non ha-
beret locum. Domini, ego ſuprà tenui contra-
rium: quare ſuſtinendo opin. Alexand. & etiam
meam, debemus ſcire, quòd eſt quædã parua du-
bietas, quę de facili poſſet euenire:& in illa pro-
cedit d.l.in tempus.nam quòd non capax, fiat ca
pax, iſtud facilè poteſt euenire,l.j.C.de ſentent.
paſſ.maximè, cùm, inſpecto iure naturali, ſit ca-
pax:Bart.in l.quidã ſunt ſerui pœnæ. ff. de pœn.
& eſt text.in l.eum,qui.ff.de interd.& releg.Sed
quòd poſthumus naſcatur, difficulter accidit: &
ideo eſt maior incertitudo, incertũ an naſcatur,
incertum quot naſcantur, & incertum tempus.
præterea poterit accidere, quòd mater eum non
pariet, vel quòd pariet mortuũ, ſecundum l.quę-
ret.ff. de verb. ſign. vel poſſunt intercedere alia
plura, cùm humanæ ſortes multæ ſint,l.fin.C. de
præſcrip.xxx.anno.& ideo maxima incertitudo
non compręhẽditur in d.l.in tempus.& eſt text.
l.intercidit.de cond.& demon.pro hoc facit d.§.
incertis.ſ.in verſic.ſub certa. ibi enim illud tole-
ratur:quia ratio, parua incertitudo. & ſolutionẽ
Raph. tenet etiã Cato Sacchus hîc. pro qua opi.
adducit Cato, & poſt eum do.Alexan.l.id, quod
pauperibus.C.de epiſ.& cler.arguendo à ſpecia-
li.Sed certè ille text. nil facit:quia imò dicuntur
certæ perſonæ inſtitutæ, nec tale legatum poſſet
euaneſcere, quod tamen eſt in noſtro caſu. Qua-
re Alex.aliter impugnat rationem Raph. ſcilicet
quòd ſi ea eſſet vera, ſequeretur, quòd etiam ſuus
poſthumus non poſſet inſtitui. quod tamen eſt
falſum, vt tenet hîc Raph. & communiter Doct.
in l.placet.& l.ſeq.ſ. eod. Sed ad hoc reſpondet
Socin.quòd imò eſt diuerſa ratio: nam quamuis
etiam in eo ſit incertitudo, tamen eſt poſtea alia
ratio, quæ inducit cauſam differentiæ.nam poſt-
humo ſuo hæreditas eſt delata,l.cùm ratio.ff. de
bon.dam.Item neceſsitatur pater inſtituere, vel
exhæredare,l.inter cætera.ĵ.eod.nec cogitat pa-
ter filium præmori ſibi, l.Iulianus in fin.ĵ. ſi quis
omiſ.cauſa teſt. Sed ad iſtam reſponſionem po-
tes replicare, quòd idem eſt in nepote, qui naſci-
tur, mortuo filio, cùm ſuccedat in locum filij, &
ſic hæreditas ſit illi delata,§.ſui.Inſtit. de hæred.
qual.& differ.item quòd filius pręmoriatur.imò
eſt in conſideratione, vt probatur hac l.& l. nam
& ſi parentibus.ſ.de inoff.teſt.cum gloſ. Quare
potes & ſecundò reſpondere, quòd in noſtro ca-
ſu ſunt duę incertitudines, ſcilicet ſi filius moria
tur, & ſi nepos poſthumus naſcetur:in alio verò
caſu non eſt niſi vna, ſi nepos naſcet̃:& ideo mi-
nor incertitudo potius toleratur:nam aliàs faci-
liùs res permittitur ſub vna cõditione, quàm ſub
duabus.ſicut & aliquando è conuerſo, vt eſt tex.
not.in l.diuus Claudius.§.fin.ff.de falſ. Tertio
modo potes reſpondere, negando quòd poſthu-
mus ſuus poſsit inſtitui de iure veteri.& hãc par-
tem tenet hîc acutiſsimus doctor Cato Sacchus.
Non obſtant leges contrariæ:quia loquuntur de
iure, quod eſt inductum poſt Gallũ.Illa enim l.
placet.eſt l.Vlpiani, q̃ fuit poſterior Gallo, vt pa-
tet ex titulo ff.de dolo mal.ſuper quo ſcripſit Vl-
pianus,& tamen edictum à Gallo factũ fuit.nam
ex quo Gallus iſtud induxit in poſthumo, qui
(tenendo cõmunem opinionem) eſt alienus, tan
tò magis videt̃ iſtud induxiſſe in poſthumo ſuo,
arg.l.quo minùs ff. de flum. cum ibi not. Et pro
hoc facit §.quid ſi is.& quod ibi dicam,ĵ. ea.l. &

hoc tenet etiam do. Cato in d.l. placet. pro quo
facit:quia ſi inſtitutio poſthumi ſui fuiſſet per-
miſſa à lege XII.Tab. tex.nõ dixiſſet Placet:qđ
†eſt verbum in dubio noui iuris inductiuũ. facit 25
gl.in §. nam & furtiuæ. Inſt. de vſucap. Item fa-
cit:quia Doctores cõmuniter tenent, quòd con-
ſilium Galli ſit noui iuris inductiuum, vt ſ. dixi
poſt Socin.in ij.not.& tamen ſi hoc non eſſet ve-
rum, ſed potiùs eſſet extenſiuum. Tertiò facit:
A quia ſi hoc verũ eſſet, non erat opus conſilio Gal
li.nã omnis diſpoſitio loquens in filio, habet lo-
cum etiã in nepote, niſi expreſsè lex prohibeat,
vt not.Bald.in l.iubemus.§. fin.C. ad Treb. facit
l.liberorũ.ff. de verb.ſign. maximè cùm eadẽ ra-
tio ſit in nepote, vt ſuprà dixi:& ſic ſuccedũt not.
per Bar.in l.ſi conſtante.ſ.ſol.mat.per glo. in l.il
lud in fin.C.de ſacroſan.eccleſ. Contra hanc cõ-
cluſionem obſtat etiam l. qui in vtero. ff.de ſtat.
hom.Sed reſponde, quòd iſtud nõ eſt ſatis, vt ſu-
B prà dixi:& ſic illa regula non habebat locum ex
lege XII.Tab.Præterea quandoq; non eſt com-
modũ poſthumi, quòd inſtituatur: quia poterit
accidere, quòd teſtator fecit multa legata, quę co
getur poſthumus inſtitutus ſoluere.quod non eſ
ſet, ſi eſſet præteritus,l.j.C.eod. Item obſtat d. §.
poſthumo quoque. qui ſine myſterio non facit
mentionẽ de ſolo poſthumo alieno: ergo in ſuo
ſecùs: & ſic poterat inſtitui,l.cùm pretor.ff. de iu
dic.facit l.cõmodiſsimè.ſ.eod.cum ſimilib. Sed
C reſponde tenendo, q̃ † poſthumus ſuus dicitur 26
ille, qui eſt in poteſtate, & qui tempore natiuita-
tis futurus erat ſuus, non cõſiderato tempore te-
ſtamenti, vt ſuprà dixi: poſthumus verò alienus
dicitur ille, qui cõſiderato tẽpore natiuitatis erat
in aliena poteſtate, nec erat ſuus, vt patet in exẽ-
plo, quod adfert text.in d. §. poſthumo quoque.
modò ſecundũ hæc poſthumo ſuo tenetur teſta-
tor aliquid relinquere iure inſtitutionis, ne præ-
teritus agnatione teſtamentum rumpat: & ideo
D cùm teneatur teſtator eũ inſtituere, rariùs illi le-
gat:in poſthumo alieno eſt ſecùs:& ideo frequẽ
tius accidit, q̃ illi legatur. Vnde ſuccedit regula
not.quam refert glo.in auth.caſſa.C.de ſacr.ſan.
eccle.quòd quoties lex exprimit vnũ caſum ra-
tione frequentioris vſus, non per hoc videtur a-
lios excludere, in quibus eſt par ratio, vt in no-
ſtro caſu.& hanc regulam pro limitatione adfert
etiam Decius in d.l.cùm prætor. Secunda ratio
fuit Ioan.de imo.ſcilicet quòd †ideo poſthumus 27
E alienus non poterat inſtitui, propter rationem
ſiniſtræ opinionis, quæ concipi poterat penes
quoſdam qui videbant inſtitui naſciturũ ex vxo
re aliena, ex eo quia adfectio poſthumi nõ pote-
rat propriè conſiderari, cùm in ignotum non ca-
dat adfectio.allegat,l.Titius.ff.de ſuis & leg.Ale
xan.iſtam impugnat, quia habet locũ in ſuo.Sed
ego ſuprà tenui etiam ſuũ de iure veteri nõ poſſe
inſtitui:& ideo ceſſat fundamentum Alex. Ego
tamen puto rationẽ Imo.eſſe falſam, nã quod di-
F cit, etiam propter ſiniſtram opinionẽ, iſtud non
conſideratur:nam eſt etiam ſiniſtra opinio, quòd
extraneus inſtituatur, & tamẽ poteſt:Inſt.de hæ-
red.qual.& differ.§.in hæredibus. Item poſſunt
inſtitui etiam hi, qui ſunt penitùs incogniti te-
ſtatori,§.fin.Inſtit.de hæred.inſtit. nam ad inſti-
tutionem nõ conſideratur affectio.Præterea poſ
ſet dici, quod imò ſit magna adfectio ex ſpe, q̃ o-
riatur, cùm aui plus diligant nepotes, quàm ipſi
patres,l.liberorũ.§.fi.ff.de verb. ſign. facit ratio,
quam ibi aſsignat gloſ.Nec obſt.d.l.Titius.quia
loquitur



loquitur in eo, qui nondũ conceptus erat tempo
re mortis aui.Vnde ſi eſſet conceptus, probat no-
ſtram opin.vt probatur in l.ſeq. Præterea exhæ-
redatio patris tollit pręſumptionem adfectionis
in filio, vt ibi facit in arg.l.filio, quem pater. cum
ibi not.ſ.eod.& ſic videtur mihi, quòd nulla me-
lior ratio poſsit aſsignari, quã ratio Raph. Cum.
Alia not.vide hîc per Alexan.& Socin.
¶ In glo.in verbo *Poſſe*:dum ſubdit, *& neceſſe eſt*,
28 nota, q̃ † verbum Poſſe, aliquando denotat neceſ
ſitatem, ſicut è contrario verbum Neceſſe, deno-
tat poſsibilitatẽ. vnde quandoq; interpretamur
neceſſariũ eſt, id eſt poſsibile & vtile, vt not. in l.
j.in glo.fin.ſ.ſol.matrim.& in l.j. ff.de off. præfe.
pręt.Illa tamen neceſsitas, dicitur neceſsitas cau
ſatiua, vt hîc per Bart.& Ang. Catonem, & Alex.
pro quibus facit, quia quamvis factio teſtamenti
ſit voluntaria, inſtitutio tamen ſui hęredis eſt ne-
ceſſaria : facit in arg. l. ſicvt.C. de actio.& oblig.
Et pro hoc etiam eſt regula, q̃ quoties actus pri-
mus eſt voluntarius, ille qui ſequitur, cenſetur e-
tiam voluntarius, quamvis ex neceſsitate ſequa-
tur, vt per Aret.in l.is poteſt.in fin.ĵ.de acquir.hę
red.Rom.in l.ſi is, qui pro emptore.ff.de vſucap.
Socin.in l.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.eſt tex. in l. & ideo.
in prin.ff.de cond.furt.licet in cõtrarium faciat,
quod not.Alex.in l.ſi quis maior. in princ. C.de
tranſact.& ideo cùm factio teſtamẽti non ſit ne-
ceſsitatis, idẽ videtur dicendũ etiam de inſtitu-
tione.Sed qui vult facere teſtamentũ, videtur e-
tiam velle hæredem ſuũ non præterire. quia qui
vult antecedens, vult neceſſariũ conſequens,l.il-
lud.ĵ.de acqr.hęred.& ideo iſta ſubauditio glo.
eſt ſuperflua.quia quamvis iſta ſit neceſsitas cau
ſatiua, tamen iudicatur eſſe tanquã potentia vo-
luntaria:ex quo lex fingit eum voluiſſe neceſſa-
rium conſequens.& de hac dictione vide cõcor.
hîc per Alex. Ex hac glo.Bal.hîc infert notabi-
le dictum, ſcilicet quòd vbicunque lex procedit
per viam formæ, vel doctrinæ, verbũ Poſſe, ſigni-
ficat Debere, & neceſsitatẽ inducit:& ita Bal.in-
telligit hunc tex. Vnde inducit hoc ad ſtatutum
diſponens, q̃ iudex poſsit facere: quia ſi non fa-
ciet, tenebitur in ſyndicatu.Do. Alexã. hîc tenet
contrariũ, per l.nõ quidquid.ff.de iudic. & idem
tenent ibi Bald. & Ang. & Decius. idẽ tenet A-
lex.& Aret.poſt Paul.de Caſt.in l.vbi pactum.C.
de tranſact.idem Alex.in l.eum, qui ita.§.qui ita.
ff.de verb.obli.& in l.vnica,C.vt quæ deſ.advoc.
Angel.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ff.de pact.
Spec.in tit.de off.iud. in verſi. quid ſi iudex. in §.
impedit.facit glo.in auth.de teſtib. in §. quoniã.
dixi in d.l.vbi pactum.Opin.tamen Bald.ſequi-
tur Raph.Com.& Cato Sacchus hîc. & hæc vide
tur probabilior, intelligendo eam ſanè: nam de-
bet iudex & poteſt inquirere etiam de iure com
muni contra malos homines, vt prouincia ſecura
ſit,l.congruit.ff.de off.præſid.vnde ſtatutum lo-
quens, quòd iudex poſsit inquirere cõtra malos
homines, cùm iſtud ſit de iure cõmuni, ad hoc vt
aliquid operetur, debet intelligi, q̃ iudex neceſ-
ſitetur:aliàs nil operetur. iſtud ꝓbatur.ff.de leg.
j.l.ſi quãdo.& Felin.in c.Rodulphus.de reſcrip.
Iaſ.in l.nõ dubium.C.de legib.Felin.in c.j.extrà,
de reſcrip.in c.quàm ſit.de Iudæ. & Iaſ. in pluri-
bus aliis locis.Et pro hac declaratione facit, qđ
ſingulariter notat do.Alexan.in l.ſi ſic.ĵ.de leg.j.
vbi dicit, quòd ſi commiſsio facta ſit arbitro, licet
aliàs talis commiſsio non importet liberam, ta-
men eſt ſecus, quando facta eſſet de nouo illi, qui

iam haberet cõmiſsionem:nam tunc hæc ſecun- L.29. Gallus.
da cõmiſsio importat liberam, vt verba aliquid
operentur. Et dum do.Alex.hîc dicit, quòd re-
gulariter non permittitur inquiſitio : dic, q̃ imò
regula eſt, quòd ad delictũ puniendum regulari-
ter eſt permiſſa inquiſitio, vt ſubtiliter intuenti
videtur velle Bar.in §.ſi publico.in l.ij.ff.ad l.Iul.
de adult.intelligendo, vt ibi per eum.Eſt bene ve
rũ, q̃ regula, quam colligit hîc Bal.eſt falſa, vt hîc
A per Alex. ¶ In ea.gl.ibi, *& dic inſtitui, id eſt, ſubſtitui.*
Sed quęro, vtrùm † ſubſtitutio dicatur propriè in 29
ſtitutio?Bart.& Paul.de Caſt.in l.mulier.in §.fin.
ĵ.de cond.inſt.tenent, q̃ ſic. idem tenent Mod.in
repet.§.& quid ſi tantùm.ĵ.ead.l. Contrarium te
nẽt Alex.& Raph.in l.ſi pater.C.de inſt.& ſubſt.
per Bar.facit tex.in d.§.ſi.iuncto eo, quòd condi-
tiones debent impleri in forma ſpecifica, l. Mæ-
uius.ĵ.de cond.& demon. Sed potes reſpõdere,
quòd imò poteſt etiam impleri per æquipollẽs,
B quòd habeat effectũ per omnia caſus expreſsi, vt
etiã probatur ex l. Arethuſa.ff.de ſtat.hom.ex l.
ſi fundus. ff. de cond. & demon.latè Mod.in d.§.
& quid ſi tãtùm.Pro Alex.facit, quia † cõditiona 30
lis donatio non dicitur propriè donatio,l.i.ff.de
dona. Sed ſubſtitutio eſt cõditionalis inſtitutio,
l. cohæredi. §. cohęres.ĵ. de vulg. & pup.l.in ra-
tione.§. ſi filio. ff. ad l.Fal.Ergo nõ debet dici ꝓ-
priè inſtitutio.Sed ad hoc reſpon. quòd illa con-
ditio tacitè ineſt:& ideo non facit actũ conditio-
C nalẽ, Bart. & Scrib. in l.qui liberis. ĵ. de vulg.&
pup. Aret. in l. qui liberis. in princ. in glo. ff. de
vulg.& pup.cum ſimilib. Ad hoc tamẽ poteſt re-
plicari.nam donatio cauſa mortis eſt cõditiona-
lis,Inſt.de donat.in princ. & illa conditio tacitè
ineſt,l.vbi ita donatur.ff.de don.cauſa mor. & ta
men nõ dicitur propriè donatio,l. ſenatus.§.j.ff.
eo.tit.Ad hoc tamen poſſet etiã replicari, q̃ non
eſt perfecta donatio propter verba, quę addũtur,
ſcilicet cauſa mortis:& tunc ſuccedit reg.quã tra
D dit Bart.in l.Lucius.§.quęſitũ.ĵ.de leg.iij.q̃ quo-
tieſcunq; aliquid profertur cum adiuncto, nõ di
citur propriè tale. Sed reſponde, quòd idẽ eſt in
ſubſtitutione, quæ in ſe tacitè habetur ſecunda
inſtitutio:gl.in rub.ĵ.de vulg. & pup. Sed tacitũ
idem eſt, quod expreſſum, vulgata l.cùm quid.ff.
ſi cer.pet.Non eſt tamẽ diſcedendũ ab opin.Bar.
quæ eſt cõmunis, & quã ſuprà tenui in j. no. Sed
dato, q̃ impropriè ſit inſtitutio, vtrùm cõpręhen-
datur ſub ſtatuto?dicendum eſt, q̃ ſic, per not.per
E Aret.in l. ſi tranſigere. C.de tranſact.dum allegat
Bald.& ibi dixi, & per Alex.in l.ij.ĵ.de leg.j. ¶ In
ea.ibi, *et dic, quòd pro conſtanti*, &c.Plus dicebat Bar.
hîc, quòd etiam ſi filius non ſit inſtitutus, tñ per
hæc verba Si filius meus, &c. quę ſunt conditio-
nalia, videtur tacitè inſtitutus, ex pręſumpta mẽ-
te teſtatoris:allegat l.ſi quis ita hęres inſtituatur,
ſi legitimus.ĵ.de hęred.inſt.& hanc partem tenet
Paul.Caſt. hîc: & diſputando etiã tenuit do.Iac.
de Iſolanis Cardinalis, quẽ etiã refert Cato hîc.
F pro hac opin.eſt hîc tex.non ſubaudiendo, & in
l.cohęredi.§.fin.ĵ.de vulg.& pup.& tex.in l.cùm
in teſtamento. in prin. ĵ. de hæred. inſt. & in l.ſi
mater.§.fin.ĵ.de vulg. & pup.Sed ad hæc iura re-
ſpondent tenentes contrarium, q̃ deberet intelli
gi, q̃ priùs filius fuerit inſtitutus. Ad l. ſi quis ita.
reſpondetur, q̃ debet intelligi de alio legitimo
hærede, non de filio, ſeu nepote, qui ſint ſui, &
quos neceſſe ſit inſtituere. & hæc ſolutio, quãvis
non placeat Alex. mihi tamen non videtur vera.
nam propriè ſecundũ cõmunem vſum loquẽdi,
legi-

31 † legitim⁹ hęres dicitur,qui ex aliqua lege noua,
vel Senatuſconſ.velvti Orficiano,fit hæres: iſtud
probatur in l.idē eſſe.ĩ.de acqui.hære.& in l.qui
in aliena.§.ſed & ſi legitima.ff.eo.tit. Eſt verum,
quòd aliquando intelligitur etiā ſuus, l. lege ob-
venire.ff.de verb.ſig.Sed illud rarius. Pro hac o-
pin.etiam adducebat Card.l.etiā.§. ſi libertus pa
tronum.ĩ.de bo.lib.Sed ad illam legē reſponde-
tur,q etiam ibi debet ſubaudiri. Cato & Alex.re
ſpondent alio modo,q ille text.loquitur de iure
prætorio, quo iure teſtamentū recōualeſcit filio
præterito præmoriēte in vita teſtatoris,l.poſthu
mus.verſic.idē & circa. Nam illa l.loquitur eo ca
ſu,quo præteritus pręmoritur,quicquid dicat A-
lex.hîc.Adducitur etiā l.ſi ita ſtipulatio.ĩ.de ope.
lib.ſed reſpōde,q ibi eſt caſus ſpecialis. Vide hîc
do.Alex.qui ſubtiliter & latè hunc articulū exa-
minat,&c.Contrariam opin. Bar. tenuere alij o-
mnes cōmuniter,vt hîc per Alex.& Bald.in l.ſi i-
ta ſcriptū.§.teſtamentū.& ibi etiā Cato,s̃.eo.per
illum tex.Mouebantur primò per l. ſi quis eum,
§.fin.ĩ.de vulg.& pupil. Sed reſponde,vt ibi per
Bar.qui tenet ſecundū intellectū,quem etiam ibi
tenet Bal.& etiam mihi placet. Vel dic, vt hîc,&
ibi per Alex. habet enim illa lex plures lecturas.
32 Secundò contra Bar.allegatur:quia † ſicvt ſubſti
tutio pupillaris non ualet,niſi præcedente inſti-
tutione,l.j.§.fin.ĩ.de vulg.& pupil.ita nec debe-
ret valere vulgaris, quæ cōpræhēditur tacitè ſub
pupillari,l.nam hoc iure.ĩ.de vulg.& pupil. Sed
ad hoc reſponde,quòd in noſtro caſu eſt inſtitu-
tio patris facta, quæ tacitè ſubintelligit̄ ſub illis
verbis,*Si filius,me viuo*,&c. Alex.ſoluit alio modo
33 hîc,& in d.§.fi.quòd † diuerſa ratio eſt inter inſti
tutum pupillariter,& ſubſtitutū vulgariter.Nam
pupillaris requirit,quòd adeatur ex inſtitutione
teſtamenti paterni,l.apud Iulianum. §. idem Iu-
lian⁹.ff.ad Treb.not.Bar.in l.j.in iiij.quæſt.prin
cipali,in ij.effectu,in verſi.vlteriùs quæro, an te-
ſtamentū.ĩ.de vulg.& pupil.vulgaris non,l.poſt
aditā.C.de impub.Sed iſta ſolutio nil valet:quia
præſupponit,q vulgaris in noſtro caſu teneat ſi-
ne inſtitutione filij,qui eſt ſuus.quod eſt falſum,
ĩ.ea.l.§.in omnibus. & l. inter cætera. ĩ. eo. nam
Bart.hîc,& idē do.Alex.tenent,q iſta verba *Si fi-*
*lius me viuo*,&c. importēt inſtitutionē tacitā:qua-
re verior eſt prima ſolutio,quæ eſt de mente Bar.
hîc.Pro hac parte adducit etiam Raph.§.in omni
bus.ĩ.ea.l.cui reſponde,vt hîc per Alex.poſt Bar.
Sed contra ſolutionē Bart.inſtat Cato.nam non
videtur verū,q inſit tacita inſtitutio:quia ſi hîc ta
citè vocetur filius inſtitutus, cur Iuriſconſultus
exigeret pro forma inſtitutionē filij,ex quo ſem-
per tacita adeſſet? Sed iſta replicatio non placet:
quia ita tacita colligitur ex verbis *Si filius me viuo*:
& eſt quodammodo expreſſa. quod nō eſt,quan
do eſt præteritus.Contra Bart.etiam allegatur l.
ex facto etiā agitatū.ĩ.de hæred.inſtit.vbi verba
Si mihi Seius nō erit hęres,important ſolùm con
ditionē,non inſtitutionē Seij.Sed ad hoc reſpon
det Alex.quòd eſt verum, q non important inſti
tutionem expreſſam,ſed tacitā ſic:allegat glo. in
l.Lucius.la vltima,in fi.ĩ.de hęred.inſti.quę hoc
34 dicit.Sed iſta ſolutio mihi nō placet:quia † quan
do pater teſtatur,tenetur relinquere iure inſtitu
tionis,vt not.in §.aliud quoq;.in auth.vt cùm de
app. cog. in l.j.vbi per Mod.ĩ. de acqui.hęred.in
l.quia poterat.ĩ.ad Treb.Vnde data hac ſolutio-
ne pro vera,filius non haberet iure inſtitutionis.
Præterea non videtur, q teſtamentum valeat,ex
quo ſecundum hanc ſolutionē fatetur Alex. filiū
pręteritum in teſtamento: quare melior videtur
ſolutio,quam infrà dabimus diſtinguendo. pro
iſta opi.allegatur etiā §. idem credēdū. in verſic.
nam & ſi filius.iuncto ſeq.verſic.ita ſanè.ĩ.ea.l.v-
bi † ſi dico,ſi filius,& nepos natus,&c. tūc prone 35
pos hæres eſto : iſta verba non important niſi in-
ſtitutionem filij,non autem nepotis:& ideo ſi fi-
lius præmoriatur nepoti,teſtamentum nō ſubſi-
A ſtit.ecce ergo,q illa verba Si nepos, non impor-
tant inſtitutionem. Sed ad hoc reſponde,vt per
Alex.hîc.nam hic tex.aperuit mihi oculos in hac
materia.Quare diſtingue.nam † aut iſta verba Si 36
filius,&c.ſunt in eo,qui,ſi prætereatur tempore
teſtamenti,rupturus eſſet teſtamentū:& tunc ta-
lia verba important inſtitutionē,vt in hoc princ.
& in legibus,quas Bart.pro ſe allegat: illæ enim
omnes loquuntur in filio,qui de neceſsitate de-
bet inſtitui.Aut proferuntur de eo, qui de neceſ-
B ſitate ad validitatem teſtamenti conſiderato eo
tempore,quo fit teſtamentum, nō debet inſtitui:
& tunc non important inſtitutionē. ita procedit
d.l.ex facto.quæ expreſsè loquitur in extraneo,
& d.§.idem credendū. Nepos enim tempore te-
ſtamenti de neceſsitate nō debet inſtitui:& ideo
cùm ad hoc teſtator non cogeretur,lex non præ-
ſumit tacitam inſtitutionē. Fortiùs diſputando
poſſet teneri,quòd imò in caſu noſtræ legis filius
non ſit inſtitutus,nec tacitè,nec expreſsè,ſed ſo-
C lùm nepos fuit inſtitutus ſub cōditione Si filius,
ſe viuo,&c.Nepos enim ſub quacunq; cōditione
poſſet inſtitui,l.ſuus quoq;. & l. ſed & ſi.in §.i.ff.
de hęred.inſti.& maximè tenendo cōmunia, q
regula l.in tempus.ĩ.de hæred. inſtit. inceperit à
Gallo.quamvis enim à principio nō videatur te-
nere,tamen cùm conferatur in tempus habile,vi
detur eſſe permittendū.facit, quia ideo filius nō
debet præteriri,quia illi fit iniuria,vt not. do. A-
lex.hîc,& Iaſ.in l.inter cętera.ĩ.eo.Sed in noſtro
D caſu non fit illi iniuria:quia,ſi viueret, admittere
tur.& hoc tenendo reſpōdetur ad §.in omnibus.
ĩ.ea.l.& d.l.inter cętera.& ad l.cū in teſtamento.
ĩ.de hæred.inſti.& ad l.ſi mater.§.fi.ĩ.de vulg. &
pup.vbi dicitur,q ſunt duo gradus hęredū,q aut
filius nō morietur,& tūc procedunt dicta iura, q
videtur inſtitutus ex præſumpta mēte teſtatoris:
aut morietur,& nō cenſebitur inſtitutus,ex quo
illi nō fit aliqua iniuria, imò potiùs vtilitas:arg.
not.in l.ex tribus vnciis. C. de inoff. teſt. & ſic v-
E trùm ſit inſtitutus,vel ſubſtitutus, certificabitur
ex evētu. & hoc modo Inſtitui verbū,propriè in-
telligitur.Pro ſuprà dicta tamē diſtinctione facit,
quia quāvis quod eſt in cōditione,regulariter nō
ſit in diſpoſitione,d.l.ex facto. tamen iſtud odio
præteritionis & fauore ſuſtinendi teſtamenti nō
eſt abſurdū,q importet diſpoſitionē:ſicvt in ſimi
li videmus in l.ex hac ſcriptura.ĩ.de donat.cū ibi
not.faciūt,quę not.Alex.& Mod.l.ex his verbis.
C.de teſt.mil.& q nō debeamus ſubaudire,q hîc
F præceſsit inſtitutio, vt intelligit glo. facit, quia
Gallus dedit formā hoc modo,Si filius me⁹,&c.
ſed formę nil addi,vel minui poteſt.Do.Iac. Iſo-
lanus Cardinalis(vt dixi)diſputauit publicè hūc
articulū:& poſt multa quæ allegat,cōcludit cum
opi.Bar.Ad §.in omnibus.reſpōde,diſtinguēdū,
q aut præteritio eſt iniurioſa filio,& tūc nō valet
nepotis inſtitutio:& ita ꝓcedit d.§. in omnib.nā
ibi erat datus cohæres nepoti, & ideo fit iniuria
filio,q eū ꝑterierit, & ſic antepoſuerit ſibi extra-
neū.Aut † pręteritio filij non erat iniurioſa filio: 37
& tunc



& tunc valet.& ſic procedit opi. Bart.hîc.Raph.
Com.reprobat hanc diſtinctionē,& negat,quòd
in §.in omnibus.fuerit datus cohæres:quia dicit
ipſe, ſi ibi eſſet datus cohæres, exhæredatio filij
teneret, tanquā teſtamentū corroboratū ſit adi-
tione cohæredis,& ſic filius non diceretur exhę-
redatus poſt mortē.quod tamē dicit tex.Sed cer
tè iſta impugnatio Raph.eſt inſulſa:quia etiam ſi
ſit datus cohęres,tamen filius dicitur exhæreda-
tus poſt mortē,nec confirmatio exhæredationis A
per cohæredem potuit fieri, niſi mortuo filio,ex
quo cōſiliū Galli pręſupponit filiū mori antę pa-
trē:quare neceſſe eſt,q cohæres adeat poſt mor-
tem patris,& ſic etiā poſt mortē filij:cùm viuen-
tis nulla ſit hæreditas, l.j. & ibi glo.de hęred. vel
act.vend.& l.ij.§.interdū.de vulg.Præterea quòd
ibi ſit datus cohęres,probatur ex illo text.dū di-
citur, q filius debet ex aliqua parte inſtitui:& ſic
tangit,quòd poſsit illi dari cohæres. Iſtam tamē
opi. ita intellectam ego nō puto veram. nā præ- B
ſupponit,q in noſtro text. ſi datus eſſet cohęres,
non procederet dictum Bal.quod ego puto fal-
ſum.& contrarium tenet Bald.Angel.& commu
niter omnes.Idem præſupponit, q d.§.in omni-
bus.non habeat locū,niſi ſit datus cohęres.quod
tamen eſt falſum, vt ibi tenent omnes. Præterea
ſecundū hoc nō tollitur fundamentum, quòd ſit
defectus formæ,l.inter cætera. ĩ. eod. Item non
reſpondetur ad alia iura : quare ego ab hac opin.
diſcedo. Cato Sacchus aliter loquitur, & putat C
diſtinguenda eſſe duo iura.Si enim loquimur ſe-
cundum ius ciuile primęuum, quo tempore Gal
lus florebat, et talis inſtitutio ſecundum formā
Galli tenebat.ratio eſt, quia eo tempore nō erat
inductum,vt inſtitutio eſſet pro forma: nec Gal-
lus habebat tantū auctoritatis, vt iſtud poſſet in-
ducere. Auctoritas enim conceſſa fuit à diuo Au-
guſto,l.ij.§.primus diu⁹ Auguſtus.s̃. de orig.iur.
ſed ſolùm vitiabatur teſtamentū, quādo duo re-
perirentur hæredes in ſolidū propter quandam D
perplexitatem,vt l.in ſuis.j.reſponſo.s̃.eod.quæ
ratio ceſſat in noſtro caſu.nam quando filius ſu-
peruiueret,quia ipſe cenſetur dominus, & pater
inſtituiſſet nepotem,qui eſſet etiā ipſe dominus,
tale teſtamētum de iure non ſubſiſteret : ſed ſi fi-
lius moritur ante mortē aui,ceſſat iſta ratio con-
trarietatis. non enim videbatur æquum, quòd
cùm filius cenſeretur quaſi dominus, quòd præ-
teriretur,& auferretur illi dominium rerum ſua-
rum,nulla facta mentione de eo.& ita etiam ſen- E
tire videntur Moder. in d.l.in ſuis.& in d.l.inter
cætera.ĩ.Si verò loquamur ſecundū mediam iu-
riſprudentiam, tunc inductum fuit, quòd omni
modo filius non prætereatur, ſiue reſultet per-
plexitas,ſiue non.Et ſic cùm iſti Iuriſconſulti ha-
berent auctoritatem à Cæſare, d.§.primus diuus
Auguſtus. induxerunt iſtud pro forma, d.§.in o-
mnibus.& d.l.inter cętera.cum ſimilib.Iſta ſunt,
quæ in effectu dicit Cato hîc,ſecundum quē ho-
die hæc verba, Si filius, me viuo,etc.non impor- F
tarent inſtitutionem. tamen cōtrarium ſuprà te-
nui,& teneo:& arbitror ea,quę dixit ipſe eſſe de
iure primęuo:eſſe etiam hodie.Nō obſtat, quòd
38 † Gallus nō habuit auctoritatē:quia imò habuit:
nam floruit etiam tēpore diui Auguſti. Vel dic,
quòd inductū fuit ex lege XII.Tab.& iſtud pro-
batur, quòd præteritio apud antiquos vitiabat
teſtamentum,vt eſt tex,Inſtit.de exhæred. lib.in
princ.ibi,ſed non ita antiquitati,etc.Et dum di-
cit,q non conſiderabat niſi perplexitas, ſed cō-
trarietas:dic,quòd nec iſtud placet: quia ſi eſſet L.29.
verū,ſi filius præteritus moreretur ante patrem, Gallus.
teſtamentum ſubſiſteret.quod tamen ibi tex.ne-
gat.Teneas ergo,quòd & olim,& hodie præter-
itio erat de forma. Ad §.in omnibus.reſponde,
vt ſuprà dixi.& ſi opponeretur de eo,quod s̃.di-
xi,ſcilicet q filius præteritus ſi moriatur ante pa
trem, non reconualeſcit teſtamentum de iure ci
uili,§.j.Inſti.de exhæred.lib. ergo idem deberet
A etiā in noſtro caſu:reſpōde, q aut pater à princi-
pio teſtatus eſt ꝑterito filio,& ſic præterijt, ſiue
viueret,ſiue moreret̄: & tunc teſtamentū nō ſub-
ſiſtit à principio, vt ibi.aut teſtatus eſt prętereun
do,niſi in caſum mortis:& tunc ſecùs. ceſſant e-
nim rationes.nā illi non fit iniuria. Item eſt præ-
ſumpta mens teſtatoris, q ſi viuat,vult eū eſſe hę
redem.nam ſi bona pertinent ad nepotem, perti
nent etiā ad filiū,in cuius poteſtate nepos eſt.Itē
ceſſat ratio cōtinuationis dominij, cùm per mor
B tē omnia ſoluantur,in auth.de nupt.§.deinceps.
not.in l.lecta.ff.ſi cert.pet. Et hæc not. Præterea
pro noſtra opin.facit, quia filius cōſentiens prę-
teritioni, facit teſtamentū quòd de iuris ſubtili-
tate nullū erat,valere,vt eſt tex.in l.filio præteri-
to.&ibi latè Imol.ĩ.de iniuſt.rupt.tractat etiā la-
tè Iaſ.in d.l.inter cætera. Idem eſt,ſi conſentiat à
principio,vt nō poſsit poſtea dicere nullū, vt eſt
cōmunis opi.vt per dictos Doct.in d. locis. Ergo
iſte filius moriēs videtur cōſentire, q nepos ſuc-
C cedat,arg.l. fideicōmiſſa. §. ſic fideicōmiſſum. &
in l.vxorē.§.pe.ĩ.de leg.iij.vbi in vltimis volūta-
tibus quis moriendo videtur velle.facit,cū hęre-
ditas pertineat ad nepotē,in quē veriſimile eſt,q
pater moriens conſentiat,l.nam & ſi parentib.in
princ.s̃.de inoff.teſt.& l.ſcripto.in fi.ĩ. vnde lib.
glo.in l.ſi quis ad declinandā.C.de epiſc. & cler.
Itē facit,qa inſtitutus ſub cōditione, quę euenit,
viuo teſtatore,cenſetur purè inſtitutus: & ſic ha-
betur tanquā cōditio eueniſſet ante teſtamentū
D factū,l.iij.§.ſi patronus ſub cōditione.ff.de bon.
lib.Sed ſi iſte filius eſſet mortuus ante teſtamen-
tū,clarū erat,q nō requirebatur inſtitutio illius.
Ergo idē,ſi poſt teſtamentū,cùm ſit poſitus in cō
ditione,& mortuus ſit,viuo teſtatore.Succeſsiuè
ſequēdo ordinē Alex.Bald.hîc,& Ang.ĩ.ea.l.§.in
omnib.fuerunt in noua opi. ſcilicet q in caſu no
ſtræ legis datus eſſet cohęres filio,ne alioqn non
tā agnatione filij poſthumi rumpatur teſtamen-
tū,quàm morte filij:tale teſtamentum fiat in cau
E ſam caduci, morte filij cōtingere in vita teſtato-
ris,ſecundū notabilē tex.in l.vnica, §. ꝓ ſecūdo.
C.de cad.tol.Quare ſi alius datus eſſet cohæres,
tūc morte filij non caducaret̄ teſtamentū,ſed va-
leret:& ſic poſſet rūpi agnatione poſthumi: ideo
prouidit Gallus.& ſic oportet in hac lege ſuppo
nere,q datus eſt cohęres:facit l.j.in fi.ĩ.tit.j.l. nō
putauit.§.j.ĩ.de bo.poſ.ſecun.tab.Imol.Paul. de
Caſt.Raph.& Alex.hîc tenēt contrariū. mouent̄
per §.in omnib.ĩ.ead.l. vbi dicitur,in omnib. his
F ſpeciebus,& ſic etiā in caſu huius principij debe
re inſtitui filiū,non aūt exhæredari : quia exhæ-
redaretur poſt mortē.nā(dicūt ipſi) ſi datus eſſet
cohęres,talis exhęredatio valeret: quia cōfirma-
retur aditione cohęredis.ſed certè iſtę ſunt nugę
vt ſuprà dixi:quare non repeto. Alex.tamen re-
ſpōdet ad fundamenta Baldi : quia licet quo ad
rupturā teſtamenti,non fuerit neceſſaria hæc ꝓ-
uiſio,quia teſtamentū ſemel irritatū non recon-
valeſcit,& ſic nō poteſt pręteritione ampliùs rū-
pi,l.nā etſi ſub cōditione.ver.poſt defectū.ĩ.tit.j.

tamen fuit neceſſaria, ſi volebat habere hæredi
tatem ex teſtamento, conſiderato quòd filius po
terat mori, ſe viuo: & ita declarat ſe Bald. in d. §.
in omnibus. Sed iſta reſponſio mihi non vſque-
quaq; ſatisfacit: quia præſupponit, quòd tale te-
ſtamentum rumpatur tanquã caducum, & quòd
hoc caſu nepos ſuccedat ex teſtamento: quòd nõ
puto verum, cùm ex teſtamẽto rupto nemo ſuc-
39 cedat, l. j. C. eo. Et † ſi dicatur, quòd imò ſuccedit
ſubſtitutus, dic, quòd iſtud eſt verum de iure no-
A uo Iuſtiniani, ſed tempore Galli, & etiam tẽpore
aliorũ Iuriſconſultorũ, non. nã talia bona appli-
cabãtur fiſco, l. item veniunt. §. ait Senatus. ff. de
pet. hæred. glo. in l. vnica. §. in primo itaque. in
princ. C. de cad. tol. Raph. aliter reſpondet, ſcili-
cet quòd Gallus nõ ſolùm prouidit eo caſu, quo
teſtamentum per agnationẽ deberet rumpi, ſed
etiam quocunq; alio modo poſsibile ſit ꝙ rum-
patur: & ſic etiam prouidit ne incidat in cauſam
B caduci, arg. l. ſi mater. in §. fi. j. de vulg. & pupil. &
ſic dicit, tempore quod ad euitandam caducita-
tem ſufficit datum eſſe, non ſolùm cohæredẽ, ſed
ſubſtitutum. Sed iſta opin. non placet: quia hoc
tempore nõ ſufficiebat dari, ſubſtitutum, vt dixi,
& probatur in d. §. pro ſecũdo. Item quia ex ver-
bis Galli & ſcriptis Doctorũ nõ apparet, quòd
datum fuerit iſtud conſiliũ, niſi ne teſtamentum
40 agnatione rũpatur. Cato † Sacchus hîc tenet cõ-
munem & aliter reſpondet ad fundamenta Bal-
C di. nam (dicit ipſe) tempore Galli teſtamenta nõ
fiebãt caduca, nec in cauſam caducorũ cadebãt:
ſed fuit quædam lex Papia, quę tempore belli &
calamitatis induxit hanc materiam caducorum,
vel quaſi, vt poſſet bene impinguare rempubli-
cam diuitiis: nam talia bona illi aſsignabantur,
d. l. j. quę lex eſt poſtea correcta per Iuſtinianum:
& ſic tempore Galli erant etiã caduca. nam iſtud
ceſſabat, & etiam hodie, cùm caduca ſint ſublata.
Domini, iſta verba mihi nõ placent: quia Gallus
D fuit tempore Ciceronis, & ſic etiam tempore Iu-
lij Cæſaris, qui bellorũ ciuilium auctor fuit, quo
tempore etiã lata fuit lex illa Papia: & hoc tenet
gl. in d. l. ij. in prin. dum allegat verſum Lucani,

*Bella per Emathios, plus quàm ciuilia, campos.*

nã (vt ſcitis) ille deſcripſit bella Cæſaris, & Pom-
peij. Videtur ergo, quòd illud primum dictum ſit
falſum: & dum dicit quòd caduca ſublata ſunt,
iſtud eſt falſum: quia imò etiam hodie caduca te-
nent. Eſt verum, quòd fiſco non applicantur bo-
E na, ſicut priùs. Et iſtud eſt, quod Iuſtinianus indu
xit, vt expreſsè probatur in d. §. pro ſecundo. Sed
41 videtur, quòd † hodie in noſtro caſu, dato ꝙ te-
ſtamentum ſit caducũ, ſubſtitutus non ſuccedat.
nam nos habemus, quòd quotieſcunq; ſubſtitu-
tio ſemel pependit ab inſtitutione, ſi inſtitutio
annulletur, annullatur etiam ſubſtitutio, & eo ca
ſu teſtamentũ non poteſt incipere à ſecũdo gra-
du. iſtud tenent gloſ. Bart. & alij, in l. iij. §. fi. ſ. eo.
Bart. in l. nam & ſi. §. fi. j. tit. j. Bart. in l. j. j. de vulg.
F & pup. ſed in noſtro caſu eſt ſic: ergo, etc. Ad §.
pro ſecundo. reſpõdetur, ꝙ loquitur in teſtamen
to, in quo datus erat cohæres. Subſtitutus enim
eo caſu præfertur coniuncto, vt ibi, & per Bar. in
d. l. j. j. de vulg. Tamẽ tenendo communem ſen-
tentiam potes reſpondere, ꝙ dicta regula proce-
dit, quãdo teſtamentũ à principio eſt aliquod, &
ab eo ſubſtitutio pẽdet: ſed in noſtro caſu nõ vi-
detur, ꝙ pendeat, ex quo poſthumus nõdum na-
tus eſt. Vel dic, quòd illa regula nõ videtur indi-
ſtinctè vera, vt latè per do. Alex. in d. l. iij. §. fi. ſ. e.

Tenendo tamen cõmunem ego aliter & quartò,
ſoluo, quòd fundamentũ Bal. procedit, quando
teſtator nil prouidit circa mortẽ inſtituti, eo ca-
ſu, quo, ſe viuo, moreretur. nam tũc lex Papia ha-
bet locum, & pręſumit quòd teſtator voluerit ad
fiſcum pertinere, ex quo hoc caſu expreſsè non
prouidit: maximè cùm fiſcus excludat ſubſtitu-
tũ. vt per Bart. in d. l. j. in iiij. quæſt. princ. in verſ.
item quęro, quòd ſi hęres. j. de vulg. nam licet in-
A ſtitutus non ſit hęres, tamen facit hęredẽ fiſcum.
ex quo aliter expreſsè teſtator nõ cauit: ſed quan
do cauit expreſsè, quod vult, ꝙ etiam ſi inſtitutus
moriatur, ſe viuo, ſuccedat inſtitutus, tunc eſt ſe-
cus vt in noſtro caſu. expreſſum enim facit ceſſa-
re tacitum, l. ex facto. §. item quæro. j. de vulg. &
pupil. Si opponatur de l. nemo poteſt. ff. de leg.
j. reſpondetur, quòd lex non loquitur hoc caſu,
quando teſtator expreſsè negauit hæreditatem
ad fiſcum tendere, vt eſt in caſu noſtræ legis. Vel
B dic, & quintò, ꝙ iſte nepos fuit inſtitutus, non au
tem ſubſtitutus, vt ſuprà dixi: quo caſu teſtamẽ-
tum non caducatur, cùm mortuus nõ ſit inſtitu-
tus: imo vires capit, quia purificatur cõditio, ſub
qua inſtitutus erat nepos: facit l. ex facto. & quod
ibi not. Bald. j. de hæredib. inſtit. & text. in l. com
modiſsimè. ſ. eo. & ſic videtur, quòd communis
ſit vera. ¶ In gloſ. *poſthumos*. Poſthumi † dicun- 42
tur quinq; modis, vt per gloſ. in rub. C. eod. alios
duos modos ex Imol. & Bald. refert do. Alex. ſ.
C eod. in rub. Vnde iſta glo. dicit, quòd propriè ſo-
lùm dicitur poſthumus, qui natus eſt poſt mor-
tem aui, alij omnes impropriè. & ideo Bart. in-
fert ad ſtatutũ, vt hîc per eum. Poſſet diſputan-
do teneri, ſolos poſthumos eos dici, qui poſthu-
mum, id eſt poſt mortem eius in cuius poteſtate
caſuri eſſent, ſi nati fuiſſent priùs nunc nati ſunt:
alios nec impropriè poſthumos dici. quare hoc
tenendo reſpondet ad l. iij. in verſic. ſed & hi. j.
tit. j. quem tex. glo. ibi inducit pro ſe. & hoc mo-
D do probat. nam primò dixit text. de his poſthu-
mis, qui poſt mortẽ patris naſcũtur, deinde ſub-
iũgit, ſed & hi qui poſt teſtamentũ naſcũtur, etc.
nã dictio Sed & hi, repetit eandem qualitatem,
& ſic innuit, quòd dicantur poſthumi. facit l. e-
ius, qui in verſic. nam & ſi. ſ. ſi cert. pet. Facit e-
tiam, quia in dubio debemus dicere, quòd omni-
moda qualitas referatur, arg. not. per Bar. in l. Iu-
lianus. in princ. j. de hæred. inſtit. cùm dictio Et,
amplíet pręcedens dictum, Bart. in l. ea tamen. ff.
E de legat. iij. Sed ad hoc potes reſpondere, quòd
imò importat iſta dictio Sed & hi, diuerſitatem
in facto, & ſic in nominibus quæ ſunt quid facti,
l. vnica. C. de mut. nom. iunctis his, quæ dixi in l.
vt reſponſum. C. de tranſact. Ad † illud, quod di- 43
citur quòd dictio Et, ampliat pręcedens dictum.
ego fateor: ſed in noſtro caſu talis dictio ampliat
ius, non autẽ factum: & dum dicitur, ꝙ dictio Hi,
eſt pronomen relatiuum, fateor. nam refert hoc
modo Hi, ſcilicet filij, vel pueri, non autem refert
F dictionẽ Poſthumi. & hoc probatur in verſi. ſeq.
nam diuus Marcus, etc. Pro cõmuni etiam addu-
ci poteſt l. poſthumus. j. tit. j. in prin. vbi dicitur,
Poſthumus præteritus, viuo teſtatore, natus de-
ceſsit, etc. ergo clarum eſt, ꝙ poſthumus dicitur
etiam, qui poſt teſtamentum naſcitur. Sed ad
hoc reſponde, & ad alia iura idem dicentia, ſcili-
cet ad d. l. iij. in verſic. ſed & ſtante hoc. quòd 44
† Iuriſconſultus appellauit talem poſthumum,
non ꝙ etiam impropriè eſſet poſthumus, ſed cõ-
ſiderata potẽtia, ſeu cõſiderata mente teſtatoris,
qui



qui nõ arbitrabatur ſibi filios adhuc naſcituros.
Et ideo tales filij rumpunt agnatione, ſicut poſt-
humi. ſunt igitur hi, qui naſcuntur poſt teſtamẽ-
tum, ſimiles poſthumis: quia ſortiuntur idẽ ius,
non autem debent dici poſthumi impropriè.
nam non ſequitur, Alex. ſcripſit ſimilia Bartolo,
ergo impropriè tenet Bar. facit tex. in l. apud Iu-
lianum. §. idem Iulianus. in verbo, à patre. j. ad
Treb. Et ſi velis tenere, quòd dixerit Poſthumus,
A conſiderata potentia, alleg. tex. in l. Labeo. ff. de
ſtatulib. & in l. hæ actiones. iuncta glo. ff. ad Vel-
leia. & in l. ij. in fi. ff. de cap. dimi. vbi Perpetuum
dicitur, quod potentia eſt perpetuũ: & tex. in l. j.
C. de pact. cum gloſ. vbi dicitur finitũ eſt, id eſt fi-
45 niri potuit. Vel † tertiò reſpõde, ꝙ iuriſconſultus
locutus eſt ſecundũ cõmunem vſum, arg. l. nam
ad ea. ff. de legib. nã videmus vt plurimùm, quòd
homines non teſtantur, niſi quando ſunt infirmi:
& ſic, quando timent mori, l. j. & ij. & l. in aduer-
B ſa. ſ. de teſta. quare qui naſcuntur poſt teſtamen-
tum, vt plurimùm naſcuntur poſt mortẽ teſtato-
ris. Quare Iuriſconſ. cõſiderato eo, quod frequen
ter accedit, appellauit eum poſthumũ, non quòd
verè nec impropriè eſſet. Ad l. filius a patre. §. eo.
in §. j. reſpõdetur, ꝙ ibi nullibi dicitur, quòd ſint
poſthumi. Eſt bene verũ, ꝙ rumpũt teſtamentũ,
ſicut poſthumi: ſed non valet conſequentia, vt di
xi. nam filius habet querelam de inofficioſo pa-
tris teſtamento, l. j. ff. de inof. teſta. habent etiam
C fratres, ſecundum l. fratris. C. eo. Sed non ſequi-
tur, ergo frater eſt filius. Et tenendo hanc opi. eã
cõfirmo per tex. in d. l. iij. vbi dicitur, Poſthumos
46 † autem dicimus eos duntaxat, qui poſt mortem
parentis naſcuntur. nam ibi dictio Duntaxat, ex-
cludit omnes alios caſus. Nec obſtat, ſi dicere-
tur, ꝙ excludit alios caſus propriè loquendo, ſed
non impropriè vt dixerunt ibi Cato Sacchus, &
alij: quia reſpondeo, ꝙ hæc dictio excludit alios
etiã, loquẽdo impropriè. Probo per tex. in l. ij. C.
D de patrib. qui filios diſtra. vbi lex permittit ven-
ditionẽ valere duntaxat, & tamen non permittit
47 valere venditionẽ impropriã. nam † donatio im-
propriè dicitur venditio, l. ſtatuliberi à cęteris. §.
48 Quintus Mutius. ff. de ſtatulib. Item † & ſic dictio
Duntaxat, excludit etiã improprios caſus. quod
49 not. Tenẽdo † tamẽ cõmunem Bar. hîc infert ad
ſtatutũ loquens de poſthumo, vtrùm extendatur
ad poſthumũ extraneum? & tenet, ꝙ non: & ſic
tenet, ꝙ ſtatuta nõ extendantur. de qua quæſtio-
E ne vide latè Signorolũ Homod. Mediolan. in re-
pet. l. Cęſar. j. de publica. quam repetitionẽ typo
graphi incõſultè Bart. attribuerunt: vide etiã la-
tiùs Alberi. de Roſa in ſtatutis, in j. parte, in q. ix.
Iſtam tamen concluſionẽ limita primò non pro-
cedere, quãdo maioritas rationis eſſet in poſthu
mo impropriè, quàm in poſthumo vero, vt nota-
biliter colligitur ex not. Bald. in l. tranſigere. C.
de tranſact. quẽ refert & ſequitur Aret. ibi, & ſu-
prà dixi. Secundò limita, quando iſtud ſtatutum
F eſſet ſecundũ ius cõmune: quia tunc extenditur.
nam in eo caſu ſtatuta nõ cẽſentur eſſe ſtricti iu-
ris, Abb. in ſtatutis, in j. parte, in q. ij. Tertiò limi-
ta, quando tale ſtatutũ eſſet fauorabile. nam tũc
largè & impropriè interpretatur: Iaſ. in l. qui ſe
patris. verſic. ego autem. C. vnde lib. vbi refert ſe
hãc limitationẽ colligere ex verbis Bal. & Paul.
de Caſt. ibi, & dicit, quòd cari penderet inuenire
aliquem qui hoc diceret. Tu adde, quòd tam ex-
preſsè tradit Bal. in conſ. cclxxxvj. ſuper primo.
in verſ. ſuper vj. lib. iij. & latiùs vide Cottam in

Memor. in verb. ſtatuta. el ij. Eſt verùm, quòd te- L. 29.
nendo opin. quã ſuprà tenui, iſta ceſſarent: tamẽ Gallus.
cõmunis videtur verior: quam etiam tenet Cato
hîc: & gloſ. in §. ita demum. Inſtit. de hæred. quæ
ab inteſt. Suprà dicta tamen potes & quarto li-
mitare, quãdo ſequeretur aliquid abſurdũ, quod
eſſet contra mentem ſtatuentium, ſecundum ea,
quæ not. Alberic. d. j. quæſt. in ix. parte. Quintò
limita, quando ius commune idem diſponeret,
A ad hoc vt ſtatutum aliquid operetur: de quo per
Alberic. in ij. parte, in quęſt. cxcj. facit, quod not.
Alex. in l. j. circa med. ſ. de offic. eius, cui mand.
Potes etiã alias limitationes dare, quæ colligun-
tur ex not. in d. l. Cæſar. & in alijs locis commu-
nibus. ¶ In fi. gloſ. Not. hîc gloſ. quòd † legis ad 50
legem non eſt facienda continuatio. Bald. dicit,
quòd nec rubricæ de neceſsitate continuantur,
ſed ad bene eſſe. Sed contra hoc facit tex. in §. ter
tij inſuper. in proœmio Digeſtorum. Nicol. de
B Neapol. in rub. ſ. ſol. matrimo dicit iſta procede-
re, vbi cõmodè fieri poteſt, per tex. in l. ij. ff. de ſta
tu homi. in verbo, vt res patitur. Poſſet tamen di-
ci diſputando omnem continuationem omni-
no eſſe ſuperfluam. Ad tex. in l. ij. de ſtat. homin.
poſſet reſponderi, quòd illa lex fuit Hermoge-
niani, qui ſcripſit ad edicta prætorum: ideo ea ſer
uato ordine declarauit, atque interpretatus eſt,
ſed eius liber ampliùs non extat: & ideo illa lex
debet intelligi ſecundum librum Hermogenia-
C ni, non autem ſecundum Digeſta, ſeu Pande-
ctas. Et iſtud videtur eſſe de mente gloſſ. ibi:
nam nos videmus, quòd ordo edictorum non eſt
ſeruatus, et tamen illa lex dicit ſe ſeruaturam, ſed
debet intelligi ſecundum librum ſuum, vt dixi.
Et ſi diceres, quòd imò rubricæ ſunt continuan-
dæ. nam nos videmus eas omnes cõtinuatas per
gloſ. Reſpõde, ꝙ nullus titulus eſt ita abſonus, &
abhorrens à præcedenti, quin poſsit continuari
ſaltem aliquo modo, de quibus per Aret. in rub.
D C. de furt. Concluſio tamen communis recipit
quaſdam limitationes. Prima eſt, vt in princi-
piis librorum non ſint continuandæ, ſecundum
glo. in rub. ff. de condi. furt. quam cõmuniter ſe-
quuntur Doct. in rub. C. de eden. Sed data com-
muni pro vera, iſta limitatio mihi nõ placet, per
tex. Inſtit. de rerum diuiſ. in princ. & Inſti. de ob-
lig. quæ ex delict. naſc. in princ. vbi initiis li-
brorũ Imperator facit cõtinuationẽ à proximis:
& ſic reſpondetur ad alios, qui allegant eã gloſ.
E & meliùs ad hoc, quòd in principiis librorũ ſit li-
cita cõtinuatio ad remota. nam eã gloſ. etiam re-
probat Alex. in rub. ſ. ſoluto matrimo. Secundò
limita † non procedere in feudis. ita tenet Cato 51
Sacchus in principio huius legis. mouetur: quia
continuatio præſupponit quandam dependen-
tiam ratione ordinis naturæ, vel dignitatis: gloſ.
eſt in rub. C. de ſecund. tabul. ſed in feudis nõ ſer
uantur iſta: ergo, etc. nam ſi conſideramus digni-
tatem, deberent feuda anteponi aliis partibus iu
F ris, cùm in eis tractetur de dignitatibus. Innoc.
Iacob. Columb. qui gloſſauit feuda, vt per Bart.
in auth. ſacramenta puberũ. in princ. C. ſi aduer-
ſus vend. & Ioan. Fab. in §. fin. Inſtit. de pœn. teme
rè litig. in princip. & glo. eſt in vſibus feud. in tit.
de notis feud. in fi. nunquam continuauit dictas
rub. Sed dic, quòd Obertus de Orto, qui compo-
ſuit feuda, meliùs feciſſet, ſi ea ſeriatim ſeruatis
continuationibus direxiſſet. Sed in hoc fecit, vt
in aliis pleriſq;, quæ in eo frequenter Bald. taxat.
Tertiò † limita nõ procedere in rubricis Authẽ- 52

ticorum:quia ſecundũ quod occurrebant aliqua
mutanda,vel detrahenda, vel addenda,ita com-
poſita fuerunt:vnde eis certus ordo dari non po-
tuit.vnde Accurſ. eas non continuauit, vt tenet
Philip.Francus in repet.rub.de teſtamen. lib.vj.
in prin.vbi idem dicit eſſe in rub. libri vj. & Cle-
mentinarum ſuprà dicta ratione: allegat gloſ.in
rub.de ſumma trini.& fide catho.lib.vj.& eo.tit.
gloſ.in Clemen.& circa iſtas cõtinuationes vide
latiſsimè Iaſ. Mayn. in rub.Inſti.de actio.qui in-
finita cumulat. Sed redeundo ad propoſitum,v-
trùm leges debeant cõtinuari, do.Alex.hîc dicit
leges Digeſtorũ debere cõtinuari, ſed non leges
Codicis:pro hoc eſt gloſ. ſecundum eũ,in l.ij.C.
de pet. bon. ſubl.lib.x.quam etiam allegant Iac.
de Raue. & Cato hîc. & dicit Alex.hoc eſſe limi-
tandũ,niſi quatenus videretur eſſe expediens.E-
go credo leges Codicis magis eſſe cõtinuandas,
quàm leges Digeſtorũ:nam in eis maior ordo ſer
uatus eſt, cùm primò in quolibet titulo ponan-
tur leges priorũ Imperatorũ,deinde leges poſte-
riorum,& ſic ſucceſsiuè,vt dicit glo.in j.conſtit.
Codicis, in §. penul.in verbo,conſtitutę.& pro-
batur etiã in l.ſi.C.de eden.quod in Digeſtis ſer-
uatũ non eſt. Eſt tamẽ cõmunis concluſio,quòd
non ſint cõtinuandæ iſtæ leges.Sed videtur con-
trariũ.nam cõmunis concluſio ſit,q; rubricæ cõ-
tinuentur: non videtur,quòd poſsint cõtinuari,
quin continuentur etiam leges, cùm rubrica ſit
quid demonſtratiuũ ipſarum legũ. Breuiter pro
reſolutione omniũ ſciendũ eſt, omnes† leges &
53 omnes rubricas tam in libris Digeſtorum,quàm
Codicis continuari:ſed aliquæ earũ continuan-
tur ad aliquod longius,& remotius.nam omnes
iſtę leges Infortiati, veluti de excuſ.tutor.& ſimi
les,continuantur ad titulum de tutelis:iſtæ aliæ
leges in vltimis voluntatibus,cõtinuantur ad ti-
tulũ de teſtamentis,& ſimilibus.Idem eſt in Co-
dice.nã omnes illi tituli, ſi aduerſus vend.ſi ad-
uerſus tranſactionẽ,& alij,continuantur ad titu-
lum de in integrum reſtit.ita &etiã leges omnes
continuantur in genere ad ſuam rubricã: facit l.
Imperatores. ff.de in diẽ addict.& gloſ.in c.cùm
monaſteriũ. in verbo,poſtulantes. de elect.cum
ſimilib. & ita debent intelligi iura loquentia de
continuatione,veluti d.l.ij.ff.de ſtat.homi.& eſt
tex. in proœ. lib.vj.in verſic.nos ad apicem.nam
pars quæq; proxima copulata eſſe debet, l. cùm
de lanionis.§.aſinam.ĩ.de fundo inſtr.&hoc mo
do debemus intelligere cõtinuandos etiã para-
graphos,ſcilicet ad titulũ: de quibus eſt glo.in l.
iij.§.ex contrario.in glo.j.ĩ.de acqui.poſ. tangũt
Modern.in d.rub.de teſta. Ad gl.in d.l. ij. C. de
per. bon. ſubl.lib.x.reſponde,quòd eam Alex.&
Doct. non bene allegant.nam dicunt leges Codi
cis non eſſe continuandas in cõſtructione, nõ in
materia, vt nos loquimur. nã leges Digeſtorum
in conſtructione ſæpe continuantur,ſ.eo.l.idem
eſt. & l. poſt emancipationẽ. ĩ. de lib.leg.& alibi
quam ſæpiſsimè. ¶ In gl.*ſi filius. ibi, item not. quòd*
*Scæuola.* tenet gloſ. hîc, quòd Scæuola reprę hen-
dat Gallũ de ſuperfluitate, & inſufficientia: ſed
æquior videtur illa opin. quã tenent Imol.Aret.
54 & Socin.in ſeq.§.ſcilicet †quòd nõ reprę hendat,
ſed potiùs interpretetur, & extendat.quod pro-
batur ĩ.ea. l.§. idem credendũ.nec tex.per glo.al
legatus eam defendit:text.in l. Pomponius.ſ.de
neg.geſt.nam nec ibi Scæuola Pomponiũ reprę-
hendit,ſed eius verba potiùs declarat,vt ſubtili-
ter intuenti patebit.nec hoc debet videri abſur-
dum,cùm etiam aliàs videamus,quòd in iure pa
ter filium corrigit, l.iij. §.ſi quis quaſi. ff.de cõdi.
cauſ. dat.dicemus aliquid in §. ſeq. ¶ In gloſſ.
ea. ibi,*nam quantò iuniores*,etc. Hanc† gloſ.ſecundũ 55
Catonem allegãt Doctores iuuenes, veluti me-
dici, & legiſtæ pro ſe, ſed eam non intelligunt:
quia, ſecundum eum,ideo ſunt præſtantiores iu-
niores, quia vident ſcripta aliorum, & facilè eſt
inuentis addere. Vnde ſi ſeniores & ipſi videant
A ſcripta aliorum, erunt præſtantiores modernis.
iſtud tenent Cato hîc, Imola & Alexand. idem
tenẽt Rapha.& Moderni Papienſ.in l.cùm quid.
ff.ſi certum pet. Pro iunioribus facit iſtud dictũ
gloſ.quod refert Priſcianus in principio Gram-
maticę inſtitutionis:nam etiam Auſonius poeta
Paulinum ſe præſtantiorem dicit, quamuis eſſet
iunior.vnde Auſonius etſi ſenior,non tamen de-
buit præferri:nam cornix cùm diu viuat, non ꝑ-
pter hoc cygnum vincit:

B *Nec quia mille annos viuit Gangeticus ales,*
*Vincit centum oculos regia pauo tuos.*
*Cedimus ingenio quantum præcedimus æuo*,etc.

Nam in ſenes vulgatum eſt Græcè prouerbium,
Viri ſenis eſt ſine ſucco caluaria: cuius etiam in
Tyranno meminit Lucianus. Quare & M. Var-
ro, qui nil (vt ait diuus Hieronymus)ignorauit,
ſenes bis pueros eſſe retulit.Partem ſenũ defen-
dit Homerus, qui dixit iuniorum leuia eſſe con-
ſilia.vnde neſcio quis poeta Grę cus in hunc ſen-
C ſum de quodam iuuene inſano:

*Vera refert in te diuini carmen* Homeri,
*Dum iuuenes dixit conſilij eſſe leuis.*

Nec huic abſimile,dum primo Iliados ſcribit,ab
ore Neſtoris,qui iam duas ætates tranſgreſſus e-
rat,melle dulciorẽ orationẽ fluxiſſe. quod iden-
tidem cùm pluribus in locis, tum maximè in li-
bro de Senectute refert Cicero. Queritur etiam
Poſidippus quodam epigrãmate, iuuenes ſtul-
titia, ſed ſenes debilitate adfici: pro quibus di-
D uus Hieronymus elegãs adduxit adagium: nam
ad diuum Auguſtinum ſcribens,cùm eum deter-
rere vellet, ne ſe iam ſenem factum prouoçaret,
Bos(inquit)laſſus fortiùs pedem figit: oſtendẽs
vt boues vetuli ad triturandum,cùm fortiùs cal-
cent,aptiores ſunt:ita etiam in literaria palæſtra
homines ſeniores, qui rerum experientia & an-
teactæ vitæ ſtudio doctiores ſunt.Subdit deinde
Daretis atque Entelli exemplum, quorum pu-
gnam Virgilius elegantiſsimo carmine,vt etiam
E alia omnia,proſequitur Æneid.lib. v.ſed nil cer-
tè melius,nihil lepidius his Plautinis carminib.
quæ in prologo Caſinæ leguntur:

*Qui vtuntur vino vetere,ſapientes puto:*
*Et qui libenter veteres ſpectant fabulas.*
*Nam nunc nouæ,quæ prodeunt comœdiæ,*
*Multò ſunt nequiores,quàm nummi noui.*

Hac fortaſſe de cauſa Lycurgus,qui Lacedæmo-
nijs leges ſcripſit,omnium primùm inſtituit, vt
xxviij.ſeniores ſemper principibus Laconũ ad-
F ſiſterent:vt Plutarchus in eius vita refert. faten-
tur vtiq; omnes,perſpicaciores ad diſcendũ eſſe
iuniores:quod etiam in Problematis refert Ari-
ſtoteles:ſed(vt ſcribit Cicero in prę fato opuſcu-
lo)in rebus gerendis non tam celeritate ingenij
opus eſt, quàm conſilio. vnde legere memini a-
pud Ælium Spartianũ,Seuerum(niſi fallor) Im-
peratorem filium trucidaſſe, quòd ſibi ex pedi-
bus laboranti Imperium auferre conatus eſſet:
cuius neci talẽ addidit exprobrationem, caput
ſcilicet imperare,non pedes.Poſſent infinita vl-
trò ci-



trò citroque allegari,quæ prudens prætereo. Mi
hi gratiſsimum eſt Heſiodi hexametrum, cuius
etiam parœmiographi meminerunt, qui Græcè
quidem,ſed in hanc ſentẽtiam traducto à nobis
carmine hæc tria in homine præcellere retulit,
ſcilicet,

*Vota ſenum,iuuenum ſed facta, animuſq; virilis.*

& ſic vnaquæq; ætas habet quod ſibi proprium
vendicet.Sed his omiſsis (vt ad rem redeamus)
puto ſolutionem Imolæ & Catonis,quam ſuprà
retuli,eſſe falſam,& aliàs in quadam diſputatio-
ne,quam poſui in d. l. cum quid.latiùs refutaui.
nam ſi facilè eſt inventis addere,quęſo, quæ per-
56 ſpicacitas eſt iſta? debet† enim perſpicacitas con
ſiſtere circa difficilia,non autem facilia. Sed con
tra hoc poteſt adduci tex.in l. j. circa med. C. de
vet.iure enucl. vbi qui ſubtiliter factũ emendat,
laudabilior eſt eo,qui primus inuenit. Sed re-
ſponde,quòd iſtud procedit,quãdo aliquis ſub-
tiliter emendat aliquid factũ ruditer. tunc enim
eſt laudabilior eo, qui ruditer primus inuenit.
Præterea poſſes dicere, quòd Iuſtinianus ibi eſt
ſuſpectus iudex, quia illud dixit, vt ſe laudaret.
fuit enim nimium (quod aiunt) φίλαυτος, id eſt ſui
ipſius amator,vt etiam dicit Eraſmus Roteroda-
mus in prouerbio de armis Diomedis &Glauci.
&etiam Cotta in Memorabilibus,vbi de Iuriſpe
ritis mentionem facit. Quare melior ſolutio eſt,
quòd homines in iuuenili ætate magis addiſcũt,
quàm ſenes. quæ ſolutio, quamuis non placeat
Imol.& Alex.eſt tamẽ vera:& eam expreſsè ſen-
tit Cic.libr.de Senectute, & Ariſtoteles in Pro-
blematis,vbi etiã aſsignat rationẽ in Problema-
tis.Cato Sacchus aliter ſoluit: † nam (dicit ipſe)
57 iuniores ſunt perſpicaciores, quia vt plurimùm
ſenes ſunt auaritię dediti,& euacuant fœcundos
calices,ſed hæc ſunt nugæ.vtcunq; ſemper vene
randa ſenectus,l. ſemper. ff. de iure immunit. cũ
ſimilib.vnde Lacedæmonios ſemper ſenioribus
adſurrexiſſe ex inſtituto Lycurgi legimus:quare
58 cùm idem ſtatuiſſet Solon Athenis, † nec Athe-
nienſes obſeruarent,ſenex quidã dixit ſolos La-
conas ſapere,& apud eos optimum eſſe ſeneſce-
re.Nota eſt hiſtoria Pędareti ex Plutarcho in Di-
cterijs Laconicis. & hæc faciunt ad plures quæ-
ſtiones, de quibus per Moder. maximè Philipp.
Decium in d.l.cùm quid.non tamen eſt omitten
dum ſingulare dictũ Bal.in l.fin. C. de edict.diui
Hadrian.tol. vbi dicit, quòd Doctores antiqui
magna veneratione fuerunt præſtantiores mo-
dernis,pondere, numero, & menſura. ¶ In ea-
dem gloſ.in fin.dicit, quòd nepos ex filia poteſt
præteriri:nam etiam filia ipſa poteſt prę teriri, &
talis præteritio pro exhæredatione habetur, In-
ſtit.de exhæred.liber.in princip. ergo tantò ma-
gis nepos.Sed cùm hodie filiæ ſuccedant æqua-
liter cum filijs,nec poſsint præteriri, ſecundum
l.maximum vitium. C. de liber. præterit.vtrùm
auus poſsit præterire nepotẽ? Dic, quòd ſic.nam
ille nepos non eſt in aui materni poteſtate, & ſic
non eſt ſuus, nec vnquam eſt recaſurus in pote-
ſtatem matris,§.fœminæ.Inſtit. de adopt. Illa e-
nim ſuitas cauſatur ex patria poteſtate. ¶ In
gloſ.*neptis*.Iſtud non abundat,ſecundũ Bart. hîc.
nam ſi non eſſet facta mentio de nepte in proui-
ſione Galli,tunc,vtroque nato, teſtamentũ fuiſ-
ſet ruptum,de rigore iuris,l.ſi ita ſcriptũ.in prin-
cip.ſ.eodem tit.licet ſecùs de æquitate. Sed ta-
men tenendo glo.potes reſpondere idem eſſe,e-
59 tiam ſi mentio de nepte facta nõ ſit,cùm† tantum
operetur tacitũ,ſicut expreſſum,l.cùm quid. ff. ſi L.29.
cer.pet.quare cùm iſta fœminina inſint ex inter- Gallus.
pretatione Iuriſcõſulti,idẽ deberet eſſe, ac ſi po-
ſita eſſent.& ideo in d.l.ſi ita.nõ debet eſſe diffe-
rentia. Secundò dicit Cato, quòd expreſsit de
nepte,ad maiorem declarationẽ,l.qui mutuam.
in princip.ff.mand. Sed poſſet dici, quòd cùm
fœmininum cõpræhenditur ſub maſculino, vir-
tute legis,& leges omnibus ſint notoriæ,l. leges
A ſacratiſsimæ.C. de legib.non videtur, quòd iſta
declaratio neceſſaria ſit,cùm Declarare,ſit obſcu
ra aperta facere,vt per Bar.in l.edita.C. de eden.
Tertiò dicit Cato,quòd ideo expreſsit de nepte,
ne neglexiſſe videatur ea, quæ nota digna ſunt,
arg.l.item apud Labeonem.§.hoc edictum. ĩ. de
iniur.etiam iſta nil valet: quia cum ſit ſuperflua,
non eſt nota digna. Secunda ſolutio eſt melior.
Not.tamen primam ſolutionẽ Catonis: quia eſt
not.& menti tenenda,&c. Not. tamen Raph.ex
B hac gl. quòd in materia correctoria maſculinum
concipit fœmininũ.Do.Alexand. hîc tenet con-
trarium.mouet: quia vbi agitur de odio, maſcu-
linum non cõcipit fœmininum,l.j §. ſed & ſi in-
certum.ĩ.de vẽtre in poſſeſ.mitten.ratio eſt,quia
ibi ſtrictè procedit. Ergo idem in correctorijs, l.
ſancimus.C.de teſtamen.l.præcipimus.l. fin. C.
de appel.Ego puto opin.Raph.eſſe veram: quia,
quando agitur de odio rationabili, maſculinum
concipit fœmininum,l.ſi quis is, quod.ff. de iu-
C riſdict.om.iudic.ergo idem hîc. Iſta enim indu-
ctio Galli eſt fauorabilis,atq; multùm æqua: er-
go hoc caſu debuit dictio Nepos, concipere di-
ctionem Neptis. Fortiùs diſputando poſſet tene
ri,quòd dictio maſculina ſemper cõcipiat fœmi-
ninam,ſiue odium rationabile ſit,ſiue nõ. & pro
hoc facit d.l.ſi quis id,quod. iuncta d.l.j.§. ſed &
ſi incertum.nam dum Bart.in l j.ff.de verb.ſigni-
fic.dicit, quòd ibi erat odium irrationale: pona-
mus,quòd iſte pater non exhæredauerit propter
D odium,ſed propter fauorem, ſecundum l. multi.
ſ.eod.certè attenta ratione Bar.ille text.nõ pro-
cederet, qui tamen indiſtinctè loquitur. Pro hac
opin. poteſt adduci etiam lex in d. l.j. in §. ſed &
ſi quis.vbi ſi quis dicat, Qui mihi intra tres men-
ſes natus erit, exhæres eſto: dicit tex. debere ta-
men in poſſeſsionem ventrem mitti:quia aliquo
caſu poterit accidere,quòd venter hæres erit,pu-
tà ſi naſcatur poſt quartum menſem.ſed ſi illa ex-
hæredatio non contineret filiam, quis dubitaret
E debere ventrem in poſſeſsionem mitti? etiam ſi
puella naſceretur ante tres menſes, tamen hæres
eſſet:nam data opin.Doctorum pro vera,ille tex.
decidit caſum clariſsimũ, & dubitabilem omit-
tit. Tertiò facit:quia † in legatis maſculinũ con- 60
cipit fœmininum,l. ſi ita ſcriptũ.in princ.ĩ.de le-
gat. ij. licet in contrarium faciat deciſio Paul. de
Caſt. relata per Iaſ. in l. qui filiabus.ĩ. de legat.j.
& tamen iure Digeſtorum in legatis ſtrictè pro-
cedebatur,Inſtit.de legat.in princ.& l.nummis.
F in princ.ff. de leg.iij. l. idem Iulianus. §.ex facto
ſcio. de legat.j. Nec obſtat l. in teſtamentis.ĩ. de
regu.iur.quia ſolue(vt dixi)in l.cùm mota. C. de
tranſact. Quartò facit tex. in l.qui duos. ff.de le-
gat.iij.vbi dicitur,quòd maſculinum ſemper cõ-
cipit fœmininum,ponderando dictionem Sem-
per.Pro opin.Alex.&cõmuni adduci poteſt tex.
in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.vbi filię non inci-
dunt in pœnam,in quã filij. Sed reſponde, quòd
ratio eſt,quia eſt expreſſum:aliàs in dubio noſtra
opin.videt vera.facit l.iubemus:in fi.C.ad Treb.

Vel & ſecundò dic, quòd ibi eſt diuerſa ratio, vt
etiam dicit text. nam eas pro infirmitate ſenſus
minùs auſuras lex confidit. Ad l. j. in §. ſed &
ſi incertum. reſpõdeo, quòd illud eſt propter ad-
iectam dictionem Vnus, propter quam lex præ-
ſumit, quòd teſtatoris voluntas ſit ſolum filium
exhæredare: nam illam dictionem expreſsè tex.
conſiderat. Faciliùs enim ſola dictio maſculina
verteretur in fœmininam, quàm duæ. Vel dic,
quòd ibi erat diuerſa ratio. De hoc tamen articu
lo vide latè Scribentes in §. ſi quis filiabus. Inſtit.
qui dari tut. poſ. Alex. conſ. j. in v. volu. Tenen-
do verò, quod iſta diſpoſitio Galli ſit antiqui iu-
ris declaratiua, vt ſuprà dixi, iſta gloſ. non habet
dubium. Pro ſua opin. adducit etiam Alex. quia
vbi Gallus meruit repręhendi, expreſsè repræ-
henſus eſt à Scæuola. ſed in hoc non reperitur
repręhenſus: ergo, &c. Sed iſtud parum facit: qa
eſt parua ſuperfluitas, nec de tã minimis debuit
ipſe curare. Nam quòd Scęuola iſtud non reprę-
henderit, (quia videbatur minimum) facit, quia
ipſe ad hoc aduertit & abſtinuit, j. ea. l. §. idẽ cre-
dendum. in verbo, pronepos. vbi gloſ. ſubaudit,
vel proneptis. Illud non eſt prætereũdum, quòd
nec l. ſancimus. C. de teſtam. nec l. præcipimus.
l. fin. C. de appel. faciunt ad id, ad ꝙ totus mun-
61 dus eas allegat. nã † ſpecialiter etiam expreſſum
dicitur id, quod ex Iuriſconſultorum interpre-
tatione extenditur, l. fi. cum gl. in verb. ſpeciali-
ter. C. quod cum eo. faciũt, quæ not. Bart. in l. j. j.
de vulgar. & pupil. & not. in l. prætor ait. in §. j. j.
de oper. no. nun. ¶ In gl. *poſt mortem meam.* Notãt
26 ex hac glo. Imol. Alex. Aret. Socin. ꝙ † diſpoſitio
legis nouę limitatoria iuris antiqui, nõ extendi-
tur ex identitate rationis de caſu ad caſum. quod
videtur nouum, per not per Bart. in l. ſi cõſtante.
in princ. ff. ſol. matr. cum vulgatioribus. Melior
ſolutio, quæ poſsit dari, eſt, quia videtur diuerſa
ratio cùm ſi nepos naſcatur viuo teſtatore, teſta-
tor poſsit de nouo teſtamẽtum facere. quæ ratio
ceſſabat in caſu Galli: facit l. tractabatur. j. de te-
ſtam. mil. & quæ not. Socin. hîc, cui adde Bart. in
l. j. ff. de vulg. & pupil. & vide hîc Alexan. tenen-
do, ꝙ hæc diſpoſitio fuerit declaratoria iuris an-
tiqui, l. in tempus. ff. de hęred. inſtit. vt ſ. diſputa-
tiuè tenui: difficilior eſt reſponſio. Tamen potes
dicere, ꝙ ideo non ſit extenſio, quia Gallus indu
xit, vt poſthumus inſtitui poſſet, ne contra men-
tem teſtatoris agnatione teſtamẽtum rumpere-
tur: & ſic, ne homines inteſtati morerentur. & i-
ſtud induxit fauore publico, ſecundum l. vel ne-
gare. j. quemad. teſta. aper. ſed in noſtro caſu ceſ-
ſat iſta ratio. quia vbi natus erit nepos, poterit te-
ſtator denuò aliud teſtamentũ conficere: & ideo
non videbatur ꝙ poſſet fieri extenſio. Et ſi dice-
res cur ex extẽſione ſeu declaratione d. l. in tem-
pus. quæ (ſecundum omnes) poſt Gallũ locum
habuit, non indultũ eſt, vt nepos inſtituat eo ca-
ſu, quo naſciturus eſſet viuo auo: nam fateor ꝙ in
conſilio Galli ſit diuerſa ratio, cur non debuit ita
declarari d. l. in tempus. Breuiter mille annis te-
nendo opin. contra cõmunem, & etiam commu
nem non poteſt aliud dici, niſi quòd d. l. in tem-
pus. non erat niſi vna conditio, quę faciliùs tole-
ratur, quàm in noſtro caſu, in quo ſunt duę: & ſic
cùm ſint diuerſi caſus, non videbatur, quòd poſ-
ſent extendi. Cogita tamen. In quantum tñ do.
Alex. hîc limitando dictã Bar. dicit, eius dicta nõ
procedere, in primo capite legis Velleiæ in pri-
mo membro: quia dicit ipſe quòd non reperitur,
quòd non poſſet inſtitui: tu dic, quòd iſtud non
eſt verum, vt ſuprà tenui: nam poſthumus ſuus e-
tiam ante Gallũ inſtitui non poterat. & dicemus
j. eo. §. nũc de lege. vbi eſt etiam locus ſuus. ¶ In
glo. fi. Tractatur hîc magna quæſtio, quæ † tem- 63
pora ad pariendum apta ſint. Et primò referen-
do opiniones, ſciẽdum eſt, quòd Hypon philo-
ſophus Metapontinus à ſeptimo menſe ad decẽ
filios naſci exiſtimauit: nam ſeptimo partum
A iam maturum, eò quòd ſeptenarius numerus o-
mnium perfectior ſit. hanc opin. tenet etiam Iu-
riſconſultus, vt probatur in l. ſeptimo. ſ. de ſtat.
hom. & in l. inteſtato. j. de ſuis & legit. hæred. in
fi. Philoſophorum alij in parte cõſentiunt, aliqui
repugnãt: nam ſeptimo menſe párere poſſe mu-
lierem tenent Theano Pythagoricus, Ariſtote-
les, Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epi-
genes, Macrobius in j. de Somnio Scip. & etiam
Aul. Gel. Euriphon tamen Gnidius contrarium
B tenet, atque hanc partem intrepidè defendit, at-
que octauo eos naſci refert, quod tamen omnes
alij Epicharmum ſecuti negant. Diocles tamen
Chariſtius, atque Ariſtoteles Stagyrites ix. & x.
menſe naſci credunt: quos ſequuntur Epigenes
Byzantius, & Hippocrates Cous, & his omnib.
prior idẽ alicubi teſtatur Homerus atq; Ennius,
quos Gellius refert. Vndecimo menſe naſci pue-
rum ſolus Ariſtoteles putauit, cuius opin. ex anti
quis nemo ſecutus eſt. A Iuriſconſulto omnino
C nihil diſcrepat opinio Pythagoræ. is enim dice-
bat duos eſſe partus. Sed quia iſta nõ eſt materia
legalis, vide latiùs per Cenſorinum in opuſculo
De die natali, & aliqua per Aul. Gelliũ in Noct.
Atticis, in lib. iij. cap. xvj. ſed & Plutarchum in o-
pere, cui titulum fecit De placitis philoſophorũ
in v. libro, vbi quærit, cur ſeptimeſtres infantes
ſint vitales? quod Imperator in auth. de reſt. & ea
quæ parit. §. fi. non admittit, quòd mulier poſsit
párere vndecimo menſe. vnde per hoc reproba-
D tur quædam deciſio Andr. Barb. conſ. ix. ſcriptũ
eſt. contra quam etiam tenet Philip. Decius in c.
canonum. de conſtit. (licet iſta non adducatur)
vbi dixit, quòd ſi ſint plures opiniones doctorũ,
qui teneant, quòd aliquod teſtamentum ſit nul-
lum, etiam ſi ſit niſi vna opinio alicuius doctoris,
qui dicat illud valere, iſta debet attendi fauore
ſuſtinendæ vltimæ voluntatis: nam in noſtro ca-
ſu erat opin. Ariſtotelis, qui tenebat mulierẽ poſ-
ſe párere vndecimo menſe, & tamen, ea non ob-
E ſtante, Imperator in quæſtione de facto ibi deci-
dit contrarium, & tamen militabat fauor legiti-
mationis, & fauor ſuſtinendæ famæ. Item præ-
ſumptio & multa alia, & maximè, quia Ariſtoteli
debuit credi, cùm hæc eſſet eius profeſsio, ſecun
dum not. per Bartol. in l. j. ff. ſi certũ pet. Et quia
aderat etiam quædam conſtitutio Hadriani Im-
peratoris, cuius meminit Aul. Gellius in loco ſu
prà allegato. Illa enim opi. Barb. nunquam mihi
placuit. & ſuprà dicta infert Bart. hîc ad quęſtio-
F nem, de qua hîc per eum, cum quo tranſit hîc A-
lexand. & Modern. Sed cõtra eius deciſionem fa
ciunt quædam: nam † dum dicit, quòd inſpicien- 64
da ſunt ſigna conceptionis, quæ tradit Roſ. vbi
dicitur, quòd ſigna ſunt, an habuerit menſtruum
in illo menſe, & an habuerit aliquem appetitum
extraneum, &c. nam iſta ſigna non videtur quòd
poſsint habere locum: cùm in iiij. vel x. ſeu xx.
diebus iſta ſigna non appareant. nam filius in v-
tero non concipitur niſi tranſactis xl. diebus, vt
eſt gloſ. in l. cùm quidam. §. ſuum. j. de acquiren.
hæred.



hæred. tradit Cenſorinus in dicto opuſculò, dũ
refert opin. Pythagoræ. Præterea ſi prior maritus
præteriit poſthumum in teſtamento, videtur, ꝙ
ſit iudicandus filius ſecundi mariti, fauore ſuſti-
nendi teſtamenti: arg. §. poſthumi. Inſtit. de ex-
hęred. lib. & not. in l. ſi à primo. & in l. ſi filius hę-
res. ſ. eod. Præterea non videtur, quòd plus ſit cõ
mittẽdum medicis, vel peritis in arte, quàm ipſi
matri: nam ſicut poteſt falli mater, ita poſſunt e-
tiam falli medici, & periti in arte. vnde in dubio
videtur, quòd potiùs ſit ſtandum matri, quæ po-
tiùs vera dicet, & filium plus amat. faciunt not.
in l. videamus. in prin. ſ. de iureiur. in lit. & pro
hoc induco text. iuncta gloſ. in l. fi. §. fi. ſ. de pro-
bat. vbi quando eſt præſumptio contra matrem,
non ſtatur illius dicto: ergo ſi non eſſet, vt in no
ſtro caſu deberet illi ſtari. Item dum Bart. dicit
de cogitatione mulieris, quòd ſi mulier coeũdo
cogitaret de priore marito, ꝙ talis reperiretur
ſimilis illi, allegat duas gloſ. quæ hoc dicunt, ſed
certè in hoc conſulendus eſſet artis medicę pe-
ritus, vtrùm ex tali cogitatione poſſet referri fi-
lius ſimilis: nam in hoc auctoritas glo. non vide-
tur tenenda, per not. per Bart. in l. j. ff. ſi cert. pet.
nam contra eam ex text. in d. l. quæreret aliquis.
j. de verb. ſign. vbi dicit id fataliter euenire, non
autem ex imaginatione fœminę. Pręterea dato,
quòd illa gl. ſit vera, iſtud raró áccidit, vt proba-
tur ex d. l. quæreret aliquis. & ideo non videtur
hoc attendendum: nam quæ difficulter & raró
áccidunt, cenſentur quaſi impoſsibilia, vt not. in
l. apud Iulianum. §. fi. j. de leg. j. dum dicit de con
ſuetudine. Poſſet dari caſus, in quo conſuetudo
iſta ceſſaret. Quid .n. ſi ſolita eſt portare ix. men-
ſes, & maritus habuit rem cum ea ſummo mane,
deinde mortuus eſt, deinde illa nupſit ſequenti
die, & concubuit etiã cum ſecundo marito? poſ-
ſet dici fortaſſe propter diuerſitatem iuriũ, & ra-
tionum, ſubſtantiam vtriuſq; debere diuidi, arg.
l. ſi paterfamiliâs. j. de hæred. inſti. ſed iſtud non
placet: quia lex non fingit ſuper caſu impoſsibi
li. Breuiter iſta quæſtio non poteſt determinari.
Bar. opin. eſt cõmunis. Cato Sacchus hîc dicit, ꝙ
iudicaret hunc eſſe filium ſecũdi mariti. ego nol
lem, ꝙ talis quæſtio mihi cõtingeret: quia neſci-
rem, quod dicerem. deberet fortaſſe res iudicari
per ſortes, arg. not. in l. fi. C. cõmunia de leg. ſed
cõtra hoc obſtat deciſio Bald. in l. ij. in ix. notab.
C. qñ, & quibus quarta pars. lib. x. quam pro ſin-
gulari refert Iaſ. in d. l. fi. in vlt. notab. vbi dicit, ꝙ
† ſortis diiudicatio non habet locum, niſi in caſi-
65 bus à iure expreſsis. ſed hîc non reperitur expreſ
ſio. ergo, &c. Tenendo tñ iſtam, poſſet dici, ꝙ illa
deciſio non eſt vera: nam contra eam obſtat vul
garis regula, quòd licet arguere a ſimilibus ad ſi-
milia, l. non poſſunt. ff. de legib. Ego tñ credo, ꝙ
quamuis indiſtinctè ita omnes teneãt, quòd ho-
die arg. de ſimilibus ad ſimilia non teneat, & hoc
modo in iure nõ liceat arguere: moueor per tex.
in l. ij. in §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enucl.
Ad iſtam legem nõ poſſum reſpondere, ꝙ de iu-
re Digeſtorum, quo tempore licitæ erant inter-
pretationes, iſtud erat permiſſum. Sed hodie i-
ſtud omnino eſt negatũ, l. j. §. ideoque. C. de vet.
iur. enucl. vbi text. prohibet etiam fieri gloſſas.
Sed hodie hæc cõſuetudo inualuit. & dum gloſ.
dicit natum poſt paucos dies poſt decimum mẽ
ſem cenſeri legitimũ, poſſet diſputãdo teneri cõ
trarium: qa nulla lex hoc probat: imò potiùs cõ-
trarium probatur in d. l. inteſtato. §. fin. Imol. ta-
men in hac quæſt. dicebat, eum debere iudicari L. 29.
filium ſecundi mariti, arg. l. filium eum defini- Gallus.
mus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Sed ad
hoc reſpondet Alex. quòd iſtud fundamentum
non procederet, quando filius diceret ſe filium
primi mariti: quia agenti incumberet onus pro-
bandi. Generaliùs reſponde, quòd d. l. filium. lo-
A quitur, quando † mulier ante x. menſes non ha- 66
buit alium maritum, & venit declaranda ſolùm
in caſu, in quo mulier haberet niſi vnũ maritum:
nam tunc illa lex procedit: nam ſtante quæſt.
Bart. ille text. etiam facit pro contraria opin. Ille
enim puer eſt natus ex viro, & vxore, vt vult tex.
qui nõ reſtringit ſe, ꝙ ſit vxor tempore quo puer
naſcitur, ſed ſolùm tẽpore, quo mulier pręgnans
facta eſt. Secũdò addit Imol. ꝙ maritus ſecũdus
debet ſibi imputare, ex quo verìſimiliter potuit
B ſcire, ꝙ mulier poſſet párere. Alex. hîc reſpõdet,
ſed malè. Tu dic, ꝙ, dato, ꝙ pater & mater ſint in
culpa, tamen per hoc non debet præiudicari fi-
lio, arg. l. tranſactione matris. C. de tranſact. & l.
& ſeruorum. §. ingenui. ſ. de ſtat. hom. Præterea
data hac ratione, iudicaretur filius primi: quia li-
benter quis gignit filios, l. cùm quis. C. de natur.
lib. & ideo ex delicto ſecundi nõ debet iudicari
eius filius. Sed videtur, quòd imò debeat iudica-
ri eius filius, vt ex ſuo delicto fiat pauperior: nam
C locupletior non eſt factus, qui filium acquiſiuit,
l. nemo prædo. ff. de reg. iur. Item iſtud penderet
ex animo ſecũdi mariti, vtrùm hoc eſſet ſibi gra-
tum, vel non. Sed quid, ſi iſta vxor nõ accipit vi-
rum, ſed ſit concubina alicuius? dicerẽ fauore le-
gitimationis eũ eſſe filium primi mariti. ſed vi-
de de hac quæſt. Franc. Crem. in ſingularib. ſuis,
in ſing. cxxvj. & Cott. in Memo. in verb. concu-
bina. ¶ Expeditis gl. & apparatu Barr. quæro
vtrùm † iſtud cõſilium Galli, quod loquitur in in- 67
D ſtitutione nepotis, habeat locũ in exhæredatio-
ne? videtur, ꝙ non: quia iſtud conſilium inductũ
eſt in fauorem, & ideo nõ debet retorqueri in o-
dium. Item exhæredationes non ſunt adiuuan-
dæ, l. cùm quidam. ſ. eo. Contrarium tamen pu-
to per §. in omnibus. j. ead. l. vbi ideo in conſilio
Galli non valet exhęredatio filij, quia exhęreda-
retur poſt mortem: ergo iſta ratio ceſſat in nepo-
te, videtur, ꝙ valeat iſta exhæredatio. Pręterea i-
dem in lege Velleia, cuius verba nil circa exhæ-
E redationem loquuntur, tamẽ Iuriſconſultus in-
terpretatur, vt etiam locuta ſit circa exhæreda-
tionem, l. poſthumorũ. in fin. & l. iij. j. ea. l. Eſt ve-
rum, ꝙ hodie non poſſet poſthumus exhęredari,
cùm nullam cauſam ingratitudinis cõmiſerit, l.
maximum vitium. in fi. C. de libe. præter. §. aliud
quoq;. in auth. vt cùm de appel. Et ſic ſit expedi-
tũ iſtud princ. reliqua vide hîc per Aret. & Socin.

1 *Attento effectu. conditio in inſtitutione ſecundũ Galli*
F *formulam, exprimenda eſt.*
2 *Filio & nepote poſt mortẽ teſtatoris naſcituro inſtitu-*
*tis, nepos poſt defunctũ filium vocatus cenſebitur. 3.*
5 *Coniectura mentis ſuadente, in verbis teſtatoris reſtri-*
*ctio admittitur.*
9 *In contractibus non ſubauditur conditio non expreſſa.*
12 *Si inſtitutus teſtatorem morte anteuertat, locus eſt ſubſti-*
*tutioni vulgari.*
13 *Nepos in caſu vbi filius inſtitutus, & is ſubſtitutus eſt,*
*admittitur, tam ſi filius abſtinuerit quod noluerit,*
*quàm quòd non potuerit.*
14 *Fideicomiſſariæ ſubſtitutioni, adita hæreditate locus eſt.*
24 *Patre & filiis inſtitutis, ordinis ſucceſsiui ratio, præfer-*

*tim in certis aliquot caſibus, habenda eſt.* 26, 27, 34, 38, 41, 43, 44: *in certis econtrà nõ, vt* 56, 58. 59, 61, 62, 64: *quid idem in contractibus pro patre & filiis, celebratis.* 66, 68, 69, 70, 74, 76, 77, 78.

83 *Pater filius ſtipulans an cenſeatur iis tanquam hæredibus ſtipulatus.* 84, 87, 8. *& ſeq.*

108 *Stipulatio patris filio propter bene merita, facta, tanquam filio, non tãquã extraneo, intelligetur celebrata.*

109 *Filius patri vltrò & iure naturali officiis & reuerentia obſtrictus eſt.*

¶ Quidã rectè a admittendũ credũt etiamſi nõ exprimat de morte filij, ſed ſimpliciter inſtituat: vt eo caſu valeat, q A ex verbis concipi poſsit.

a §. QVIDAM RECTE *a.* ¶ Tradiderat Gallus Aquilius formulã ſuã, qua docuerat ſub duabus conditionibus inſtitui poſthumũ nepotem 1 poſſe: interpretatur † nunc Scæuola id verum eſ- B ſe, ſi ad effectum attẽdamus, ſi verò ad verba, poſſe illam conditionem, *Si filius meus moriatur*, omitti, tãquam ex natura actus ſubaudiatur. Finge ergo dixiſſe teſtatorem, *Se quis mihi ex filio nepos poſt mortem meam naſcetur, hæres eſto*, valebit inſtitutio, dũ tamen cętera habilia conueniant [a], certaq; eſt hæc poſitio, ſi ſententiam Bar. ſequamur, qua cenſuit haudquaquam neceſſariam eſſe in cõſilio Galli, filij inſtitutionẽ: quod & nos ſuprà ꝓbauimus. Quòd ſi diuerſam ſequamur, magis dubitabilis C 2 erit quæſtio. Pone dictũ eſſe, † *Filius hæres eſto, nepos qui poſt mortem meam naſcetur, hæres eſto.* videtur enim adiunctum filio potiùs nepotem eſſe, quàm ſubſtitutum: nec enim teſtator nepotem vocauit caſu, quo filius hæres non ſit [b], nec vlla hîc eſt copula, quæ ad ordinem ſucceſsiuum referẽda videatur [c]. Erit ergo in ſemiſſe hæreditatis vocatus iis verbis nepos, habebitq; hoc ab auo aduentitiũ [d], vt propter generalitatem verborũ non in caſum neceſſariũ duntaxat vocatus videatur, ſed in voluntariũ quoq; [e]. Sed tñ Doct. aliter ſentiũt, vt ex natura actus videatur nepos ſolùm vocatus mo- 3 riente filio. Fortiſsima † enim illa hæc eſt coniectura, quæ & ex natura actus, & ex qualitate perſonarum ſumitur [f]. Nec enim veriſimile eſt, voluiſſe teſtatorem filio ſuo adiunctũ dare, & ante 4 tempus nepotẽ admittere [g]. Nã † & videmus legatum ſimpliciter filiæ factum, in cauſam tñ neceſſariam dotis intelligi, non aũt in voluntariã [h]. 5 Hinc cõſequens eſt, vt † verba teſtatoris aduerſus ꝓprietatem reſtringi debeant, quoties coniectura mentis hoc ſuadet. quæ ſentẽtia ſuprà ſcripto caſu defendi poteſt, quo tria concurrant. Primũ, ꝙ cõiectura valde efficax eſt. Alterum, ꝙ de re agitur, quæ tota à facto teſtatoris pendet. Tertiũ, ꝙ de materia vltimarũ voluntatũ tractamus. ꝙ ſi aliquid ex iis deficeret, aliud videretur reſpondendum: non enim temerè à proprietate verbo- 6 rum recedimus. [i] Et † in primis ſi coniectura non ſit adeò efficax, apparet nullam fieri reſtrictionẽ hoc exemplo. Pater plures filios ex diuerſis vxoribus ſuſceptos inſtituit: & inuicẽ ſubſtituit, an, vno repudiante, admittentur duntaxat vtrinque coniuncti ſecundum diſpoſitionẽ legis [k] ? an omnes propter generalitatẽ verborũ ? & receptũ eſt omnes admitti, etiam ſi de pupillari ſubſtitutione agatur [l]. nã & tali caſu legato facto fratribus, omnes admittentur [m]: non aũt gradatim, vt vtrinq; coniuncti potiores ſint, quod Caſtrenſis 7 credidit [n]. Rurſus † cùm res à facto teſtatoris nõ pendet, non fieri talem interpretationem ex eo conſtat, ꝙ teſtator ſi filium ſpurium inſtituat, ſuo hac conditione *Si legitimabitur*, valeat inſtitutio [o]: & tamen, ſi ſimpliciter inſtituat, non valet [p]: nec conditio illa ſubintelligetur, quæ nõ à facto ſuo, ſed principis pendet, ideoque veriſimile non eſt, vt eueniat [q]: an quia nec in cõſequentiã hæreditatis debet videri actum de reſtitutione natalium, quæ difficiliùs conceditur, & 8 cui lex reſiſtit [r]. Qua † ratione, ſi inſtitutus ſit filius legitimatus, appareatq; deinde legitimationem nõ valere, non poterit iſte mortuo teſtatore rurſus legitimari. quod Caſtrenſis tradit [s]: niſi tamen teſtamẽto adiecta eſſet clauſula *Omni* 9 *meliori modo, &c.* qua de re alibi [t]. Cæterùm † & in B contractibus aliud eſſe oſtenditur eo argumẽto, ꝙ vt ſuſtineatur ſtipulatio rei ſuæ. quæ nulla eſt, non ſubauditur conditio, *Si mea eſſe deſierit* [u]. nam & pater, qui ſtipulatus eſt dotem, ſoluto matrimonio, ſibi reddi, intelligitur ſimpliciter ſtipulatus, nõ aũt conditionaliter, niſi filia ſtuprum 10 cõmiſerit [x]. & † qui ſtipulatur ſimpliciter à marito dotem ſibi reddi, intelligitur ſimpliciter ſtipulatus, vt tota reddatur, adeò vt maritus nihil ex ſtatuto lucretur [y]: quicquid Rainer. cenſue- C rit [z]: cuius ſentẽtia eo duntaxat caſu defendi poteſt, quum expreſsim verba ad diſpoſitionem iuris relata eſſent, putà *Promittis reſtituere dotem, quam debes* [a] ? vel quum promiſsio ex neceſsitate legis fieret [b], vel ſubauditio modica & veriſimilis eſſet [c]. qua de re alibi [d]. & hæc, quod ad primam poſitionem attinet, ſatis. Aliter, & ſecũdo modo ponit caſum Accur. vt cùm teſtator dixit, *Filium,* 11 *& nepotem, qui ex eo mihi poſt mortem meam naſcetur, inſtituo.* quæ poſitio, & ipſa recepta eſt, videturque D ſat probabilis, vt † conditio iſta ex natura actus ſubintelligatur, non ſolùm prima, *Si filius, me viuo, moriatur*, ſed etiam ſequens, *Si naſcatur poſt decem mẽſes à morte filij*, cùm ſcilicet cõſtat voluiſſe teſtatorem ſecundum Galli conſilium teſtari. Quid ergo, ſi tali caſu contingat filium patri ſuperſtitem eſſe, & nepotem deinde poſt annum concipi, an filio abſtinente, hic nepos admittetur? & videretur non admitti: nõ ab inteſtato, quaſi poſt mortem eius cõceptus [e]: nõ ex teſtamẽto, quia poſt E decem menſes à morte patris non eſt natus. Sicque verbis conditionis defectus eſt [f]. & tamen verba teſtamenti expreſsè & (vt ita dicam) ad literã eum vocant, & fortè tali caſu humanius eſſet, eam conditionem non ſubaudire, idque ex pręſumpta voluntate teſtatoris, vt ex his, quę ex poſt facto cõtigerunt, declaremus quid retrò ſenſerit teſtator [g], ne hic excludatur [h], vt hoc caſu ei regulæ ſit locus, *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent* [i]. Tertius eſt modus, quum dictum eſt *Si* F *filius hæres non erit, nepotem, qui ex eo naſcetur, ſubſtituo*, certior autem videtur hic modus propter verbũ *Subſtituo*, quod ſatis indicat nepotem non adiungi cohæredem filio, ſed poſt eum duntaxat ad- 12 mitti [k]. Adnotatq; † hinc Bar. inſtituto ante obitum teſtatoris decedẽte, locum eſſe vulgari ſubſtitutioni [l]: quod ego verum eſſe arbitror, etiam ſi non de expreſſa vulgari, ſed de tacita agatur, quæ pupillari ineſt [m]. Rurſus verum arbitror etiam in vulgari, quæ compendioſæ ineſt, in qua conditio inſtituto adiecta defeciſſet, dũ tñ talis ſit,

a l. qui teſtamẽto. de teſta. c. j. de æta. & qual.
b l. Lucius. ij. j. de hæred. inſtit. l. uerbis de uul.
c ut hic in fi. gl.
d l. auus neptis. ſ. de iure dot. l. quæſit. in prin. ubi not. de leg. j.
e Alexan. l. ſi qs maior. j. not. C. de tranſact.
f l. plenum. §. equitij. de uſu, & habit.
g l. uerbis. j. de uulg.
h l. filia. C. de legat. l. huiuſmodi §. cum pater. de legat. j.
i l. non aliter. de legat. iij.
k auth. itaq; C. com. de ſucceſſ.
l Aret. & Iaſ. l. Lucius. j. de uul.
m l. fi. ad Trebel.
n in l. fi. C. de uerb. ſig.
o Bald. Ang. Mod. in §. inſtituens.
p auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Ange. l. his uerbis. §. interdũ. j. tit. iij.
q l. apud Iulianũ. §. fi. de leg. j.
r arg. l. penul. §. illo C. de nec. ſer. hær. inſtit.
s Paul. l. eã, quã. C. de fideicom. Dec. conſil. clxxvj.
t Paul. conſil. cccxxx. præſuppoſito ꝙ iſte pater. uerſic. iij. in ij.
u l. ſi rem meã. l. ſcire. §. fin. de uerb. oblig.
x l. ſi dotem. C. de iure dot. ubi Doct.
y l. ſi prior. cũ glo. ſ. ſol. matrimo.
z Rainer. l. poſt dotem. in 4 lec. eo. tit.
a d. l. ſi prior.
b l. fin. C. ad leg. Falcid.
c l. in his. §. fi. de ſolut.
d lib. j. de uerb. ſign.
e l. ſi quis filio. uerſi. cæterum. j. tit. j.
f gloſ. l. ſi mater. §. j. de uulg.
g l. fi. C. de inſti. & ſubſtit. Bart. l. ſi filio. ij. in fi. de don. cau. mor. d. l. pen. § fi. l. pater. §. ij. de cond. & demon.
h arg. l. ſi quis filiũ. C. de inoff. teſtam.
i l. expreſſa. de regul. iur.
k l. iij l. quãdiu. de aqui. hæred.
l l. unica, § pro ſecundo. C de cad. tol l. Thais. § Speudophorus. de fid. liber.
m l ſi pater filiũ. de uulg. glo. l. lex Cornelia. eo. tit. uerb. nõ exiſtimo.



ſit, quę ſolius inſtituti fauorem reſpiciat: videtur enim ea conditio reſpectu fideicommiſſarię dũtaxat adiecta, non reſpectu vulgaris. Vnde cùm quis Titium hæredem ſcripſiſſet, &, eo abſque liberis quandoque decedente, Caium ſubſtituiſſet, Titiuſque relictis liberis, viuo teſtatore obiiſſet: reſpondi Caium ex vulgari ſubſtitutione admitti, nec ei obeſſe conditionis in caduco gradu defectum [a]. mortuo enim Titio, & conditiones ei adiectæ defecerunt. quod ſenſit Barr. & ex facto Caſtr. cõſuluit [b], ne defectu conditionis hæredi legitimo prodit, cui manifeſta teſtatoris mẽs Caium prætulit: qua tamen in re ampliùs cogitandum eſt [c]. Cæterùm quum illa verba *Si filius hæres non erit*, duplex caput habeant, ſi non hæres, quia non poſsit, putà mortuus, vel qa nolit [d], putarem vtroq; caſu locum fore ſubſtitutioni: qa licet filius ſit neceſſarius hęres patri, habet tamẽ à prætore beneficiũ abſtinendi [e], ſecundũ quod poteſt nolle eſſe hęres: receptiſsimaq; hodie hęc eſt opinio, licet olim aliud fuiſſe Caſtr. & Alex. tradant: poterat enim ſecundum Gallum in caſu duntaxat impotentiæ poſthumus alienus inſti- 13 tui, quod ſuprà vidimus [f]. Sed † quid ſi ſimpliciter teſtator dixit, *Filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo*, an admittetur nepos, filio repudiante? & dubitãt aliqui: quia in hac formula nullum caput eſt expreſſum: & ideo videretur, ſecundum naturã actus duntaxat de caſu impotentiæ agi [g] quod non probo. cùm enim ſubſtituerit nepotẽ, apparet in omnibus caſibus eum vocatum, quibus locus eſſe ſubſtitutioni poteſt. Ii ſunt duo caſus, ſcilicet impotentię, & omiſsionis [h], vt idem operetur generalis enuntiatio, quod ſpecialis [i]. Quid ergo, ſi ſpecialiter dictum ſit, *Si filius me viuo moriatur, ſubſtituo nepotem?* & is, non moriatur, ſed repudiatur? & reſpectu tertij vltimo loco ſubſtituti, ſatis putarem conditionem defeciſſe [k]: quod. n. ad eum attinet, dicitur volũtaria: & ideo debuit ad vnguem impleri [l]: reſpectu verò ipſius nepotis talis conditio eſt neceſſaria, ne rumpatur teſtamẽtum. Vnde defendi poſſet, nepotem adhuc admittendum, tametſi aliter Caſtr. hic ſenſerit. Nec me mouet Pomponij reſponſum [m], quod in conditione voluntaria loquitur, quæ vim demõſtratiõis habet, vt ibi declaraui. Certior eſſet hęc ſentẽtia, ſi teſtator ſe ſubſtituere nepotem dixiſſet, vulgariter, pupillariter, & ꝑ fideicõmiſſum. 14 Subſtitutio † enim fideicõmiſſaria locum habere nõ poteſt, niſi demum adita hæreditas proponatur [n]: neceſſariò ergo cenſebitur teſtator tũ quoque ſubſtituiſſe, cùm adita hæreditas eſſet, & ſic ſuperſtes ſibi filius fuiſſet: aliàs eñ adire nõ potuiſſet. quod & ex facto rectè reſpondit Dec. [o]. 15 Quarta poſitio, cùm † teſtator paucis verbis vſus ſimpliciter dixit, *Filium inſtituo, & nepotem ſubſtituo.* hæc enim verba ad vulgarem ſubſtitutionem referuntur, quæ ſecundum Galli conſilium inducuntur. Sed an fideicõmiſſariam quoq; infert? & 16 Alex. cæteriq; receptiſsimo calculo negãt fideicõmiſſariã induci: quia † fideicõmiſſum ſimpliciter, & ꝓpriè loquẽdo non dicitur ſubſtitutio [p], & quia verba potiùs ſecundũ directum ius accipi debẽt [q], quàm vt fideicõmiſſum, id eſt grauamẽ inducatur [r]. Vnde infertur, nec in reciproca quidem tali verbo includi fideicõmiſſum, quod ſanè receptiſsimum eſt [s]: indubitataq; hæc eſt ſententia, quoties verba adeò ſpecialiter expreſſa ſunt, vt nullo modo fideicõmiſsi caſum compræhendãt, veluti in ſubſtitutione pupillari expreſsim facta: habet † enim caſus plurimùm à fideicõmiſsis differentes [t]. Idem in vulgari expreſſè concepta: cùm cõditio illa *Si hæres nõ erit*, nullo modo fideicommiſſariæ conuenire poſsit [u]. 17 Sed magna hæſitatio eſt in caſu dubio, cùm verba fideicommiſſariæ non repugnant, vt in ſuprà ſcripta ſpecie: cùm ſimpliciter dictum eſt *Nepotẽ ſubſtituo.* communis enim ſententia ſcrupulo nõ caret. ſiquidem Bononię, vt Bartol. hîc refert, diſ- A putatum fuit cõtrarium, vt ſcilicet potiùs compendioſa ſit talis ſubſtitutio: ideoque Bal. fideicommiſſariam quoque contineri cenſuit [x]. Vi- 18 demus enim in compẽdioſa id eſſe: quę † tametſi verbis directis concepta ſit, flectitur tamen ad fideicommiſſum [y]. quod tamen aliam rationem habet, nempe vim verborum tractum habentium [z]. Vnde manifeſta teſtatoris mens fideicommittere volentis colligitur. Ego accepi verbum *Subſtituo* commune eſſe, idque etiam pro- B 19 pria ex ſignificatione [a]: verùm † quando conditio mortis, vel tractus temporis non adiicitur, ad directum ius ſolùm referri, & vulgarem inducere, ne aliàs inſtitutus teneatur ſtatim reſtituere, & ſic in effectu minus habeat, quàm ſubſtitutus [b]. Quòd ſi cõditio mortis adiecta ſit, vel verba tractum habeãt, vel clauſula codicillaris hoc ſuadeat, tunc nulla eſt cauſa, cur aduerſus vim ꝓprietatemq; verborũ in re clara fiat reſtrictio [c]. Putauerim igitur communem ſentẽtiam aduer- C ſus Bald. veriorem eſſe, ex qua conſequens eſt, vt quod vulgò dicitur, in teſtamento inter liberos clauſulam codicillarem ſubintelligi [d], verum nõ ſit, cùm de alterius liberorum onere, putà fideicommiſſo, ageretur: non enim facilè credendum eſt, voluiſſe patrem filium ſuum fideicommiſſo grauare. Quintus intellectus legis noſtræ eſt, cùm teſtator dixit, *Filium, & ex eo nepotẽ inſtituo.* vi- 20 deretur † enim hac conceptione nepotem duntaxat poſt filij mortem vocaſſe, reſoluiturq; con- D iuncta in vim diſiunctæ [e]: quod iſto caſu omnes probant, videtur enim teſtator nepotis mentionem feciſſe, quia vereretur, ne ſublato, ſe viuẽte, filio, nepos, agnoſcendo rumperet teſtamẽtum. Vnde talis inſtitutio ad eum duntaxat caſum reſtringitur, quo neceſſaria fuit: cùm in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtat [f], ſuadetque hoc ordinata charitas, quam erga deſcendentes ſeruare debuit teſtator, vt ſcilicet qui ſibi propiùs iungitur, & priùs ſuccedat. Sed quid ſi teſtator filiũ, E & nepotem iam natos ſecũdum ſuprà ſcriptam verborum formam inſtituat? & Accurſius ait, videri ordine ſucceſsiuo inſtitutos, vt ſcilicet nepos ſit filio vulgariter ſubſtitutus [g]. quæ ſententia creberrimè recepta eſt, idque legis noſtræ argumento, cui tamen aliqui reſpondent [h], legem noſtram in poſthumo loqui, qui ſimul cum patre vocari non poterat. At quæſtio hæc de eo ambigit, qui iam natus eſt, & q vnà cum patre poteſt ſuccedere. Sed certè crediderim ego, ſicut ex Gal F li prouiſione ſubſtitui nepos poſthumus patri potuit, ſublataq; incertitudinis ratio fuit, ita etiam adiungi patri potuiſſe, & illi cohæres dari: idque poſt legem Velleiam & Scæuolæ huius legis auctoris tempore [i]. non igitur à communi ſententia recedendum eſt. Nec me mouent, quæ aduerſus eam à quibuſdam ſatis argutè adducũtur. & in primis violari coniunctæ naturam, quæ 21 æqualiter determinare ſoleat [k]. Potior † enim eſt neceſsitas, & ordinatæ charitatis præſumptio, quàm dictiunculæ illius proprietas, quam vide-

a arg. d. §. forſitan. & l. cohæredi. in prin. de uulg.
b Bar. d. l. quandiu. in fi. Paul. d. conſi. clij. in j.
c Socin. conſil. 77 in iij.
d l. cùm propoſuerat nas. C. de hęred. inſtit.
e §. fin autem. uerſi. ſed iis Prętor permittit. Inſtit. de hæred. qual.
f Inſt. de bonor. poſſeſ. in princ.
g arg. l. plenũ §. equitij. de uſu & habit.
h d. l. cùm proponas.
i d. l. ſi duo. de admi. tut.
k l. ſi mater. §. fin. in gloſſ. j. de uulg.
l Bartol. j. §. & quid ſi tantùm.
m l. commodiſſimè. ſ. eod.
n gl. l. ille, à q. §. ſi de teſtamẽto. ad Trebel. Bar. d. l. quãdiu in fi.
o Dec. conſil. cccxciiij. in uerſ. v.
p l. tutores. §. hęres. de admi. tut. l. iiij. j. de uulg. ubi Doct. & in rub.
q c. j. de teſtam. in 6. gl. l. uerbis. de uulg.
r d. l. cohæredi. §. cùm filię. eod. tit.
s Doc. l. Lucius. de uulg. l. in teſtamento. C. de teſt. mil.

L. 29. Gallus. §. Quidã rectè.

t l. ſi frater. C. de fideicom.
u Dec. l. precib. C. de impub. & conſi. ccxcj. & conſi. ccxlviij.
x Bald. humanitatis. uerſicul. quæritur ſecundò. C. de impub.
y Alex. d. l. uerbis.
z glo. d. l. in teſtamento.
a l. generaliter. §. cũ autẽ. C. de inſt. et ſubſt. l. Titia Seio. §. Seia. de legat. ij. Bart. l. cẽturio. in fin. j. de uulg.
b l. Publius. de cõd. & demõſt. in ff.
c gl. l. in teſtamento. C. de teſta. mil. Doct. l. ſi frater. C. de fideicõmiſ. Laud. d. l. centurio.
d glo. d. §. cum filiæ. in gl. fi. ubi Iaſ.
e l. ſæpe. de uerb. ſig. l. fũdus ille. de cõtrah. empt. l. fin. C. de dot. promiſſ.
f l. relegatã. de adimen. legat. And. de Piſis hic.
g arg l. noſtræ, ſecundum v. intellectum.
h Iac. Aret. Iaſ. hic.
i arg. §. j. Inſt. de bon. poſ.
k l. reos. de duobus reis. §. j.

videmus ſępè inuerti propter coniecturam men-
tis [a], quæ res plurimis exemplis demõſtrari poſ-
I. ſet [b]. Nec me mouet iſta ratio, quòd † in dubio
22 quęlibet determinatio ęqualiter fieri debeat: ve-
rum enim id eſt inter eos, qui in pari gradu ipſi
teſtatori ſunt. ſuadet enim hoc eius voluntas [c].
At in caſu noſtro aliud eſt, quum potior nepote
ſit filius, vt meritò aliud quoq; ſtatuendum fue-
II. rit [d]. Nec dicat aliquis cum Aret. neceſsitatem
hîc nullam eſſe, niſi legitimæ reſpectu [e]. Reſpon-
deo, cùm filius ſit ſimpliciter inſtitutus, nulla eſt
ratio, cur præſumamus voluiſſe teſtatorem ſepa-
ratione vti, & aliud iuris in legitima, aliud in re-
liquo conſtituere [f], maximè cùm nequeat filius
legitimam retinere, & reliquum repudiare [g].
Nec obſtat, quòd lex ita demum nepotem poſt
III. filium admitti dicat, quum duo ſunt gradus. At
hic inquit Iaſ. vnus duntaxat eſt gradus. Reſpon-
deo, imò vt hîc, effectu ipſo ſecundum mentem
teſtatoris duo ſunt gradus, licet prima verborũ
ſuperficie vnus tantum videatur. perinde enim
eſt, ac ſi ſcriptum eſſet, *Filium, & deinde nepotem inſti-*
IIII. *tuo*. Nec me mouent quædam aliæ leges, qua-
ſi recentiores [i]: infrà enim videbimus illis non
confutari communem concluſionem, ſed limi-
tari. Sed nunquid ſuprà ſcripta concluſio pro-
cedat, etiam ſi inuerſus ſit ordo ſcripturę, vt quia
teſtator dixerit, *Nepotem & filium inſtituo*? & Bart.
adhuc procedere exiſtimauit [k], tanquã neceſsi-
tatis ordinatæq; charitatis coniectura ſi præfe-
renda ei, quæ ex ſcripturæ ſerię depręhenditur.
quod & Iaſ. hic quibuſdam coloribus adornat [l].
23 Quibus & illud accedat, quòd † in fideicommiſ-
ſo Titio, & Sempronio, & familiæ relicto, ſem-
per nominati admittũtur. Nec intereſt, an prius
familiæ ſit facta mentio, an poſteriùs [m]: niſi dicas
etiamſi Titius & Sempronius ſint poſteriùs no-
minati, tamen & priùs ſub familiæ appellatione
compræhenſos fuiſſe: quale illud ex Euangelio,
Dicite diſcipulis, & Petro [n], &c. Angel. tamẽ ſu-
prà ſcriptæ ſententiæ aduerſantur, & tunc nepo
tem cum filio admitti maluit: ne ſcilicet quæ [o]
improprietates locum habeant: & q̃ coniuncta
ordine ſucceſsiuo intelligatur [p]: & q̃ qui prius
vocatus eſt, poſteriùs admittatur [q]: ne hîc vlla
eſt neceſsitas valoris teſtamenti, cùm ambo poſ-
ſint admitti, præmoriente filio teſtamentum
cohæredis aditione ſuſtinebitur [r], putarimque
probabiliter defendi id poſſe, niſi cõmunis ſen-
tentiæ auctoritas, atque ratio plurimùm me mo
ueret [s]. Sed † quid neceſsitas nulla ordinatáve
24 in deſcendentes ſuos charitas ſubſit, ſed dunta-
xat veriſimilis affectio, vt quum quis fratrem, &
eius filios inſtituit? & Dynus, & Bartol. aliique
quidam veteres idem exiſtimarunt [t], vt adhuc
ordine ſucceſsiuo quemadmodum ab inteſtato
ſuccederent filij, admittantur, & cõiuncta in diſ-
iunctam reſoluatur [u]. Sed ab hac ſententia di-
uerſi abiere plerique [x]: quia iure Pontificio tra-
ditũ eſt, inſtituta Alterocha & eius filiis, item in-
ſtituto patruo & eius filiis, æqualiter filios cum
parentibus admitti, quamuis inteſtato teſtatori
priùs parentes, quam filij ſuccederent [y]. Nec a-
deò efficax videtur coniectura, quæ ex adfectio-
ne & ſuccedendi ab inteſtato ordine ſumitur, vt
vim ſermonis conuellat, coniunctamq; ad ordi-
nem ſucceſsiuum transferat. Ego neutram ſen-

a d.l. ſæpe. d.l. fundus. d.l.fin.
b c. j. §. j. epiſcop. uel abbat. in feud. Bart. l. vxorẽ. §. teſtamento. ij. de legat.iij. Bart. l. vt iu. §. j. de oper. lib. Alex.conſil. cxxx.in fi.in ij.
c l.4.ſ.de uulg.
d l.fi.§.fi.de leg. iij.
e l.Papinianus. §.quarta aũt de inoffic. teſta.l.ſi pater pro filia. de collat.dot.
f l.j.ſ.de acquir. hæred.
g Bart. l. gerit. de acquir. hæred.
h l. cum teſtamẽtũ de hæred. inſtit.
i l. codicillis. §. inſtituto.de leg. ij.
k l.talẽ. de hæred.inſti. l.quidã.de pecul.leg. l. non enim. de ſolut.
l facit l.cum ita. §.fi.de legat ij.
m l. cũ ita. § fi. ubi gloſſ. Bart. Paul.de leg.ij.
n glo.rub.C. de ſer.& aq.
o l. j. C. de dot. promiſſ.
p l.unica, §. his ita. C. de caduc. tollend.
q l. qui ſoluẽdo nõ erat. ſ.tit.iij.
r d. l. unica, §. pro ſecundo.facit l.pẽ. de leg.j.
s l.in iis. § fi. de ſolut.
t And. de Piſis, Iac. de Put. hic, Rapha. l. fin. §. Scio. de legat.ij.
u arg.d.l.generaliter.in prin.et d.l.Lucius.ij.ſ.tit.iij.l.ſi is,qui ducẽta.§.fi.de reb.dub.
x Angel.Imol,Alex.& Modern. Guido Papæ conſil.cxxij.cxxxiij. Corneus xlvij.in iiij.
y c.Raynu,&c.Raynal.de teſt.

tentiam efficaciter iure noſtro probari ſcio: ſed
cùm ſtatus coniecturalis ſit, plurimùm hoc ab ar
bitrio iudicis pendére arbitror: qui tamen à vi &
proprietate copulæ non recedat, niſi ex euiden-
tibus ſignis, quę quidem à patre ipſa allegentur.
ſiquidem quoties quis præſumptioni innititur,
eam allegare debet [z]. Vnde in ſuprà ſcriptis põ-
tificũ decretis nihil aduerſus Bartolum proba-
25 ri credendum eſt: quia † in eis non ſolùm ea præ-
A ſumptio allegata non erat, ſed parentes ipſi cum
filiis conſentiebant [a], & vnà libellum aduerſus
poſſeſſores dederãt [b], nec de iure inter ipſos vl-
la fuerat diſputatio [c]. Adde, quòd ibi conſtabat
teſtatorem ab ordine ſucceſsionis ab inteſtato
receſsiſſe, vt qui in ſucceſsione adiectæ excluſiſ-
ſet matrem [d], & filios puerorum voluiſſet cum
auunculis concurrere [e]. Dixerit quoque ali-
quis, eo caſu potuiſſe filios ſimul cum parenti-
bus agere: quia propter ſucceſsionis ſpem, eo-
26 B rum intererat [f]. Cæterum † adnotandi ſunt a-
I, liqui caſus, quibus ſententia Bar. etiam crebrio-
re calculo videtur approbata. Et in primis Bart.
hîc eum differt, quum per diſiunctam concepta
ſunt verba: tunc enim abſque dubio videtur te-
ſtator ad ordinem reſpexiſſe [g]. quod tamen in-
telligendum, vt per vulgarem duntaxat ſubſtitu
tionem vocati cenſeantur filij, non autem ex fi-
deicõmiſſo. quod eleganter Socinus reſpõdit [h],
II. & ego infrà attingam. Alter † eſt caſus, quẽ idẽ
27 C Bart. annotat, quando teſtator dictione collecti-
ua, & quidem plurium graduum vſus eſt, vt quia
dixit, *Inſtituo patrem, & eius liberos, ſeu deſcendentes*. tũc
enim admittentur ordine ſucceſsiuo. Idem ſi di-
xiſſet, *& eius familiam* [i], *ſeu gentem, cognationem, ſobolẽ,
ſtirpem*, & ſimilia [k]. quod omnes hîc fatentur, &
non ſemel reſpondit Alexand. aliique recentio-
res. Nec quicquã obſtat, quòd ſecùs eſt, cùm quis
inſtituit Alterocham, & ſobolem, quam geſta-
28 bat in vtero [l]: adiectio † enim qualitatis colle-
D ctiuam vocem eo caſu reſtringit [m]. Hinq; infert
Soci. quòd in caſibus, quibus appellatione filio-
rũ veniũt nepotes, quos alibi annotaui [n], admit-
tẽtur ordine ſucceſsiuo, tanquam iuris interpre-
tatione dictio Filiorum, tunc collectiua ſit: quæ
ſententia ſat dubia eſt, cùm collectiuũ nomẽ ſit,
quod propria ſignificatione plures gradus con-
tinet, nõ quod iuris interpretatione: plurimùm-
que referat, an quis expreſſa teſtatoris verbà pro
ſe habeat, an ſola interpretatione & iuris cõmen
E to vocetur [o]. nam & cùm filios hoſce ſucceſsiuo
ordine admitti per fideicõmiſſum ſentiat, appa-
29 ret rarò eius ſententiæ locum eſſe: cùm † in fidei-
cõmiſsis (quia onus filio inferunt) appellatione
filiorum regulariter nepotes cõpræhendantur [p].
Addit idẽ Soci. ſi ex lege municipali maſculi prę
ferantur fœminis, tũc quoq; dictionem Filiorũ,
collectiuam cenſeri, vt filios priùs, deinde fœmi-
nas compręhendat [q]: cuius rei exemplum in in-
ſtitutione à patre naturali tantùm facta accipi
F poteſt. Nec enim in eo vlla eſt neceſsitas: in caſu
verò quęſtionis noſtrę nõ poteſt, cùm quis tranſ
uerſalem, & filios inſtituit. ſtatutũ enim maſcu-
los præfert in ſucceſsione aſcendentis: at hîc de
ſucceſsione primi teſtatoris agitur [r], qui eſt
tranſuerſalis. Intelligendus ergo eſſet Soc. cùm
verba ſtatuti hunc quoque caſum compræhen-
30 derent. Illud † ad ſuprà ſcripti caſus interpreta-
tionem magis pertinet, quemadmodum ſucceſ-
ſiuus hic ordo accipiatur, non ſolùm reſpe-

z l. ſi adulteriũ. uerſi.idẽ Pollioni.de adul. Doc. l.cum qd.ſi cert. pet. Fel d.c.affer te.de præſumpt.
a l. cum precũ. C.de lib cau.
b l.ut fundus.ſ. com.diuid.
c arg.l. qui teſtamẽto.ſ. de teſta. l. qui duos. de procur. Dec. cõſil.ccliij.
d auth. defuncto.C.de Tertyl.
e auth. poſt fratres.C.de ſuis & legit.
f l.ſi patroni.in fi.ad Treb.l.ſi ſuſpecta. de inoff. teſt.
g d.l.cum pater. §. pen. de leg.ij. Bar. l. hæredes. §.cũ ita.in fi. ad Trebel. Iaſ.l. pe. uerſi.iij.C.de im pub.
h conſil. cxiij. j. uol.
i l.peto.§.fratre. de leg.ij.
k l.fi.C.de uerb. ſig.
l d.c.Raymtius.
m Bart.l.j.C.de ſum. trinit. in princ.
n d. l. liberorũ.
o l. ille. in fi. de leg.iij.
p Rom. conſi.cc ccxxxviij.incip. omnipotẽtis. in fin. Soci. ciiij.in iij.Dec.cõſi.xcv. in ij.dub.
q arg.d.c.j. epiſcop. uel abbat. Bart.d.l.ut iuriſiurãdi. §.j. de ope.lib.ff.Soc.cõſil.xc.in j.
r d.l.cohæredi.§.cum filiæ





ctu fratris, ſed & ipſorum liberorum. Etſi frater
hæres non ſit, ſentiunt Doct. liberos ipſos, tan-
quàm vulgariter ſubſtitutos, admitti. Quòd ſi
hæres ſit, maior eſt difficultas. & Socin. exiſti-
mat cenſeri fratrem fideicommiſſo grauatum, vt
liberis partem ſuam reſtituat. Sicut enim libe-
ri ipſi inter ſe grauati fideicommiſſo videntur
propter collectiuæ vocis naturam [a], ita & frater
erga liberos videri debet, vt æqualis fiat deter-
minatio [b]. Quæ ratio ſat frigida eſt: cùm enim A
per copulam dirimatur à liberis, natura copu-
læ ſuadet, vt ſimul admittatur: quæ ratio ipſo-
rum liberorum, reſpectu inter ſe non procedit [c].
& ideo Decius contrarium reſpondit, non vide-
ri, ſcilicet grauatum fratrem fideicommiſſo: i-
mò nec ipſos quidem liberos inter ſe: inuertit-
que argumentum ſuperius, vt æqualis determi-
natio reſpectu liberorum fiat. Si enim frater ipſe
nõ eſt grauatus, nec liberi quidem grauati vide-
ri debent [d]. Addit Ruinus, idem eſſe, etſi com- B
pendioſè ſubſtitutum ſit, putà quia dictum fuit,
*Quandocũque deceſſerit filius, ſubſtituo fratrem, & eius li-*
31 *beros*. dictio † enim illa *Quandocunque*, quę tractum
temporis ſignificat, ſubſtitutionem fideicom-
miſſariam reſpectu fratris inducit: reſpectu ve-
rò familiæ non debet cenſeri repetita [e]: meritò
ergo familia duntaxat ex vulgari ſubſtitutione
32 admitti poterit: ſed hac de re infrà. Ego † pu-
to diſtinguendum, vt ſi teſtator per verba dire-
cta ciuilia vocauerit fratrem, & liberos, vera ſit C
Decij ſententia, vt fideicommiſſum nullum in-
ducatur, ſed frater cum his liberis admittatur,
qui tum extant [f]. Quòd ſi verba communia
ſint, & tractum temporis habeant, fratrem &
liberos (ſi qui primò nominati ſint) admitten-
dos putarem, & poſt mortem eorum reliquos li-
beros, qui proximo gradu teſtatori ſint [g]: vlterio-
res verò non admitti, niſi teſtator ſpecialiter
hoc ſignificauerit, vel verba hoc inferant: vt cùm
dixit, *Relinquo Titio fratri & eius liberis, ſeu eius familiæ,* D
*vt in ea permaneat*: quod & Rapha. Com. tradidit [h].
vel, *Nec de familia exeat* [i]. Nec me mouet, quòd
Bartol. hîc aliud videatur ſentire: quia loquitur
ipſe, cùm ſimpliciter relictum eſt familię, vel ſim
plicitet relictum liberis [k]. At nos quærimus,
cùm primò nominatus eſt frater, & per copulam
illi adiecti ſunt liberi, vel familia. Sicut enim re-
ſpectu fratris vlterior nõ ſit progreſſus, ita & re-
ſpectu familiæ, vt ij ſolùm admittantur, in qui-
bus duplex hæc qualitas concurrat: & quòd ex E
nomine defuncti tempore mortis teſtatoris fue
rint, & quòd ex ijs agnatis ſint, qui primo gradu
ſint procreati, vt copula in Modeſtini reſponſo
non ſingulariter, ſed ſenſu compoſito accipia-
tur [l]. Vnde conſequens eſſe Ruinus hîc cenſuit,
cùm teſtator nominatim inſtituiſſet filios ſuos,
& ſubieciſſet, *Si quis eorum deceſſerit, ſubſtituo ei alios fi-
lios, & omnes deſcendentes meos*, eum qui ex filio na-
tus ſit, cum patruo non admitti: quia dictione Fi
lios, patruus videtur nominatim vocatos, & i- F
deò priùs admittendus [m]: aliàs ea dictio ſuper-
flua eſſet, cùm ſatis fuiſſet dictione Deſcenden-
tes, vti. Ego potiùs ſecundum ordinem ſucceſ-
ſionis ab inteſtato ea verba accipienda credide-
rim [n], ſecundum quem filius in locum patris a-
ſcendit [o]. Sed † quid ſi teſtator ſic dixerit, *Sub-*
33 *ſtituo Titium fratrem & ſuos*? Et videntur verba eſſe
ambigua: an intelligamus ſuos filios? quod vis
ſermonis inferre videtur [p]. an ſuos liberos? quod

a d.§ fratre.d.l. fi.d.l cum ita
b d.l.iiij.
c arg.l. uel ſingulis. ubi dixi, de uulg. Bald. conſ.308.j. Butr. 77. Alex. conſil. 139.in fin.in 5.
d Dec.conſil.ccliij.
e arg. not. per Bart.l. peculiũ. §.fin.de leg. ij.l. cum pater.§. ab inſtituto.de leg. ij.
f ſ.ea.l. §. inſtituens.Dec. cõſil. ccv.
g l.cum ita.§.fi. de leg. ij. ubi Raph.
h arg.l.ſi cognatis.de reb.dub.
i l.is,qui cõplures. ubi. Bar. de leg.iij.
k d. §. fratre. l. fin.C.de uerb.ſignif.
l d.l. cum ita. §. fin.
m arg.l.Titius. ſ.eod.
n Bart. l. hæredes. §. cum ita. ad Trebel.
o auth.ceſſante. C.de ſuis & legit.
p §.ſui Inſtit. de hær.qual.Dec.l.qui ſe patris.C.unde lib.

Decius maluit, itemque Guido Papæ [q]. an ſuos
ab inteſtato ſuccedentes quoſcunque [r]? quod
Caſtr. reſpondit [s]. an ſuos hæredes? quod ab A-
lexand. & iudicio meo, rectiùs proditum eſt [t].
Ego tali caſu nihil ſuis iſtis quæri arbitror, eoſ-
que nec vulgariter, nec per fideicommiſſum vo-
catos, ſed eorum duntaxat mentionem factam,
vt oſtenderetur, voluiſſe teſtatorem id ius per
Titium in hæredes ſuos tranſmitti poſſe [u]: ge-
A nerali enim hac ſuorum appellatione non po-
teſt argui mẽs teſtatoris vllam erga nos affectio-
nem habentis, niſi ex Titij perſona [x], quem non
eſt veriſimile incertæ perſonæ contemplatione
grauatum [y]: quod in ſimili caſu Caſtren. tradi-
dit [z]. Sed † quid ſi dixerit, *Subſtituo fratrem & eius* 34
*hæredes legitimos*? & Rapha. perinde eſſe, ac ſi fi-
lios ſcripſiſſet, exiſtimauit [a]. quam ſententiam
menti teſtatoris conformem eſſe ait. At Alexan.
contrà: non enim filios duntaxat, ſed quoslibet
B ab inteſtato ſucceſſores illis verbis ſignificari [b].
Quod & ſimili caſu reſpõdit Socinus, cùm quis
inſtituiſſet agnatum, & eius hæredes maſcu-
los [c]. Quid ergo, ſi illo condito teſtamento, de-
cederet inſtitutis extraneis? & ſatis putarem ad-
huc legitimos admitti, quamuis hæredes eius
non ſint. qua tamen in re ampliùs deliberan- III.
dum [d]. Tertius eſt caſus, quem etiam Bar-
tol. refert, quum in teſtamento ſcriptum eſt, *Sub-
ſtituo fratrem, & eius hæredes*. quum enim mentio-
C nem teſtator hæredum fecerit, & nemo hære-
dem viuens habeat [e], perinde fiet interpretatio,
ac ſi poſt filij mortẽ, & ſic ordine ſucceſsiuo, vo-
cari eſſent: nam & hæredis appellatione colle-
ctiua eſt, pluresque gradus continet [f], vt meritò
ordinem à teſtatore inductum videri poſsit [g].
Qua ratione & priuilegio Titio eiuſque filiis, &
hæredibus conceſſo, reſpondit Curt. non † poſſe 35
filios, viuente patre, eos vti propter hæredũ men
tionem [h]. quod & aliis exemplis probari poſ-
D ſet [i]. Vnde ſequitur, vt idem ſit, ſi ſcriptum fue-
rit, *Inſtituo fratrem & hæredes*. Nec me mouet, quod
hîc argumentatur Iaſ. tanquam verbum *Hæredi-
bus*, intelligatur pro filiis [k]. ergo debet (inquit il-
le) perinde haberi, ac ſi filiis dictum eſſet. Re-
ſpondeo, intelligitur quidem de filiis, ſed qui e-
tiam ſint hæredes: quod Bart. tradit, & frequen-
tiùs receptum eſt [l], niſi cùm aliqua coniectura
vrget, quæ ſuadet, idem voluiſſe teſtatorem, e-
tiam ſi ab hæreditate abſtineret, vt à Bald. atq;
E aliis reſponſum extat [m]. Quid ergo ſi dictum
eſſet, *Subſtituo fratrem cum eius filiis & hæredibus*? &
hîc videtur ex vi verborum admitti filios ſimul
cum fratre, & ſic quamuis non adhuc hæredes:
quod Bald. tradit [n], Alexan. Iaſonque ſequuti
ſunt. At Claudius, & Lancelotus contrà: ne tan-
ta improprietate dictio *Hæredibus*, accipiatur, quę
hoc modo eſſet ſuperflua. Vnde † melius videtur 36
dictionem *Cum*, potiùs abuſiuè accipere pro con
iuncta ſimplici [o]. Ego ſuprà ſcripto caſu filios
F quidem cum patre admitti propter naturam cõ
iunctionis arbitror: ſicque Baldum intelligen-
dum. poſt filios verò reſeruatum videri ordine
ſucceſsiuo hæredibus locum propter collecti-
uæ dictionis, itemque copulæ vim, quæ & hoc
caſu ampliatiuè accipi debet [p]. Sed † quid ſi in 37

L.19. Gallus. Quidã recté.

q Guid. Pap. q. dxviij. & cõſil. cxxxiij.Dec.cõſil.ccliij.
r gl. l. ſi fœminæ.C.ad Turpi.
s Paul.conſi.ccc ciiij. in j. & cccl xxiij. in ij.
t Alex.conſi..xx vj.in ij.
u l. quicunq;.ſ. de om. agro deſer.lib.xj.C.
x arg. l. filio familias. de cond. et demonſt.l.cũ, qui ita. §. j. de uerb.oblig.Ang. conſ.lxxv. uerſic.ij.
y l.ſciẽdũ. uerb. incertus. de uer. ſig. Dec.conſil.c cliij.in fin.
z conſil. cccxlj. in fin.in uerb. et regulis iuris cõſentaneũ eſt. §. incertis.Inſtit.de leg.l. v.l. ſeq. de reb.dub.
a l.ex facto.§.fi. ad Trebel. ubi. Raph.&Claud.
b l.iij. §. de illo. pro ſoc.
c Socin. conſil. xij.in j. dub. iij. uol.
d l.lege obuenire. de uerb.ſig. Bald. conſ. 189. in princ.
e l. j. de hæred. uel act. uend. l. qui ſuperſtitis. de acq. hæred.
f l.ſciendum de uerb.ſig.
g Socin.d.conſ. xij.in ij.dub.
h Curt.conſil. lxxiij.
i Alex. conſil. pen.in v.
k d.l.ex facto.§.fin.Doct. §.etiam.ſ.ead.l. j.Dec l.unica,C.quando non pet.par.
l Bart. d.l. ut iuriſiurandi. §. Caſtr.conſ.xlv.
m conſi.clxxxix.in j. in ij.Dec.xxxviij.
n Bald.l.unica.§.ubi autem C de cad. tollen.
o l. Titiæ.§ nihil.de leg.j.l.ſi quis Titio.de uſufr.accre.gl.l.eas.de cõd.& demõſt.
p Doct.in §.nunc de lege.

vna teſtamenti parte ſimpliciter ſubſtitutus eſt
Titius, eiuſque filij? in alia verò ſcriptum ſit Ti-
tium & eius hæredes? & putauerim idem, vt vna
pars teſtamenti per aliam declaretur[a]. Illud ta-
men ex facto Caſtr. reſpondit hęredis mentionē
principaliter factam plurimum poſſe, ac ſi inci-
denter aliqua in parte teſtamēti ſcriptum id no-
IIII. men ſit, non idem eſſe[b]. Quartus † eſt caſus,
38 quem hic Socinus adduxit, quoties lex munici-
A palis ſecundum certum ordinem hæreditatem
deferret. videtur enim teſtator & ipſe eundem
ordinem ſeruari voluiſſe[c]. vnde ſi ex ſtatuto ma
ſculi fœminis pręferantur, & teſtator ſimpliciter
inſtituerit maſculos, & fœminas, intelligitur or-
dine ſucceſsiuo vocaſſe, vt tum demum fœminæ
admittantur, ſi maſculi defecerint[d]. quod & An-
charan. cenſuit[e]. Sed ego hoc probare nō ſoleo.
cùm enim ſi lex communis certo ordine hęredi-
tatem deferat, non tamen à natura coniunctę re-
B cedamus[f]. Idem dicendum, ſi lex municipalis
hoc faciat. nec enim probabilis eſt differentia,
quam Socin. adducit, vt magis voluntas teſtato-
ris ſecundum ius municipale regatur, quàm ſe-
cundum ius commune, cùm quo loco lex muni-
cipij viget, cōmunis lex dicatur[g]. & † licet pro-
39 prietas verborum iuncta coniecturæ ſtatuti con
trariam iuris præſumptionem tollat[h], non ta-
men idem eſt, cùm coniectura ſtatuti aduerſus
ſermonis proprietatem ſe habet. Arbitror ita-
C que ſuprà ſcriptam Ancharani deciſionem ve-
ram non eſſe, quam idem Socinus alibi impro-
bat[i]. Nec me mouet, quòd propter ſtatutum vi-
deatur dictio *Filiorum*, eſſe collectiua[k]: quia ſu-
prà ſcripto exemplo nulla eſt collectio, cùm ſin-
gulariter maſculi & fœminę ſint expreſsi: idque
per coniunctam, cuius ſignificatio eſt certior.
Poſſet ergo duntaxat defendi hic caſus, quum
natura rei in hoc nos adigeret, putà in beneficia-
40 rio fundo, qui † donec extent maſculi, non po-
D teſt ad fœminas pertinere[l]. Sed hæc à me libro
De verbor. ſignific. latiùs tradita referre vlteriùs
V. ſuperſedeo. Quintus † eſt caſus in ſubſtitutio-
nibus: licet enim inſtitutione admittantur fi-
41 lij æqualiter, tamen in ſubſtitutione aliud vide-
tur: quod ex facto reſpondit Cornæus[m]: quia
ſicut teſtator ab inſtituto ad ſubſtitutum ordi-
nem induxit, ita etiam inter ipſos ſubſtitutos vi-
detur induxiſſe[n]: meritò tali caſu natura copu-
læ debet immutari, vt ordinem ſignificet, ſicut
E & diſpoſitione legali quandoque facit[o]. Sed ta-
men hæc ſententia (vt rectè Lancelotus ait) ad-
uerſus mentem cæterorum eſt, qui inſtitutionē
à ſubſtitutione non diſtinguunt[p]. Subeſt enim
vtroque caſu eadem ratio, ſuntque ſatis leuia
Cornæi argumenta. Putarem tamen defendi
poſſe caſu, quo ſubſtitutio in euentū futurū col-
lata eſſet, retuliſſetq; ſe teſtator ad filios naſcitu
ros[q]. propter enim incertitudinem non videtur
erga eos affectione vlla motus[r], niſi patris con-
F templatione, vt meritò priùs patrem admitti vo
luiſſe ſit præſumendum[ſ]: quod ex facto Bald. &
Alexander, & nouiſsimè Dec. reſponderunt[t].
42 Nec † enim tanta teſtatoris erga filios fratris na-
ſcituros videtur affectio[u], quanta erga viuen-
tem fratrem fuit: ergo nec pari conditione de-
bent tales eſſe: & cùm patris contemplatione fi-

a l. qui filiabus. de legat. j. Dec. conſil. cxxij.
b Paul. conſil. cccxlj. incip. circa primum. in fi. in ij.
c Bart. d. l. hæredes me. j. §. cū ita.
d arg. d. c. j. epiſcop. uel abbat.
e Ancha. l. tres fratres ſ. de pac.
f d. c. Raynutius d. c. Raynaldus. glo. d. l. cùm ita. §. in fideicommiſſo. ubi Bald. & Rapha. Iaſ. l. fin. C. de ſucceſſ. edict.
g Iaſ. l. omnes populi. de inſt. & iur.
h Bart. d. §. cùm ita.
i l. in iis de condi. & demonſt.
k Socin. conſil. xcix. in j.
l d. c. j. epiſcop. uel abbat. Bart. d. l. ut iuriſiurādi. §. j. l. re coniūcti. in fi. uerſi. quæro. de leg. 3.
m Corn. d. conſi. xlvij. in iiij.
n arg. doctrinæ Bart. ſ. ea. l. §. etiam.
o l. j. C. de ſec. nupt. l. ſi quis inceſtis. C. de inceſ. nupt. l. j. C. de nat. lib.
p Alex. conſi. 22. in iij. uol. Barb. conſil. j. Dec. cōſil. ccxcj.
q arg. l. Lucius. ij. ſ. tit. iij. ubi Doct. per Ang. conſ. lxxviij. uerſ. ſecundò probatur.
r l. filio familias. de condi. & demonſt. Angel. d. conſil. lxxviij. uerſ. ij.
s Bald l. iiij. C. de ſacroſanct. eccleſ.
t Bald conſil ccccxcij. in ij. Alex. xiij. in 4. uerſi. iiij. cond. dec. Dec. conſi ccxlviij.
u l nec adiecit. pro ſoc.

lij videantur nominati[x], non debent eius iura
imminuere, partemque hæreditatis, eo viuente,
vindicare[y]. Nec me mouet Socini contradicen-
tis auctoritas eo argumento, quòd cùm Altero-
cha & ſoboles inſtituta eſſet, lex ait, ſimul admi-
tendos[z]. Reſpondeo aliud in ſobole eſſe, quæ
in vtero erat, & pro nata habetur[a]: & hęc copu
la legis interpretatione propriè accipi poteſt, at
ſuprà ſcripto caſu non poteſt. Cùm enim naſci-
A turi filij cenſeantur ſubſtituti, non poſſumus di-
cere admitti æqualiter, cùm non eodem tempo-
re omnes naſcantur: & etiam ſi diceremus pa-
trem ſolidum habiturum, & filijs ſecundū tem-
pus, quo naſcentur, reſtituturum[b], (quod aliqui
tradiderunt[c]) adhuc apparet filios eodem tem
pore non admitti. Poſtquàm igitur coniuncta
regularem vim ſuam ſeruare omnino nō poteſt,
faciliùs ad ordinem trahetur, probabilis certè
hæc eſt ſententia, quam (vt dixi) nouiſsimè quo-
B que Dec. approbauit[d]. Quomodo verò inſti-
tuto fratre & filiis, ſit de naſcituris intelligen-
dum, alibi tractabitur[e]. Sextus † eſt caſus, VI.
cùm inſtituit vel ſubſtituit fratrem & eius filios 43
& nepotes: videtur enim ſubſtituere ordine ſuc
ceſsiuo, ſiue quia illa dictio *Nepotes*, etiam prone-
potes continet, vimque collectiui nominis ha-
bet[f]: ſiue quia inſtitutio ad perſonas incertas,
& naſcituras trahitur, vt ſuprà dixi[g]: ſiue quia,
vt Raph. ait, cùm teſtator tot gradus coniunxe-
C rit, nō eſt veriſimile exiſtimaſſe eū ſimul omnes
admitti[h]: mihique placet hæc ſententia, quæ &
multorum recentiorum fuit[i], niſi tamen aliæ
coniecturæ in contrarium vigerent: quo caſu cō
traria defendi poſſet[k]. Itemque, niſi teſtator nō
de nepotibus fratris intellexiſſet, ſed de ſuis[l],
cùm ſecundum vulgarem loquendi vſum filios
fratrum nepotes vocemus[m]. Item niſi aliqui-
bus verbis aliud actum appareret, vt quia nepo-
tes incidenter appellauerit cohæredes fratri[n].
D Vltimus † eſt caſus generaliter accipiēdus, vt fi VII.
lij poſt patrem admittantur, quoties aliqua pro- 44
babilis coniectura deprehendi poteſt, hanc te-
ſtatoris fuiſſe voluntatem, vt ſi inſtitutis duob.
fratribus, & vtriuſque filiis diuiſerit in duas dun
taxat partes bona[o]. Satis enim indicat voluiſ-
ſe ſolos fratres ambos priùs vocari[p], vel ſi pro-
ponatur inſtitutam ſororem, & ipſa præmorien
te, eius filios & filias alteriùs ſororis iā præmor-
tuæ. conditio enim illa Præmoriente, indicat fi-
E lios ſimul non admitti: quod Raph. tradidit[q].
Idem, ſi † copulæ adiecta ſit dictio Tractum tem
poris habens, quales ſunt, *poſt, deinde, ſucceſsiuè, de-* 45
*mum*, & ſimiles. tunc enim manifeſta eſt teſtato-
ris voluntas[r]. Idem, ſi dixiſſet *Titium hæredem v-*
*niuerſalem inſtituo, & eius filios.* quum enim ſolus vni
uerſalis appellatus ſit Titius, apparet cum eo nō
vocari filios, ſed poſt eū tantùm[ſ]: quod & Dec.
tradidit[t]. Item ſi proponatur Titium ſolum ad
legata grauatum eſſe, veriſimile eſt, etiam ſo-
F lum, dum viueret, honoratum[u]. Cæterùm am-
bigua eſt quæſtio in caſibus, quibus admitti fi-
lios ordine ſucceſsiuo ſuprà docuimus, quemad
modum id intelligi debeat, an directò ex vulga-
ri duntaxat ſubſtitutione, an etiam iure fideicō-
miſsi: in quo articulo ſeparandi ſunt tres caſus.
Primus † eſt, cùm coniuncta ordine ſucceſsiuo 46
accipitur, non ſolùm ordinatæ charitatis gratia,

x l. ſed ſi plures. § in arrogato. de uulg. Bald. d. l. iiij.
y l. amiciſſimo. ... de ex ... tu...
z d. ... Raynu... & ... ij.
a l. ... de ſtatu ... in princ. ... ubi Bald. ... §. ſi pars ...
c Corn. ... 17. in iij. ...
d Dec. conſ. ... & 3... in fi.
e Alex. conſ. 22. in iij.
f d. l. liberorū. ubi Bart.
g d. l. Lucius. l. Titia ij § ... libertis. de leg. ...
h Soci. d. l. ſi agnatis uerſi. in terr. & ſecūda.
i Alex. d. conſi. xiij uerſi. quinta cōcluſio. Soc. d. cōſi. cxiij. in j. Corn. d. conſil. xvij in iiij.
k Ang. conſil. xxxvij inſtitutio. Alex. d. conſ. xxij.
l Corn. d. conſi. xlvij.
m c. tua nos de cōſang. c. j. quib. mod. feud. amit. § ſimiliter.
n l. codicillis. §. inſtituto. de legat. ij.
o Decius conſi. ccxcj. j dub.
p arg. l. quidergo. ij. § fi. de leg. j. Ang d. conſil. xxxviij.
q Raph. l. fi. §. Seio. de leg. ij.
r Dec. conſi. 431.
s d. l. Lucius. 2. uerſi. apparet.
t conſil. ccv. in princ.
u l. denique. in fin. ubi. Bart. de pecul. legat. Corn. conſil. cccxxj. in 3. d. l. Titia. §. Seia libertis de leg. 2.

ſed



ſed etiam ex neceſsitate: & tūc ſubſtituti ex vul-
gari duntaxat admittuntur[a], quia neceſsitas vl-
trà nos non adigit[b], cùm ex vulgari ſubſtitutio-
ne incipiat teſtamentum vires aſſumere[c], atque
ita effectus ſuos producere. nec capienda eſt in-
terpretatio, tanquam pater filium fideicommiſ-
ſo voluerit grauare[d]. Qua ratione & cùm pater
filio ſuo ſubſtituiſſet ſorores, vel earum filios, ve
riſimile eſt, filios ſororibus vulgariter duntaxat
A eſſe ſubſtitutos, nō autem per fideicommiſſum.
quod Socin. reſpondit[e]. receptiuſq; videtur[f].
47 & licet aliud Decio viſum ſit[g]. quia † natura diſ-
iunctæ hoc inducit, vt ordine ſucceſsiuo hęredi-
tatem deferat[h]: tamen verius eſt per fideicōmiſ-
ſum non deferre, maximè cùm filio relictum eſt
legatum, quem non eſt veriſimile à patre fidei-
commiſſo onerari: niſi tamē verba aliud indica-
rent[i], vt cùm teſtator dixit, *Inſtituo filium, & ſi non*
*viueret, nepotem.* Cùm enim nepotem poſt mortē
B filij vocet, videtur fideicōmittere[k]. quod Bald.
& Corn. reſponderunt[l]. Quòd ſi ex aliqua con-
iectura depræhēdi poſſet, teſtatorem intellexiſ-
ſe, ſi non viueret tempore aditæ hæreditatis, ad-
huc nullum induceretur fideicōmiſſum[m]. quod
idem Corn. reſpondit[n]. Ego nec tunc fideicom-
miſsi interpretationem accipiendam arbitror,
cùm filius intra pubertatem periit, vt potiùs ſub-
ſtitutio pupillaris credatur, quàm fideicommiſ-
48 ſaria[o]. Alter † eſt caſus, quum ceſſat neceſsitas,
C & teſtator vſus eſſet verbo merè directo, vt *Titium*
*& filios inſtituo, vel ſubſtituo directè, & pleno iure.* & idē
quod in ſuperiore dicendum eſt, vt neque tunc
vllum ſit fideicommiſſum, ſed vulgaris duntaxat
49 ſubſtitutio: verba † enim directa non flectuntur
regulariter[p], niſi tamen alia mens teſtatoris ex
coniecturis depræhenderetur[q]. vt quum dixit,
*Inſtituo Titium fratrem, & ſuos hæredes*, mentio hære-
dum arguit fideicommiſſum. quod Bald. reſpon
dit[r]. Idem ſi dictum ſit, *inſtituo fratrem, & poſt eius*
D *mortem, ſeu eo decedente, filios.* quę Socin. fuit ſentē-
tia[ſ]. Idem, ſi inſtituo fratrem, & deinde filios:
quod ſanè dubium, ſed verum Decio videtur[t].
Idem, ſi dictione plurium graduū collectiua vſus
ſit, putà *inſtituo Titium fratrem, eiuſq; liberos, ſeu familiā.*
quod Soc. ſentit, & Lancel. hîc expreſsè probat.
& reſpōdit Bald. Caſtrenſiſq;[u]. ſicut enim libe-
ri ipſi inter ſe grauati fideicōmiſſo videtur pro-
pter collectiuæ vocis naturam[x], ita & frater er-
ga liberos videri debet, vt æqualis ſit determi-
50 E natio[y]. Dec. tamen contrà[z]: quum † enim per
copulam frater liberis coniungatur, natura co-
pulæ ſuadet, vt ſimul admittantur. quæ ratio i-
pſorum liberorum inter ſe reſpectu non proce-
dit[a], inuertitq; argumentum Dec. vt ſicut frater
non videtur fideicommiſſo grauatus, ita nec ipſi
liberi inter ſe, vt æqualis ſit determinatio: idque
& Ruinus probat. Ego à communi recedendum
non puto, quia copula *Et*, intelligitur & ſucceſ-
ſiuè, vt infrà dicam, habetque tractum. vnde & fi-
F deicommiſſum reſpectu liberorum inducit: nec
huic ſententiæ aduerſantur Alex. & Aret. quos
ipſe Decius allegat[b]. Nec enim loquuntur, cùm
dictione collectiua concepta eſt ſubſtitutio. Il-
lud tamen arbitror: quia hoc caſu ſpecialis men-
tio fratris eſt facta, eos tantùm liberos admit-
ti, qui tempore cedentis diei viuebant, proxi-
mioreſque erant, nec ad vlteriores fideicom-
miſſum extendi, niſi ſpecialiter teſtator aliud de-
claraſſet[c], Etenim Iuſtinianus cōſtitutione ſua

a l. cū teſtamēto. de hæred. inſtit.
b l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Trebel.
c l iiij. §. fin. ſ. eod.
d l. ex tribus. ubi not. C. de inoffic. teſta. Dec. conſil. xcv.
e d. conſil. cxvij. in princ.
f Aret. Lancelot. hic.
g d. conſil. xcv. in. j. dub.
h l. cùm pater. §. penult.
i Anan conſil. xxxvij.
k gl. l. in teſtamento. C. de teſtam. mil.
l Bal. conſil. ccxl. ſi pater. in 5. Corn. conſil. ccxxvj. in iiij. dub.
m d. l. Lucius.
n Corn. conſil. clxxxvj. in iij. dub.
o gl. d. l. uerbis.
p d l. uerbis. l. Scęuola. ad Trebel.
q l. quęrebatur. de teſtam. milit.
r Bald. conſil. clxxxix. in. j. dub. Dec. conſil. ccliij.
s Socin. conſil. xij. in 3. dub. ult.
t Dec. conſil. ccccxxxj.
u Bald. d. conſi. cccxcij. Caſtr. cccviij. in antiquis, in 4.
x d §. fratre.
y l. iiij. de uulg.
z conſil. ccliij.
a arg. l. uel ſingulis. ſ. de uulg. ubi dixi, Socin. hic, Alex. conſi. cxxxiiij. in fi. in v.
b Dec. conſil. ccv. & 248.
c d. l. cum ita. & d. l. fi. uerſ. nulla ſpeliali.



quid nomine Familiæ, contineatur, ſimpliciter L. 29.
explicat. Dum verò ſubiicit gradatim ad fidei- Gallus.
commiſſum vocari, non explicuit, an ex vulgari, §. Quidā
an ex fideicommiſſaria, ſed reliquit aliis legibus rectè.
decidendum: qua de re aliàs loco ſuo. Tertius
† eſt caſus, cùm teſtator verbis communib. vſus 51
proponitur, putà *Subſtituo*[d] *Titium & eius filios.* &
Raph. Alex. Aret. vulgariter duntaxat vocatos fi-
lios exiſtimant: in dubio enim fit interpretatio,
A vt ſubſtitutio ſolùm directa ſit[e], videturq; hæc
eſſe receptior ſententia. ſicut enim, quādo alter-
natiuè aliqui vocantur, ex vulgari tamen ſubſti-
tutione veniunt[f], quæ etiam in legatis & fidei-
commiſsis locum habet[g]: ita & quando cōiun-
ctim eo caſu vocati ſunt, quo coniuncta ordine
ſucceſsiuo accipiatur. Sed Paul. Caſtr. contrariæ
ſententiæ aſſertor eſt, vt filij etiam iure fideicom
miſsi vocati videantur. ius enim verbi commu-
nis, & ſubaudita dictio *Succeſsiuè*, hoc infert. Si e-
B nim teſtator dixiſſet, *Subſtituo fratrē, & ſucceſsiue eius*
*filios,* viderentur verba reſpectu fideicōmiſsi cla-
ra eſſe[h]. Ergo idem dicendum, ſi ſubaudiatur[i].
quæ ſententia Socino hîc placet, cùm clauſula
codicillaris teſtamento inſerta eſt[k]: & ita ex fa-
cto quandoque reſpondit[l]. Ego clauſulam
codicillarem ſcio conditionem habere, *Si non*
*valet iure teſtamenti*, &c. at hoc caſu valet in vim
vulgaris: igitur hæc clauſula hîc tanti momenti
eſſe non debet[m]. operaretur enim aduerſus te-
C ſtatoris voluntatem. nam & ſuprà vidimus quar
to intellectu illa formula, *Filium inſtituo, nepotē ſub-*
*ſtituo*, nullum fideicommiſſum induci: & † tamen 52
quia teſtamentum fit inter liberos, ineſt clauſu-
la codicillaris[n]. Poteſt fortè etiam defendi in
ſubſtitutione compendioſa, veluti *Quandocūq; fi-*
*lius deceſſerit, ſubſtituo fratrem, & filios*, vt dictio *Quan-*
*docunq;*, cenſeatur etiam filiorum reſpectu repeti-
ta[o], vt ſicut frater iure fideicommiſsi poſt filium
admittitur, ita & filij eodem iure poſt fratrē vo-
D centur: æqualior enim hoc modo erit determi-
natio[p]. quod hîc Socin. ſentit, & propter di-
ctionem Succeſsiuè, ſubintellectam, utrunque
diſputari poſsit, tametſi Rapha. & Alexand. a-
liud ſenſerint: & meliùs defendi faciliuſq; po-
teſt, cùm ſubſtituti ſint frater, & filij, & hæredes.
Dictio enim illa *Hæredes*, arguit poſt mortem fra
tris ſubſtitutum eſſe, quæ mortis interpretatio
fideicommiſſariam inducit.[q] Certior quoque
eſſet ſuprà ſcripta ſententia, cùm dictione col-
E lectiua vſus eſt teſtator, putà *Subſtituo fratrem &*
*eius liberos, ſeu eius familiam*: tunc enim Bartol. hîc
manifeſtè ſentit, non ſolùm vulgari, ſed etiam fi-
deicommiſſariæ locum eſſe[r]. quæ † res dupli- 53
cem tractatum habet: alterum, reſpectu ipſius
fratris: alterum, reſpectu liberorum, ſeu familiæ
inter ſe: & non eſt dubitandum fratrem cenſeri
grauatum liberis reſtituere, cùm ſuprà idem di-
xerimus, etiam ſi verbo merè dicto vſus eſſet te-
ſtator. Vnde ſi dictum ſit, *Lego Sempronio eiuſq; libe-*
F *ris*, cenſebitur relictum à legatario fideicommiſ-
ſum: verbum † enim *Lego*, directum eſt[ſ], licet ad- 54
iectum rei particulari plerunque flectatur[t], id
eſt obliquetur. Quomodo † autem tali caſu libe 55
ri, ſeu deſcendentes, aut familia admittatur, ma-
gna eſt hæſitatio: & videtur dicendum, liberos,
ſiqui nominati ſint, admittendos, & poſt eorum
mortem reliquos, qui proximo gradu teſtatori
ſunt[u]: vlteriores verò non admitti, niſi teſtator
ſimpliciter hoc ſignificauerit, vel verba hoc infe
rant, vt cū dixerit, *Relinquo Titio fratri, & eius liberis,*

d d. l. iiij.
e d. c. j. de teſtā. in vj. gloſſ. s. l. uerb. ſ. de uulg.
f d. l. cùm pater. §. pen. d. l. hæredes. §. fin. ad Trebel.
g l. ut hæredibus. de leg. ij.
h d. c. j. de teſta. in 6. Deci. conſi. ccccxcj.
i l. cùm quid. ſi cert. pet.
k d. l. ſi frater. C. de fideicom. ubi Doct.
l Socin. conſil. 6. in iij. dub.
m Bald. conſil. clxx. ad fin. in 5. dub. Dec. l. precibus. C. de impub. & conſil. ccxcj.
n d. l. cohæredi. §. cū filiæ. in fin.
o l. Seiæ. §. Caio. de fud. inſtruct. ubi Bar. l. cùm pater. §. ab inſtituto. de leg. ij.
p d. l. iiij.
q gl d. l. in teſtamento.
r Bart. hic per §. fratre.
s c. Raynutius. de teſtam.
t Bart. l. Centurio. ſ. de uulg.
u l. cū ita. §. fin. de leg. ij. ubi Raph.

a d.§.fratre.ubi Raph.
b l. is, qui com- plures.de leg. 3. ubi Bart.
c d.§ fratre. d l. fin.C.de uerb.si- gnif.
d d.l cùm ita.§. fin.

ita quòd in eis remaneat [a], vel ne de familia exeat [b]. Nec
me mouet, quòd Bar. hîc aliud videatur ſentire:
quia loquitur ipſe cùm ſimpliciter relictum eſt
familiæ, vel ſimpliciter relictum liberis [c]: at nos
quærimus, cùm primò nominatus eſt frater, &
per copulã illi adiecti liberi, vel familia. ſicut e-
nim reſpectu fratris vlterior non ſit progreſſus,
ita & reſpectu familiæ, vt ij ſolùm admittantur,
in quibus duplex hæc charitas concurrat, etiam
quòd ex nomine defuncti tempore mortis teſta- A
toris fuerint, & quòd proximi ſint gradu ꝓcrea-
ti: ac copula in Modeſtini reſponſo non ſingu-
lariter, ſed ſenſu coniuncto accipiatur [d]. qua de
I. Illat. re ſuprà quoque. Supereſt † nunc, vt videa-
56 mus, quibuſnam caſibus principalis hæc Accur-
ſij, Bart. cæterorumque concluſio non procedat,
57 adeò † vt filij cum patre admittantur: & conſtat
admitti, cùm teſtator non ſimplici cõiuncta, ſed
dictione *Cum*, eſt vſus, putà *Fratrem cum filijs inſtituo,*
*vel ſubſtituo* [e]. ſicque Bar. hic cenſuit, quem cæteri, B
Iaſ. excepto, ſequuntur. Ait Iaſ. ſicut natura con-
iunctæ mutatur, vt ordine ſucceſsiuo accipiatur:
eadem ratione & natura huius dictionis vide-
tur mutanda, cùm regulariter inter has voculas
nihil interſit [f], & leges, quæ ſimul admitti fi-
lios dicunt, haudquaquàm eo caſu loquuntur,
quo & neceſsitas, & charitatis ordo aliud ſua-
deant: ego *Cum*, ſuprà ſcripto ſenſu præpoſi-
tionem eſſe à Grammaticis accepi, quæ ad co-
mitatum referatur [g], ideoque acceſſorem tan- C
tùm coniungat, cùm tamen coniuncta æquè
principaliter ſemper copulet [h]: cùm ergo comi-
tatum ſignificet, & quidem in vim acceſsionis,
neceſſariò ad idem tempus refertur [i]: aliàs enim
non comitaretur principalem. quod & Bald. tra
II. didit [k]. Ex † mente quoque teſtatoris vide-
58 tur ſimul admitti filius & nepos, quando filium
inſtitueret, itemq; ex alio filio nepotem. nec e-
nim tunc vlla eſt ratio, cur à verbis recedamus [l].
Nam preter propriam coniunctæ naturam, mẽs D
quoque teſtatoris id ſuadet, quæ videtur eos ita
vocaſſe, ſicut ab inteſtato ſuccederet: conſtat au
tem in aſcendentis ſucceſsione nepotem in pa-
tris locum admitti [m]. Et ideo ſi teſtator duos
haberet filios, & ex tertio defuncto plures ne-
potes, ſimpliciterque teſtamento ſcripſiſſet ſe fi-
lios & nepotes inſtituere, videretur hereditatẽ
in tres partes diuidendam, vt filij duas, nepotes
tertiam duntaxat habeant, cùm ita inteſtato eſ-
ſent ſucceſſuri [n]: licet aliàs vocati nomine col- E
III. lectiuo pro vna parte cenſeantur [o]. Illud
59 † quoq; certiſsimum eſt, cùm pater, & filius per
copulam vocati, ſunt ipſi teſtatori extranei, ſi-
mul admitti, nullamque tunc ſucceſsiui ordinis
rationem haberi: quod Bart. hic docuit [p], & cæ-
teri approbarunt. Quod intelligit Iaſ. quando
tales ſunt extranei [q]. Ego verò ſatis eſſe arbitror,
quòd ſucceſsionis inteſtatæ ordo nullus adſit.
Vnde ſi pater meus me, & patruum meũ, & eius
filios hæredes inſtituiſſet, non dubitarim filios F
cum patruo admitti, cùm † exiſtente deſcenden-
60 te, frater fratri non ſuccedat [r]. nec enim hic vlla
eſt ordinata charitas: cùm nec ab inteſtato ſit ſuc
IIII. ceſsio, in qua potior eſt filij cauſa [s]. Et hi quidẽ
61 caſus certi, receptiq; ſunt. Maior eſt in hoc du-
bitatio: Teſtator † filium inſtituit, & ex eo nepo-
tes maſculos, an ſimul admittentur? & Corn. ex
facto reſpondit, admitti [t]: nec enim videtur or-

e l.ſi quis Titio. §.j. l. ſi mulieri. de uſufr. accreſ. l.fi.C.de impub. Dec. conſil. ccc- xx.
f l. Titiæ. §. ni- hil.de leg.j.l. il- la.de uſufr. leg. l. ſi quis Titio. de uſufr.accreſ.
g gl.l. j. §.j. de pact.
h l.ſi cui fundũ. de fundo inſtr. ubi Bart.l. j. de pecul.leg.
i l.item apud.§. cõuitium.de in- iur.
k Bald.l quoti- es C. de ſuis & legit. Alex. hic. l l.interdum. in princ. de hære- dib.inſt.
m authen. poſt fratres.C.de leg. hære. ubi Bart.
n Bald cõſi.ccc- xl.ſi pater. in v. dub.Corn.cõſil. ccxl.in ij.
o l. ſi pater. j. ĵ. de uulg. d. l. ſi quis Titio. de uſufr.accreſ.
p d.l.ſi quis Ti- tio.d.l.fin.
q l is, qui cõplu res.de leg.3. Bal. l.ſi cognatis. in. fin. l. Lucius. §. Lucius.j de leg. des. §. cum ita ij. r auth.ceſſante C.de leg. hæred. s Bart.d.l. hære- uerſic.& aduerte. t Corn.cõſi.cccxxj.in j dubio

do neceſsitatis in conſideratione teſtatoris fuiſ-
ſe, qui maſculos ſolùm vocauit, quũ potuiſſent
& fœminæ naſci, quæ non minùs teſtamentum
rumpunt, quàm maſculi [u]: idque & Lancelot.
hîc probat. At ego diſſentio: etenim ea eſt Doct.
interpretatio, vt teſtator videatur inſtitutionis
neceſsitatem conſideraſſe, quando aliquo caſu
potuit teſtamentum rumpi. Vnde quamuis ali-
quos quoque omiſerit, non tamen quicquam re-
ſpectu expreſſorum mutandum eſt [x]. nam & in
caſu legis noſtræ potuiſſent plures nepotes na-
ſci, qui præteriti rupiſſent teſtamentum, & ta-
men veriſimila eſt diſpoſitioni huic locum eſſe
vno duntaxat inſtituto [y]. Addunt † idem V.
Corn. & Lancelot. [z], quando teſtator filium, & 62
nepotes inſtituiſſet, & omnes ſimul ad aliquid
grauaſſet ex tali onere, etiã ſimul vocatos vide-
ri [a]. quæ ſententia (vt ſimili caſu ſuprà cenſui)
probabilis eſt: cùm enim nepos poſt filium ad-
verſus proprietatem coniunctæ admittatur, id-
que propter præſumptam teſtatoris mentem, ſi
de contraria eius mente per coniecturas appare-
at, nulla eſt ratio, cur à proprietate recedamus [b].
Advertendum tamen eſt, quia † cùm ſubſtitutio 63
fideicommiſſaria ſecundum naturam inſtitutio-
nis regatur [c], conſequens eſt, vt ſi inſtitutio or-
dine ſucceſsiuo intelligatur, debeat quoque o-
nus ſecundum eundem ordinem reſtringi, nec
inſtitutio per ipſum variari, niſi tamen verba eſ-
ſent clara: quo caſu Cornæi ſententiam ſequor.
Sanè ſuprà ſcripta in hereditatibus, & rerum do- VI.
miniis procedunt, quæ † non poſſunt ſimul eſſe 64
plurium [d]. Vnde ſecus eſſet in iis, quæ eodem
tempore plurium eſſe poſſunt, quale eſt pri-
uilegium immunitatis [e]: & † ideo, ſi patri, & 65
filiis legatus ſit fundi vſus, non eſt dubium ſi-
mul eos admittendos, cùm talis vſus perſonæ
cohæreat, nec ex vnius perceptione alterius v-
tilitas imminuatur [f]. quod Bartol. & Imol. in-
frà tradiderunt. Et hæc quidem, quod ad vlti- VII.
mas voluntates attinet, ſufficiant. Videamus
nunc, quid † iuris ſit in contractibus? & Bart. con 66
cludit, ſi pater aliquid pro ſe, & filiis acquirit, vel
ſtipulatur, cenſeri ordine ſucceſsiuo acquiſiuiſ-
ſe: aut enim volumus dicere, eum filiis ſtipula-
tum tanquam hæredibus: quod in dubio rece-
ptum eſt [g]. & mentio hæredum oſtendit id a-
ctum, vt poſt mortem patris duntaxat habeant:
nec enim priùs ſunt hæredes [h]. aut de iis caſi-
tatem, vt pro parte ſubiecta ſit fideicõmiſſo, pro
parte non: facit in arg. l. quãdiu. & quod ibi not.
Alex. extra glo. j̄. de acquir. hæred. & ſic hæc opi.
poteſt ſuſtineri, pro qua facit, quia verbum Sub-
ſtituere, etiam propriè intelligitur de fideicõmiſ F
ſo, l. generaliter. §. j. iuncta gl. in verbo, ſubſtituit.
C. de inſt. & ſubſt. facit etiam tex. cum ibi not. in
34 l. precibus. in fi. C. de impub. vbi † compendioſa
facta à pagano, continet tacitã fideicõmiſſariam:
facit etiam gl. ibi, in verbo, fideicõmiſsi. in verſi.
ſed ſi ita ſubſtituat. & quæ dixi tenere Doctores
ſecundum aliam opi. dum diſputant de veritate
illius gloſ. in d. l. centurio. pro Bald. etiam fa-
cit l. ſemper in teſtamentis. j̄. de reg. iur. facit e-
35 tiam l. qui plures. j̄. de vulgar. & pupil. Eſt † ve-
rum, quòd hæ iura non nimiùm ſtringunt: & L. 29.
ideo tenendo communem, ſcilicet quòd in bre- Gallus.
uiloqua non inſit fideicõmiſſaria, eam limita pri Quidã
mò, qñ appoſita eſſet dictio Quandocunq;, vel a- rectè.
lia ſignificans tractum, vt hîc per Alex. Sed cõtra
hanc facit, quia talis dictio nõ alterat inſtitutio- *Expoſitio po-*
nem, ſecundum gl. in d. l. centurio. vide Mod. Pe- *ſterior.*
ruſ. rep. in c. ſi pater. de teſtam. lib. vj. Pręterea vi-
detur, ꝙ hæc limitatio non ſit neceſſaria. nam il-
lud, quod tacitè ineſt, ſi exprimatur, nil operatur,
l. iij. & ibi not. j̄. de leg. j. Sed ſi dico, Seium inſti-
tuo, & Titium ſubſtituo, idem eſt, ac ſi dicerem, ſi
Seius hæres non erit, putà quia noluerit, vel non
potuerit, ſecundũ l. cùm proponas. C. de hæred.
inſtit. Titius hęres eſto. modò iſta verba, Cũ non
potuerit, tractum habent, l. fideicõmiſſa. §. ſic fi-
deicommiſſum. j̄. de leg. iij. Videtur ergo, ꝙ ſem-
per inſit tractus: & ſic qñ iſte Seius morietur, cũ
ob mortem nõ poſsit amplius hęres eſſe, admit-
tatur Titius ex fideicommiſſo. Cogita: quia ſolu
tio facilis eſt. Iſtam limitationem tenet etiam A-
lex. in d. l. Lucius. & gl. in d. l. precibus. cum con-
cord. Secũdò † limita, qñ teſtator dixiſſet, Titiũ 36
ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicõ-
miſſum: quia tunc videtur data electio ſubſtitu-
to veniẽdi, per quam viam velit, ſecundum l. re-
cuſare. §. Titius. j̄. ad Treb. & l. ſi quis ſeruo. j̄. de
manu. teſt. cum concord. de quibus per Alex. in
d. l. Lucius. vbi hanc limitationẽ etiã tenet Ca-
to. tractat Bar. in l. centurio. in verſi. iiij. principa-
liter. & ibi Alex. idẽ Alex. in d. l. iam hoc iure A-
lex. & Mod. in l. ij. de impub. vbi Bart. etiã tã-
git hanc quæſtionem. Tertiò limitat Cato in d.
l. Lucius. in vj. q. & dicit eſſe ex mente Dini, quã-
do talis ſubſtitutio fieret in codicillis: nam tunc
comprehenderet fideicommiſſariam, d. l. Scęuo-
la. licet Rain. aliter intelligat, vt ibi per Bar. & in
d. l. verbis. Quartò mihi videtur, ꝙ poſsit limi-
tari, quando cõſtaret eſſe de mente teſtatoris, vt
ille eſſet etiã ſubſtitutus fideicõmiſ. arg. not. per
Bar. in l. ij. in princ. j̄. de vulg. & pup. in verſ. quę-
ro ergo & reuoco. In fideicõmiſsis enim plus ſpe
ctatur volũtas, quàm verba appoſita in ſubſtitu-
tione, vt eſt tex. not. in l. hæredes mei. §. cùm ita.
j̄. ad Trebel. l. cùm virum. C. de fideicom. & l. pa-
ter Seuerinam. ff. de cond. & demõſt. nam ex di-
ſpoſitione defuncti verba directa trahũtur ad fi-
deicommiſſum, vt not. in d. l. verbis. & expreſsè
Bar. in l. quærebatur. j̄. de teſta. mil. vbi etiam di-
cit, ꝙ quando teſtator ita concipit verba, Volo, ꝙ
poſt mortem meam mea bona reſtituantur tali,
ſubſtituens eum vulgariter & pupillariter: nam
quamuis verba, Reſtituantur mea bona, impor-
tent fideicõmiſſum, tñ ex mente teſtatoris dicen
tur directa. Quod not. nam idem tenet Alex. in l.
j. j̄. de vulg. & pupil. cum concord. de quibus ibi.
Quintò limita, qñ in teſtamẽto eſſet clauſula. Si
non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicil-
lorum, vt per Mod. Peruſ. in repet. d. c. ſi pater. de
teſta. lib. vj. vbi ſingulariter dicit, hoc eſſe verum,
ſi dicta clauſula reſpiciat tempus futurum, vt pu
tà, Si non valebit, etc. ſecùs, ſi reſpiciat tẽpus pręe-
ſens. quod not. & (vt redeamus ad materiam no-
ſtræ gl.) prædictis addendũ, ꝙ ſi ille, cui facta eſt
talis ſubſtitutio, eſſet impubes, iſta ſubſtitutio
non ſolùm cõprælienderet vulgarem, ſed etiam
pupillarem expreſſam, ſaltẽ verbis generalibus,
vt hîc latiùs per Alex. & hoc tenet Bar. allegãdo
hunc tex. in l. centurio. de vulg. Ego teneo, ꝙ nõ
minùs tacita ſit pupillaris contenta in breuilo-
qua,

qua, quàm contenta in vulgari. & hanc partem
tenuit Cato Sacchus in rub.ĩ.de vulg. & pup.&
in l.ij.& in l. iam hoc iur. verſic. quod ius ad ter-
tium. & in l. Lucius. ĩ. de vulg. & pup.& Raph.
Fulg.in l.fi.C.de inſtit.& ſubſtit.& in l.ij.& in l.
quamuis. & in l.precibus.C.de impub. & Raph.
Com.in d. l. iam hoc iure. vbi hanc opin.etiã ſe-
quitur do. Chriſtoph. de Caſtilli.& hanc tenẽt e-
tiam quidam Mod. in d.l.quamuis.quicquid di-
cat Alex.cuius fundamentis nos ibi reſpondebi-
mus. Eſt verum,ꝙ eius opi.eſt communis,vt per
eum in l.ij.&in d.l. iam hoc iure.nam hanc vbiq;
ſequutus eſt Bart. Noſtra tñ opin. probatur ex d.
l.ij.in verſic. quod ius ad tertium. vbi cùm ſupe-
riùs,dixerit de pupillari contenta in vulgari,lo-
quẽs poſteà de breuiloqua,ſubdit,qđ ius ad ter-
tium quoque, etc.& ſic videtur velle,ꝙ ſicut pu-
pillaris contenta in vulgari, eſt tacita, ita etiam
37 vulgaris contenta in breuiloqua. nam † rela-
tiuum Quod ius, eſt relatiuum ſubſtantiæ, &
iuris antè lati repræſentatiuũ, vt not.gl.in l.vni-
ca, in verb. proferuntur.C. de ſent.quæ pro eo,
quod inter.in fi. facit, quia in illa lege Iuriſcon-
ſultus pariformiter proſequitur vtrãq; ſubſtitu-
tionem:ergo pariformiter debet determinari,ſe
cundum reg.quæ ibi probatur, in verſi.ſed ſi al-
ter. & in l. quamuis. C. de impub.Secundò pro
noſtra opi.adduco hanc gl.cũ his,quæ not. Cyn.
Bal.& Cato hîc,vbi dicunt,ꝙ † in dubio per hoc
38 verbum Subſtituo,intelligitur vulgaris,non pu-
pillaris: & ſic iſta breuiloqua cùm habeat in ſe
verbum Subſtituo,debemus eam intelligere vul
gariter, non autẽ pupillariter. nam ſi in tali ſub-
ſtitutione ineſſet etiam expreſſa vulgaris, in du-
bio per tale verbum intelligeretur etiam pupil-
laris.quod tamen iſta gl.& Doct.negant. Tertiò
iſta ſubſtitutio,Titium inſtituo,& Seium ſubſti-
tuo,eſt vulgaris contracta,ſeu abbreuiata, vt ap-
paret ex not.hîc per Alex. poſt gloſ. hîc. Modò
vulgaris etiã prolixa non continet pupillarẽ,ni-
ſi tacitam,d.l.iã hoc iure. Ergo nec cõtracta. Nõ
.n. debent plus operari breuiter dicta, quàm ea
quæ pfectè dicta ſunt,arg.l.inſtrumenta.cũ gl.C.
de ꝓbat.Nec debet plꝰ importare exemplatũ, ꝙ
exemplar,auth.ſi quis in aliquo.cũ ibi not.C. de
eden.Et ex hoc corollariè infertur, ꝙ ſicut pupil
laris,quæ ineſt in breuiloqua, excludit matrem,
l.Lucius. & ibi omnes,ĩ. de vulg. & pup. ita etiã
pupillaris,quæ ineſt in vulgari. & hanc partẽ te-
net Cato Sacchus in rub. ĩ. de vulg. & pro ea x.
modis argumentatur. Et hanc partem tenendo,
reſpõdetur ad l.precibus.C.de impub. & ad l.in
teſtamento.C.de teſta.mil.quòd loquitur in mi-
lite, non in pagano. rationem diuerſitatis aſsi-
gnat Cato in d.rub.Ad l.fi.C.de inſt.& ſubſt.re-
ſpondetur tenendo intellectum primum,de quo
ibi in gl.in verbo,prior.intellectus enim Bar. ibi
reprobatur per Bald.ſed hæc non eſt noſtra ma-
teria. Et quòd pupillaris quæ ineſt breuiloquæ,
ſit tacita,tenet etiã gl.in d.l.fi.C. de inſtit. & ſub-
ſtit.& in §.qua ratione. Inſtit. de pupil. & in d.l.
iam hoc iure.quamuis Bar.& alij aliter dicant in
d.l.j.noſtram opi.etiam tenet Cin. in d. l. preci-
bus.Et ꝙ pupillaris excludat matrem,tenet vltra
alios Bald.in d.l.iam hoc iure. etiã ad hoc ibi al-
legat Cato.Gul.de Cuneo in d.l.precibus.tenet,
39 ꝙ † talis ſubſtitutio non compræhendat pupil-
larẽ expreſſam, niſi in ſubſtitutione facta ſit mẽ-
tio de pupillo. putà, Filium meum impuberem
inſtituo,& Titium ſubſtituo:nam(dicit ipſe)tũc

præcedentia declarant ſequentia.nil allegat:po-
tuiſſet allegare l. librorum. §. quod tamen Caſ-
ſius.ĩ.de leg. iij. & l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ĩ.de leg.
j.Iſta limitatio nõ placet Alex. ſed nec mihi, nõ
tamen per rationem Alex.quia (vt vidiſtis) ego
teneo contra eum.Dico ergo ſic,ꝙ quamuis cõ-
ſtet de mente teſtatoris etiam per verba prolata
in ſubſtitutione, dum modò non ſint prolata eo
modo,quo fit pupillaris ſubſtitutio, non tamen
A inducunt pupillarem expreſſam:iſtud tenet Bar.
in l.ij.in verſic.quęro,quid ſi probetur,ĩ.de vulg.
& pupil.vbi quamuis expreſsè conſtet de mente
teſtatoris, ꝙ mater per tacitam pupillarẽ exclu-
datur,tamen illa pupillaris non dicitur expreſſa:
vide ibi per eum clariùs. Facit etiam dictum do.
Alex.in d.l.centurio.vbi ad hoc,vt teſtator indu-
cat expreſſam ſubſtitutionem,requiritur, ꝙ vta-
tur verbis congruis,&c.& pro hoc eſt tex. no.in
l.codicillis.§.fi.ĩ.de leg.ij. ¶ In ea.gl. ibi, *Filium,*
B *et nepotem*,&c.Iſta eſt quinta lectura, & diſtat à ſe-
cunda,quia ibi dictum fuit poſt mortem aui, hîc
non. Bar.tñ videtur hãc gl.aliter intellexiſſe,ſci-
licet, ꝙ ſuprà in ſecunda lectura teſtator vſus ſit
verbo Inſtituo,in hac verò vſus ſit verbo Subſti-
tuo:quo modo idem eſt,ac ſi dixiſſet, Filium in-
ſtituo, & nepotem ex eo ſubſtituo, prout dixi ſ.
in ſecũda lectura:non repeto:&quamuis omnes
indiſtinctè tranſeant, ego tñ non puto primã le-
cturam de iure eſſe veram.Moueor, qa ſecũdum
C illam lecturam cùm mentio filij facta non ſit, vi-
detur eius oblitus,& ſic teſtamentũ præteritio-
ne rumpitur,ſecundum l.inter cætera. ĩ.eod. Se-
cundò moueor per §.in omnibus.ĩ.ead.l. vbi lex
requirit,ꝙ expreſsè filius ſit inſtitutus. Sed ſe-
cundum hanc lecturam filius nõ eſſet inſtitutus.
Ergo,etc. Tertiò videmus, ꝙ qñ filius nõ eſt in-
ſtitutus,etiam ſi moriatur ante mortẽ patris, te-
ſtamentũ de iure ciuili nõ recõualeſcit,l.poſthu-
mus.in prin.ĩ.tit.j. & eſt caſus Inſt. de exhæred.
D lib.in prin. Quartò:ideò † in conſilio Galli ver- 40
ba Si filius,me viuo,&c.quamuis prolata condi-
tionaliter,importãt diſpoſitionem, vt ſ.dixi: qa
non videtur, ꝙ teſtator oblitus ſit filij:& ideo ſi
ſuperuiuat filius,ex illis verbis conditionalibus
cenſetur inſtitutus:& ideo teſtamen tum etiam à
principio ſemper tenet,vt declaraui in prin.l.ſed
in noſtro caſu teſtamentũ à principio nõ tenet.
nam ſi filius ſuperuiueret,nõ poſſet ſuccedere ex
teſtamento, ex quo nulla ſunt verba importãtia
E inſtitutionem.vnde teſtamentũ eſt irritũ.Et ſi di
ceres,ꝙ ſubauditur Inſtitutio,reſpõdeo, ꝙ iſtud
eſt falſum,& cõtra verſ.adeò.Inſtit. de exhęred.
lib.ad quem tenẽdo hunc intellectũ, fit euidens 41
violatio.Non † obſtat,etiam ſi diceretur,quòd il-
le tex.procedit,qñ inſtituitur aliquis extraneus:
noſter verò loquitur, qñ inſtituitur nepos poſt-
humus:quo caſu lex ſubaudit inſtitutionem filij
quia reſpondeo,ꝙ aut lex deberet iſtud ſubaudi
re fauore teſtamenti ſuſtinendi.&hoc caſu clarũ
F eſt,ꝙ non facit,qa militat etiã fauor talis,in caſu
d.verſ. adeò. Aut iſtud deberet facere fauore ne-
potis poſthumi:&tũc dico,ꝙ lex hoc nõ facit,qa
maior fauor eſſet,ſi teſtamentũ rũperetur: & ſic
ſuccederet ab inteſtato, toto tit. ĩ. ſi quis omiſſa
cauſa teſt.& hæc opinio mihi videtur ſatis de iu
re vera.Eſt verũ,quòd do.Alex.poſt Pau.de Caſt.
hîc intelligunt illã gl.ꝙ inſtitutio filij priùs facta
ſit,deinde dictũ ſit,Si quis mihi nepos,&c.&hęc
opi.nõ habet dubiũ,ſed non videt̃ fuiſſe de mẽ-
te gl.nec Bart.hîc.nã ſicut gl.poſuit inſtitutionẽ
in alijs



in alijs ſequentibus exemplis,poſuiſſet etiam in
hoc primo, quãuis igitur prima opi. videatur de
iure vera, diſputando teneo, quòd abſq; inſtitu-
tione filij tale teſtamẽtum teneat: pro quo facit
gl.in §.inſtituens.ĩ.eo.Non obſtat l.inter cętera.
ĩ.eod.& §.in omnibus. ĩ. hac l. quia reſpondeo,
quòd habetur pro tacitè inſtituto. nam ex quo
inſtituit nepotẽ,veriſimile eſt, quòd filius fuerit
prędilectus,arg.l.liberorum.ĩ.de verb.ſig.iuncta
l.Titius.ĩ. de ſuis & legit. Vel potes etiam dice-
re,quòd filius non ſit inſtitutus. Ad verſ. adeò.&
alia iura reſpondetur,quòd aut à principio teſta-
tor præteriit filium, non cogitans quòd deberet
mori ante ſe:&tunc etiam ſi moriatur ante ſe,te-
ſtamentum ipſo iure eſt nullum: & ita procedũt
iura contraria. Aut teſtator cogitat filium præ-
mori debere,& de iſta cogitatione patet:& tunc
teſtamentum valet.In noſtro enim caſu clarum
erat,quòd teſtator cogitauerit filium debere prę
mori.nam ex quo inſtituit nepotem,ex eo ne te-
ſtamentum rumperetur agnatione,videtur cogi
taſſe de morte filij.Vnde ſi filius ſuperuiueret,te-
ſtamentum rumperetur præteritione filij. Gal-
lus enim induxit ſolùm remedium,ne rumpere-
tur agnatione poſthumi. Quare pater poteſt e-
tiam filium inſtituere,ne ſi ſuperuiuat,rumpere-
tur teſtamentum. Cogita: quia hæc apud alios
non legi:& ſi opponeretur de l.etiam §.libertus,
ſi patronum,ĩ.de bon.lib.reſpondeo,ꝙ quamuis
dicat teſtamentum valere de iure prætorio, non
tamen negat,quin valeat de iure ciuili. Vel & ſe-
cundò dic, quòd in noſtro caſu iſtud inductum
eſt propter Galli conſilium,& Scæuola iſtud in-
duxit ne teſtamentum agnatione rumperetur:
quæ ratio ceſſat ibi,& hæc placet. ¶ In ea. *Quid
autem, ſi filium & nepotem natum inſtitui*, etc. Pro ex-
peditione huius gl.& eorum,quæ not. Bart.hîc,
ego,ſequendo ordinem Socin. quæram de qua-
I. tuor quæſtionibus. Primò quæro, nunquid
42 † propter ordinẽ neceſsitatis cauſatiuæ filius &
nepos cenſeantur inſtituti ordine ſucceſsiuo? &
circa hanc concluſionem, quamuis communis
ſit cum Bartol.quòd cenſeantur inſtituti ordine
ſucceſsiuo,tamen opin.Iac. de Aren.& Imol. vi-
detur verior.& quia iſte articulus per Doct.eſt ſa
tis inuolutus. Arguam primò pro communi.
pro qua facit iſte tex. ſecundum primam & vlti-
mam lecturam.Sed certè mihi videtur, quòd iſti
intellectus nil faciant ad propoſitum: quia ſiue
copulatiuè, ſiue ſucceſsiuè veniant, idem iuris
eſt.ſi enim veniunt copulatiuè, & filius moria-
tur,nepos,qui eſt cohæres, habebit partem pa-
tris per ius accreſcendi, l.vnica. §. pro ſecundo.
C.de cad.tollend. Præterea dato quòd non ha-
beret ipſe,tamen agnatione non rumpit, ex quo
non eſt præteritus. & ſic conſilium Galli in hoc
aliquid operatur.Si verò veniat ſucceſsiuè, tunc
nepos tãquam ſubſtitutus habebit bona patris.
& ſic etiam conſilium Galli habebit locum.
Quare non videtur,quòd iſte §.aliquid faciat.Si
verò loquamur,prout gloſ. format quæſtionem,
ſcilicet quando iſte filius & nepos nati ſunt, tũc
idem:quia veniet nepos, vel tanquam ſubſtitu-
tus, vel tanquam cohæres: & ſic nõ rumperetur
teſtamentum.non enim neceſsitatur teſtator re-
linquere omnia bona filio,ſed ſolùm quartam,l.
ex tribus vncijs.C.de inoff. teſtam.vnde ſi dimi-
diam relinquit filio, & dimidium nepoti, ſatis
eſt, & teſtamentum ſatis tenet. vnde videntur
Doctor.malè ſe fundare in hoc text. Et hæc pro-

cedunt tenendo quòd † Gallus non ſolùm intro- L.29.
duxerit formã,qua nepos ſubſtitueret̃,ſed etiam Gallus.
formã,qua inſtitueret̃, ſecundũ ea, quæ dixi ſ. in §.Quidã
prin.legis.& ꝙ introduxerit remediũ, ex aliquo rectè.
modo teſtamentũ agnatione rumpatur. Secũdò *Expoſitio po*
pro cõmuni adducit Alex.quia cùm teſtator ha- *ſterior.*
beret neceſſe filiũ inſtituere, non eſt præſumen-
dum teſtatorẽ voluiſſe liberalitate vti aduerſus 43
nepotem, quẽ filio moriente tenebat̃ inſtituere
A auferẽdo ipſi filio,niſi aliter appareat: allegat in
arg.l.rem legatã.ĩ.de adi. legat. vbi in neceſsita-
tibus nemo liberalis exiſtit.Sed ad hoc reſpõde,
ꝙ pater non neceſsitatur relinquere nepoti, niſi
filio defuncto.Vnde quando inſtituit filiũ & ne-
potem,aut ambo viuent:& tunc non procedit i-
ſtud fundamentũ,quia tunc non eſt neceſsitatus
pater.aut morietur filius, & tũc non poteſt dici,
ꝙ fuerit auus liberalis,ex quo agat̃ ille relinque-
re.Pręterea d.l.rem legatã.loquitur in longè di-
B uerſis terminis.Item dum dicit,ꝙ non præſumit̃
pater velle accipere filio,& dare nepoti: reſpon-
de,ꝙ iſtud eſt verum in dubio: ſed nos ſumus in
claro:cùm natura coniunctiuæ iſtud importet, l.
vnica,§.ſi quis ita.C.de cad. tol. Vel potes dice-
re,ꝙ imò prǫſumitur,cùm pater non minùs dili-
gat nepotem,quàm filium,l.liberorum.in fi.ff.de
verb.ſig.Pro contraria opi. ꝙ teneo poſt Iaco. de
Aren.cuius opiniones vt plurimũ ſunt de mente
iuris,vt dicit Bar.in quęſtione incip. ſtatute Lu-
C canæ ciuitatis.facit reg.ꝙ † dictio Et,facit coniũ
ctos æqualiter admitti,d.l.vnica,§.his ita defini- 44
tis.C.de cad. tollen.Sed in dubio à proprietate
verborum diſcedere non debemus, l. non ali-
ter. ff. de leg. iij. & debemus ſtare regulæ, ſicut
Bononienſes Carrotio, gloſ.in l.omnis diffini-
tio. ĩ. de reg. iur. Secundo facit text. allegatus
per Imol. in l. codicillis. §. inſtitutio. ĩ. de le-
gat.ij. vbi † ſi teſtator inſtituit filium & nepotes 45
emancipatos,vocantur ęqualiter.Sed ad hoc re-
D ſpondet do. Alex. & Areti. quòd ibi ex aliis ver-
bis à teſtatore prolatis conſtabat mentem eius
fuiſſe, quòd æqualiter ſuccederent:idq; probat
ex verbis text.dum dicitur in textu Gręco, ἐξουσίαν
δὲ ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ,id eſt, poteſtatem ha-
beat vendendi cohæredi ſuo. nam niſi voluiſſet
nepotes eodem tempore admitti, dixiſſet Sub-
ſtituto,non Cohæredi.Iſta ſolutio mihi non pla-
cet,quia diuinat expreſsè ad illum text.quòd ibi
conſtaret de mente.Nec obſtat dictio Cohęredi,
E quia potuit verificari etiam in caſu,quãdo nepo-
tes eſſent ſubſtituti, & intelligi, quãdo vt nepos
teneretur nomine fideicõmiſsi alij nepoti.erant
enim plures nepotes,vt expreſsè dicit text. & i-
deo ipſi rectè poterant appellari cohæredes. nõ
videtur, ꝙ capienda eſſet iſta præſumptio. Vel
& ſecundò potes replicare, quòd imò teſtator
ibi ſciebat talem inſtitutionem de iure importa
re,vt copulatiuè venirent:& ideo eos appellaue
rat cohæredes, cùm quilibet præſumatur ſcire
F iura,l.leges ſacratiſsimæ. C. de legib. Socin. ta-
men tenendo communem hîc aliter reſpondet,
quòd text.non dicit, ſub qua forma eſſent inſti-
tuti,ſed pro claro habet. quòd venirent copula-
tiuè.Vnde decidit id,quod principaliter intẽdit,
ſcilicet quòd prohibitus alienare, poſsit locare.
vnde nõ videtur,quòd debeat fieri vis in eo text.
Sed ad hoc, tenendo opin. Imol. replica, quòd
cùm text.ibi ponat filium & nepotes inſtitutos,
debemus intelligere,quòd inſtituti ſint ſecundũ
verba,quę ponit tex. à quibus in dubio diſcedẽ-
dum

dum nõ eſt,l.Plautius.ff.de aur.& argen. Quare
tenẽdo cõmunẽ,videtur,ꝙ aliter & tertiò poſsit
reſponderi,ſcilicet ꝙ tex.ibi loquitur per ablati-
uum abſolutum. nec eſt ibi copula aliqua. vnde
poſſet dici, quòd illi nepotes eſſent inſtituti per
dictionem Cum: quo caſu tũc copulatiuè vocan
tur,vt dicit Bart.j̃. dum reſpondet ad l.ſi mulieri
& Titio. nam in ablatiuis videtur, quòd faciliùs
præſumitur dictio Cum, quàm Et, l.j.§. quæ de-
poſitis. ff. depoſ. & hæc ſolutio poteſt ſatis ſuſ-
tineri: tamen videtur quodammodo eſſe ſine ſa-
pore. Tertiò pro hac opin.adducit Alex. reg.l.iã
hoc iure.j̃. de vulg. & pupil.vbi quando vna de-
terminatio reſpicit plura determinabilia, debet
ea pariformiter determinare. Sed ad iſtã rationẽ
primò reſpõdet,ꝙ illa regula procedit in diſpoſi
tione volũtaria nõ neceſſaria. Sed ad hãc reſpõ-
ſionem Alex.replicare poteris: quia in noſtro ca-
46 ſu non eſt neque neceſsitas cauſatiua: qa † etiam
ſi inſtituatur,& copulatiuè veniant nepotes, te-
ſtamentũ tenet,vt ſuprà dixi tenendo ꝙ conſiliũ
Galli habeat locũ etiã in inſtitutione:& ſic quo-
quo modo teſtamentũ poſthumi agnatione rũ-
peretur. Secũdò reſpondet Alex.ꝙ ſatis dicunt
parificari,ſi quilibet intelligatur inſtitutus in ca-
ſu,in quo neceſſe fuerit, & potuerit nepos inſti-
tui.Sed ad hãc ſecundã ſolutionẽ potes replica-
re,vt feci ad primã.Pręterea nõ eſt verum,ꝙ ſatis
dicantur parificari, cùm in aliquo nõ parificent.
nam quo temporè vnus venit,alter deſijt venire.
Quare tenendo cõmunem,poſſet reſpõderi ali-
ter,ſcilicet ꝙ in noſtro caſu erat diuerſa ratio: qa
non eſt præſumendum,teſtatorẽ voluiſſe æqua-
liter admitti filiũ cum nepote, vt ſuprà dictũ eſt
in ij.fundamẽto j.partis.Eſt verũ,ꝙ poſſet reſpõ-
deri,vt ibi dixi:& ſic teneo,ꝙ reg.d.l.iam hoc iu-
re.non habeat locum, qñ eſt diuerſa ratio.& hoc
tenent Imol.& Angel.relati hîc per Alex. Eſt ve-
rum,ꝙ Alex.hîc,& in d.l.iam hoc iure. tenet cõ-
47 tra hanc limitationẽ.mouetur, quia videtur con
tra illã legẽ,vbi dicitur,ꝙ† ſubſtitutio facta duo-
bus imparibus,in perſona impuberis non conti
net pupillarẽ:& tñ ibi eius fauor fuiſſet,ꝙ conti-
neretur.Sed certè iſta impugnatio nõ placet, qa
ille tex.ꝓbat potiùs noſtram opinionẽ. nam illa
ſubſtitutio facta imparibus pariter, nõ determi-
natur,quia eſt diuerſa ratio: & quamuis militet
fauor pupilli,per hoc tñ non tollitur, quin ſit di-
uerſa ratio.videbatur enim abſurdum, ꝙ pubes
poſſet ſuccedere impuberi poſt aditam ab eo hę
reditatem. & non eſt contrà. nam etiam ꝙ ſit fa-
uor pupilli ibi, plus conſideratur mens teſtato-
ris,qui præſumitur voluiſſe eos parificare in ca-
ſu,in quo erat eadem ratio:non aũt in eo, in quo
non erat eadem ratio.Cogita. Illud non præter-
mittendũ eſt,ſecundũ Socin.hîc,ꝙ eſt quędã ne-
ceſsitas,qua non obſeruata, teſtamentũ rumpe-
48 retur:& de ea nos loquimur hîc.Itẽ† eſt quædam
alia,qua non obſeruata teſtamentũ non rumpe-
retur.& in ea non habent locũ dicta Doctorum,
quia non obſtante ea,illo caſu nepotes admitte-
rent copulatiuè cum filio:& ita procedunt quę-
dam allegata per Areti.hîc,veluti dũ allegat not.
per Bar.in l.huiuſmodi.§.cùm pater.j̃.de legat.j.
II. & l.ſi pater pro filia.j̃.de collat.dot. ¶ Secunda
49 quæſtio eſt, qñ † plures perſonæ copulatiuè vo-
cantur,inter quas cadit ordo affectionis ratione
ſanguinis & ſucceſsionis ab inteſtato, nunquid
cenſeantur vocatæ ordine ſucceſsiuo, an ſimul?
Bar.hîc tenet,ꝙ cenſeantur vocati ordine ſucceſ

ſiuo,per l.generaliter. & l. Lucius. vt hîc per eũ.
do.Alex. tenet contrarium, & dicit contra Bart.
eſſe communem opin.Mod. tñ Senẽ. defendunt
Bart. opin.diſputando:ſed iudicando à cõtraria
non diſcederent.Alex.& Aretin.mouentur con-
tra Bar.quia iura per eum allegata non probant.
Primò ad l.generaliter.C. de inſt. & ſubſt. Ioan.
de Imol.reſpõdet,ꝙ diſiunctiua poſita inter cõ-
ditiones negatiuas,reſoluitur in coniunctiuam,
A ne extranei ſuccedant: quia aliàs ſuccederẽt ex-
cluſis deſcendentib. quod non eſt veriſimile te-
ſtatorem voluiſſe,l.cùm acutiſsimi.C.de fideicõ
miſſ.l.cùm auus.j̃. de cond. & demon.quæ ratio
ceſſat in noſtro caſu: quia admittuntur filij vnà
cum patre,non autem excluduntur:ergo,&c. Sed
iſtam rationem impugnat hîc Alex.quia ratio il-
lius legis non eſt ea,quam dicit Imol.iſtud ꝓba-
tur,quia habet locum etiã in extraneis,vt ibi di-
citur. & tamen in extraneis nõ procedit,d.l.cùm
B acutiſsimi. Suſtinendo tñ reſponſionem Imol.
quam etiam reprobat Aretin.& Socin.dic,ꝙ ſic-
ut pater grauans fideicõmiſſo filium,non pręſu-
mitur velle excludere nepotem,d.l.ita extrane-
us legans, ſeu inſtituens patrem, videtur etiam
velle ea bona ad filium poſt mortem patris per-
tinere,non aũt ire ad alium: & hoc ratione affe-
ctionis.quia qui amat patrem alicuius,amat etiã
filiũ,arg.l.cùm quis.C. de natural. lib. & ſic non
eſt neq; veriſimile, teſtatorẽ voluiſſe admitti ex-
C traneum excluſo filio eius, quem prædilexerat.
Secundo modo reſpõdet Alex. ꝙ illa lex loqui-
tur etiam in extraneo, & tñ qñ extraneus & filij
eius inſtituti ſunt,admittuntur eodem tempore:
& ita refert dicere Bar.hîc,dum reſpon.ad l.fi.C.
de impub.Ego puto,ꝙ † mens Bar.fuerit,vt etiã 50
loquatur in extraneis ſua quæſtio, quod poteſt
probari infrà,dum quærit,quid,ſi teſtatòr dicat,
Inſtituo talem,& eius filios.Non obſtant ea,quę
dicit reſpõdendo d.l.fi. quia quo ad quæſt. quæ
D congruit huic legi,ſcilicet nunquid ꝓpter neceſ
ſitatem cauſatiuam cenſeãtur filij & pater ſimul
vocati,illa ſolutio in ſe eſt bona: ſed quo ad hãc
ſecundã quæſtionẽ, non.nam (vt videmus) Do-
ctores iſtos caſus confundũt.Ad iſtud fundamẽ-
tum Alex.etiam reſpon.Socin.hîc inducendo a-
liter,ꝙ ibi ordo affectionis ex ſerie teſtamẽti col
ligitur ꝓpter conditionẽ illã,Si ſine liberis,pro-
pter quam videtur teſtator voluiſſe præferre etiã
filios ſubſtituto,vt dicit tex.in d.l.Lucius.in fin.
E & ſic ſicut ibi reſoluitur diſiuncta in coniũctam,
ita etiam in noſtro caſu debet reſolui coniuncta
in diſiunctã.& ſic ex hac ratione Socini colligi-
tur,ꝙ Socinus velit idẽ eſſe,etiam qñ aliquis ex-
traneus inſtituit Titium & Seium filium eius.A-
liter etiam reſpondent Alex.& Aret. quorum re-
ſponſionibus vide Socin.hîc ſatis bene replican
tem.Breuiter mihi placet opin.contra Bar. pro-
pter fundamentum Imol. quod ſuprà retuli re-
ſpondendo ad l.generaliter. cõtra quẽ etiã ſunt
F duo tex.ſcilicet c.Rainutius.& c.Rainaldus.ex-
trà,de teſta.Nã in primo facta erit ſubſtitutio de
filia & ſobole,quã geſtabat in vtero,& tñ pariter
admittũtur:in ſecũdo verò teſtator reliqt filio &
patruis,& tñ pariter admittũtur. Sed ad hoc re-
ſpõdet Socinus,ꝙ admittunt,qa ibi ſic voluerũt
filia,ſeu patrui.nã ſi voluiſſent,potuiſsẽt eos ex-
cludere. Contra hanc concluſionẽ etiam addu-
cit Aretin.text.in l. cùm ita.§. in fideicommiſſo.
j̃.de leg.ij.vbi† ſi teſtator inſtituit Titiũ, & Seiũ,
& alios de familia, Titius & Seius ſimul admit-
tuntur,



tuntur,nec conſiderat text.vtrùm ſit in gradu pa
ri,vel diſpari.Sed ad iſtud fundamentum ſequen
do Bart.reſpond.ꝙ ex eo,ꝙ inſtituit alios de fa-
milia, videtur voluiſſe eos ſimul admitti, vt hîc
per Socinum.Et quamuis opin. Bart. diſputãdo
fortaſſe ſuſtineretur,ego tamen multum dubito.
Moueor primò per tex.in l.vxorem.in prin. j̃. de
leg.iij.vbi ſi teſtator inſtituit vxorẽ & eius vxo-
ris filium,copulatiuè admittuntur, & tamen ibi
eſt ordo affectionis.Nec obſtat,ſi diceretur, ꝙ i-
deo admittitur,quia de neceſsitate debet inſti-
tui,l.inter cætera.j̃.eod.reſpondeo,ꝙ ſi doctrina
Bart.eſſet vera,deberet admitti niſi in eo, in quo
neceſſariò debet inſtitui,ſcilicet in quarta,ſecun
dum l.quoniã in prioribus.C.de inoffic.teſtà.re-
liquum verò,quod accedit ad dimidiam,deberẽt
accipere poſt mortem matris: faciunt nota. in l.
vxori meæ.j̃.de vſufruct.leg.& huic legi concor
dat tex.in l.teſtator.quę eſt l.fi.j̃.de leg.ij.in prin-
cip.Eſt verum,ꝙ ad hoc poſſet reſponderi, vt ſu-
prà dixi,dum reſpondi ad l.iam hoc iure. tenen-
do opin.Baldi,vt ibi.Secundò pro hac parte ad-
duco text.in l.Lucius Titius.in princ. j̃. ad Tre-
bel.& tex.in l.fi.in §.Lucius.j̃.de leg.ij.vbi fidei-
commiſſum relictum vxori,& filiæ emancipatę,
copulatiuè debetur. Nec obſtat,ſi diceres, ꝙ ibi
conſtabat,quòd mens teſtatoris volebat, vt eo-
dem tempore admitterentur, ex quo dixerat ſe
velle,quòd bona earum communicarentur:quia
reſpondeo,quòd tex.in d.l.Lucius Titius.verſic.
pertinent hi,etc.(ſi modò ponderemus verb.cõ-
mune)iſtud non conſiderat ad hoc:quia imò illa
verba dicta ſunt,quo ad alia bona, quæ erant fi-
liæ & vxoris.Tertiò† facit text.in l. Titia cùm in
teſtamento.§.Titia cùm nuberet.j̃.de leg. ij. vbi
fideicommiſſum relictum filiæ & nepotibus ex
ea poſt mortem mariti,debetur illis copulatiuè:
& hoc ibi probatur,dum dicitur, fideicommiſsi
petitionem competere filiæ,& hæredi Titiæ,te-
nendo quòd illa Titia eſſet filia filiæ,& ſic neptis
huius teſtatricis.nam ſi ſequamur communẽ in-
tellectum ibi,neceſſe erit interpretari Et, pro Id
eſt,& ſic verba impropriè intelligentur,contra l.
non aliter.j̃.de leg.iij.item verba Hæredi Titiæ,
erunt ſuperflua.quod non videtur dicendum.Et
ſi ſuſtinendo diceres,quòd à ſuperfluitate ibi nõ
debet argui:quia ille text.in pluribus eſt ſuper-
fluus,vt etiam dicit ibi glo.reſpondeo,quòd hoc
eſt verum in verbis ipſius mulieris, quæ Græcè
loquebatur,qui regulariter ſunt verboſi, vt pro-
batur ex gl.in j.conſtit.C.in §.quibus. in verbo,
breui ſermone.iuncto eo, quòd Iuſtinianus fuit
Græcus,& Authenticorum librũ,quem ΤΑΣ ΝΕΑ
ΡΑΣ appellauit, in quibus ſunt mille ſuperflua,
Græcè ſcripſit,vt eſt gl.in authen. de non alien.
in §.nos igitur.in verb.voce. Item mulieres ipſæ
ſunt loquaces,l.j.§.ſeruũ. ſ̃.de poſtul. Sed quòd
in verbis Iuriſconſulti debeat eſſe ſuperfluitas,
iſtud non probatur. Quartò adduco fortiſsimũ
fundamentum. nam qñ quis rogatur reſtituere
fideicõmiſſariè,in dubio videt rogatus reſtitue-
re poſt mortẽ,l.epiſtolam.§.mulier.j̃.ad Treb.&
tamen ſi aliquis inſtituat patrem, & eius fidei cõ
mittat,vt reſtituat bona filio,debet reſtituere fi-
lio,vbi erit factus ſui iuris, etiam ante mortem
ſuam,putà per emancipationem. Vnde ſi eman-
cipatus eſſet,vel eſſet ſui iuris alio modo, ſtatim
cogeretur reſtituere: text. eſt in l.vbi purè.ff.ad
Treb.& ſic ordo affectionis non operatur, vt pa-
ter priùs poſsideat, deinde filius admittatur in

fideicommiſſo poſt eius mortem. Sed potes re- L.29. Gallus.
ſpondere negando,quòd ibi ſit ordo affectionis: §. Quidã
ſed ſumus in caſu vij.quæſt.de qua hîc per Iaſ. & rectè.
per Socin.in l.ſi cognatis.ff.de reb.dub. Quintò
poſſet allegari in arg.tex.in l.hæredes. §. peto. j̃. *Expoſitio po-*
ad Treb.vbi affectionis ratio, quam pater debe- *ſterior.*
ret aduerſus vnum quandoq; filium præſtare,ſe-
cundum ea,quæ not.in l.j.C.de pac.non facit,vt
fideicommiſſum omnibus præſtetur, ſed tantũ-
A modò vni: &† ſic propter affectionem diſiuncta 53
non reſoluitur in coniunctam,vt dicit Bartolus:
& ex his opinio Barto.in puncto iuris non vide-
tur ſuſtentabilis.Vnde tenẽdo communem col-
ligit Socinus hîc vnum notabile,quòd nõ ita re-
gulat voluntatem teſtatoris ius commune, ſicut
ius municipale. nã quamuis detur ſucceſsio in-
ter fratrem, & filios, tamen pater ſubſtituendo
eos per copulatiuam,cenſetur ſimul ſubſtituiſſe.
Sed ſi lex municipalis dictaret,ꝙ ſtantibus ma-
B ſculis,filiæ non ſuccedant,in ſubſtitutione filio-
rum fratris primò venirent filij,poſtea filiæ, non
autem ſimul, vt in primo caſu:allegat not.per
Bart.in l.hæredes mei.§.cùm ita.j̃.ad Treb.& ibi
plura per Alex.item per Pe.in l.tres fratres. ff. de
pac.cui adde multa ſimilia cumulata per Barb.
in cõſ.iiij.in ij.vol.Fel.in c.ius generale.diſtinct.
j.in c.quæ in eccleſiarum.circa fi.de conſtit. Bal.
in l.liberti.C.de oper.libert.Circa hoc tamẽ du-
bito:quia non videtur,quòd poſsit adſignari ra-
C tio diuerſitatis.nam dum Socin.dicit,quòd ideo
eſt,qa lex municipalis particularis ciuitatis di-
citur eſſe condita ſecundum mentem ciuium il-
lius ciuitatis,& ideo ſecundum illam legem per
eos factam,per quam viuunt,velle pręſumuntur,
vt inquit Gem.in c.j.in vj.not.de conſtit.in vj. I-
ſta ratio mihi non placet.Quid enim ſi non po-
pulus,ſed princeps fecit illud ſtatutum?ſecundũ
not.per Bart.in l.omnes populi.ſ̃.de iuſt. & iur.
& Alber. in opere ſtatut. in j. part. in iij. & iiij.
D quæſt.Cùm enim ipſi eam non fecerint, non vi-
detur,quòd plus velint illi ſtare,quàm iuri com-
muni.Præterea dato quòd fecerint, poterũt mu-
tare voluntatem,l.ſi quis in principio teſtamen-
ti.j̃.de leg.iij.not.in l.ſi mihi & tibi.§. in legatis.
j̃.de leg.j.Alex.& Mod.in l.ij.ſ̃.eo.Ad doctrinam
Bar.in d.l.hęredes.§.cùm ita.reſpondetur,quòd
ibi illud præſumitur ex voluntate teſtatoris, cui
verba conſentiunt. Sed in noſtro caſu verba o-
mnino diſſentiunt: quia coniuncta reſolueretur
E in diſiunctam.quod eſſet impropriè. & pro hac
ſolutione facit in ſimili, quod not.Socin.in d. §.
cùm ita.in verſi.colligo ſecundum principaliter
ex dictis Imo.etc.Cõmunem opin.limitãt Bal.in
quodã conſ.& quidã Mod.vt hîc per Soci.quan-
do teſtator retuliſſet ſe ad incertos,putà quia in-
ſtituiſſet Seium & filios.nam tunc dicunt ipſi, ꝙ
vocantur ordine ſucceſsiuo:pro quibus facit gl.
quę videtur tenere in l.fi.C.de impub.ꝙ ſit diffe
rentia,vtrùm aliqui vocentur nominatim,& ſin-
F gulariter?an verò per nomẽ appellatiuum, & ſic
generaliter?parum tñ facit. Vnde Socin. repro-
bat iſtã limitationem per c.Rainutius. & c. Rai-
naldus.extrà,de teſta.vbi dicit eſſe caſum contra
opin.Bal.& certè illa duo capitula faciũt magnã
difficultatem in iſta materia.Tamen ſuſtinendo
Bal.cogitabam,ſi poſſet dici,ꝙ aut teſtator inſti-
tuit filium ſuum & Seium nepotem, & tunc ve-
niunt ſimul:aut filium, & nepotes, & tunc poſ-
ſet habere locum doctrina Bar.& Bal.vt veniant
ſucceſsiuè,ex quo vocauit eos collectiuè. Non

obſtant primò c.Rainutius.quia poteſt dici vltra
ſolutiones datas per Socin.quòd ille tex.nil pro
bat.quamuis enim filij agant,non agunt pro ſe,
54 ſed pro matre. filij †.n. ſunt legitimi defenſores
matris,& poſſunt agere ſine mãdato,l.ſed & hęr.
s̃.de procurat.facit l.cõgruentiùs.& l.filia. C. de
patria poteſt.Ad c.Rainaldus.de teſtam.reſpon-
de,quòd ex quo filij,& patruus æquo gradu di-
ſtabant à teſtatore,videtur voluiſſe eos ſimul ad-
mitti.quę ratio ceſſat in noſtro caſu.Aut teſtator
inſtituit aliquem extraneum,& filios:& tunc in-
diſtinctè habeat locum communis,quamuis So-
cinus ĩ.contrarium teneat,vt ĩ.dicemus. Iudican
do tamen,& conſulendo non videtur, quòd de-
beat à communi indiſtinctè diſcedi: quia con-
tra ſuprà dictam limitationem faciunt etiã quæ-
dam ex fundamentis,quæ ſuprà retuli. Sed pul-
chrum eſt videre,quando teſtator legat aliquid,
ſeu inſtituit Titium patrem,& Seium filium,qui
eſt in poteſtate,vtrùm Titius cogatur emancipa
re filium,& dare illi dimidiam? Item dato quòd
non,vtrùm illud dicatur peculium aduentitium,
an verò profectitium? Circa primum breuiter lo
quendo dicendum eſt, quòd pater non cogitur
emancipare,etiam ſi teſtator expreſsè mãdaſſet,
per ea,quę not.gl.& Scrib.in l.vbi purè.in princ.
& in l.cogi,§.ſi pater.ĩ.ad Trebel. Circa ſecundũ
Bart.& Socin.videntur dicere,quòd ſit profecti-
tium.Ego tamen puto contrarium,ſcilicet quòd
ſit aduentitium,per tex.in l.imperator.ĩ.ad Tre-
bel.& ibi Bart.ita tenet.Illud notandum,quòd ſi
quis legat patri,& filio fundum, qui filius ſit in
poteſtate,ex quo teſtator ſcit filium nõ poſſe co-
pulatiuè admitti cum patre,debetur alteri fun-
dus,alteri æſtimatio:ita notabiliter decidit acu-
tiſsimus doctor Pet. de Beſutio Mediolanenſis
in rep.l.re coniuncti.in verſi.ad quæſtionem no-
ſtram.ĩ.de leg.iij.mouetur per text.in l.quid er-
go.§.j.ĩ.de leg.j. Ego iſtud puto verum,quando
teſtator dixiſſet,quòd legaret vtriq; in ſolidum,
vt dicitur in illo §.aliàs ego puto contrarium, ita
III. quòd habeant locũ ſuprà dicta. ¶ Tertia † quæ-
55 ſtio eſt,quando vocantur plures perſonæ, inter
quas cadit affectio, & vocantur nomine colle-
ctiuo,vtrùm cenſeantur ſucceſsiuè vocati, an co-
pulatiuè? & dicendum eſt,quòd cenſentur voca-
ti ſucceſsiuè.ita tenet Bart.hîc, cum quo omnes
tranſeunt,per tex.in l.cùm ita.§.in fideicommiſ-
ſo.& l.peto.§.fratre.ĩ.de leg.ij.& tex.in l.fi.C.de
verb.ſig.Et breuiter expediendo,ego puto,quòd
indiſtinctè iſta regula ſit vera: declarando tamen
eam,vt in d.l.cùm ita.Non obſtant quædam al-
legata hîc per Aret.& Soci.quia (vt verum dicã)
noſtri Doctores non videntur rectè ſcire, quid ſit
nomen collectiuum.nam non eſt verum, quòd
Liberi,Filij,& huiuſmodi dictiones ſint collecti-
uæ.nam Priſcianus Cæſarienſis in lib.ij. dicit, ꝙ
collectiuum nomen eſt, quod in ſingulari plura
ſignificat,veluti populus,plebs,gens, familia,co
gnatio,agnatio,& ſimilia. Ex his ergo patet,ꝙ
IIII. Soci.non bene dicit. ¶ Tamen pro expeditio-
56 ne dictorum eius,quartò quero, quãdo † teſtator
inſtituit filium,& nepotes, vel Titium & filios,
ſeu Titium & eius liberos,vtrùm admittãtur or-
dine ſucceſsiuo,an ſimul? Socin. dicit,admitti or
dine ſucceſsiuo.idem tenet Ang.ego puto,quòd
admittantur ſimul, per ſuprà dicta in ij.quæſt.
maximè text.in l.Titia cum teſtamento. §. Titia
cùm nuberet.ſecundũ intellectũ,quem ſuprà re-
tuli,ĩ.de leg.ij.facit tex.in l. codicillis. §. inſtitu-
to.ĩ.de leg.ij.Item quia Doctores hîc indiſtinctè
loquuntur, admittentur ergo omnes ſimul, niſi
ſint in poteſtate:quia tunc admittentur parentes
pro ſua portione in vna parte,& ſic hi erunt do-
mini alterius:admittentur pro filiis,ſeu nepoti-
bus,& ſic erunt vſufructuarij,§.j. Inſtit. per quas
perſ.nob.acquir.& ſecundum hanc partem con-
ſuluit Io.Bap.de ſancto Seuerino, & Alex. vt hîc
per Soci.& bene eſt verum,ꝙ etiã alia poſſet di-
A ſput.ſuſtineri,& apparet ex ſuprà dictis. Contra
tamen concluſionẽ Doct.ego adduco c. Rainu-
tius.extrà de teſta.vbi inſtituta erat filia, & ſobo
les,& ſimul admittẽtur:nam videtur,quòd † So- 57
boles,ſit dictio collectiua:nam in ſingulari mul-
titudinem ſignificat.Poteſt enim mulier parere
quinq;,ſeu plures filios,l.antiqui.s̃.ſi pars hęred.
pet.l.ſi pater.ĩ.de ſolut. vnde, ſecundum tradita
s̃.in quæſt. debebat admitti ordine ſucceſsiuo.
Breuiter diſcedẽdum eſt à cõmuni intellectu, &
B tenenda aliqua ſolutio ex ſuprà dictis. Vel dic,ꝙ
ibi conſtabat de mente teſtatoris,qui volebat fi-
lios admitti vnà cum matre,prout in ſimili dicũt
Alex.& Soci.hîc reſpondentes ad d. l. cohæredi.
§.inſtituto.vt s̃.latiùs vidimus in prima quæſtio-
ne.Subſequenter quærunt Alex. & Socin. poſt
Paul.de Caſtro,vtrùm † in caſibus, in quibus iſti 58
inſtituti copulatiuè admittuntur ordine ſucceſ-
ſiuo,veniant directò,an verò per fideicõmiſſum?
Soci.hîc cõſiderat plures caſus.Et primò, quãdo
C inſtitutus eſt filius & nepos ex neceſsitate cau-
ſatiua,vt in prima quæſtione,quã s̃.retuli: & tũc
filius venit directè.& eſt ratio, ſecundũ Socinũ,
quia cùm nepos ſit inſtitutus ex neceſsitate, iſta
neceſsitas nõ habet locũ,niſi mortuo patre: quo
caſu ipſe ſuccedet ex vulgari.In hac quęſtione te
nendo ꝙ admittantur copulatiuè,vt ſuprà tenui,
iſta ceſſant.Tamen ſequẽdo cõmunem poſſet di
ci,ꝙ ſi velit poterit venire etiã per fideicommiſ-
ſum.Nõ obſtat,ꝙ verbũ Inſtituo,ſit directũ: quia
D ĩ.reſpondebimus.Secundus caſus eſt, qñ plures
vocantur ordine ſucceſsiuo ꝓpter affectionẽ: qa
tũc veniũt etiam directè.nã Bart. hîc æquiparat
priorem caſum,& hunc:ergo ſicut in priori vult
admitti directè,idẽ etiã hîc.Ego tñ,ſicut etiam in
priori,teneo,ꝙ poſsit etiã venire fideicõmiſſariè.
Contra hoc tñ arguit Aret. nã † verbum Inſtituo, 59
eſt directũ.Bar.in l.centurio.in verſi. quędã ſunt
directa & ciuilia.ĩ.de vulg.& pup. Sed verba ci-
uilia directa non trahuntur ad fideicõmiſſ.l. ver-
E bis.ĩ.de vulg.& pup.Bar.in d.l.cẽturio.ergo,etc.
Breuiter dic,iſta opin.de iure eſt vera:tamen diſ-
putando poſſes tenere,ꝙ verbum Inſtituo, ſit cõ
mune.iſtud ꝓbo:Subſtituere nil aliud eſt, quàm
ſecundò inſtituere,glo.in rub.ĩ.de vulg. & pup.
Sed verbum Subſtituere,eſt cõmune, l. iam hoc
iure.& ibi not.& not.Bar.in l.cẽturio.ĩ. de vulg.
& pup.l.generaliter.& ibi glo.in §.j.C.de inſt.&
ſubſt.Ergo idem in verbo Inſtituere: exceptio e-
F nim firmat regulam,l.nam quod liquidè.in fi. ff.
de pen.leg.§.vt autem.in auth. de non alien. gl.
in l.in his.s̃.de legib.l.quęſitũ.§.deniq;.ĩ.de fũd.
inſtr.leg.Bar.in d.l.cẽturio.ſentiens difficultatẽ
reſpõdet,ꝙ ideo verbũ Inſtituo, nõ eſt obliquũ,
quia nõ eſt generale.Sed iſta ratio nõ placet: qa
propter hoc,quòd non erat generale,non tamen
debuerat non eſſe obliquum.nõ enim ſequitur,
eſt generale,ergo obliquum. Præterea Bart. fa-
cit falſum aſſumptum:quia † generalius eſt ver- 60
bum Inſtituo,quã verbũ Subſtituo. iſtud ꝓbatur
ex gl.s̃.ea in prin.vbi quilibet ſubſtitutus dicitur
inſtitutus,



L.29. Gallus. §. Quidã rectè.

*Expoſitio poſterior.*

inſtitutus,& nõ ecõtrà.Si ergo quilibet ſubſtitu-
tus eſt inſtitutus:ſequitur,ꝙ etiam ſubſtitutus fi-
deicõmiſſo dicatur inſtitutus,d. l. iam hoc iure.
Secundò pro hac parte adduco text.in l.quidam
relegatus.§.fi.cum l.ſeq.ĩ.de reb.dub. iuncto eo,
ꝙ diſiunctiua,verba diſiungit,ſed ſenſum cõiun-
git,vt per gl.in l.ad protegendam.C.de in lit.da-
to tut.not.Bar.in l.ſi qs ita ſtipulatur. ĩ. de verb.
oblig.Non obſtat,quod not.ĩ.de hęred.inſt.quia
A etiam ſi ſit cõmune tale verbum, rubrica tamen
bene ſtat.& hæc diſputando procederent. Ta-
men ego ſemper putaui,ꝙ non ſolùm verbũ In-
ſtituo,ſed etiam Subſtituo, ſit directũ: quamuis
contrariũ etiam teneat Phil. Peruſinus in repet.
rub.& c.ſi pater.de teſta.lib.vj. Et primò nõ ob-
ſtat text.in d. l. iam hoc iure. in verſi.ſed ſi alter.
quia ego miror,ꝙ Doct.illam l.ad hoc nunquam
61 allegauerint:quia † dum dicitur ibi,Subſtituo,eſ-
ſe verbum cõmune,debet intelligi, prout ſe de-
B clarat tex.ſcilicet cõmune,qa ibi erat facta ſubſti
tutio reciproca,& ideo talis ſubſtitutio erat cõ-
munis vtriq;:nõ autem debet intelligi cõmune,
quo ad obliquum & directũ:nam illa lex fundat
ſe ſuper verbo Inuicẽ:& ꝙ illa lex nil probet, te-
net etiam ibi Bart.& latiùs Cato Sacch. imò etiã
conatur ibi hoc ſuſtinere,ſed ſatis fatuè,vt etiam
ibi per Alex.fortiùs facit text.in d.§.generaliter.
in §.j.iũcta l.cùm auus.ĩ.de cõd.& dem. & l.cùm
acutiſsimi.C.de fideicõmiſ.Poſſes reſpõdere, ꝙ
C illud verbum Ideo,ſignificat fideicõmiſſo ſubſti-
tutum. quia ſuperiùs locutus eſt Imperator de
huiuſmodi reſtitutione:item ſtatim Subſtitutio-
ne grauatus,ſubdit:nam propter illam dictionẽ
Grauatus.inducitur fideicõmiſſum.faciunt, quę
not.Alex.in rub.ĩ.de re iud.allegando gl. in cle.
j.in verb.ſentẽtias.de re iud.Illud eſt impropriè:
Imperator enim, & maximè Iuſtinianus, loqui-
tur groſſo modo,vt dicit Bald.in c.j.in §. & quia
vidimus. qui feud. dare poſ. & reperit Barb. in
D rep.rub.C.qui admit.Sed verba teſtatoris debẽt
propriè intelligi,l.non aliter.ĩ.de leg.iij.& repe-
rio,quòd hanc partem tenuit Nicol.de Matar.vt
refert Bal.in rub.C.de inſt.& ſubſt.Alij cõtrà, vt
per Alex.qui allegat concord.in d.l. iam hoc iu-
re. Tertius caſus eſt, quãdo teſtator dixit,Sub-
ſtituo fratrem,& filios.& hoc caſu vult Paul. de
Caſt. ꝙ admittantur per fideicommiſſariam, ex
quo verbum Subſtituo,eſt cõmune, vt cõmuni-
ter tenetur ſecundum ſuprà dicta: & ſic videtur
E frater grauatus de reſtituendo filiis.Aret. hîc te-
net contrarium : quia cùm ſubſtitutio facta ſit
per verbum Subſtituo,nec appoſita ſit,l.Lucius.
in pen.quæſt.ĩ.de vulg.& pup. & pro hac parte
cõſuluit Alex.vt hîc per Socin.Ego teneo opin.
Paul.quia nõ eſt poſsibile,ꝙ iſti filij ſuccedãt, di
rectè,ex vulgari,nõ:quia poſt aditam euaneſcit,
l.poſt aditam.C.de impub.ex compendioſa,nõ:
quia non eſt appoſita dictio Quandocunq;,ſecũ-
dũ gl.in §.qua ratione.Inſt.de pup.ſubſt. Ad hoc
F ergo,vt ſuccederent directè,requireretur, ꝙ iſte
patruus eſſet pupillus, vel talis, cui poſſet fieri
exemplaris,puta inſanus,ſecundum l. ex facto.ĩ.
de vulg.& pup.& l.humanitatis.C.de impub.&
hoc fundamentum facit etiam contra alios ca-
ſus, quos s̃. retuli. Ad fundamentum Aret.re-
ſpondetur,quòd directa non obliquatur, quan-
do poteſt valere, vt directa:ſecùs, quando non
poteſt,vt in noſtro caſu.& ita not.in l. verbis ci-
uilibus.ĩ.de vulg.& pup.Præterea,ſecundum cõ
munem, iſta non erat mera directa, ſed commu-
nis,vt ſuprà dictum eſt.Item & tertiò ego tenui
contra Bart.in d.l.Lucius.etiam ſi non ſit dictio
Quandocunque,vt dixi s̃.in princ.v. lecturæ, &
hanc partem etiam tenet Bald.vt ibi latiùs dixi.
Non obſtat etiam fundamentum Soci. ſcilicet ꝙ
ſubſtitutio debet interpretari directa potiùs,quã
fideicommiſſaria: quia patet reſponſio ex ſuprà
dictis. ¶ Quartus † caſus eſt,quando plures vo- 62
cantur ordine ſucceſsiuo per nomen collectiuũ,
A & per verba ſignificantia non ſolùm vulgarẽ,ſed
etiam fideicommiſſariam,puta ſi teſtator dicat,
Quandocunq; filius deceſſerit,fratrem & fami-
liam,etc.nam tũc eſt fideicommiſſaria,vt hîc per
Soci.quem puto rectè loqui. Quintus caſus eſt,
quando plures vocantur ordine ſucceſsiuo per
copulam in ſubſtitutione compendioſa: hoc ca-
ſu Raph.Cum.& Raph.Fulg.dicunt,eos admitti
directè. Soci. contrà, ſcilicet ꝙ admittantur per
fideicommiſſ. Breuiter vtraq; opin.eſt vera, ſicut
B dixi in j. & ij. caſu: vide hîc latiùs per Socinum.
Nota tamen,ꝙ quãdo teſtator inſtituit, puta pa-
trẽ & filios:aut pater iam adiit,& filij poſtea poſt
mortem patris,non ſuccedent directè,ſed per fi-
deicommiſſ. per rationem, de qua s̃.in iij.caſu:
aut pater non adiit,& tunc ipſi ſuccedent ex vul-
gari aut tacita expreſſa,ſecundum quod inſtitu-
tio facta erit.Poterunt etiam ſuccedere ex fidei-
cõmiſſaria,ſi inſtitutio facta ſit per verbum Sub-
ſtituo:teneo,ꝙ ſit cõmune. & ſic poterunt face-
C re,vt pater adeat & ſibi reſtituat. Cogita tamen.
¶ Expeditis his articulis ſatis cõfuſis, redeundo
ad ordinem Alex.quærit Bart.quid † ſi quis emit 63
pro ſe & filiis, vtrùm filij ſimul admittantur? &
tenet,ꝙ ſic:quia pater ſtipulans ſibi & filiæ, præ-
ſumitur ſtipulari,tanquam hęredi,ſecundum gl.
in l. ſi tibi. §. ſi pactus ſim. s̃. de pact. idem tenet
Bart.qui eam declarat,in l.quod dicitur.la ij.ĩ.de
verb.oblig.vbi etiam Alex. idem Alex. in l. pro
hærede.in §.ſi quid tamen.ĩ.de acqui.hæred.Sed
D contra illam gl.opp.nam dicit ideo præſumi pa-
trem ſtipulari vt hæredi,quia illi debent eſſe hæ-
redes patris,l.ſcripto.ff.vnde lib.cum ſimilibus.
nam plus operari debent naturalia, quàm acci-
dẽtalia,l.cùm in adoptiuis.C.de adopt.not.in l.
ſed ſi plures.in §.in arrogato.& ibi Bald.& Alex.
de vulg.& pup.facit l.qui habet.s̃.de tut. Soci.in
l.ij.in cõcluſ.ĩ.de verb.oblig.facit in arg. gl. fi.in
l.pacta conuenta.s̃.de contrahen.emp. §. ſed na-
turalia.Inſtit.de iure naturali,gent. & ciu. Sed ꝙ
E quis ſit filius,illud eſt naturaliter, & ſic volente
natura,l.cùm ſcimus.C.de agric. & cenſ. lib. xj.
vnde non poteſt facere, quin non ſint filij,§.ali-
ud quoque.in authen.vt cùm de app. Sed quòd
filius ſit hæres, iſtud eſt accidentale, d. §.aliud
quoque.Dinus in c.indultum.de reg. iur. lib. vj.
ergo deberemus dicere, quòd ſtipularetur po-
tiùs vt filio,quàm vt hæredi.Item quis ſtipulans,
etiam omiſſo nomine hæredis, præſumitur ſti-
F pulari vt hæredi,l.ſi pactum.s̃.de probat. Ergo
quando quis ſtipulatur filiis,vt iſta verba aliquid
importent,ſecundum l.ſi quando.ĩ.de leg. j. de-
beremus intelligere,vt ſtipulatus ſit tanquam fi-
liis non hæredibus,cùm expreſſum faciat ceſſare
tacitũ,l.ex facto.§.item quęro.ĩ.de vulg. & pup.
Cogita:qa alij cõmuniter cũ gl.tranſeunt. itẽ fa-
cit text.in l.quæcunq;.§.ſi quis ita.ff.de verb.ob-
lig.Item ſi quis inſtituit filium extraneũ, & gra-
uat patrem de reſtituendo ipſi filio, pater cenſe-
tur grauatus non vt hæres,ſed vt pater,l. cùm fi-
lio. ff. de leg. j. Ergo idem in patre inſtituendo

filium.Cõtra illam gl.etiam facit,quia ſi ea eſſet
vera,ſequeretur vnum abſurdum. nam plus cõ-
modi,occaſione patris haberet filius emancipa-
tus mala mẽte,quàm filius in poteſtate:quod eſ-
ſet expreſsè contra mentem patris,nam ſi pater
emeret ſibi, & filio
ſuo emãcipato, ma-
la mente, filio ac-
quireret ſtatim, nec

## ¶ Idem credendum eſt [a] Gallum exiſti-

cenſeretur emiſſe tanquam hæredi. Ratio eſt, A
qa illa gl.in d.§.ſi pactus.fundat ſe ſuper ſucceſ-
ſione parentum,quæ filiis debetur,d.l.ſcripto.&
ideo cenſetur quis ſtipulari ſibi,& filio,ita quòd
filius admittatur ſucceſsiuè,& ſic ſtipulari ei, tã-
quã hęredi.quę ratio ceſſat in emãcipato, qui nõ
præſumitur velle ſuccedere patri, l. ſi patronus.
la ij.in §.ſi quis non mala.j̃.de bo.lib. Et ideo e-
mancipatus ſtatim admittetur, ſuus non. quod
videtur abſurdum:& ſic diſputando poſſet tene-
ri,q filiis ſtatim acquiratur. Quæ concluſio eſt B
contra,quod equidẽ ſciam,omnes:& ex his pu-
to etiam,quòd limitatio,quam ponit Alexander
in ſecunda limitatione,ſit vera: quia ceſſat ratio
glo.Emancipatus enim etiam bona mente patri
non ſuccedit,j̃.vnde lib.l.j.& circa hanc materi-
am vide Alex. in conſi. cv. in iiij.vol. Et quid in
quæſtione de emphyteoſi?vide etiam Bar. & ibi
Scrib.in l.quod dicitur,patrem.j̃. de verb. oblig.
latiſsimè Cato in rep.l.continuus.§.fi.j̃.eo.tit.&
Alex.in conſi.xliiij.& conſi.ix.in j.vol. Et quid C
ſi aliquis emit vſumfructum vineæ pro ſe & filio
ſuo?nunquid,mortuo patre,filius poteſt repete-
re partem dimidiam vſusfructus ab hæredibus
pro tempore vitę patris?Iac.de Aren.refert fuiſſe
iudicatum,q ſic:quia ab initio ius eſt quæſitum
filio,l.ſi mulieri.& l.ſi quis filio.s̃.de vſufr. accre.
Iac.de Rain.contrà,per l.ſi quis operas.& l. vt iu
riſiurandi.§.fi.j̃.de op.lib.Breuiter opin. Iaco.de
Aren.eſt vera:quia leges contrariæ loquuntur in
his,quæ nõ poſſunt eſſe ſimul duorum. ſed vſuſ- D
fructus poteſt eſſe duorum. & hæc eſt de mente
Bart. hîc in vlt.quæſt.Cato tamen & Bald. hîc di
ſtinguũt,vt hîc per eos. ¶ Vltra gl.Bald.& Ca-
64 to hîc quærũt,an † pater qui non poteſt inſtitue-
re filium naturalem, poſsit inſtituere nepotem
legitimum ex naturali filio?Bald.q non, Barr.j̃.
ea.l.in §.quid ſi is.tenet,q ſic:& eius opin.eſt cõ-
munis,vt ibi per Alexandrum: & nos etiam ibi
dicemus poſt alios.

- 1 *Extenſio in correctoriis per identitatem rationis conceditur.2.*
- 3 *Duplex intellectus §.huius.9.*
- 4 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*
- 11 *Lex,Gallus.non eſt correctoria.*
- 12 *Verba pro forma ſpecificè requiſita, implẽtur per æquipollens:& declaratio vocis* Et *cætera.22,23,24.*
- 13 *Dictio Sed etſi,diuerſitatis in facto. & identitatis in iure,nota.interdum è conuerſo.14.*
- 15 *Incorrectoriis licitum arguere de ſimilibus ad ſimilia.*
- 16 *Dictio Ita ſanè,limitatiua præcedentium.*
- 17 *Recenſens non iudicatur approbare.*
- 18 *In dubio perſona non ſubauditur.*
- 19 *Relatio interdum fit ad remotiora.*
- 20 *Parte opponente, dolus reddit contractum bonæ fidei nullum.*
- 25 *Verba per ſigna non ſunt ſcribenda.*
- 27 *Notarius prohibitus contractum extendere,non prohibetur declarare.*

a §. IDEM CREDENDVM[a]. ¶ Prouiſio
Galli,quæ loquitur de nepote,extẽditur per Scę
uolam ad pronepotẽ,ex coniecturata mẽte Gal
li.hoc dicit.Principium huius §.eſt facile, ſed fi-
nis non. ¶Nota primò, q prouiſio Galli exor-
bitans à lege XII.Tabularum, extenditur ad ca-
ſus ſimiles:&†ſic lex 1
corrigens extendi-
tur ex identitate ra-
tionis contrà de l.ſi
verò.§.de viro.s̃.ſol.mat. Potes reſpondere pri-
mò,quòd prouiſio Galli non eſt correctoria, ſed
limitatoria:quo caſu quando eſt pia, & fauorabi
lis,fiet extenſio ex identitate rationis,vt per glo.
in l.j.C.de his,qui an.aper.tab.& gl.in l.miles.in
princ.j̃.de re iud.text.in l.libertum. §. ſenatus. s̃.
de rit.nupt.Secundò reſponde,q dato, quòd ſit
correctoria,tamen poteſt extendi ex identitate
rationis,quando ratio eſt ſcripta:ita eſt gl.iuncto
tex.in c.j.in verb.eligitur.de elect.li.vj. notat A-
lex.in l.ſi conſtante.s̃.ſol.mat.Sed hîc quãuis ra-
tio non ſit ſcripta,tñ cùm nõ poſsit reddi, niſi v-
nica,idẽ eſt,ac ſi eſſet ſcripta,vt per gl. & Mod.in
l.quamuis.C.de fideicõmiſ.& Alex.in ſuprà alle-
gato loco. Cato aliter ſoluit,q reg. quæ vult, q
†in correctoriis nõ fiat extenſio ex identitate ra- 2
tionis,eſt vera,qñ ſit auctoritate extendentis:ſed
qñ fit coniecturata mente conditoris legis, tunc
ſecùs:& ita procedit iſta lex.Scęuola enim iſtud
non inducit ſua auctoritate,ſed ex mente Galli,
dum dicit,idem credendũ. ¶Secundò nota, ho- II.
neſtã reſpõſionẽ & ciuilẽ capiendã,de quo Alex.
& alij plura dicunt.tu vide,quę dixi in l.vt reſpõ
ſũ.C.de trãſact.Alia notabilia vide hîc per Mod.
¶ Et pro expeditione huius §.ſciendum eſt,q
†in gl.legitur duobus modis,in verſ.ita ſanè. Pri 3
mus intellectus eſt,q filius fuit inſtitutus, & ne-
pos præteritus,& pronepos filio ſubſtitutus. &
hunc intellectũ tenẽt cõmuniter omnes.Sed cõ-
tra hunc intellectum fortiter arguitur: quia poſi-
to hoc caſu,tñ tale teſtamentũ non deberet rum-
pi.nam in hęredibus cõſiderantur duo tempora,
tempus teſtamenti, & tempus mortis,§. in hęre-
dibus aũt.Inſt.de hęred.qual. & differ.& ibi not.
ſed in noſtro caſu iſta tempora ſunt habilia. Re-
ſpõde,à principio teſtamentũ cõſtitit.item tem-
pore mortis:ergo videtur, q debeat tenere, nec
inhabilitas medij temporis obeſſe debet,l.ſed &
ſi in conditione.§.ſolemus.l.ſi alienum.§. in ex-
traneis.j̃.de hæred.inſtit.Tenẽdo cõmunem co-
gitabam,ſi poſſet reſponderi,q qñ pater habet fi
lium,& nepotem in poteſtate,& inſtituit filium,
& præterit nepotem, à principio teſtamentum
ſatis tenet:quamuis ſit quædam potentia ſuita-
tis,quæ moriente poſteà filio capit effectũ,& ne-
pos tunc fit ſuus. Quo caſu ſuccedit regula, q te-
ſtamentum,in quo quis ſuus,ſiue à principio, ſi-
ue ex poſtfacto præteritus eſt,omnino eſt nullũ,
Inſtit.de exhæred.lib.in princ.& hac l. in princ.
& in §.in omnibus.j̃.ea.& ſic regula d.§.in extra- F
neis.cum ſimilibus,non habent locũ in ſuis, pro
pter ſuprà dictam rationem. & quamuis Bart.vi-
deatur contrarium tenere ibi,ego tamẽ puto hãc
eſſe veritatem:pro qua facit,quia omnia iſta iura
non ſine myſterio videntur loqui in extraneis:
ergo ſecùs in ſuis.facit reg.l.cùm prætor.ff. de iu
dic.item quia videtur diuerſa ratio. Secundò fa-
cit d.§.in extraneis aũt.& vide gl.ibi,in verb.tẽ-
pora.vbi cùm imperator plus locutus ſit de ſuis,
poſteà ſubdit,in hæredib.aũt extraneis,etc.& ſic
dictio Aũt,cùm ſit aduerſatiua ſuperiorib. vide-
tur,



tur, q excludat ſuos ab iſta regula.Cogita tñ: qa
non reperio alibi iſta.Secundò contra hunc in-
tellectum facit,quia text.dicit ſucceſsione teſta-
mentum rumpi.Sed poſito hoc caſu, nõ videtur,
quòd poſsit rumpi,ex quo nepos decedit in vita
teſtatoris:& ideo non poteſt ei ſuccedere, cùm
4 †viuẽtis nulla ſit ſucceſsio,l.nec nos.C. de capt.
& poſtli.reuer.cum ſimilib.Sed ad hoc reſpon-
de,quòd teſtamentum nõ rumpitur ſucceſsione
teſtatoris,ſed ſucceſsione filij,cui in ſuitate ne- A
5 pos ſuccedit,§.ſui.Inſt.de hæred.qual. & † ſic vi-
gore iſtius ſuitatis teſtamẽtum rumpitur, decla-
rando,vt s̃.nam ſui & extranei,quo ad duo tem-
pora,ſatis æquiparãtur.Sed iñ ſuis illud vlterius
eſt,q conſiderantur media tempora propter ſui-
tatem.& hoc modo iſte cõmunis intellectus de
plano procedit.Contra eum tñ etiam Socin. ar-
guit,ſcilicet q, imò non videtur,q iſtud teſtamẽ-
tum ſit nullũ,per l.poſthumus.j̃.eo. Breuiter te-
ne ſolutionem cõmunem,ſcilicet q iſta lex non B
habet locum de iure prætorio.nam tempore hu
ius legis nondum inuenta erat diſpoſitio illius
legis,ſecundum Imo.j̃.eo.§.in omnibus. Socin.
hîc.Eſt verum,q ipſe arbitratur hãc legem loqui
etiam ſecundum ius prætorium.mouetur: quia
Scæuola habuit reſpectum, ne præteritione ne-
potis emancipati rumperetur teſtamentum per
contra tabulas,j̃.ea.l.§.fi.in fi. Sed†potes reſpon
6 dere,q iſtud eſt falſum, quamuis Paul. de Caſt.
ibi in quadam ſolutiõe,quam dat ad l. ſi mulier. C
§.fin.j̃.de vulg.& pupil.iſtud ſentiat.quare tenẽ-
da eſt ad illam l.ſolutio Bar.vel vna ex aliis,quas
ibi ponit Alex.nam Iuriſconſultus ibi extendit
caſum,qui procedebat in ſuo etiam ad emanci-
patum,quamuis in eo ceſſet ratio,nec neceſſariò
debuiſſet inſtitui,l.j.vnde legiti.Pręterea dato,q
conſideraſſet,quomodo impugnetur,per hoc nõ
ſequitur,q debuerit etiam conſiderare, quomo-
do reconualeſcat.quia plus importat impugna-
tio,quàm reconualeſcẽtia.Nam q teſtamentum D
aliquod impugnetur,ſiue de iure ciuili,ſiue præ-
torio,idem eſt.Sed q recõualeſcat,eſt ſecùs pro-
pter præſcriptionem,& quia intereſt potiùs ve-
nire per ius ciuile,quàm per prætorium. Ad fun-
damentum,quod facit d.§.ſeq.dic,q ille intelle-
ctus eſt falſus,vt ibi dicemus.Aliqui tamen Mod.
quos refert hîc Socin.aliter conantur tollere cõ-
trarium huius l.& idem tenent Iaſ. in princ. hu-
ius legis,in ij.lectura,& Aret.in §. etiam. in vlti-
mo not.j̃.ea l.Quare dicunt,eſſe diſtinguendum, E
q aut rumpitur teſtamẽtum ſiue natiuitate poſt-
humi, ſiue præteritione iam nati, & non appa-
ret aliqua dubitatio,q de nouo poſsit rumpi: &
iſto caſu habet locum d.l.poſthumus.Aut appa-
ret aliqua dubitatio,q de nouo rumpatur, & tũc
non procedit illa lex,ſicut in noſtro caſu.Nam ſi
teſtamentum ruptum præteritione nepotis re-
cõualeſceret,dubium eſt,vtrùm poſsit valere: &
ſic vtrùm de nouo rumpatur per natiuitatẽ pro-
nepotis in vita teſtatoris?quo caſu non cenſebi- F
tur inſtitutus.& ideo inferunt ipſi vnam conclu
ſionem,de qua hîc per eos.Iſta conſideratio non
7 placet Socino:quia†pendentia natiuitatis poſt-
humi in rupturam teſtamenti nil ſolet operari,l.
iij.§.& hi.j̃. tit.j. Tamen defendendo Mod. po-
tes dicere,q d.§.& hi.nõ probat:nam eſt verum,
q pendentia natiuitatis non operatur, vt teſta-
mentum rumpatur:ſed q non operetur, vt præ-
tor de nouo eum ſuſtineat.iſtud non probatur,i-
mò potiùs oppoſitum,cùm ſit regula, q diffici-
liùs res à principio teneat,quàm ex pòſt facto,l. L.29. Gallus. §. Idẽ credendum.
patre furioſo. s̃. de his, qui ſunt ſui,vel alien.iu-
ris.Stat igitur ſimul,q à principio iſta pendentia
impediat,& tamen ex pòſt facto non impediet.
facit,quia multa tolerantur in caſu claro, quæ tñ 1.Notab.
non conceduntur pendente aliquo dubio, l. nec
nos.C.de capt.l.qui in aliena.§.ſi is,qui putabat.
j̃.de acqui.hæred.arguẽdo de homine ad legem,
quod argumentum valet,l.Celſus.ff. de arbit. &
hęc diſputando poſſent teneri.Ego tamen puto,
quòd ſolutio illorum Mod.ſit de iure falſa: quia
nos videmus,q aliàs dubietas non tollit reme-
dium prætorum,l.j.§.ſed & ſi incertum.j̃. de ven
tre in poſſeſ.mit.maximè cùm ratio illius §. mi-
litet etiam in noſtro caſu.Diſputando tamen re-
ſponde, q illa lex loquitur in bonorum poſſeſ-
ſione,quę non tribuit ius in rebus,vt per Bulgar.
in rep.rub.C.qui admit.in j.quæſt. nos verò lo-
quimur in ſucceſsione,quæ poteſt tribuere ius:
quo caſu eſt maius præiudicium: & ſic ſuccedũt B
not.per Bart.in l.cùm de in rem verſo.s̃. de vſur.
vbi aliquid faciliùs cõceditur,vbi agitur de par-
uo pręiudicio,quàm vbi agitur de magno:dixi l.
tranſactione matris.in j. not. C. de tranſact. So-
ci.tamen hîc tertio modo conatur ſoluere dicen
do,q pronepos hîc fuit inſtitutus in ſuitate. Vn-
de tanquam ſuus nõ poteſt admitti ex lege præ-
toria. Nam lex prætoria non poteſt neq; facere
hæredem,§.quos aũt.Inſt.de bo.poſ. Vnde cùm
iſtud teſtamentum non teneat ciuiliter, prone- C
pos non poteſt adire eo modo,quo fuit ſubſtitu
tus,& ſic non poſſet neq; adire vt ſubſtitutus in
hæreditate:allegat gl.in l.ſi mater.§.fi.j̃. de vulg.
& pup.Confirmo iſtam ſolutionem per doctri.
Bart.in l.j.j̃.de vulg.& pup.vbi inſtitutus in pri-
mo gradu, qui non poteſt eſſe hæres eo modo,
quo teſtator voluit,ſi ſit inſtitutus ex neceſsitate,
vt in noſtro caſu,nõ poteſt alio modo eſſe hęres,
ſed facit locum ſubſtituto:allegat hãc legẽ,& di-
cetur in ſeq.§.vbi etiã Bar.idem tenet. Breuiter D
ego puto iſtam ſolutionẽ non eſſe veram. & pri-
mò dico,q iſta ſolutio eſt contra Bal.Ang. Aret.
Iaſo. & Socin. ſibi contrarium,j̃.ea.l.§.in omni-
bus.vbi voluit,q in hac l.datus erat cohæres: &
vide Rep.in §.ſeq.& dixi ibi. Si ergo datus erat
cohæres,non eſt dicendum,q pronepos ſit ſub-
ſtitutus in ſuitate,cùm per dationem cohæredis
tollatur ſuitas, Bartol. in l.ſi filius,qui patri.j̃.de
vulg.& pupil.& ibi latè Alexan. & Aretin. idem
Aret.in l.fratris.in repetit.C.de iure deliber.Prę- E
terea tenendo aliam opin.quam tenui in princ.
l.aliter credo reſpondendum ad d.§. fi. ſcilicet q
ibi ideo ille ſubſtitutus filio,& nepoti,nõ admit
titur,quia nepos cenſetur ſubſtitutus in ſuitate,
& hoc ex pręſumpta mente teſtatoris. Sed in no
ſtro caſu iſtud ceſſat:imò præſumitur potiùs te-
ſtator inſtituiſſe in hæreditate eo caſu,quo veni-
re non poſsint in ſuitate,cùm nemo credatur e-
legiſſe viam,qua iudicia ſua impugnet,j̃.de teſta.
mil.l.iij.not.in l.iij.§.filius.s̃.eod.Sed in d. §. fin. F
quamuis cenſerentur inſtituti in ſuitate, per hoc
non impugnatum eſt iudicium teſtatoris. Vnde
non eſt mirum,ſi hîc eſt diuerſum ius. Potes e-
tiã & ſecundò reſpondere,q imò etiam iſte pro-
nepos erit ſuus.nam cùm cenſeatur præteritus,
ſuccedit regula,q per præteritionem non tolli-
tur ſuitas,l.in ſuis.s̃.eo.d.l.ſi filius,qui patri.Et i-
deo cùm filius iam ſit ſuus,ex prætorio iure ſuc-
cedet in hæreditate: & ſic erit & hæres,& ſuus.
nam quamuis prætor non poſsit aliquem ſuum

maſſe & de pnepote[a]: vt dicat teſtator, SI ME VIVO NEPOS DECEDAT, TVNC QVI EX EO PRONEPOS, & cætera[b]. Sed & ſi viuo filio[c], iam mortuo† nepote, cuius vxor prægnans eſſet, teſtamētum faceret, poteſt dicere, SI ME VIVO FILIVS MEVS DECEDAT, TVNC QVI PRONEPOS, etc. A

facere,poteſt tamē eum,qui iam ſuus eſt, admittere,toto tit.ĵ.de bon.poſſeſ.ſecund.tab. Quare nō eſt recedendũ à prima ſolutione.Tenendo tñ hũc primũ intellectũ,cōtra eũ opponitur de doctrina Barto.ſuprà in princ. legis: vnde videtur, ꝙ per illa verba Si filius,& nepos,me viuo,etc.videatur nepos ſubſtitutus filio,nō aũt præteritus,vt præſupponit iſta lectura. Sed ad hoc reſpōdet Barr. vt hîc per eũ, quem ſequutus ſũ in prin. huius l. do. tamen Alexan.in d.princ. reprobat iſtam ſolutionem:quia ex quo videtur,ꝙ teſtator voluerit filiũ inſtituere,debet etiam idem videri de nepote,ne teſtamētum rumpatur,arg. §. pręcedentis, & l.iij.ĵ.de teſt.mil.Sed ad hoc reſponde, vt B apparet ex dictis in dicto princ. Potes etiam aliter & ſecundò reſpondere.nam ꝙ filius cenſeatur inſtitutus,illud eſt ex præſumpta mente teſtatoris.
8 vnde†hîc ſi cenſeretur inſtitutus etiam nepos,cōcurrerēt duę fictiones,ſeu præſumptiones.quod nō ita de facili lex permittit,arg.l.pen. C. de do. promiſ.Potes etiam reſpondere tenendo opin. Cato.de qua in princ.l.dixi,vel hunc ſecundum C intellectũ,ſeu eum,quem ĵ.ipſe dabo, quem pu-
9 to verum. ¶Secundus†intellectus eſt, ꝙ vterq;, ſcilicet filius & nepos,eſſet inſtitutus, & nepoti ſubſtitutus pronepos.Ad verbũ *Si filius*, etc. ſubauditur *Maximè*. & hunc intellectum tenet Cato Sacchus hîc.Sed iſte intellectus eſt diuinatiuus. nam hi intellectus,qui vel ſubaudiũt dictionem *Maximè*,vel dicunt eſſe ſuperfluam, violant literā, vt notabiliter dicit do.Fran.de Aret.in l. fi. C. de pact.Tu potes innouare iſtum intellectum, ꝙ i- D mò pronepos eſſet ſubſtitutus filio,& ideo rumpitur teſtamentum:quia in ſuitate filio ſuccedit nepos.vnde non poteſt poſtea in ea ſuccedere pronepos.& ſic expreſſa nocent,etc.Cogitabā,ſi
10 †poſſet dari aliquis intellectus, qui eſſet planior:quia diſputando poſſet ſic figurari caſus, dando nouum intellectum,ſcilicet ꝙ pater inſtituit filium,atq; etiam nepotē,& ſubſtituit pronepotem filio,eo caſu quo nepos ante filium moreretur.Vnde ſi nepos non moriatur ante filium,pro- E nepos cenſebitur prętetitus,& ſucceſſione rumpet teſtamentũ,ſecundũ l.cōmodiſsimè.cum ibi no.per Bar.ſuprà,eod.& ſic quamuis ſi ſimpliciter alio nō conſtante, pronepotem ſubſtituiſſet, cenſeretur ſubſtitutus in omnem caſum, tñ cùm hîc conſtet de voluntate,eſt ſecùs.facit, quia expreſſa nocent,etc.l.expreſſa.ĵ.de reg. iur. l. nunquam.ĵ.de cōd.& demon.Et ſi diceres,ꝙ iſte intellectus diuinat,dicā,ꝙ non.nam tex.in j. reſpō- F ſo ponit,qñ filius viuit,& nepos mortuus eſt: poſtea in tertio reſponſo ſubditur dictio, Nā & ſi, quæ ſolita eſt referre caſum ſimilē,l. eius, qui. in verſi.nā etſi.& ibi not.Mod.ſuprà,ſi cer.pet. Capiamus ergo caſum,qui ſit magis ſimilis.& certè erit iſte,quē ego figuraui.nā ſicut in ꝓximè prędēti caſu filius viuebat,& nepos præmortuus erat ante teſtamētũ,ita in noſtro caſu iſte pronepos ſubſtitutus erat eo caſu,quo filius vixiſſet,& nepos mortuus eſſet.Pro hoc intellectu facit dictio Similiter.Itē facit,qa eſt magis dubitabilis:

ergo in dubio tenendus,vulg.l.quod Labeo.ĵ.ad Carb.& l.ancillæ.C.de furt.& tenendo hunc intellectum,iſte text.non obſtat contra opin.Barr. de qua latè dixi in princ.legis:ſed plus placet intellectus,quē dedi in §.etiā.in ij.not.ĵ. eadē lege. Expeditis intellectibus huius difficilis verſic. addā aliqua ad textũ.[a] ¶In tex.ibi. *& de pronepote*. Not. hîc Alex. ꝙ appellatione nepotis non continetur pronepos. Et hoc notab. ſecundũ eũ, ꝓcedit, tenendo ꝙ iſta lex ſit correctoria.quo caſu non eſt licita extenſio ex identitate rationis, l. præcipimus.C. de appellat.Ego teneo contrarium,ſcilicet†ꝙ iſta lex non eſt correctoria, nec limitatoria,ſed declaratiua,vt ĵ.dixi in principio legis:& 11 ſic iſtud notab.eſt ſuperfluum.Tamen puto,ꝙ etiā in lege correctoria appellatione nepotis contineatur pronepos.moueor,quia pronepos propriè eſt nepos,vt per Bar.ĵ.ea.l.in §. inſtituēs. ergo,etc.& ibi dicemus.Item non eſt verum,quòd Scæuola repræhendat Gallum de inſufficientia, vt voluere gl.& Alex.ſed imò declarat, vt dixi in §.præcedenti.Vnde diſpoſitio habens locũ in auia,procedit etiā in proauia,vt tenet Alex.in d.§. inſtituens.Sed tenendo hanc opi.poſſet dici,ꝙ ſi appellatione nepotis continetur pronepos, caſus huius primi reſponſi eſt de indubitabili, contra l.quod Labeo.ĵ.de Carb.edict. Sed potes dicere,ꝙ imò dubium erat,ex quo in odioſa materia non continetur,vt dicā in d.§.inſtituens. arg. l.lege Iulia,§.j.ſ̄.de ritu nupt. Item poterat eſſe dubium,ex quo non videbatur,ꝙ militaret ratio eadē in pronepote,quæ eſt in nepote: quia quātò quis ſibi in gradu eſt vicinior,tantò præſumitur magis dilectus:facit l.Titius.ĵ.de ſuis & leg. & not.per Socin.ſ̄.in princ.l.in j.not.in fi. & per Imo.ibi,in ij.ratione.[b] ¶In tex.*tunc,qui ex eo pronepos,& cætera*.Not.ꝙ†iſta dictio Et cętera, inducit repetitionem ſuprà dictorũ,& reepilogat formam præcedētem.& ſic ex iſto text.videtur colligi,ꝙ quamuis ſoleat dici,ꝙ ea verba,quę requiruntur pro forma, debeant ſpecificè & præciſè narrari,l.j.§.ſi quis ita.ĵ.de verb.oblig. tñ poſſunt etiam impleri per æquipollēs.nam dictio Et cætera,hîc æquipollet verbis ſubauditis hîc in glo. Contrarium ſolet cōmuniter teneri,vt not. in d. §.ſi quis ita.& per Aretin. in authen. ſacramenta puberum.in verſi.octauò.C.ſi aduer.vend. Pro iſto not.tamen facit,quia licet verba requirantur pro forma ſtipulationis,ſufficit tñ, ſi conſenſus habeatur per verbũ Interpretationem,vt per Socin.in d.§.ſi quis ita.in j.not.Tamen tenēdo cōmunia,potes reſpondere dupliciter:primò, non eſt verum,ꝙ verba conſilij Galli ſint pro forma. nec iſtud alicubi probatur,quāuis Cato in princ. l.& hîc,teneat,ꝙ ſint pro forma: & idem teneat Bar.in l.& vno.§.eius rei.ĵ.de acceptilat. Vel ſecundò dic,ꝙ ſunt pro forma, quantum ad teſtatorem,non quantum ad Iuriſconſultum.vnde in verbis Iuriſconſulti poſſunt adimpleri per ęquipollens,in verbis teſtatoris non.Cogita. [c] ¶In c text.*ſed & ſi viuo filio*,etc. Quòd † dictio Sed & ſi, 13 importat diuerſitatē in facto,& idētitatē in iure, hoc

12

† pronepote,*aliás*.



Num, ſi &[a] filius & nepos viuat, cōcipere, vtriſq; mortuis viuo ſe, tūc qui pronepos naſceretur, poterit? q̄d ſimiliter admittendum eſt: ita ſanè[b], ſi priùs nepos, deinde filius decederet: ne ſucceſſione teſtamentum rumperetur. A

hoc not.Aretin. & Decius hîc. facit gl.in l. ſed & ſi leges.ſ̄. de pet. hæred. & gloſ. cum ibi not.per Mod.in l.hoc ampliùs.§. de his autem.ĵ.de dam. inf.not.Bart.in l.qui vſumfructum.ĵ.de verb.oblig.pro quibus etiam facit text.in l.ſi poſſeſſor.§. ait ſenatus. in fin. ſ̄. de pet.hæred.Contrarium tamen ego ſolus teneo, ſcilicet ꝙ etiam aliquando importet etiam diuerſitatem in iure: pro qua concluſione allego tex.in d.l. ſed & ſi lege. ſecundum cōmunem literam,iũcto eo ꝙ relatio debet fieri ad proxima,l.j.& ibi per Bart.ĵ.de leg.prę ſt. cum ſimilib.nam tenendo opin.glo. ibi violatur litera.pro hac parte etiam adduco text. in l. non erit.§.ſed & ſi quis.ſ̄.de iureiurand. item text. in B l.nam & poſtea.§.ſi minor.cum §.ſeq.eo.tit.nam in j.§.ipſe qui detulit iuramentum,inſtituitur,in §.ſeq. non. & ſic eſt etiam diuerſitas in iure. facit etiam tex.in l.lecta. tenendo intellectum l.Pauli ibi,ſ̄.ſi cer.pet.E contrario credo, quòd poſsibile ſit reperire dictionem. Sed ſi, quæ importabit etiam diuerſitatem in facto,ſed idētitatem in iure,& hoc probat iſte text.iuncta gl. in verbo Sed ſi viuo,quę legit iſtam aduerſatiuam ſine copula, quamuis cōmuniter in litera ſit copula. idē pro- C batur in l.dedi.in §.j.in verſi.ſed ſi Stichus deceſſerit.ſ̄.de condict.ob cauſam.Item facit,quia idē eſt ſi dicam,Nam & ſi,vel, Nam ſi, vt eſt text.in l. eius,qui in prouincia ſ̄. ſi cer.pet. Pro reſolutione poſſet dici dictionem Sed ſi, propriè loquendo importare ſemper diuerſitatem in iure. Ad verſi.ſed ſi Stichus.poteſt reſponderi, quòd ſatis diuerſitas eſt in iure, cùm in præcedenti verſiculo nil diſtinguatur: dicto verò verſicul.ſed ſi Stichus. diſtinguatur. alia parum probantur de di- D
14 ctione Sed & ſi.Puto † diſtinguendum,quòd illa diſiunctiua Aut,ponitur pro Etiam, vt not.in l.j. ſ̄.ſol.matr.& tunc ſignificat identitatem in iure, cùm natura dictionis Etiam, ſit ampliare ſuprà dicta:aut ponitur pro copula,& tunc indifferenter ponitur.Non me latet dictionem Sed & ſi, etiam ſignificare Sed quamuis,vt ex text.& ibi gl. in l.ſi poſſeſſor.§.ait ſenat⁹.ſ̄.de pet.hęred.Et ex hoc patet, ꝙ quamuis punctus ſoleat apponi loco copulæ, ſecundum gl.in l.ſi. in verb.tam præ- E fecturæ.C.de decur.lib.x.& not.in rub. ſ̄. ſi cert. pet. tamen ſi ſit dictio Sed ſi, cum puncto in medio,non æquiualebit aduerſatiuæ Sed & ſi, cùm punctus non ſoleat importare Etiam. Alia circa
a hoc not.vide hîc per Aret. & Deci.[a] ¶In text. i-
15 bi,*Nam & ſi*.Nota tenendo communia, quòd † in lege correctoria licitum eſt arguere de ſimilibus ad ſimilia. nam cùm Iuriſconſultus procedit per dictionem Nam & ſi, tunc argumentatur à ſimili, vt eſt gloſ. ſolennis in l. pen. in verſi.nam & ſi F tibi.in prin.ſ̄.ſi cert.pet.& ſic cùm iſta lex ſit correctoria iuris antiqui, ſcilicet §. poſthumo quoque.Inſtit.de legat.Scęuola tamen extendit eam arguendo à ſimili: & ſic hîc eſt text. contra reg.l. præcipimus.in fin. C. de appel. Breuiter poſſet dici,quòd imò non eſt correctoria, ſed declaratiua,vt ſ̄.tenui in princ.legis:tamen tenendo communia,videtur poſſe dici, quòd Scæuola non arguit à ſimili,ſed ex præſumpta mente Galli iſtud inducit: vel accommoda aliquam ſolutionem

ex his,quas ſ̄. retuli in princ. huius §.[b] ¶In text. b *ita ſanè*.Not.quòd † hæc dictio eſt aduerſatiua,ſeu 16 limitatiua ſuperiorum, ſicut etiam dictio Ita tamen,l.Lucius Titius.in §. quæ habebat.ĵ.ad Trebel.de quo dic,vt hîc per Decium. ¶In text.*ita ſanè*. not.iſtum text. contra doctri. Bart. in l. ſi ex duobus. §. j. ĵ. de contratab. & vide Raph. in rep. l. ſi filius.ſ̄.eo.
¶In glo.*pronepos*. in fin.Nota hanc gl. ſecundum Imol. Angel.& Alexand.hîc: quia † procuratores in ſuis ſcriptis recitant dicta 17 aduerſarij,quòd per hoc non videntur ea approbare.Circa quod vide,quæ latiùs dixi poſt Bald. & Cato.ſ̄. ead.l.in §. præcedenti, vbi tenui contrarium. ¶In glo.*priùs nepos*.in princ. Licet Doct. teneant iſtam glo. tamen non videtur vera; nec nepos, ſi præmoriatur filius, rumpit teſtamentum per legem Velleiam. Nam lex Velleia non induxit,vt teſtamentum rumperetur, ſed potiùs induxit remedium, ne rumperetur. Item in vita teſtatoris teſtamentum non rumpitur: ſecũdum Cato.hîc. Sed hic verſic. ita ſanè.præſupponit nepotem decedere in vita teſtatoris:ergo hic caſus non pertinet ad legem Velleiam, quæ reſpicit nepotes qui debent ſuper viuere poſt mortem teſtatoris. Ego tenui ſuprà, quòd imò rumpatur in vita teſtatoris: & ideo in totum non acquieſco Catoni.Tamen in hoc puto eum vera dicere,quòd lex Velleia reſpiciat eos, qui ſuper victuri ſunt teſtatori:& ideo hęc gloſſ.non videtur vera.Cogita tamen,quia alij omnes eam tenent. ¶In ea.in fine. Iſta gloſ. non videtur rectè loqui: quia violat text.& ſubaudit auum, cùm † tamen 18 perſona in dubio tacitè non ſubintelligatur, l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ĵ. de verb.obligat. not.Bar.in repet.l.poſt dotem.in iij.lect.ſ̄.ſolut. mat.Mod.in l. penult. ſ̄.ſi quis caut. ¶In gl.fin. circa med. Not. quòd † relatio ſemper non fit ad 19 proxima:pro qua facit glo.quæ communiter tenetur,vt ibi per Moder.Ferr.in l.tranſigere.C.de tranſact.in gloſſ. prohibitum. dum allegat §. penult.in authen.vt lic.mat.dixi in l.licet.C.de pactis:eſt materia l.ſi idem cum eodē. §. fi. ff.de iur. om.iudic. ¶In eadem gloſſ.in fin. Cato Sacchus hîc conatur dare nouum intellectum huic verſic. & ſic figurat caſum, ſcilicet quòd filius & nepos erant præteriti,ſcilicet erat inſtitutus pronepos. vnde ad hoc vt pronepos veniat ex tali teſtamento,requiritur,quòd vterque,tam nepos,quàm filius,moriatur ante teſtatorem, ne ſucceſſione alterius eorum teſtamentum rumpatur, & ſic pronepos non veniet.Et ſi diceretur,quòd text.dicit Rumpatur,& ſic præſupponit,quòd valeat,cùm tamen nullum ſit,videtur velle reſpōdere, quòd ideo dicit Rumpitur, quia conſiderato iure prætorio,erat in potentia validitatis, in l.poſthum⁹. ĵ.tit.j.Tu ſecundò potes reſpōdere, quòd quamuis teſtamentum ſit ipſo iure nullum,oportet tamen, quòd nullitas allegetur à filio, vel nepote: & ſic poterit dici rumpi per filium, vel nepotem vt tenet gloſ.in l.is,qui in poteſtate.& in l.ſi duo ĵ.de leg.præſt. not.latè Aretin.in l. ij. C. de bon. poſſ.quam prætor contra tab.lib.in j.quæſt.faciunt not.per Bar.in l. & eleganter.ſuprà,de dolo: vbi † contractus bonæ fidei dolo facti, ſunt ipſo 20

iure nulli,ita tñ ſi pars opponat:ita gl.& Doct.in
§.in bonæ fidei.Inſtit.de act.cum ſimilibus. Iſte
21 † tamen intellectus Catonis quamuis diſputãdo
poſſet ſuſtineri,tamẽ etiam ipſe diuinat: & ideo
tenendus eſt communis, vel is, quem ipſe dedi.
¶ Expeditis his, quæ ad intelligentiam text. &
gl.pertinent,Bar.hîc, & poſt eum alij omnes,tra
22 ctant de dictione † Et cætera, cuius naturæ ſit,&
an poſsit extendi? circa quæ vide hîc ſatis ordi-
natè Mod.Senen.Ego procedam quodammodo
apoſtillando ad dicta Baldi. Primò quæro,quid
compræhendat dictio Et cætera, quando eſt bre
uiter & indeterminatè ſcripta? Din. dicit, quòd
continet ea,quæ ſunt de natura actus:Bart.tamẽ
dicit,iſtud lege non probari. Ego puto opin.Di-
ni ſatis poſſe ſuſtineri.nam ſi quis dicat, promit-
to vẽdere,&c.iſta dictio importat,quòd ille pro-
miſerit etiam de euictione, vt eſt text.in l. ſi duo
patroni.§.ſi quis iurauerit.ſ̃. de iureiur.facit tex.
in l.magis puto.§.ſi pupillus.ſ̃.de rebus eor.ergo
in noſtro caſu idem.Nec obſtat,ſi dicas, quòd in
illis iuribus illud Et cætera, erat extenſè ſcriptũ:
item regebatur ab aliquo verbo. quia reſpõdeo,
ꝙ idem eſt, vtrùm aliqua dictio ſit extẽſè ſcripta,
vel breuiter,dum modò non poſsit aliud ſignifi-
care,l.j.§.ſi ex fundo.j̃. de hæred.inſtitut. Item
quamuis aliquando non ſit expreſſum aliquod
verbum,à quo regatur dictio,&c.tamen ſubaudi
tur:& ſic par eſt aliquod nomẽ ab aliquo expreſ-
ſo regi, vel regi à non expreſſo, ſed à neceſſariè
ſubaudito.iſtud probatur in noſtro text. ibi,con
cipere vtriſq; mortuis, &c. iuncta gloſ. in verbo,
concipere.Hoc tamen arbitror procedere,quan-
do quis ad idem teneretur ex diſpoſitione legis,
etiam ſi iſtud Et cætera,ſcriptum non eſſet:& ita
procedunt dicta iura.nam quis promittens ven-
dere alio non expreſſo, tenetur tradere, & de e-
uictione,l.ex empto.in princip.ſ̃.de act.empt.Et
ſi diceres,ergo iſta dictio nil operaretur: reſpon-
deo,quòd operatur,vt quod debitum erat ex di-
ſpoſitione legis, fiat debitum ex diſpoſitione ho
minis.& ſic per hanc dictionem parum præiudi-
cij poteſt adferri: quòd not. Bart.tamen, qui di-
ſcedit ab opinione Dini,aliter loquitur, & dicit,
ꝙ hæc dictio Et cætera,inducit illud, quod defi-
cit in illo ſermone, in conſuetudinem loquendi
in illa materia:allegat in arg.iſtam legem,& j̃.ea.
§.nunc de lege. Iſta opin. Bart. quamuis ſit com-
munis,& ſatis tolerabilis,tamẽ non omnino pla
cet.Primò, quia non videtur, quòd debeat argui
de iſta lege ad protocollum notarij. nam hîc ex-
tẽditur iſta dictio propter formam vicinam,quæ
eſt in lege ſcripta,quæ lex ſemper loquitur, l.Ar-
riani.C.de hæretic.& omnibus eſt communis,i-
ta quòd vnuſquiſq; poteſt eam videre,l.leges.C.
de legib.Secundò cõtra Bart.facit, quia quæ ſpe
ciali nota digna ſunt,niſi exprimantur,videntur
eſſe neglecta,l.item apud Labeonem. §.hoc edi-
ctum.j̃.de iniur.Item non videtur,quòd tanta au
ctoritas debeat tribui tabellioni, ne illis præſte-
tur occaſio delinquendi, maximè cùm tabellio-
nes ſint ignorantes,vt dicit hîc Cato,& vſu vide-
mus.Cinus tamen hîc, & Specul.in titulo de in-
ſtrum.edit.in §.oſtenſo. verſic.modò quid. quos
refert hîc Bald.dicunt,recurrendum eſſe ad con-
ſuetudinem tabellionis:& ſi non appareat de cõ
ſuetudine, tunc importabit ſubſtantia alia: alle-
gat l.vel vniuerſorum.ſ̃.de pignor.act. l.licet. C.
23 locati. Vnde † deducendo rem ad practicam,ſi
quis ſemel teſtatus ſit appoſita clauſula non re-
vocãdi,vt communiter ſolet apponi, deinde de-
nuò aliud teſtamentum condat cum dictione Et
cætera, talis dictio importabit clauſulam dero-
gatoriam prioris teſtamenti, ſi notarius hoc fa-
cere ſolitus eſſet:ita vult hæc opin. item Bald. in
ſimili,in l.hac conſultiſsima.in prin.C.qui teſta.
face.poſ.& in iſtis terminis Bald. hîc. Sed Cato,
& Moderni impugnant, ex quo iſta clauſula de-
rogationis poteſt fieri pluribus modis:ideo non
A debet præſumi: nam quòd poſsit fieri pluribus
modis,tenent Scrib.in l.ſi quis in principio teſta
menti.j̃.de leg.iij.Socin.latè in l.ſi mihi & tibi.§.
fin.j̃.de leg.j. Vnde quando eſt difformitas, non
ita ſubintelligit, arg. l. Seio amico.in §.medico.
de ann.leg.facit,quod not.Bald.in d.l.ſi duo pa-
troni.§.ſi quis iurauerit.ſ̃.de iureiur.quem refert
hîc Socin.qui adijcit pro hac opin.tex.in l.quòd
ſi nolit.§.quia aſsidua.ſ̃.de Aedil. edict.ibi gl.al-
legat concord. Ego puto, quòd iſta concluſio ſit
B falſa, propter fundamentum aliud Soci. ne frau-
detur voluntas teſtatoris. Sed non puto, quod
propter difformitatem huius clauſulæ non ſub-
intelligatur: quia ſi dictum Baldi eſſet verũ,poſ-
ſet ſubintelligi minima,arg.l.ſemper in ambigu
is.j̃.de reg.iur. Item ea, quæ minùs nocet,l.ſem-
per in dubijs. eo.tit. Ad leges cõtrarias reſpõde-
tur,quòd probant potiùs noſtram opin.quia de-
bet intelligi ea,quæ frequentiùs ſolet apponi.&
hanc partem ſimpliciter tenet do. Alexand.hîc
C in verſi. quid ſi conſuetudo. Puto tamen illam
concluſionem non eſſe veram: quia hoc modo
eſſet in poteſtate notarij, dare victoriã cui velit,
declarando dictionem Et cætera, ſuo modo.Di-
ſputando tamen eam tenendo poteſt reſponde-
ri ad primum fundamentum Socin.quòd ex quo
teſtator in primo teſtamento non cauit, ne per
dictionem Et cætera,tolleretur illa voluntas,de-
beat ſibi imputare,arg.§.nec ea res. Inſtit.ad leg.
Falcid.Videtur tamen hæc opin.Cin.etiam qua-
D ſi eadem cum opin.Bart.niſi quòd Bart.vult ſpe-
ctandam eſſe communem conſuetudinem, Cin.
conſuetudinem notarij.Cato † Sacchus hîc alter 24
loquitur,atque,vt arbitror,meliùs,ſcilicet quòd
huiuſmodi dictio non extenditur,niſi ad quaſdã
generalitates, quæ non faciũt multùm,nec mul-
tùm important: & dicit ita obſeruari de conſue-
tudine,quod eſt notab.verbum propter ea, quæ
notantur in l. de quibus.ſ̃.de legib. licet Aretin.
in conſil.cxxxiij.dicat, quòd doctori atteſtãti de
E conſuetudine non eſt ſtandum, quem refert do.
Paulus in repet.l.Titia cùm teſtamento. in §.Ti-
tia.j̃.de leg.ij.non eſt noſtra materia.Adde,quòd
importat etiam ſimilia, ſed quæ parum impor-
tant:iſtud probat tex.in l.ſi ita quis.ſ̃. de euict.&
text.in l.quia dicitur.ff.de euict.facit, quia quod
nos dicimus Et cætera, Græci dicũt τὰ ὅμοια quod
propriè ſignificat ſimilia, vt eſt apud Theonem,
qui Aratum poetam interpretatus eſt,in princip.
operis. Item nota ex illo text. cum l.ſequen. pro
F opin.mea, quam dixi ſ̃.referendo Din.quòd di-
ctio Et cætera, plerunque abundat. nam ſtipula-
tio duplę,in dubio intelligitur,d.l.quòd ſi nolit.
§.quia aſsidua.ſ̃. de Aedil.edict. quæ leges iũctæ
probant etiam, quòd illa dictio compræhendit
illud, quod communiter ſolet apponi. quod fa-
cit pro opin. Bart. & communi:niſi reſpondeas,
non debere argui de lege ad inſtrumentum, vt
dicebat Cato.Item quia idem eſſet, etiam ſi non
eſſet appoſita. Illud notandum eſt, quòd ſi du-
bium eſt,ad quem referatur, debet referri ſecun-
dum



dum iuris diſpoſitionem:text.eſt iuncta glo.in l.
ſi quis in ſacris.in verb.cõtra cęteros.de proxim.
ſacr.ſcrinio.lib.xij.C. Contra tamen ſ̃. dicta ego
adduco vnum fundamentum,ꝙ dictio. Et cæte-
ra, in inſtrumento ſemper ſit ſuperflua. nam va-
let argumentum de lege ad inſtrumẽtum,vt not.
in c.quia cunctis.de conceſ.præb.lib.vj. l. ſed &
poſteriores.ff.de legib.not.Petr.& Cin.in l.fin.§.
j.C.commu.de leg.Bald.in tit. de pace Conſtan.
25 dixi in l.pactũ.C.de tranſact.ſed † in legibus ver-
ba abbreuiatè, & per ſigna ſcripta, ſunt penitus
invtilia,l.ij.in §.eãdem autem pœnam. C.de vet.
iure enucl.ergo idem in inſtrumẽtis: facit gl.ibi,
quę arguit de eo.§.ad inſtrumentum.Nec obſtat,
quòd hæc dictio tolerata ſit in legibus. quia re-
ſpondeo, quòd inconuenientia non debęt mul-
tiplicari. Item has leges, quantum pertinet ad
hanc diſtinctionem, emendauit ibi Iuſtinianus.
Et ſi dicas, quòd conſuetudo eſt in contrarium,
reſpond.quòd iſta cõſuetudo eſt expreſsè repro-
bata per legem:item per §.fin.in l.j.C. eod.tit.de
vet.iur.enucl.vnde nõ valet,vt no.in authen.caſ-
ſa.C.de ſacr.ſan.eccleſ. Item quamuis conſuetu-
do ſit ſcribendi, tamen non eſt cõſuetudo, quòd
interpretetur: facit, quia conſuetudo debet ſtri-
ctè intelligi,per Bar.in l.poſt dotẽ.ſ̃.ſolut.mat.in
l.j.§.ſi quis hoc interdicto. j̃. de itin. actuque pri-
uat.vbi eſt tex.optimus cũ ſimilib.ibi not.& hęc
opin.de iure videtur vera,quamuis in iudicando
non obtineret.Tenendo tamen cõmunem,quę-
26 rit hîc Socin. an † huiuſmodi dictio poſsit iura-
mentum importare:& concludit, quòd non. In-
telligẽdum tamen, vt hîc per eum, qui etiam di-
cit,quòd lex non poteſt fingere iuramẽtum:quia
vbi ligatur anima, non attenditur fictio: allegat
Ioan.And.in c.quanquam. de vſur. lib. vj. Poſſet
diſputando teneri contrariũ. quia lex ciuilis po-
teſt facere,vt iuramẽtum,quod interuenerit, fin-
gatur non interueniſſe,l. adigere. in fin. j̃. de iur.
patro.l.fin.ſ̃.qui ſatiſd.cog.Ergo è contrario po-
teſt fingere,quòd interuenerit, etiam ſi verè non
interuenerit,arg.l.eius eſt velle.j̃.de reg.iur.Nec
obſtat fundamentum Socin. quia illud verũ eſt,
quo vt anima ligetur: ſed quo ad diſpoſitionem
iuris ciuilis,eſt ſecùs.nam etiam videmus, quòd
ſi quis iurat,& in mente habeat non iurare, quã-
uis quo ad homines,illud ſit iuramentum, tamẽ
quo ad Deum,non:ita notabiliter dicit do.Abb.
in c.ex literis.el j.ad fi.extrà,de ſponſ.facit,quod
ſcribit Iaſ.de iuramẽto promouẽtis ſcholares ad
doctoratum, vt intelligatur ſecundum mentem
in l.admonendi.ſ̃.de iureiuran. In cõtrarium ta-
men facit verſus,

*Fallit iurantem iuratio facta per artem:*

de quo gl.in auth.iuſiur.ꝙ præſt.ab his.in princ.
in gl.in verb.quatuor.Idẽ in matrimonio,vt dixi
in l.actione circa Med.C.de tranſact.Illud in hac
materia non eſt omittendũ,quod refert Bal.in c.
cùm iuriſperit⁹.de offi.deleg.vbi dixit, ꝙ poteſt
peti,vt dictio,&c.extẽdatur ad ſenſum ſapientis
de qua extenſione vide per Bart. in l. illa inſtitu-
tio.j̃.de hæred.inſt.& in l.ex ea parte. in princ.j̃.
de verb. oblig. ¶ Subſequenter quærit hîc Bart.
an notarius ipſe, qui ſcripſit dictionem .Et cæte-
ra,poſsit eam extẽdere? Communis eſt,quòd in
cõtractibus,in quibus requiritur ſcriptura, quos
numeraui in l.pactũ, quod bona fide. C. de pact.
& eſt glo.in c.porrò.§.poſtquam. de cẽſib.lib.vj.
notarius non poſsit:in his verò, in quibus nõ re-
quiritur,poſsit,vt hîc per Alex.Diſputando poſ-
ſet teneri, quòd etiam priori caſu notarius poſ-
ſit extendere.Ad l.contractus. C. de fid. inſtr.re-
ſpond.quòd eſt verũ, quòd † quis non poteſt ad-
dere:ſed non ſequitur,quòd non poſsit declara- 27
re aliquod verbum, quod virtualiter alia conti-
neat: & hoc tenet Angel. & Cato hîc.qui allegat
Bald. hic idẽ tenere. Reliqua vide hîc per Socin.
& hîc patet,quòd dictio Et cætera,in huiuſmodi
contractu extenditur ad clauſulas ſolitas, quic-
A quid dicant hîc Mod.& Canon.in d. c.cùm P.ta-
bellio.de fid.inſtru.

L.29. Gallus. Idem credendum.

1 *Monachatione an tollitur patria poteſtas.*
2 *Patria poteſtas ſuitatem conſtituit.*
4 *Monachus licet ſuccedat ab inteſtato, non tamen voca-tur vt ſuus.*
6 *Mortis appellatione venit ciuilis:interdum contrà. 7,8,9.*
12 *Subſtitutio facta in vno caſu, extenditur ad ſimiles.*
B 13 *Extenſio ex identitate rationis licita.*
16 *Ignis & aquæ interdictio diuerſa à deportatione.*
19 *Conditiones ſpecificam impletionem deſiderant. 24.*
21 *Proviſionis extenſio ad caſus diſsimiles non fit.*
22 *Conditio interdum per æquipollens impletur.*
23 *Statutum hæredis mentionem faciens, compræhẽdit bonorum poſſeſſorem.*
25 *Prouiſio diſpoſitoria interdum extenditur ad caſus ſimiles,etiam fictos:interdum contrà.28,32,35,37,39. 40,43.44.*
C 26 *Venditio largè complectitur donationem.*
30 *Mens retenta nihil operatur.*
33 *Quo ad fructuum reſtitutionem differentia inter bonæ fidei, & stricti iuris contractus.*
34 *Vxoris ſerui ſuorum nomine non veniunt.*
38 *Fideicommiſſarius fictè hæres.*
41 *Faciens delictum interdum grauiùs,quàm mandans,plectitur.*
42 *In delictis animus inſpicitur.*
D 45 *Extenſio paſsiua quæ.*
47 *Fauorabilia ſtatuta extenduntur.*
48 *Emancipatio tollit ſubſtitutionem in ſuitate.*
49 *Tacita ſubſtitutio non perimit ſuitatem.*
51 *Tacita teſtatoris mens operatur,quòd inſtitutus in ſuitate dicatur etiam in hæreditate inſtitutus:interdum cõtrà.62.*
52 *Emancipati inſtituendi commodum.*
53 *Vniformium caſuum vniformis determinatio.*
54 *Pater non tenetur de neceſsitate emancipare.*
E 55 *Patriæ poteſtatis & emancipationis par ratio in ſucceſſione inteſtata.*
57 *Nepos eſt ſuus,& dicit teſtamentum nullum.*
58 *Expreſsio cauſæ exhæredatione dignæ ſufficit ad exhæredationem.*
59 *Iniuria cauſa querelæ.*
61 *Extenſio paſsiua in correctoris non valet.*
63 *In ſtatutorum interpretatione, fugienda iuris communis violatio.*
64 *Declaratione nullitatis ſuſtentandum teſtamentum.*
F 72 *Tacita voluntate nixus poſtponitur expreſſam habenti.*
74 *Conſiderata iurium diuerſitate poteſt quis pro parte teſtatus,pro parte inteſtatus decedere.*
75 *Inſtitutione extranei filia præterita venit contra tabulas.*
76 *Liberti ſuccedunt in capita.*
80 *Non facit partem,qui excluditur à parte.*
87 *Prouiſionem teſtatoris euertit prouiſio ſtatuti.*
88 *Cohæredis datio tollit ſuitatem.*
90 *Ablatiui abſoluti conditionem denotant.*

92.Non

92 *Non conceſſa argumentatio ex vna duarum rationum, quæ in diſpoſitione aßignari poſſunt.*
96 *Pactum renuntiationis non extenditur ad legitimam.*
101 *Filius in legitima eſt loco creditoris.*
103 *Legitima de nouo iure debetur inſtitutionis titulo.*
104 *Dos ſuccedit legitimæ loco, ſaluo ſuppleměti iure.*
105 *Vitanda legum correctio.*
106 *Emăcipatus in ſucceßione teſtamentaria non venit vt ſuus.*
112 *Reſtitutio deportato reddit priorem ſtatum, etiam in excludendo nepotem.* 113.
114 *Simplex reſtitutio à principe facta, non præiudicat iuri tertij.*
119 *In verbis hominum indefinita non æquipollet vniuerſali.*
121 *Reſtituto bannito bona alienata non redduntur, ſed pecunia.* 123, 128.
126 *Geminatæ dictionis efficacia.*
129 *Indulgentia facit omnia amiſſa recuperari.*
133 *Ob contumaciam mulctari poteſt quis in tota cauſa.*
134 *Legitimatio non trahitur retrò: reſtitutio ſic.* 137, 138.
149 *Filius legitimatus antefertur legitimis hæredibus. Fallit exiſtentibus filijs honeſtè natis, & alijs caſibus.* 143, 145, 147. *Item patre defuncto.* 148.
144 *Legitimatis per ſubſequens matrimonium nŏ obſtant honeſto lecto nati.*
153 *In legitimatione neceſſaria partis citatio.*
154 *Subſtitutus à grauato reſtituere fideicommiſſum, in legitimatione filij citandus.*
155 *Principis legitimatio ſine citatione & in tertij præiudicium, tenet.*
156 *In legibus conſtituendis maior maturatio neceſſaria.*
159 *In ſententia ferenda plena cauſæ cognitio adhibenda.*

¶ Et quid ſi tantùm [a] in mortis filij caſum conciperet? Quid.n. ſi aquæ & ignis interdictione peteretur? Quid ſi nepos, ex quo pronepos inſtitueretur, vt oſtendimus, emancipatus eſſet?

§. ET QVID SI TANTVM [a]. ¶ Conſilium
Galli loquens de morte vera & naturali, extenditur
ad mortem fictã, item ad caſum diuerſum,
I. Notab. in quo eſt eadem ratio. Hoc dicit. ¶ Not. primò,
ꝗ ſubſtitutio facta de pronepote in caſum mortis
filij, extĕditur ad omnem caſum, per quem filius
non fiat ſuus. Et ex hoc infert Spec. in tit. de
ſtat. mona. q. lij. quòd filio effecto monacho in
terminis huius §. haberet locum ſubſtitutio ne-
1 potis. & eſt ratio, quia † per monachationem filius
liberatur à patria poteſtate, vt tradit idem
Spec. q. xij. Socin. hîc tenet cŏtrarium: quia imò
monachatio non tollit patriam poteſtatem, vt ipſe
dixit in l. j. ꝟ. de vulg. & pup. ita dato, quòd nŏ
ſit in poteſtate, eſt tamen ſuus, l. deo nobis. C. de
epiſc. & cler. Breuiter credo opin. Spec. veram: &
ad primum dico, quòd imò monachus non eſt in
patria poteſtate, gloſſ. in l. ſi ex cauſa. in §. Papinianus.
ſ̃. de minorib. nam cùm ſit in poteſtate
abbatis, mutauit patriam poteſtatem: & hæc opin.
eſt communis, & eam tenet Alex. in l. ſub cŏditione.
ſ̃. eod. poſt Bal. & Ang. ibi. Item non eſt
2 ſuus patri. nam † ſuitas ſeruatur ex patria poteſtate:
Bald. in repet. l. ſi filius, qui patri. ꝟ. de vulg.
3 & pup. Et † nemo eſt ſuus, qui non ſit in poteſtate
tempore mortis, §. ſui. Inſtit. de hæred. qual. &
different. ſed monachus non eſt in poteſtate: er-
4 go, &c. Ad l. deo nobis. reſpondetur, quòd † quăuis
ſuccedat vnà cum aliis nŏ monachis, per hoc
non dicitur, quòd ſuccedat vt ſuus: nam inter ſucceſſionem
ſui & emancipati nulla hodie eſt differentia,
l. meminimus. C. de legit. hær. & tamen
emancipatus nŏ ſuccedit hodie vt ſuus, & ſic hæreditatem
non aditam non tranſmittit. vt per Aret. in l.
ventre. in fi. ꝟ. de acquir. hæred. & eſt
communis opin. vt per Alex. in d. l. ſub.
conditione. quicquid dicat Barto. in
authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl. & in d. l.
ventre. vbi ſub dubio loquitur. Et ſic dictũ Spec.
ſatis ſuſtinetur, quod abſq; dubio procedit, quădo
eſſet monaſterium incapax, ſecũdum cle. exiui
de paradiſo. de verb. ſig. & not. per Barto. in d.
B auth. ſi qua mulier. ſ̃. alleg. Sed etiam ſi ſit capax,
puto idem, ne nepos agnatione rumpat teſtamĕtum,
cùm fiat ipſe ſuus hęres. Et ſi diceres, in quo
poteſt iſte ſuccedere, cùm reincidat in poteſtatĕ
filij, mortuo auo, ſecundum auth. ſed epiſcopalis
dignitas. de epiſ. & cler. in fi. vnde quòd imò non
reincidunt, nec illa auth. habet locum in monacho.
nam cùm monachus ipſe ſit in poteſtate abbatis,
non poteſt habere alios in poteſtate, §. fœminæ.
Inſt. de adopt. Illud tamen obſtat, quia nŏ
C videtur, quòd valeat argumentum de emancipato
ad monachum: quia emancipatus conſiderato
iure ciuili, quod ſolum Scæuola conſiderat, vt
dixi in præced. §. in aliquo non ſuccedit, §. emancipati.
Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def. ſed monachus
ſuccedit æqualiter cum alijs, d. l. deo nobis.
§. hoc etiam cognitum. C. de epiſ. & cler. Sed
ad hoc reſpond. quòd iſte nepos eſt inſtitutus in
ſuitate, & ne teſtamentum rumpat, & iſte nepos
ita erit ſuus, ſicut nepos ex emancipato, & ſic in
D hoc æquiparantur. non enim in noſtro caſu eam
inſtituit in hæreditate, quam in ſuitate. vnde diſputando
iſtud ſatis poſſet ſuſtineri. & hæc procedunt
diſputando. nam conſiderata mente iuris,
videtur, quòd monachus ſit in poteſtate patris:
& hoc probatur in d. auth. ſed epiſcopalis.
iuncto eo, quòd ſpecialia firmant regulam, l. nam
quod liquidè. §. fi. ꝟ. de penu. leg. et ideo erit ſuus,
& ſuccedet. Ad rationem ſuprà dictam reſpŏdetur,
quòd longè diuerſa eſt poteſtas patria à po-
E teſtate abbatis, vt probatur in l. in ſuis. ſ̃. eo. vnde
ſtat ſimul, quòd in vtrorunq; poteſtate ſit monachus.
vide tamĕ Socin. in d. l. j. quia nŏ audeo
firmare pedes. ¶ Secundò not. Soc. quòd † quam II.
vis conditio debeat impleri in forma ſpecifica, 5
tamĕ conditio de morte verificatur in morte ciuili.
Et ſic not. hîc, quòd † appellatione mortis ve 6
nit mors ciuilis. Circa quod diſtinguit Soci. & alij
communiter, quòd aut mors ciuilis cauſatur
ciuitatis & libertatis amiſsione: & tunc venit, l.
F ex facto. §. ſi quis rogatus. ꝟ. ad Trebel. l. res vxoris.
C. de don. inter vir. & vx. aut ex amiſsione ciuitatis
tantùm: & tunc non venit, §. Cornelio
Felici. in l. Statius Florus. ꝟ. de iure fiſc. l. ex ea parte.
§. inſulam. ꝟ. de verb. oblig. Fallit, quando ex
morte naturali plus commodi non cŏſequimur,
quàm ex ciuili: & ſic, quando fruſtrà expectaretur
mors naturalis, quia tunc venit: caſus eſt hîc,
& in l. j. ꝟ. de contra tab. & ita declarat Imo. & Alex.
in §. ex facto. in l. ex facto. ꝟ. ad Treb. Sed contra
iſtam fallentiam arguunt Mod. repet. hîc, dicentes,



L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.

centes, quòd obſtat d. §. Cornelio Felici. nam ibi
mors ciuilis eſt eiuſdem effect⁹, cuius naturalis,
quia grauatus ipſe ita bonis priuatur, ſicut ſi naturaliter
mortuus eſſet. Ad idem tex. in d. §. inſulam.
quia ita ad alium tranſit obligatus deportati,
ſecundum l. ij. ſ̃. de cap. dimi. ſicut ſi verè mortuus
eſt. Nec obſtat, ſecundum eum, quòd maior
ſit dilatio cŏſiderata morte naturali: quia reſpondet,
quòd iſta dilatio non debet conſiderari, ex
A quo non poteſt operari ad commodum eius, pro
quo fuit appoſita, l. à filia. §. alumno. ꝟ. ad Treb.
declarant in ſimili Salic. & Paul. de Caſt. in l. ambiguitatĕ.
C. de vſufr. Sed ad hæc tenendo communem
potes reſpondere, quòd imò iſta dilatio
operatur in vtilitatem eius, pro quo fuit appoſita.
Poſſet non accidere, quòd iſte deportatus reſtitueretur,
quod ſæpiùs leges cŏſiderant, l. j. C. de
ſent. paſſ. l. in tempus. ꝟ. de hęr. inſt. & in terminis
noſtris text. in l. intércidit. ꝟ. de cond. & dem. Po-
B tes etiam reſpŏdere alio modo, ſcilicet quòd teſtator
apponĕs dilationem, videtur eam apponere
in vtilitatem hæredis, ex quo hæres, & ille,
in cuius commodum appoſita eſt conditio, cenſentur
eadem perſona, in auth. de iureiur. à mor.
præſt. in prin. verſi. cùm vtiq;. & l. fi. C. de impub.
7 & alijs ſubſtit. Secundò † adducunt Mod. text.
cum ibi not. in l. deo nobis. in princ. C. de epiſ. &
cler. nam ibi profeſsio, & mors ciuilis non operatur
effectum mortis naturalis, ex cui⁹ expecta-
C tione poterat capi maius commodum: quia mulier
profeſſa poterat habere vſum dotis in cŏmuni,
quo priuatur per mortem naturalem, vt not.
per Bart. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccl.
Bar. reſpondebat, quòd illud principium loquitur
in monaſterio incapace, de quo vide eũdem
in tract. Minoricarum, lib. iiij. diſt. iij. capit. iij. in
princ. & in d. authen. ſi qua mulier. quo caſu hoc
fundamentum tollitur. Vel potes, & ſecundò,
reſpŏdere, quòd ex illo text. non probatur, quòd
D appellatione mortis veniat ciuilis. aliud enim
eſt, quòd renuntians ſæculo, habeatur pro mortuo:
aliud eſt, ꝗ appellatione mortis veniat mors
ciuilis. Tertiò adducunt text. in l. ſed ſi alia. §. j. ꝟ.
de bon. dam. vbi mulier per mortem ciuilem, &
ſic deportationem, eſt capax actionis de dote, &
tamĕ per mortem naturalem non: quia per eam
fit incapax. & primo caſu expectare mortem naturalem
eſſet vtile: quia ſi eſſet in poteſtate, & pater
præmoreretur, conſolidaretur in eam actio.
E Breuiter ad hoc poſſent inueniri mille text. qui
facerent differentiam inter mortem ciuilem, &
naturalem, ſed hi nil faciũt ad propoſitũ, quia in
illo caſu non publicatur dos propter mortĕ, ſed
propter delictum. nã nec ibi probatur, ꝗ appellatione
mortis veniat ciuilis, & ſic deportatio. Ad-
8 ducitur † etiam quartò tex. in l. quinque. eo. tit.
iuncto intellectu Din. & Bart. nam ſi maritus ſtipulatur
dotem in caſum mortis, ſi mulier damnetur
ex quinq; legibus enumeratis per Iuriſconſultum
F Caliſtratum in l. iij. ff. de bonis damna. &
ſic moriatur ciuiliter, non tamen cŏmittitur ſtipulatio.
Reſponde, ꝗ ibi mors ciuilis non habet
effectum naturalis, ex eo quia mulier poſſet reſtitui:
ideo, &c. Et ſi diceres, cur id non cŏſideratur,
quădo dos eſt publicata aliter, quàm propter dictas
quinq; leges? Reſpondeo, ꝗ tunc maritus eã
non lucratur, tanquam propter mortem vxoris:
quia obſtaret d. §. Cornelio Felici. ſed ꝓpter delictum,
ſecundum l. ſi mulier. & l. ſemel. ſ̃. ſol. mat.
ꝗ non puniatur delictum, quo ad maritũ, eſt ſpeciale
in illis quinq; legibus. Quintò adducitur l.
intércidit. in fi. ꝟ. de cŏd. & dem. Sed ad illam reſponde,
ꝗ quando mulier incideret in ſeruitutĕ,
tunc indiſtinctè mors ciuilis æquiparatur naturali,
vt ſ̃. dixi: ſed nos loquimur, qñ ſolùm deportaretur
aliquis. Mod. tamen hîc etiam opponũt,
quòd mors ciuilis, per quam quis fit ſeruus, non
eſt ſimilis morti naturali: & ſic eius appellatione
non venit, vt eſt text. in l. cùm hic ſtatus. §. ſi do-
A nator. ſ̃. de don. inter vir. & vx. Sed reſponde, ꝗ
nos loquimur, qñ quis fieret ſeruus pœnæ, non
autem, qñ fieret ſeruus alicuius alius. Rationem
aſsignat gl. in l. res vxoris. C. de don. inter vir. &
vxor. quæ ratio not. quoniam ita ſuccedit fiſcus
ſeruo pœnæ, ſicut dominus alicui ſuo ſeruo. Bar.
in l. poſt contractum. de donat. aliam adſignat, vt
ibi per eum. Potes † & tertiò dicere, ꝗ ideo eſt, 9
quia ſeruus alicui⁹ dñi de facili poſſet liber fieri,
cùm plurib. modis quis fiat liber, vt not. Inſt. de
B libertin. §. fi. & ideo propter hanc conſiderationĕ
non dicitur omnino mortuus. Sed ꝗ quis ſeruus
pœnæ fiat liber, iura nullo pacto conſiderãt,
cùm conſiſtat in ſolius principis voluntate, & ſic
cenſeatur impoſsibile, l. idem Iulianus. §. fin. ꝟ. de
leg. j. & l. continuus. §. cùm quis. ꝟ. de verb. oblig.
arguit etiam de tex. in l. actione. §. publicatione.
ſ̃. pro ſoc. Sed reſponde, ꝗ ibi diſſoluitur ſocietas
propter bona, quæ auferũtur à fiſco è communi.
Item ille text. nil facit, & ſic remanet defenſata
C communis opin. Ipſi tamen aliter diſtinguunt, ꝗ
quandoq; caſus importans mortem ciuilem, omnino
producit effectum, de quo agitur, etiam ſi
non veniat appellatione mortis: & tunc ſub diſpoſitione
loquente de morte, comprǽhenditur,
vt hîc, & d. l. j. §. fi. & l. ſi necem. §. ſi deportatus. ꝟ.
de bon. lib. & in d. l. actione. §. publicatione. & in
d. l. ſed ſi alia. §. j. & in l. inſulam. in prin. ſ̃. ſol.
matr. Aliquădo talis caſus non producit effectũ,
de quo agitur, niſi veniat tanquam caſus mortis:
D & tunc aut expectatione talis mortis naturalis
poteſt idem effectus cauſari: quo caſu, aut quis fit
incapax de iure ciuili tantùm, & hoc áccidit ex
aduerſa fortuna, & tũc mors non intelligitur, d.
l. ex ea parte. in §. inſulam. & d. §. hęreditatem. &
d. §. Cornelio Felici. & d. l. res vxoris. & d. l. intércidit.
Aut áccidit alio modo, qui per omnia non
æquiparatur morti naturali: & tunc idem, ſecundum
not. in d. auth. ſi qua mulier. & in authe. ingreſsi.
eo. tit. Aut æquiparatur per omnia morti
E naturali, & tũc in odioſis idem: in fauorabilibus
comprǽhenderur, c. cùm dilecti. de dona. Aut qs
ſit incapax vtroq; iure: & hîc caſus venit appellatione
mortis, d. l. intércidit. in fi. Aut expectatione
mortis naturalis non poteſt idem effect⁹ cauſari:
& tunc iſte caſus aut habet per omnia effectum
mortis naturalis: & tunc venit appellatione
mortis, d. l. res vxoris. & l. antepen. C. eo. tit. &
d. l. cùm hic ſtatus. ſ̃. eo. tit. ſcilicet de don. inter
vir. & vxor. & l. ſi quis ſtipuletur. in verſic. planè.
F iuncta l. fi. ſ̃. ſol. mat. cũ not. ibi per Paul. de Caſt.
Fallit primò, ꝓpter immanitatem criminis, declarando
vt per Bart. in d. l. poſt contractum. ꝟ. de
don. Secundò fallit in donatione cauſa mortis,
& alijs vltimis voluntatibus, l. eius, qui. §. j. ſ̃. de
teſtam. Tertiò fallit, vbi de morte ciuili ſit ſpecialiter
prouiſum: quia ſub generali diſpoſitiŏe
loquente de morte, nŏ veniet ciuilis, circa quam
ſpecialiter eſt prouiſum, c. ſuſceptum. de reſcrip.
lib. vj. aut non habet per omnia effectum mortis
naturalis, quo caſu id áccidit ex aduerſa fortuna,
&

> Hi enim casus, & omnes, ex quibus suus hæres post mortem scilicet aui nasceret, non pertinent ad legem Velleiam[a]: sed ex sentẽtia legis Velleię & hęc omnia admittenda sunt, ad similitudinẽ mortis vt cęteri casus admittẽdi sint[b].

& tunc non cõtinetur, d.l. cùm hic status. §. si do-
nator. aut ex prospera, & tũc continetur, d.l. deo
nobis. declarando latiùs, vt hîc per eum, qui in se
vera dicit, & tãdem in effectu non differt à com-
muni. ¶ Ex prædictis potest decidi quæstio, quã
ponunt hîc Rep. an
10 † si hodie aliquis ha
bẽs filium, instituat
eum, & nepotẽ qui
ex eo nascetur, secũ
dum cõsilium Gal-
li, deinde mortuo
filio ingrediatur re-
ligionem, & posteà
nascatur nepos, v-
trùm iste nepos succedet, tãquam esset institutus
in casum, in quo auus ingrediatur religionẽ? an
verò rumpet tanquam p̃teritus? secundum l. cõ-
modissimè. cum ibi not. per Bar. s̃. eo. Quòd non
rumpat, facit in arg. iste text. & §. si eius. j̃. ea. l. In
contrarium facit: quia non videtur, ꝙ hæc condi
tio, Si post mortem meam nascetur, adimpleatur
ingrediendo monasterium. nam cùm hodie pos-
sit quilibet posthumus institui, §. posthumo. In-
stit. de leg. ergo debet specificè adimpleri, secun-
dum doctri. Bart. hîc. Ad hunc text. respondetur,
quòd loquitur eo tempore, quo ista conditio e-
rat necessaria: & secundum hoc iste §. esset corre-
ctus. Rep. hîc tenẽt contrarium. Ad istud funda-
mentum respondetur, ꝙ mors ciuilis, de qua nos
loquimur, per omnia habet effectũ mortis natu-
ralis, quo ad id, de quo quærimus: & sic succedũt
not. in suprà dicta dist. Ista opin. mihi placet, sed
non ꝓpter verba Rep. nam sua responsio non tol
11 lit, quin † conditio voluntaria adimpleatur per
æquipollens. Quare mihi videtur, ꝙ ipse in hoc
fundamẽto æquivocet. nam etiam hodie ista cõ-
ditio est necessaria, scilicet vt testamentum agna
non aũt, qñ lex expreſsè ſe declarat. Secũdò op-
pon. de not. per Bart. in l. ictus fuſtium. s̃. de his,
qui not. inf. & in l. infamẽ. de public. iud. vbi di-
cit, q confeſſus ſit infamis: ſed confeſſus eſt fictè
condemnatus, l. vnica. C. de confeſ. & tñ copræ-
henditur ſub l. j. de his, qui not. inf. quæ loquitu
in verè condemnato. Mod. non ſoluunt, & cõtra-
rium eſt difficile. Poſſet dici, q non eſt infamis
propter d. l. j. ſed propter l. quoniam. eo. tit. quæ E
inducta eſt ab Vlpiano habente auctoritatẽ legis
condẽdę, l. ij. in fi. s̃. de orig. iur. Vel ſecundò po-
teſt dici, q Bart. ibi malè loquitur: & ſic, q in ci-
uilibus etiã confeſſus non ſit infamis, niſi ſecuta
ſententia: iſtud probatur ex d. l. vnica, C. de con-
feſ. vbi dicitur, eum haberi pro cõuicto. Sed quo-
tieſcũq; lex dicit, aliquem haberi pro cõuicto, re-
qritur ſententia: ita notabiliter declarat Bar. in l.
eius qui in principio. j̃. de iure fiſc. cogita: & Bar.
ſeqnitur Felin. in c. Rodulphus extrà, de reſcrip. F
Iaſ. in l. ſi quis maior. C. de trãſact. Item facit reg.
q, etiam quotieſcunq; pœnæ imponũtur ipſo iu-
re, tñ requiritur ſententia declaratoria, c. cùm ſe-
cundũ. de hęretic. lib. vi. Iaſ. in l. iij. ff. quod quiſq;
iur. §. quod aũt. Alex. in conſil. cxxiiij. lib. j. vbi la-
tè, cum concord. de quibus per Mod. in rep. d. l.
ſi quis maior. in xvij. not. in v. quæſt. Tertiò op-
pon. de l. nihil. iuncta l. j. in prin. s̃. ad Maced. vbi
diſpoſitio illius ſenatuſconſulti eſt odioſa, l. qui
exceptionẽ. s̃. de cond. indeb. & tñ extenditur ad

ciuitatẽ: & ſic ad perſonam fictã, l. mortuo. de fi-
deiuſ. Sed reſpondent Rep. hoc ideo eſſe propter
rationem in lege ſcriptã, ſcilicet in d. l. j. nam qñ
lex eſt ſcripta, & eius ratio, poteſt, ea militante,
ſemper fieri extẽſio: gl. iuncto text. in c. j. in verb.
eligitur. de elect. in vj. not. Alex. in l. ſi conſtãte. s̃.
ſolut. mat. Vel hoc ideo eſt, quia caſus, ad quem
fit extenſio, ex larga ſignificatione vocabuli cõ-
pręhenditur ſub expreſſo, arg. l. filium habeo. eo.
A tit. ad Maced. faciunt ea, quæ s̃. dixi, arg. huius §.
Potes etiã tertiò reſpondere vltra alios, q illa lex
nihil probat contrariũ: qa ciuitas non cõtinere-
tur, niſi ita reſcriptũ fuiſſet. Quartò oppon. de
difficili cõtrario iurium, quæ diſpoſitionem lo-
quentem in faciente, extendunt ad mandantem,
l. ſi quis aliũ. in princ. s̃. ne quis eum, qui. l. ſi quis
id, quod. in fi. de iuriſd. om. iud. l. j. §. deieciſſe. de
vi, & vi arm. l. aut qui aliter. (aliàs incipit, ait. qui
aliter.) qnod vi, aut clàm, l. diuus. j̃. de falſ. l. iij. §. ſi
B procurator. quod quiſq; iur. l. non ſolùm. in prin.
& §. ſi mãdato. & §. Proculus. j̃. de iniur. & l. item
apud Labeonẽ. §. feciſſe. & §. abduxiſſe. eod, tit. l.
ita tñ. §. geſsiſſe. s̃. de admi. tutor. l. hoc iure. §. de-
iecit. j̃. de regul. iur. l. iiij. §. item is, cuius. & §. ſeq.
j̃. ad l. Corn. de ſicar. l. qui mandat. j̃. de ſolut. l. v-
trùm. ad leg. Pomp. de parricid. cum infinitis ſi-
milibus alleg. per Alber. de Roſa. in iij. parte ſtat.
in quæſt. xliiij. Alex. & alij putant iſtud depẽde-
re ab eo, vtrùm mãdans verè faciat? & diſtinguit
C inter mandatariũ præſtantem nudũ conſenſum,
ſeu miniſterium, & tunc dominus dicatur verè
facere: & inter eum, in cuius perſona principali-
ter quid cauſatur, ſed poſtea per ceſsionem trãſit
in dominium, vt non dicatur verè facere. & pri-
mo caſu loquantur dicta iura, etc. Sed iſta diſtin-
ctio eſt contra d. §. deieciſſe. vbi principaliter in
perſona fundatur ille actus, & tñ impropriè dici-
tur facere, vt eſt ibi gl. & probatur ex verbo, vide-
tur. & eam glo. ad hoc allegat etiã Alb. in loco s̃.
D alleg. & Bart. in d. l. aut, qui aliter. Bald. verò j̃.
proxim. §. & Bar. in l. quemadmodũ. C. de agric.
& cenſ. lib. xj. dicunt, q iura pœnalia extendun-
tur ad mandantẽ: qa ſunt fauorabilia, quaſi con-
cernãt intereſſe reipublicę, l. ita vulneratus. s̃. ad
leg. Aquil. ſed hanc ſolutionem impugnat Aret.
in §. ſeq. per c. odia. de regul. iur. lib. vj. Tu melius
impuga per text. vbi eſt caſus, in d. l. ob id. s̃. ad
leg. Aquil. reprobatur etiã, quia cauſa proxima
imponendi pœnam, eſt odium delinquentium,
E cauſa remota eſt fauor reipub. Sed ad cognoſcẽ-
dum, vtrùm diſpoſitio ſit fauorabilis, vel odioſa,
attenditur cauſa proxima, non remota: glo. eſt, &
ibi Bal. in l. fi. C. de interdic. mat. vide Bar. in l. j. §.
exercitus. ff. de his, qui not. infa. Socin. in l. j. in
iiij. not. in fi. ff. de verb. oblig. idem tenet Decius
in l. ij. C. de in ius voc. allegat text. in l. qui exce-
ptionem. ff. de cond. ind. Item in contrariũ facit,
quod not. gl. Bart. & alij, in l. fi. C. vnde vi: & ideo
Modern. Rep. etiam ipſe hanc ſolutionem, licet
F per alios retentã, non tenet: & vltra alios confir-
mo iſtam impugnationem, quia nos videmus a-
liàs, q plus conſideratur perſona delinquentis,
quàm fauor reipublicæ, vt eſt text. in l. j. j̃. de bon.
eor. & not. omnes in l. tranſigere. C. de tranſact.
vbi in criminibus capitalibus licitum eſt tranſi-
gere, ſeu paciſci etiam in præiudicium reipubli-
cę. Videtur tñ, quòd aliquo modo vera ſit deciſio
Bar. & Bald. diſtinguendo in criminibus capita-
libus, vt in his non procedat, per tex. in d. l. j. j̃. de
bonis eorum. & in criminibus non capitalibus:

& in his vera ſit. ſicvt videmus etiam q, in crimi-
nibus non ingerentibus pœnam ſanguinis, non
eſt licita tranſactio. ratio eſt, quia in primis non
conſideratur principaliter ratio reipublicę: in ſe-
cundo caſu ſic, d.l. ita vulneratus. & hoc modo
tollitur fundamentum Aretin. ad l. ob id. vbi tex.
arguit, q, ſi lex loqueretur de domino, qui tunc
fuit, cùm damnum daretur, q, ad hæredem non
tranſiret, qui tñ fingitur eadem perſona cum de-
functo, in auht. de iureiur. à mor. præſtit. in prin. A
Reſponde, q, Iuriſconſultus illud dicit arguẽdo,
non autem determinando. ſed quia iſta ſolutio
Bart. non tollit difficultatem, niſi in vno caſu, i-
deo diſcedo ab illa. Aretin. verò in §. ſed aliter
ſoluit, quia mandãs eſt principalis cauſa delicti:
quia præſumitur, q, mandatarius aliàs non fuiſ-
ſet facturus, l. j. in fin. C. de rap. vir. Bal. in l. j. C. de
ſer. fug. & eſt tex. in l. iij. de noxalib. l. in hoc iudi
cio. s̃. de ſeruo corrupt. ne ergo qui eſt principa-
lis in faciendo, minùs ſit punitus, quàm manda- B
tarius, diſpoſtio de eo loquens, extenditur ad il-
lum ratione evitandi abſurdi, l. ſufficit. §. aliud. s̃.
de excuſ. tut. Iſtam ſolutionem reprobãt Repet.
quia ceſſat, vbi mandatarius ipſe non puniretur,
velvti in caſu d. §. ſi procurator. & d. l. diuus. in
princ. j̃. de falſi Sed reſponde, q, imò illa iura fa-
ciant pro Aret. nam ibi plus punitur mandans,
quàm faciens. Et ſi dicas, ceſſat abſurdum, quòd
41 † plus puniatur faciens, quàm mandans: reſpõd.
q, oriretur aliud abſurdum, q, delicta remanerent C
impunita. Et ſi dicas, cur non punitur faciens? i-
tem, cur non punitur mandans extraordinariè?
reſponde ad primum, eum nõ deliquiſſe, ex quo
erat in bona fide, & res de ſe erat tacita: & ita re-
ſpond. gl. in d. §. ſi procurator. in princ. Ad ſecun-
dum reſpondeo, q, ideo non punitur extraordi-
nariè, quia in eo poteſt habere locum remedium
ordinarium: quo caſu non datur extraordina-
rium, l. quædam. s̃. de eden. latè Bar. & Mod. in l.
in provinciali. §. ſi verò in loco. j̃. de oper. noui
nunt. Sed contra iſtam rationem facit gloſ. in c. j. D
extrà, de offic. deleg. Mod. tamen Rep. ſoluit ali-
42 ter: q, † in maleficiis conſideratur animus, & ani-
mus eſt principium delicti: Bald. in l. data opera.
verſic. & idem in eo, qui facit inſtrumenta. C. qui
accuſ. non poſſ. mandatarius igitur dicitur verè
feciſſe reſpectu animi, mandans reſpectu animi
& executionis. quia ergo talis fictio principium
habet veritatis, ideo lex puniens facientem, ex-
tenditur ad mandantẽ: quia in totum fictum non E
videtur, quod primordio veritatis iuuetur, l. cùm
filius. §. hæres. j̃. de leg. ij. Ego alio modo ſoluã,
& dico, q, mandatarius minus peccat, quàm mã-
dans. quia mandans delinquit & reſpectu ſui, &
reſpectu mãdatarij, d. l. in hoc iudicio. ibi. iuſtius
eſt eum teneri. & eſt gl. not. in l. athletas. §. Pom-
ponius. s̃. de his, qui not. infam. item gl. in §. eos
autem. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. & in
terminis noſtris ita tenet Alber. in d. quæſt. xliiij.
in iij. parte ſtat. Dico ergo, q, hæc regula fallit, v- F
bi eſt maioritas rationis in caſu ficto, quàm in ca-
ſu vero. nam mandans eſt ſimilis facienti, d. §. de-
iecisse. ſed ſtatuta extenduntur ad maiorẽ caſum
ſimilem, vt dicit Aret. in l. tranſigere. C. de tranſ-
act. allegat Bald. in l. omnes populi. s̃. de iuſt. &
iur. vbi dicit, q, ſi ſtatutum prohibeat furtum. vi-
detur etiam prohibere rapinam. nam raptor eſt
improbior fure, l. ſi te expilaſſe. ff. de his, qui not.
infam. & tamẽ raptor eſt impropriè fur, Inſtit. vi
bon. rapt. in princ. & in §. quadruplum. Et ex his
patet etiam, q, diſpoſitio loquens in faciente, in
ſtatutis habet locum in mandante, ex quo man-
dans eſt ſimilis facienti, & plus peccat: quicquid
teneãt alij latiſsimè s̃. relati per Alber. in d. q. xl-
iiij. & conſil. lxv. in iiij. lib. in conſiliis Alex. quã
opin. indiſtinctè etiã tenet Aret. in §. ſeq. & Mod.
rep. hîc. Sed contra iſtas ſolutiones s̃. dictas op-
pon. de gl. quam totus mundus ſequitur, in l. ſub
prætextu. la j. C. de tranſacti. Solue, vt ibi dixi, te-
A nendo contra illam gl. nam ſolutio, quã dat Bar.
in l. ſi is, qui rem. §. ſi Titium. de furt. non eſt vera,
vt ibi latiùs dixi: & contra eam gl. tenet etiã De-
cius in d. l. ſi quis id, quod. Quintò oppon. de l.
j. §. fin. de calumniator. & de l. adverſus, cum gl. s̃.
de arbit. Reſpondeo, iſtam concluſionem fallere
etiam, qñ extenſione ceſſante remaneret eluſo-
ria diſpoſitio legis: ita tenet Matheſil. in trac. Ex-
tenſionum: eſt tex. in c. ſi ciuitas. de ſent. excom.
in vj. tex. in c. Rodulphus. de reſcript. & ibid. Ad-
B bas: reliqua vide hîc per Mod. repet. Et in quan-
tum poſui iſtã concluſionem, q, in odioſis nõ fit
extenſio, videtur idem in fauorabilibus, per tex.
in l. ait prætor. in §. verba. s̃. de neg. geſt. Sed re-
ſponde, q, ex vi verborum caſus fictus non com-
præhenditur, ſed ex extenſione ſic, vt ibi: & ille
tex. potiùs probat noſtram opinionem. Item op-
pon. de l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetra. ſed
reſponde, q, propter illam legem opinio noſtra
probatur: qa niſi illa l. fuiſſet, intelligeretur caſus
C fictus. Ratio aũt, cur non intelligitur, eſt, quia ille
caſus, cùm deveniat à ſolius principis voluntate,
cẽſetur penè impoſsibilis, l. apud Iulianum. §. fi.
j̃. de leg. j. l. iiij. in princip. de fideicom. lib. Et ad
hanc viij. concluſ. vide quędam not. dicta hîc per
Decium. ¶ Nona concluſio: Diſpoſitio † partim IX.
odioſa, partim fauorabilis, nõ trahitur ad caſum 43
fictum. iſtud ꝓbatur ex regula, quam tradit Bart.
in l. ſi quis in graui in iij. notab. j̃. ad Sylla. & in l.
ſi vir. j̃. pro donato: & eſt text. in l. ſi quis poſthu-
mos. in fi. principij, s̃. eod. vbi dicitur, q, quotieſ-
D cunq; cõcurrunt duæ cauſæ inſeparabiles, & in-
compatientes, quarum vna prodeſt, altera nocet,
attenditur ea, quæ nocet: facit text. iuncta gl. in l.
ſed & Iulian. §. non ſolùm. ff. ad Maced. Cùm igi-
tur illud, quod nocet, dicatur odium, arg. not. per
Bald. in l. ſi quis in legatione. per illum text. s̃. de
iudic. & per tex. in l. furti. §. qui alieno. de his, qui
not. inf. debet illud attẽdi: & ſic non extendetur,
tanquam ſit materia odioſa: facit, quod not. So-
E cin. in l. ij. in iij. concluſione, in princ. j̃. de verb.
oblig. Sed qñ eſſet maior fauor, quàm odium, at-
tenditur fauor, vt per Bar. in d. l. ſi quis in graui. §.
fi. & ita ſoluitur cõtrariũ, quod adducit hîc Mod.
Rep. de not. per Bart. in l. liberorum. j̃. de verbor.
ſignific. & not. per Doct. in l. venia, C. de in ius vo
can. in quęſtione ſtatuti excludentis fœminas ab
inteſtato ſtantibus maſculis: item not. per Bar-
tol. in l. j. j̃. de ſuis, & legit. & ratio huius regulæ
poteſt eſſe, quia grauius eſt ab ſe abdicare, quàm
F non acquirere, l. qui aũt. in. princ. j̃. de his, quæ in
fraud. cred. cũ ſimilibus ibi alleg. per gl. Sed qd
in diſpoſitione nec odioſa, nec fauorabili? dic, q,
extẽditur, per tex. in l. atqui natura. §. fi. cũ l. ſeq.
s̃. de neg. geſt. & hoc tenet Alexã. & Imol. in d. §.
lex Falcidia. quicquid dicant hîc, & in §. ſequen.
ſed vide hîc Repet. ¶ Decima concluſio: Ex- X.
tenſio † paſsiua non eſt permiſſa. & hoc tenet A- 44
retin. in §. ſequen. per text. in l. j. §. lex Falcidia. &
per l. filiusfamiliâs eod. titul. Et quòd non de-
tur extenſio paſsiua, tenet Ioan. de Ana. in cõſil.
xxvij.



xxvij. mouetur, nam fiſcus & eccleſia parifican-
tur, l. fi. C. de ſacroſ. eccleſ. ea tamen correctio fa-
cta de eccleſia, non extenditur ad fiſcum. Pro re-
ſolutione dic, quòd aut lex loquitur per verbum
paſsiuum, & tunc non fit extenſio, ſi mediãte tali
verbo ipſa extenderetur, velvt in l. vnica, C. de
cõfeſ. Non enim extenditur ad fictò condemna-
tum, quidquid dicat Repet. hîc. Ratio eſt, qa hoc
modo ad caſum fictum ſemper fieret extenſio: qa
ceſſante actiua extenſione, ſemper haberet locũ A
paſsiua: & ſic lex eſſet impoſita verbis. Et pro hac
declaratione faciũt not. per Imol. in d. §. lex Fal-
cidia. qui etiam ipſe tenet cõtrarium in hoc. Aut
lex loquitur, ſeu actiuè, ſeu paſsiuè, non curo. ſed
quærimus, vtrùm aliæ ll. extendantur ad illam.
quod fit, quando lex antiqua æquiparat illos ca-
ſus in eadem materia. nam lex noua ſuperveniẽs
in illa materia loquens in vno, extenditur in alio
45 in fauorabilibus, quæ † extenſio dicitur paſsiua.
nam nos eam non extendimus, ſed lex vetus. ita B
videtur fuiſſe de mente Pauli de Caſt. in d. l. ſi qs
ſeruo perſuaſerit. Et in hoc diſtingue: aut in fa-
uorabilibus, & extenditur, d. §. lex Falcidia. faci-
unt no. per Bart. & Soci. in l. ij. j̃. de leg. j. idem te-
net Paul. de Caſtr. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C.
de furt dum dicit illam regulam procedere, quã-
do agitur de fauore publico: aut in odioſis, & tũc
ſecus. ita procedunt not. per Bart. & Doct. in l. ſi
quis maior. C. de tranſact. Idem in correctoriis &
ſimilibus, ſecundum quæ s̃. dixi: & dicunt Doct. C
in l. ſi cõſtante. in ix. quæſt. j. partis, s̃. ſol. matr. &
Socin. in d. l. ij. Tenendo tamen iſtam concluſio-
nem limita tribus modis: primo, quando per ta-
lem extenſionem venitur contra ius ſcriptum, vt
per Bart. in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Secundo,
vt non procedat in correctoriis, vt per Ana. in d.
conſil. xxvij. qui fortiùs dicit, nulla iura aliquid
probare de extenſione paſsiua: & hanc limit. ſe-
quitur Aretin. in l. ex duobus. la j. in fi. apparatus,
ff. de duob. reis. Tertio, quãdo eſſet diuerſa ratio
in vno, & in alio, vt eſt gl. in §. omnẽ. in verb. cau-
tionẽ. in auth. de litigioſ. Limitantur s̃. dicta tri-
bus modis: primo, qñ iſte caſus fictus eſſet fictus
ſolùm ſpe & nomine, nõ re: qa tunc ad eũ nõ ex-
tenditur verus, vt patet ex l. in ſuis. s̃. eod. iunctis
his, quæ ſcribit Bart. in l. ſciendum. in fine princ.
46 s̃. de his, qui ſat. cog. Secundo fallit, vbi lex tra-
dit formam: quia † forma non poteſt adimpleri
per æquipollens, Doct. in l. j. s̃. eod. Tertio limi-
tatur, niſi in caſu vero eſſet appoſitum aliquod
verbum denotans perſonalitatem? gl. in clem. j.
in verb. publicè. de vita & hon. cleric. facit, quod
not. Bar. in l. iubemus. C. de erog. mil ann. lib. iij.
Sed in contrarium facit l. diuus. in princ. in ver-
bo, ſuis manibus. j̃. de falſis, ſolue, vt hîc per Re-
petentem. Quid autem in ſtatutis, in priuilegiis,
in beneficiis, vide hîc remiſsiones per Alexãd. &
47 Decium. Illud ſimpliciter not. q, † ſtatuta, ſi ſunt
fauorabilia, extenduntur, vt dixi s̃. ead. l. in prin-
cip. ¶ In glo. *ſed fortè Galli*, etc. Et ſic nota ex hac
gloſſ. q, proviſio facta in vno caſu, extenditur ad
alium ex idẽtitate rationis in materia correcto-
ria, declarando, vt hîc per Alexand. Sed iſtud no-
tabile ego non puto verum in terminis noſtris:
quia iſta l. eſt potiùs limitatoria, vt etiam dixi in
præced. §. in princip. vide, quæ ibi dixi, & Repet.
hîc. ¶ In gl. *ſecùs per prætorem*. Ex hac glo. colli-
48 gunt Bar. & alij, q, † quando ſubſtitutio fit in ſui-
tate, tollitur per emancipationem: ſecùs, ſi in hę-
reditate. Sed contra hoc oppon. de not. in l. ſi fi-
lius, qui patri. j̃. de vulg. & pup. & in l. ſi filius hę- Gallus. §. Et quid ſi tantùm. L. 29.
res. s̃. eod. vbi per dationẽ ſubſtituti tollitur ſui-
tas. Bart. hîc reſpon. quòd non tollitur, niſi filius
velit: & hanc ſolutionem ſecutus ſum in præced.
§. Rep. tamen reprobat: quia cùm dare ſubſtitu-
tũ ſit perinde, ac ſi dixiſſet lex, ſi voluerit, hæres
eſto, l. iã dubitari. j̃. de hæred. inſtit. debet à prin-
cipio ſublata eſſe ſuitas. Teneo opin. Bar. qa ſui-
tas non tollitur, niſi qñ agitur de fauore pupilli,
A non de damno, d. l. ſi filius, qui patri. ergo nõ de-
bet tolli eo inuito. Secundò impugnat, quia fal-
ſum eſt, quòd in terminis noſtri §. dicatur ſubla-
ta filio volente, id eſt repudiante, ſecũdum not.
per gloſ. & alios in l. ſi mater. §. fin. j̃. de vugl. nam
per repudiationem non tollitur ſuitas, l. ij. §. ſed
ſint ſui. j̃. ad Tertyl. Sed reſponde, quòd non di-
citur ſublata hoc caſu propter eius voluntatem,
ſed propter emancipationem. nam ſuitas opera-
tur in eorum fauorem etiam inuitorum: ſed non
B tollitur, niſi ipſi velint. Secundò reſpondet Bart.
q, † ſuitas non tollitur, quia ſubſtitutio vulgaris 49
fuit facta, niſi in caſu impotentiæ. & talis ſubſti-
tutio, quando fit ex neceſsitate, non extenditur
ad caſum voluntatis, quod eſt ſpeciale in hoc ca-
ſu, vt per Bart. in l. j. j̃. de vulg. & pupil. & Alex. in
d. l. ſi filius, qui patri. in verſic. ſecũdò, niſi dat, etc.
Pręterea dato, q, extẽderetur, tñ per hoc non tol-
leretur, ex quo caſus voluntatis tacitè ineſſet, &
per tacitam ſubſtitutionem nõ tollatur ſuitas, l.
C Iulianus. j̃. de acquir. hæred. not. Alexand. in lo-
co s̃. alleg. & ſic debet intelligi Bar. quia aliàs ma
lè loqueretur, & eſſet ſibi ipſi contrarius. & ita e-
tiam dicunt Mod. hîc. Sed videtur, quòd imò iſte
nepos non ſit ſubſtitutus in ſuitate: primò per
text. j̃. ea. l. §. fin. vbi eſt text. clarus, quòd nepos
emancipatus ſuccedit facto teſtamẽto, ſecũdum
formam Galli. Alexan. poſt Paulũ ibi ſoluit plu-
ribus modis: ſed quia eas in ſpecie reprobat hîc
Repetẽs, tu dic, quòd inſtituitur niſi filius in ſui-
D tate, nepos verò & alij vlteriores non. q, ſi mor-
tuus ſit filius, & teſtator dicat, ſi nepos me viuo,
etc. tunc qui ꝓnepos, etc. nepos erit inſtitutus in
ſuitate, pronepos non. & ſic ille, qui erit poſitus
in conditione, erit inſtitutus in ſuitate: ille ve-
rò, qui erit poſitus in diſpoſitione, non. cogi-
ta. quia aliquid dicemus j̃. in d. §. fin. Secundò
oppon. de l. ſi mater. §. fin. j̃. de vulg. vbi † ſi ne- 50
poti ſubſtituto ſecundum hanc formam Galli
detur ſubſtitutus vulgariter, tamẽ nepos admit-
E titur: & tamen ſubſtitutio vulgaris tollit ſuita-
tem, vt not. in d. l. ſi filius hæres. s̃. eo. Reſponde,
quòd imò iſte nepos non eſt ſubſtitutus in ſuita-
te, ſecundum ea, quæ s̃. dixi. Tertiò facit funda-
mentum, quod feci etiam in præced. §. nam hæc
lex habet locum, etiam ſi detur cohæres filio, ſe-
cundum omnes in princip. l. & in §. in omnibus.
j̃. ead. Bald. & Paul. in §. j. s̃. ead. l. & tamẽ per da-
tionem cohæredis tollitur ſuitas, vt not. in d. l.
ſi filius, qui patri. Mod. & Raphael hîc dicunt, i-
F ſtud verum eſſe in his, quę depẽdent ex teſtamẽ-
to, non in his, quæ extrinſecus veniunt, putà vt
præteritione rumpatur: allegat Bar. vbi etiam A-
retin. in repet. l. fratris. in ij. not. C. de iure delib.
Secundò reſponde, dum dicitur in caſu huius le-
gis, ſubſtitutionem eſſe factam in ſuitate, debet
intelligi, id eſt in tenendo primũ locũ ſuitatis, vt
declarat Bartol. hîc: quem primũ locũ quis quã-
vis habeat cohæredem, tenere non deſinit, etiam
ſi ſuus eſſe deſinat, adeò quòd impedit ſequen-
tem, putà nepotẽ rumpere præteritione, l. ſi quis
poſt-

poſthumos.§.ſi filium.ſ.eod. & l.ſi quis filio ex-
hæredato.in princ.j. tit. proximo. Prior ſolutio
eſt verior. nam ſecundum hãc in ſuitate non ſuc-
cedit,& ſic per emancipationem filij nepos non
veniet,quod eſt cõtra iſtum tex. Poſſet etiam ſu-
ſtineri,quòd iſtud non procederet,dato cohære-
de:dicemus aliquid in §.in omnibus.j.eo.& hæc
procedunt ſequendo alios. Ego ſum in noua o-
pin.ſcilicet q, imò iſte filius, nepos,pronepos,&
huiuſmodi ſecundum conſilium Galli inſtituti A
ſint in hæreditate,non aũt in ſuitate ſolùm:quia
non videtur, quòd quis poſsit inſtitui in ſuitate,
51 quin inſtituatur in hæreditate.Item† dato quòd
eſſet inſtitutus in ſuitate, videtur, q, dicatur etiã
inſtitutus in hæreditate ex tacita mente defun-
cti,arg.l.iij.j.de teſta.mil.Ad id,quod dicitur hîc
de emancipatione,reſpondetur tenendo intelle-
ctum, quem dedi in d.§.idem credendum.verſic.
ita ſanè.& intellectum Pyllæi hîc:in dicto verſic.
enim pater inſtituerat filium & pronepotem eo B
caſu, quo nepos præmoreretur filio: dicit text.
q, ſi non præmoritur nepos, cenſetur præteritus
pronepos:deinde in hoc §.quæritur,quid ſi inſti-
tutus ſit ſolùm filius & pronepos,nulla facta mẽ-
tione de nepote, & nepos moriatur ante filium,
vel deportetur?& dicit idem eſſe. Quid modò,ſi
tempore, quo pater teſtamentum fecit,& inſti-
tuit filium & pronepotem, nepos fuiſſet emãci-
patus, vtrùm teſtamentum rumpatur?& dicit,q,
non.nam emancipati non rumpunt de iure ciui- C
li. non autem dicit iſte text. quòd ſi eſſet inſtitu-
tus, q, per emancipationem excluderetur: & hũc
intellectum puto veriſsimum, qui ad hæc vſque
tẽpora non eſt intellectus. Et per hoc dico,quod
ſi pater inſtituar filium ſub conditione, ſi volue-
rit,& illi nepotem ſubſtituat, repudiãte filio ne-
pos abmittatur. quamvis contrarium teneat Re
pet.Remanet etiam alia difficultas,quam mouẽt
Raph.& Alexand.hîc.nam ſi vocatur filius emã-
cipatus per prætorem ad bonorum poſſeſsionẽ D
contratabulas, eluſoria erit ſuppletio Scęuolę in
hoc caſu volentis, emancipatum ex ſententia le-
gis Velleię inſtitui debere, ne teſtamentum rum-
patur.nam filius,ſi admittetur nepos ex ſubſtitu-
tione,reperietur præteritus,& rumpet per con-
52 tratabulas.Ad† iſtud contrariũ reſpondet Raph.
verum eſſe,quòd filius poterit cõtratabulare:ſed
tamen hęc diſpoſitio erit vtilis nepoti,quia filius
excludetur per annum, l.j.§. largius.j. de ſucceſ.
edict. Tu dic, quòd excludetur per duos annos, E
primò à capite Vnde liberi,ſecundò à capite Vn-
de legitimi,ſecundum ea,quæ declarat Alexand.
in l. quandiu. la j. de acquir.hæred. vtcunque eſt
aliqua vtilitas. Poteſt etiam eſſe alia vtilitas,quia
ſi filius non contratabularet,teſtamentum tene-
ret:& ſic ſuccederet nepos, ſecundum l.filio præ-
terito.j.tit. proximo,& l.iij.§. inuito.j.de bonor.
poſſeſſ.tit.generali. Item eſſet alia vtilitas,quia
etiam quòd filius intra annum avocet hæredita-
tem,avocabit niſi dimidiam,per tit.j.de cõiung. F
cum emanc. lib. Paul. de Caſt. dicit quòd con-
current nepos & filius, non per titul.j. de con-
iung.cum emancip.lib. ſed per l.ſi paterfamili-
âs. j. de hæred. inſt.Do.Alexan.& Mod. tenent
contra iſtud vltimum: mouentur per text.in l.
cùm in teſtamento.j.de hæred.inſt. vbi dicitur,
nullo caſu admitti filium cum nepote.Sed diſpu-
tãdo ſi quis vellet ſuſtinere opin.Paul.poſſet re-
ſpondere,illud verum eſſe generaliter: ſed quan-
do eſſet emancipatus, eſſet ſecùs.Non obſtat di-
ctio Nullo, quia non excludit caſus raros:gl.in l.
& non tantùm.§. quòd ſi pro emptore.ſ.de per.
hæred.facit l.de ætate.§. nihil.ſ.de interrog.act.
& not.in l.ita nobis pudor.C.ad leg.Iul.de adul.
Non enim eſt veriſimile,Iuriſconſultum cogitaſ-
ſe hunc caſum emancipationis, ex quo eſt rarus,
nec præſumendus, vt dicit Decius hîc, & dixi in
prin.huius gl. Secundò mouentur Alex.& Mod.
qa † cùm iſte caſus emãcipationis ſit vniformiter 53
A poſitus cum caſu mortis & deportationis, debet
vniformiter determinari: & ſicvt in caſu mortis
nõ admittitur iſte concurſus,nec caſu emãcipa-
tionis.Et iſtud fundamentũ tẽdit etiã cõtra opi.
Raph.ſuprà dictam:quam tamen ſequitur hîc A-
lex.Sed poteſt reſpõderi, quòd regula l. iam hoc
iure.j.de vulg.& pup.fallit,quãdo talis determi-
natio non poteſt cõmodè trahi ad ſimilem, & ſic
ad aliam:iſtud probatur ex not.per Doct.in l.vbi
pactum.C. de tranſact. vbi ponitur ſimul tranſa-
B ctio & pactum, deinde ſubiicitur reſtitutio da-
torum:& tamen dictio Pactum,non poteſt refer-
ri æqualiter ad reſtitutionem datorum:& Raph.
ibi,Paul.de Caſtr.Alex. & Ferr.dicũt quòd illud
pactum debet referri ad id,quod poteſt,quamvis
pariter non determinetur. & ſic nota hanc fallẽ-
tiam, quia nemo eam ponit in d.l.iam hoc iure.
& in l.quamvis.C. de impub. & aliis ſubſt.Potes
etiam aliter,& ſecũdò, reſpõdere,quòd d.regula
procedit in diſpoſitione hominis:ſed in diſpoſi-
C tione legis ſecus eſt,quãdo in vno non eſſet tan-
ta ratio,ſicvt in alio,ſecundum Imo.in l.Caius.ſ.
ſol. mat. quæ limitatio vera eſt, quidquid dicat
Aret.in d.l. iam hoc iure. & in §. quidam rectè.ſ.
ea.l.& ad eius fundamentum in ſpecie reſpon-
det. faciunt,quæ no. Benedictus de Plumb. in l.
ſi ita ſcriptũ.de manumiſ.teſt.& in l. ſi ſeruus li-
ber eſſe.j.de ſtatulib.vbi dicit,hanc regulam non
procedere,quando eſt maior fauor in vno, quàm
in alio.Potes, & tertiò, reſpõdere,q, procedit in
D diſpoſitione voluntaria, non in neceſſaria. quo
caſu nos loquimur. & hanc limitationem tenet
Alex.in d.§.quidam. Iſta tamen opin. Paul.mihi
non placet,quia eſſet multiplicare inconvenien-
tia,cùm illa lex ſecundum omnes, ſit ſpecialis. I-
tem non placet, quia ſecundum hanc opin. fatẽ-
tur filium admitti:quod eſt cõtra mentem iſtius
legis. nam,ſecundũ intellectum,quem ſuprà de-
di, iſte nepos inſtitutus non erat, & ideo debet
ceſſare d.l.ſi paterfamiliâs. Puto igitur,quòd o-
E pin.Raph.ſit verior,declarando,vt j. dicam.Ter-
tio modo reſpondet Soci.in rep.l.j.in viij.quæſt.
primi effectus poſt Aret. hic. nã cùm ſubſtitutio
ſit facta in ſuitate,cenſetur nepos vocatus ad le-
gitimam tantùm,quia cauſa inſtitutionis & ſub-
ſtitutionis limitat eius portionem,arg.l.cùm pa-
ter.§. dulciſsimis.j. de leg.ij. Mod.Rep.hanc re-
probat per reg.d.l.iam hoc iure.ſed malè, vt pla-
cet ex ſuprà dictis.Quare tu reproba aliter,quòd
ratio ideo ibi reſtringit dictũ,quia verba hoc pa-
F tiebantur.Sed in noſtro caſu verba iſtud non pa-
tiuntur: imò potiùs ſunt in oppoſitum,quia ne-
pos hæres eſt vniuerſaliter Inſtitutus: nepos,di-
co,loquendo ſecundum communem intellectũ,
quia ſecundum meum eſt pronepos.vnde quan-
do verba non patiũtur,ceſſat illa reg.arg. l.codi-
cillis.§.fi.j.de leg.ij. & eorum,quæ not.Alex.in l.
centurio.j.de vulg.& pup. Item contra Aret.eſt
text.in d.l.cùm in teſtamento niſi reſpondeas.vt
ſ.dixi: quæ tamen ſolutio quamvis diſputando
poſſet teneri,non videtur tamen de mente iuris.
Quar-



Quarto modo Socin. in d. l.j.in d. quæſt. viij.in
verſi.iij.quando filius,&c.ſcilicet q, quãdo filius
inſtitutus eſt in primo gradu, & nepos, ſi filius
decidat à primo gradu ex culpa ſua, non poteſt
poſtea contratabulare, ſecũdum l.poſthumus.§.
quod vulgo.ſ.eo. per emãcipationem autem ex-
cluditur facto ſuo, quia inuitus emancipari non
poteſt,l.iubemus.C.de emãcip.ergo, &c. Sed ad
hoc reſpõde primò,q, ille §.loquitur in eo, qui ſe
A excluſit ab omni iure,tam ciuili, quàm prætorio:
& ideo non poteſt poſtea cõtratabulare.Sed nos
loquimur in eo,qui excluſus eſt niſi ciuiliter. nã
repudiatione vnius iuris non cenſetur repudia-
tum aliud:Bar.& omnes in l.nec is.§.hæres inſti-
tutus. j. de acquir. hæred. Bart.in l.j.j.de vulg.&
pup. Vel ſecundò dic, quòd ille text. loquitur,
quando quis eſt excluſus à primo gradu ex facto
ſuo,eo tempore,quo illi hæreditas eſt delata: ſed
quando hæreditas non eſt delata,& ſic viuo te-
B ſtatore, provt loquimur nos, quis excluditur,nõ
videtur, quòd illa excluſio teneat,propter regu-
lam,q, qui adire non poteſt,idem repudiare non
poteſt,l.is poteſt.j.de acq.hæred.& ſic nec tacitè
poteſt,l.is,qui hæres.§. neq; filius. cum his, quæ
ibi not. Bar.j. de acq.hæred.Item illa regula fal-
lit,quando quis eſſet excluſus à primo gradu ex
facto ſuo, quod feciſſet cauſa evitandi alicuius
incõmodi,l.Papinianus.§.quarta.ſ.de inoff. teſt.
durum enim eſt patri nõ obedire, arg. §. ſed qđ
C ſancitum eſt. in authen. de nupt.§.hæc autem.in
auth.vt cùm de appel.cog. Quinto modo Mod.
Rep. ſoluit, q, filius in noſtro caſu inſtitutus erat
ſub conditione, ſi ſuus permanſerit. quæ cõditio
eſt poteſtatiua, & ideo in filio admittitur,vt not.
in l.ſuus quoque.j.de hæred.inſtit.& in l.fin.j.de
cond.inſt.Vnde ſi permittat ſe emãcipari,ſibi im-
putet,cùm cogi nõ poſsit, propter d.l.iubemus.
Iſta ſolutio eſt quaſi eadem cum ſolutione Soci-
ni, quam non puto veram, nam quamvis condi-
D tio poteſtatiua admittať in inſtitutione filij, eſt
verum,niſi ſit difficilis,vel quæ poſsit præiudica
re filio. Quid enim, ſi filij intereſſet emancipari,
ſecundum l. ſi mulier.j. ad Trebel.Item emanci-
patio eſt honor,§.hoc quoq;.Inſtit.per quas per-
ſo.nob.acquir.Sed ab honore quis difficulter ab-
ſtinet,arg.l.vnicæ,j.ad l.Iul.de amb. facit,qa ho-
nor eſt præferendus cuilibet cõmodo pecunia-
rio,l.repræhẽdenda.C.de inſtit.& ſubſt.ſed quis
difficilè abſtinet à lucro:ergo etiam ab honore,l.
E vnica,C.negot.ne milit.lib.xij.Item verba hîc a-
liter non dicunt, quòd filius ſit inſtitutus in ſui-
tate:ergo per ſubauditos intellectus nõ videtur,
q, filius debeat excludi ab hæreditate paterna,
arg.l.j.§.largiùs.j.de ſucceſſ.edict.Item cùm ver-
ba iſtud non ſonent, ſi pater eum emancipet,vi-
detur remiſiſſe illam cõditionem,arg.l. filio, quẽ
pater.ſ.eo.cùm non ſit veriſimile, patrẽ velle ex-
cludere filium à ſua hæreditate,l. in ſuis.ſ.eo.Itẽ
quia voluntates ſunt interpretandæ, ne filij ex-
F cludantur,l.cùm ratio.j.de bo.dam.Item iſta cõ-
ditio non eſt merè poteſtatiua filij, ſed etiam pa-
54 tris, cùm † pater non poſsit cogi emancipare fi-
lium, §. fin. Inſtit.quib.mod.ius pat.pot.ſol.& i-
deo neq; iſta ſolutio mihi placet. Quare idem
Rep.ſexto modo ſoluit,diſtinguendo, quòd aut
filius excluditur ex facto teſtatoris & legis:& tũc
non poteſt contratabulare,vt hîc: aut ex facto te-
ſtatoris ſolùm,& tũc poteſt,toto tit.j.de bo.poſſ.
contra tab. ſed iſta ſolutio nil valet,quia nego,q,
ex facto legis in caſu noſtro hîc excludatur.facit
enim aſſumptum de eo,ſuper quo contendimus. L.[illegible]. Gallus. §.Et quid ſi tantùm.
Septimo modo ego ſoluo, & dico,q, iſta lex non
conſiderauit ius prætorium, ſed ſolum ciuile.
tempore enim Galli nõdum invenra erat diſpo-
ſitio tituli de contratabulas. Et q, iſta l.non pro-
cedat de iure prætorio,tenet Imo.j.ea.§.in omni
bus.& dixi in præced.§.facit in arg.l.j.§.hæc au-
tem.j.de bon.poſſ.contra tab. Octauò fatere con
trarium,ſed dic,q, in caſu huius §.ideo nepos nõ
A cõtratabulat, quia moritur ante annum.nam hic
§. loquitur in his terminis, & refert ſe ad §.præ-
cedentem,in quo moritur ante filium. & hæc eſt
veritas, propter verbum Vt oſtendimus, & hanc
opin.tenet Cato Sacchus j.eo.l. fi. ¶ In eadem i-
bi,*nec obſtat*.Tenet ergo gloſ.q, † hodie ſit ſublata 55
differentia emancipationis & patriæ poteſtatis
ab inteſtato.& hanc glo.omnes ſequuntur. Mihi
nunquam placuit correctio legũ.quare teneo nil
hodie immutatũ eſſe l. Et primò non obſtat tex.
B in §.nullã. in auth. de hæred.ab inteſt.venien.qa
(vt patet ex præfatione illius auth.) propoſitum
principale illius legis fuit tollere differẽtiam in-
ter agnationem & cognationẽ. Vnde dum dicit,
nullam eſſe differentiam inter emancipatos & a-
lios, intelligitur effectu:& ſic, q, ita admittuntur
ſui ex iure ciuili,ſicvt emancipati de iure præto-
rio:& ita etiam reſpondet gl.in authen.ex cauſa.
in verb.irritũ.C.de lib.præter.ille enim tex.pro-
cedit referendo iura,non aũt ibi diſponendo. Et
C hoc modo reſpondetur ad l. meminimus.C.de
ſuis & leg.& ad d.authen.de hæredib.in fi.princ.
dum dicit,nullam eſſe differentiam, &c. Iſta ſo-
lutio optimè probatur in §.repetitis.Inſtit.de ſer
uili cog.vbi text.Similiter dicit,primam cauſam
ſucceſsionis eſſe deſcendentiũ: & ſubdit, q, non
intereſt,an ſint in poteſtate,vel ſui iuris?& an ex
maſculis nati,vel fœminis?& tñ certum eſt,ſecun
dum omnes,q, ille text.non vocat illos de nouo,
ſed refert, provt vocati fuerunt à iure ciuili,vel à
D iure prætorio,ſicvt ſunt emancipati:& hoc tenet
etiam Rep.hîc.Cõfirmatur etiam iſta ſolutio: nã
videmus,q, l.cùm in antiquiorib. C. de iure de-
lib.datur beneficium abſtinendi ſuis per annum:
& tñ conſtat,q, beneficium abſtinendi eſt de iure
prætorio,§.ſed his permittit.Inſtitut. de hæred.
qual.& diff. Sed ad illam legem reſpondetur,q,
procedit referẽdo priora iura,non autem de no-
uo diſponendo.per Alex.& Aret.in l.neceſſariis.
j.de acquir.hęred. & facit tex.in l.j.§.vocantur.j.
E de contra tab.per quem placet etiam reſpõſio ad
d.l.meminimus.C.de legit.hæred. & per hoc ſe-
quitur,q, hodie non ſit correctus titulus de con-
iungendis cũ emancipato liberis. ¶ Tenẽdo† tñ 56
cõmunem Bal.hîc ex hac gl.not. q, ſi filius eman
cipatus ſit præteritus,& nepos inſtitutus,talis fi-
lius non dicit teſtamentum nullũ, ſed ſolùm con
tratabulabit.Ipſe tamen ſequitur aliam glo.in §.
exhęredatos.in authẽ. de hæred.& Fal. vt diſtin-
guatur:aut eſt præteritus emancipatus ſine cau-
F ſa,& dicet nullum,§.aliud quoq;.in auth.vt cùm
de app. cog. aut cum cauſa: & tunc ſecùs. opin.
Bald.ſequitur do. Chriſtoph. de Caſtil.in l.fin.j.
eo. & adducit bonũ ſimile.nam ſi mater præte-
rit filium ſine cauſa, teſtamentum eſt nullum:ſi
cum cauſa, ſecùs, vt not. in authen. ex cauſa.C.
de lib. præter. & tamen hîc ceſſat ſuitas, cùm fi-
lius non ſit in poteſtate matris, §.fœminæ.Inſtit.
de adopt.Cato hîc dicit,quòd etiam ſi nunquam
emanaſſet d. §. aliud quoq;. tamen filius in totũ
ſuccedat. Primò, quia ſi nullum teſtamentum
eſſet

eſſet factum, filius in totum ſuccederet: ergo ſi ſit
factum, ſed ſit præteritus, l. j. §. vocantur. ĩ. de cõ-
tra tab. Sed reſponde, ꝙ hoc eſt verum, ſi ſit præ-
teritus ſine cauſa: & ſic habet locum d. §. Secũdò,
quia, ſecundum hos Doct. ſi iſte filius eſſet exhæ
redatus, totũ cõſequeretur: ergo idem, ſi ſit præ-
teritus, ne incidamus in vitium, de quo in l. ſi. C.
de lib. præter. Sed ad hoc eodem modo reſpon.
ꝙ aſſumptũ procedit, ſi ſit exhæredatus ſine cau-
ſa: & ſic tenet Bal. & Chriſtoph. ꝙ etiam facto te- A
ſtamento ſit ſublata differentia emancipationis
& patriæ poteſtatis: dũ dicũt, ꝙ requiritur cauſæ
expreſsio in emancipato, ſicvt in ſuo: & hanc o-
pin. tenent etiam alij relati per Alex. in ſi. ĩ. eod.
Communis tamen eſt cum iſta gl. & eam tenere
videtur Bar. hîc, dum dicit, ꝙ eo caſu, quo eman-
cipatus poteſt rumpere, rumpit eo modo, quo e-
tiam olim: quæ concluſio tantò magis procedit,
tenẽdo, ꝙ hodie non ſit ſublata differentia emã-
cipationis & patriæ poteſtatis: quam etiã tenet B
Rep. hîc. Dubitat tamen Cato, an ſi filius contra-
tabulet, vtrùm debeat reſeruari poſtea hæreditas
nepoti, per titulũ de leg. præſt. & tenet, quòd ſic,
per text. in l. filium. §. ſed ſi portio. ĩ. de leg. præſt.
Item quia non reperitur, quòd ille titulus ſit cor-
rectus: ergo, &c. l. præcipimus. C. de appel. Pro
quo facit, quia non ſolùm ille titulus non eſt cor
rectus, ſed etiam ampliatus, quia ſicut propter il-
lum non conſeruabantur legata, niſi quibuſdam
perſonis, hodie conſeruantur omnibus, per text. C
in authen. ex cauſa. C. de lib. præter. & ibi Bar. in
ſpecie, dum refert tertiũ fundameutũ Plac. & in
l. filio præterito. ĩ. tit. proximo. ¶ Secũdò infer-
tur iſta gl. per Bar. Bal. & alios ad quæſtionẽ: Te-
ſtator inſtituit filium emancipatum, & præterit
nepotem in poteſtate retentũ, vtrùm nepos poſ-
ſit dicere teſtamẽtum nullum? & Bart. hîc & alij,
tenent, ꝙ non. mouẽtur: quia nepoti nil debetur
ab inteſtato. ergo non poteſt dicere nullum, quia
ſibi nulla fit iniuria. Tenendo ſuprà dictam opin.
clarum eſt, ꝙ Bar. malè loquitur. ſed etiam tenen
do communem, quòd ſit differẽtia ſublata, vide- D
57 tur, quòd poſsit ſuſtineri hæc opin. quòd † nepos
dicat nullũ. nam non poteſt negari, quin iſte ne-
pos etiam de iure Authenticorum ſit ſuus. Si er-
go eſt ſuus, ſequitur, quòd debeatur illi hæredi-
tas. nam valet argumentum, eſt ſuus, ergo hæres,
l. neceſſariis. ĩ. de acquir. hęred. l. in ſuis. s̃. eo. Di-
co ergo, ꝙ nepos dicet nullum: quo caſu ſuccedet
in dimidium, & emãcipatus in aliud dimidium.
nam data opin. Bart. pro vera, ſequeretur abſur-
dum, ꝙ poſſet quis ſuus in totum ſpoliari. nam ſi E
ſuccederet filius emãcipatus patri, & nepos non
poſſet, iſte nepos, mortuò poſtea filio emancipa-
to, non poſſet neq; ſuccedere illi, quia non eſt in
eius poteſtate, l. nepotes. s̃. de his, qui ſunt ſui, vel
alie. iur. & ſic ſpoliaretur omnib. bonis ſine cau-
ſa: quod eſt contra §. aliud quoq;. in auth. vt cùm
de app. Nec eſt dicendum, quòd ſuccedat filio, qa
iura dicunt, emancipatũ ſuccedere ad inſtar ſuo-
rum. Sed quòd ſuus ſuccedat emancipato, iſtud
non legi. iſte enim nepos non eſt ſuus, nec eman- F
cipatus: ergo non ſuccederet: facit l. ſi ex duobus.
in ſi. ff. de cõtra tab. Et ſuprà dicta opin. probatur
in d. l. meminimus. ibi, ad ſimilitudinem ſuorũ.
& ſic vt tantũ habeat emãcipatus, quantum ſuus.
Et ſi diceres, quòd imò iſte nepos non eſt ſuus,
quia non poteſt aliquis habere filium, & ex eodẽ
nepotem ſuum, ſed deficiente filio ſic, §. ſui autẽ.
Inſtit. de hæred. qual. & differ. reſpondeo, quòd
iſtud procedit conſiderata veritate, ſed conſide-
rata fictione, eſt ſecus. nam l. meminimus. s̃. alle-
gata, fingit emãcipatos eſſe ſuos. Negatur igitur
aſſumptum Bart. dum dicit, quòd illi non ſit in-
iuria. nego, quia eſt in aliquam partem ſucceſſu-
rus ab inteſtato: & ſic reſpondetur ad alia funda
menta Bar. item ad fundamentum Chriſtoph. de
Caſtil. & Catonis in l. ſi. ĩ. eo. dum dicunt, quòd ſi
nepos dicet nullum, poterit eum filius repellere
A per exceptionem Tua non intereſt, l. non igno-
rat. C. qui accuſ. non poſ. c. veniens. lo ij. extrà, de
teſtib. c. ſuper his. de accuſ. nã imò intereſt pro-
pter ſuam partem, vt dixi: & iſtam opin. tenet e-
tiã Bal. in §. item adoptiuus. Inſtit. de hæred. quę
ab inteſt. quamuis nil probet. ¶ In quantum ta-
men Bar. dicit, quòd in modo rumpendi non eſt
ſublata differentia emancipationis & patriæ po
teſtatis, eius dicta intelligas ſecundum doctri.
gl. in §. exhæredatos. in auth. de hęred. & Fal. quã
B allegat Cato, Alex. Aret. & Socin. hîc. Ex qua col
ligitur concluſio, ꝙ filius in poteſtate præteritus
cum expreſsione cauſæ, poteſt dicere teſtamen-
tum nullum. quæ concluſio eſt cõmunis, quam-
vis Petr. & Cin. in l. iij. C. de lib. præter. & Aret.
hîc, tenent contrarium. Sed ad eorum fundamen
tum reſponde, vt hîc per Socin. Pro opin. tamen
Aret. multùm facit tex. in §. aliud quoq;. in auth.
vt cùm de app. in præmiſsis verbis. vbi expreſsè
dicitur, quòd pater non poteſt exhæredare, vel
C præterire filium, niſi cum certis cauſis. maximè
cùm æquiparet Exhæredare, vel Præterire: quo
caſu ſuccedit reg. l. iã hoc iure. ĩ. de vulg. & pupil.
& videtur, ꝙ ſit hodie eadem ratio. Sed certè ad
hoc reſpõde, vt hîc per Mod. Montifer. & Socin.
nam reddenda ſunt ſingula ſingulis. Iſtam opi-
nionem Aretini tenet etiam alius Repet. hîc, ſci-
licet Ioan. Crotus, quem hucvſque non vidi. Is
pro hac opinione adducit tale fundamentum, ſi
† teſtator dixiſſet, filius me percuſsit, vel expri- 58
mat aliam cauſam dignam exhæredatione, cen-
ſebitur filius exhæredatus abſque quòd dicat a-
D liud: iſtud ꝓbatur in l. j. §. j. ff. ad Turpil. vbi ſi iu-
dex dicat, Calumniatus es, intelligitur irrogaſſe
pœnam à lege ſtatutam calumniatori: ergo idem
in noſtro caſu, arg. de iudice ad teſtatorem, l. non
eſt mirum. ff. de pig. act. Sed ſuſtinendo commu-
nẽ, reſponde, ꝙ in d. §. j. ibi ideo illud eſt, quia iu-
dex cogitur imponere pœnam delinquẽti, l. mu-
nerum. ff. de mun. & hon. Sed teſtator non cogi-
tur exhæredare: imò poteſt remittere pœnam, vt
not. in l. filio, quem pater. s̃. eo. Bald. in procœmio
E Greg. facit §. ſi. Inſt. de iniur. igitur nõ ſunt pares
termini. Nec obſtat, ꝙ ex quo teſtator expreſsit
cauſam dignã exhæredatione, videtur eſſe de ei⁹
voluntate, ꝙ ſit exhæredatio, non præteritio, ad
hoc ne cenſeatur elegiſſe viam, &c. l. iij. ff. de teſt.
mil. quia reſponde, ꝙ ſumus in claro. nam verbũ
illud Prætereo, non ſignificat Exhæredo. vnde
habet locũ regula §. fin. in l. codicillis. ff. de leg. ij.
nam expreſſa nocent, &c. l. expreſſa. ff. de reg. iur.
Item circa illud dictum, ꝙ teſtator ſimpliciter di
F cẽdo, filius me percuſsit, videatur etiam exhære-
dare: ego multum dubito, quia exhæredatio eſt
quædã pœna, & pœnæ non habent locũ, niſi ex-
preſſę fuerint, l. ij. ff. de ſepul. viol. §. cùm igitur. in
auth. de non elig. Nec obſtat, ꝙ teſtator videatur
nolle eligere viam ad impugnãda teſtamenta, d.
l. iij. quia reſponde, ꝙ odiũ exhęredationis prę-
valet illi rationi: ita eſt text. in l. cùm quędã. s̃. eo.
Ad d. §. j. reſpondeo, quòd iudex cogitur punire,
pater



pater non. vnde capienda eſt potiùs præſumptio
humanior, ſcilicet quòd conceſſerit veniam, l. in
ipſius. C. fam. erciſc. ¶ Item in quantum Bar. in
pen. fundamento dicit, quòd † cauſa cur datur fi-
59 lio querela, vel dicere nullum teſtamentum, eſt,
quia ſibi fit iniuria: dic, quòd iſtud eſt falſum: qa
datur, quia teſtator deliquit, vel quia fecit contra
legem, quia non ſeruauit formam traditam in §.
aliud quoque. in authen. vt cùm de appel. nam ſi
fieret iniuria, poſſet filius illam remittere, l. j. §. ſi. A
ff. de iniur. qđ tamen eſt falſum: Iaſ. in l. inter cæ-
tera. ĩ. eod. ¶ Item in quantum Bart. concludit,
quòd illi, quibus nil debetur ab inteſtato, ſi in te-
ſtamento prætereantur, non habent aliquod re-
medium, etc. inſerũt Doct. ad vnã quęſtionẽ pra-
cticabilem: Stante ſtatuto, quòd ſtantibus agna-
tis maſculis, filia dotata ab inteſtato non ſucce-
dat, vtrùm ſi ſit in teſtamento à patre præterita
talis fœmina, poſsit expugnare teſtamentum pa-
tris? Iſtam quæſtionem diuide in tres partes: pri- B
mò, an inſtitutis agnatis poſsit dicere nullum? ſe
I. cundò, an iiſdem inſtitutis poſsit contratabula-
re? tertiò, quid inſtitutis extraneis? Circa primã
quæſtionem Bal. Ang. Paul. Caſt. Alex. Aret. &
alij omnes hîc tenent, ꝙ non poſsit dicere nullũ:
idem tenet Bal. in l. maximum vitium. C. de lib.
præt. per plura fundamenta, quæ referunt hîc
Mod. Repet. cum infinitis concord. Solus do. Pe-
trus de Beſutio tenuit conſulendo contrarium,
per vnicum fundamentum. nam filius pręteritus C
ideo dicit nullũ, quia dominium bonorũ pater-
norum in eum continuatur, niſi exhæredętur, l.
in ſuis. s̃. eo. Si ergo alius inſtituatur, & filius non
exhæredetur, non poterit inſtitutus effici domi-
nus: quia duo tenent domini inſolidum, contra
l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. commod.
Cùm igitur in filia continuetur dominium tem-
pore mortis: ergo, etc. Minor probatur: quia ſtan-
tibus verbis ſtatuti, provt cantant, excluſio filiæ
60 defertur in tempus ſucceſsionis: ergo † qualitas D
adiecta verbo debet regulari ſecundum tempus
verbi, l. in delictis. §. ſi deſtracta. ff. de noxal. Cùm
igitur remaneat ſua, ergo debet habere locũ reg.
l. ſi filius. s̃. eo. Sed ad iſtud fundamentum reſpõ-
dent Mod. duob. modis: primo, quòd illa verba
Non ſuccedant, debẽt intelligi, id eſt, efficiantur
inhabiles ad ſuccedendum, ſecundum quam ex-
poſitionem efficerentur inhabiles in ipſa natiui-
tate, provt exponit & declarat Paul. de Caſt. in
conſi. cccxxviij. præſens caſus. Sed iſta expoſi- E
tio eſt violatiua, provt etiam fatẽtur hîc Mod. &
ideo non admittẽda in ſtatutis. nam etiam in le-
gibus multum differt, an quis ſit inhabilis ad ſuc
cedendum, an verò non ſuccedat, provt conſtat
ex not. per Bart. in l. is poteſt. ĩ. de acqui. hæred.
Secundo modo reſpondetur vtrique rep. quòd
ſtatutum priuans ab inteſtato fœminas, videtur
dare licentiam patri, vt illam poſsit præterire. ex
quo regula eſt, quòd ab inteſtato non ſuccedens,
præteritus non rumpat, l. poſthumus. §. ſi quis ex F
his. ff. de inoff. teſt. & ſtatutũ debet hãc interpre-
tationem paſsiuam admittere, ſecundum text.
cum ibi not. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc. quæ
præteritio facta vigore ſtatuti, habet vim exhęre-
dationis, arg. l. ſicvt certi. & l. ſi cùm vel in vtero.
C. de teſt. mil. & §. mater. Inſtit. de exhæred. liber.
Sed nec iſta reſpõſio eſt bona: primò, quia funda-
61 tur in extenſione paſsiua, & † extenſio paſsiua nõ
habet locum in correctoriis, Bart. in l. ſi. C. de ſac.
ſan. eccleſ. Raph. in l. ij. ff. de leg. j. Bal. in l. ſi. C. de
teſt. & in l. ſi arrogator quid. circa med. ff. de ad- L. 29.
opt. Io. And. in tit. de cur. §. fin. in additionn, quæ Gallus.
incipit, Vbertus. Bal. in l. Gallus. §. ſi is. ff. de lib. & §. Et quid
poſth. Iaſ. in l. Marcellus. ff. ad Treb. Paul. de Caſt. ſi tantùm.
in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Aret. in l. ex duobus. la
j. ff. de duob. reis, Iaſ. ie auth. quas actiones. C. de
ſac. ſan. eccleſ. firmat conſulendo Io. de Anan. in
cõſi. xxvij. nam ſtatutum iſtud eſt correctorium,
l. maximum vitium. C. de lib. præter. item odio-
A ſum, vt conſueuit notari in l. ij. C. die in ius voc.
ſecundò, quia illa regula d. §. ſi quis. non eſt ve-
ra, nec probatur ibi, vt ĩ. dicam. Teneo igitur opi.
do. Pet. pro qua facit: quia dum modò ꝙ filius ſit
præteritus, etiam ꝙ poſtea non ſuccedat, tamen
teſtamentum rumpitur, nec ſucceſsio habetur in
conſideratione: iſtud probatur in §. idem credẽ-
dum. verſi. ita ſanè. s̃. ea. l. nã mors nepotis ibi nil
operatur ad corroborationem teſtamenti, vt ibi.
Item pro hac parte facit iſte text. ſecundũ cõmu-
B nem intellectum, vbi inſtitutus in ſuitate ſi emã-
cipetur, ſuccedit: ſecùs, ſi in hæreditate. ergo pa-
tet, quòd longè diuerſa ſunt hæreditas & ſuitas.
Item ſi pater filium in poteſtate ſimpliciter hęre-
dem inſtituat, deinde emancipet, filius tamen ex
teſtamẽto ſuccedet, vt ſatis eſt de mente Bar. hîc:
& facit tex. in l. ventre. ĩ. de acqui. hæred. Ecce i-
gitur, ꝙ † inſtitutus in hæreditate nõ cenſetur in- 62
ſtitutus in ſuiate. nã ſi cẽſeretur inſtitutus in ſui-
tate, filius nõ ſuccederet, vt hoc tex. Patet ergo, ꝙ
C diſpoſitio loquẽs de hæreditate, non habet locũ
in ſuitate. Ergo pariformiter idem debet eſſe de
ſtatuto, non obſtante extenſione paſsiua. Et ſi
diceres, iſtud eſt fauore ſuſtinendi teſtamẽta: re-
ſpondeo, quòd ſatis eſt fauor hoc caſu, ſi teſtamẽ-
tum rumpatur, per d. l. maximũ vitium. cùm ſta-
tutum iſtud odioſum ſit, vt dixi, & correctorium.
Præterea † ita interpretanda ſunt ſtatuta, vt lędа- 63
tur ius cõmune minus, quàm poſsibile ſit. vnde
ſatis eſt, ſi ſtatutũ iſtud habet locum, qñ expreſsè
D exhæredatur talis filia: non autem, qñ præteri-
tur. nam præteriens filiam delinquit, quia facit
contra formam à lege traditam, §. in omnibus. ĩ.
ea. l. ergo delinquens adiuuãdus non eſt, l. auxi-
lium. de minorib. s̃. & c. q fruſtra. de vſur. in an-
tiq. Et ꝙ delinquat, Doct. firmant in l. inter cæte-
ra. ĩ. eo Et propter hæc fundamenta remanet de-
ſtructa quædam opin. Bar. in l. j. §. ſciendum. ff. de
ſuis & legit. vbi dicit, ꝙ ſtante dicto ſtatuto, filia
dotata nõ eſt ſua. Nec pro opin. Bar. facit ille tex.
E dum dicit, ꝙ exhæredati non ſunt ſui. quia longè
diuerſa ratio eſt in eis, cùm per eam tollatur illa
continuatio dominij, de qua in d. l. in ſuis. Tenẽ-
do igitur hanc opin. reſpondeo ad contraria: &
primò ad tex. in d. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. s̃.
de inoff. teſtam. quia reſpõd. vt hîc per Ruinum.
Vel dic, & ſecundo modo, ꝙ ille text. loquitur de
reſcindendo teſtamento per querelam, nos lo- 64
quimur de dicendo nullum. vnde † faciliùs per-
mittitur declaratio nullitatis, quàm venire con-
F tra teſtamentum, arg. l. hæredes palàm. §. j. s̃. tit. j.
ex quo res facta difficiliùs infecta fit, quàm infe-
cta facta, l. ſicvt. C. de act. & oblig. facit qa nos vi-
demus, ꝙ omne teſtamentum nullum, poteſt di-
ci nullũ, non autem cõtratabulas, niſi in caſu ſin-
gulari, vt per Mod. Peruſ. in l. ij. C. de cõtratab. &
eſt cõmunis opin. ibi. Ergo patet, ꝙ faciliùs dici-
tur nullum, quàm cõtratabuletur. Et hoc modo
etiam reſpõdetur ad aliud fundamentũ. quod fa
ciũt Doct. de l. non eſt ambigendum. §. vbicunq;
ff. de bo. poſſ. tit. generali: itẽ ad §. in l. j. ff. de cõtra

tab. Vel ad alium text. accommoda ſolutionem Ruini, quam dedit ad d. §. ſi quis ex his. Secundò non obſtat fundamẽtum do. Alex. dum dicit, ꝙ quis non debet admitti ad id, quod ſua non intereſt, l. ille, à quo. ff. ad Treb. l. nõ ignorat. C. qui accuſ. non poſ. Sed filiæ non intereſt, quia reducta re ad cauſam inteſtati, erit penitùs excluſa
65 vigore ſtatuti: ergo, etc. quia reſpõdeo primò, prædicta procedere, quando † aliquis peteret aliquid de nouo, tunc poteſt opponi dicta exceptio, ſua non intereſt. Sed in noſtro caſu iſta filia nil petit de nouo, ſed ſolùm petit declarari. nam qui declarat, nil de nouo inducit, Bar. in l. edita. C. de eden. Vel ſecũdò dic, ꝙ imò intereſt, quia habebit iſtud beneficium venale, arg. l. filium. §. erit. ff. de contratab. & eorum, quæ not. Angel. hîc. Vel dic, iſtud non eſſe abſurdum, arg. l. ſi filius. ſ. eod. nam ſaltẽ poterunt alij, quorum intereſt, dicere nullum, putà agnati pares in gradu, qui ſint exhæredati, ſicut in d. l. poſſunt hi, quorum intereſt, dicere nullum mortuo filio præterito, vt not. in l. ſi. j. eod. Lud. Rom. in l. ventre. j. de acqui. hæred. vbi etiam Aretin. Vel dic, ꝙ ſatis dicitur ſua intereſſe, ex quo ſatis facit voluntati ſuę, vt dicũt Mod. Rep. arg. l. pen. ff. de cond. cauſ. da. qui tex. nil facit: meliùs facit text. in l. fin. in fin. ff. quę in fraud. nam tex. in d. l. ille, à quo. loquitur in ſummariis iudiciis. vnde non facit ad propoſitum. Prima ſolutio plus placet. Tertiò † non obſtat,
66 dũ dicitur, quòd ſi iſte teſtator mortuus eſſet inteſtatus, videretur reliquiſſe ſuccedẽtibus ab inteſtato: quia videtur conformaſſe voluntatem ſuam cum iure municipij ſui, Bart. & Scrib. in l. hæredes mei. §. cùm ita. j. ad Trebel. Soc. in §. j. ſ. ead. l. In quo ergo pater eſt culpandus, qui cõformauit voluntatem ſuam teſtando, etc. arg. l. conficiunt. ff. de iure codicil. Sed reſponde, ꝙ expreſſa nocent, etc. l. expreſſa. de reg. iur. l. nũquã. j. de con. & demonſt. nam teſtator delinquit nõ ſeruando formam à lege traditam, vt ſuprà dixi: facit. nemo. ff. de leg. j. l. codicillis. §. ſi. ff. de leg.
67 ij. Quartò non obſtat, quòd † annullatio teſtamenti ſit quędã pœna: & ideo nõ debet teſtator auctoritate ſtatuti circũueniri, l. j. C. de his, qui ve. ætat. etc. quia reſpondeo, ꝙ non rectè intellexit ſtatutum, ideo ſibi imputet. nam ſatis eſt, ſi vigore ſtatuti poteſt eam exhæredare ſine alia cauſa, quæ ſit in §. aliud quoq; capitulum. in authen. vt cùm de appel. non etiam debet poſſe præterire. Quintò non obſtat deciſio Bart. adducta in ſimili in l. j. §. pen. in iiij. quæſt. ff. de bon. poſſ. contra tab. vbi concludit, ꝙ filius renuntians hęreditati paternæ cum iuramento, ſecundum c. ij. de pact. lib. vj. ſi ſit præteritus, non dicit nullum, quia nõ eſt ſuus. nã primò poteſt negari iſta deciſio. Nec obſtat ratio Bart. non debet inſtitui, ergo nõ rũpit: quia ad eam reſpõdet Aretin. & Socin. dãdo inſtantias, ſed quæ non multùm vrgent. Reſponde, quòd iura allegata per Bar. loquuntur in his, qui non debẽt inſtitui, quia deportati. quod bene fateor: qa † in illis ceſſat ſuitas, ſed in noſtro
68 caſu ſecùs, per fundamentum Beſutij. Præterea non eſt arguendum de eo, qui excluſus eſt voluntariè, ad eum, qui excluditur neceſſariò, l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. facit, quod not. Bart. in l. fin. C. de iudic. vbi ab arbitris datis ex neceſſitate ſtatuti appellatur: ſecùs in voluntariis. Sextò non obſtat fundamentum Alex. dum dicit, quòd ſequeretur, quòd melioris eſſet conditionis filia veniens contra voluntatem patris, & ſic conditio teſtamento, quàm ſi veniret præteritione, hoc eſt ab inteſtato: quod iura reputant abſurdum, l. maximum vitium. C. de lib. præt. quia reſponde, ꝙ ille tex. probat, ꝙ † melio- 69
ris debet eſſe cõditionis filia prẹterita, quàm exhęredata: & ad hoc illũ tex. not. ibi Cornęus. Nec mirum eſt, ſi melioris conditionis eſt præterita, quàm exhæredata: quia pater deliquit non ſeruando formam à lege traditam. quod non eſt, qñ
A pater nullum fecit teſtamentum. Vel dic, ꝙ melioris conditionis non eſt, ex quo ipſa nihilò magis ſuccedit, vt hîc per Rep. Ferra. Ad alia fundamenta reſpondet Ruinus ſanè bene: quare non repeto. Et ex his remanet firma concluſio, quòd hæc filia poterit dicere nullum, & habebit beneficium iſtud venale, ſecundum l. filium. §. erit ergo. ff. de contra tab. qui text. optimè facit etiam, ꝙ do. Alex. repugnet. ¶ Circa ſecundam, an dicta filia poterit contratabulare? Ioan. de Imo. Ac- II.
B lex. Aretin. & alij tenent, ꝙ non: & hæc eſt communis opin. ſed Ang. in l. filiæ dotem. C. de collat. & Bal. in l. ſi emancipati. C. de colluſ. tenent, ꝙ poterit cõtratabulare: & licet do. Alex. improbet iſtam opin. tamen tenẽdo, ꝙ dictum ſtatutũ tollat ſuitatem, quã opin. tenet Bart. in l. j. §. ſciẽdum. ff. de ſuis & legit. quam opin. tenet hîc Rep. & Bald. in l. ſcimus. C. de inoff. teſt. Iaſ. in l. ſi emancipati. Iaſ. in l. ſi arrogator. ff. de adop. Iaſ. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & eſt communis opin.
C certè hoc dato, teſtamentum de iure ciuili valeret. Vnde † ſi filia expectauerit, quòd ſcriptus hæ- 70
res adeat, poterit tunc contratabulare, quia per talem impugnationem res non reducitur penitus ad cauſam inteſtati, vt not. Bart. in l. illud. in princ. ff. de contratab. cum ſimilib. quo caſu non ſumus in terminis ſtatuti, quod loquitur ab inteſtato: & hæc opin. ſatis eſſet ſuſtẽtabilis. Sed (vt dixi) non putò, quòd illa deciſio Bart. ſit vera: vnde teſtamentum redit ad cauſam inteſtati, l. ſi fi-
D lius. ſ. eod. l. j. §. fin. ff. ſi tab. teſta. nullæ extab. Alexan. hîc concludit, quòd ſi ſimus in caſibus, in quibus per contratabulas res reducitur ad cauſam inteſtati, filia non poterit cõtratabulare: ſecus in aliis. & hæc opinio tenendo communia, eſt ſatis colorata, nec differt ab opin. Ang. in d. l. filiæ. & Bald. in d. l. emancipati. Mod. tñ Ferr. tenet in hoc vltimo contra Alex. mouetur primò pe regulam, quòd qui non ſuccedit ab inteſtato, præteritus non cõtratabulat, §. item adoptiuos.
E Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def. Sed iſtud argumentum poteſt irritari dando inſtantiam, ſecundum gl. in c. ſicut vrgeri. j. q. j. quam inſtantiã collige hîc ex not. per Aretin. & licet Crotus reſpondeat, tamen ſuæ reſponſiones non tollunt inſtantias, vt hîc per Iaſ. qui adducit omnia dicta Aretin. ad aliud propoſitum tacito auctore. Secundo modo poteſt reſponderi, ſecundum Socin. quòd illa regula non eſt vera, nec probatur in dicta l. j. §. vocantur. ff. de contratabul.
F nec in l. nec ambigendum. §. fin. ff. de bonor. poſſeſſ. tanquam generali, vt hîc per eum: & ipſe etiam ſ. reſpondi ad dicta iura alio modo. Et quia Socin. non reſpõdet ad text. in d. §. item adoptiuos. qui videtur fortiter vrgere, tu reſpõde, quòd ille text. debet intelligi in caſu ſuo. nam prætor dat bonorum poſſeſſionem contratabulas, motus æquitate naturali, §. adhuc. Inſtit. de bon. poſ. ſed filius adoptiuus emancipatus à patre adoptiuo nullo iure naturali cum eo tenetur. Vnde non mirum, ſi prætor non permittit eum ſuccedere ab in-



teſtato, & tantò minùs cõtratabulare teſtamẽtum, per quam res acta reſcinditur, quod difficulter ſolet concedi, l. ſicut initio ſemper. C. de actio. & oblig. Sed in noſtro caſu in filia remanẽt iura naturalia, ꝓpter quæ debuerat & poſſe ſuccedere ab inteſtato, & poſſe contratabulare. Sed ſtatutum tollit vnum: vnde non cenſetur ſublatum aliud. Fateor itaq;, ꝙ illa regula procedit de iure communi. Sed in noſtro caſu eſt alia ratio, vt dixi: quia remanent iura cõſanguinitatis, quæ cõſiderat prætor. nam ſi ita indiſtinctè intelligamus iſtam regulam, ſequeretur, ꝙ conſanguinitas nil operaretur: quod non eſt dicendum, arg. l. j. in fi. ff. de ſuis & legit. & hanc rationem ſatis ipſe ſentit, dum reſpondet ad l. poſthumus. ff. de inoff. teſta. ad aliud propoſitum. Secundò mo-
71 uetur, quia, ſecundum hanc opin. melioris † eſſet conditionis filia veniens contra teſtamentum, quàm ab inteſtato: quod eſt cõtra d. l. maximum vitium. Sed ad hoc reſpon. vt ſ. feci ad ſextũ fundamentum præcedẽtis quęſtionis, ſcilicet quòd text. in d. l. maximum. non probat hoc. Vel alio modo dic, admittendo eam regulam, ꝙ paris debet eſſe conditionis filius præteritus, ſuccedens contra teſtamentum, vel filius veniens ab inteſtato. Sed in noſtro caſu ſtatutum abſtulit illam vtilitatem, qñ venit ab inteſtato: ergo non cenſetur abſtuliſſe aliam, quãdo venit contra teſtamẽtum, ſecundum prædicta, cùm militet ratio prætoris. nam & de iure ciuili filius ad inteſtato non ſuccedebat, ſi erat emancipatus, & contra teſtamentum vigore edicti prætoris poterat venire, ſi fuiſſet præteritus, vel exhæredatus, etc. Tertiò mouetur, quia hoc caſu filia emãcipata eſſet melioris conditionis, quàm ſua: quod eſt abſurdum. Sed reſponde, tenendo opin. communem, quòd iſtud ſtatutum tollit ſuitatem. Reſpõd. in noſtro caſu non datur filia ſua, ſecundum ea, quæ dixi ſ. & tenendo opin. Beſutij, iſtud fundamẽtum parum vrgeret. Quartò mouetur, quia filiæ non fit iniuria. ergo, etc. Sed reſponde, quod iſtud non eſt ſatis, vt etiam ipſe dicit in præcedẽti quæſtione. Miror, ꝙ ea quæ ipſe ſemel reprobauit, nunc adducat contra Alexan. Quintò † mouetur, quia
72 non eſt culpãdus pater, qui expreſsè reliquit hęreditatem his, quibus debetur ab inteſtato, l. cõficiuntur. ff. de iure codic. Sed reſpõde, ꝙ imò eſt culpandus, ex quo non ſeruauit formam, arg. l. non putauit. §. non quævis. cum ibi not. per Bar. ff. de contratab. Item iſtud fundamentũ non cõcludit generaliter. quid enim ſi inſtituiſſet niſi partem agnatorum aliis excluſis? Sextò mouetur per fundamentum Paul. Caſtr. ꝙ nõ debet melioris eſſe cõditionis ille, qui habet voluntatẽ tacitã, quàm qui expreſſam, l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulg. & pupil. l. Titia Seio. §. fi. de leg. ij. Sed filiæ quæ habet voluntatem expreſſam, putà cum cauſa exhæredatæ, ita demum detur contra tabulas, ſi eſſet ſucceſſura ab inteſtato. Ergo idem præteritæ. Sed reſpõde in caſu eſſe diuerſam rationem, per quam aliud ſtatuitur in exhæredata, aliud in præterita. nam prætereundo non ſeruat pater formam à lege traditam. Nec hoc eſt abſurdum, vt plus habeat præterita, quàm exhæredata, vt eſt text. quem ibi notat Cornæ. in d. l. maximum vitium. & ſic remanet defenſata iſta opin. Alexand. à fundamentis Repet. Ego tñ circa eius opinionem multùm dubito. nam tenendo opin. quam ipſi tenent, ꝙ filia hoc caſu non poſſit dicere nullum, non videtur etiam, ꝙ poſſit contratabulare. Moueor fortiſsimo fundamento. nam † omniũ hęreditas aut debetur ex teſtamẽto aut ab inteſtato: ita eſt tex. in §. fi. Inſt. per quas perſo. nobis acquir. & tex. in l. j. in princ. ff. ſi tab. teſtamen. nul. extab. Sed ab inteſtato in noſtro ca- 73
ſu filia nõ poteſt ſuccedere, quia ſtatutum vetat: ex teſtamento non poteſt, quia non eſt inſtituta: ergo ſequitur, ꝙ nullo pacto poterit ſuccedere. Nec obſtat fundamentum Doctorum de doctri-
A na Bartoli in d. l. illud. ff. de contratab. quia bene verum eſt, ꝙ † in quibuſdam caſibus per contra- 74
tabulas res non reducitur penitus ad cauſam inteſtati. & ita loquitur doctri. Bart. ibi, & quę not. Doctores præſertim Cornæus, in l. filiæ dotem. C. de collat. Sed quo ad partem eius, qui contratabulat, ſemper reducitur res ad cauſam inteſtati. non enim aliter poſſet ſuccedere ex teſtamento, ex quo non eſt inſtitutus. Et quòd iſtud ſit verum, probatur, quia data opinione Doct. pro ve-
B ra, ſequeretur, ꝙ daretur tertius modus ſuccedẽdi: quod eſt contra d. §. fi. Secundò hęc opin. probatur: quia cõtratabulas ſemper datur ad reſcindendum, l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de cõtratabul. l. quod vulgò. eo. tit. not. Rapha. Comen. in l. ſi filius, qui in poteſtate. ſ. eo. in rep. Paulus de Caſt. Alexan. & omnes Mod. poſt glo. in l. ij. C. de contratab. Si ergo reſcindit teſtamentum, ſequitur, ꝙ teſtamentũ reſciſſum ſit nullũ: vnde ſuccedet ab inteſtato, quo ad partem reſciſſam: imò cõtrata-
C bulas data filio reſcindit totum, l. j. ibi gl. C. de bon. poſſ. contra tab. lib. Nec obſtat, ꝙ quis non poteſt ſuccedere pro parte teſtatus, pro parte nõ, l. j. ff. de acquir. hæred. quia reſpondeo, iſtud eſſe verum eodem iure, ſed diuerſis iuribus ſic: vide Corn. in l. poſthumo. C. de collat. facit glo. fin. in authen. ex cauſa. C. de lib. præter. Vel dic, quòd iſte decedit ipſo iure in totum teſtatus, & hæres eſt hęres in totum, §. quos aũt. Inſtit. de bon. poſſ. ſed poſteà quo ad illam partem, in qua filia ſucce-
D dit, per contratabulas reſcinditur, & verè ſuccedit ab inteſtato, licet fictè hæres inſtitutus cenſeatur in totũ hæres, l. circa. ff. de inoffic. teſtam. & pro hoc facit opinio Cat. Sacchi in d. l. ſi filius. vbi dicit, quòd per cõtratabulas expungnatur teſtamentum, quo reſciſſo ſucceditur per Vnde liberi: quam tamen opinio. pro nunc non firmo, quia eſt multùm noua, & pro ea eſt text. in l. vt liberis. C. de collat. in l. poſthumus. §. j. ff. de inoffic. teſta. tangit do. Phil. Caſd. in repet. rub. C. de
E teſtam. Et eſt ampliùs cogitandum. nam ſtat ſimul, quòd per bonorum poſſeſsionem contratabulas res reducatur ad cauſam inteſtati: & per eandem ſuccedatur. Redeundo igitur ad propoſitum puto, ꝙ iſta opinio Alexan. in puncto iuris non ſit vera, licet eſſe multò vtilior filiæ, quàm ſi diceret nullum: quia tunc habet beneficium ſolum venale, ſed per cõtratabulas ipſa, re ipſa ſuccederet: & hanc opinio. Alex. tenent etiam Mod. Peruſ. in d. l. filiæ dotem. Tertiam opinionẽ videtur tenere Iaſon hîc in j. lectura, ſcilicet ꝙ filia poſſit ſemper cõtratabulare. mouetur per regulam, quòd qui ab inteſtato ſimpliciter & abſolutè non excluditur, præteritus poteſt contratabulare: allegat tex. in l. filium. §. videamus. ff. de cõtratab. ſed hæc filia non excluditur ſimpliciter, ſed extãtibus filiis: ergo, etc. Iſta opinio eſt multùm erronea. nam in d. §. videamus. erat duntaxat parum quoddam impedimentum, quòd res deberet conferri antè, vel pòſt, aliàs admittebatur ab inteſtato: in noſtro ſtatutum cantat

L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantum.

nimis generaliter,Stantibus maſculis,nullo caſu
ab inteſtato ſuccedant fœminæ. Item veniendo
per contratabulas, reducit rem ad cauſam inte-
ſtati:ergo comprǽhendetur in ſtatuto.quæ tatio
ceſſat in caſu d.§.videamus.Etſi diceres,q loqui-
tur in caſibus, quando res non reducitur ad cau-
ſam inteſtati,reſpondeo,q tunc tenet cum Alex.
& ipſe fatetur ſe tenere contra eum. Sed multò
peiùs idem loquitur in ſecunda lectura, dum di-
cit, q ſtatutum excludit filias, niſi vſque ad tem-
pus, donec vixerint maſculi: qa iſtud eſt falſum.
Vnde Bartolus alio modo figurauit verba ſtatu-
ti in l.fin.ff.ad Tertyl.Et q ſit magna differentia,
patet ex not. hîc per Ruinum: nam iſti ablatiui
abſoluti, veluti eſt,ſtantibus maſculis,nunquam
reſoluũtur in Donec, vt patet ex nota.per eundẽ
Iaſo.in rubr.ff. ſol.matri.præſertim in ſecũda le-
ctura.Ego autem tenendo opinio.Beſutij,quę in
puncto iuris videtur verior, teneo, q filia poſsit
contratabulare, non vt ipſa ſuccedat, ſed vt ha-
beat beneficium venale: nam regula eſt, ꝑ teſta-
mentum,in quo filius in poteſtate eſt pręteritus,
ſi nòn habeat alium defectum, quàm præteritio-
nis,poteſt contratabulari:ita eſt text. in l.ſi duo-
bus.§. ſi priùs.ff.de contratabulas,ſecundum in-
tellectũ Soci.in l. ſi filius, qui in poteſtate. ſuprà,
eod.& Mod.Peruſ.in l. poſthumo.C. de bonorũ
poſſeſsione contra tabulas: & hanc opinio. o-
mnes tenent in d. l. poſthumo. facit l. quod vul-
gò.ff.de contra tab.d.l. maximum vitium. tradit
III. latè Raph.Comen.in repeti.d.l.ſi filius. ¶Circa
75 tertiã, an † inſtitutis extraneis filia præterita ſtã-
te dicto ſtatuto poſsit contratabulare, vel dicere
nullum?Angel.Imol. Aretin.Socin.&alij tenent
partem affirmatiuam, Alexã.verò negatiuam.Si
nos loquimur, qñ extraneus iam adiit hæredita-
tem,cõmunis opinio eſt, q poſsit contratabula-
re: & eam etiam tenet Alexan.non autem pote-
rit dicere nullum, ſecundum eum. Idem in aliis
caſibus, in quibus per contratabulas devenitur
ad cauſam inteſtati, ſecundum nota. in l.illud .j.
de contratab.& ſ.diximus.mouetur Alexan.per
text.in l.j.§.fi.de aſsig.lib.per quem text.Bart.in
l.j.§.ſi pater.ff.de coniung. cum eman.lib.tradit
reg. q quotieſcunq; vnus & idem actus includit
vnum, &excludit aliũ,ille excluſus habetur per-
inde, ac ſi eſſet incluſus in fauorem eius, qui eſt
verè incluſus:nam ibi cùm è duobus fratribus v-
ni eſſet aſsignatum ius libertorum,altero ex eo-
dem actu excluſo,talis excluſus prodeſt incluſo,
quia ſuccedit in beſſem, cum aliàs eſſet ſucceſſu-
rus niſi in ſemiſſem, & hoc contra filium alterius
76 patroni.nam † in ſucceſsione libertorum ſucce-
ditur in capita, non in ſtirpes,l. ſi liberto præ-
terito.ff.de bon.lib.modò,attentis capitibus:ſi i-
ſte excluſus non prodeſſet incluſo,excluſus non
ſuccederet, niſi in ſemiſſem, & filius alterius pa-
troni in alium ſemiſſem, ex quo ſunt niſi duo ca-
pita. Sed quia excluſus in fauorem fratris inclu-
ſi cenſetur etiam ipſe incluſus, fiunt tria capita:
quo caſu vnus triẽs ſpectat ad filium alterius pa-
troni,& duo triẽtes, hoc eſt bes ſpectat ad inclu-
ſum,hoc eſt,fratrem excluſi.Modò ad propoſitũ,
cùm iſti agnati ſint excluſi eo actu, quo incluſi
ſunt extranei, debent haberi perinde ac incluſi,
quo ad hoc, ne filia poſsit contratabulare: & ſic
in fauorem incluſi. Sed ad iſtud fundamentũ re-
ſpondet Aretin.quòd in dicto §.fi.ille,qui exclu-
debatur, non excludebatur contra mentem ali-
77 cuius legis: nam † in filium ſubrogatum cadebat
ius aſsignationis factæ, l. vt iuriſiurandi. §. ſi li-
beri.ff.de oper.liber. ſed in noſtro caſu iſti agna-
ti excluduntur contra mentẽ ſtatuti, ex quo ſta-
tutum factum eſt fauore agnatorum: vnde non
debent prodeſſe extraneo, vt hîc per eum.Mod.
Ferrar.repet.hîc impugnat iſtam ſolutionẽ:quia,
ſecũdum eum falſum eſt, q lex reſiſtat pro agna-
tis contra extraneos,vt hîc per eum: ſed ſuſtinẽ-
do Aretin.dic, q eſt verum, quòd non reſiſtit ex-
A preſsè,ſed tacitè ſic:quia non poteſt negari,quòd
mens ſtatuentium non eſſet ſuccurrere agnatis.
iſtud ceſſat in d.§.fin.nã † lex aliter non vult ſuc- 78
currere fratri à patrono & patre ſuo excluſo. Itẽ
dum idẽ Rep.dicit,q ille text.expreſsè diſponit,
quòd ſuccedatur in ſtirpes,& non in capita,cum
reverentia,non intellexit illum text.vbi præſup-
ponitur totum contrarium,vt ibi in gl. Secundò
ad illum textum reſpõdet Socinus, q ibi ille ex-
cluſus facit partem contra filium alterius patro-
B ni, qui agit de lucro,ſed in noſtro caſu iſti agnati
facerent partẽ contra filiam, quæ agit de damno
evitando.nam portio illa ab inteſtato eſt ſibi de-
bita: vnde termini non ſunt pares, per l.fin.C.de
codicil.verſi.nòn enim par, etc.& hãc ſol.ſequũ-
tur do. Mod. Reper. Sed certè iſta non eſt ratio
illius §.nam ſi eſſet ratio illius §.debuiſſet textus
cõſiderare caſum, quãdo ille filius alterius pa-
troni ageret de damno evitando. Item hac ratio-
ne data pro vera, ſequeretur, quod nepos, & ſic
C filius eius,cui aſsignatum eſt ius patronatus,de-
beret ſuccedere in ea parte, qua pater ſuus: ex
quo militaret etiam iſta ratio. quod eſt falſum
per l. ij. eod.tit. Item † iſtud ius patronatus ſatis
dicitur debitum filio, vt eſt tex.quem ipſe pro ſe 97
allegat in d.l.fi. facit,quia filius,ergo hæres,l.ne-
ceſſarij.ff.de acquir. hæred. in glo. & text.in l. in
ſuis.ſ.eod. Tertio modo reſpon.Socin.quòd ibi
pater poterat liberè diſponere,et adſignauit per-
ſonæ habili: ſecùs in noſtro caſu: ſolutio eſt bo-
na,& eadem cum ſolutione Aretini. Tu adverte,
D quia data iſta regula Bart. pro vera,fundamentũ
iſtud non cõcluderet,quãdo exſtarent filij, quos
pater exhęredaſſet cum cauſa.nam tunc non po-
teſt dici, quòd idem actus excludat filios,qui in-
cludit extraneos,ex quo ad exhæredationem re-
quiruntur multa, veluti probatio cauſæ,& alia,
quæ non poſſunt expediri vno actu.Sed ego mul
tum dubito circa iſtam regulam Bart.& teneo,q 80
non ſit vera.Item facit,quia † qui non admittitur
ad partem, regulariter non facit partem,l.vnica,
§.j. C. de caduc. tollend. gloſ.in l. ſi duobus.§.fi.
ff. de legat.ij. Primò, quia, vt dicit Aretinus hîc,
E iſta differentia, quam facit Bartol. vtrùm præ-
cedat priuatio, & ſequatur excluſio, an ſit vnus
& idem actus, non eſt rationabilis, nec poteſt
adſignari bona ratio diuerſitatis. Et quòd fœmi-
na in caſu noſtri ſtatuti nòn faciat partem,tenet
Bartolus in l. re coniuncti. ſ.de legat. iij. niſi di-
cas, quòd ibi non agebatur de fauore fratris. Se-
cundò, quia ille text. in d.§. fin. non facit pro
Barto. nec illud ibi diſpoſitum eſt propter ratio-
F nem Bartoli, ſed ratio eius §.hæc eſt: nam(vt di-
xi) in ſucceſsione libertorum ſucceditur in ca-
pita, nõ in ſtirpes,vt eſt tex.in d.l.ſi libertus præ-
terito. §. ſi libertus. in fi.ff.de bo.lib.& in §.mul-
tis.Inſtit.de ſucceſſ.lib.modò cùm alteri patrono
ſint duo filij, alteri vnus, vtriſq; patronis mortu-
is, in bonis liberti debuiſſet quilibet filiorũ ſuc-
cedere in trientem, ad hoc vt ſuccederent in
capita: & ſic duo filij patroni haberent beſſem.
vnde



vnde cùm ille patronus,qui habebat duos filios,
aſsignauerit libertum vni,ſi non haberetur ratio
excluſi, filius alterius patroni haberet ſemiſſem,
ſicut quòd debuiſſet habere niſi trientem. Vnde
lex exiſtimauit abſurdum, quòd pater velit pri-
uare filium,&facere meliorem conditionem ex-
tranei,præſertim cùm filius excluſus imaginariè
ſaltem ſit patronus, vt eſt text.in l.iij.§.ſi capitis.
ff. de bonis lib. Quare induxit,vt viuente exclu-
ſo, filius extraneus non ſuccederet, niſi in tãtam
partem, quantam ſucceſsiſſet,ſi nõ fuiſſet exclu-
ſus: & hoc, quia in fauorem incluſi lex fingit eũ
incluſum.Sed vbi talis excluſus mortuus eſt, tũc
lex non fingit eum incluſum.ratio eſt,quia tunc
ceſſat præſcripta voluntas patris. nam non vide-
tur illa abſtuliſſe in fauorẽ extranei,ex quo mor-
tuus eſt,& mortuo nil poteſt auferri,l.ei9,qui in
provincia. verſic.nam ſi nominatim.ff.ſi cer.pet.
Item quia lex fingeret duo,ſcilicet quòd viueret,
& quòd eſſet incluſus: quod eſt impoſsibile,l.ſi
quis rem.§.fin.vbi Barto.ff. de pollicit.Bart. in l.
ſi is, qui pro emptore. in vltima quæſtione, ff.de
vſucapio.vbi etiam Mod.&hęc eſt ratio illius le-
gis, & legis ſequen.vnde in hac regula ego ſto cũ
Aretino,q non ſit vera. Quod autem dictum eſt,
fictiones duas concurrere non poſſe:limitatur,vt
non procedat, quando vna fictio venit ad aliam
in conſequentiam alterius. ita non inſubtiliter
exiſtimat Bart.in l. ſi is, qui ꝑ emptore.ff.de vſu-
cap.cuius ſententiam probat Bal. in l.j.C.de do-
tis promiſsio.citat Bar .l.ſub conditione.ſ.de ſo-
lut.quæ hoc ſubtiliter inducta probat:& hoc ibi
notat Accur.in gl.ſuper verbo,facta eſt.ante me-
dium.Prima fictio erat liberatio per acceptilatio
nem: ſecunda, ficta dominij translatio. allegat
Bal. tex. in l. ſi ſeruus communis Mæuij.ſ. de ſti-
pul.ſeruorũ,qui text. hoc videtur probare: & his
caſibus poſſet habere locũ regula tradita per Bar
tolum. Tertiò contra illam regulam Bartoli ad-
ducitur deciſio Iacobi Butrig. quã ſequitur Bal-
dus in authen.nouiſsima.in fi.C.de inofficio.te-
ſtam. quòd præteritis fratribus & inſtituta non
turpi perſona, legitima matris erit tertia omniũ
bonorum,non eorum, quæ eſſet habitura ab in-
teſtato: & ſic illi fratres excluſi per eundem actũ,
per quẽ incluſus fuit extraneus,non faciunt par-
tem contra matrem. Et hæc opinio eſt commu-
nis,vt per Alex.in l. planè.§.ſi duobus. in fin.ſ.de
lega.j.licet Bart.in l.pater filium.C.de in offi.te-
ſtam.& Baldus,Angel.& Imo. in d. §. ſi duobus.
teneant contrarium,quos ſequitur Aretinus ibi:
mouetur per nota.hîc per Docto.in hac quęſtio-
ne.ſed vt videtis,ipſe tenet contrarium. Quar-
81 tò † contra illam induco text. in l.ſi patronus te-
ſtamẽto.in princ.ff.de bonis lib.iuncto §. ſed no-
poteſt: ecce ergo, quòd beneficium contrate-
tione in teſtamento militis, vel aui materni, vel
matris, quæ præteritio habetur pro exhæreda-
tione, non faciunt partem pro incluſis cõtra pa-
tronos. & tamen idem actus,per quem includũt
extranei,excludit illos filios. Nec obſtat, ſi dice-
res,provt dicit Barto.in d.§.ſi pater.q,fictè cenſe-
tur pręceſsiſſe exhæredatio:quia dico,q, iſtud eſt
falſum. nam tales perſonæ non habent neceſſe
inſtituere, nec exhæredare. vnde neſcio, cur lex
debeat fingere,quando non eſt opus.nam iſta ſo-
lutio eſt contra text.in d.l.ſi patronus teſtamen-
to. vbi dicitur,verum eſt enim hunc exhæredatũ
eſſe.Pondero dictiones Verum, & dictionem Eſ-
ſe,quæ important veritatẽ,non fictionem,l.mer-
cis appellatione. cum gloſſ. ff.de verb.ſignifi.l.ſi
maritus.ij.§.j.& ibi Bart.ff.ad leg.Iul.de adulter.
not.in l. ſi is, qui pro emptore. de vſucap. & pro
noſtra opinio.eſt tex.in §.fi.Inſtit. de exhæredat.
liber. ſi rectè ponderetur. eſt verum, q pro opin.
Bar.videtur facere Rep. in l. Paulus reſpondit in
fi.ff. de bon. lib.Sed reſpõde,q habentur pro ex-
herędatis,id eſt, tantum habent,ſi dempto patris
priuilegio haberent, ſi eſſent exhæredati,non tũ
A q lex fingat exhæredationẽ.Et ex his patet,iſtud
fundamentum Bar.non eſſe verum,&conſequẽ-
ter fundamentum Alexand.non vrgere. q † in ca- 82
ſu noſtri ſtatuti filia dotata indiſtinctè non poſsit
contratabulare. Pro opin. tñ Alexand. Modern.
Ferrarien.Rep.hîc, adducunt aliud fundamentũ
de alia doctrina Bart. in d.§. ſi pater.quia ex quo
bonorũ poſſeſsio contra tabulas oritur ante adi-
tam hæreditatem,l. illud.ff. de bonor.poſſeſsio.
contra tab. iſta filia non poterit contratabulare:
B quia beneficium iſtud eo tempore in noſtro caſu
non poteſt oriri, ex quo ante aditam hæreditatẽ
agnati nondum cenſentur excluſi. nam cùm ne-
ceſſe ſit, q ſint excluſi per exhæredationem, vel
præteritionem,talis exhæredatio non poteſt ha-
bere locũ, niſi adita hæreditate,l.filium.ff.de cõ-
tra tab. & l. ſi quis exhæredato. ff. de iniuſt. rup.
Sed tenendo opin.Areti.hîc,ad illam doctrinam
poſſet reſponderi, q iſta doctrina non habet lo-
cum, quando filius veniret ad contratabulas ali-
C cuius hęreditatis,quę ſibi quaſi deberetur inſpe-
cto iure ciuili: ita tenet Bart.ibi per text.in d.l.j.
in verſic.ſed & ſi patronus.ff.de coniung.cum e-
mãcip.lib.modò in noſtro caſu idem eſt.nam in-
ſpecto iure ciuili, iſta † hæreditas quaſi debetur 83
filiæ,l.fi.C.de codicil. nec ſtatutum habet obſta-
re, ex quo hoc caſu non debet habere locum ceſ-
ſante fauore agnationis, & per fundamẽta Soci.
hîc pro hac parte. Vereor tamen, ne illa doctrina
D Bartoli non ſit vera. & moueor primò per tex.in
d. verſic.ſed & ſi patruus. nam ibi ante aditã hæ-
reditatem nepotes non poſſunt contratabulare,
tanquam mortuo patre, propter exhæredatio-
nem,ex quo exhęredatio nondum habet effectũ,
& tamen admittuntur poſt aditam hęreditatem,
Nec obſtat reſponſio Bart.quòd poterant venire
de iure ciuili: quia iſtud non facit, vt exhæreda-
tio corroboretur ante aditam hæreditatem,prę-
ſertim cùm nepotes ibi veniant per ius præto-
E rium,ſcilicet per bonorũ poſſeſsionem cõtra ta-
bulas,per l. poſthumo.C. de cõtratab.l.ſi ex duo
bus.§.ſi priùs.ff.eod.tit.vnde cenſetur repudiare
ſucceſsionẽ de iure ciuili,Bart.in d.l. poſthumo.
Secundò & fortiùs induco text. in l.filium .ff.de 84
contratab. in princ.& in verſic.erit .vbi † filius e-
mancipatus præteritus non poteſt contratabu-
lare ante aditam hæreditatem: quia illi obſtat fi-
lius in poteſtate exhæredatus,& tamen iam adi-
ta poteſt: ecce ergo, quòd beneficium contra-
tabulandi quod ante aditam hæreditatem non
F potuit oriri propter ſuum exhæredatum, tamen
adita hæreditate oritur. nam quòd non potuerit
oriri,ex eo probatur,q aliàs ſi filius potuiſſet cõ-
tratabulare, non adita hæreditate, non habuiſſet
hæres ſcriptus beneficium vænale, vt dicit text.
Tertiò & fortiùs dicit Bartol. quòd ideo filia iſta
non poterit contratabulare: quia filij exhære-
dati ſunt antè, nec antè aditam hæreditatem ex-
hæredatio tenet: vnde illis exſtantibus filia an-
te aditam hæreditatem non contratabulabit.
ergo non permittunt oriri illud beneficium.

L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.

85 Iſtud fundamentum eſt falſum:nam† exhæreda-
tus etiam ante aditam hæreditatem eſt exclu-
ſus: & licet per aditionem iſta exhæredatio fiat
valida, tamen à principio ſaltem ſuſpendebat.
vnde non potuerunt impedire illud remedium.
iſtud probatur in l.non putauit.§.à primo gradu.
ff.de contratab.nos habemus, quòd exhæredato
non datur contratab.l.j.l.non putauit.l.ſi poſt.§.
exhæredati.ff.de contratab.certè etiam antequã
adita hæreditas ſit,ſecundum.Bart.quia tunc ex-
hæredatio nondum habet effectũ,deberent poſ-
ſe contratabulare.text.ibi dicit totum contrariũ.
Item in materia ſucceſsionum non tam conſide-
ratur, quod eſt quàm quod euenire poteſt,vt per
Iaſ.in l.ſi filius,qui in poteſtate.in iiij.notab.s̃.eo.
Vnde cùm iſta exhæredatio poſsit habere effe-
ctũ ſatis,non debet excludere filiam:facit gloſ.in
l.illud. in verb.ſiue nõ. circa med.ff. de cõtratab.
Nec ꝓ Bar.facit tex.per eũ allegatus in d.l. illud.
quia fateor,ꝙ ius petendę bonorum poſſeſsionis
cõtra tabulas oritur ante aditã hæreditatem.Sed
illi agnati non impediunt, quin oriatur etiam in
noſtro caſu,& exerceatur poſtea poſt aditam hę-
reditatem. nam bonorum poſſeſsio edictalis, de
qua loquitur ille tex.ſemper oritur antè:ſed de-
cretalis nũc oritur antè,nunc pòſt,ſecundũ quod
erit petita à filiis,vel conſanguineis,vt ſatis patet
ex not. per Bart. in l. iij. §. à municipibus. &§. ſi
cauſa. ff. de bon. poſſeſ. titulo generali. Nec ob-
ſtat tex.in l.ſi quis filio exhæradato- quia probat
illa lex,quòd ſi †hæres adeat hæreditatem,exhæ-
86 redatio confirmatur,quæ talis confirmatio retrò
trahitur:nam aliàs eſſet nulla, quo caſu nepos a-
gnaſceretur, qđ tex.negat.Remanet ergo defen-
ſata opi.Aret.quę eſt communis,licet idem Aret.
in l. planè.§.ſi duobus.ff. de leg.j.dixerit aliã eſſe
communem. quod eſt falſum. Stat igitur firma
communis concluſio,quòd filia in caſu noſtri ſta
tuti.inſtitutis extraneis poterit cõtratabulare te-
ſtamentum, etiam in caſibus,in quibus res redu-
citur ad cauſam inteſtati.Quam concluſionem ſi
tenemus,videtur etiam dicendum,quòd poterit
dicere nullum. quæ opinio ſine dubio procedit
ſecundũ meam opi. quam s̃.tenui, ſcilicet quòd
remaneat ſua. Iſtam partem etiam videtur tene-
re Mod. rep. hîc Ferr. per tria fundamenta: quia
cùm hoc ſtatutum factum ſit ratione conſeruan-
dæ agnationis,l. quamvis. C. de fideicom.& te-
ſtator inſtituat extraneum per proviſionem ho-
minis, cenſetur receſſum à proviſione legis, hoc
eſt ſta tuti,l.fi.C.de pact.convent.not.in l.ſi cùm
dotem.ff.ſol.mat. Sed iſtud fundamentum parũ
vrget:quia iſta proviſio teſtatoris non venit con-
tra proviſionem ſtatuti. Item † quia non poteſt
87 teſtator tollere proviſionem ſtatuti, l. nemo po-
teſt.de legat.j. Secundò mouetur, quia prædictũ
ſtatutum habet duo capita,vnum incluſiuũ agna
torum,aliud excluſiuum fœminarum,ſecundum
Bart.in l.j.§.videndum.ad Tertyllia.ergo ceſſan-
te vno,ſcilicet incluſiuo agnatorum,debet ceſſa-
re aliud,per regulam correlatiuorum, l.fin.C.de
indi.viduit.tollen. Sed cõtrarium tenentes poſ-
ſent negare illam deciſionem Bart.&data pro ve
ra,negatur filiam excludi, & agnatos ſuccedere,
eſſe correlatiua:&eſt contrà:nam nemo qui ſciat
naturam correlatiuorum, iſtud diceret. Tertiò
mouetur, quòd ex quo per proviſionem teſtato-
ris eſt receſſum à proviſione ſtatuti,talis receſſus
durat, quamvis dicta proviſio effectum non ha-
88 beat,ſicut videmus, quòd † per dationem cohæ-
redis,vel ſubſtituti,tollitur ſuitas, licet datio ef-
fectum non habeat, l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de
vulg.& pupil. cum ſimilib.Sed tenentes contra-
rium poſſent reſpondere,ꝙ iſtud ſimile eſt mul-
tùm diuerſum: nam † in datione cohæredis, vel 89
ſubſtituti ad hoc, vt tollatur ſuitas,ſola potentia
ſuccedendi eſt ſatis, vt concludunt Doct. in d. §.
filio.vbi Iaſ.in fi.Sed in caſu noſtri ſtatuti,non ſo
lùm potentia, quòd valeat talis proviſio teſtato-
A ris,eſt ſufficiens ad excludendam ſtatuti diſpoſi-
tionem,ſed nec actus. Item tollere ſuitatem, eſt
in mera facultate teſtatoris: ſed facere ſuccedere
fœminam contra ſtatutum,non, per l. nemo po-
teſt.ff.de legat.j.Item per talem dationem cohæ-
redis, arguitur tacita voluntas teſtatoris, quòd
voluerit tollere ſuitatem: ſed in noſtro caſu per
proviſionem teſtatoris non arguitur, quòd fœ-
mina ſuccedat ſibi: imò contrarium,ex quo non
inſtituit,ſed extraneos.vnde miror, quòd firmet
B ſuam opinionem per iſta fundamenta. Ego ta-
men teneo(vt dixi)hanc opinionem, pro qua vl-
tra allegata per Aret. & Modernos Ferrarienſes
facit doctrina Bartoli in l. ij.§. ſed ſi ſint ſui. ff.ad
Tertyl.vbi dicit Bart.quod ſtatutum ſtantibus li-
beris fœmina nõ ſuccedat,intelligitur, ſtantibus
liberis & ſuccedentibus. item faciunt not. per
Bart.in l.j.§.qui habebat. in iij.quæſt.de contra-
tabulas. Sed adverte, quia in contrarium facit:
nam omnia fundamenta Doct.qui tenent hanc
C partem, tendunt ad hoc, quòd ideo filia contra-
tabulabit,quia ceſſat ratio ſtatuti.ſed ego habeo,
quòd ceſſante ratione legis, nõ tamen ceſſat lex,
niſi per legem contrariam,vel cõſuetudinem re-
vocetur.ita tenet Archidiac.in c.Neophytus.lxj.
diſtinct.Bald. in l.vnica,in princip.per illum tex.
C.de caduc.tol.Aretin. in l. moribus. ff. de vulg.
& pupil.facit,quod not.Bart.in l. cùm hi.§.eam
tranſlactionem.ff.de tranſact. & eſt text.fortiſsi-
mus in l.j.§.fin. quem allegat Aretin.in d.l.mori-
bus.ff.de minorib. ad quẽ tex. vix poteſt reſpon
deri. Secundò in contrarium facit aperta deciſio
D Bart.in l. liberorum.ff. de verb.ſignific. vbi dicit
Bart.quòd in ſtatuto ſtantibus liberis, etc. nõ eſt
licitum arguere à fauore agnatorum:quia illa ra-
tio non eſt expreſſa in ſtatuto. Et licet iſtam de-
ciſionem Bartoli reprobet Paul.Caſt.& Per.Phi-
lip. Corn.in l. quamvis.C.de fideicõmiſ.& Bald.
in l.maximum vitium.C.de liber.pręter.&Alex.
in l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrim.tamẽ videtur.
quòd ſatis poſsit ſuſtineri, ex quo d.l. quamvis.
propter quam reprobatur dictum Bart.nil faciat,
vt ibi per Fulgoſ. Paul. Caſt.& Corn. Ad tex.ta-
E men in d. l.j. §. fin. allegatum per Aret.poſſet re-
ſponderi,quòd ratio edicti de minoribus, eſt im-
pulſiua:&ideo,ea ceſſante,non tamen ceſſat diſ-
poſitio,l.j.§. ſexum.ff.de poſtul.not.Bart. in l.ij.
§.fin.ff.de donat.Canoni.in c.cùm ceſſante.de ap
pellat. ſed ratio fauoris agnatorum in noſtro ca-
ſu eſt finalis:nam † iſti ablatiui abſoluti reſoluun 90
tur in conditiones:& † conditio regulariter im- 91
portat cauſam finalem, l. demonſtratio. §. quod
F autem.ff.de condi.& demonſtratio. Quòd illa
fuerit cauſa finalis, probatur: quia niſi ea fuiſſet,
veriſimile eſt, quòd illud ſtatutum factum non
fuiſſet. Vnde ſuccedunt not. per Bald. in l. & ſi
pòſt tres. ff. ſi quis caut. quem refert & ſequitur
Alex. in l. ij.§. fin.in apoſtil. ad Bart.ff. de donat.
Adverte tamẽ,quia d.§.fin.in d.l.j.de minor.mul-
tùm obſtat contra deciſionem Baldi, licet com-
muniter teneatur,tamen non puto poſſe ſuſtine-





ri, per illum tex. Sed quòd in noſtro caſu fauor
agnatorum ſit cauſa finalis,ſatis patet ex not.per
Bart.in d.l.ij.de donat.Item contra hanc opinio-
nem Aretini,facit tex.in l.ſi quis eum.ff. de con-
dit.&demonſtrat.&not.per Bart.in l. codicillis.
in princip.ff.de legat.ij.vbi licet deficiat cauſa le-
gati,legatum tamen non deficit.Ergo pariformi-
ter licet deficiat ratio ſtatuti,nõ tamen debet de-
ficere diſpoſitio, arguendo de ſtatuto ad teſtato-
rem, ſecundũ tex.in §.diſponat. in auth.de nupt.
Sed dic,quòd in d.l.ſi quis eum.non ceſſat omni-
no cauſa:quod in noſtro eſt ſecùs,vt conſtabit le-
genti eam legem. Item adverte,in quantum Do-
ctores dicunt, quòd in caſu noſtri ſtatuti vnica
tantum ratio aſsignari poteſt, ſcilicet fauor agna
torum,videtur probabiliter poſſe dici,quòd imò
etiam aliæ rationes poſſent aſsignari, quæ mili-
tabunt etiam inſtituto extraneo,veluti ad tollen
das ſimultates, quæ poſſent oriri inter fratres &
ſorores, vel agnatos & conſanguineas,argum. l.
cùm pater.§.dulciſsimis. ff. de legat.ij.Vnde ſuc-
cedit not.dictũ Salic. in l. ſi ſerui veſtri. C. de no-
xalib. quod refert &ſequitur Alex. in l. ſi cõſtan-
92 te.ff.ſoluto matrim. ſcilicet † quòd quando poſ-
ſunt aſsignari duæ rationes,non eſt licitum argu
mentari ex altera.quę opin.eſt communis,vt per
Alex.vbi ſuprà.Nec iſta ratio debet videri abſur-
da, quòd conſultum ſit ſedandis diſcordiis: &
iſtæ diſcordiæ inter conſanguineos ſunt peiores
aliis,l.cùm oportet.vbi Modern.C.de bonis,quę
liber.vnde Statius poeta in primo Thebaidos ap
pellat eas Profana odia,fraternas acies, alternáq;
regna, profanis decertata odiis, & Euripides in
Hecuba,Res dira amicos in vicem altercarier di-
ctiſq; fratres dimicare mutuis. inde venit in pro-
verbium Odium fraternum, de maximis videli-
cet ſimultatibus, quales exercuere Oedipi filij,
Lemniades,Belides, & ſi quæ ſimiles, de quibus
Hiſtorici diſſerunt. Bene fateor, quòd iſta ſola
cauſa nõ eſt ſufficiens.facit etiam, quod not. Sa-
lic. in d. l. quamvis. vbi dicit, quòd præſumitur
ſtatuentem motũ eſſe pluribus rationibus, non,
vnica. Eſt verum, quòd ad iſtud fundamentũ de
d.§.dulciſsimis.poſſet reſponderi per ea,quæ di-
xi in l. ſi familia,in vj.notab. ff. de iuriſd.om. iu-
dic.per reg.quæ probatur in illo tex. Adverte e-
tiam, quæ fuerit mens tenentium iſtam partem,
vbi filia contratabulauerit:nam† ſi loquimur an-
93 te aditam hæreditatem ab extraneo,ſecundũ ſua
fundamenta,bene videtur,quòd poſsit contrata-
bulare. Sed cùm reducat rem ad cauſam inteſta-
ti, debebunt ſuccedere agnati vigore verborum
ſtatuti. nam tunc fundamenta de fauore agna-
tionis facta per Doctores, nil obſtant. ex quo fa-
uor agnationis eſt, vt ipſi ſuccedant nõ fœmina.
Nec obſtat, ſi diceres,quod ſtatutum permittens
contratabulare,debet poſtea permittere eam ſuc
cedere ab inteſtato,vigore correlatiuorum, l.fin.
C.de ind. vid. tol.ex quo ſtat regula l.non ambi-
gendum.§.vbicunque.ff. de bonor.poſſeſ.tit.ge-
nerali:quia reſpõdeo,quòd illa regula non habet
locum,quando eſt diuerſa ratio in vno,quę eſt in
alio, vt patet ex not. per Corn. in l. ſi ab eo. C.de
leg.hæred.per illũ tex.facit l. fi.ff. de legat.j.not.
Corn.Iaſ.&alij,in d.l.fin.C.de indicta vid.tol. nã
vt poſsit contratabulare, adiuuat fauor agnato
rum: vt poſsit ipſa capere ab inteſtato expugna-
to teſtamento, fauor vetat,vnde ſunt diuerſi ca-
ſus.Quare tenenda fortaſſe eſt noſtra opin.ſupe-
rior,quòd bene contratabulabit, vel etiam dicet
nullum, ſed habebit beneficiũ venale, arg.l. filiũ.
§.erit.ff.de contratabul.Reperio etiam quoſdam
Mod.hîc tenentes opin.Alex.qui per duo funda-
menta mouentur:primo,quòd quibus ab inteſta
to nulla debetur legitima, hi non poſſunt dicere
nullum. Sed filiæ mortuo patre ab inteſtato ſtan
tibus agnatis non deberetur legitima: ergo, etc.
Ad iſtud fundamẽtum poteſt dari ſolutio, quam
ſuprà dixi in prima parte quæſtionis. Vel dic, vt
A ſuprà dixi,quòd iſta regula in vtroque capite ha-
bet diuerſam rationem.Nam ab inteſtato bene fa
teor, ꝙ fauor agnatorum impedit condito teſta-
mento,&inſtitutis extraneis ceſſat. Vnde nõ de-
bet argui de vno ad aliud: quia ex diſsimilibus
nõ infertur,l. Papinianus exuli.de minor.Secun-
dò mouetur,quia quo ad conditionis defectũ,ſuf
ficit extare liberos,licet hæredes non ſint,quam
vis illa conditio facta ſit in fauorem liberorũ,l.fi-
liusfamiliâs.§. cùm quis.ff.de legat.j.ergo idẽ in
B agnatis. Sed reſponde, quòd aſſumptum eſt fal-
ſum.Nec obſtat ille tex.quia loquitur,quãdo per
ipſos liberos ſtat, quòd nolunt ſuccedere, putà
quia inſtituti, ſed repudiarunt fauori ſuo renun-
tiantes iuxta l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact.
Sed in noſtro caſu agnati non ſunt excluſi facto
ſuo, ſed facto teſtatoris : vide Bart.poſt gloſ.in d.
§.cùm quis. vbi etiã Paul.de Caſt. Subſequen-
ter quæro hîc,an † ſtante dicto ſtatuto Stantibus
maſculis ab inteſtato fœmina dotata non ſucce- 94
C dat,ſi pater fecerit teſtamentũ inſtitutis maſculis
præterita filia, an ſaltem poſsit dicta filia petere
legitimam?Iſte articulus videtur ſatis ex ſuperio
ribus deciſus, quòd nõ :nam ad legitimam deue-
nitur per querelam de inofficioſo, l. quæ nuper.
C. de inoffic. teſta. ſed iſta non poteſt querelare,
quia reduceret rem ad cauſam inteſtati:quo caſu
ipſa excluditur,prout ſuprà cõcluſum eſt. &hanc
partem firmat Bald. in l.maximum vitium. C.de
liber.præter.Alex.in l.ſi emancipati.C.de collat.
D & Carolus Ruinus hîc. Secundò pro hac parte fa
cit Ioan. de Imola,hîc: Bald.in conſil.ſuo incip.
Antiquum ſtatutũ ciuitatis Peruſij. Fabianus de
Giocchis in rep.auth.nouiſsima in xv. quæſt. C.
de inoffic.teſtam. quia † legitima eſt portio eius, 95
quod eſſet habitura ab inteſtato, l.Papinianus.§.
quarta.ff.de inoffic.teſtam.l.cùm quæritur.C.eo.
ſed filiæ ab inteſtato nil debetur propter ſtatutũ:
ergo,etc. Tertiò legitima debetur iure ſucceſsio-
nis,§. aliud quoq;.s̃.alleg. hîc non poteſt deberi:
E ergo, etc. Breuiter licet multa poſſent adduci,li-
cet nemo examinet iſtam quęſtionem,ego teneo
contrarium.pro qua parte facit, quia iſtud ſtatu-
tum non intelligitur excludere legitimam : quia
pactum quantumcunq; generale,non includit le
gitimam,vt tenet Salic.in auth.nouiſsima.in vlt.
quæſt.C.de inoffic.teſtam.& hoc tenet Bald.Gu
li. de Cun. Angel. Oldr.& Iaſ. in l. ex facto. ff. de
vulg.& pup.& conſuluit collegium Florentino-
rum,vt hîc per Ruin. in alia quæſtione allegatur
F tex.in. l.ſi quando.§.&generaliter. C. de inoffic.
teſtam. nec valet ad illum text. reſponſio Ruini
hîc,quòd ibi loquitur,quando ius erat quæſitum
filio, ſcilicet poſt mortem patris: quia nego hoc,
ex quo non erat ſuus hæres,vt præſupponitur in
illo tex. bene erat quæſitum ſpe. idem eſt in caſu
noſtro:nam cùm filia non poſsit priuari legitima
illa ſpes eſt approbata à iure, vt dicit Bart.in l. fi.
in fi.C.de pact. Item pro opin. Doctorum facit c.
quamvis pactũ. de pact. lib.vj. nam †renuntians
hæreditati paternę cũ iuramento,ſecundũ illum 96

L.29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.

tex.nón intelligitur renuntiare legitimę:imò nó
valet talis renunciatio, niſi filius habuerit legiti-
mam,vt tenet Aret.in l.fin.C.de pact.& Cano.in
d.c.quamuis pactum.& Aret.poſt Ludouic.Ro-
ma.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.quic-
quid dicat hîc Ruinus.Nec ad iſtud dictum Aret.
obſtant,quæ dicit Bart. in l.j.§. qui habebat.in
iiij.quæſt.ff de contratabul.quia filius non po-
teſt.ibi petere legitimam vigore ſtatuti : nam ibi
A erant duo impedimenta, et ſtatutum et renũtia
tio. Nec etiam cõtrarium tenet Alex.in l.poſtu-
lante.ff.ad Trib.quia ibi eſt alius caſus,nec Paul.
de Caſtro in l.ij.ff.de acquir. hæred. dicit id,ad
quod eum allegarent Repetentes:imò in cõtra-
rium eſt cõmunis,vt dixi.Stat igitur firmum ad-
ſumptum,quòd in pacto generali non intelligi-
tur renuntiatum legitimæ. modò ſic valet argu-
mentum de pacto ad ſtatutum,gloſ.in rubric. C.
de decre.decu.Bar.in l.Cæſar.de publican.Alex.
B in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.de verb.oblig.
Si ergo in dubio non cenſetur ſublata per pactũ:
97 ergo nec per ſtatutum.Fortificatur,quia † ſi non
in voluntaria diſpoſitione, minùs in neceſſaria,
quæ minùs ſolet lædere,l.ſi fideiuſſor.§.ſi.neceſ-
ſaria.ff.qui ſatiſda.cog.Fortificatur etiam ſecun-
dum Bald.in quodam conſil.quod incipit, Anti-
68 quum ſtatutum ciuitatis Peruſij.nam† ſi pactum
liberatorium,quod eſt fauorabile,non excludit
legitimã:ergo nec generalia verba ſtatuti,quod
C procludubio eſt odioſum,l.maximumvitium.C.
de lib. præter. Secundò pro hac parte facit fun-
damentnm Salic.in ſimili quæſtione, dum dicit
quòd iſta fœmina non compræhenditur ſub ſta-
tuto,quo ad legitimam:nam ſtatutum loquitur
de ſucceſsione,& debet intelligi de ſucceſsione,
quę eſt iuris,l.quædã.§.is autem.ff.de eden. Sed
iſta filia in legitima non dicitur ſuccedere in ius,
l. Papinianus.§. quarta.ff. de inoff.teſt. Nec ad
iſtud fundamentum valet reſponſio Ruin. hîc,ꝙ
99 imò legitima eſt ſucceſsio iuris:quia † talis legi-
D tima dum eſt vnita cum patromonio patris, non
conſideratur de per ſe, ſed tanquã pars eius:quia
nego hoc,nec Doct.allegati per Ruin.dicitur id,
ad quod allegantur:imò poſt mortẽ patris illa le
gitima de per ſe conſideratur, & ſatisfacit tex.in
d.§.quarta.& text.in auth.hoc ampliùs.C. de fi-
deicom.ibi,pręter debitum naturale,nam in illa
legitima filius cẽſetur creditor patris,l.j.§.ſi im-
E puberi.de collat.bonor.mortuo patre, vt eſt ca-
ſus noſter,& ibi dicitur:nã eo viuo,eſt ſecùs.Fir-
mat Lud.Rom.in l.j.C.quando non pet.part.idẽ
in l.j.ff.de acqui.hæred. Nec obſtat reſponſio A-
lex.in l.poſtulante.ff.ad Treb.quia vna hirundo
non facit ver.Bald.tamen in auth.nouiſsima. C.
de inoffi.teſt.& in l. vnica,§. in primo. verſic.ſed
hîc ſuccedit aliud dubium.C.de cad.tol.dicit,ꝙ
100 † filius in legitima eſt ſucceſſor vniuerſalis potẽ
tialiter,ſed non actualiter. Tu dic,quòd in caſu
noſtro filia nó eſt ſic propter ſtatutum vetans ta-
F lem ſucceſsionem vniuerſalem. Aduerte etiam,
quia contra fundamenta Salic. eſt glo.ordi.in l.
cùm à matre. C.de rei vẽd.vbi filius inſtitutus in
quota,dicitur ſucceſſor iuris.Sed reſpóde, quòd
illa gloſ.debet intelligi de quota hæreditatis,nó
bonorum.pro hoc nos loquimur per tex.in d. §.
quarta.pro hac parte etiã faciunt alia,quę dicam
in ſeq.quæſtione. Tenendo igitur hanc opinio-
nẽ,quam etiã tenet Bal.in l.fi.C.de dot. promiſ.
& Aret.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.&
Bar.de Salic.in auth.nouiſsima.in xij.q.C.de in-
offi.teſta.& dicit, ꝙ vidit ſic pronuntiari Bono-
nię per auditorẽ cardinalis Albanenſis fratris o-
lim Vrbani V. Reſpondeo ad allegata in contra-
riũ,quæ videntur magis vrgere.Præmitto igitur,
quòd filius poſt mortem patris dicitur eſſe credi
tor,quo ad legitimam,vt dixi per tex.in d.l.j.§.ſi
impuberi.ff.de collat. bonor.facit tex. in l.cùm
ratio.de bon.damn.& l.ſi quis legatum.§.fi.ff.de
fal.not.in auth.de hæred.& Falc.§.ſi quis autem
A non implens.& in auth. de reſtit.& ea,quę parit.
§.quamobrẽ.idem tenet Bal.in l.cùm quis. C.de
iur.& fact.ignor.vbi dicit,ꝙ†filius in legitima ha 101
betur loco creditoris,& ꝙ ſolutum quocunq; er-
rore.poteſt repeti,l.ſi patronus.ff.de donat.Cyn.
in l.ſcimus C.de inoff.teſt.allegat tex.in l.ex tri-
bus.eo.tit.Bald.in d.l.ſcimus.idem Bald.in d.l.ſi
quis legatum.per illum tex.iuncta glo.Ang.in l.
fi.C.qui pet.tut.vbi dixit,quòd legitima eſt loco
veri ęris alieni:allegat etiam tex.in l.cùm patro-
B nus.ff.de leg. ij.Petr.de Anchar. conſil.xcviij.in-
cip.ex prædicto themate eliciuntur plura dubia.
qui allegat Dyn.idẽ tenentẽ in quodam ſuo cõ-
ſil.idem tenet Fabianus de Giocchis in rep. d.
auth.nouiſsima.in xxix.q. & Lud. Rom.in d.l.j.
de acquir.hæred.& in l.vnica,C.quando nó per.
part.qui reſpondet:diſtinguendo autẽ ante mor-
tem patris,& non eſt debita: quo caſu procedit
opin.tenentium contrariũ, præſertim Bar.in l.j.
C.de impo.lucrat.deſcrip. lib.x.facit, quia filius
C quo ad legitimã,non dicitur propriè hęres,vt de
clarat Ang.in l.quiſquis. C.ad l. Iul.maieſt. Mo-
dò reſpondendo ad fundamenta,ad primũ dico,
quòd iſte filius non intentabit querelam,per ſu-
prà dicta,ſed aget cõdictione ex l.omnimodo.&
l.ſi quis in ſuo.C.de inof.teſt. quam opin.tenent
Bald.Ang.& alij poſt Bar.in l.ſi milite.§.fin.ff.de
mil.teſt.per gloſ.in auth.presbyteros.C.de epiſ.
& cler.& hanc tenet Rom.in d.l.vnica, & in d.l.
j.& eſt cõmunis opinio,vt per Rep.in d.auth.no
D uiſsima.in v.quæſt. Dum ergo dicitur,ꝙ ad legi-
timam deuenitur per querelam fateor:ſed deue-
nitur etiã per condictionem ex lege.vnde †quã- 102
vis ſublatum ſit vnũ remediũ,non propterea ceſ-
ſat aliud,l.quoties ex duplici.ff.de reg. iur.l. nec
is.§.hęres inſtitutus.ff.de acquir.hæred.facit tex.
in c.j cum ibi not.de cõſtit. lib.vj.& not.in l.edi-
ta.C.de eden.Ad ſecundũ fundamentũ reſpon-
detur, ꝙ legitima debetur, habito reſpectu ſuc-
E ceſsionis ab inteſtato,id eſt,quod debetur reſpe
ctu portionis mẽſurandę, nó reſpectu ſucceſsio-
nis ab inteſtato neceſſaria requirẽte,prout decla
rat Salic.in l.ſi ſerui vrb.C.de noxa. & ſequitur
Soci.hîc.Vel accõmoda aliam ſolutionẽ ex his,
quas in alia ſimili quæſtione refert hîc Soci. Ad
tertium fundamentũ, dũ dicitur,ꝙ legitima ſem
per debetur iure inſtitutionis: ſed in caſu noſtro
non debetur iure inſtitutionis propter ſtatutum,
ergo nullo modo debetur:reſpondeo,ꝙ † legiti- 103
F ma olim debebatur quoquo relicti titulo, vt eſt
tex.in auth.nouiſsima.C.de inoffi.teſta.ſed Iuſti
nanius in fauorem filiorum introduxit, vt debe-
retur iure inſtitutionis:quia ille titulus eſt hono
rabilior,vt concluditur in d.§. aliud quoque. in
auth. vt cùm de appel. cog.in noſtro autem caſu
vigore ſtatuti legitima non debetur iure inſtitu-
tionis.vnde nó debet ceſſare diſpoſitio authen.
nouiſsima.nam Iuſtinianus introduxerit hoc fa
uore filiorum:non debet operari in contrarium,
l.quo fauore.C.de legib. & tex.not. in l. ſi filius,
qui patri.ff.de vulg.& pupil. Vnde poteſt dici,
quòd



quòd iſta filia in noſtro caſu aget condictione ex
lege,ſcilicet ex d.auth. nouiſsima.nam nó vide-
tur.quòd poſsit condicere ex d.l.omnimodo.ex
quo illa non loquitur,niſi quo ad ſupplementũ,
niſi inducas eam in ſi.princ.iuncta d.auth.nouiſ-
104 ma.Illud fatere, quòd † dos data debebit com-
putari in legitima,arg.l. Titia.§.qui inuita.ff. de
leg.ij.l. quoniam in nouella.C.de inoff.teſt.Bar.
in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.&
demonſt.ſed filia poterit petere ſupplementũ,vt
hîc per Soci.Aduerte tamen,quia Bald.in d.con-
ſil.quod incipit, Antiquũ ſtatutũ ciuitatis Peru-
ſij.videtur velle, quòd imò filia dotata nó pote-
rit petere reliquũ: quia ſtatutũ poteſt diminuere
legitimam,licet nó tollere,Bar.in d.l.Titio cen-
tũ.§.Titio genero. Vnde cùm ſtatutũ excludat fi
liam dotatam,videtur velle, ꝙ filię debeat eſſe ſa
tis illa dos pro legitima, & nó poſsit ampliùs pe
tere:videtur enim cõtemplatione dotis exhære-
data,arg.l.qui volebat.ff.de hæred. inſtit.vel re-
dacta ad iſtam dotem,vt not.per Cyn.in l. ſanci-
mus.C.de inoff.teſt. Secundò adducit,quia dos
eſt bonorũ ſubſidiũ,d.auth.nouiſsima. ſed mu-
lieres dotatę habent ſubſidium dotis,l.j.C.vnde
vir & vx.& ſuccedit loco alimentorũ.Sed mulie
ribus dotatis raró deſunt alimẽta. Sed in hoc te-
neo contrariũ: quia fundamenta Bal.nil vrgent
Nó obſtat l.qui volebat.quia ibi erat expreſſa vo
luntas teſtatoris,ſed in noſtro caſu ſtatutũ nó eſt
expreſſum:imò nó compręhendit iſtam mulie-
105 rem petentem legitimã:ergo,etc.nec † debet in-
duci legũ correctio ex ſubauditis intellectibus,
l.præcipimus.in fi.C.de appel.Ad ſecnndum re-
ſponde,ꝙ dos eſt bonorum ſubſidiũ terminatũ
à lege,ſcilicet quarta,nó autem dos, d.§. quarta.
& d.l.quoniam in nouella. Ad tertiũ reſponde,
ꝙ ſuccedit in locum alimentorũ,nego hoc: quia
ſequereretur,quòd filia diues non deberet dotari,
contra l.ſi.C.de dot.promi.& per alia,de quibus
per Alex.in l.j.ff.ſol.mat.tangit vnũ verbũ Rain.
hîc. In quantum tamẽ ſuperius ſtante tali ſtatu-
to dixi,ꝙ filia aget ad ſupplementum,ſi dos non
ſit tãta,quanta eſſe deberet legitima: Salic.tenet
hanc opi.per plures rationes,vt hîc per Alex.qui
tenet contrarium: ſed fundamentis eius reſpon-
det Soci.vide per eos.Et in quantũ Sali.dicebat,
quòd ſtatutũ loquitur ab inteſtato,& pater eſt te
ſtatus,ergo ſtatutum correctorium,vt eſt hoc,lo-
quens de vno, nó debet trahi ad aliud:reſpódet
Alex.ꝙ iſtud eſt vigore correlariuorum. Tu dic,
quòd iſtud eſt falſum:nam hęc non ſunt correla-
tiua,ſed penitùs diuerſa. & iſta reſponſio Alex.
eſt contra gloſ.in hoc §,quę vult,quòd diſpoſitio
106 loquens,ꝙ †filius emancipatus ſuccedat vt ſuus
ab inteſtàto,non habet lócum condito teſtamẽ-
to.Sed voluit forſitan dicere Alex.ꝙ iſtud eſt vi-
gore regulę l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de in-
107 offi.teſt.ſcilicet† propter extẽſionem paſsiuam.
Sed ad illũ tex.reſpóde,ꝙ in hoc noſtro caſu nó
habet locũ extenſio paſsiua:quia ſtatutũ eſt cor-
rectorium,& venitur contra ius ſcriptũ,per Bar.
in l.fi.C.de ſacroſan. eccl.dixi ſ̃.Vel dic,quòd il-
le tex.loquitur,quo ad querelã,non quo ad con-
dictionem ex lege,vt ſ̃.dixi.& certè iſtud funda-
mentum Salic.videtur multùm bene cõcludere.
Item in quantũ Alex. reſpondet ſecundo funda-
mento Salic.tu dic, ꝙ etiam ab inteſtato poterit
fœmina,ſtante dicto ſtatuto, petere legitimã,vt
ſ̃.concluſi.Et hoc modo potes ſuſtinere alia fun
damenta Salic.Et ſic habes expeditas duas quæ-
ſtiones.Prima eſt, ſtãte dicto ſtatuto , an filia cui
dos iã data eſt,poterit petere legitimam, etiam
ꝙ in dote non ſit inſtituta:& cõſequenter idem,
inteſtato mortuo patre.Secunda eſt, quòd ſi pa-
ſionem principalem Bart.quòd conditio in vno
caſu non trahatur ad diſsimilem,opponitur pri-
mò de l.iã hoc iure infrà,de vulg.& pup. vbi pu-
pillaris expreſſa continet vulgarem tacitã, & vi-
ce verſa expreſſa vulgaris tacitam pupillarem.&
tamẽ iſti caſus ſunt penitùs diſsimiles,& habẽt
diſsimilem effectum,quia per vnam vni ſuccedi-
tur.

tur,per aliam alteri,l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.j.de vulg.& quod not. Bar. in l.ita tamen.§. qui ſuſpectum.ff.ad Treb.Sed ad hoc obiectũ reſpondit Bar.in d.l.iã hoc iure.q.in illo caſu text. loquitur in ſubſtitutione,& ſic in actu,qui de neceſsitate requirit conditionẽ. vnde expreſsio vnius cõditionis non excludit aliã, quia lex præſumit:q.ſi de alia cogitaſſet,& illã expreſsiſſet:& ratio præſumptionis eſt.quia q. pupillaris cõtineat vulgarẽ,eſt fauor ipſius teſtatoris,cui ſuccedit ur,Inſtit.eod.circa princ.q. vulgaris cõtineat pupillarẽ,eſt fauor pupilli,vt dicit Cyn.in l.precibus.C.de impub.vnde attento fauore vtriuſq;, et propter connexitatẽ teſtamẽti paterni & pupillaris,lex fecit talem interpretationem. Et ſic habes vnam limitationẽ ad doctrinam Bart. hîc. Secundò opponitur: caſus voluntatis, & caſus impotentiæ ſunt diſsimiles, l. pater Seuerinam. infrà,de condi.& demon.l.multum intereſt. C.ſi qs alteri,vel ſibi.l.ab adminiſtratore.C.de legat. per Bald.in auth.ſtatuimus.C.de epiſ.& cler. & tamẽ in ſubſtitutiõne vulgari cõditio impotentiæ trahitur ad caſum uoluntaris, & vice verſa,vt dicit Bar.in l.j.ff.de vulg.arg.iſtius tex. & facit l. ſi.C.de inſtit.& ſubſti.Potes reſpondere, q.imò iſti caſus ex præſumpta mente teſtatoris nõ ſunt diſsimiles.cùm enim agatur de vulgari ſubſtitutione,per quã ſuccedit ur ipſi teſtatori,& ſic agatur de fauore ipſius,verſimile eſt, quod de vno diſpoſuit,de alio etiã intellexiſſe:ex quo eadem ratio eſt vtriuſque caſus.& ideo ſi appareat,teſtatorem non conſideraſſe fauorem teſtamenti ſui, ſed pœnam hæredis,aliud eſſet,vt in caſu Socin. conſi.cclviij.incip.viſis.vbi ſubſtitutus ſi hæres & eius filij non aſſumerent arma,& cognomen teſtatoris,non eſt admittendus in caſum impotentiæ filiorũ,vt quia non eſſent nati, quia iſtud eſſet pœnale,auferre hæreditatẽ ab hęrede,arg.d. l.pater Seuerinam. Eſt verũ,q.caſus Soc. eſt dubius:quia ibi ex natura conditionis apparebat teſtatorẽ conſideraſſe fauorem ſuũ,ſeu ſuę familiæ,propter grauamen gerendi nomẽ &arma:& ſic habes ſecundam limitationẽ. Et hoc infertur ad quæſtionem,Teſtator inſtituit ventrem : & ſi maſculus erit,et deceſſerit in pupillari ętate.ſubſtituit Philippum:ſi naſcentur fœminę, eas inſtituit in libras cccc.euenit caſus,q. venter nihil peperit,nunquid ſubſtitutus admittatur? Alex.cõſi. clxxxviij. viſo proceſſu.in ij.conſuluit,quòd nõ: quia iſte eſt caſus omiſſus,arg.l.cõmodiſsimè.& per l. ſi ita ſcriptũ,ſuprà eod arg. à cõtrario ſenſu, ſequuntur hîc Mod.ego. dubito de hac deciſione per ſuprà dicta:quia pupillaris expreſſa cõtinet tacitã vulgarem,d.l.iã hoc iure. & iſte Philippus ſubſtitutus,ſi poſthumus intra pupillarẽ ętatem decederet,intelligitur eſſe ſubſtitutus,etiam ſi non naſcatur, l. pen.de vent. inſpic. ſecũdum Bart.in d.l.j.& Bald.l.ſi. C. de inſt. & ſubſt. & teſtamentum ab eo gradu adſumit vires, l.iij. §.fin.ſuprà,eo. & ideo non poteſt dici iſte caſus omiſſus:& hoc maximè oſtenditur ex mente teſtatoris,qui fœminas inſtituit ſolũ in cccc.quia intelligebat vniuerſalẽ hæreditatẽ ad ſubſtitutũ pertinere.Et licet ſubſtitutio particularis alio nõ exiſtente hęrede trahatur per legẽ ad vniuerſale ius l.j.§.ſi ex fundo infrà,de hæred. inſtit. tamen iſtud non eſt ex mente teſtatoris, vt dato ſubſtituto hæredi vniuerſali iſte particularis excludatur,l.filius à patre,in fin.ſuprà,eo.& l.ſi.vbi Bald. quæſt.xciij.C.de hæred.inſtit.&l.ſi ita ſcriptum.

probat potiùs cõtra Alex.cùm in omnem caſum ſit prouiſum ſubſtituto expreſsè,ſi decedat pupillus:per tacitam vulgarẽ, ſi non naſcatur. Cogita tamen.Tertio opponitur de l.ſi.C.de poſth. hęred.inſtit.caſus † enim natiuitatis ante mortem,& poſt mortem,ſunt diſsimiles , vt hîc vult Bart.Sed reſponde,quòd illud eſt, quia teſtator *Expoſitio poſterior.*
veriſimiliter cogitauit caſum omiſſum non debuiſſe euenire,& ideo omiſit. quare ſi euenit, 35
A perinde eſt, ac ſi expreſsiſſet,ſecundũ eundem Bart. in princ.huius l.& ſic habes ſecundam limitationem, de qua etiã hîc per Lancel. Quartò opponitur de l.cohęredi.in prĩcip.l.ſi Titius.infrà, de vulg.&pupil.l.quamdiu.ij. verſic. is autem.ff.de acq.hęred.Per quę iura dicit ibi.Bart.quòd ſi teſtator filiũ pupillũ hæredẽ inſtituit, & ſubſtituit ei pupillariter Titium, & quandocunq; deceſſerit Titius ſine liberis,ſubſtituit dicto Titio Sempronium mortuus eſt Titius viuente pupillo:
B dicit Bart.q. Sempronius erit ipſe heres pupillo:& ſic apparet,q. ſubſtitutio Sempronij facta Titio, & ſub conditione deficientium liberorum Titij, trahitur ad caſum penitùs diſsimilẽ, tũ reſpectu perſonæ, quia ſuccedit ur pupillo, & reſpectu dictarum conditionũ,quia etiã ſi Titius decedat cum filijs,nihilominus ſuccedet Sempronius,vt ſentit ibi Bar.generaliter intelligendo, & declarat Paul.de Caſt.conſi.clij.præſens dubiũ videtur formari in prima parte.in nouiſſ.Eſt verum, q. in
C hac quæſt.Old.cõſi.clxxvij.& deinde Ioan.And. in Spec.in tit.de teſta.in §.j.in additione magna, in verſi.occurrit.& Alb.de Roſa.in rub.j.de acq. hęred.verſi.ex prędictis inſurgit.referentes illud conſilium Oldr.ad literam ſentiunt oppoſitum. Sed dicit Aretin.in d.l. quamdiu. quòd iſta fuit quędam phantaſia Old.& opinio Bar.eſt cõmuniter approbata,ibi:& dicit do.Iaſon.in l.j.infrà, de vulg.ſe pluries cõſuluiſſe pro deciſione Bart. contra Old.& ita etiam conſuluit Alex. conſi.j.
D in j.Cur.cõſi.lij.ſuper teſtamentis. & eius rationibus optimè reſpondit Aret.in d.l.quamdiu.vnde ſtat adhuc firma oppoſitio.Et ideo tu reſponde,quòd imò iſte caſus non eſt diſsimilis expreſſo:illa enim verba Qandocunq; deceſſerit ſine liberis,important ſubſtitutionem compendioſam,ſecundũ Bar.in l.cẽturio.infrà,de vulg. quæ compendioſa cõtinet in ſe vulgarem.Vnde cùm Titius prædeceſſerit pupillo, verificatum eſt caput impotẽtię,quòd ineſt in vulgari,l. cùm pro-
E ponas. C. de hæredib. inſtit.meritò admittitur Sempronius ex vi vulgaris ſubſtitutionis, de qua in d.l.iam hoc iure.& rationem ſuprà dixi. Iſta tamen ſolutio non tollit difficultatem reſpectu conditionis defectus: & ideo videndum eſt, an dato,quòd iſte Titius decedat cum liberis,admittatur Sempronius:nam regula eſt, quòd defecta conditione caſuali,ſubſtitutus non admittitur,l.in teſtamento.j.de cond.& demon. Confirmo hanc opin. per text.in l.qui habebat.j. de
F vulg.vbi ſorori, quam teſtator pupillariter fratri ſubſtituerat,erat facta ſecunda ſubſtitutio cõditionalis,ſi decederet prius quàm nubilis ætatis eſſet,ſi decedat ante pupillũ, poſtquàm nubilis fuerit,& ſic defecta cõditione ,excluditur ſubſtitutus,& tamen ex tacita vulgari, quæ oriebatur ex perſona ipſius filiæ, debuiſſet admitti.Secundò confirmo per tex.in l.peculiũ.§. fin.in fi.ff.de lega.ij.& quod ibi notat Bar.& in l.filio preterito.infrà, de iniuſt.rupt. vbi ſi teſtator ſubſtituit ſub cõditiõe mortis ſine liberis hæredi, & hereditas



ditas tranſferatur in alium, putà per authen. ex cauſa.C.de lib.præter.non erit locus fideicõmiſſo,niſi eueniente conditione appoſita dicto hæredi reſcripto.Tertiò facit,quod vult Angel.in d. l.quamdiu.ij.in fin. vbi limitat deciſionem Bartoli nõ procedere,quando teſtator dixiſſet,ſi Titius,me viuo,decederet, etc.ſi enim decedit, eo mortuo expirat ſubſtitutio, arg. d.l.cõmodiſsimè.& quod notat Ioan.And.in Spec.tit.de teſta. §.in primis.in addit.quæ incipit,huic quæſtioni
A rem. propter auctoritatẽ Bart. in d.l. quamdiu. vbi ſecundo loco ſubſtitutus admittitur, quia precedenti gradu perempto, admittitur ſequẽs: & ſic non habemus conſiderare, quæ conditio eſſet in gradu perempto,& probatur optimè in d.l.cohæredi.in prin.ibi,prius quàm cõditio ſubſtitutionis exiſteret. generaliter intelligendo,& fuit de mente Old.conſil.cxlj. thema rem. con-
36 firmatur per d.l.hoc iure. nam † in pupillari expreſſa ineſt cõditio,ſi deceſſerit intra pubertatẽ,
B & tamẽ in ea tacitè ineſt vulgaris ſine aliqua huiuſmodi conditione.Ergo in caſu noſtro non eſt inconueniens, quòd compendioſa habeat conditionem reſpectu fideicõmiſſarię, ſed reſpectu vulgaris non habeat, facit l.fin.C.de inſti.& ſubſtit.l.pen.de vent.in ſp. Cõfirmatur per rationẽ: appoſuit enim teſtator illam conditionem in fauorem ipſius hæredis grauati,ſecundum Bar.in l.illis libertis.ff.de cond.& demon.qui poſsit ab inteſtato relinquere filiis, ſecundum gloſ. in d.l.
C Lucius.ff.de hæred.inſtit. Vnde ſi non ſit hæres, quia præmoriatur, ceſſat ratio cõditionis appoſitæ,quæ non debet prodeſſe hęredi ab inteſtato, cum manifeſta mens teſtatoris ſubſtitutũ prætulit,arg.l.Publius. §.fin.de condit.& demon.& d. l.quamdiu. Et ideo licet regula ſit,quod conditione defecta ſubſtitutus excludatur,d l.in teſtamento.tamẽ fallit,quando aliàs veriſimiliter teſtator etiam fuiſſet relicturus,ſecundũ glo.& Angel.Paul.& Cornæ.in l.j.C.de inſtit.& ſubſt. ſen
D tit.glo.in l.quæ ſub conditione.§. quoties.ff.eo. In caſu enim noſtro illa conditio fuit adiecta in fauorem ipſius Titij,de quo non eſt quærendum, poſtquàm eſt excluſus per mortẽ,& quia eſt tanquam releuamen ipſius Titij,de quo non quæritur: quia ſatis eſt,quòd hæreditas perueniat ad Sempronium cũ oneribus inſtituti cui ſuccedit ur,non autem Titij,quia eſt ſublatus de medio, vt dicit Paul.de Caſt.in d.conſil. Et hoc tenendo nõ obſtat l. qui habebat.quia Doctores illam in-
E telligunt,non q.ſubſtitutus ſimpliciter excludatur per defectum conditionis,ſed quia nulla ſub erat vulgaris inſtitutio,ex qua poſſet admitti:qa deficiente pupillari,deficit etiam tacita vulgaris in ea cõtenta,vt ibi per Bart.& Iaſo. Non obſtat doctri.Bart.in d.l.peculium.§.fin.quia ibi hæreditas auferebatur hęredi pręter mentem teſtatoris,nec debet melioris conditionis eſſe auferens rationibus,de quibus ibi. Nõ obſtat deciſio Angel.in d.l.quãdiu.quia fateor limitari doctrinam
F Bart.per illam, quando conditio reſpicit ipſum teſtatorem,ſicut & limitatur, quando conditio reſpicit fauorem teſtatoris,vt in caſu Alex.conſi. j.ibi enim conditio erat,ſi legem teſtatoris ſeruauerit,vt per eum.Non obſtat deciſio Socin. quia fortè non eſt vera,per ſuprà dicta, nec Bar.per eũ allegatus quicquã dicit. Vel dic, quòd loquitur, quando deficit cõditio in perſona primi inſtituti:nos loquimur in ſecundo,qui non tollitur de medio.Cogita tamen, quia iſte punctus indigeret

diffuſiore tractatu.In † propoſito ergo dicendũ eſt,q. quàuis ille caſus omiſſus,ſit diſsimilis propter conditionẽ,quę defecit,tamen ex mente teſtatoris non habetur pro omiſſo,per glo.in d.l.j. *L.29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.*
C.inſtit.& ſubſtit.& ſuprà dicta. Poſſet etiam diſtingui,quòd in inſtitutione procedat opinio 37
Socin.quia ea non admittitur,niſi quatenus verbis expreſſa ſit:in ſubſtitutione verò fideicõmiſſaria ſecùs ſit:quia fideicommiſſa ex ſola mente cõſiſtũt,ſecundũ Paul.de Caſt.in l. Titia. §.Seia, de leg.ij.& in l.penult. C. impub. Socin. conſi. cxl. Decius conſil.cccxiiij. tamen prima verior. Quid autem ſit in fideicõmiſsis particularibus, quando admittatur tertius, perempto ſecundo gradu,vide Cornę. conſi.xxxv.in ij. ¶ Tertia
principalis concluſio Barto.eſt,quòd † conditio *III. Concluſ.* 38
neceſſaria ex parte actus,vel effectus, porrigitur ad caſum omiſſum ſimilem. & tunc non refert, quid ex æquipollentibus fiat,per iſtum tex. & l. mulier in prin.infrà,ad Treb.l.ſi mater.C. de inſtit.& ſubſti.& eſt ratio,quia iſto caſu teſtator videtur conſideraſſe ſolùm de effectu: facit l.cùm ſeruus.vbi Bart.ff.de verb.oblig.Sed tu conſidera,quòd quando conditio eſt neceſſaria propter effectum,videtur quòd debeat æquiparari volũtarię:quia ſicut effectus reſpectu teſtatoris eſt voluntarius,quia ipſe ſpontè conſiderauit illũ effectum, ita etiam conſequentia ad illũ debent cẽſeri voluntaria,l.& ideo. ff. de cond.furt. inducẽdo,vt per Aret.in l.is poteſt.in ſi.infrà, de acq. hæred.& ibi eſt doctrina Bar.& in l.furti. §.ſi iuſſu.ff.de his,qui not.infam.Confirmatur hęc ſententia per text.in l.fideicommiſſa.§.ſi cui ita fuit ff.de lega.iij.ſecundum intentionem Petr. Cyn. Alber.de Roſat.Raph.Com.ibi,& Paul.de Caſt. in l.ſi mater. C.de inſtitutionib. & ſubſtitutio. quem ſibi attribuit Crotus hîc,vbi eſt text.quòd † legatum factũ ab extraneo filiofamiliâs,ſi mor te patris ſui iuris effectus fuerit,non debetur,ſi 39
emancipetur,ſed expectanda eſt mors patris, &
D ſic ibi eramus in cõditione neceſſaria ad effectũ, & tamen debet formaliter adimpleri,ſicut volũtaria.& licet Bartolus aliter intelligat illum tex. tamẽ violat literam,& nullo modo eſt tenendus intellectus Bart.ibi.Confirmantur prædicta etiã per text.in d.l.commodiſsimè. cùm enim pater neceſſitatiò debeat poſthumum inſtituere,vel exhæredare,qui altero de duobus temporibus naſcatur,vel ſe viuo,vel ſe mortuo, certè exprimẽdo caſum,Se viuo,videtur expreſsiſſe caſum ne-
E ceſſarium ad effectũ actus,& deberet trahi etiam ad alium.quod tamen text.negat,& prima ſolutio Bar.quòd cùm poſſet inſtitui ſimpliciter,illa adiectio eſt voluntaria,nihil valet: quia confunditur per iſtũ tex.in quo potuit ſimpliciter poni conditio,Si filius ſui iuris efficeretur, vel etiam nulla poni,§.quidam rectè.ſuprà,ea.lege,et tamẽ expreſsio mortis trahitur ad emancipationem. idem in d.l.ſi mulier.vbi potuit ſimpliciter legari,ſi ſui iuris efficeretur. Secunda etiam ſolutio, q.caſus ſint diſsimiles,non eſt vera,vt ſuprà dixi, & latiùs diſputant hîc Mod.niſi intelligas, vt infrà dicam.Breuiter pro reſolutione dicendũ eſt, quòd iſta materia tota dependet à mẽte teſtatoris,l.in cõditionibus.ff.de cond. & dem.&† ideo 40
vbi poſſumus mentem coniectari,ſit extenſio,ſiue cõditio ſit neceſſaria,ſiue voluntaria,vt etiam infrà dicam.Eſt verum,in neceſſaria faciliùs pręſumi mentem,& iſto reſpectu Bart. & Doctores hîc diſtinxerunt. vnde quando mẽs eſt in cõtra-

...um,etiam in conditione neceſſaria non fiet iſta
extenſio. ita probatur in dictis iuribus, vbi cùm
non bene conſtat de mente, ſtamus verbis,iuxta
l.non aliter.ff.de lega.iij.nam ind.§.ſi cui ita.cùm
conditio etiam reſpiciat incōmodum patris,ex-
pectanda eſt eius mors, quod incōmodum con-
ſideratum apparet ex vi verborum. Poſſet enim
filius emancipatus conniuentibus oculis permit
tere aliquid in patrem pervenire, arg. l. iiij. ff.de
manumiſ.& probatur in authen.excipitur. C.de
bon.quæ lib. Quod ſecùs eſt in caſu d. l. mulier.
quia ibi erat mater teſtatrix, quæ licet præſuma-
tur prædiligere filios ſuos marito,l. cùm auus.ff.
de cond. & dem. non tamen maritum omnino
execrari: & ita debet intelligi l. ſi ita. ff. quando
dies leg.ced.&l.ſi C.de don.quæ ſub mod.Idem
in caſu l. cōmodiſsimè. ſ. eo. cùm enim teſtator
veriſimiliter potuerit cogitare pòſthumō tā poſ-
ſe naſci,ſe viuentē,quàm poſt,& inſtituerit in al-
terū caſum tantùm, videtur habuiſſe aliquā dif-
ferentiam inter iſtos caſus,l.cùm ita legatū.verſi.
quæ enim.infra,de cond.& dem.&quod de vno
dixit, videtur voluiſſe de alio negare,l.maritus.
C.de proc.& l.cùm prætor.ff. de iudic.c. nónne.
vbi Felin.de præſumpt. & non ita curaſſe de eo,
qui poſt mortē naſceretur:quia fortè haberet ſu-
ſpectam fidem vxoris,ne ſupponeret partum,vel
cuperet videre ſibi hæredē,vel ex aliis cauſis:vn-
de in iſta dubietate nō recedimus à verbis. Idem
dicendū in caſu l.ſi pater filium.infrà,de vulg.ibi
enim conditio,Si quis filius mihi poſt mortē filij
mei impuberis naſcetur,indicat mentē teſtatoris
fuiſſe,ne cōcurreret cū filio iam nato. Vnde con-
ditio non trahitur ad eum caſum, &potiùs teſta-
mentum rumpitur.Idem eſt etiam in caſu l. ſi ita
quis.ff.eo.tit.de vulg.& ſic in ſimilibus appare-
bat diſcurrendo rationes legum. Et ex iſta con-
cluſione infertur ad quæſtionē, Teſtator inſtituit
ventrem vxoris,ſi maſculum páreret: & ſi fœmi-
nam, inſtituit hoſpitale:vxor deceſsit in puerpe-
rio extracto fœtu maſculo,qui ſupervixit per diē,
nunquid evaneſcat ſubſtitutio hoſpitalis?Bald.
conſi.cxxij.verba teſtamenti.in j. dicit, quod ſic:
quia teſtator videtur conſideraſſe effectum,quòd
filius ſibi naſceretur: vnde cùm ſit natus,ſatis eſt.
ſequitur Salic.in l.ſi.C. eo. Contrarium tenet Ia-
ſon in l. quod dicitur.ſuprà, eo. quia conditio Si
maſculum páreret, nō eſt verificata,l. anniculus.
laj.§.ſi.ff.de verb.ſig.Sed tu non recedas à prima
opinione: quia d. l. anniculus.loquitur reſpectu
ipſius mulieris in caſu,quo conditio eſt volunta-
ria: ſed in quæſtione propoſita eſt neceſſaria ad
effectum,& ita etiam tenet do. Alex.in d. l. quod
dicitur.Idem † videtur dicendū,quando teſtator
41 appoſuit dictionem Tunc:nam videtur, q condi
tio etiam neceſſaria,non trahatur ad aliū caſum,
tanquā appareat de voluntate teſtatoris, ſecun-
dū Petr.de Anch. conſi.ccclvij.ex ſerie teſtamen-
ti. quem refert & ſequitur Dec. conſil.cccxxxij.
& ccccxxxiij.& alibi ſæpe:facit,quod dicitur de
vulgari,quę non trahitur ad pupillarem,quando
eſt adiecta taxatiua, ſecundum Alex.&Fulg.in l.
quamvis.C.de impub.Alex.in l.poſt aditam .eo.
tit. & pro hac opinione etiam facit, quod tenet
Rom.cōſi.cxxxj. prima dubitatio. &in terminis
Bal.conſi.lvij.item inſtituit.in ij.Soc.cōſi.cclviij.
&Pepepus in ſubſcriptione prædicti cnoſilij in
fi.& quod de dictione Tunc,notat gl. in l.in ſub-
ſtitutione. verſi.ſi quis cùm duos. infra, de vulg.
Alex. conſi. cj.in vij. vol. Contrarium tenet do.
Lancel.hîc in iiij.not.per iſtum textū,iuncto eo,
quod in conſilio Galli dicitur,Tunc ſi quis ex eo
nepos,& ibi per glo.quæ allegat tex.in l.iiij.§.ſi.
de cond.et dem.Confirmo per tex.inl.j.ſuprà,de
vugl. vbi in vulgari ſubſtitutione apponitur di- *Expoſitio poſterior.*
ctio Tunc,& tamen continet pupillarē, ſecundū
Bar.ibi in iij.opp.Sed ad hos tex . apparet reſpō-
ſio ex notatis per eundem, conſi.cccxv.vbi dicit,
q per ſolam dictionemTunc,non impeditur ex-
A tenſio ad caſum ſimilē:ſecùs,ſi ſit geminata,vt qa
dictum ſit,Tunc & eo caſu:quę diſtinctio proba-
tur in l.ſi vxori vſumfructum villę.ff.de vſur.leg.
vbi teſtator vſus erat ſermone geminato, videli-
cet quinquennio peracto, tunc,etc. Tu adverte,
quia iſta eſſet magna reſtrictio,quæ fieret ad iſta
iura,vt non procederent, ſi ultra dictionē Tunc,
eſſet addita alia conſimilis dictio, nec videtur
iſtud eſſe de mente legū,& maximè glo.in princ.
l.ſuprà,eo.ſuper verb.tunc.Item adverte,q idem
B Decius conſil.ccxxvij.in caſu.intelligit hoc pro-
cedere, niſi aliter conſtaret de mente teſtatoris,
quę aliquo modo appareret vigore caſus expreſ-
ſi,putà per verbū Etiam impropriè acceptū,vt in
caſu,in quo ipſe loquitur.facit: qa iſta dictio ex-
cludit alios caſus,per argumentūà contrario ſen
ſu,per quod,vno expreſſo,alij cenſentur excluſi,
l. cùm prætor.in princip.ff.de iudic. l. cùm mari-
tus.C.de procur.c. nó nne. de præſumpt.& iſtud
non eſt niſi per coniecturam, gloſ. in l. apud an-
C tiquos.C.de furt.Vnde per contrariam coniectu-
ram mentis teſtatoris aliter dicendū eſt,l.ij.C.de
condit.inſer. ¶Secundò infertur ad quæſtionē II.
teſtatoris relinquentis vſumfructū vxori, ſi in vi-
duitate permanſerit,& poſt eius mortem,Titio:
ipſa ſecundò nupſit, nūquid interim vſusfructus
revertetur ad hæredem, an pertinebit legatario?
Rayn.de Forl.Rich.Malumb.&Thomas Forma-
ginus diſputauerunt quęſtionē,quam refert Bar.
& latiùs Alb.de Roſ.in authen.quod locum.C .ſi
D ſec.nupſ.mul. eandem etiam refert Ioan.And.in
addit. Spec.in rub. de ſec.nupt.& cōmunis con-
cluſio eſt,q legatarius debeat ſtatim habere,per
caſum d.l.mulier. &l.ſi ita.quando dies leg.ced.
& quia iſta dilatio videtur adiecta in fauorē mu-
lieris,non autem hæredis. Vnde ceſſante fauore
mulieris, ceſſat dilatio, l. à filia. §. alumno. infrà
ad Trebel.Iſta deciſio eſt dubia:quia teſtator po-
nendo in conditione ſi in viduitate permanſerit,
videtur conſideraſſe, q poſsibile erat eā tranſire
E ad ſecunda vota. Vnde cùm vocauerit legata-
rium niſi poſt mortem, ſatis apparet noluiſſe eū
vocari,ſtatim ea nubente:ſicut dicimus in ſimili,
quando teſtator in conditione poſuit filios ma-
ſculos, ſi deinde in alia ſubſtitutione dicat de fi-
liis ſimpliciter,non intelligitur de maſculis.quia
cùm appareat,quòd ſemel de eis conſiderauerit,
ſi deinde in alia ſubſtitutione non nominet,non
poſſumus dicere id factum, quia non conſidera-
uerit, &ideo non recedimus à verbis, arg.l. vni-
F cæ,§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tol.&l.
cùm prætor.ff.de iudic.& ita conſulendo firma-
uit Anchar. conſil. cxx.pro clariore deciſione.
Ioan. de Anan. conſilio xxij.ad approbandam.
do. Alexan. conſil. xxxviij. in j. Iaſ.in l. qui filia-
bus.in j.not.ff.de leg.j.facit l.qui ita.infrà,de vul
gar.Et ex iſta ratione reſpondetur ad d.l. mulier.
quæ probat contrarium in caſu noſtro per illa
verba, Quæ quia non crediderat, etc. vt vbi eſt
contraria ratio,ibi etiam ſit contraria iuris diſpo
ſitio,l.fin.§.fin.infrà,de leg.iij.l.& ſi contra.infrà,
de vul-



de vulga. &inde apparet, quòd dilatio non eſt
appoſita gratia ſolius vxoris, cùm nō ſit vocatus
ſubſtitutus in caſum divortij: vnde potiùs ſit in-
terpretatio, quòd teſtator etiam conſiderarit in
caſu omiſſo fauorem hæredis, l.vxori vſumfru-
ctum villę.ff.de vſufr.leg.per Bartolum in l.vxo-
rem.§.hæres.ff.de leg.iij. In practica tamen non
recedendo à cōmuni,limita eam duobus modis.
Primo,quando teſtator appoſuiſſet in legato ali-
qua verba denotantia finē temporis,maximè ge-
minata, putà ſi dixiſſet Tunc,& Eo caſu, etc.per
tex.in d.l.vxori vſumfructum villę.ſecundū ſolu-
tionem Bar.ſequuntur Doct.ibi,& Ioan.Cro.hîc,
reſpondendo rationi Alexan.in l. Seius Saturni-
nus.ad Treb.vt per eum,& quod notat Dec. di-
cto conſil.cccxv. & ſuprà dixi. Secundo limita-
tur,quando iſta vxor eſſet iuuenis, & quæ veriſi-
militer eſſet tranſitura ad ſecundas nuptias:quia
tunc non eſt veriſimile,quòd teſtator non conſi-
derauerit illum caſum,& ceſſat ratio d. l. mulier.
Tertiò limitatur in caſu contrario,quando teſta-
tor reliquit vxori, donec viduàliter vixerit, & ſi
tranſierit ad ſecunda vota, Titio: nam tunc per
mortem non debebitur Titio, quia non evenit
conditio,ſed remanebit hæredi,argumento l. ij.
& authen.cui relictum.C.de ind.vid.tollen.l. pri
ma,§.ſin autem aliquid.C.de cad.tollē. ſecundū
Lancel.hîc,& bene:& ante eum idem tenuit So-
cin.conſil.v.in iij.dic,vt per eū: putarem tamen,
quòd ſi iſte Titius eſſet de deſcendentibus teſta-
toris,ſecùs eſſet,argumento l. Seius Saturninus.
& ita ſaluat,quod not.idem Socin. conſilio xxx.
eod.vol.vbi videtur contrariari in eodem facto.
IIII. *Concluſ.* ¶Quarta principalis concluſio eſt, quòd † con-
42 ditio voluntaria debet adimpleri in forma ſpeci-
fica, nec porrigitur ad alium caſum non expreſ-
ſum,l. Mæuius.l. qui hæredi. ff. de condit. & de
monſt.Decius in rub. extrà,de probat.& Crotus
hîc,tenet oppoſitum per quædam iura, de qui-
bus infrà dicemus in limitationibus, & reſpon-
dent contrariis vt per eos. Tu adverte,quia text.
in d.l.qui hæredi.probat contra Bar.primò,quia
loquitur etiam in actu diſpoſitiuo,non autē con-
ditionali, in verſic. quemadmodum. Secundò,
quia tex.aſsignat aliam rationem,videlicet quia
quæ facti ſunt,non tranſeunt,etc.niſi eū inducas
in §. cùm hæreditas. vbi conditio de dando hæ-
redi,nō verificatur in fideicōmiſſario, de quo hîc
latè per Roy. meliùs facit pro Bartolo text. in l.
cui fundus.ff. eod. tit. vbi conditio reddit actum
indiuiduum, quia debet adimpleri ſpecificè,l. v.
§.fin.ff.de verb.oblig.& text.in l.filiusfamiliâs.§.
cùm quis. & ibi per Bart.infrà, de leg.j. Fallit,
quando actus eſt per omnia ex diſpoſitione legis
illi,quē teſtator expreſsit,ſubrogatus.Vnde con-
ditio de hærede verificatur in bonorū poſſeſsio-
ne,l.in conditionibus.§.ſi patronus.ff.de condit.
& demonſt.&in eo,qui accepit contra tabulas,l.
is,qui.§.fin.ff.de leg. præſt.item in hærede hære-
dis,l.paterfamiliâs.ff.de vulg.item in eo,cui bo-
na adiiciuntur,l.iij.§.ſub conditione. ff. de fidei.
lib. Et conditio de dando pupillo, verificatur in
tutore,l.ſi fundus.ff.de condit.& demonſt. & de
ſoluendo, verificatur in compenſante, l.ſi pecu-
liū.§.j.l. ſtatulib.§.j. de ſtatulib.& in acceptū fe-
rente,l.Iulianus.ff.de condit.& demonſt. Intel-
lige tamen,niſi ex mente defuncti iſte caſus eſſet
diſsimilis, per l.fin. C. de his, qui ven. ær. l. ſi ita
quis.§.j.de leg.ij.& quę ſuprà dixi,& per Bart.in
l. hæredibus.§.fin.infrà,ad Treb.Secundò fallit,
quando cōditio nō poteſt verificari de iure,quia L.29.
verificatur etiā de facto,prout poterit,l.mulier.§. Gallus.
j.ff.de condi.inſtit.& facit l.hęredibus.§.fin.ff.ad §. Et quid
Treb.&ideo ſi pater fideicōmittat filio ſacerdo- ſi tantùm.
ti,ſi deceſſerit ſine liberis,intelligetur de adopti-
uis, quos licitè habere poteſt, ſecundum Bald.
Angel. Imol. Alex.Iaſ.in l. ſi quis poſthumos.ſu-
prà,eod.nec tunc procedet diſpoſitio l. fideicom
miſſum.ff.de condit.& demonſt.in monacho ve-
rò intelligeretur de eccleſia,arg.§.ſed & hoc prę-
A ſenti. in authen. de ſanctiſ. epiſcop. & ita intel-
ligitur,quod notat Barto.in d.l.hæredibus.§.fin.
& per Capram conſil. xx. & ad hanc fallentiam
facit,quod notat Bald.in l.j.C.ſi ſeru.exter. Feli.
c.quàm ſit.de iudic. Ad idem quia quando teſta-
tor appoſuit conditionem impoſsibilem ad ali-
quem honeſtum finem, debet ille honeſtus finis
adimpleri,provt poſsibile eſt, l. legatum.ff de v-
ſufr.leg.l.legatum.de adminiſt.rer.ad ciuit.pert.
& quod in notabili quæſtione dixit Bart. in l. j.
B de condit.inſtit.Fallit tertiò,quando coniectura
mentis teſtatoris eſt, quòd cōſiderauerit certum
finem, ſeu effectum. nam tunc non diſtat condi-
tio voluntaria ab ea,quæ eſt neceſſaria,ad effectū
actus,ſecundum Moder.hîc,arg.d.l.ſi fundus.Tu
pro hoc allega text.notabilem in l. liberto.§.fin.
ff.de ann.leg.vbi conditio, ſi tutela per quatuor-
decim annos,& ſic per pubertatem,finiatur,veri
ficatur,etiam ſi per mortem tutoris ex mente de-
functi. Ad idem text.notab.in l.Arethuſa.in fin.
C ff.de ſtatu homi.vbi cōditio de dando, poteſt ad-
impleri per alium,ſicut& de faciendo,niſi ſit ele-
cta induſtria perſonæ, vt ibi per Bart. Ad idem,
quod ſuprà dixi de cōditione, quæ ſufficit, ſi ad-
impleatur de facto,d.l.mulier.§.j.d.l.hæredibus.
§ fin.quod verum, quando teſtator veriſimiliter
ita voluit,cùm ſciret de iure nō poſſe adimpleri,
arg.l.fundus,qui locatus.infrà,de fund. inſtruct.
aliàs ſecùs eſt,gloſ.in l.omnibus.ff.de donat.cau
ſa mort.facit l. ex facto.§.ſi quis rogatus .lo ij.in-
D frà, ad Trebel. ad idem text. in l. fin. C. de poſt-
hum.hæred. inſtit.ſecundum intentionem Bart.
ibi, &in d. l. commodiſsimè. & facit l. hæredes
mei.§.cùm ita.infrà,ad Treb.vt hîc per Modern.
& ratio generalis, quòd in cōditionibus potiſsi-
mùm locum habet voluntas defuncti,l.in condi-
tionibus.in princip.ff.de condit.& demonſt. In
practica igitur difficultas erit in coniecturanda
iſta mente: quia ſæpe propter nimiam ſubtilita-
tem fallimur,ſecundum Bal. in l. precibus. C.de
E impub. Quod (vt magis declaretur) videbimus
de aliquibus quæſtionibus. Et primò inferun-
tur prædicta per Alexand .conſil.:oo. viſa parte
teſtamenti.in iiij. volum.ad † quæſtionem filij à
patre in teſtamento grauati fideicommiſſo poſt 43
mortem,ſi efficiatur presbyter: cōſulit,quod e-
tiam ſi non efficiatur, ſed decedat ſine liberis, ſit
locus fideicommiſſo.quia videtur cōſideraſſe ca-
rentiam filiorū. Iſtam deciſionem reprobat hîc
Iaſ.quia talis conditio eſt voluntaria:vnde debet
F formaliter adimpleri,d.l. qui hæredi.per doctri-
nam Bart.hîc,& cum Iaſ.tenent & aliqui Moder.
in l.j.ff.de vulg. Vnde ſi iſte habuiſſet filios legi-
timos & deinde effectus eſſet presbyter, fideicō-
miſſarius fuiſſet admittendus, ſecundū Rui. hîc,
qui etiam ipſe tenet hanc opinionem contra A-
lex.Lancel. hîc relinquit hoc in arbitrio iudicis,
an veriſimiliter teſtator cōſiderauerit hunc effe-
ctum,l. voluntatis.C. de fideicōmiſ. Mihi placet
opinio Iaſ.niſi eſſent aliquę efficaces coniecturæ

mentis teſtatoris: quia propter facilem errorem
non videtur à verbis recedendum, l. non aliter. j.
II. de leg. iij. in caſu autem Alexand. alia concurre-
bant, vt apparet in conſil. ſ. alleg. ¶Secundo in-
fertur ad quæſtionẽ Decij cõſilio lxxxix. vbi † te-
ſtatore ordinante, ſi filij ſine maſculis moriantur
relictis fœminis, quòd hȩreditas in tres partes di-
uidatur, ex quibus vna detur fœminis, duç Titio,
& Sempronio. dicit ipſe, q, ſi moriantur ſine ma-
ſculis & fœminis, q, Titius & Sempronius nihil
habebunt, quia deficit conditio. Contrarium te-
net Lancel. propter mentem teſtatoris, arg. d. l.
hæredes mei. §. cùm ita. & puto eius opinionem
veriorem: quia ſi voluit eos admitti etiam in prȩ-
iudicium propriarũ filiarum, multò magis, quan
do non ſunt natæ: & ceſſat tale impedimentum,
arg. not. per Bartol. in l. ſi mater. §. j. de vulg. & fa-
cit l. ſi ita ſcriptum. ſuprà, eod. & facit, quod no-
tat Angel. conſilio xciij. viſis. in vltimo dubio, v-
bi in ſimili caſu dicit, quòd licet caſus ſit omiſſus
vi verborum, tamen ipſe non audet conſulere
41 contra ſubſtitutum: quia † vermis conſcientiæ
eum remordet propter voluntatẽ defuncti, quæ
prædominari debet, d. l. in conditionibus. Vnde
etiam Ruin. hîc concludit hoc caſu pro ſubſtitu-
to, in verſic. ſeptimò quȩro. ¶Tertiò infertur ad
III. quæſtionem Oldr. conſilio cxlij. quòd ſi † teſta-
46 tor inſtituit vario modo poſthumos tam maſcu-
los, quàm fœminas ſibi naſcituros: deinde poſt-
humis, ſi omnes decederent in pupillari ætate
ſubſtituit amitam, & vnus ſolus naſcatur, & mo-
riatur in pupillari ætate, quòd amita excluditur:
quia eſt ſubſtituta in caſum plurium naſcentiũ:
ergo, vno nato, videtur caſus omiſſus, l. cõmodiſ-
ſimè. ſuprà, eod. & quia ibi erat mater, quæ ab in-
teſtato non erat à luctuoſa hæreditate filij exclu-
denda, l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſequitur Ioan.
And. tit. de teſtam. in Spec. in iiij. quȩſtione ſuper
rubrica, Alberic. de Roſ. in rub. infrà, de vulg. Iaſ.
in d. l. commodiſsimè. Ex tacita enim coniectura
non debet mater excludi, d. l. fin. Contrarium te-
net Aretin. in l. placet. ſuprà, eod. per text. iuncta
47 gloſ. in l. Titius. in princip. ſuprà, eod. vbi † in
caſu odioſo dictio vniuerſalis reſoluitur in ſin-
gularitatẽ: cuius opinionem ſequitur etiã Ruin.
hîc ex prȩſumpta mente. Mihi placet iſta ſecun-
da opinio, per ſuprà dicta: & quia etiam ſi nullus
natus eſſet, tamen admitteretur ſubſtitutus ad
excluſionem matris, dum modò ſubſtitutio vul-
garis, non eſſet omnino tacita, vt dicit Bartolus
in d. l. j. verſic. quintò quæro, quid de vulgari. fa-
cit, quod notat Bar. in d. §. cùm ita. in fin. ex men-
te enim teſtatoris, quæ debet attendi, l. cùm pro-
ponebatur. in fin. de leg. ij. apparet prædilectum
IIII. ſubſtitutum matri. ¶ Quartò infertur ad quæ-
ſtionem Petri de Anchar. conſilio ccclvj. ex ſerie
teſtamenti. vbi † teſtator inſtituerat maſculos
48 naſcituros, & ſi decederent ſine filiis, ſubſtituit
vxorem vulgariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum: ſi verò non naſcerentur maſculi, ſed fœ-
minæ, inſtituit vxorem, & dotauit fœminas: eve-
nit, quòd nec maſculi, nec fœminæ ſunt nati, cõ-
ſuluit Anchar. pro compatre ſuo fratre teſtatoris,
vt ipſe admitteretur ab inteſtato, excluſa vxore:
tanquam iſte caſus ſit omiſſus, d. l. cõmodiſsimè.
& quia teſtator in caſu naſcentium filiorum no-
luit matrem excludere à luctuoſa eorum hæredi-
tate, d. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. quæ ratio ceſ-
ſat, quando nemo natus eſt: facit ratio Fulg. con-
ſulentis in eodem caſu conſilio xlix. ex facto.

quia teſtator inſtituendo vxorem, & dotando fi-
lias, conſiderauit, quòd mediante perſona vxoris
ea hæreditas deinde ad filias pertineret, l. vnum
ex familia. §. fin. ff. de leg. ij. quam rationẽ in alio
propoſito ſequitur etiam Socin. conſilio xxx. in
iij. Adducitur etiam alia ratio, quia fortè voluit
teſtator vxorem excitare ad procreationem ſo-
bolis, & quia magis amantur mulieres propter
fœcunditatem, arg. l. Arethuſa. ff. de ſtatu homin.
A & iſta habentur in l. j. ſuprà, ſolu. matri. hanc opi-
nionem Anchar. ſequitur etiam Socin. in d. l. j.
verſic. tertiò limita. ſuprà, de vulg. & Crotus hîc,
& Dec. in allegato conſilio lxxxix. & alibi ſæpe.
Contrarium tenet And. Sic. in c. Raynutius. ex-
trà, de teſtam. per text. in l. ab exhæredati. §. fin. ff.
de leg. j. Contrarium etiam tenuit Ruin. hîc, &
Lancel. in d. l. j. mouentur: quia hæc opinio eſt
contra manifeſtam mentem teſtatoris, quia vo-
luit vxorem admitti, etiam in præiudicium filia-
B rum, & eam prætulit, & in ipſarum hæreditate,
& in ſua, & id quidem expreſsè per illa verba vul
gariter, pupillariter, etc. & ſic & mens & verba
ſunt in fauorem vxoris, & rationes ſuprà dictæ
videntur ſatis leues. Ad primam, quod noluit
excludere à luctuoſa hæreditate filiorum, etc. di-
co, iſtud procederet, ſi inſtituiſſet tantùm in bo-
nis filiorum, ſed prætulit eam etiam in propriis.
Item teſtator non fecit ſubſtitutionẽ hac ex cau-
ſa, ex quo omnino ab inteſtato mater vocabatur,
C ſecundum authent. defuncto. C. ad Tertyl. Ad
ſecundam Fulg. dicitur, quòd illa conſideratio
parũ valet, ex quo apparet vxorem prædilectam
filiabus, & poſsit vxor diſponere ad libitum de
illa hæreditate, modò non tranſeat ad ſecunda
vota, l. fœminæ. C. de ſec. nupt. nec indigent mu-
lieres excitari ad venerem ſpe ſubſtitutionum: &
oſtendit teſtator, quòd eam amauit tamquã vxo-
rem, nõ propter filias, cùm illam ipſis prætulerit.
Et ideo Anchar. in d. conſilio videns caſum eſſe
D dubium, innititur cuidã alteri rationi, quia tem-
pore teſtamenti teſtator erat inimicus fratris, &
ideo tranſtulit omnem affectionem in vxorem,
& poſt teſtamentum ſupervixit vltra viginti an-
nos, & conciliatus eſt fratri, quæ ratio eſt ſatis to-
lerabilis in hac materia, quæ dependet tota à cõ-
iectura mentis: pro qua facit doctrina Bart. in l. j.
in ij. effectu, in fin. de vulgar. vbi tacita vulgaris,
quæ ineſt pupillari facta ventri, nõ operatur effe-
ctum, quando teſtator ſupervixit tantum, quòd
E ſpes natiuitatis defecit: & iſtud eſt verum. Doct.
tamen ibi aliter videntur diſtinguere: & nos non
ſumus in tacita vulgari, ſed expreſſa: vnde finali-
ter reſideo cum opinione iſtorum Modern. con-
tra Anchar. ¶Quintò infertur ad quȩſtionẽ: pa- V.
ter, filio † inſtituto in legitima, in reliquis vxorẽ, 49
dum modò ad ſecunda vota non tranſiret, inſti-
tuit, et grauauit fideicommiſſo poſt mortem filio
reſtituendo: demum ſubiecit, quòd ſi filius ſine
F liberis, & inteſtatus decederet, ſuç matri, vel po-
ſtea quandocũq; alteri, & dictis caſibus ab eo fra-
tri ſuo reliquit prædium: evenit, quòd mortuus
eſt, viuente matre vidua, & fecit teſtamentũ: quȩ-
ritur, nunquid legatum debeatur fratri? Ruin.
hîc dicit, legatũ expiraſſe, quia altera ex cõditio-
nibus copulatiuis defecit, l. ſi hæredi plures. ff. de
condit. inſtit. eſt enim teſtatus. Alij contrarium
conſuluerunt. Socin. conſilio xcij. in vltim. dub.
in iij. vol. quia teſtator appoſuit illam conditio-
nem, quia voluit, quòd eſſet in facultate filij diſ-
ponere de illo prȩdio. quod vbi non faceret, quia
nollet,



50 nollet, aut poſſet, conditio † dicitur per æquipol
lens adimpleta, l. mulier. ff. ad Trebel. hîc autem
non poterat, quia prædium ad matrem pertine-
bat: vnde reſpectu eius prædij ſatis dicitur inte-
ſtatus, §. quod autem. Inſtit. de leg. agnat. tut. l. in-
teſtato. §. j. ff. eod. Ruin. reſpondet, quòd diſpoſi-
tio teſtatoris potuit verificari caſu, quo mater ad
ſecunda vota tranſiſſet: & ſatis eſt, quòd condi-
tio, attenta poſsibilitate, verificari poſſet, l. cùm
in ſecundo. in princip. infrà, tit. j. Bart. in l. ſi de-
functus. in princip. C. de ſuis & leg. Item quia
ſicut ſi filius deceſsiſſet relictis liberis, legatum
ex defectu alterius conditionis expirabat, ita de-
bemus dicere deficiente iſta alia, d. l. ſi hȩredi plu
res. Sed iſtud nihil eſt: quia illa conditio, ſi inte-
ſtatus, etc. non defecit, quia quo ad iſta bona, ſa-
tis dicitur inteſtatus, ex quo de eis teſtari nõ po-
tuit. Mihi placet opinio Ruin. per aliam ratio-
nem: quia teſtator reliquit prædium à filio, non
ab vxore, vt apparet ex illa dictione Ab eo, arg. l.
fin. ff. ad Trebel. vnde non poteſt verificari illa
diſpoſitio, niſi in caſu, quo bona ad eum perve-
nerint, arg. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg.
ij. & quod ibi per Doct. & ſic caſu, quo ipſa tranſ-
iſſet ad ſecunda vota. ¶Sextò infertur ad quæ-
VI. ſtionem, an † ſubſtitutus alicui naſcituro, caſu,
51 quo moreretur, intelligatur etiam ſubſtitutus ca
ſu, quo ille non naſceretur? Et in vulgari ſubſti-
tutione Rayn. de Forli. in tract. ſubſtitutionum
concludit, quòd ſic. Vnde, ſecundũ eum, ſi † teſta-
52 tor filium naſciturum hæredem inſtituit, & ſi hȩ-
res erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituit
Caium: concludit, quòd etiam ſi filius non naſca-
tur, debet Caius admitti, per l. fin. C. de inſtit. &
ſubſtit. & eſt communis concluſio, vt habetur in
d. l. j. & per Franc. Curt. d. conſilio lv. In ſubſtitu-
tione verò fideicommiſſaria idem concludit So-
cin. conſilio lij. vt veram. Mouetur: quia non eſt
dare rationem diuerſitatis, cùm quæ ratio mo-
uit teſtatorem, vt ſubſtitutum vocaret caſu, quo
filius eſſet hæres, & decederet, eadem debet eſſe
caſu, quo non naſcatur. ſequitur Decius conſilio
ccxxvij. in vltim. dub. adducit in argumentũ re-
gulam l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel a-
lie. iur. & mihi placet hȩc opinio, quam etiam te-
nuit Alexand. in d. conſilio j. & putarẽ veram, vt
53 † ſubſtitutus admitteretur etiã in caſu, quo filius
naſceretur, & nollet eſſe hæres: quia militat ea-
dem ratio voluntatis defuncti. facit etiam, quod
conſuluit Ludouic. Roma. cõſilio vj. in caſu pro-
poſitæ conſultationis, quòd ſubſtitutio facta, ſi
filius non eſſet in rerũ natura, trahitur ad caſum,
quo viueret: & in pupillari ætate decederet, arg.
huius text. & per gloſ. in l. qui habeat. in verſi-
culo, pubes. quam ibi à contrario ſenſu ponde-
rat Ioan. de Imol. infrà, de vulgar. de quo tamen
VII. dicendũ, vt per Moder. in dicta l. prima. ¶Septi-
mò infertur ad alias quæſtiones, de quibus per
Bald. conſil. ccccxc. in j. per Alex. conſil. cxxx. at-
tentis verbis. in ij. cix. in vij. Corn. conſil. cxlix. &
conſil. cclxxvj. in iij. & conſilio ccxcviij. eod. vo-
lu. vbi diſputat de veritate deciſionis Bart. in d. l.
quamdiu. ſuprà allegata: de qua etiam diſputat
Socin. conſilio lij. vt veram. ¶ Octauò infertur
VIII. ad quandam opinionem, quam poſuit Ludouic.
Rom. in l. ſi cùm dotem. in princip. ſuprà, ſoluto
matri. vbi limitando totã hanc materiam, dixit,
54 quòd † in fideicommiſsis (quia ſola mens teſtato-
ris attenditur, l. cùm proponebatur. in fin. de leg.
ij.) caſus expreſſus trahitur ad omiſſum: & ita lo-

quuntur ſuprà dicta. Sed in ſubſtitutionibus di- L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.
rectis aliud eſt: quia tales debent fieri verbis ex-
preſsis, l. iubemus. C. de teſtam. allegat etiam pro
hac opinione Dyn. quem refert Bald. in l. vnica,
§. pro ſecundo. C. de caduc. tollend. verſic. & hoc
facit ad quæſtionem. probat, quia ſubſtitutio di-
recta poſt mortem omnium non facit, quòd in-
vicem cenſeantur inſtituti, l. vel ſingulis. infrà, de
vulgar. & tamen in fideicommiſſaria ſic: quia ſo-
A la mens attenditur, l. Titia. §. Seia libertis. ff. de le-
gat. ij. & ibi hoc tenet Paul. de Caſt. & in l. penul.
C. de impuber. Eandẽ ſententiam tenuiſſe vide-
tur Socin. conſilio cxl. vbi ponderat text. in l. j. ff.
ſi tab. teſtam. extab. & ſequitur Decius conſilio
cccxiiij. And. Sicul. conſilio xxvij. in j. Contra-
rium de directo tenet Cor. in conſilio cccxx. in
iiij. quòd imò in ſubſtitutionibus directis vnus
B caſus trahatur ad alium: quia † ſunt fauorabilio- 55
res, c. ſi pater. verſic. præmiſſæ. extrà, de teſtam. li-
bro vj. quàm ſint fideicommiſſariæ. Confirmatur
per id, quod notat Bart. in princip. huius l. vbi
vult, quòd faciliùs extenditur conditio ad caſum
omiſſum in perſona inſtituti, per d. l. iam hoc iu-
re. quàm in perſona ſubſtituti, per d. l. commo-
diſsimè. Sed tamen neutra iſtarum opinionum
videtur vera. cùm † enim omnis vltima voluntas
dependeat à mente teſtatoris, non videtur pro- 56
C babilis differentia inter directas, vel obliquas
ſubſtitutiones, ſed ſolùm attendimus, an illa
mens bene colligatur ex verbis, argumento l. pri
mæ, §. ſin autem. infrà, de hæred. inſtituendis: &
confirmo hanc opinionem per textum in dicta l.
finali, C. de poſthumis hæredibus inſtit. & per
doctrinam Bart. hîc indiſtinctè loquentem, & il-
lam opinionem reprobat etiam Alexand. in d. l.
vel ſingulis. per text. in l. quidã teſtamento Pro-
D culum. infrà, de vulg. & idem ibi etiam tenet Are
tin. arg. d. l. iam hoc iure. & quæ notat Bart. in l.
ij. in ij. quȩſt. princip. eodem titul. vbi datur re-
perire etiam tacitã pupilarem, ſicut expreſſam.
idem ibi etiam tenet Iaſ. ponderans doctrinam
Bart. ibi, vbi reprobat etiam deciſionem Pauli de
Caſtro, cõtra quem etiã tenet Bald. & Moderni,
in d. l. Titia. §. Seia libertis. vbi, vt cenſeantur in-
vicem ſubſtituti, requiritur nõ ſolùm, quòd ſub-
ſtitutio ſit facta poſt mortem omnium, ſed etiam
quòd ſit in tota hæreditate: & ratio eſt, quia non
E poſſet tota hȩreditas reſtitui, niſi perveniſſet: nec
poteſt pervenire, niſi ſint invicem ſubſtituti: &
ſic ibi fideicommiſſum inducitur ex vi verbi, vt
etiam advertit Raphaël Comenſis ibi: facit l. Lu-
cius. §. tres hæredes. infrà, ad ſenatuſc. Trebel. Et
ad rationem Cornæ. reſponde, intelligendo eam
iuxta ea, quæ ſuprà dixi in ij. concluſione. Ad l. j.
infrà, ſi tabul. teſta. extab. dic, quòd procedit re-
ſpectu edicti prætoris: aliàs iure ciuili aliter pro-
videtur, l. j. §. ſed ſi legi. & §. ſeq. infrà, tit. ij.
¶ In gloſ. magna, in verb. *emancipatus*. Prima pars
gloſ. eſt expedita in præcedẽtibus. ¶ In ea. ibi, *itẽ*
F *per emancipationem*, etc. Colligitur ex hac gloſ. con-
cluſio, q, filius emancipatus ſuccedit de iure prȩ-
torio, l. ſed cum patrono. §. j. de bonor. poſſeſ. ti-
tul. generali, & † emancipatio filij non fecit eſſe 57
locum ſubſtitutioni vulgari, §. ſeruus autem. ver-
ſi. ſi verò. Inſtit. de hæredib. inſtit. Ad iſtum text.
reſpondet Bart. & Doctor. quòd procedit, quan-
do inſtitutio eſt facta principaliter in ſuitate: &
ita tenent communiter omnes. Sed tu adverte,
quia contra hunc intellectum obſtant multa. Pri-
mò, quia verba inſtitutionis ſimpliciter loquun-

tur de heræditate, & dato quòd teſtator provideat ne teſtamentum ſuum rumpatur, tamen principalis cauſa & mens ipſius eſt, vt ad filios ſuos hæreditas perveniat, l. cùm auus. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. vnde illud debet attendi, nec debet ſubaudiri iſta conditio, ſi ſuus permanſerit, vltra verba. Primò, per dictam l. cùm auus. Secundò, quia iſto modo teſtamentum corrueret per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, dicta l. ſed cùm patrono. Tertiò, quia videtur elegiſſe viam, per quam iudicia ſua ſubverterentur, l. tertia ff. de teſtamento militari. Præterea iſte intellectus confunditur per textum in §. finali, in fine iſtius legis, vbi nepos emancipatus admittitur ad hæreditatem, dato quòd ſit inſtitutus ſecundum conſilium Galli, vel lege Velleia. Et licet Alexander in dicto §. finali, reſpondeat ad illum textum, tamen ſuæ reſponſiones non ſunt bonę, vt ibi per Iaſ. & Ruin. hîc. Item contra hanc opinionem facit, quia iſta lex procedit, etiam dato cohęrede extraneo, §. in omnibus. infrà, ead. lege: & ſicut cohæres cenſetur inſtitutus in hæreditate, idem dicendum in filio, ne ſit melioris conditionis extraneus, quàm filius, argumento dictæ l. cùm auus. Prætereà ſi iſta opinio eſſet vera, procederet iſte textus tantùm conſiderato iure ciuili: ſed conſiderato iure prætorio admitteretur filius per bonorum poſſeſsionem contra tabulas, quia reperit ſe præteritum, §. emancipatus. Inſtitutionib. de hæredit. quæ ab inteſt. & ſic hæc diſpoſitio ſeruiret nobis de nihilo. Nec obſtant ſolutiones. datæ per Doctores hîc, quia optimè reprobantur per Modern. Non obſtat ſolutio Modern. videlicet Iaſ. & Ruin. hîc, & Socin. in l. prima, in octaua quæſtione primi effectus, ſuprà, de vulg. & pupil. dum dicunt, quòd imò filius non admittitur contra tabulas, quia cenſetur inſtitutus ſub conditione, ſi ſuus manſerit. vnde ſibi imputet, qui permiſit ſe emancipari, cùm inuitus non cogeretur, §. generaliter. in authent. quibus modis natur. effician. ſui, argumento l. ſi poſthumus. §. quod vulgò. ſuprà, eodem. Iſta ſolutio nihil valet: tum, quia iſte haberet probabilem ignorantiam, quòd eſſet inſtitutus ſub illa conditione. Vnde aſſentiendo emancipationi non poteſt cenſeri renuntiaſſe iuri ſuo, l. cùm Aquiliana. ff. de tranſact. nec de re non veriſimili debuit in genere cogitare, ſecundum Socin. conſilio xciij. verſic. non obſtat vij. in iiij. vbi allegat Bartolum in l. Titia. §. imperator. ff. de legatis, ſecund. tum, quia etiam neceſſarius eſt conſenſus patris emancipationi, §. fin. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolui. & mater emancipando non videtur propter hoc voluiſſe excludere filium ab hæreditate: imò potiùs veriſimilius eſt remiſiſſe hanc conditionem, argumento l. primæ, §. ſi quis autem. infrà, de ſucceſſ. edict. etiam quia non videtur, quòd filius poſsit inſtitui ſub iſta conditione, ſi ſuus permanſerit. quia etiam ſi ſit poteſtatiua, tamen eſt difficilis, l. ſuus. §. puto. ff. de hæredibus inſtituend. iuncto §. hoc quoq;. Inſtit. per quas perſonas. & quod habetur per Bartolum in l. quidam cùm filium. ff. de verborum obligatio. Confirmatur hæc opinio ſecundum Modern. filius enim conſentiendo emancipationi, bene videtur renuntiare ſuitati, & conſequenter iuri ſibi competenti per legem ciuilem, ſed non iuri prætorio, l. quoties ex duplici. ff. de reg. iur. Per renuntiationem enim vnius iuris non cenſetur alteri renuntiatum, l. ſi domus. vbi gloſſ. ff. de ſer. vrba. præd. Bartolus in l. nec is. §. primo, de acquir. hæredit. Ad idem facit, quia ſi filius expreſsè renuntiaret, non valeret renuntiatio, l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. l. pactum, quod dotali. C. de collat. Ergo non debet valere neque hæc tacita, A l. cùm quid. ff. ſi certum petat. Non obſtat ſolutio domini Lancel. hîc fatentis, quòd iſte emancipatus admittatur de iure prætorio, ſed dicentis, quòd iſta l. fuit ante ius prętorium, quo emancipati vocabantur, argumento not. per Bartolum infrà, in §. fin. & quod dicit Ioan. de Imol. in §. in omnibus. infrà, eodem: dum reſpondit ad l. poſthumus. infrà, titulo primo. nam reſpondeo, quòd iſta ſolutio, vltra quòd corrigit text. noſtrum, eſt etiam diuinatiua: quia non probatur iure, quòd B edictum prætoris vocans emancipatos, ſit poſterius proviſione Galli: imò potiùs probatur, quòd eodem tempore introducta ſint hæc omnia, Inſtit. de bonorum poſſeſ. in princip. verſic. nam ſi alienus. iuncto §. ſunt autem. verſic. pima, quæ præteritis. & verſic. & primo. Item Scæuola hîc loquitur ex perſona ſua: & nõ eſt dubium, quòd ipſe fuit poſterior edicto prętoris, l. Saluius. ff. de leg. præſt. iuncta hac l. in §. fin. verſic. Iulianus. Quid dicendum? puto, q; poſsit ad noſtrum text. C dari nouus intellectus. debet enim iungi iſte tex. cum fine §. præcedentis iſto modo: cùm enim ſuprà immediatè dixiſſet Scæuola, ſi filius inſtitutus ſit, & nepos præteritus, & ſubſtitutus filio pronepos, ita demũ valere teſtamentũ, ſi nepos filio præmoriatur, ne ſucceſsione teſtamentum rumpatur. quia ſi priùs filius decederet, inciperet nepos tenere primũ locum in ſuitate. vnde cùm reperiretur in teſtamento præteritus ſuus hęres, teſtamentũ rumperetur, Inſt. de exhęred. liber. in D princ. verſ. adeò. Subſequitur interrogãdo, quid, ſi in ſolũ caſum mortis filij ſit vocatus pronepos? quid, ſi filius moriatur non naturaliter, ſed ciuiliter? quid, ſi nepos emancipatus eſſet? vt oſtendimus, etc. intelligit enim de nepote, de quo ſuprà immediatè dixerat. E quoniam propoſuerat debere mori ante filiũ, ne ſucceſsiuè teſtamentum rumpat: nã ſi eſſet emancipatus, etiã ſi poſt filium moriatur, teſtamentũ valet, & pronepos admittitur. vnde cùm præſupponamus nepotem iſtum E emancipatũ eſſe mortuũ, antequam dies hæreditatis adeunda ceſsiſſet, fruſtrà dubitatur de remedio prætoris illi cõpetenti. ¶ In ea. ibi, §. *nullam. in auth. de hæred. quæ ab inteſt.* Habes ex gloſ. duas conclusiones. Prima eſt, q; † hodie ſublata eſt differentia inter ſuos, & emãcipatos in ſucceſsione ab inteſtato: & ideo admittetur hodie emancipatus etiã iure ciuili, & ſic vſq; ad triginta annos, l. licet. C. de iure deliber. cùm ex iure prętorio non admitteretur niſi vſq; ad annũ à die ſcientiæ mor F tis, l. emancipato. C. qui admit. l. j. §. largiùs. ff. de ſucceſſor. edict. & ita tenent omnes. Diſputando tamẽ poſſet teneri, quòd imò etiam hodie durat antiqua differentia. Non obſtat tex. in d. §. nullã. quia † ibi Iuſtinianus principaliter intẽdit tollere differentiam agnationis & cognationis, vt apparet ex rubrica, & ex prooemio: quo verò ad iſtos emancipatos, eos non admittit, niſi quatenus aliàs vocabantur, quia non erant agnati: &

I. Concluſ. 58

59

ideo



ideo nõ inducit nouum ius, ſed refert antiquum, & intelligitur reſpectu effectus, quia tantum cõſequitur emancipatus per edictũ prætoris, quantum ſuus per legem duodecim tabularum, §. emancipati. Inſtit. de hæredit. quę ab inteſt. Quo-
60 ties † autem lex noua emancipatos vocat, videtur eos vocare ſecundum ius prętorium, non autem nouum ius inducere, §. repetitis. Inſtitut. de ſeruil. cognat. facit text. in l. cùm meminimus. C. de ſuis, & legit. iuncta l. j. §. vocantur. de bonor. poſſeſ. contra tabul. & quod notat Alexand. in l. neceſſariis. infrà, de acquir. hæred. per l. cùm in antiquioribus. C. de iur. deliber. & aliàs latiùs dixi libro iij. Paradox. capit. x. Non recedendo tamen à communi, intellige, quòd licet emancipatus ſuccedat tanquam ſuus, iſtud non procedit reſpectu modi, quia etiam hodie ſuus conſequitur multa ex ſuitate, quæ non dantur emanipatis: & ideo potentia ſuitatis tranſmittit hæreditatem ad quoſcunque, l. ſi fratris. C. de iure deliber. quod nõ eſt emancipato, vt hîc latè diſputat Ioan. Crotus, & eſt communis opinio. & xj. differentias ponit Corn. in l. ſi emancipati, C. de
II. Concluſ. collat. dic, vt ibi. ¶ Secunda concluſio gloſ. eſt,
61 quòd † hodie conditio teſtamento durat differentia inter ſuos & emancipatos. probatur, quia d. §. nullã. loquitur ab inteſtato tantùm. vnde quod non corrigitur, cur ſtare prohibetur? l. præcipimus in fin. C. de appellat. & ideo ſi velit ipſe venire per ius prætorium tantùm, cõiungetur cum ſuo hærede, ſecundum Bart. in l. j. ff. de coniung. cum emancip. lib. quia hoc caſu non cenſebitur correctus titulus de coniung. cum emancip. liberis. Itẽ ſi ſit exhæredatus, non admittetur ad querelam, niſi priùs agnouerit bonorum poſſeſsionem cauſa lit. agn. intra annum ſecundũ ius prętorium, l. Papinianus. §. j. vbi gloſ. & Bar. & Bald. de inoffic. teſtamen. quod tamen non requiritur in ſuo, d. l. Papinianus. §. fin. Item quando eſt prę teritus cum inſertione cauſę, non habebit ius dicendi, nullum ſicut ſuus, ſed debebit contratabulare, ſecundũ gloſ. in §. exhæredatos in verb. noluit, authen. de hæredit. & Falcid. quæ eſt communiter approbata: & ideo tunc coniungeretur cum ſuo, per titulum de coniung. cum emancip. lib. ſecundũ Paul. de Caſt. hîc, & Iaſ. & Alexand. in l. fin. infrà, eodem: de quo dic, vt infrà. Fallit
62 † hæc concluſio, quando teſtamentũ rumpitur: quia cùm res reducatur ad cauſam inteſtati, perinde eſt, ac ſi nunquam factum eſſet: & ideo ſi in text. noſtro emancipatus velit contratabulare, quia per contratabulationẽ res redigitur ad cauſam inteſtati, l. vt liberis. C. de collat. Bart. & Doctor. in l. illud. ff. de bonor. poſſeſ. contratab. poterit deinde ſuccedere in totum excluſio nepote, non obſtante titulo de coniung. cũ emancip. liber. qui hoc caſu eſt correctus. Et ideo in caſu text. noſtri, quãdo filius emancipatus eſt prętеritus, vel exhæredatus cum inſertione cauſæ, & nepos inſtitutus, cùm teſtamentum redigatur ad caſum inteſtati, d. l. vt liberis. putarem filium in totum ſuccedere, quicquid dicat Paul. de Caſt. & Iaſ. hîc, & Alexand. ind. l. fin. contra quos etiam tenet do. Lancel. per text. in §. ſin autem hæc obſeruata. & in §. ſi tales. in auth. vt cùm de appel. cog. inducendo, vt hîc per eum: & idem etiam in effectu tenet Corn. in authen. in ſucceſsione. C. de ſuis, & legit. ſaluans aliam opinionem, quando ipſe emancipatus eligeret venire tantùm per ius prætorium, vt ſuprà dixi, & hîc latiùs etiã per Crotum. ¶ Ex iſta concluſione infert Bart. hîc ad quæſtionem, quando † pater inſtituit filiũ emancipatum, & prętеriit nepotem ex eo in poteſtate retentum, an nepos poterit dicere nullũ? & concludit, quòd non, quia ſibi non fit iniuria, ex quo ab inteſtato nõ vocabatur, ſed excludebatur per patrem: & qui ab inteſtato non ſuccedit, præter- A itus non dicit nullum, §. item adoptiuos. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. & cum Bartolo tranſeunt cõmuniter cæteri. ¶ Et hæc inferuntur ad quæſtionem quotidianam, ſtante † ſtatuto quòd exiſtentibus maſculis, fœmina dotata non ſuccedat, an ſi ſit præterita in teſtamento, poſsit dicere nullum? & communis concluſio eſt, quòd non, per ſuprà dicta. Et quia facultas dicendi nullum, regulatur ſecundum ſucceſsionem ab inteſtato, l. j. §. j. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Vnde B cùm ab inteſtato nõ ſuccedat, non debet admitti contra teſtamentum, maximè quia eius non intereſſet, l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. infrà, ad ſenatuſc. Trebel. nec teſtator deliquit, neque illi fecit iniuriam, cùm ab inteſtato nihil deberetur. & † tale ſtatutum dicitur auferre ſuitatem huic filio, l. j. §. ſciendum. vbi Bart. ff. de ſuis, & legit. & ita tranſeunt Doct. communiter, vt hîc latiùs per Repet. Aliqui tamen intelligunt, quòd admittatur ſolùm ad legitimam, ſecundum Imol. C Aretin. Socin. Crot. Galia. Ruin. hîc: & Alexand. dicit, quòd eſt æqua: idem tenet Rom. d. l. vt liberi. C. de collat. Lancel. in repet. §. cęterùm. Inſt. de legit. agnat. ſuc. Capra conſil. clj. Dec. d. l. filiæ dotem. & conſil. ccxcvj. ccclxxviij. ccclxxxiij. Limita hanc concluſionẽ, vt non procedat, quãdo teſtator inſtituiſſet extraneos. cùm enim filia excludatur à ſtatuto fauore agnatorum, & agnati per teſtamentum ſint excluſi, certè videtur, quòd ceſſante ratione legis filia poſsit contrata- D bulare, ſecundum Angel. & Imol. Crot. Claud. & Lancel. hîc Alexand. conſil. lxix. in j. & Dec. in l. filiæ. C. de collat. vbi reſpondet rationibus Alexand. diſtinguentis inter emancipatum & ſuum: dic, vt per eum. Imò puto, quòd ſi ſit in poteſtate patris, poterit etiam dicere nullum. quia tali caſu non cenſetur excluſa à ſtatuto. Contra hanc limitationem vrgent duo fundamenta. Primum eſt doctrina Bart. in l. j. §. ſi pater. ff. de coniung. cum emanc. liber. vbi quando ſtatutum vni aufert, & alteri dat vno & eodem actu, ille cui datur, ſi ſit priuatus, perinde obſtat, ac ſi eſſet inſti- E tutus, per l. j. §. fin. ff. de aſsignat. lib. per quam doctrinam do. Alexand. hîc, & Paul. de Caſtr. in conſilio ccclxxvj. ſuper primo puncto. tenuerunt contra prædictam limitationem. ſed tamen non eſt recedendum à prima opinione, quæ eſt æquiſsima. Non obſtat prædicta ratio: quia reſponde primo modo, vt per Aretin. hîc, vel alio, vt per Socin. Vel dic, & meliùs, quòd actus priuationis in noſtro caſu nõ eſt vnus, & idem cum actu aſsignationis. cùm † enim ſtatutum tollat F ſuitatem, vt per Bart. in d. §. ſciendum. ſequitur, quòd vſque à principio, & viuente teſtatore, ſit ſublata, l. in ſuis. ſuprà, eod. aſsignatio † verò ſit maſculis niſi poſt mortem defuncti. Praetereà illa deciſio Bart. videtur mihi dubia, quia non bene probatur per d. §. fin. qui non fundat ſe in vnitate actus excluſionis & declarationis lucri alteri

L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm. *Expoſitio poſterior.*

63

64

65

66

67

nec iſta eſt ratio d.§. ſed quia patronus aſsignan-
do vni ex filiis, non debet videri voluiſſe melio-
rare conditionem alterius compatroni extranei.
Vnde ſi ille cui non eſt aſsignatus, ſit incapax. ſe-
cùs eſt, vt ibi dicitur: ſed in caſu noſtro ſtatutum
voluit meliorare conditionem maſculorum ſic-
vt & fratrum carnalium, in caſu quæſtionis Bart.
Et contra Bart. tenuerunt multi Doctores relati
per Alexand. in l. planè. §. ſi duobus. in fin. ff. de
legat. j. & videtur communis opinio cõtra eum,
vt ibi, & per Decium conſilio ccxcvj. Secundò
obſtat, quia cùm ſit excluſa ab inteſtato, non de-
bet iſta admitti, vt aliis noceat, & ſibi nihil pro-
ſit, d. l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. Ad hoc fun-
damentum dantur plures reſponſiones. Primò
dicit Angel. quòd imò ſibi proderit, quia habe-
bit hoc beneficium venale, l. filium. §. erit. infrà,
de contra tabul. quæ reſponſio ſatis poteſt de-
fendi, licet non placeat Imolæ. Secundò reſpon-
68 det Ioan. Crotus, quòd † ex quo fuit affecta iniu-
rià per præteritionem, l. Papinianus. in princip.
de inoffic. teſta. ſua intereſt vlciſci iniuriam, arg.
l. penult. ff. de condi. cau. dat. ſed & hoc eſt leue
intereſſe, nec debet dari tale remedium, ex quo
non intereſt pecuniariter, arg. l. j. §. & aliàs videa-
mus. ff. ſi quid in fraud. pat. l. libertus, qui ſoluen-
do. de bonis libert. Ego puto, quòd imò iſta fœ-
mina debeat admitti ad integram hæreditatem.
Moueor primò, quia iſtud ſtatutum excludens
filiam, tanquam correctorium, l. maximum vi-
tium. C. de lib. præt. debet ſtrictè intelligi, & ideo
non debet trahi ad hunc caſum, in quo apparet,
quòd mens teſtatoris fuit, nihil relinquere illis
maſculis, l. fin. ff. de reb. eor. vnde non debebunt
obſtare fœminis iſto caſu, licet quando penitùs
non condidiſſet teſtamentum, obſtarent propter
præſumptam mentem defuncti, l. conficiuntur,
ff. de iure codic. per Bartol. in l. hæredes mei. §.
cùm ita. ff. ad ſenatuſc. Trebel. Tertiò moueor,
quia tale ſtatutum habet caput excluſiuum fœ-
minarum, & incluſiuum maſculorum, ſecundum
Bartol. in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertyl. ſed in iſto
caſu non poteſt includere maſculos propter vo-
luntatem defuncti repugnantem: ergo non ha-
bebit locum aliud caput, l. fin. C. de indict. vid.
tollen. l. alteri. ff. de adi. leg. Secundò facit, quia
in iſtis perplexis ſemper præferimus illum, qui
iure communi, & ratione naturali potior eſt, l. ij.
§. ſi ſit agnatus. & l. æquiſsimum. ff. ad Tertyl. per
Bald. in l. fin. C. ad Tertyl. vnde cùm filia ſit hu-
iuſmodi, debet præferri & hæredi ſcripto, &
agnato. Et ex hac ratione tollitur etiam funda-
mentum Croti hîc, cùm dicit, quòd non conſide-
ratur, quòd maſculi ſuccedant, ex quo ſola eo-
rum exiſtentia excludit fœminam, l. filius fami-
liâs. §. cùm quis. ff. de leg. j. Reſpondeo, quòd d.
§. cùm quis procedit in conditione appoſita à te-
ſtatore: ſed nos loquimur in ſtatuto, quod eos
includit, l. fideicommiſſa. §. cùm eſſet. ff. de leg.
iij. & ideo niſi ſuccedant ipſi, vel alij ex eorum
perſona, filia non excluditur, d. l. ij. §. ſi ſint ſui. &
ibi Bartol. ad Tertyl. Bald. & Alexand. Iaſ. in l.
in ſubſtitutione. infrà, de vulgar. Corn. conſilio
lxj. licet videatur in iiij. cum ſimilib. & iſta opi-
nio maximè procederet, quando ſtatutum non
excluderet fœminas abſolutè, ſed ſimpliciter
præferret maſculos fœminis. nam videtur, quòd
fœmina tunc admittatur ad reſciſsionem teſta-
menti, ex quo ſua intereſt, quia non omnino eſt
excluſa, & poterit cõcordare cum maſculis, vel à
principio facere, quòd ipſi proteſtentur ſe nolle
eſſe hæredes, vt per Bartol. in l. j. §. qui habebat.
in v. quæſt. infrà, de contratab. & per Raph. Co-
men. in d. l. filiusfamiliâs. §. cùm quis. in fin. vbi *Expoſitio poſterior.*
ita intelligit text. in d. §. ſi ſint ſui. & facit, quod
notat Bald. in l. ij. C. de lib. præt. & in l. ſi quis. §.
ſi filium. ſuprà, eod. vbi vult, quòd ſi ſtatutum
non excludit filias abſolutè, ſed quovſque exta-
bunt maſculi, filia præterita extantibus maſcu-
A lis inſtitutis, qui poſt aditam hæreditatem mo-
riantur ſine maſculis, poterit dicere teſtamen-
tum patris nullum: ſequuntur hîc Modern. Cir-
ca aliam quæſtionem, quando ſtatutum excludit
filiam dotatam, quid ſi dos fuerit minor legiti-
ma? vide hîc per Modern. & vide Bald. conſilio
clvij. Bitius in j. vol. & quæ dixi in Præſumpt. in
prima regula, in ſecunda præſumpt. in fin. dic, vt
ibi, & per Dec. conſil. ccxcvj. hîc non eſt locus
eius. ¶ In eadem ibi, *quid ſi emancipatus readopte-*
B *tur*, etc. Communis eſt concluſio gloſ. quòd † tali 69
caſu non noceat nepoti. quod reſtringe duobus
modis. Primo, quòd non noceat in totum. in di-
midia enim nocet, ex quo cum illo iungitur, d. l.
j. §. ſi quis. per titul. de coniung. cum emanc. lib.
Iſta gl. facit ad quæſtionem comitis Palatini, qui
poteſt legitimare ſine præiudicio legitimorum,
quòd tamen poterit facere, quòd admittatur le-
gitimatus cum legitimis. in quo diſtingue, vt in
rubrica, ſuprà, eodem. Item ad quęſtionem, quòd
C maritus lucretur dotem, ita tamen, quòd non
noceat filiis prioris matrimonij: intelligitur,
quòd non noceat reſpectu l. hac edictali. C. de
ſec. nupt. nocebit tamẽ reſpectu vniuerſalis ſuc-
ceſsionis ex S.C. Orficiano: de quo vide per Bal.
cõſi. cclxxiij. ſuppoſito, in ij. Dec. cõſi. cclxxxiij.
Secundò intellige, vt non procedat, quando iſte
rurſus fuiſſet adoptatus in locum patris ipſius
nepotis. tunc enim in totum præiudicat, per tex.
in l. iij. §. j. infrà, de contra tabul. & ita tenet Din.
D & Bart. cum quo cæteri tranſeunt. Sed an tali ca-
ſu requiritur conſenſus nepotis? videtur, quòd
ſic, ex quo ſibi præiudicatur, arg. §. ſed ſi quis ne-
potis. Inſtit. de adopt. Putarem contrarium pro-
pter iura naturalia, quæ adhuc remanent, arg. d.
l. filio, quem pater. ſuprà, eod. & quod infrà dice-
tur de deportato, l. fin. in princip. C. de ſent. paſ.
¶ In fine gl. habes duas concluſiones. Prima eſt,
quòd † reſtitutio filij deportati facta in vita aui, 70
nocet nepoti, & eũ excludit. Secunda, ſecùs eſſe,
E ſi reſtitutio facta ſit poſt mortẽ aui. Contra pri-
mam concluſionem obſtat, quia reſtitutus non
recuperat locum occupatũ per aliũ, l. ij. in princ.
& ibi Bart. de decurio. Nec eſt bona ſolutio Bart.
dicentis hoc procedere, niſi talis occupans ſuc-
cedat in locum primi, & eius perſonã repræſen-
tet, vt in caſu noſtro: quia imò nepos venit ex
perſona propria, non autem filij, vt per Bart. in l.
ij. in fin. per illum tex. C. de lib. præter. per Iaſ. &
Mod. hîc. Minùs etiã valet ſolutio Pauli de Caſt.
F dicentis locũ non fuiſſe plenè occupatũ, nec ius
perfectè acquiſitum, quo caſu non procedit d. l.
ij. adhuc enim viuente auo, ius aliquod quęſitum
nõ eſt, l. j. §. ſi impuberi. verſic. cæterùm. ff. de col-
lat. bon. nam vt dicunt Mod. hęc ſolutio confun-
ditur per c. quãuis de reſcrip. in vj. declarando, vt
per eos. Quare tu dic, ꝙ in caſu noſtro filius non
omnino amiſerat locum, imò iure naturali eũ te-
nebat. vnde ſublato impedimẽto per reſtitutio-
nem, præiudicat occupanti. iſte enim quamuis
deportatus, erat tamẽ filius. Circa ſecundã con-
clu-



cluſionem, ꝙ reſtitutio deportati facta poſt mor-
tem aui, nõ noceat nepoti, ampliat eam Paul. de
Caſt. vt procedat, etiã ſi hęreditas nondum adita
eſſet per nepotem: quia nõ debet talis reſtitutio
pręiudicare nepoti in iure adeũdi, arg. l. ij. §. me-
ritò. ff. ne quid in loc. pub. Et quia non debet tol
lere neq; ius acquiſitũ ſola ſpe, d. c. quãuis, de re-
ſcript. in vj. per Aretin. conſil. vij. ſequitur Socin.
& Iaſ. quia cùm iſte nepos ſit ſuus, ſtatim eſt hæ-
res, nec hæreditas eſt vacans, l. cùm hæreditas. C.
depoſit. Cõfirmat Lancel. quia aliàs ſequeretur,
quòd princeps tolleret dominium propter ſuita
tem quæſitũ ipſi nepoti. §. ſin autẽ. cum gl. Inſti.
de hæred. quæ ab inteſt. quod dominiũ eſt iuris
gentium, licet modus ſit iuris ciuilis, ſecundum
Bart. l. ex hoc iure. de iuſt. & iur. quod tamen nõ
poteſt facere, vt per Bar. in l. j. in fin. C. de iur. aur.
an. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. cum
ſimilib. Item natura reſtitutionis eſt, vt reſtituat
ad amiſſa, non ad ea, quę nunquam acquiſita fue
runt, ſecundum Bart. in l. ſi. C. de ſen. paſſ. Sed tu
aduerte: quia iſta opinio eſt cõtra mentem gloſ.
& Bar. qui loquuntur, quando nepos iam eſt hę-
res: & Bart. in l. j. §. filius. infrà, ad Tertyl. qui lo-
quitur, quando iã eſt appræhenſa, & adita hære-
ditas: & contra Dom. de Rota deciſ. lxxxiij. &
dcclxxxv. Quamuis enim eſſet incapax hæredi-
tatis propter legẽ ciuilem ex delicto ſuo, tamen
retinebat iura naturalia, l. quidã ſunt ſerui pœnę.
71 ff. de pœn. Vnde † princeps eum reſtituendo non
videtur quicquã conferre, ſed impedimentũ tol-
lere, prout dixi in j. concluſione. Quo ad ſucceſ-
ſionem verò ab inteſtato, ſatis videtur ſi ſit ha-
bilis tempore aditę hęreditatis, licet nõ eſſet ad-
huc tempore mortis, arg. l. j. §. ſciendũ. ff. de ſuis,
& leg. & l. ſi filius hæres. vbi Iaſ. in iij. not. ſuprà,
eod. & fingitur etiã tempore mortis fuiſſe ſuus.
Nec obſtat l. ij. §. meritò. ĵ. ne quid in loco public.
quia procedit in noua conceſsione, nõ in remo-
uente impedimentum, arg. d. §. meritò. ibi, noui
operis nun. l. fin. in princ. C. de ſent. paſſ. Non ob
ſtat, quòd hæreditas nõ dicatur vacare, quia imò
propriè loquendo vacat, vt dixi in d. l. in ſuis. &
probatur ex dictioue Hæreditatis: item per text.
in l. j. §. ſi pater ab hoſtibus. ibi, ſi antequã & ſuus
hæres exiſtat. infrà, ad Syllan. Non obſtat, quòd
72 † princeps tolleret dominiũ. dico, quòd non: ad-
huc enim nullũ dominium verũ habet, niſi poſt-
quàm ſe immiſcuerit, ſed eſt ſola continuatio il-
lius ficti legalis, d. l. in ſuis. in verb. quodãmodo.
imò poteſt princeps etiam ſine cauſa tollere ta-
le dominiũ, ſecundum Bald. in l. ſi. C. ſent. reſcin.
non poſ. Paul. de Caſt. in l. cùm hæredes. in prin.
ff. de acq. poſſeſ. Alex. conſi. ij. viſo. lib. j. & eſt ma
gis cõmunis opinio, ſecundum Dec. d. c. quæ in
eccleſiarum. verſi. quintus caſus. & Bald. in l. j. C.
de iur. aur. annul. loquitur in alio caſu, videlicet
73 † quãdo legitimatio ſit extra iuriſdictionẽ, vt per
eum, multo magis ius adeundi, per quod non di
citur quis locupletior, l. pretia rerũ. ff. ad le. Falc.
Non obſtat, ꝙ reſtitutio ſit ad amiſſa tãtùm, etc.
quia iſtam hęreditatem acquiret, prout ex nunc,
ex quo reperit ſe capacem hoc tempore, quo ad-
huc hæreditas non eſt adita, d. §. ſciendum. Non
obſtat, ꝙ non debet tolli neq; ius quæſitũ ſpe, d.
c. quamuis. reſpondeo, ibi gratia reuocata nihil
penitùs valebat, & erat omnino extincta, vnde
reſtitutio nõ poteſt retrotrahi ad id, quod nullũ
erat, vt etiã dicit ibi gloſ. magna circa medium:
in caſu noſtro filius deportatus vtiq; filius eſt, &
poteſt hæreditatẽ conſequi, prout ex nunc, vt di *L. 29.*
xi. ¶ Ex iſta glo. facit Bart. concluſionẽ, ꝙ reſtitu *Gallus.*
tio principis non trahitur retrò: licet reſtitutio, *§. Et quid*
quæ ſit per poſtliminiũ, & ſic per legem Corne- *ſi tantùm.*
liã ipſa trahatur, l. ſi quis exhęredato. §. ſi pater. ĵ.
tit. j. facit l. j. §. ſi pendeat. ſ. ad Maced. vbi Bar. no
tat, ꝙ reſtitutio non fingit retrò, ſed de nouo in-
ducit: ſed ibi loquitur in delictis, in quibus cõſi-
deramus principiũ, l. qui ea. ff. de furt. cum ſimi-
A lib. Breuiter tu fac regulam in contrarium: quia
imò reſtitutio retrotrahit. eſt enim in ſtatum pri-
ſtinum cum cauſa ſua poſitio, l. j. C. de ſent. paſſ. l.
quòd ſi minor. §. reſtitutio. de minor. l. ſi. §. ſi. in-
frà, de verb. ſign. glo. in l. donationes, quas parẽ-
tes. C. de don. inter vir. & vxor. gloſ. in §. cùm au-
tem. Inſtit. quibus mod. ius pat. poteſt. & per An
gel. in l. his verbis. §. interdum. de hęredib. inſtit.
Et licet Moder. hîc dubitent, tamen reſponde, vt
per eundẽ Ang. in l. ſi alienũ. §. in extraneis. eod.
B tit. & intellige, vt per Bar. in l. intércidit. de cõd.
& dem. Fallit in præiudiciũ tertij, cui ius medio
tempore fuit acquiſitum. ita procedunt iura pri-
mo loco allegata, & l. cùm allegatis. C. de re mil.
l. xij. l. ſi minor. §. Scæuola. de minor. & iſta eſt ra
tio d. §. ſi pater. nã in poſtliminio retrotrahitur,
qa ius non quęritur tertio, ex quo lex tenet in ſu
ſpẽſo omnia iura captiui, quoniã veriſimile cogi
tat poſſe reuerti in patriã, l. hæc nos. C. de capti.
in deportato non ita eſt: quia nõ pręſumitur fo-
C re, vt reſtituatur. arg. l. apud Iulianũ. §. ſi. ĵ. de leg.
j. & ita procedit etiã l. intércidit. in ij. reſponſ. de
condit. & demõ. declarando, vt per Bar. Vnde ſi
quo caſu lex nõ ſuſpendat iura captiui, idem eſt,
quod in deportato, vt eo reuertente non tamen
præiudicetur tertio, l. j. ff. ex quib. cauſ. maior.
Iſta concluſio, ꝙ † reſtitutio nõ trahatur ad ius al-
teri quæſitũ, fallit pluribus caſibus. Primus eſt, 74
quando reſtitutio fieret per viã iuſtitiæ: quia iſta
trahitur ad ius alteri quæſitũ, l. ꝙ ſi minor. §. Scæ-
D uola. ff. de minor. Raph. Com. Alex. Aret. Iaſo. &
cæteri hîc: facit gl. in l. fruſtrà. C. de ſen. paſ. auth.
quæ ſupplicatio. C. de prec. imp. off. c. ſuſcitata.
extrà, de in integ. reſt. Contrariũ tenet ſolus Lãc.
hîc, arg. d. §. Scæuola. Sed ibi nõ ſuberat ęquitas,
vt cõcederetur reſtitutio, vt ꝑ Bar. ibi, laboribus
ſubſtituti, etc. & per Doct. in l. ſi. C. de rep. hęred.
Mouetur etiã per l. bene à Zenone. C. de quadri.
pręſcr. & doctr. Bar. in l. ſi. C. de ſẽt. paſſ. & gloſ. in
E c. quãuis. in fin. gloſ. magnę, extrà, de reſtit. ſpol.
Non obſtant iura contraria: quia ſecundũ eũ, lo-
quuntur contra eũ, qui fuit particeps læſionis, &
qui immediatè ex ea acquiſiuit, d. l. ꝙ ſi minor. §.
reſtitutio. ſecùs aduerſus aliũ tertium. Ego non
puto recedendũ à cõmuni, per text. in d. l. ſi. in ſi.
C. de rep. hęred. quia † Reſtituere, intelligitur cũ
omni ſua cauſa, ad cuiuſcunq; manus res perue- 75
nerit, l. reſtituere. & d. l. ſi §. ſi. ff. de verb. ſig. & per
rationẽ: cùm enim pręſupponamus reſtitutionẽ
ex iuſtitia factã, ſequitur, ꝙ bona illa fuerint iniu
F ſtè ablata: & ideo talis eſt anterior quibuſcunq;,
nec poteſt cõſiderari aliqđ ius tertij, tanquã po-
ſterius, l. ij. ff. qui pot. in pig. Nec obſtat l. bene à
Zenone. quia concluſio Doct. poteſt intelligi in
caſibus, in quibus dicta lex non ꝓcedit, veluti qñ
ſumus in fiſco inferioris ab imperatore, ſecundũ
Bald. c. ad apoſtolicę. de re iud. de quo tamẽ ali-
ter ſentit Bar. in d. l. ſi. vel in caſu aliarũ limitatio-
nũ, de quibus per Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. extrà
de cõſti. Io. Balb. in tract. prę\ſcri. in v. parte princ.
in iij. ſpeciali, verſi. viij. quæſtio. Fortiùs poſſet
teneri,

teneri, q; indiſtinctè non procedat aduerſus eũ,
qui iuſtè inſtitutus eſt,vt eſt gl.& ibi Doct.in l.fi.
C.ſi aduer.fiſc. maximè illa,quia lex videtur eſſe
facta in fauorem fiſci, vnde princeps reſtituẽdo
videtur derogare fauori ſuo:quia verbum Reſti-
tuere,hoc importat,& quia iſtud ius ſecuritatis,
quod habet emptor,eſt introductum ex quodã
iniquo rigore dictæ legis, ſecundũ Bald.in proœ
mio Decret.& Doctores in locis ſ.alleg.vnde po
teſt princeps etiam ſine cauſa tollere tale ius ipſi
tertio,ſecundum Bald.in l.fi.C. ſent.reſ.nõ poſ.
Doct.in d.c.quæ in eccleſiarũ.& ſ.dixi. Non ob-
ſtat doctrina Bart.in d.l.fin.quia loquitur,quan-
do ille de iure debuit confiſcari,&conſequenter
reſtitutio eſt de gratia.& iſtud apparet ex ſuo ar-
gumento,dum dicit,q; cautus legitimè poſside-
bat:& illud,quod dicit de bonæ fidei poſſeſſore,
dicit arguendo à fortiori,vt ibi per eũ. Non ob-
ſtat glo.in d.c.quamuis.quia ibi nihil de hoc di-
citur:ſed puto,quòd voluerit allegare gl. in c.ex
parte. eod. titulo, vbi minor renuntians bene-
ficio,ſi deinde cõferatur alteri, nõ reſtituatur in
præiudiciũ illius.Reſpondeo, q; illud procedit
in beneficio,in quo lex habet eũ pro maiore, ſe-
cundũ glo.in l.ait prętor.de minor.& quia læſio
non eſt in patrimonialibus,ſed in ſpiritualibus,
& quia non agit de damno vitando tali caſu,ſe-
cũdũ varias opiniones Doct.in d.c.ex parte.Re-
76 ſtituitur†enim minor indiſtinctè etiã aduerſus
tertiũ,vbi agit de damno vitando,l.in cauſę.§.in
terdũ.ff.de min.ſecus,ſi de lucro captando, d.§.
Scæuola.& per Abb.in d.c.ex parte.vnde ſi reſti-
tutio fuit de iuſtitia,apparet q; agitur de damno
vitando:&ideo debet retrotrahi,etiã quo ad ter-
tium:&ita tenent omnes. Secundò limita, vt re-
ſtitutio trahatur ad ius alteri immediatè ex legis
diſpoſitione per confiſcationẽ quęſitum,l.ſiue li
bertus.in princ.infrà, de iur. pat.l.fi. C. de ſent.
paſ.Cyn.Bald.Alex.Aret.& cæteri hîc.Quod in-
telligit Lancel.hîc, procedere, quando ille non
erat offenſus:aliàs ſi fuiſſet offenſus, nõ trahere-
tur ad hunc caſum,per gl.& Bart.in l.ij. C. de in
ius voc.Et ideo ſi ex ſtatuto bona homicidæ de-
beantur applicari,hoc debet pro dimidia,& pro
alia dimidia fiſco:ſi reſtituatur, non recuperabit
bona applicata hęredibus,ſecundũ Bald.& Cyn.
hîc,& Imol.& Alex.ſibi contrariũ in conſiliis al-
legatis hîc p Iaſ.& eſt ratio in promptu,quia cũ
iniuria ſit illata iſtis,& ſtatutum pro eius cõpen
ſatione aſsignet bona,quod fieri poteſt,§.pœna.
verſi.ſed poſtea.Inſti.de iniur.videt, q; iſtud ius
non cõpetat principaliter ex confiſcatione.&ſic
ex facto principis,ſed potiùs ex facto rei,&quaſi
obligatione naturali,verſic. liquet. & ibi glo. in
verbo ſeipſum.C.de ſum.tri. & fide cath.&ideo
non debet tolli per reſtitutionẽ: & ex hoc infer-
tur,q; malè conſuluit Anch.conſi.ccccLxxx.pro-
bata.de quo hîc per Mod. Secundò intelligit A-
lex.vt nõ procedat,quando appręhenſio iã eſſet
facta per tales:quia videtur tunc eſſe acquiſitum
dominiũ iuris gentiũ,& reſtitutio principis non
debet ad hunc caſum trahi,l.iij.ſ.de publ.l.Pom-
ponius.§.ſi iuſſu.ff.de acq.poſſeſ.Sed tu aduerte,
quia Cyn.Bal.Imol.hîc videntur ſentire, q; iſtud
ſolum non ſufficiat,cùm iungunt iſtam rationẽ
præcedenti declarationi,& etiã mihi nõ placet:
quia nõ tã debet attendi appręhenſio,quàm cau
ſa propter quã eſt facta:& ideo ſi cauſa ex mero
facto principis proceſsit,poteſt eũ tollere,etiam
in præiudicium illius,qui iam appræhendit, ſe-
cundum Bald.in d.l.fin.C. ſent.reſcin. non poſ.
per Dec.in c. quę in eccleſiarũ.verſi.pręterea.&
ſecundò facit regula l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.
pet.& quod notat Ang.in l.Lucius.per illũ text.
ſuprà,de euictio.Tertiò limita, quando in reſti-
tutione expreſsè diceretur, quòd trahi deberet
etiam ad bona alienata,ſecundũ Ang.hîc. Con-
trarium tenet Lancel.hîc:quia princeps non po-
A teſt hoc facere:iſtud enim eſſet confringere con-
tractus,quibus etiam princeps ligatur,ſiue ſit ex
cauſa oneroſa,ſiue lucratiua, l.digna vox. C. de
legib & ibi Paulus de Caſt.c.j.de probat. Socin.
conſilio iiij. in iij. cum ſimilib. Sed tamen ſatis
videtur opin. Angeli ſuſtentabilis, quando ille
tertius haberet ex cauſa lucratiua. poteſt enim
princeps talem,ſuam donationem moderari,&
tollere,l.qui fundos.vbi And.de Bar.& Ioan.de
Plat.C.de omni agro deſer.ſentit.Cyn.in d.l.di-
B gna vox. Bald. in l.qui ſe patris. C. vnde liber.
Anton.de But.& Aretin.in d.c.j.de probat. facit
l.j C.de petit.bonor.ſubla.libro x.vbi enim con-
tractus lucratiuus eſt factus, mediante ſtipula-
tione donatarij,ſatis apparet fieri ad eius poſtu-
lationem,vt dicit Bald.in d.l.j. Poteſt etiam di-
cta opinio Angel.ſuſtineri,quando reſtitutio eſ-
ſet facta propter publicam vtilitatem,vt quia re-
belles reſtituerentur,vt citiùs pax ſequatur.nam
tunc etiã trahetur ad bona medio tempore alie-
C nata, ſecundum Bald.in titulo,de pace Conſt.in
verb.priuilegia.ſequitur Aret. hîc,& Iaſ.& Ioan.
de Monteſer.& per Bart.l.quæcunque.ad fin.C.
de fid.inſtru.& iur.haſtæ fiſ.libro x.ſequũtur ibi
Doct. Idem generaliter, quando princeps hoc
facere ex cauſa.poteſt enim,ſecundum Bald. in
d.l.quæcunque.& Cardin.& Felin.in c.inter.de
maio.& obedien. Et ſuprà dicta in hac limita-
tione intellige procedere, non ſolùm quando
princeps expreſsè reſtituit ad bona alienata,ſed
etiam,ſi aliter appareat de eius voluntate & cer-
D ta ſcientia,l. idem Vlpianus.§. fin. de excuſ. tu-
tor.vt quia adiecit clauſulam, quòd nihil poſſet
obiici de confiſcatione bonorum,ſecundũ Card.
& Imol.in c.quia diligentia, de elect. Alexand.
Socin.& Crotus hîc, & Felin.in d.c.inter qua-
tuor de quá dic,vt hîc per eos:vbi concludunt,
quòd in iſtis caſibus emptor habebit recurſum
contra fiſcum pro ſuo intereſſe, ſicut videmus
quoties princeps tollit dominium alicui rei ſuę,
E quòd tenetur ſibi ad pretium, l. mulier in opus.
ff.de capt.l.ij.C.in quibus cauſ.ſer.pro præm.li-
bro x.gloſ.in l.ſi locus.§. fin.ff. quemad. ſeruit.
amit.Innoc.& Doct.in c.quæ in ecclſiarum.de
conſtit. Imò cùm emptor habeat ius in re,pu-
tarem,quòd non poſſet amoueri de poſſeſsione,
niſi reſtituto priùs pretio,arg.notat.per Bart.in
l.ſi non ſortem. §.ſi centum.ff. de condi. indeb.
Quod nota in practica, propter iſtos principes,
qui deinde non curant ſoluere. Sublimita ta-
men prædicta,vt procedant, quo ad ipſa bona:
F ſed † quo ad fructus medio tempore perceptos, 77
nunquam reſtitutio retrotrahitur, etiã in bonis
per fiſcũ non alienatis,auth.idẽ de Neſtorianis.
C.de hęreti.& ita tenent Doct.hîc communiter.
Iaſ.dicit, q; iſtud eſt falſum, & quòd conſuleret
contrarium,per text.in l. videmus.ij. §. in Fla-
uiana.ff.de vſuris,cum ſimilibus iuribus.Tu dic,
quòd aut reſtitutio eſt facta de iuſtitia,& proce-
dit opinio Iaſ.& iura per eum allegata: aut de
gratia,& hoc dependet ex verbis gratiæ: quia ſi
diceret,quòd facit illi plenariam reſtitutionem,
vel



vel ęquipollentia verba, ſatis putarẽ cenſeri re-
ſtitutum etiam quo ad fructus exiſtentes apud
fiſcum,arg.not.per Bart.in titulo,de pace Con-
ſtan.ſuper verb.de plenitudine.& in c. j.§. iniu-
ria.de pace.iur.fir.Alex.poſt alios,in l.ſi tibi.§.j.
ff.de pact.Archid.Ioan.And. Gem.in d.c. quam-
uis.vbi Peruſ.in vj.quæſt. Felin.in d. c. inter.A-
lioquin in ſimplici reſtitutione non putarem re-
cedendum à communi, per text.in d. authent.
idem de Neſtorianis.& ratio eſt:quia iſti fructus
nunquam fuerunt ipſius reſtituti, ſed ſequuntur
poſſeſſorem,l.ſi quis bonorum.ff. de leg.j. & re-
ſtitutio non trahitur ad id, quod nunquam fuit
ipſius reſtituti,ſecundum Bartol.in d.l.ſin. C.de
ſentent.paſſ.cætera dic,vt hîc per Modern.& fa-
cit text.in l.cùm allegatis.C.de re milita.lib.xij.
& l.fin.§.fin.ff.de condi.indeb.¶ Ex iſta gloſ.in-
fert Bartol.ad quæſtionem, an legitimatus poſt
mortem excludat venientes ab inteſtato? & di-
ſtinguit,vt per eum. Tu fac aliquas concluſio-
I. Concluſ. nes Prima eſt, quòd legitimatio cùm ſit reſtitu-
tio natalium,trahitur retrò,vt cenſeatur vſque à
principio fuiſſe legitimus,l.fin.ff.de nata.reſtit.l.
ij. eod. tit.eſt enim abolitio maculæ & detectio
eius,quòd à principio erat iure naturę, vt omnes
naſcerentur legitimi,§. j.§.ſi quis ergo. in auth.
quibus mod. natur. effic.ſui. Vnde abolita illa
macula,cenſentur ſemper fuiſſe in primæuo ſta-
tu,l. manumiſsiones. cum gloſſ.de iuſtit.& iur.
facit,quod not.Bart.in l.ij.infrà, de vulgar. An-
gel.& Imol.in l.ſi alienum.§.extraneis. infrà, de
hæred.inſtit.& ita tranſeunt communiter Doct.
Ego dubito de hac concluſione. moueor primò
per text. in c.tanta.extra, qui fi.ſint leg.vbi text.
loquẽs in fortiori caſu,& ſic in his, qui ſunt legi-
timati per priùs ſequens matrimonium, dicit,
per ſubſequens matrimonium habentur legiti-
mi,& ſic non antè.& ita ibi tenet Anton.de Butr.
Secundò per textum in §.liceat.in authent.qui-
bus mod. natural. effic.legit. ponderando ver-
bum De cætero,& paulò inferius verbum Dein-
de:& loquitur ille text.quando pater non habe-
bat legitimam ſobolem,& ſic non tractabatur de
præiudicio alicuius. Tertiò, quia iſtud videtur
ſpeciale in his,qui ſunt ſimpliciter naturales, vt
per ſubſequens matrimonium legitimentur, &
cenſeantur vſque à principio legitimi,cùm veri-
ſimile ſit matrem vſque à principio affectione v-
xoria cognitam,l.cùm quis.verſ.nequis enim.C.
de nat.lib.quæ ratio ceſſat in ſpuriis,cùm nõ po
tuerit pater à principio matrimonium cum eo-
rum matribus contrahere: & ſi hoc eſt in illis,
multò magis in legitimatis per reſcriptũ. Quar-
tò,quia ſi dicamus retrotrahi ad tempus natiui-
tatis,certè natus eſt ſpurius: & ideo iſta retrotra
ctio non debet facere cẽſeri à principio legitimũ
& iſtud tenet etiã Bal.in addit. Spe.tit.de ſuc.ab
inteſtat.in fin.allegat cap.eam te. de reſcript. in
vj.Non obſtat d.l.fin.quia loquitur in libertino,
qui reſtituatur natalibus.quæ verba inferunt re-
trò,l.fin.C.de ſent.paſ.quod non eſt in verbo,le-
gitimare.Prætereà legitimatio non æquiparatur
ſimpliciter reſtitutioni natalium.nam text.in d.
§.liceat.æquiparat cum dictione,de cętero. & di
cit eſſe ſimilem manumiſsioni,quę non retrotra
hitur: non autem dicit,eſſe ſimilem manumiſſo,
qui etiam impetrauerit ius aureorum annulo-
rum:quia tunc bene retrotrahitur,d.l.fin.imagi-
nariè tamen etiam poſt impetrationem, vt dicit
tęxt.in l.j.C.ad legem Viſcel.ibi,imaginem,non
ſtatum ingenuitatis obtineant. Cogitá tamen. L.29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.
Illud non habet dubium, quòd in præiudicium
tertij nunquã retrotrahitur legitimatio,per tex.
in §.filium.& §.illud.in fin.& ibi gloſ.in verb.ex
hoc.in authent.quibus mod.nat.effic.ſui.& me-
liùs facit ratio generalis, quòd reſtitutio nũquã
trahitur in præiudicium tertij, d.c. quamuis de
reſcript.& ſuprà vidimus, & facit deciſio Ioan.
And.in regula,ſine culpa de reg.iur. in Mercu-
A rialibus,ſuſtinendo eam,vt hîc per Lancel.& ita
tenent omnes Moderni,vt per Iaſ.& Repet. hîc,
quicquid dixerit Din.conſil.x. quæſtio talis eſt:
quidam nomine.quem reprobat Bald.in l. j.C.
de iure aureor. annul.& cæteri hîc. ¶ Et ideo
infertur ad quæſtionem, an legitimatus cenſea-
tur turpis perſona?& Alexand.in conſi. xxv. in j.
dicit,quòd ſic: quia eſt infamis infamia facti, ſe-
cundum Azon.in Summa,§. diuiditur. C. de in-
fam.Sed Azo ibi loquitur in ſpurio, qui non ſit
B legitimatus. Meliùs facit concluſio communis,
quòd in conditione,Si ſine liberis deceſſerit,ap-
poſita per teſtatorem nobilem, legitimatus non
excludit ſubſtitutum:quia eſſet dedecus,ſi talis
perſonę nobili ſuccederet,arg.l.ex facto.§.ſi quis
rogatus.j.ff.ad Trebel.per Angel.in ſua diſputa-
tione incipiente,nobilis quidam genere. But.in
d.c.per venerabilem. poſt Modern. verſic. alius
effectus.Socin.infrà,ead.l.§.ſi eius.verſic. ſecun-
dus eſt caſus. Contrarium, quòd imò nõ ſit tur-
C pis perſona,tenet Bald.conſi.cxlvj.in j.ccclxxx-
viij.in j.per text.in l.imperialis. §.j.verſic.nam
omni macula,C.de nupt.Idem tenet Lãcel.hîc,
quia hîc poſſunt conferri omnes dignitates,c.
per venerabilem. extrà, qui filij ſint legit. ergo
non eſt turpis perſona,nec notatur aliqua macu
la,l.ij.C.de dig.lib.xij. Mihi placet iſta ſecunda
opinio,per text.in d. l. imperialis. verſic. nam
omni.& in d.l.j.C. ad l. Viſcel. & quia princeps
poteſt tollere hanc maculam, ſeu infamiam, l.
D j.§.de qua re.ff.de poſtul. cùm non proueniat ex
facto ipſius,l.legem.circa medium,C.de nat.lib.
& concurrat cum primæua origine, d. §. liceat.
& d.§.ſi quis ergo. & facit, quod not.in c.teſti-
monium. extrà,de teſtamen. per And. Sicul.&
Felin,ibi:& quod not.Patis de Puteo in tract. de
re milit.vij. verſic. an baſtardi. Nec obſtant not.
per Angel.& Butr.per d. §. ſi quis rogatus. quia
procederent, quando princeps eos ſpecialiter
non reſtituiſſet ad dignitates,& honores,& abo
E leuiſſet omnem maculam, ſecundum do. Ale-
xand.conſilio ij.verſic.prætereà ſi ratio.in j. vol.
quod ſolet fieri communiter in iſtis legitima-
tionibus. ¶ Infertur etiam ad aliam quæſtio-
nẽ de legitimatis, an †faciant reuocari donatio-
nem iuxta l. ſi. vnquam C. de reuoc. donat. in 78
quo puncto communis concluſio eſt,quòd non:
quia iſtud eſſet in præiudicium tertij, vt dicit
hîc Ioan.de Monteſer. & Socin.ſuprà in rubri-
ca in vltima quæſtione,vbi dicit ſe aliàs conſu-
F luiſſe contrarium, ſed quòd non eſt receden-
dum à communi:& eſt in conſilio ccxxvj.Limi-
tatur tamen in legitimato per ſubſequens ma-
trimonium,ſecundum Bald.in l.j. C. de inoffic.
don.& in c.innotuit. de elect.Iaſo. in rubric. ſu-
prà de lib.& poſth.Quod intellige in eo,qui na-
tus ſit poſt donationem factam, non antè. nam
ſicut filij verè legitimi antè nati, non faciunt eã
reuocari,ſecundum Bartolum in l.Titia.§.Impe
rator.de legat.ij.ita non videtur, quòd debeant
iſti naturales, dato quòd deinde legitimentur.
ne

ne liceat eis, quod legitimis non licuiſſet, arg.
gloſ. in §. cùm autem. in verb. quartam partem.
Inſtitut. de adoptio. Adverte tamen, quia iſtud,
quòd legitimatio non retrotrahatur in præiudi-
cium tertij, non videtur multum vrgere in hoc
caſu, ex quo donatio reſcinditur tantummodò
ex nunc per ſupervenientiam liberorum ex præ-
ſumpta mente donantis, vt dicitur in d. l. ſi vn-
II. Concluſ. quàm. niſi dicas, quòd facit à fortiori. ¶ Secun-
da concluſio eſt, quòd pater viuens poteſt fa-
cere legitimari filium, nec requiritur alia citatio
agnatorum, vel filiorum, ex quo illi nullum ius
habent viuente teſtatore, l. j. §. ſi impuberi. ff. de
collat. bonor. & vidimus in l. in ſuis. ſuprà, eod.
l. cùm adoptio. ff. de adopt. & iſta eſt communis
concluſio. In hoc tamen eſt differentia inter
agnatos, & filios, quòd agnatorum non eſt opus
facere mentionem, nec ſupplicatio ideo erit ſub-
reptitia, ſecundum Paul. de Caſt. Aretin. Socin. &
alios, quicquid dicat Alexander conſilio lxxvij.
in j. Anton. de But. in c. per venerabilem. cuius
opinio poteſt ſaluari vno caſu, vt infrà dicam:
filiorum verò, ſi extant, debet fieri mentio: aliàs
79 legitimatio eſſet ſubreptitia: quia † legitimatio
non ſolet fieri niſi deficientibus legitimis, §. ge-
neraliter. in authent. quib. mod. nat. effic. ſui, &
§. ſi quis igitur. in auth. quib. mod nat. effic. leg.
ſecundum Bald. in l. nam ita diuus. ff. de adopt.
Paul. & Aret. & Mod. hîc, Felin. c. poſtulaſti. de re-
ſcript. Dec. conſilio cccvij. cum ſimilibus. Eſt
etiam alia differentia, quia licet princeps poſsit
dare licentiam comiti legitimandi etiam exiſten
tibus aliis filiis, vt per Bal. in l. cùm filius. ff. de
teſt. mil. & in l. j. in xviij. quæſt. C. de ſer. & aq. ta-
men oportet, quòd ſit expreſſum: aliàs in dubio
non intelligeretur dediſſe, quia iſtud non poteſt?
niſi de plenitudine poteſtatis, ſecundum Paul. de
Caſt. & Iaſ. & cæteros hîc, & Dec. d. conſi. cccvij.
& quod not. Alexand. in l. ex facto. de vulg. Non
ita eſt de cæteris agnatis: quia reſpectu illorum
non reperitur in iure prohibitio aliqua. Tertia
differentia eſt, quia exiſtentibus aliis filiis legiti-
mis, non poteſt fieri legitimatio ſine cauſa. vnde
in legitimatione debet exprimi, quia agitur de
eorum præiudicio, l. nec ei. §. j. ff. de adopt. & de
ordinaria poteſtate non poteſt fieri, d. §. genera-
liter. eis verò non exiſtentibus, ſed tantummo-
dò agnatis, non requiritur alia cauſa, cùm ex ſe
appareat, videlicet quia voluit proprium ſangui-
nem præferre agnatis & cæteris, l. generaliter. §.
cùm autem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſecundum A-
lexand. conſilio clxxxviij. perſpectis. in v. verſic.
non obſtat ſeptimum. in v. & conſilio penult. in
v. & Dec. d. conſilio cccvij. vbi reprobat opin.
Franc. de Curt. conſil. lxxiij. aliter, ſed malè te-
nentis. Et quòd hîc ſola cauſa ſufficiat, tenet
Ioan. And. in addit. Spec. de ſucceſ. ab inteſt. §. j.
verſi. item ſcias, quòd Obertus. But. in d. cap. per
venerabilem. circa med. Socin. in rubric. ſuprà,
eod. Limita prædictam concluſionem non pro-
cedere, quo ad ea bona, quæ ad agnatos perveni-
re deberent etiam inuito patre, putà feuda, vel
emphyteuſes eccleſiæ, & ſimilia. nam tunc vt ſibi
præiudicetur, debent citari & conſentire. ita
probatur à ceſſante ratione Bart. hîc & ita tenet
Imol. & Gem. in c. grandi. de ſupplen. neglig.
præl. libro vj. Alexander, Iaſon, Moderni hîc. Tu
adverte, quia etiam ſi agnati conſentirent, nihil-
ominùs legitimati non ſuccederent, quia repu-
gnat natura contractus. in feudo enim legitimati
non ſuccedunt, quia non cenſentur vocati ex in-
veſtitura, in c. j. §. naturales. ſi de feud. defuncti Expoſitio poſterior.
cont. ſit inter domi. & agn. Idem in inveſtitura
eccleſiæ: quia eccleſia abhorret tales, vt per Bald.
in c. quæ in eccleſiarum. extrà, de conſtit. & in c.
innotuit. de elect. cum concord. per Iaſ. in l. ge-
neraliter. §. j. C. de inſtit. & ſubſtit. præterea con-
tra hanc limitationem facit, quia per exiſten-
A tiam filij legitimati deficit conditio grauati re-
ſtituere, ſi deceſſerit ſine filiis, nec requiritur a-
lius conſenſus fideicommiſſarij, vt per Bald. in l.
fin. C. quibus res iudic. non noc. & videtur eſſe
de mente Doctorum, vbi non requirunt aliter ci-
tationem, & ſentit expreſsè do. Lancel. hîc, &
Decius conſilio lv. facit, quia in caſibus, in qui-
bus legitimatus ſecundum communem ſenten-
tiam excludit ſubſtitutum, fruſtrà ille citaretur,
quia non habet ius contradicendi, l. qui poteſt
B inuitis. infrà, de regul. iur. per Socin. ſuprà, in ru-
brica, & conſil. lxiij. in iij. ſecundum magis com-
munem opinionem, per Alexand. in l. ex facto.
infrà, de vulg. & conſ. ij. in j. per Socin. in §. ſi eius.
infrà, ead. l. & tamẽ fideicõmiſſarius habet ſpem
approbatam, ſecundum Bartol. in l. is poteſt. in-
frà, de acquir. hæred. Quare cùm legitimatio
principaliter fiat reſpectu perſonæ, non autem
bonorum, ſatis putarem tenere legitimationem
etiam iſtis non citatis, d. l. cùm adoptio. & per
C doctri. Bart. hîc. ſed tamen legitimatos non ſuc-
cedere in dictis bonis, niſi citatis iſtis agnatis
diſcutiatur de mente teſtatoris, an voluerit ta-
les excludi per legitimatos: ſed tamen non eſt o-
pus, quòd tempore legitimationis citentur. &
ita intelligo, quæ latè attingit hîc Socin. & Ale-
xand. conſil. xxv. & lxvij. in j. Anchar. conſilio
ccxxvj. circa princip. cum ſimilibus. Secundò
limita, vt nõ procedat in diſpenſatione. quia tũc
cùm † diſpenſatio requirat cauſæ cognitionem, 80
D c. de multa. extrà, de præb. debẽt citari illi, quo-
rum intereſt. & qui lædi poſſent, l. in cauſæ. §. cau
ſa cognita. ff. de minor. & ita tenet Anchara. con-
ſilio ccxlj. ex tenore priuiligij. & conſ. ccccxxvij.
capitulo, primum quęſitum. ſequitur Iaſ. & So-
cin. hîc, Socin. inter conſilia Franc. Curt. conſi-
lio xviij. Tu adverte: quia omnis legitimatio
quamvis ampla eſt diſpenſatio, provt probatur
in d. c. per venerabilem. & ibi per Doct. Sed quo
E ad iſtam limitationem, videtur, quòd † conſide- 81
rari poſsit diſpenſatio tripliciter. primo modo,
quando filius non reſtituitur natalibus, ſed ſim-
pliciter diſpenſatur, quòd poſsit eſſe capax re- Diſpenſationis triplex conſideratio.
ſpectu certæ partis ſecundum Paul. in l. adopti-
uum. §. patronum. ij. ff de in ius voc. Soci. l. falſa.
infrà, de condi. & demonſt. quo caſu loquitur So
cin. in præallegato conſilio xviij. & Deci. con-
ſilio cclxiiij. & iſto caſu non videtur, quid limi-
tatio poſsit procedere. cum enim citatio fiat pro-
pter læſionem proximiorum, d. l. nam ita diuus.
F ſi non requiritur in plena legitimatione, quan-
do derogatur in totum, multo minus in iſta, quæ
præiudicat niſi reſpectu partis, vt dicit Lancel.
hîc, & fuit argumentum Pauli de Caſt. inter con-
ſilia Raphelis Comen. conſil. xcviij. in ſubſcri-
ptione. Secũdo modo dicitur diſpenſatio, quan
do legitimatur ſpurius, cum cuius matre non po
tuit eſſe matrimoniũ. vbi enim nõ potuit eſſe ve-
ritas matrimonij, ibi nec imago fingi poteſt. l. pri
ma, C. de Lat. liber. tol. Paul. de Caſt. conſi. ccxix
vbi dicit,



vbi dicit, quòd collegium Bononienſe ita con-
ſuluit. ſequitur Decius dicto conſilio cclxiiij. &
dicto conſilio cccvij. ſed iſta opinio non videtur
vera: quia non fingitur legitimus, tanquam præ-
ceſſerit matrimoniũ cum matre, ſed tanquam na
tus illo iure naturali, quo omnes legitimi naſce-
bantur, & fictio refertur ad dictum tempus, non
autem ad natiuitatem iſtius, vt dicitur in l. ſecun
da, ff. de natal. reſtit. & dato, quòd iſta eſſet diſ-
penſatio, tamẽ ratio, quæ facit vt ſit diſpenſatio,
nihil infert ad citationem magis, quàm inferat
quælibet alia legitimatio: & ideo cõcludo, quòd
nec iſto caſu requiritur citatio. & ita eſt de men-
te Bartoli & cæterorum, qui formant quæſtio-
nem etiam in ſpurio, cum cuius matre nõ potuit
eſſe matrimonium. Tertio modo dicitur diſpen-
ſatio quęlibet legitimatio, quę requirat cauſam,
vt quia extent legitimi, dicto §. generaliter. & ſu-
prà dixi: & ita loquitur Anchar. d. conſilio ccxlj.
nam in caſu ſuo, & vltra quod habilitabatur ſpu-
rius ad ſucceſsionem certæ partis tantùm, exta-
bant etiam filij. & tunc putarem, quòd quantum
ſit reſpectu diminutionis legitimę ipſorum legi-
timorum, quòd hæc diſpenſatio non operare-
tur, arg. l. cùm quæritur. C. de inoffic. teſtamen. &
quod ibi Paul. de Caſt. & ita ſentit Iaſ. hîc, & fa-
cit, quod not. Angel. conſilio cccl. pro deciſione
primi dubij. vbi tenet, ꝙ per talem legitimatio-
nem pater non poteſt diminuere talem legiti-
mam, argum. l. nec ei. §. j. de adopt. ſequitur Ioan.
Crotus hîc, & iſto caſu poteſt ſaluari opinio An-
char. & præſens limitatio: aut loquimur citra prę
iudicium legitimæ iſtorum, & puto, quòd nõ re-
quiratur citatio, per doctri. Bartoli hîc. quam ita
intelligit Bald. conſil. cccvj. in ij. & conſil. cv. in
v. Ant. de But. in d. c. per venerabilem. & ibi com
muniter Canon. cum concord. & ita vidi cõmu-
niter obſeruari, licet Alexand. in d. l. ex facto. di-
cat ſe aliter conſuluiſſe, ſed poteſt ſaluari reſpe-
ctu ſuprà dicti caſus, & quando princeps non de-
rogaſſet diſpoſitioni, d. §. licet. & d. §. ſi quis igi-
tur. vt ibi per eum. cùm enim filius non habeat
aliud ius in vita patris, quàm ſpem legitimę, non
videtur, quòd debeat citari, d. l. cùm adoptio. &
quia etiam citatus impedire non poſſet, d. l. qui
poteſt inuitis. & quia diſpenſatio extraiudicialis
non requirit citationem eorum, quorũ intereſt,
Imol. c. niſi cùm pridem. ſuper verbo, indulgere.
extrà, de renunt. Butr. in c. debitores. de iureiur.
Abb. conſilio lxxxiiij. in j. Nec obſtat, quòd exi-
ſtentibus filijs requiratur cauſę cognitio, d. §. ge-
neraliter. & ſuprà dixi, quia non requiritur tamẽ
in vim iudicialem, vt debeant filij citari: & ſatis
eſt, quòd talis cauſa viſa ſit principi legitima, e-
tiam ſi ex ſe non eſſet, ſecundum Bal. in l. ſi teſta
mentum. C. de teſta. Decius conſ. cccvij. quia in
ipſo cauſa non eſt neceſſaria: in inferiore verò re-
quireretur aliquãtò coloratior. & puto, quòd ſuf
ficerent boni mores ſpurij iuncta voluntate pa-
tris, vel quando haberet niſi vnum legitimũ: quia
(vt in prouerbio dicitur) Vnus, nullus. vel quan-
do pater eſſet magnus negotiator, & indigeret
pluribus ſubſidijs, prout in ſimili dicit Corn. Ta-
citus de Auguſto Cæſare lib. I. hiſtor.
III. Concluſ. ¶ Tertia concluſio, quòd filius legitimatus poſt
mortem patris non præfertur ſuccedentibus ab
inteſtato: quia iſtud eſſet tollere ius illis quæſi-
82 tum, arg. l. ij. infrà, de nat. reſtit. Fallit † primò,
quando legitimaretur, quia pater ita ordinaſſet
in teſtamento, argumento auth. item cùm quis.
C. de natur. liber. qui text. probatur in argumen- L. 29. Gallus. §. Et quid ſi tantùm.
tum: quia licet loquatur in naturalibus, nec ha-
beat locum in ſpurijs, vt dicitur in §. final. in au-
then. quibus modis natur. effic. ſu. tamen con-
currente reſcripto principis videtur probare, vt
declarat Paul. de Caſtr. conſil. ccccxxix. præſup- Expoſitio poſterior.
poſito, quòd iſte pater. in ij. & ſufficit, etiam ſi
conſtat de tacita voluntate patris: quia vbi lex
requirit voluntatem, ſufficit tacita, l. ſecunda, §.
A voluntatem. ff. ſoluto matrimonio, Iaſon ſuprà,
eodem in rubrica, & ideo ſi inſtituat filium legi-
timatum, & reperiatur legitimatio nulla, licet
inſtitutio non valeat, ſecundum Paul. de Caſtro
in l. eam, quam. C. de fideicommiſ. tamen, quia
ſatis conſtat de voluntate patris, poterit filius
facere ſe iterum legitimari, & excludet venien-
tes ab inteſtato, argument. dict. authen. item
cùm quis. vt dicunt Moderni in l. ij. in iiij. chart.
infrà, de vulgar. in quam ſententiam etiam in-
B clinat dom. Decius conſilio clxxvj. & dom. Lan-
cel. hîc, argument. l. Titius. §. Lucius. ſuprà, eo-
dem, licet non audeant firmare propter auctori-
tatem Paul. de Caſt. niſi quando in teſtamento
adeſſet clauſula, Omni meliori modo, argu-
ment. l. cùm pater. §. filij matrem. infrà, de legat.
ij. & hoc etiam ſentit idem Paul. in dicto conſil.
ccccxxix. verſiculo præterea. de quo dic, vt dixi
in §. quidam rectè. in j. not. ſuprà, eadem. l. Item
diceretur conſtare de mente, quando dixiſſet,
C Inſtituo filium, cum capere poterit, ſecundum
Raphael. Comenſ. hîc, & ante eum tenuit con-
ſulendo Baldus conſil. cxlvj. in j. quia apponens
conditionem videtur conſentire, & velle eum
exiſtere, arg. not. in l. ij. C. de condit. inſer. idem
tenet Bald. conſilio xxxvj. & lxxij. in v. ſequitur
do. Iaſ. hîc, & Lancel. qui pro hoc allegat in ſimi-
li, quod not. idem Bald. in §. inſtituens. in iiij.
not. j. eod. Tu aduerte, quia in contrarium fa-
cit, quod not. Bart. hîc, qui requirit diſpoſitio-
D nem, nec videtur verum, quòd ponens conditio-
nem videatur velle eum exiſtere: imò ponit in
dubio, l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet. Mihi pla-
cet prædicta opinio, arg. l. ſi filij, qui patri. infrà,
de vulgar. vbi conditio, ſi filius hæres non erit,
tollit ſuitatem, & dat licentiam non eſſendi hæ-
res, & ideo in facto cùm teſtator inſtituiſſet filios
ſpurios, & ſi non eſſent capaces, inſtituiſſet ho-
ſpitale, & rurſus grauaſſet hoſpitalarios ad illis
reſtituendum: dixi, poſſe eos legitimari ex tacita
E voluntate defuncti, cùm in teſtamento eſſet clau
ſula Omni meliori modo, &c. Sed quid, ſi in alio
actu conſtat de voluntate patris, quàm teſtamen
to, putà in actu inter viuos? Curt. conſi. xvj. dicit
idem: ſequitur Iaſ. allegans Bal. conſi. ccclxiij. in
v. vbi voluit ſufficere, ſi ſigna patris præceſſiſſent
voluntatem, vt per eum. Idem tenet Lancel. e-
tiam ſi conſtaret per epiſtolam, ſecundum Soc.
conſil. xlj. in iij. Aduerte, quia hæc opinio poteſt
eſſe vera, quando teſtator inſtituiſſet iſtos ſpu-
F rios, ita quòd expreſsè appareret de voluntate,
quòd hæreditas illis applicaretur, tunc ſufficeret
tacita, quo ad legitimationem: aliàs videretur,
quòd non procederet, niſi iſte ſpurius probaret
talem voluntatem per ſeptem teſtes, quia iſta nõ
eſt declaratio, quæ reſpiciat circumſtantias rei,
ſed ipſum principale, per ea, quæ habentur in l.
hæredes. §. ſed & ſi notam. ff. de teſta. per Io. de
Ana. conſi. lxxxiiij. videndum. Iaſ. in l. Lucius. ff.
de vulg. & poſt mortem teſtatoris patris princi-
paliter agitur de hæreditate, nec ad alium finem,

ita ſtat meus liber.alij habent *Mortuus*, quæ lectio
placet:& declara,vt hîc per Aret. & Iaſ.ſi habes
*Viuus*, declara, vt per Imol.& Alex.Sed legendo
*Viuus*,vt habet meus codex,intellige glo. quòd lo
25 quatur etiam in caſu primo huius §. ſcilicet † ꝙ
pater eſt mortuus viuente auo.Item hoc præſen- E
ti,id eſt, nunc,ſcilicet mortuo auo & patre, ne-
pos viuus eſt verè, ſcilicet quia rediit ab hoſti-
bus,& eſt verè viuus,quia factus liber: & ſic vult
gloſ.ꝙ non habeat locũ aliqua fictio, quæ fingat
cũ retrò vixiſſe,ſed ſatis eſt,ꝙ hoc præſenti ſit vi-
uus.Sed aduerte,quia etiam hoc modo gloſ.ar-
guit inſufficienter: quia quamuis nunc ſit viuus,
non tamen eſt viuus intra decẽ menſes,prout re-
quirit Gallus. niſi dicas, ꝙ debet intelligi, quan-
do teſtator non expreſſerat illa verba, ſecundum
§.j.ſ. ea. l. vel ꝙ illa conditio ſit adimpleta per F
æquipollens.& pro hac litera facit gloſ.j. dum
dicit,nec obſtat,ꝙ verè ſit natus, etc.tamen plus
placet litera *Mortuus*,declarando, vt hîc per Aret.
¶ In ea.*prout habes nepotem*,etc. Iſtam gloſ.repro-
bat Bart. quia hic caſus pertineret ad l.XII.ta-
bularum,vel etiã ſecundum me,ad primũ caput
legis Velleiæ.Sed tu potes eam ſuſtinere, ꝙ imò
pertineat ad Gallum,declarando,prout feci ſ. in
gloſ.j. ¶ In ea.*nec obſtat*,etc.Iſta gloſ.intelligendo

prout intelligunt Docto. expreſsè oſtendit de-
clarationem Bart.ad gloſ.ibi,itẽ ius poſtliminij,
eſſe veram.quam tamen reprobant Aret. & Soci.
& Iaſ.& ſi intelligimus gloſ.prout intellexit So-
cin.iſta reſponſio glo.hîc non multùm quadrat.
Not.tamen ex iſta gloſ.ꝙ † fictio non fingit im- 26
poſsibilia de natura:facit l.qui ad certũ. ff. loca.
nec impoſsibilia de iure, l.talis ſcriptura. ff. de
leg.j. Sed cõtra iſtã concluſionẽ adducit Iaſ. tex.
in l.qui in vtero. ff.de ſtat. homi. inducendo, vt
hîc per eũ. Soluit Imol.& Alex.& Iaſ. ꝙ lex non
fingebat,ſed diſpenſabat in fauorem nondũ na-
ti,vt haberetur pro nato.Sed iſta ſolutio eſt con-
tra illum tex. in dictione Perinde, quæ importat
fictionẽ,l.iure ciuili.ff.de cond.& demonſt.item
contra text. in l. vel ſi viua ff. de ſuis & legit. in
dictione,Quodammodo in rerũ natura eſſe exi-
ſtimãtur:quæ omnia verba important fictionem.
item contra tex. in l.cùm quidã.§.j. ff.de acquir.
hæred.per quæ iura Iaſ.in l.ſi is, qui pro empto-
re.ff.de vſuc.tenet contra Imol.& Alex.hîc. Ta-
men eos ſuſtinendo poſſet dici, ꝙ illa verba ab
eo ponderata nõ ſolùm important fictionem,ſed
etiã diſpenſationem.nam non poteſt negari, ꝙ
in caſu d.l.qui in vtero.illud eſt introductum con
tra veritatẽ.vnde ſatis verificantur iſta verba in
diſpenſatione,quæ eſt contra veritatẽ. Propter
aliud tamen mihi non placet iſta reſponſio Imo.
& Alex.quia iſta diſpenſatio non videtur eſſe a-
liud in illa lege,quàm quædã fictio. Quare quo-
cunq; modo appelletur,tamen in veritate eſt fi-
ctio. vnde hæc eſſet quædã differentia verbalis
contra l.ij.C.cõ.de leg.Itẽ ſicut diſpenſatio diſ-
penſat impoſsibilia, certè eadem ratione debe-
ret lex poſſe fingere impoſsibilia: quod tamen
negant Doctores per l.ij.ff.de vſuf.earũ rer.quæ
vſu conſum. Item quod non poteſt fieri per fi-
ctionem,non poteſt fieri per diſpenſationẽ, Bal.
in l.Papinianus.§.fin.ſ.de inoffic.teſt. Item hoc
modo poſſet ſemper eludi doctrina Doctorum,
dum dicunt,ꝙ lex non fingit impoſsibile. Si di-
ceres.eſt verum,ꝙ non fingit,ſed bene diſpenſat:
aliæ ſolutiones, quæ dantur huic contrario per
Imol.reprobantur per Iaſo. in d.l.ſi is, qui ꝓ em-
ptore.quare hîc nõ refero. Secundò contra iſtam
cõmunem concluſionẽ eſt text.in l.ita vulnera-
tus.ff. ad l.Aquil. Nec obſtant ſolutiones datæ
per Doctores: quia reſponde,vt dixi in l.diẽ fun-
cto.ff.de offic.aſſeſ.& poſtea reperi, ꝙ eas etiam
reprobat Iaſ. in d.l.ſi is, qui pro emptore. & ſic
teneo opinionem,ꝙ lex fingat ſuper impoſsibili,
etiã in ſpecie, quando ſuadet æquitas prout eſt
in ſuperioribus caſibus.Eſt bene verum, ꝙ nõ tã
frequenter fingit,ſed tamen poteſt.Nec obſtant
iura allegata in contrariũ: quia ibi non ſuberat
æquitas,ſine qua lex non fingit, l.denique. ff. ex
quibus cauſ.maior.& ita etiam reperiet, qui vo-
luerit illa iura diligenter ponderare. Si eſſet no-
ſtra materia,hîc ego idipſum facerẽ:& ſic patet,
ꝙ iſta glo.in hoc non dicit veritatẽ.Item iſtã glo.
impugno per aliud:quia eius ratio non haberet
locũ,quando mulier capta,eſſet prægnans ſepti
mo menſe.nã tunc nõ eſt impoſsibile, ꝙ mulier
peperiſſet,l. ſeptimo menſe.ff.de ſtat.hom. not.
in princ.huius l.in gloſ.fin.Sed ad hoc vltimum
reſpondet Iaſ. hîc, ꝙ natiuitas bene eſt poſsibi-
lis:ſed impoſsibile eſt per rerũ naturam, exiſten-
tem in vtero eſſe natũ.Sed iſta reſponſio eſt mul-
tùm inepta:quia iſtud nõ eſt impoſsibile in ge-
nere,licet in ſpecie ſic.Satis enim eſt, ꝙ ſit poſsi
bile



bile in genere,Bar.in l. eandem.ff. de duob. reis,
in auth.hoc ita.C.eo.& in d.l. ſi is, qui pro em-
ptore.nã attenta ratione Iaſ.nunquã haberet lo-
cum aliqua fictio,ſicut nec fictio legis Corneliæ.
nam impoſsibile eſt viuentẽ eſſe mortuũ. qua-
re hæc reſponſio non ſaluat glo. Quare in hoc
vltimo eam ſaluando poſſes dicere, ꝙ ideo non
fingitur natus hora prima captiuitatis: quia cõ-
currerẽt duæ fictiones.Primò † fictio poſtliminij
27 quæ retrotrahitur per omnia,& fictio d.l.qui in A
vtero. & ideo lex regulariter nõ permittit duas
fictiones,vt ſuprà dixi in princ.§. per text.in l. ſi
quis rẽ.§. fi.ff. de pollic.cum ſimil.Vel ſecundo
modo ſuſtinendo iſtã gloſ.dic, ꝙ fictio nunquã
fingit contra fictionẽ,vt tenent Imol.Alex. & A-
ret.Iaſ.in l.iij.§. ex cõtrario.ff. de acq.poſ.Iaſ.in
d.l.ſi is,qui pro emptore. vnde d.l. qui in vtero.
non fingit eum eſſe natũ, quia fingeret cõtra fi-
ctionẽ ſecundi capitis poſtliminij, quod fingit
ſecundũ veritatẽ eũ nunquam fuiſſe captũ, etc. B
& quãquam iſta reſponſio gloſ. ſatis ſit ſuſtenta-
bilis,quo ad illud fundamentũ, qđ facit à ſimi-
li legis Corneliæ,tamen non poteſt reſponderi
rectè ad fundamentum poſtliminij, vt infrà vide-
bimus nam iſtud fundamentũ gloſ. procedit da-
ta vera reſponſione inferioris. ¶ In gloſ. ibi,*nec
obſtat ius poſtliminij*,etc.Innuit glo.ꝙ conceptus in
vtero, deinde captus, non habeat ius poſtlimi-
nij.Sed in contrariũ eſt text.in l. qui in vtero. la
ij ff.de ſtat.hom.& per illum tex.Bart.hîc tenet C
contrariũ,quem ſequuntur Moder. & quamuis
putẽ opin. Bar.veram,tamen poſſet etiam ſuſti-
neri opin.glo.nam in hoc text.non conſtat ma-
trem rediiſſe. vnde cùm aliud non dicatur, non
debet præſumi mutatio ſtatus. & ſic veriſimile
eſt, eam mortuã apud hoſtes. quo caſu habet lo-
cum lex Cornelia, quæ fingit eã mortuã prima
hora captiuitatis. quo caſu iſte nepos nõ cenſe-
tur natus,& ſic nõ habet locũ poſtliminiũ. nam
28 † poſtliminiũ non fingit contra legẽ Corneliam, D
per ea,quæ ſuprà dixi allegando tex. in l. iij.§.ex
contrario,ff.de acq.poſ. Non obſtat,ꝙ ſi redeat,
eſt liber: quia iſtud eſt ex quadam diſpenſatiua
benignitate.nec interim potuit dici captus, qui
erat in vtero, arg.l. ſi prægnans.ff. de euict.& l.
ſed addes.§.ſi quis ad mulierem. ſ. locat.& hanc
opi.tenet Raph.Com.Petr.de Beſutio,& Iac. de
Put.hîc,licet Iaſ.in j.nota.eos reprobet per text.
29 in d.l.qui in vtero. Sed reſponde,ꝙ † debet intel
ligi,quandò pater, vel mater redit:et hoc innuit E
tex.ibi,item matris, & patris conditionẽ ſequi-
tur. Vel intellige poſtliminiũ, ſcilicet quo ad
fictionem inductiuam tantùm: quia ſi redeat, ſit
liber ex quadam diſpenſatione, vt dixi:non ta-
men,quo ad tranſlatiuã: quia iſtud mortua ma-
tre apud hoſtes eſt impoſsibile: quia fingeretur
contra fictionem legis Corneliæ. quod eſt con-
tra not.in d.§.è contrario.& hanc opin. videtur
etiam tenuiſſe Placentinus gloſſator in l.j.C. de
capti. Potes etiam alio modo reſpondere ad il- F
lum tex.ꝙ loquitur in iam cõcepto,nos verò in
nondum concepto. nam tex. ſimpliciter dicit
Prægnans,& ſic nõ ſpecificat, an ſint trãſacti xl.
dies,ſecundũ gl.in l. cùm quidã. §.ſuũ.ff. de ac-
quir.hæred. Sed iſta reponſio reſtringit iſtũ tex.
quare tene primam. ¶ In ea.*item hic inſpicio verita-
tẽ*,etc.Voluit dicere glo.ꝙ quando nepos rediit
ab hoſtibus, mediãte fictiõe inductiua, eſt ſuus:
& ſic fingitur ſuus. & ita declarat Aret. & bene:
& etiam ita eſt de mente Iaſ.licet velitetur cum

L.29. Gallus. §. Si eius, qui filium

Aret.nec iſta ratio gloſ.eſt omnino mala. quia
probatur per tex.in l.ſi quis filiũ. C.de inof. teſt.
nam ibi nepos natus poſt mortem aui, & in eius
vita nondũ conceptus, exhæredato filio, inſtitũ
tóq; extraneo altero non adeunte, & altero nõ
querelante mortuis, ſuccedit auo etiam contra
eius voluntatem:quantò magis debet nepos in
noſtro caſu,qui, attenta ſolũ fictione inductiua,
eſt etiam ipſe natus poſt mortẽ vtriuſq;,ſuccede-
re ſecundũ voluntatem aui? Sed reſponde, ꝙ ibi
eſt caſus diſsimilis: quia hîc erat conceptus vi-
uo auo, ibi nõ. item hîc ſuccedit vt ſuus,ibi non.
Item non eſt verũ fundamentũ gloſ.ꝙ debeat in-
ſpici veritas.quia † quando filio & veritas ten- 30
dunt ad idem, debet inſpici veritas: ita loquitur
d.l.filio,quem pater.ſ.eo.ſecùs,quando tendunt
ad diueſa,vt in noſtro caſu, vt declarat Bart. in l.
j.§.hoc autem ſenatuſconſultum.ff. ad Syllan. nã
conſiderata veritate,ſpectat ad Gallum: conſide-
rata fictione,ſpectat ad Velleium.Suſtinendo ta-
mẽ reſponſionem gl. potes dicere,ꝙ imò tẽdunt
ad idẽ in effectu,ex quo ſuccedit nepos, licet ad
diuerſam viã.Sed non curamus de via,l.ſi mater.
C.de impuber.et hoc eſt,quod voluit dicere Iu-
riſconſultus hîc,ſed cùm teſtamentũ,etc.Bartol.
tamen tertio modo reſpõdet ad iſtud fundamen
tum,ꝙ ideo fictio poſtliminij non retrotrahitur,
quia † extrema ſunt inhabilia, l.bonorũ. ff.rẽ rat. 31
hab.Declaro Bar. Aut loquimur de extremo ad
quod,& ſic de tempore captiuitatis: & illud eſt
impoſsibile, quia tunc nõdum erat natus:& im-
poſsibile eſt,ꝙ nondũ natus fingatur natus, Aut
loquimur de extremo à quo: & illud etiam eſt
impoſsibile,quia cùm pater & auus ſint mortui
poſt eius reditũ,impoſsibile eſt, ꝙ ipſe fingatur
fuiſſe in eius poteſtate.Extremũ ad quod, ꝙ fue-
rit inhabile,ſatis patet ex his, quæ ipſe dixi ſu-
ſtinendo glo.quia aliàs neceſſe eſſet facere duas
fictiones,vnã ſcilicet poſtliminij, & aliam d.l.qui
in vtero.Item fingeretur contra fictionẽ, ſcilicet
contra fictionem legis Corneliæ. quod eſt im-
poſsibile de iure,vt ſuprà dixi:vnde lex non fin-
git,l.talis ſcriptura.de leg.j.Sed tu dic, ꝙ † iſta fi- 32
ctio tranſlatiua poſtliminij, cùm faciat omnia
haberi perinde, ac ſi nunquam captus eſſet, certè
nõ retrotrahetur ad tempus captiuitatis, ſed ad
tempus natiuitatis: & illud erit extremũ ad qđ:
quod bene erit poſsibile. Vnde miror de Soci-
no,ꝙ declarauerit ita Bar.nam non credo,ꝙ Bart.
cõſiderauerit extremũ ad quod, ſed extremum à
quo,tantùm. Quare videamus, vtrùm illud ſit
inhabile? & clarum eſt,ꝙ ſic,quia mortuus eſt a-
uus.Sed iſtud non eſt ſatis ad tollendã retrotra-
ctionẽ, ſecundum Aret.Alex.Iaſ.nam in fictione
tranſlatiua ſufficit principale extremum eſſe ha-
bile, licet illud, quod venit in conſequentiam,
non,per text.in l. pen.ff.de ſuis & legit. & ſic in
caſu noſtro nepos viuens eſt principale extre-
mũ à quo:& hoc debet eſſe ſatis, quo ad retro-
tractionem, etiãſi auus, qui venit in conſequen-
tiã,ſit mortuus:& ita etiam tenet Bar.in l.fi.C.de
ſenten.paſſ.& in d.l.ſi is,qui pro emptore. Ad-
uerte ad iſtã limitationem, quia eſt generalis, &
penè deſtruit regulã Bart. Ego puto, ꝙ funda-
mentũ Bart.nil valeat, per ſuprà dicta: eò maxi-
mè.quia videtur,ꝙ etiã lex fingat, quamuis ex-
trema ſint inhabilia,dum modò ſubſit æquitas,
vt patet ex not.per Raph.& Iaſ.in d.l.ſi is, qui ꝓ
emptore.vbi Iaſ.vel etiã tenẽdo cõmunia. Cùm
iſta fictio ſit declaratoria veritatis, non videtur,

quòd requirantur extrema habilia, ſecundũ Bal.
in l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. j. ff. de vſufr. Aret. in
l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Iaſ. in d. l. ſi is, qui
pro emptore. & ſic videtur, ꝙ debeat retrotrahi
iſta fictio: quo caſu caſus huius §. pertinebit ad
legem Velleiam, non ad Gallum. quam opinio-
nem tenet hîc Aretin. & Raph. Quid dicemus? E-
33 go † credo, ꝙ iſte caſus poſsit pertinere ad vtrun-
que. Primò, propter capita poſtliminij. nam ha-
bet duo capita: alterum reſpicit tempus captiui-
tatis, & reſtituit omnia, prout erant tũc: alterum
34 reſpicit tempus reditus. Conſiderato † primo, i-
ſte caſus pertinet ad Velleium: conſiderato ſecũ-
do, pertinet ad Gallum. Secundo, quia cùm iſte
nepos redierit abſq; matre, conſiderato iure cõ-
muni & ſtricto iure, nõ pertinet ad legem Velle-
iam, ſed potiùs ad Gallum. quia cẽſetur natus il-
la hora, qua rediit, cùm habeat poſtliminium ni-
ſi ex quadam diſpenſatione: conſiderata verò æ-
quitate, ꝙ etiam ꝙ mater non redeat, non debet
præiudicare filio, ſecundum opin. Ioan. & gloſ.
in l. j. C. de capt. per text. in l. & qui vxorem. po-
teſt iſte caſus pertinere ad legem Velleiam. Ter-
tiò & hæc ratio plus me mouet: quia conſiderata
veritate ciuiliter abſque alia dictione, iſte caſus
pertinet ad Gallum: nam cenſetur natus ſtatim,
vbi rediit conſiderata fictione translatiua, perti-
net ad Velleium: quia natus auo viuo. nec vide-
tur hîc altera præualere alteri: ex quo conſidera-
to vno reſpectu, fictio & veritas tendũt ad idem,
quo caſu deberet præualere veritas. conſiderato
alio reſpectu, tendunt ad diuerſa: nam lex Velle-
ia, & conſilium Galli ſunt diuerſa: quo caſu de-
beret præualere fictio: & ſic propter repugnantiã
rationum videtur, ꝙ ad vtrunq; poſsit pertine-
re. ¶ Ex doctrina Bart. hîc, in quantum conclu-
35 dit, ꝙ † ad hoc vt fictio retrotrahatur, reqritur ha
bilitas extremorum: infert hîc Alexand. ad quæ-
ſtionem: Pone, pater † habens filium naturalem,
36 mortuo filio, qui iam genuerat nepotes, ducit in
vxorem cõcubinam, vnde ſuſceperat iſtũ filium:
an per hoc matrimonium legitimentur nepotes?
Iſta doctrina facit, ꝙ non, quia extremũ ad quod,
non eſt habile, id eſt filius, qui iam mortuus eſt.
nam ad hoc, vt ipſi dicantur legitimi, requiritur,
ꝙ filius ſit ipſe. iſtud eſſe non poteſt, qa mortuus:
ergo, etc. & hanc partem tenet hîc Alex. cum cõ-
cord. hîc allegatis per eum, & per Iaſ. in d. l. ſi is,
qui pro emptore. Contrarium tenet Socin. hîc:
quia quando cõtrahitur matrimonium, fingitur
à principio omnis coitus licitus, c. tanta. qui filij
ſint legit. vnde ſatis eſt, ſi ſit habilitas primi, id
eſt, aui & nepotum, ex quo legitimatio iſtius filij
venit in conſequentiam: vnde non curamus de l.
penult. ff. de ſuis, & legit. modò ſint habilia prin-
cipalia. Et hãc partem ego teneo per tex. nouum
in hac materia in l. ſi filium. in ij. reſponſo, ff. de
gradib. nam iſta mors filij non eſt ſufficiens ad
impediendam legitimationem. probatur ibi: nã
mortuo filio, ſi aliquem adoptauero, dicitur ibi,
ꝙ ille adoptiuus cenſetur fuiſſe frater filij. Certè,
attenta ratione Doctorum, non poſſet hoc ſtare,
ex quo talis filius iam erat mortuus. quod not.
Potes etiam ad fundamentum Doctorum reſpõ-
dere alio modo, ꝙ imò extremum ad quod, hoc
eſt filius, eſt habile in potentia. nam poſsibile eſt
in genere, filium tali tempore eſſe natum. Et hoc
ſatis eſt, ſecundum Bart. & omnes in d. l. ſi is, qui
pro ẽptore. Nec obſtat tex. allegatus per eos in l.
qui libertinos. §. poſthumus. ff. de operis lib. vbi
poſthumus liberti liberat hæredes mortuo patre
à præſtatione operarũ. nam illud nõ eſt, qđ ceſſet
extremum: & ſic propter mortem patris: ſed quia
ceſſat in hæredibus ratio, quæ militabat in pa-
trono. prętor enim introduxit, vt per duos filios,
vel vnum quinquennem, liberaretur libertus cõ-
templatione ipſius, qui debuerat potiùs labora-
re in quærendis filio alimentis, l. necare videtur.
ff. de lib. agnoſc. quàm in præſtando operas pa-
A trono gratis, arg. l. j. ff. de bonis lib. l. ij. & ſeq. ff.
de oper. liber. iſta ratio ceſſat eo mortuo, Nec ob-
ſtat text. in l. j. §. cæterùm. ff. de acquir. poſſeſ. vbi
Paul. de Caſt. quia lex nõ fingit in poſſeſsione, l.
in bello. §. factæ. ff. de capt. & d. l. ſi is, qui pro em-
ptore. ſicut in legitimatione, d. c. tanta. & pro hac
noſtra opi. faciunt not. per Bar. ĩ. ead. l. §. nunc de
lege, dum tenet, ꝙ † nepos poteſt legitimari ab a- 37
uo, mortuo filio: ſicut filius, mortuo patre, & ta-
men ibi extremum deficiebat, ſicut in noſtro ca-
B ſu. ¶ In ea, *verè deceſsit*. Bar. dicit iſtam gl. eſſe cor-
ruptam, vel ſuperfluam. Tamen videtur, ꝙ poſsit
intelligi, deceſsit, ſcilicet ab hoſtibus, ſtatim mor
tuo auo & patre: & ſic ceſſabit fundamentum re-
trotractionis. nam tũc non erit opus illa, cùm ve-
rè fuerit apud ſuos ſtatim mortuo auo. ¶ In fine
glo. magnæ aduerte, quia iſta glo. videtur contra
text. nam textus dicit nihil referre, vtrùm ſucce-
det nepos ex lege Velleia, vel ex cõſilio Galli. &
tñ iſta gl. iunctis his, quæ dicit Bart. hîc, volunt, ꝙ
C referat, quo ad regulam Catonianam, & ad con-
dictionem ex lege. Exemplum regulæ Catonia-
næ habes in l. ſi hæreditas. §. qui filium. allegata
hîc in glo. Item quod dicit Bar. hîc de condictio-
ne ex lege, ego neſcio verificare in hoc text. ex
quo ex lege Velleia non oritur condictio ex lege.
¶ Extra gl. Bart. Bald. tangit hîc quæſtionem,
an † qñ ex facto narrato in libello reſultant plu- 38
res actiones, quæ tendunt ad eundem effectum,
vtrùm teneatur quis exprimere, quam actionem
D velit intentare? & vtrùm talis libellus dicatur in-
certus? & circa hanc quæſtionem vide hîc Alex.
& Aret. Primò circa hanc quæſtionem aduerte:
quia Bart. iſtam quæſtionem tradit latiùs in l. ſi-
ue cõtra. §. quia Plautianum. ff. de lib. agnoſc. ni-
ſi ꝙ ibi loquitur, qñ eſt dubiũ de facto: hîc, qñ eſt
dubium de iure. Et in quantum Alex. dicit, ꝙ qñ
ex verbis coniicitur ſpecialis & generalis actio,
intelligitur potiùs intentata ſpecialis, vt per Bar.
in l. hoc legatum. ff. de leg. iij. Tu dic, ꝙ ratio eſt,
E qa in dubio cenſetur intentata potentior, & vn-
de plus poſſet actor conſequi; vt dicit Alex. in l.
certi condictio. ff. ſi cert. pet. Sed aduerte ſubtili-
ter, quia iſte text. facit in contrariũ. nam ſecundũ
legem Velleiam caſus poſſet eſſe magis fauorabi-
lis nepoti ratione regulæ Catonianæ, vt ſuprà di
ctum eſt: & tñ non cenſetur hic caſus pertinere
plus ad vnũ, quàm ad aliũ. Sed circa hanc fallen-
tiam vide, quæ dixi in rep. l. imperiũ. ff. de iuriſd.
F om. iud. Cætera vide hîc per Alex. & per Cat. qui
inferunt ad varias quæſtiones. ¶ Vltimò ponit
hîc Bald. quæſtionem, an † ſi teſtator inſtituit fi- 39
lium, & illi ſubſtituerit extraneũ, ſi filius morie-
tur ſine liberis legitimis, vtrùm legitimatus ex-
cludat ſubſtitutum? & iſta quęſtio eſt clara, ꝙ ſic,
niſi talis filius legitimatus eſſet ſpurius. Iſta quę-
ſtio non multum facit ad materiam huius §. qua-
re eam nolo hîc examinare. vide hîc Soci. Aduer-
te tñ: quia † cõmuni appellatione aliter dicuntur 40
legitimi, aliter legitimati, & in hoc non eſt faciẽ-
da vis, per l. Labeo. ff. de ſup. leg. & quia atten-
denda



denda eſt cõſuetudo teſtatoris, niſi dicas eos in-
cludi per extenſionem ex veriſimili mente teſta-
toris, arg. l. mulier. ĩ. ad Trebel. & eorum, quę po-
ſui in §. & quid ſi tantùm. ſ̃. ea. l. Quod fortaſſe
falleret in viro docto, & qui ſciret, ꝙ † appellatio-
41 ne legitimorũ Lati-
nè loquendo, veni-
unt legitimati. Et
quia Soci. hîc refert
quædam ex Raph.
de cõſuetudine, nõ
omittenda ſunt verba Quintiliani in hãc formã:
*Conſuetudo quid.* Conſtituendum in primis ipſum quid ſit, quod
cõſuetudinem vocemus, quæ ſi ab eo, quod plu-
res faciunt, nomen accipiat, periculoſiſsimũ da-
bit præceptũ non orationi modò, ſed (quod ma-
gis eſt) vitæ. Vnde enim tantũ boni, vt pluribus,
quæ recta ſunt, placeant? nam, vt tranſeam, (quẽ-
admodum vulgò imperiti loquuntur) tota ſæpe
theatra & omnem circi turbam exclamaſſe bar- B
42 barè ſcimus. Ergo † cõſuetudinem ſermonis, vo-
cabo conſenſum eruditorum, ſicut viuendi, con-
ſenſum bonorum. Hæc ille. quæ verba notanda
ſunt ad intellectum l. de quibus. ſ̃. de legib. Et ex
his habes rectè explicitam materiam huius §. qui
certè eſt difficilis, & multùm ſubtilis. Sed † adhuc
43 perfectiùs cogitaui circa intellectum verſic. idem
quęrendum. nam intellectus Ioan. & Pyl. corrũ-
pit text. dum legit Pronepotem, id eſt, nepotem.
& intellectus communis violat, dum intelligit, C
mortuo eo, id eſt, mortuis eis. & intellectus quẽ
ipſe demum dedi, ſubaudit multum: quare nunc
mihi videor aſſecutus veritatẽ intellectus. quæ-
rit enim Iuriſconſultus, an extante nepote apud
hoſtes, prout in ſuperiori caſu, ſi pater mortuo fi-
lio præterito nepote faciat teſtamentum, & in-
ſtituat pronepotem, deinde moriatur, & ſic illi
ſuccedat pronepos ex inſtitutione, demũ redeat
ab hoſtibus nepos præteritus, an ſuccedat? & ſic
an teſtamentum rumpatur, an verò excludatur à D
pronepote? & an pronepos vigore conſilij Gal-
li, vel legis Velleiæ ſit inſtituẽdus? & determinat,
nepotem non rumpere, & ſic excludi. Vtrùm ve-
rò excludatur vigore teſtamenti, quòd valeat vel
propter Gallum, vel propter Velleium, iſtud nõ
determinat, ex quo nullius hoc vtilitatis eſt, cùm
omnino pronepos excludat nepotem, & ſic teſta
mentum valeat. & hoc modo nulla litera viola-
tur. Et ſic in tex. ibi, *redeátque*. intellige de nepote,
qui abſens erat penes hoſtes, ſecundum præce- E
dẽtem caſum: & ibi, *Mortuo eo*. intellige auum, ſe-
cũdum ſuprà dictum caſum. Iſte autem caſus nõ
pertinet ad legem Velleiam, quia loquitur, quã-
do nemo pręteritur, ſed filio ſubſtituo nepotem,
vel nepoti pronepotem: verùm iſte pronepos e-
rat inſtitutus ſimpliciter, & ſic non pertinet ad
eius ſecundum caput, nec ad primum: quia pri-
mum loquitur, quãdo pręcedens in gradu eſt in-
ſtitutus: quod non eſt in noſtro caſu. Nec ad Gal-
lum: quia conſilium Galli loquitur, quando in- F
ſtituitur poſthumus alienus. iſte pronepos non
erat verè poſthumus, ſed erat iam natus. Sed vi-
detur, quòd iſte caſus pertineat ad vtrunq;: nam
pertinet ad Gallum eo reſpectu, quòd nepos vi-
uo auo erat mortuus ciuiliter: quod eſt ſatis, ſe-
cundum §. & quid ſi tantùm. & pertinet ad le-
gem Velleiam in eo, quòd pronepos erat iam
natus, & pertinet ad primum caput legis Velle-
iæ. Sed contra hunc intellectum obſtat, quia imò
nepos rediens debet rumpere teſtamẽtum vigo-
re fictionis poſtliminij. l. penult. ff. de ſuis & leg.
Sed tenendo hunc intellectum, quem credo eſſe
eundem, quem ſenſerit ipſe Scæuola, dicendum
eſt, quòd non habet locum in eo poſtliminium,
quantum ad fictionem translatiuam, ſed quan-
tum ad inductiuam
tantùm, per ea, quæ
ſuprà dixi in gloſ.
ex quo mater non
redi[...]at ab hoſti-
bus. Quam opin. te-
net gloſ. Raph. Com. Petr. de Beſu. & Iac. de Put.
hîc, declarando, vt ſuprà dixi in gloſ. & ſic illud
verbum Excludatur, intelliges ab hæreditate ex
lege Velleia, vel ex iure antiquo, ſcilicet cor-
borante teſtamentum, in quo inſtitutus erat
pronepos. & hic meus intellectus reddetur e-
tiam clarior ex intellectu, quem dabo a d §. ſe-
quentem.

L. 29. Gallus. §. Si eius, qui filiũ.

¶ Forſitan[a] addubitet qs, an in iſtis caſibus, ſi nepos poſt teſtamentum naſcatur viuo patre ſuo, A deinde ex eo conci-

1 *Summatio, diuiſio, & intellectus §. noſtri.*
6 *Pronepos in caſu huius §. cùm ſuis naſcatur, ſuccedit.*
7 *Non rectè inſtitutus cenſetur præteritus.*
10 *Inſtitutionem variatio interdum in perſona inſtituentis, interdum inſtituti, vitiat.*
11 *Præſumpta teſtatoris menti ſtandum.*
12 *Adoptio & arrogatio abſentis de abſoluta principis poteſtate permittitur.* 13.
14 *Legitimatio per procuratorem interdum valida, interdum non.*
20 *Compaternitas per procuratorem non contrahitur.*
22 *Fideiuſſoris abſentis nulla obligatio.*
23 *Vaſallus per alium curat præſtari fidelitatis ſacramentum.*

§. FORSITAN[a]. ¶ Summa † ſecundũ intelle-
ctum, quem infrà tenebo, ſic: Pronepos inſtitu- a
tus ſecundum conſilium Galli, ſi naſcatur, mor-
D tuo patre, atq; auo, ſed viuo teſtatore, poteſt ſuc- 1
cedere. Idem eſt, ſi naſcatur mortuo teſtatore &
patre, ſed viuo auo. nam tunc ipſe, cùm non præ-
cedetur ab aliquo, cenſetur filius aui, & ſic filij.
hoc dicit. Diuiditur in duas partes. ſecunda ibi,
ergo & ſic. Doctores hunc tex. variis modis in-
telligunt, & diuidunt in tres partes, vt tertia ſit
ibi, atque ſi ex eo, &c. Et prima pars habet
tres principales intellectus. Primus eſt, quem
ponit gloſ. hîc in princip. quòd pater inſtituit fi-
E lium, præteriit nepotem, & filio ſubſtituit pro-
nepotem: videbatur, quòd non poſſet ſuccede-
re, quia teſtamentum deberet eſſe ruptum præ-
teritione nepotis: tamen valet, quia mortuus e-
rat ante filium. Iſte intellectus non placet. Pri-
mò, quia hic caſus deciſus eſt in §. idem creden-
dum. verſic. nam & ſi filius. quare malè dixiſſet
Iuriſconſultus. Forſitan adhuc quis dubitet, &c.
quare debet dubitare de eo, quod iã expreſſum
eſt. Nec obſtat, ſi diceres, quòd in d. verſic. nam &
F ſi. iam erat natus nepos tempore teſtamenti, hîc
non: quia reſpondeo, quòd iſtud non facit diffi-
cultatem iuris. Item iſte intellectus violat text.
nam hîc non dicitur aliquid de morte teſtatoris:
& intellige illa verba, iſque mortuo patre, dein-
de auo, ſubaudi, & proauo, eſt magna violatio.
Item illa dictio, Iſtis caſibus, non rectè ſtaret:
quia debet referri ad proxima, non ad remota, l.
ſi idem cum eodem. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.
nam d. verſic. nam & ſi. eſt remotiſsimus. Se-
cundus † intellectus eſt, quem poſuit gloſ. in ver- 2

bo, auo. quæ,vbi dicitur,*iſque mortuo patre*,legit *iſ-*
*que viuo*.& ſic vult, q, nepos ſit præteritus,& pro-
nepos natus ſit omnibus viuis, ſed poſtea, ſuper-
ſtite teſtatore, ſit mortuus filius & nepos. & vt
hic caſus pertineat ad Gallum, debet intelligi, q,
ꝓnepos ſit natus omnibus viuis : intellige, apud
hoſtes,qui rediit poſtea ſtatim mortuo teſtatore.
Iſte intellectus non eſt bonus, & cõmuniter non
tenetur. Primò, quia illa dictio Deinde,non cõ- A
veniret, ex quo filius & nepos viuebant eodem
tẽpore, non priùs filius, deinde nepos, vt hîc per
Aretin.Item hîc neceſſe eſt diuinare,quòd nepos
fuerit præteritus, & q, ſit mortuus ante filium. nã
de hoc non conſtat in text. ſicut nec in ſuperiori
intellectu.Item illud verbum Naſcatur, nõ vide-
tur, quòd debeat intelligi ciuiliter, ſed naturali-
ter,per gloſ.in c.quamvis. de reſcript.nam quan-
do Iuriſconſultus vult intelligere de natiuitate,
quæ fit vigore poſtliminij, ſolet addere verbum B
3 Redeat, vt in præcedenti §.j. Tertius † intelle-
ctus eſt relatus hîc per Soci.q, pater inſtituit filiũ
& nepotem ſecundum conſilium Galli, & mor-
tuo nepote pronepotem:áccidit, quòd nepos na
tus capitur ab hoſtibus, vbi generat pronepotẽ,
deinde ibi ipſe moritur, qui ꝓnepos rediit mor-
tuo filio& teſtatore. Sed iſte intellectus peccat
eo morbo, quo ſuperiores : quia hîc non fit men-
tio de hoſtibus, nec de morte teſtatoris. Nec fa-
cit ad propoſitum illa dictio Poſt mortem : quia C
habet alium intellectum, vt infrà videbimus: nec
etiam illa dictio Iſtis caſibus, facit in propoſito,
quo ad captiuitatem. quod in ſuperioribus caſi-
bus proximi §. ſic dictum ſit : qa attenta poſitio-
ne ſuperioris §. iſte nepos debuit naſci apud ho-
ſtes.nam dum dicit natum hîc,et captum poſteà,
expreſsè diuinat. Quartum intellectum clarum
4 ipſe infrà ponam. ¶ Venio † ad verſiculum,ergo.
& mox ad verſiculum, atq;. in quo referuntur e-
tiam tres intellectus. Primus eſt, vt ponat hîc Iu-
riſcõſultus extenſionem de primo intellectu ſu- D
prà narrato, vt quod ibi dicitur de ꝓnepote nato
poſt mortem omnium,idem ſit, etiam ſi naſcatur
viuo filio teſtatoris. Iſtum intellectum reprobãt
communiter Doct. quia hic caſus pertineret ad
legem Velleiam.Sed hoc parum obſtat,vt hîc per
Iaſ.qui tenet hunc intellectum : mihi tñ non pla-
cet, quia poſſet procedere data veritate præce-
dentis primi intellectus, qui non eſt bonus, vt
ſuprà dixi. Secundus intellectus eſt,quem tenẽt
communiter Doct. q, iſte verſic. loquitur in pro- E
nepote nato apud hoſtes,viuo filio teſtatoris,qui
rediit poſtea ab hoſtibus eis mortuis : & hic intel
lectus clariùs procedit, tenendo ſecũdum intel-
lectũ ſuprà relatum : ſed certè diuinat, violat, de-
ſtruit,ſubaudit, vt hîc per Iaſ.Item eſſet ſuperflu-
us, per intellectum verſic. idem quærendum. ſ̃.
prox. §.Itẽ Iuriſcõſultus argueret de caſu minùs
dubitabili ad caſum magis dubitabilẽ,declaran-
do, vt hîc.per Iaſ. Tertius intellectus refertur per
Socin.inhærendo ſuo intellectui, quòd quamvis
nepos non habuerit iura poſtliminij, quia non
rediit, & conſequenter pronepos de ſtricto iure
tanquam filius ſerui non poſsit ſuccedere, l. di-
uus.j̃. de cap.& poſtli. rever. tamen fauore ſuſti-
nendi teſtamenti erit ſuus hæres teſtatori, tan-
quã iuris fictione poteſt eſſe quis ſuus hęres auo,
etiam quòd nũquam filium habuerit, putà ſi ad-
optauerit aliquem in nepotem. Iſte intellectus
non eſt bonus, quia text. hic non fundat ſe ſuper
aliquo fauore. Item quia fauor teſtamenti nõ eſt
ſufficiens ad inducendum aliquid contra lègem
Corneliam, ſicut nec fauor libertatis, d. l. diui. I-
tem iſte intellectus eſt contra text. ibi, *Viuo filio*.
quæ verba ſecũdum me ſunt ſuperflua ¶ Venio
ad verſiculum *Atque*. qui habet tres intellectus.
Primus eſt ſecũdum primum intellectum verſic.
*ergo*.vt quod illi intellectus dicit de pronepote,
extendat Iuriſconſultus ad pronepotem adopti-
uum.& hunc tenet Iaſ. Sed hic intellectus repro- A
batur, quia principalis intellectus huius princi-
pij, vnde dependet hic, non eſt verus. Item quia
hoc modo Iuriſconſultus malè argueret à ſimili.
nam cùm deciderit habere locum in pronepote
vero, non valet argumentum : vnde in pronepo-
te per adoptionem debet eſſe idem. Secundus
intellectus eſt communis, quòd Iuriſconſultus
determinet idem, quòd in ſecundo intellectu in
eo qui apud hoſtes à principe adoptatus eſt. Cer
B tè iſte intellectus non poſſet eſſe peior. nam quid
hic eſt cum principe ? hæc ſunt mera ſomnia.
Tertium intellectum ponit hîc Aret. quòd ver-
bum *Ex eo*, nõ referatur ad nepotem, ſed ad filiũ,
vt ſit hic ſenſus, quòd quãdo nepos eſt mortuus,
viuo auo ſuo & patre naturaliter, ita pronepos
naſcitur ſuus auo, ſicut naſceret̃, ſi pater non eſ-
ſet mortuus naturaliter, ſed ciuiliter, quia ado-
ptatus ab alio : & ſecundum hoc in text.ibi, *Ad-*
*optatus*, intellige à tertio : & iſte text. eſſet corre-
C ctus in hoc, quãdo daretur in adoptionem extra-
neo : ſecus, ſi auo paterno loco filij, per l.pen. C.
de adopt. Sed iſtud non placet : quia pendet ex
ſuperioribus intellectibus, qui non ſunt veri. I-
tem hodie eſſet correctus per d.l.pen.quod eſt e-
uitandum, l. præcipimus. C de appel. Item quia
Iuriſconſultus debuiſſet potiùs æquiparare ad-
optionem morti, quàm econtrà, ex quo magis
dubium eſt de adoptione. Quartum intellectum
ponit Soci. quem ſuprà reprobaui. ¶ Quare his
omiſsis violationibus Doctorum, aperiendus eſt
D verus huius literę ſenſus. Pono igitur caſum: Te- 5
ſtator † inſtituit filium, & ille ſubſtituit nepotem
ſecundum formã Galli, & nepoti ſubſtituit pro-
nepotem ſecundum eius formam : accidit, quòd
mortuo nepote, deinde auo, & ſic filio, ſed viuo
teſtatore, natus eſt hic ꝓnepos: quęritur, an ſuc-
cedat ex tali ſubſtitutione ? dubiũ faciebat, quia
nepos & ſic pater eius non erat rectè inſtitutus.
nam conſilium Galli loquitur, quando quis in-
ſtituitur in caſu quo naſciturus eſt ſuus, & nepos
E erat inſtitutus hoc caſu, vnde nõ natus ſit ſuus, qa
alius eum præcedebat in gradu : certè videtur in
hunc caſum præteritus, l. commodiſsimè. ſ̃. eod.
Sed hoc non obſtat, quia iſta præteritio non po-
tuit habere effectum, ex quo ipſe mortuus eſt an-
te filium, vt clarè ſonat litera. Vnde decidit, quòd
† iſte pronepos debet ſuccedere. nam naſcitur 6
ſuus hæres ipſe, licet eius pater non. vnde niſi
mortuus eſſet ante auum, rupiſſet. Item naſcitur
poſt mortem, ſcilicet patris: quo caſu nemo eum
pręcedebat in gradu, ſicut acciderat ſuo patri, qui
F præcedebatur ab auo huius pronepotis. Subſe-
quenter dicit Iuriſcõſultus : Pone, quòd iſte pro-
nepos non naſcatur, viuo teſtatore, vt in ſuperio-
ri caſu, & mortuo filio & nepote, ſed naſcatur
mortuo patre, & ſic nepote, et teſtatore, ſed viuo
filio, eritne filio ſuus hæres, ſicut in ſuperiori caſu
erat teſtatori ? Dicit text. quòd ſic, perinde ac ſi
non eius nepos eſſet, ſed adoptatus in locum fi-
lij. nam tantum operatur in pronepote, quando
nullus eum præcedit in gradu, quantum ſi eſſet
adop-



adoptatus in locum filij ab auo. & ſic iſte intelle-
ctus eſt clarior luce meridiana. ¶ Et ſecundum
hunc ibi, *iſtis caſibus*, intellige *ſuperioribus*. nam eſt.
caſus ſimilis proximo §.in verſi.idem quęrendũ.
ſecundum intellectum, quem ibi in fine dedi. Vel
intellige, *iſtis caſibus*,
† viuo, *aliàs*. ſcilicet ſuprà rela-
tis in genere, quan-
tum ad conſiliũ Gal
li.nam iſti, filius, ne-
pos, pronepos, erãt
inſtituti ſecundum
conſilium Galli, vt
dixi. Vel intellige,
*iſtis caſibus*, qui poſ-
ſunt pertinere ad
ius antiquum, & ad
legem Velleiam. nã
iſte caſus pertinet ad vtrunque, vt j̃.dicam. Te-
neas igitur ad illa verba quamcunq; declaratio-
nem volueris, quia omnes ſuprà dictę ſunt bonę. B
a [a] ¶ In tex.ibi, *iſque mortuo patre*, *deinde auo*, etc. Patet
ex hoc tex.expreſsè, quòd proauus nondum erat
mortuus, quãdo pronepos natus eſt. vnde omnes
intellectus hîc violant iſtum text. dum ſubaudi-
b unt mortem proaui. [b] ¶ In text. ibi, *non rectè inſti-*
*tutus*: quia erat inſtitutus ſecundum conſiliũ Gal-
li, quod inſtituit niſi eos, qui naſcuntur ſui: quod
in hoc patre non erat, ex quo præcedebatur à fi-
lio. Nec dicat aliquis, quòd hęc interpretatio di- C
uinat, provt facit Iaſ. quia iſtud eſt falſum. nam
verba debent intelligi ſecundum ſubiectam ma-
teriam, l. ſi vno. ff.loc. & ſubiecta materia eſt de
conſilio Galli, quod inſtituit niſi eos, qui naſcen-
tur ſui, vt ſ̃.dixi: itẽ ꝓbatur in illis verbis, iſtis ca-
c ſibus, etc. [c] ¶ In tex.ibi, *hic.n. ſuus hæres naſcitur*, etc.
Ratio eſt, quia nemo eũ præcedit, & propter hoc
videbatur, quòd hic caſus pertineret ad legẽ Vel-
leiam, quæ loquitur, quando ſuus hæres naſcitur
d viuo teſtatore. [d] ¶ In tex. *Poſt mortem*, etc. Intelli- D
ge, id eſt patris, propter ea, quę ſuprà dixit, *mortuo*
*patre*, etc. & ſic nõ obſtat illi, quod obſtabat patri
e ſuo. [e] ¶ In tex.ibi, *& ſi*. Vult dicere, *& ſic*. nam ita
etiam habent plures codices impreſsi, & ex ſu-
periori ratione arguit Iuriſconſultus ad ſequen-
tem caſum, vt debeat eſſe idem, quod in præce-
denti. [f] ¶ In tex.ibi, *atq; ſi eo*. Confirmat Iuriſcon-
ſultus hãc ſecundam deciſionem per arg.à ſimili.
Intellige ergo *Atque*, id eſt, Perinde. nã dictio At-
que, vt dicũt Grammatici, ſignificat Perinde, ſed E
tacitè ſubauditur ſemper Aequè. Videndum eſt
nunc, ad quem pertineat hic caſus ? & credo, q,
pertineat ad vtrunque. nam non pertinet ad ſe-
cundum membrum primi capitis legis Velleiæ,
quia nepos hîc non erat natus mortuo filio, ſed
eo viuo : ſecunda verò pars huius §. minùs dubia
eſt, quòd non pertinet ad legem Velleiam. quare
ego credo, quòd pertineat ad Gallum in §.idem
credendum. verſic. nam & ſi filius. & ad dictum
ſecundum membrum primi capitis legis Velle- F
iæ, & ſic ad vtrunque ſimul iunctum. ſecunda ve-
rò pars §. non videtur ſpectare ad aliquod caput
nec legis Velleiæ, nec Galli. Tamen poteſt ex
mente vtriuſq; trahi. nam in quantum pronepos
naſcitur poſt proauum mortuũ, ſpectat ad Gallũ:
in quãtum viuus eſt filius, ſpectat ad mentem le-
gis velleiæ. nam Scæuola in hoc §. & in duobus
præcedentibus tangit caſus, qui ſtrictè ad neu-
trum pertinent, licet ex mente iunctis ſimul ca-
pitibus pertineãt, vt dixi in §.ſ̃. proximo, repro-

piat̃, iſq; mortuo † patre, deinde [a] auo naſcatur: an non potuerit hęres inſtitui, quia A pater ipſius non rectè inſtitutus [b] eſſet ? quod minimè eſt expaueſcendum. Hic enim ſuus heres [c] naſcitur, & poſt mortẽ [d] naſcit̃. ergo & ſi [e] ꝓnepos admittet̃, qui natus erit ex nepote, poſtea viuo filio, atq; [f] ſi ex eo natus eſſet, adoptatur.

bando glo.ibi. ¶ Not.ex iſto tex.quòd qui inſti- L.29.
tutus eſt in vnum caſum tantùm, eo non eveniẽ- Gallus.
te, dicitur præteritus : & conſequenter non rectè §.Forſitã.
inſtitutus. Et ſic not.quòd † ille dicitur præteri- Notab.1.
tus, qui non eſt rectè inſtitutus. & ita tenet gloſ.
Aret.tamẽ & Raph. 7
& Iaſ.tenent contra
iſtam gl. quia aliud
eſt aliquid non eſſe
factũ, aliud eſſe fa-
ctũ, & malè, l. ſi quis
legatum. in prin. ff.
de falſ. Sed, cum re-
verentia, iſti patres
decipiuntur : quia
gl. voluit dicere eſ-
ſe præteritum : quia
non rectè factum.
nam præteritus dicitur, qui non eſt nec rectè in-
ſtitutus, nec rectè exhęredatus, §.eadem.Inſtit.de
hæred. quę ab inteſt.def.not.in auth.ex cauſa.C.
de lib.præter.Et eſt tex.qui ampliat hoc, etiam ſi
ſit honoratus, in l.maximum vitium. vbi Bald.&
Mod.C. de lib. præter.Non obſtat, dum gl. dicit
Nullo modo : quia debet intelligi, nullo modo,
ſcilicet valido: & ſic glo.eſt ſuſtentabilis: pro qua
facit, quia † paria ſunt non facere, vel non rectè 8
facere, l.non putauit. §.non quævis.ff.de contra-
tab.Et ex his infertur, quòd Bal. non rectè colle-
git hîc, quòd † dicens ſententiam non rectè latã, 9
non videtur fateri, quòd ſit lata. ad quod vide e-
tiam, quod not.Bald.in l. ſcire.§. hęc de his.ff. de
excuſ.tut.quia iſtud dictum habet duo capita, la-
tam ſententiam, & non rectè latam, arg.l.Celſus.
ff.de arbi. nam non poteſt non eſſe lata, quòd nõ
ſit lata. nam iſtud verbum Lata, importat vnum
dictum de per ſe : & iſtud probatur ex not.per
Bart. in l.diuus. ff. de re iud. & hæc procederent
in actore. Bene ego credo, quòd in exceptione
rei iſtud non deberet habere locum, ſicut nec ex-
ceptio de non petendo præſupponit debuiſſe, &
ſimiles, quæ not.in l. non vtique. de except. in l.
decem. de verb. oblig. in c. cùm venerabilis. vbi
latè Moder.de except.licet Moder. tenuerint cõ-
trarium in d.l.decem. & in d.l.non vtique. Abſq;
dubio credo, quòd opi. Baldi non procederet in
his caſibus, in quibus reus non exciperet. Vnde
in dictis teſtium credo, quòd denotaret ſenten-
tiam latam, licet non rectè, per not.per Bar. in d. 11.
l. diuus. ¶ Not. ſecundò ex verſic.*ergo*.ſecundum
communem intellectum, qui in ſe eſt verus, licet
non conveniat literæ, quòd variatio conditionis
inſtituti non vitiat inſtitutionem. Ad quod vide
glo.& text. in l.j.§.exigit.ff. de bon. poſſ.ſec.tab.
& circa hoc diſtingue : Aut † loquimur, quando 10
variatur conditio teſtatoris. & tunc ſi à principio
non tenuit, ex poſtfacto poſtea non corrobora-
tur, l.ſi filius familiâs.ff.de teſta. Fallit in his, qui
ſola volũtate poſſunt induci. nam tunc ſi illa vo-
luntas pręſumatur, valet, l.j.§.j.ff.de leg.iij. Si ve-
rò à principio tenuit, ſed teſtator mutat cõditio-
nem, tunc diſtinguendum, vt per text.in l.eius.§.
fi.ff. de teſta. Aut loquimur circa perſonam inſti-
tuti. & tunc aut fit de capace non capax. & ſi hoc
contingit in extremis, vitiatur inſtitutio : ſecùs,
ſi in mediis, l. ſed & ſi in conditione.§.ſolemus.l.
ſi alienum.§. in extraneis. ff. de hæred.inſtit. aut
fit de non capace in capacem, & in ſuis firmatur
inſtitutio, vt hoc caſu in verſic.ergo.in extraneis,
ſi eſt inſtitutus, cùm erit capax idem: ſecus, ſi ſim
plici-

pliciter, l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. & d. §. in
extraneis. aut fit de capace in capacem: & tunc
teſtator vſus eſt nomine appellatiuo: & ſi facta
mutatione videtur ceſſare cauſa finalis, ceſſat in
ſtitutio, aliàs non, l. cùm ita. §. fi. ff. de leg. ij. l. ſi co-
gnatio. ff. de reb. dub. ſecundum Bal. hîc, quæ iu-
ra loquuntur collectiuis nominibus. Ego idem
puto in quibuslibet appellatiuis, per l. item le-
gato. §. fi. ff. de leg. iij. & l. iij. ff. de aur. & arg. leg. §.
& quid ſi tantùm. ſ. eod. ad leg. cum ibi not. per
A Doct. communiter. Idem puto etiam de nomine
proprio, per l. cùm quis. ff. de ſol. quando tamen
teſtator non potuiſſet mutare teſtamentum, arg.
l. tractabatur. ff. de teſta. mil. & eorum, quæ ponit
Bart. in l. j. in iiij. q. in ij. effectu, verſic. vlteriùs. ff.
de vulg. & pupil. Idem, quando ex cauſa ſuper-
uenienti lex præſumeret mentem teſtatoris, vt in
l. j. ff. de his, quib. vt indig. & in l. iij. §. fin. ff. de a-
dim. leg. Aut loquimur, quando mutatur condi-
11 tio rei legatæ: & † tunc ſtamus præſumptę men-
B ti teſtatoris, l. vxori. in princ. & l. item legato. §. ſi
vxori aurum. ff. de leg. iij. vide ibi, qa non eſt no-
ſtra materia. Reliqua not. vide hîc per alios: &
circa iſtud not. vide Bart. in l. filio præterito. in fi.
ſ. tit. j. Bart. in §. etiam. & Alex. in §. ille caſus. ſ. ea.
III. l. Bartol. in l. j. ſ. de reg. Cat. ¶ Not. tertiò, quòd
12 † abſens poteſt adoptari ſecũdum cõmunem in-
tellectum, non ſecundum verum. Sed in contra-
rium eſt tex. in l. poſt mortem. in fi. de adopt. ſed
ad illum tex. poteſt reſponderi ſecundum Bart.
C & alios hîc, quòd hoc factum eſt per reſcriptum
principis hoc expreſsè concedentis. nam poteſt
hoc facere, ſicut poteſt legatum rei, quæ eſt apud
hoſtes, fieri, l. id, quod. ſ. de leg. j. Sed aduerte,
quia æquiparatio, quam facit Bart. non eſt bona:
quia in caſu l. id, quod. illud eſt permiſſum à iure:
ſed princeps de ordinaria poteſtate non poteſt,
vt tenet hîc Cato Sacchus, quem ſequor. nam ad-
optio æquiparatur arrogationi, quo ad poteſta-
tem principis, d. §. fi. & princeps non poteſt arro-
D gare abſentem de ordinaria poteſtate. iſtud pro-
batur in d. §. fin. quia cùm omnis arrogatio fiat à
principe, l. ij. ff. de adopt. certè ſi de ordinaria po-
tuiſſet princeps arrogare abſentem, malè dixiſſet
Iuriſconſultus ita generaliter dicendo, abſens
arrogari nõ poteſt. nam illa verba debent intel-
ligi de ordinaria poteſtate: ad idem tex. in l. ne-
que abſens. ff. eod. vbi dicit text. neque abſens,
neque diſſentiens arrogari poteſt. nam ille text.
neceſſariò debet intelligi de principe, quia alius
E non poteſt arrogare, d. l. ij. Pondero igitur nega-
tiuam ante verbum, quæ facit, vt princeps non
poſsit de ordinaria poteſtate, ſed de abſoluta:
text. in c. j. de cauſa propriet. vbi. do Abb. in vlti-
mo notab. ad idem text. in c. j. de fide inſtr. faciũt,
quæ not. per Mod. ſ. in princ. huius l. Ex † hoc
13 infero, quòd ſi princeps ſimpliciter adoptet, vel
arroget abſentem, tale reſcriptum eſt nullum: qa
reſcriptum potiùs annullatur, quàm præſuma-
tur principem velle vti ſuprema poteſtate: de
F quo vide Alexan. in l. quanquam. C. de teſta. mil.
& iſtud probatur in c. ſi motu proprio. de præ-
ben. lib. vj. c. non poteſt. cum ibi not. eod. tit. fa-
ciunt, quæ not. Aret. in l. continuus. §. cùm quis.
ff. de verb. oblig. vbi vult, quòd in dubio debet
cenſeri actus nullus potiùs, quàm inducatur ali-
quod odioſum: pro quo facit, quia annullatio a-
ctus odioſi eſt fauorabilis, l. ij. vbi Mod. not. ſ. eo.
¶ Ex ſuprà dictis ſumpta occaſione Bartol. hîc
14 quærit, an † quis poſsit legitimari per procura-
torem? & tenet, quòd ſic, vt hîc per eum. Con-
trarium tenuit Bald. in c. cùm dilectus. ad fin. de
ord. cogni. mouetur primò, quia adoptio & legi-
timatio æquiparantur, l. legem Anaſtaſij. C. de
natur. lib. Sed adoptio non poteſt fieri per pro-
curatorem, d. l. poſt mortem. Ergo, &c. Sed ad i-
ſtud fundamentum patet reſponſio ex not. per
Bart. hîc, quia adoptio eſt actus, qui pertinet cõ-
muniter ad priuatos, & ad principem: ſed legi-
timatio eſt actus ſolius principis. Reſponde, non
A mirum, ſi ipſe poteſt. Iſtam ſolutionem Barto. ſe-
quuntur communiter Doct. hîc, & Phil. Dec. in
conſi. cl. incip. dubitatur principaliter. Tamen e-
go vellem, quòd Bart. probauiſſet iſtud ſuum di-
ctum. nam mihi videtur, quòd nõ poſsit aſsigna-
re ratio diuerſitatis, cur legitimatio ſtet in ſolo
principe, adoptio non. nam contra Bart. princi-
paliter eſt text. in d. l. legem. vbi patet, quòd † le- 15
gitimatio ſucceſsit in locum adoptionis: ergo
debet ſapere eius naturam, §. fuerat. Inſtit. de a-
B ctio. l. ſi eum. §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio.
Item contra eum eſt regula, quæ dicit validum
eſſe argumentum de arrogatione ad legitima-
tionem: gloſ. in l. j. ad fin. ff. ad municip. tradunt
Mod. in rub. ſ. eo. tit. ad idem, quia iura loquen-
tia de arrogatis, habent locum in legitimatis, l.
iubemus. in fi. C. de nat. lib. & certè cùm nõ poſ-
ſit aſsignari ratio differentiæ, debemus ſtare fir-
mæ regulæ l. omnis definitio. vbi gloſ. ff. de reg.
iur. Et per hæc tollitur etiam reſponſio, quam
C dat do. Alex. hîc ad iſtud fundamentum Bald. A-
lio modo reſpondet Nicol. de Neap. quòd alia
ratio eſt in adoptione, ex quo illa facit filium e-
um, qui non eſt: ſecùs in legitimatione. ſed iſta
ratio non eſt bona, quia imò legitimatio fa-
cit filium illum, qui non eſt. nam facit filium le-
gitimum, qui non eſt legitimus: & nos loquimur
cõſiderata ſolùm legitimitate. atqui maior ratio
eſt in legitimatione, ex quo illa eſt odioſa. Hinc
† filij ſpurij ſunt infames ſaltem de facto, ſi ſint 16
D legitimati: & illud odium debet præualere, d. l.
legem. dum corrigit præcedentem. Aliam ſolu-
tionem dedit Cato hîc, quòd adoptio imitatur
naturam, l. adoptio. ff. de adopt. ſed per naturam
qui nõ poteſt habere filium per procuratorem.
Sed ad hoc reſponde, quòd ſicut in adoptione ci-
uili non habet locum procurator, ita nec debet
habere in legitimatione, quæ facit eum filium ci-
uiliter. nam & hoc caſu non debet poſſe fieri in
abſentia. & ſic ego puto, quòd iſtud fundamen-
E tum Baldi non poſsit tolli. Aliud fundamentum
facit Bald. ſed illi reſpondet ſatis bene do. Alex.
Ego teneo opi. Baldi, & vltra eum adduco, quia
† ipſe actus legitimationis æquiparatur propriè 17
actui manumiſsionis: ita eſt tex. in §. illud. in au-
then. quib. mod. nat. effic. ſui: ſed manumiſsio
non poteſt fieri per procuratorem, l. nec mulie-
rem. C. de manumiſ. vind. ergo nec legitimatio,
ad hoc vt æquiparatio rectè procedat, l. iam hoc
iure. ff. de vulg. & pupil. vel ſaltem vigore regulæ
F paſsiuæ, de qua in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C.
de furt. Secũdò adduco, quia eius naturæ eſt da-
tio, cuius eſt remotio, l. ab emptore. ff. de pact. l.
ſecũdum naturam, ff. de reg. iur. l. prout ff. de ſo-
lut. ſed remotio legitimationis, & ſic emancipa-
tio, non poteſt fieri per procuratorem, l. actus le-
gitimi. ff. de reg. iur. l. iubemus. C. de emancip.
lib. ergo nec datio: & ſic ipſa legitimatio facit,
quia nec adoptio recipit diem, l. adoptio. ff.
eo. not. in d. l. actus. Et inde poſſet inferri, quòd
† legi-



18 † legitimatus non poteſt, tranſacto negotio, ra-
tam habere legitimationem. Nec obſtat tex. in §.
generaliter. allegatus hîc per Bar. & Moder. quia
ille tex. debet intelligi, quando habent ratum in
ipſo actu, non pòſt, l. cùm hi. in princ. de tranſact.
l. id, quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. Itẽ non
videtur in authenticis argui debere à proprieta-
te vocabulorum, quia ſunt barbara, vt dicit Bald.
in c. j. §. & quia vidimus. qui feud. dare poſ. facit
gl. in §. nos igitur. in auth. de non alien. nam ſi ve-
rum eſſet, ꝙ legitimatio poſſet ratificari, potuiſ-
ſet fortiſsimè argumentari Bar. hoc modo: quod
poteſt ratum haberi, poteſt etiã expediri per pro-
curatorem, gl. eſt in l. qui in aliena. quam omnes
ſequuntur, ff. de acqui. hęred. ſed legitimatio po-
teſt ratificari, d. §. & generaliter. ergo, &c. Sed ad
hoc poteſt reſpondere per l. actus legitimi. ff. de
reg. iur. iuncta l. pen. C. de emancip. lib. & c. ij. de
elect. in vj. iuncto c. quod ſicut. de elect. & not.
per Phil. Dec. in l. j. C. qui admit. Teneo itaq; in
hoc puncto contra Bart. quam opi. tenuit etiam
do. Signorellus Homodæus in cõſi. lxxviij. rela-
tõ hîc per Mod. & hanc tenendo non obſtat pri-
mò regula l. j. §. vſus. ff. de procur. quia dico, ꝙ hic
caſus reperitur prohibitus per prędicta iura ſci-
licet per d. l. poſt mortem. cum ſimil. Non obſtat
ſecundũ fundamentum, qa non habet locum in
his, quæ non poſſunt expediri per ꝓcuratorem.
nam eſſet cõtra tex. in d. l. poſt mortẽ. Non obſtat
tertium de auth. item ſi quis. quia loquitur, qñ pa
ter eſt mortuus, & ordinauit in teſtamento, vt fi-
lij legitimarentur: quo caſu non poteſt dici age-
re per procuratorẽ, cùm ſit mortuus, l. eius, qui in
prouincia, ff. ſi cert. pet. Iaſ. hîc. Item in quantum
Bart. reſpõdet, ꝙ legitimatio cõſiſtit in ſolo prin-
cipe: dic, ꝙ iſtud eſt falſum, vt ſuprà dixi, quia nõ
poteſt aſſignari ratio diuerſitatis inter hãc & ad-
optionẽ. Item dum Bart. dicit, ꝙ quæ non ſunt in
adminiſtratione patrimonij, nõ poſſunt fieri per
ꝓcuratorem: dic, ꝙ iſtud eſt falſum, qa matrimo-
nium nõ eſt in adminiſtratione patrimonij. & tñ
poteſt fieri per procuratorẽ, l. mulierẽ. ff. de ritu
nupt. Itẽ ius adeundi, l. precia rerũ. ff. ad l. Falcid.
& tñ fit per ꝓcuratorẽ, d. l. qui in aliena. & l. ſi qs
mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. quod tñ
ſanè intellige. vt not. in d. l. qui in aliena. Aduerte
tñ, qa ad iſtud vltimum patet ſolutio ex his, quæ
dixi in §. & quid ſi tantùm. ſ. ea. l. Item in quan-
tũ Bart. reſpondet ad d. l. omnes. dum dicit, quòd
cognitio ſine aſpectu fieri non poteſt: hanc ſolu-
tionem reprobat Nicol. de Neap. in l. excuſa-
re. ff. de excuſ. tut. quia ætas poteſt probari per
teſtes & inſtrumenta, l. ij. ſ. de excuſ. tut. & certè
non puto, ꝙ ſolutio Bar. poſsit ſuſtineri. Aduerte
etiam, quia Nic. de Neap. ibi tenet iſtam opi. Bar.
mouetur, quia legitimatio poteſt fieri per matri-
moniũ, toto tit. in auth. quib. mod. nat. effi. legit.
& matrimonium poteſt fieri per procuratorẽ, d. l.
mulierẽ. Sed reſpõde, vt patet ex d. l. actus legiti-
mi. vbi loquitur de acceptillatione, in verſic. non-
nunquã tñ. Et ex his infero contra Bal. in conſil.
19 cccc xiij. quidã vxoratus. in ij. vol. vbi dicit, ꝙ † pa-
ter poteſt facere legitimare infantẽ abſentẽ quo
ad bona matris, quia cẽſetur procurator eius in-
fantis & matris. iſtud eſt dubitabile. ¶ Subſequẽ-
ter dum Bar. infert de cõpaternitate, quæ eſt co-
20 gnatio ſpiritualis, quæ fit per baptiſmũ, an † poſ-
ſit fieri per ꝓcuratorem? & tenet, ꝙ non. pro hac
parte facit text. in c. ad limina. xxx. q. j. vbi debet
compater proprijs manibus tenere puerum, põ-
derando dictionem Propriis, quæ facit, vt talis a- L. 29.
ctus non poſsit expediri per alium, Bart. in l. iu- Gallus.
bemus. C. de erog. mil. ann. lib xij. Aduerte, quia §. Forſitã.
poſſet teneri contrariũ: quia non eſt verũ, ꝙ † di-
ctio Propriis, excludat actum fieri per aliũ: caſus 21
eſt in l. diuus. ff. de falſ. vbi ſcribens propriis ma-
nibus ſibi legatũ, debet puniri: & idem eſt, ſi fa-
ciat ſcribi per alium, vt ibi dicitur. Item in cõtra-
filia, & tamen videtur, quòd importet idem,
quod deſcendentes maſculi. nam cùm dicimus
Liberos, neceſſariò intelligimus deſcendentes,
l. iuriſconſultus. §. parentes. ff. de grad. Item in-
telligimus maſculos, ex quo hæc dictio eſt ma-
ſculini generis. Bene fateor, quòd ex interpreta-
tione



tione appellatione liberorum continentur e-
tiam filiæ, l. cognoſcere. ff. de verb. ſignif. l. ſed &
ſi hac. §. liberos. ff. de in ius voc. & in hoc differt à
deſcendentibus maſculis: ſed attento ſimplici
loquendi modo nepos maſculus ex filia com-
præhenditur, ex nulla eſt inter vtrunque diffe-
rentia. Secundò adducitur text. in c. j. de eo, qui
ſibi & ſuis hæred. in Colla. x. qui textus multùm
vrget, licet Iaſon non aduerterit inducendo eum
in duobus locis. Primo, in quãtum dicit, quòd ſi A
18 † conceſſum ſit feudum deſcendentibus maſcu-
lis, & his non extantibus, fœminis, ſi moriatur
pater abſque maſculis, ſuccedunt fœminæ, & fi-
lius maſculus fœminæ excludit omnes alias fœ-
minas. nam niſi in illis verbis Deſcendentibus
maſculis. compræhenderetur maſculus natus ex
fœmina, certè debuiſſet ęqualiter ſuccedere cum
aliis fœminis, non eas excludere, vt ibi dicitur.
Secundò probat ille textus in ratione ſui, ibi: nõ
enim patet locus fœminæ in ſucceſsione, donec B
maſculus ſuperſtet, etc. & ſic probatur ibi, quòd
talis maſculus compræhenditur in illis verbis
Deſcendentibus maſculis. Ad hunc tamen text.
reſpondet hîc Aret. quòd loquitur, quando fœ-
mina erat, cui conceſſum fuit à principio iſtud
feudum: vnde non videtur excludere velle ſuum
genus. Sed iſta ſolutio eſt cõtra illum tex. in prin.
ibi, qui ſibi, etc. & in rub. de eo, qui ſibi, etc. item
eſſet nimis magna violatio. Secundo modo re-
ſpondet Paul. de Caſt. in l. j. C. de cond. inſer. C
quòd iſtud eſt propter naturam feudi. nam hîc i-
ſte maſculus ſolus admittitur excluſus fœminis,
quia quòd feuda pertineant ad fœminas, eſt o-
dioſum. vnde regulariter in eis non ſuccedunt, c.
j. §. hoc autem. qui feud. dare poſſ. & licet iſta ſo-
lutio ſit ſatis bona, quæ fuit de mente Baldi ibi,
& quam ibi ſequuntur Mod. Peruſ. tamen non
multùm ſatis facit, quia fœminæ tunc non ſucce-
dunt, quando nihil eſt dictum, d. §. hoc autem.
Sed in noſtro caſu vocatæ erant fœminę. nam ibi D
contentio ſola erat ſuper verbo Maſculus, an cõ-
præhenderetur iſte nepos, vt patet in d. verſic.
non enim. non autem conſideratur ibi iſta ratio
Pauli Caſt. Et hanc partem tenendo reſponde-
tur ad text. in d. l. j. ff. de iure immun. quòd illa
lex non procedit, niſi in honoribus: & hoc tenet
gl. ibi, & Paul. Caſtr. in d. l. j. & ratio poteſt eſſe,
quia honores paterni non habent locum in de-
ſcendentibus ex fœminis, l. j. ff. de ſanat. & hæc
ſolutio ſatis placet. Ad text. in d. l. ſi viua matre.
ad quem dicit Paul. Caſtr. hîc neminem ſciuiſ-
ſe reſpondere, ego reſpondeo dupliciter. Primò E
nego regulam: nam non eſt verum, quòd text.
probet id, ad quod allegatur: imò contrarium,
dum dicit, illo caſu ſtatutum, ne peioris ſint con-
ditionis filij, quàm nepotes: & dicit, nam licet
hoc nouum, etc. ſi enim per illam l. illud nouum
inducitur: ergo ſequitur, quòd iſta regula non
eſſet vera. quia ſi regula eſſet vera, non eſſet no-
uum, nec opus eſſet illa lege in illo caſu: & ita il-
lum text. intelligunt ibi Moder. Peruſ. in vlti-
mo not. & iidem in d. l. j. C. de cond. inſer. Se- F
cundò reſpõdeo, quòd quamuis non debeat me-
lioris conditionis eſſe nepos, quàm filius, non
tamen ſequitur, ergo nec filius, quàm mater:
quia maior ratio eſt, vt maſculus ſit melioris
conditionis, quàm fœmina, l. in multis. ff. de
ſtat. hom. & de hoc eſt caſus in d. c. j. vbi mater, ſi
habuiſſet ſororem, ſucceſsiſſet niſi in dimidiam,
& in aliam dimidiam ſoror: & tamen filius ſuc-
ceſsiſſet in totum: ad idem text. in l. j. C. vnde L. 29.
vir. & vxor. nam filius patri eſt vniuerſalis hæres, Gallus.
l. in ſuis. s̃. eod. & excludit etiam matrem, d. l. j. §. Nũc de
Sunt in iure mille ſimilia exempla: vndè ex præ- lege.
dictis puto diſtinguendum, quòd aut ſuperſunt
maſculi deſcendentes agnati, & tunc ſoli illi vo-
cantur: & ita procedit opin. Spec. & aliorum
fundata per tertium fundamentum ſuprà rela-
tum: aut non ſunt aliqui agnati, & tunc vocabi-
tur maſculus natus ex fœmina excluſis fœminis,
& ita propriè loquitur text. in d. c. j. & in d. l. j.
& hæc mihi videntur vera. Bald. tamen in auth.
ceſſante. C. de leg. hæred. relatus hîc per Aretin.
& Socin. circa maſculum videtur ſubdiſtingue-
re, aut vult ſuccedere ex perſona propria, & pro-
cedent ſuprà dicta: aut ex perſona matris, & tunc
ſecùs. Sed aduerte, quia videtur, quòd iſte ne-
pos veniat ex perſona ſua ſemper, per ea, quę po-
nit Bartol. in l. j. §. ſi ſit nepos. ff. de collat. dot. &
firmat Aretin. in l. is poteſt. ff. de acquir. hæred.
Cætera circa hunc articulum vide hîc per Iaſon.
& Socin. qui limitat duobus modis. Sed contra
primam limitationem tenent Modern. Peruſ. in
d. l. j. C. de cond. inſer. quia videtur concedens
reſpexiſſe ad agnationem accipientis emphy-
teuſin. Non inſto pro nunc. aliter vide eum, qui
ponit etiam alias ſimiles quæſtiones. Quærit
Bartol. hîc, vtrùm † per legitimationem aliquis 19
poſsit effici ſuus auo poſt mortem filij? & deter-
minat, quòd ſic, vt hîc per eum. Et in quan-
tum dicit, quòd iſtud cenſetur impoſsibile per
l. apud Iulianum. in fin. ff. de lega. j. tene con-
trarium, ex quo princeps de facili iſtud conce-
dit, per ea, quæ ponit Aretin. in l. continuus. §.
cùm quis. ff. de verb. oblig. nam paſsim repe-
riuntur communiter Palatini. Item limita hanc
doctrinam Bartol. vt fallat in legitimatione, quæ
fit per ſubſequens matrimonium, per ea, quę po-
nit Guil. Cun. & Bald. in l. benigniùs. ſuprà, de
legib. Alexand in §. ſi eius. s̃. eod. & vide, quæ ibi
dixi: & ad primam quæſtionem vide Iaſon. in
rub. s̃. eod. & quæ poſui in §. quid ſi is. in iiij. not.
ſuprà, ead. l.

1 *Patri ſuccedens venit ex ſua perſona.*
2 *Hæreditas filiis iure naturæ debita.*
3 *Verbum Interpretari, pro Declarare interdum ſumitur.* 6.
4 *Declaratio plus non inducit, quàm poteſt compræhendi ſub verbis generalibus.*
5 *Dictio Etiam, eſt ampliatiua.*
6 *Conditionis mutatio aditionẽ non impedit: interdũ ſic.* 8.
9 *Declaratio caſus Veliciani.* 10, 11, 12, 13, 14, 15.
10 *Lex noua quoties refert aliquid iam latum à lege veteri, illa prouiſio tamen attribuitur legi veteri.*
12 *Ex lege XII. Tabularum quilibet potuit inſtitui.*
13 *Factio teſtamenti introducta fuit ex ſpeciali diſpoſitione legis contra regulas iuris communis.*
16 *Præteritio ſui hæredis, etiamſi is viuo teſtatore mortuus, & ab inteſtato venientes inſtituti ſint, facit teſtamentum corruere.*
19 *De pronepotis ſucceſsione.*
21 *Hæredum appellatione qui compræhendãtur* 22, 23, 29, 30, 31.
25 *Plus licet per pactum, quàm per legem.*
32 *Vocatis filio & hæredibus, veniũt hæredes ſanguinis: & quidem ſucceſsiuè.*
33 *Quando hæredis nomen in pluribus verificetur.*
34 *Exceptione declaratur regula.*
35 *An caſu § huius nepos præteritus dicatur.*

§.ETIAM SI PARENTE[a]. ¶Si quis ex ſuis
hæredibus ſuus hæres eſſe deſierit, inſtituendi
ſunt ſuccedẽtes in ſuitate in locum mortuorum,
a ne teſtamẽtum rumpatur, ſecundum legem Vel-
leiam in ſecunda parte. Hoc dicit. [b]¶Nota ex
b text. ibi, *ſuccedentes in*
Notab.I. *locum liberorum*, etc.

¶ Etiam ſi parente[a]
viuo naſcantur, ſe-
quente parte ſucce-
dentes in locum libe
rorum non vult lex
rumpere teſtamen-
tum. & ita interpretã
dum[c] eſt, vt ſi & fi-
lium, & nepotem, &
A pronepotem habeas,
mortuis vtriſq;, pro-
nepos inſtitutus, ſuc-
cedens in ſui hæredis
locum, non rumpat.

quòd † filius ſucce-
1 dit in locum patris,
& ſic in eius gradũ.
Intellige tamen, ꝙ
venit ex perſona
ſua, non ex perſona
patris, per text. vbi
Bartol. in l.ij. C. de
lib. præter. & Bar-
tol. in l. ij. §. ſi ſit. ff.
de collat. dot. & in l. ij. §. ſi filius. ff. de coniung.
cum eman. lib. & in l. qui ſuperſtitis. & in l. is
poteſt. & vtrobique Aretin. de acquir. hæred.
Quam concluſionem limita primò, quòd filius
ſuccedat in locum patris tunc demum, cùm tra-
ctatur de ſucceſsione patrui, vel aui: ſecùs, cùm
tractatur de ſucceſsione aliorum. ita tenent
Cin. Bartol. Modern. in authent. poſt fratres. la
ij. C. de legi. hæred. Secundò limita, quando pa-
ter eſt verè mortuus: ſecus, ſi ciuiliter. nam tunc
filius non ſubintrat in locum patris, ex quo poſ-
ſet reſtitui. & ſic propter ſpem reſtitutionis fallit
illa doctrina Bartol. arg. l. intercidit. ff. de con-
dit. & dem. & eorum, quæ notat Bartol. in §. ſeq.
vbi expreſsiùs Aret. dum allegat text. in l. ſi quis
filio. §. quocunque autem modo. ĩ. tit. j. Ita pon-
deraui velle Bartol. s̃. ead. l. in §. & quid ſi tan-
tùm. dum reſpondet ad l. ordine. ff. ad municip.
Nec dicat aliquis, iſtam reſtitutionem non debe-
re conſiderari, ex quo conſiſtit in ſola voluntate
principis, l. apud Iulianum. §. ſi. ff. de leg. j. l. cõti-
nuus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig. quia † cùm hę-
2 reditas debeatur filijs de quodam iure naturali, l.
cùm ratio. ff. de bo. dam. in ea capeſſenda plus il-
lud conſideratur, quàm ius ciuile. vnde plus at-
tenditur mors naturalis patris, quàm mors ciui-
lis, & ſic illa deportatio quantuncunque impoſ-
ſibilis. Vel reſponde alio modo, ꝙ illud, quod
conſiſtit in ſola voluntate principis, cenſetur im-
poſsibile, eſt verum, quando etiam per illud prę-
iudicaretur alicui, putà fiſco, vel priuato. ita lo-
quuntur dicta iura. Sed quòd iſta ſpes habeat
locum, quo ad hunc caſum, vt filius non ſucce-
dat ex perſona patris, nec ſubintret eius locum,
iſtud eſt prępiudiciale nemini: ideo admittẽdum,
l. j. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. Tertiò
limita, vt per Bald. in l. ſcimus. in fine commenti,
in princ. C. de inoffic. teſt. quem refert Aretin. in
l. is poteſt. ff. de acquir. hæred. & hæc nota, quia
non reperies alibi. Quartò limita, quando pater
eſt excluſus repudiatione, non morte: tunc in e-
ius locum non ſuccedunt liberi. ita concludit A-
lex. & alij. in l. pactũ dotali. C. de collat. [c]¶No-
c ta ſecundò ex text. ibi, *interpretandum*. quòd † In-
II terpretari, ſignificat etiam Declarare: ad idem l.
j. §. qui operas. ff. ad Tertul. & l. j. ff. de orig. iur.
de quo per Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſt. &
iur. & notabiliter per Aretin. ſed acutiùs intuen-
ti iſta declaratio in hoc textu eſt impoſsibilis,
per ſequentia verba, vt etiam ſi & filium & ne-
potem, etc. nam declarare ea, quę veniũt ex ver-
bis generalibus, eſt res facilis & permittenda e-
tiam in ſtatutis, ſecundum Bartol. in d. l. omnes
populi. ſed illa verba, vt etiam. important caſum
magis dubitabilẽ, l. j. ff. ſol. mat. l. j. ff. de iur. om.
iud. vbi Raphael & Modern. nam † declaratio 4
non plus inducit, quàm poteſt comprænhendi
ſub verbis generalibus, l. adeò. §. cùm quis. ff. de
acquiren. rer. dom.
not. Bartol. in d. l.
omnes populi. &
in l. ab executore.
ĩ. de appel. & in l.
Cæſar. ff. de publi-
ca. in repet. & tra-
dit Baldus in con-
ſilio cccxxxviij. ea,
quæ veniunt. in ij.
vol. ſed verbum E-
tiam, de ſui natura
inducit plus, quàm s̃. ſit dictum, quia † eſt am- 5
pliatiuum, d. l. j. ff. ſol mat. & tradit Bart. in l. ea
B tamen adiectio. ff. de leg. iij. in §. & iudicare. in
authent. de defenſ. ciuit. ergo ſequitur, quòd
Iuriſconſultus voluerit ampliare verba illa, Si
parente viuo naſcantur, & ſic non loquitur de
interpretatione declaratiua, ſed potiùs de in-
ductiua. Interpretari † enim ſignificat quando-
que ampliare & inducere de nouo, l. ſi. ff. de cen- 6
ſib. quare ego intelligo iſtum text. alio modo,
quòd loquatur de interpretatione inductiua, &
ponat caſum multùm dubitabilem. nam lex
C Velleia in hoc ſecundo membro loquitur, quan-
do viuunt filius, nepos, & pronepos, & in ca-
ſum mortis vnius ſequens in gradu ſubſtituitur.
Interpretatur id Iuriſconſultus, vt procedat non
ſolùm eo caſu, ſed etiam ſi mortuis vtriſque in-
ſtitutus ſit pronepos, non ſubſtitutus, putà hoc
modo, ſi dixit teſtator, Mortuo filio & nepote,
pronepos hæres eſto, videbatur, quòd iſte pro-
nepos rumperet tanquam non legitimè inſti-
tutus, quia debuerat priùs inſtitui pater, & ſic
D nepos, & etiam filius, l. inter cætera. ĩ. eod.
Contrarium determinatur, quia valet inſtitu-
tio hoc caſu, quando expreſsè eſt concepta mor-
tuis ſuis hæredibus præcedentibus, & re ipſa,
viuente teſtatore, conditio impletur, tenendo
illam opin. quòd in caſu Galli nepos eſſet pro-
priè, & verè inſtitutus, quam tenui in princ.
huius l. & in §. in omnibus. s̃. eod. & ſic hic eſt ca-
ſus pro illa opinio. & ſi teneamus hunc intelle-
ctum, ceſſat vna difficultas Doctor. dum dicunt,
E quòd verſic. nec ſolùm. videtur ſuperfluus: de
quo ĩ. dicam. ¶ Nota tertiò ex ratione dubi- III.
tandi huius text. quòd † permutationem condi- 7
tionis inſtitutus non impeditur, quin adeat, &
valet teſtamentum. nam ratio dubitandi ſecun-
dum Paul. Caſtr. & Iaſon. hîc erat, quia quando
iſte nepos ſubſtitutus fuit filio, ſecundum com-
munem intellectum non erat ſuus hæres, quia
filius eum præcedebat. vnde eo moriente mu-
tat coditionem, & ſic ſuus: quare cenſetur
F nouus homo. Sed iſta ratio dubitandi eſt mul-
tùm fatua, quia non debuit Iuriſconſultus in
hoc dubitare, cùm ſit expreſsè vocatus à teſta-
tore in caſum, in quo ſit ſuus, quod ſufficit, l.
in tempus. ff. de hæred. inſtit. item, quia muta-
uit conditionem in melius. vnde per argumen-
tum à fortiori debebat admitti. Bene erat du-
bitabile, ſi fuiſſet minor ratio. Quare ego in
hoc non teneo cum eis: quia mihi plus placet
intellectus, quem ſuprà dedi. Conſequenter
tamen hîc tangat Doctor. præſertim Cato,
quibus



quibus caſibus teſtamentum non teneat, quãdo
varìatur conditio teſtatoris? de quo dixi in §. for-
ſitan. s̃. ead. l. & quia omiſi vnum membrum, dic,
8 quòd † quando mutatur conditio teſtatoris de
nulla in aliquam, aut teſtamenti factio nulla erat
prorſus, & non re-
conualeſcit, l. ſi fi-
lius. ĩ. de lega. iij. l
ſi filiusfamiliâs. ſu
prà, de teſtament.
aut non erat pror-
ſus nulla, & poteſt
reconualeſcere, l.
qui ſoluendo non

Et bene verba ſe ha-
bent, Si QVIS EX
SVIS HÆREDI-
BVS, SVVS HÆ-
RES ESSE DE-
SIERIT[a], ad o-
mnes caſus pertinen-
A tia, quos ſupplen-
dos in Galli Aquilij
ſententia diximus:

erat duos Apollonios. ff. de hæred. inſtit. aut e-
rat aliqua, & mutatur conditio in nullam, & non
valet teſtamentum, gloſ. in l. j. §. exigitur. ff. de ſe-
cundum tabul. & circa hoc dic, vt dixi in §. for-
ſitan. Et hæc inferuntur ad quæſtionem, Si vſu-
rarius facit teſtamentum non præſtita cautione,
ſecundum c. quamuis. de vſur. lib. vj. non valet
teſtamentum. tamen ſi pòſt dederit, reconuale-
ſcit, quia omnino nullum non erat, vt per Bartol.
in l. filio præterito. ĩ. titul. j. & per Bald. hîc, licet
alij contrarium tenuerint. Sed difficultas pen-
deat ab eo, an à principio nullum ſit: & an illa
præſtatio cautionis requiratur pro forma: & ſi
non intervenerit teſtamentum, ſit ſtatim ipſo iu-
re nullum? de quo videnda ſunt, quæ ponit Bar-
tol. & Doctor. in l. non dubium. C. de legib. & in
l. cùm lex. ff. de fideiuſ. non inſiſto aliter. vide
concordantes allegatos per Alexan. §. fin. ĩ. eod.
[a]¶Nota quartò, quòd verba legis Velleię iunctis
a his, quæ ponuntur hîc, & in ſequenti §. erãt hæc,
IIII. Si † quis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſie-
9 rit, liberi eius & cæteri in locum ſuorum ſui hæ-
redes ſuccedant. Quod intelligendum eſt, ſi ſub-
ſtituti in teſtamento, etc. & ſic ex his verbis no-
ta, quòd Velleius introduxit, vt filius inſtitutis
ſubſtituti nepotes, vel pronepotes poſſent ſuc-
cedere. nam ſi iſtud ante eum fuiſſet, ex lege, XII.
Tabularum, prout concludunt Doct. non de-
buiſſet Velleius dicere Succedant, quod eſt ver-
bum determinatiuum & inducens imperium,
non ſuaſionem, l. j. in princ. in verbo, ſeruentur.
ff. de adſig. lib. & melior text. in l. j. §. ſecundo ca-
pite. ff. ad l. Fal. vbi verbum Capiatur inducit no-
uum ius, non conſilium. Secundò facit, quia quę-
libet lex aut vetat, aut permittit, l. legis virtus. s̃,
de legib. Sed hîc non erat opus data communi
pro vera. nam cùm iſtud eſſet permiſſum de iure
veteri, vt tales nepotes poſſent ſubſtitui, & eo-
dem iure conſequenter eſſet vetitum ne rumpe-
rent, certè ipſa lex Velleia nihili. iſta feciſſet. Ter-
tiò eſt text. in l. poſthumorum. ĩ. tit. j. vbi dicit
text. quòd vt tales nepotes poſſent ſubſtitui, eſt
prouiſum lege Velleia. Certè ſi iſtud fuiſſet per-
miſſum ex lege XII. Tabularum, debuiſſet text.
10 dicere, non autem dicere lex Velleia. quia † quo-
tieſcunque lex noua refert aliquid iam latum à
lege veteri, illa prouiſio tamen attribuitur veteri
legi, non nouæ: iſtud probatur ex not. per Imol.
in l. ventre. ĩ. de acquir. hęred. & ex not. per Lud.
Rom. Alex. & Aretin. in l. neceſſariis. eod. tit. v-
bi † quamuis multa iura ſint, quæ diſponant, ꝙ
11 filius ſuus poſsit abſtinere, tamen iſta prouiſio
non attribuitur illis iuribus nouis, ſed iuri præ-
torio, à quo hæc primùm inducta ſunt: quinimò
ſi aliquid additur iuri veteri per ius nouum, illa
additio etiam ipſa dicitur ius vetus: caſus eſt In-
ſtit. de leg. ag. ſucceſſ. in prin. ibi tũc ex lege XII. L. 29.
Tabularum, ad idem text. in l. lex Cornelia. ibi Gallus.
Aret. ff. de vulg. & pupil. not. Iaſ. in l. v. ff. de verb. §. Etiamſi
oblig. facit gloſ. in l. ij. ff. de bo. poſſ. & quæ not. parente.
Bar. in l. j. ad ſi. princip. ff. ſi qs omiſ. cauſ. teſta. fa-
cit, qa in dubio de-
bet cõſiderari cauſa
antiquior, Bal. in l.
ea lege. C. de con-
dict. ob cauſ. In
contrarium eſt cõ-
munis omnium o-
pin. hîc, & s̃. prox.
§. propter vnum fun
damentum, quod multùm vrget. nam † ex le- 12
ge XII. Tabularũ poterat quilibet ſubſtitui, & iã
inventæ erant ſubſtitutiones, vt patet ex notatis
per Bart. in rub. ff. de acquir. hæred. & ex his, quæ
ponunt Moder. Peruſini in l. lege XII. Tabula-
B rum. C. de leg. hæred. Si ergo erant inuentæ ſub-
ſtitutiones, quare etiam eo iure non debuit filio
poſſe ſubſtitui nepos? etc. Pro ſolutione huius
fundamenti conſiderandum eſt, quòd † factio te- 13
ſtamenti introducta fuit ex quadam ſpeciali diſ-
poſitione legis, contra regulas iuris communis.
nam cùm non entis nullæ ſint partes, l. pen. ff. ſi
cer. per certè diſponere de ſuis bonis in caſu, in
quo ipſe non ſit, eſt ſatis durum. tamen lex ex
quadam benignitate iſtud indulſit. ita ſolent de-
C clarare Doctores per text. in l. in tempus. ff. de
hæred. inſtit. & not. per Bartol. in l. j. §. ij. ff. de op.
no. nunt. Vnde hoc attento iſta diſpenſatio non
habet locum de lege XII. Tabularum, niſi quan-
do aliqua neceſsitas vrget, putà in inſtitutione
hæredis ſui propter legata: in extraneo inſtituto,
vel ſubſtituto, quia aliàs non fuiſſet ſucceſſurus.
Hæc ratio ceſſat in ſuo ſubſtituto, ex quo ſuc-
ceſſurus eſt ab inteſtato, & ſic omnimodo eſt fu-
turus hæres. Nec obſtat de legatis, quia potuit
D teſtator iſtud facere in inſtitutione. Cum † ergo 14
poſsit ſuccedere talis nepos aliter, quàm per ta-
lem diſpenſationem, nõ poterat eo tempore in-
ſtitui, quia diſpenſatio nõ habet locum, niſi ſua-
dente æquitate, & neceſsitate, l. denique. ff. ex
quib. cau. ma. Velleius autem poſteà iſtud in-
troduxit motus per alias rationes. Secundò ob-
ſtat, quia videtur, quòd potuiſſet ſaltem inſtitui
ex iure Galli. nam ſi Gallus permittit ſubſtitui
nepotem, qui erat naſciturus, & idcirco incerta
E perſona, quantò magis fuit de eius mente, vt
poſſet inſtitui is, qui iam natus eſt? Sed reſpon-
deo, quòd diuerſa erat ratio in caſu Galli & in
noſtro: quia potuit pater ſuperſedere à faciendo
teſtamento vſque ad finem vitæ: quod non eſt
in caſu Galli, declarando, vt per Iaſo. in §. s̃. prox.
vbi dixi in j. not. & hæc ſolutio tollit etiam præ-
cedens fundamentum. Tertiò adducit Iaſon
text. in §. ille caſus. ĩ. ead. l. vbi text. loquens de
F ſecundo membro legis Velleiæ, dicit, non per-
mittit inſtitui, ſed vetat rumpi: ergo ibi eſt caſus
quòd iſtud ſecũdum membrum nil induxit quo
ad inſtitutionem. Sed aduerte, quia Doctores
non poſſent illum text. priùs intelligere, quàm
faciunt, vt ibi dicam. nam Permittere inſtitui, &
Vetare rumpi, correlatiua ſunt, nec potuit vnum
induci abſque alio. & ſic lex XII. Tabularum per
miſiſſet inſtitui, & ipſa vetaſſet rumpi, non au-
tem lex Velleia, quia inſtituens non rumpit.
Quare illa verba referenda ſunt ad caſum dictum
in princ. illius §. non ad caſum noſtrum, vt ibi de-
clarabo

clarabo. Et tenendo hanc meam opinionem reſultat verus intellectus ad verſic. nam & ſi filius. ſ. ea. l. vbi text. vult, ſubſtitutione facta hoc modo, Si filius aut nepos viuo me moriantur, pronepos hæres eſto, quòd per illa verba filius cẽſetur inſtitutus, nepos verò præteritus. certè illa verba, ſi filius, &c. debuiſſent pariformiter vtrũque determinare, l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. non autem, quòd vnus cenſeatur inſtitutus, alter non. Sed ratio in promptu eſt, quia ille text. loquitur de iure Galli, qui tempore filio non poterat ſubſtitui nepos natus. vnde mirum non eſt, ſi nepos ibi cenſetur præteritus. nec eſt par determinatio, quia determinaret impoſsibilia de iure. vnde per B legem Velleiam cùm introductum ſit, quòd nepos poſsit inſtitui, verba concepta, vt ſuprà, im-
15 portarent inſtitutionẽ nepotis. & † hoc eſt, quod dicit text. hîc in verſic. nec ſolùm. ſi nepos decedat viuo patre, nec ſuccedens pronepos mortuo auo, rumpat. quod videbatur, quia non legitimè inſtituens præterito nepote, ſecundum d. verſic. nam & ſi filius. ſed etiam ſi ſuperuixerit patri, ac decedat, dum modò hæres inſtitutus. quod intelligitur per illa verba, ſi filius & nepos. quod olim C non erat. Et iſte intellectus multùm placet, præſertim quia ſolutiones Doct. ad d. verſicul. nam & ſi filius. ſunt omnes diuinatiuę. Aduerte tamẽ, quia verba legis Velleiæ poſſunt intelligi aliter, vt declarabo in §. ſeq. interim meliùs cogitabo.

nec ſolùm [a] ſi nepos viuo patre decedat, nec ſuccedens pronepos auo mortuo rumpat: ſed & ſi ſuperuixit patri, ac decedat, dummodo hæres inſtitutus ſit, aut exhæredatus.

a ¶ Nota quintò ex verſic. *nec ſolum.* quòd † teſta-
V. mentum in quo inſtituti ſunt venientes ab inte-
16 ſtato præterito ſuo hærede, & mortuo viuo teſtatore, non tamen reconualeſcit. Ad hoc fit illa vetus oppoſitio de l. poſthumus. verſic. idem & D circa. ff. de iniuſt. rupto, & irrito teſt. pro cuius ſolutione multa dicta ſunt in §. idem credendũ. s̃. ead. l. & §. in omnibus. vbi reprobaui quinque ſolutiones datas per Doctores in dictis locis: aliam dedit Angel. & Imol. hîc, quòd d. verſic. idem & circa. loquitur, quo ad reconualeſcentiam primi gradus, non ſecundi, vt in noſtro caſu. Sed hæc ſolutio eſt contra gloſ. communiter approbatam in l. ſi à patruo. s̃. eod. tit. quam ibi not. Alexand. Aretin. & Iaſon. Sed ab illa gloſſ. poſſet defendi ſolutio Angel. quia loquitur, quã do poſthumus eſt præteritus à ſecundo gradu. E nam eo nato, & poſtea mortuo viuo teſtatore, reconualeſcit. Poteſt eſſe ratio, quia non tam deliquit teſtator prætereundo eum, qui dubius erat, an naſceretur, ſicut pretereũdo eum, qui iam natus eſt, vt in noſtro caſu. erat enim nimis in pingui ignorantia. quod non eſt in caſu d. gloſ. arg. eorum, quæ ponit hîc Aretin. & ſolutionis, quã ponunt quidam Moderni relati per Socin. in d. verſic. nam & ſi filius. quam ſolutionem tenet etiam Iaſ. in princip. huius l. in ij. lectura. Sed te- F nendo, quòd iſta ſolutio non ſit bona, præſertim cùm communiter reprobetur, dicendum eſt, non poſſe fieri differẽtiam inter natum & naſciturum, & ſic poſthumum. quia eſſet contra text. in d. verſic. idem & circa. vbi text. æquiparat vtrunq;. Item hanc ſolutionem reprobat Socin. in d. verſic. nam & ſi filius. & conſequenter non eſt bona ſolutio Iaſ. in d. loco, quæ fuit priùs Aretin. hîc, & Mod. vt dixi in d. verſic. nam & ſi filius. Itẽ hæc ſolutio Angeli eſt contra hunc verſic. nec ſolùm. qui loquitur, quãdo pronepos erat purè inſtitutus, ſecundum Raph. Comenſ. Paul. de Caſt. Pet. de Beſut. Aret. Soc. Iaſ. hîc, quem intellectum teneo per ea quę dixi s̃. in ij. not. Secũdò ad verſ. idem & circa. reſpondet hîc Aretin. ꝙ loquitur, qñ inſtitutio ſaluatur ſub ea qualitate, ſub qua facta fuit. quod † non eſt in 17 noſtro caſu, cùm pronepos inſtitutus ſit, quando nõ erat ſuus. quia cùm præcedebat pater & filius, & poſtea ſuccedit, quãdo eſt ſuus, & ſic, quãdo eſt in diuerſa qualitate. Et hæc ſolutio colligitur ex ratione dubitãdi, quã ponit hîc Paul. de Caſt. & s̃. retuli. Sed † non eſt bona: qa imò ſucce- 18 dit in ea qualitate, in qua eſt inſtitutus. nam cùm ſit inſtitutus mortuis parẽtibus, ſequitur, ꝙ ſit inſtitutus in caſu, quo ſit ſuus. Itẽ poſito, ꝙ ſit inſtitutus ſimpliciter, debet intelligi, ꝙ ſit inſtitutus tãquam ſuus, vt teſtator videatur elegiſſe viã, qua ſua iudicia impugnet. l. iij. ĩ. de teſtam. milita. Itẽ hæc ſolutio eſt contra communem opin. Doct. in §. & quid ſi tantùm. vbi volunt, quod tota iſta lex loquatur, quando quis eſt inſtitutus in ſuitate. ¶ Nota ſextò, quòd † pronepos ſuccedit ita VI. demum, ſi pater eius ſit inſtitutus, vel exhæreda- 19 tus. Sed contra hoc notabile opponitur, quia cùm prouiſio Velleij loquatur, quando vltimo loco ſubſtitutus viuit, & cæteri eum præcedentes viuo teſtatore mortui ſunt, ſequitur, quòd iſte nepos eſſet exhæredatus poſt mortẽ, quæ exhæredatio non valet, §. in omnibus. s̃. ead. l. cum ſimilib. Ad † hoc contrarium dantur tres ſolutio- 20 nes. Prima eſt, quòd debemus hîc intelligere datum eſſe cohæredem. Hanc ſolutionem infarciunt Doctores vbique in princ. huius legis in §. in omnibus. & hîc, & ego eam ſemper reprobaui ſuperiùs, & latè reprobat Iaſ. hîc. vide per eum. Socin. hîc ex iſta ſolutione elicit quaſdam cõcluſiones. iſte mos eſt nequiſsimus: meliùs fuiſſet elicere ex textu, non cõfugere ad ſolutiones Doctorum, quæ frequenter ſunt malæ. facit gloſ. in l. licet. de offic. præſi. Nec hoc dico propter nũc, ſed quia ſemper ſic facit. Iaſ. reſpondet alio modo, quòd ſubſtitutio hîc non erat facta vtriſque mortuis, ſed hoc modo: nepotem exhæredo: ſi filius me viuo mortuus fuerit, pronepos hæres eſto. Nam etiam ſi nepos ſit ſuperſtes auo, excluditur. vnde cùm hæc exhæredatio ſit poſsibilis, vt confirmetur in eius vita, ſatis valet, vt vidimus in d. §. in omnibus. Iſta ſolutio in ſe eſt bona, tamen ad iſtum text. non placet, quia iſte verſiculus, nec ſolùm ſi nepos, &c. referri debet ad præcedentem poſitionem, quia natura dictionis Nõ ſolùm, eſt, vt referatur ad ſuperius, l. nõ tantùm. ĩ. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Item ꝙ cõcepta verba nõ fuiſſent. Mortuis vtriſq;, tex. nõ dicit: vnde nõ debemus diuinare variãdo caſum: quia in dubio non debet teneri, nec præſumi variatio caſus, niſi expreſsè colligatur, s̃. ead. l. §. inſtituens. cum ibi not. communiter s̃. ead. l. vnde in illo. §. non tenetur communiter intellectus Bart. quia variat caſum. Quare tu reſponde tertio modo, quòd imò loquitur, quando nepos moritur viuo teſtatore, & ſubſtitutio eſt facta mortuis vtriſ-

*Socinus taxatur.*





que. nam talis exhæredatio valet, l. ſi. in fin. ff. de cond. inſtit. & per ea, quæ dixi in d. §. in omnib9. in v. not. Nec obſtat ille tex. quia loquitur, qñ nepos ſuperuiueret teſtatori, vt ibi dixi. & hoc modo ſaluatur opin. Paul. Caſt. hîc in fin. aliàs malè
VII. diceret. ¶ Not. ſeptimò, quòd † filij dicuntur ſui
21 hęredes patri, etiam eo viuẽte. Vnde conſequen-
22 ter quęſiuit hîc Bar. in † diſpoſitionib. hominum qui veniant appellatione hæredum? de quo dic, vt hîc per eum. Et circa primum membrũ diſtin- A ctionis ſuę, dum dicit, ꝙ qñ res de ſua natura non eſt tranſmiſsibilis ad extraneos, tunc non compręhenduntur hęredes extranei, veluti in feudo, per tex. in c. ſi clientulus. de alien. feud. & tex. in c. vnico, §. fin. ſi de feud. defunc. conten. ſit inter dom. & agn. cũ ſimilib. Limitant iſtud Doctores, niſi ſit dictum, ꝙ tranſeat ad quoſcunq; hæredes, arg. c. j. de feud. non hab. prop. nat. feud. & hæc opin. eſt cõmunis, vt hîc per Iaſ. pro qua facit text. in l. Baliſta. ff. ad Trebel. Contrarium tenuit Bal. B in c. j. §. donare. qual. olim feud. pot. alien. quam opin. tenet Aretin. & Socin. hîc, & Alex. in conſi. xxx. in j. vol. relatus hîc per Mod. Adde, ꝙ idem conſulendo tenuit Bal. in conſ. ccvij. in ij. incip. quæſtio eſt, ſpurius. vbi tenet, ꝙ ſpurius non ſuccedit in feudo cõceſſo per s̃. dicta verba, quia eſt inhabilis, nec præſumitur de eo cogitatum. Nec
23 † obſtat dictio, quibùſcunq;. quia debet intelligi de habilib. ſicut diximus, habeat vnuſquiſq;, id eſt habilis, l. j. C. de ſacroſan. eccleſ. & ff. de mun. C & honor. l. vt gradatim. §. ſed & ſi lege. Eſt verũ, ꝙ caſus Baldi aliqualiter differt, quia ſpurius eſt prohibitus propter vitium naturæ, extraneus verò niſi propter accidens. Et quantum ad caſum
24 Bal. ego iſtud habeo pro claro: quia † tunc dictio Qualiſcunque, & ſimiles, non tollunt inhabilitatem naturæ, l. iij. in prin. ff. qui ſatiſ. cog. ſed accidentium, videtur, quòd ſic. Et hoc modo poſſet ſuſtineri communis, quæ eſt de mente Bald. in d. conſilio, qui dicit, quòd potiùs debet inſpici pactũ, quàm natura feudi: quia natura feudi eſt ge- D nus, pactum ſpecies: & ſpecies derogat generi.
25 Item † quia licitum eſt per pactum, quod per legem non licet, c. j. de duob. frat. à capit. inueſt. c. j. §. Corradus. ibi, quia niſi nominatim. qui feud. dare poſ. & in alijs locis. Nec obſtat text. in l. iij. C. de fid. inſt. & iure haſtę fiſc. lib. x. dum ibi dicitur, quibuſcunq; probationibus. & gl. dicit, ſcilicet Idoneis, quia reſpondeo etiam extraneos hæredes eſſe idoneos vigore dictorum verborũ: ſe- E cus, ſi eſſet in eis defectus naturæ, vt s̃. dixi, vel morum. nam non poterit relinqui à ciue ruſtico, nec vir robuſtus poterit relinquere debili & ægro, vt ibi per Bal. Eſt verum, ꝙ tenendo hanc opin. Aretini poſſet reſponderi ad l. Baliſta. ff. ad Treb. ꝙ ibi nõ præiudicabatur filijs, vt in noſtro caſu: item ibi alia concurrebant, quàm geminatio: quinimò ille text. fortiter poſſet retorqueri: dubito pro dicta limitatione: facit, qđ not. Bald. F in c. j. de prohib. alien. feud. & Lud. Rom. in l. ad tempus. §. j. ff. de vſucap. quem omnino vide. Secundò limitat Aretin. quando iſtud feudum eſſet proximum liuello, putà quia præſtaretur cenſus liuellarius. nã tunc venirent extranei, ex quo natura feudi non repugnat: quia potiùs eſt contractus liuellarius, ſecundum Bal. in l. liberti, libertæque. C. de bon. lib. vt hîc per Mod. Aduerte tñ, quia contra iſtam limitationem videtur obſtare tex. in c. j. de feud. non hab. &c. vbi feudum illud non habebat propriam naturam feudi, & tamen tranſit ad hæredes, non propterea, ꝙ dictum ſit, quòd tranſeat ad hæredes, ſed propter ſequentia verba, ſcilicet & ad quos ipſe dederit. Tertiò tu potes limitare, quando verbum Hęredibus, eſſet prolatum in conditione, per ea, quæ ponit Ioan. de Imol. in l. qui liberis. §. hæc verba. per illum text. ff. de vulg. & pupil. Quartò limita ex alia ſolutione data ad d. l. in annalibus. per Raphael. quẽ refert Iaſ. in d. §. hæc verba. Quintò limita, quando dictum eſſet, legitimis hæredibus, ſecundum Iaſ. in l. v. C. quando non pet. part.

*L. 19. Gallus. §. Etiamſi parente.*

Secundum membrum Bar. eſt, quòd † quando 26 res eſt tranſitoria ad hęredes extraneos, compręhenduntur, etiam extranei, l. in annalibus. C. de leg. l. ſciendum. ff. de verb. ſig. & certè illa l. in annalibus. videtur dura, quia cùm legata annua in dubio fiant ratione alimentorũ, l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. & ſic deberent tranſire niſi ad eos, quos neſcimus, tamen tranſeunt etiam ad incertos. Vnde dicendum eſt, quòd † quamuis legata 27 annua cenſeantur facta pro alimentis, tamen fallit, quãdo dictum eſt Hæredibus, ex quo illi ſunt incogniti, non pręſumitur teſtatorem feciſſe pro alimentis: ita tenet Socin. hîc ſuſtinendo Bart. & idem tenet Cornæus in d. l. in annalibus. Limitat hanc concluſionem Bald. niſi dictum ſit, hæredib. maſculis. quã opi. tenet hîc Alex. & Aret. & Moder. & latè defendũt. non inſiſto. Intelligas tñ in teſtatore, qui non ſit extraneus. nã ſi non ſit extraneus, non videtur, ꝙ voluerit conſiderare agnatum hæredis extranei. & ita tenet Socin. in præced. §. verſic. quantum. vide ibi. Aduerte tamen, quia Bald. in c. j. de natura & ſuc. feud. & in c. ſi pater. de teſtam. lib. vj. tenet, quòd appellatione hæredis in teſtamentis veniunt deſcendentes tantùm. quam opi. tenuit etiam Speculator, vt hîc per Alex. Mihi placet diſtinctio tradita per Bald. in conſ. clj. incip. verba teſtamenti. in j. vol. vbi dicit, ꝙ † aut nomẽ hæredis ponitur in præ- 28 rogatiua, & intelligitur de hærede ſanguinis: aut in materia indifferenti, & tunc omnes intelligũtur. Sed iſta verba ſua ſunt imperfecta. quare pro primo mẽbro facit tex. in d. l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. nam ratio Bart. ad illum tex. non eſt bona, vt ĩ. dicam. Secundò facit ratio: quia legatã, inſtitutiones, & huiuſmodi prærogatiuæ fiunt reſpectu perſonarum, vt eſt tex. in l. nec adiecit. ff. pro ſocio. Vnde cùm nullum meritum poſsit cadere inter extraneos, non video, cur coniecturanda ſit mens teſtatoris, vt ipſi vocentur, cùm in ignotũ non cadat affectio. Sed in filijs & deſcendẽtibus iſtud eſt ſecus: quia amat agnationem & conſeruationem ſui nominis, l. liberorum. in fin. ĩ. de verb. ſig. Item in teſtatore extraneo poterit amare filios propter patrem, vt dicitur in Euangelio, & facit l. cùm quis. C. de nat. lib. Et hoc tenendo reſpondetur ad d. l. in annalibus. ꝙ † illa lex ꝓcedat fauore alimentorum, ſecundum Corn. ibi. 29 Vel dic, quòd loquitur de hæredibus ſuccedentibus ab inteſtato. & ſic ſecundum noſtram opin. confirmatur hæc ſolutio: quia cùm loquatur in legato, vel fideicommiſſo, quod debetur ratione affectionis, d. l. nec adiecit. certè debemus intelligere in his, in quibus cadere poteſt iſta affectio, & ſic in liberis, non in extraneis. Nec hoc debet videri abſurdum, cùm diſpoſitiones limitentur à cauſa & ratione, l. cùm pater. §. dulciſsimis. ff. de leg. ij. Secundum membrum eſt: in indifferentibus continetur etiam extraneus. Pro hac parte facit text. in l. ſciendum. in l. hæredis. ff. de verb.

ſig.Poſſet tamen hoc caſu ſubdiſtingui, ſecundũ
doctri.Bart.hîc,an ſint quædã indifferentia, quæ
non tranſeunt de ſui natura in extraneos? & non
compræhendentur.aut tranſeunt,& compræhẽ-
dentur,vt hîc per Bartol.& hæc opinio Baldi eſt
multùm æqua. Tertium membrum Bartol. eſt,
30 quòd† in re tranſitoria ad extraneos, ſi reſultaret
iniquitas,appellatione hæredis non veniunt ex-
tranei.ita intelligit text. in l.ex facto. §. fin. ff. ad
Treb. vbi etiam gloſ. Sed ego teneo in hoc cum
Petr.& Iac.de Raua.relatis per Cin.in l.liberti,li
bertęque.C.de op.lib.ꝙ illud ſit,quia dictum eſt
Hærede,ſingulari numero. Nec dicat aliquis, ꝙ
indefinita debet æquipollere vniuerſali, l. ſi plu-
res.ff.de leg.iij.prout dicit Cornęus in d.l.in an-
nalibus. quia tunc æquipollet vniuerſali, quan-
do eſt fauorabile,ſecundum Bar. in l.ſi pluribus.
ff.de leg.ij.non autem,quando eſt odioſum. Sed
ibi eſſet odioſum,quia veniretur contra pręſum-
ptam mentem teſtatoris,quæ eſt, quòd admittã-
tur niſi ſucceſſores ſanguinis, prout ſ̃. declaraui.
Bene fateor dictum Bartol. in ſe eſſe verum, ſed
nego eum probari in illa l.nam dum dicit, quòd
reſultaret abſurditas, ſi intelligeretur de omni-
bus,quia ſaltem ſuccederet fiſcus,dico,ꝙ potuiſ-
ſet illa conditio intelligi niſi in primo hærede,
arg.l.ſciendum.in princ. ff. de verb. ſig. quo caſu
non reſultaſſet abſurditas, & ſic potuiſſet habere
locum opin. Bart. in extraneo ſaltem primo. vn-
de dicendum eſt, talem opinionem non eſſe ve-
ram.Non omitto,quòd Socin.& Iaſ.hîc ex men-
te Bartol. colligunt vnam limitationem ad d. §.
fin.vt procedat in concedente ſolùm:ſecus in re-
cipiente,vt hîc per eos. Sed ego non puto, quòd
Bart.voluerit hoc, ſed ꝙ fuerit de eius mente re-
petere idem dictum in ſeq. membro. Nec credo
dictum in ſe verum:quia in contrarium eſt regu-
la,quòd in dubio verba debent interpretari pro
recipiente,l.veteribus.ff.de pact. Item poſito, ꝙ
deberent interpretari contra eum, tamen vbi re-
ſultaret iniquitas,vel nullitas contractus,vt eſſet
in d.§.fin.eſt ſecus,vt eſt tex.in l. eum, qui calen-
dis.ff.de verb.oblig. & eſt gl.in d.l.veteribus. Nã
ſi ad evitandam iniquitatem lex fingit, l. deniq;.
ff.ex quibus cauſ.ma. quantò magis præſumet?
nam caret ratione iſta opin. Mod. ¶ Ex ſ̃.dictis
infert Bar.ad quæſtionem, ſi teſtator inſtituit fi-
lium,& ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituit Titiũ
& eius hæredes,vtrùm hæredes picti Titij, ſi ſint
extranei,admittantur ad dictam hæreditatem fi-
lij?& determinat,vt hîc per eũ.Aduerte, quia in-
telligendo verba Bar.prout intelligũt Doctores,
opin.Bar.non poteſt ſuſtineri, nec ſuę allegatio-
nes aliquid vrgent. nam tenendo ſuam ſuperio-
rem diſtinctionem, videtur clarũ, ꝙ debeant ad-
mitti etiam extranei hęredes. quia cùm filius de-
cedat ſine liberis,clarũ erat, ꝙ ſubſtitutus admit
tebatur,& ideo etiam eius hæredes. nec allega-
tiones Bar.aliquid vrgent. teſtator voluit pręfer-
re hæredes extraneos filij hæredibus extraneis
ſubſtituti.nego hoc.imò verba teſtatoris expreſ-
ſè ſonant in oppoſitum. nam eveniente condi-
tione ꝙ decedat ſine liberis, & expreſſè inſtituit
alios,& ſic vetauit, nec poſſet inſtituere filius a-
lios. nã eueniente tali conditione ad filium non
pertinent dicta bona,vt poſſit ipſe teſtari,d.l. ex
facto.§.fi.ff.ad Treb.niſi dicas,ꝙ Bar.voluerit in-
telligere ſubſtitutionem extranei reſpectu ſub-
ſtitutionis filij. & ſicut filio voluit vt ſuccederent
liberi,ita Titio vt ſuccederent hæredes non ex-
tranei. & ita intelligunt Socin.& Iaſ.hîc.Sed hęc
ſaluatio non eſt bona:quia argumentum de ſub-
ſtitutione filij & ſubſtitutione Titij debet pro-
cedere datis paribus terminis: quod non eſt in
noſtro caſu:quia † in inſtitutione filij non cenſe- 31
tur inſtituiſſe liberos poſitos in conditione, ſe-
cundum gl.in l.Lucius.la ij.ff.de hæred. inſtit.&
tñ in alia clarum eſt,ꝙ inſtituit hæredes. Item in
inſtitutione filij liberi intelliguntur propriè: er-
A go idem in ſubſtitutione extranei, vt intelligan-
tur propriè,& ſic de hæredibus extraneis:& ideo
videtur verior opi.Imo.Ang.& Alex. & Cat. Sac.
hîc.Sed ego credo,quòd Bar.voluerit intelligere
quæſtionem ſuam, quãdo liberi eſſent expreſſè
inſtituti hoc modo:inſtituo filium, & eius hære-
des:& ſi deceſſit ſine liberis, inſtituo Titium, &
eius hæredes. Et hoc patet conſiderando verba
Bart.in princ.quæſt.dum dicit, teſtator inſtituit
filium hoc modo, & ſic ſecundum prædicta: in
B quibus loquitur,quando quis inſtituit aliquem
& eius hæredes.nam intelligendo,prout faciunt
Doct. illa verba hoc modo non facerent ad pro-
poſitum.Item iſtud patet,dum dicit, hæredes fi-
lij prædilexit,&c.nam intelligit, ꝙ filio ſint ſub-
ſtituti ſui hæredes:aliàs, ſi intelligeretur ſecun-
dũ Doct.iſtud eſſet falſum,per glo.in d.l.Lucius.
& dum Bart. dicit,maximè ſi contingeret hære-
des filij,&c.vult dicere,ꝙ per ſ̃. dictam inſtitutio
nem filij veniẽt etiam extranei hæredes filij. Nec
obſtat,quod dicit Bar.in ſequenti quæſtione, qñ
C teſtator inſtituit aliquem, & eius filios, & hære-
des: quia in noſtro caſu filij ſunt poſiti ſolùm in
conditione,in cõtrario ſunt poſiti in diſpoſitio-
ne.Et ſic tenendo communia,habes duas limita-
tiones: vnam ad primam quæſtionem. nam in-
telligendo eam ſecundũ Alex.& alios,limita, qñ
liberi & eius hæredes eſſent expreſſè inſtituti.
nam tunc ceſſant fundamenta Ang. & Imol. Se-
cunda limitatio eſt ad ſequentem quæſtionem.
Si igitur declaramus Bart.prout faciũt Doct. Bar.
D malè loquitur,quod probo alio fundamento: nã
ſi filius moritur ſine liberis,aut dicemus,ꝙ pote-
rit inſtituere extraneos,quo ad illa bona: qđ eſt
falſum per d.l.ex facto.§.fi.& tunc videtur,ꝙ po-
tiùs debeãt admitti hæredes extranei Titij: quia
cùm ſint ſubſtituti à teſtatore, dicuntur hæredes
teſtatoris,l.j.vbi not.C.de pact.l.fin.C.de hæred.
inſtit. Vnde dicendum eſt, hæredes extraneos
teſtatoris anteponendos eſſe hæredibus extra-
E neis filij.nam cùm omnes ſint extranei, videtur
prædilexiſſe ſuos.Aut dicemus, ꝙ filius non po-
terit inſtituere extraneos. & tunc quæſtio eſt ſu-
perflua.Et hæc intellige mortuis liberis:qa aliàs
ſi ſupereſſent,non poſſet ſuccedere nec Titius, &
conſequenter nec hæredes.& hęc procedunt te-
nendo cõmunia. Sed ego ſum in illa opin. ꝙ ap-
pellatione hæredum in prærogatiuis nõ veniant
niſi hæredes ſanguinis.quam opi. vltra ſuperiùs
allegatos tenet Bal.in conſilio, qđ incipit, præ-
F miſſis verbis ſtatutorũ, & legum incliti,&c.alle-
gatus hîc per Socin.& in conſi.cclxvj.& ſeq.in v.
vol.& ita dicit Bart. conſuluiſſe. credo, ꝙ ſenſe-
rit de conſil.lij.ſalua bene Ioannelli,&c.& Paul.
de Caſt.hîc dicit,ꝙ non auderet conſulere cõtra-
riũ:& ideo in decidendo hæc opinio videt̃ tenen
da,vtpote approbata per culmina legum,ſcilicet
Spec.Bar.Bald.arg.l.ſcire oportet.§. aliud. ff. de
excuſ.tut.& ideo ego teneo indiſtinctè:ꝙ nõ ve-
niant hæredes extranei in caſu quęſtionis Bar.&
circa hanc quæſtionem vide Alex.in cõſi.iij.in ij.
vol.



vol.& Paul.de Caſt. in conſi.ccclvij. ¶ Secunda
quæſtio Bar.ſi† teſtator dicit, ſubſtituo Titium,
32 & eius filios,& hæredes, an intelligamus de ex-
traneis?& concludit,vt hîc per eum. Iſta quæſtio
videtur clara,tenẽdo d.opin. Spec. quia cùm vo-
centur filij & hæredes, debet intelligi de hære-
dibus ſanguinis: quo caſu vocantur ordine ſuc-
ceſſiuo,vt not.§.quidã rectè. ſ̃. eod.nec differen-
tia,quam facit Alex. inter copulam & alternati-
A uam,eſt bona,quia cõmuniter tenetur,ꝙ, quo ad
indicandum ordinem ſuccedendi,nulla ſit diffe-
rentia:ita tenent Doct. in d. §. quidam rectè. ad
ibi dicta me remitto. ¶ Succeſſiuè quæſiuit Bart.
33 hîc,quãdo† appellatio hæredis referatur ad plu-
res hæredes hæredũ?Petr.& Cin. diſtinguebant,
an dictum ſit,Tibi tuoque hæredi,in ſingulari?&
non continet̃ niſi vnus, l.antiquitas. C. de vſufr.
aut dictum eſt Hæredibus,in plurali? & veniunt
B omnes in infinitum, d. l. in annalibus. Bart. hîc
damnat hanc opin.quam tamen ſequitur in l.j.ff.
de cõſtit.princ.hîc verò damnat,quia non eſt dif
ferentia,ſi dico Hæredem,vel Hæredes, quia in-
definita æquipollet vniuerſali,l.ſi pluribus. ff.de
legat. ij. & per hoc fundamentum idem tenet
Cornæus in d.l.in annalibus. Poſſet tamen ſuſti-
neri opin. Cin.vt ſ̃. dixi, quia in diſpoſitionibus
teſtatoris dictio Hęres,in ſingulari prolata,ęqui-
ualet plurali, quando ita interpretando fauetur
C hæredi: & ita loquitur d.l.ſi pluribus.& l. ſi plu-
res.ff.de leg.iij.ſecus, quando ageretur de dam-
no.& ita tenet Bar.in d.l.ſi pluribus.Vnde habes
vnam limitationem ad dicta Bar. hîc Aduerten-
dum tamen eſt, quòd tex. in d. l.antiquitas. non
dicit,quòd teſtator legauerit vſumfructum Titio
& hæredi, ſed quando legatus eſt Titio tantùm,
quærebatur apud antiquos, an iſtud legatũ tranſ
iret ad hæredes in infinitum? & dicit,quòd non,
ſed ad primum tantùm, per rationem, de qua in
D tex.& pro hoc intellectu facit text. in l. vxor pa-
trui.C.de leg.in ratioue dubitandi, gl.in l. ſtipu-
latio iſta,habere licere. §.ſi quis ita ſtipulatus. ff.
de verb.oblig. & quia ille tex. videtur aduerſari,
poteſt dici ſecus eſſe & in ſtipulatione, quæ eſt
ſtricti iuris, & in qua non conſiderantur niſi ex-
preſſa,l.quicquid.ff.eo.tit.in teſtamentis ſecus,l.
ſemper in teſtamẽtis.ff.de reg.iur.& facit text.in
l.ſi quis Titio.ff. de vſufr.accreſcen. non reſtrin-
gendo eum,nec violando.Credo tñ,ꝙ doctr.Bar.
hîc in ſe ſit vera, quam limita primò, quando a-
E geretur de præiudicio hæredis, & eſſet dictum
Hærede,in ſingulari,per ea, quæ dixi ſuſtinendo
opin.Petr.Secundò limita, quando eſſet prola-
tum à teſtatore reſpectu ſuorum hæredum. nam
tũc intelligitur niſi primus hęres:ſecus,ſi ſit pro-
latum reſpectu hæredũ extranei:ita primũ proba
tur in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.
iſtud ſecundũ per doctr.Bar.hîc,& in l.in annali-
bus.& ita tenet Raph.Com.& Iaſ.in d.§.hæc ver
F ba.& hæc limitatio ad d.l. in annalibus.eſt mul-
tùm not. Vnde infertur declaratio & limitatio
ad doctr.Bar.in præcedentib.dum dicit, ꝙ appel
latione hæredum veniũt etiam extranei, per illũ
tex.quia ille tex.non loquit̃, niſi qñ profert ver-
bum Hęredibus,reſpectu extraneorũ,non reſpe-
ctu filiorum.Tertiò limita,qñ eſſet prolatum ver
bum Hæres,in conditione:quia tunc non exten-
ditur vltra ſecundũ hęredẽ,per tex.in l. ſub diuer
ſis.§.fi.& l.cùm ita datur.ff.de cond. & demon.a-
liàs illi tex.eſſent de indubitabili. Eſt verum,ꝙ
in hoc puncto Imol.in d.§.hæc verba. tenuit for-
tiùs,vt non extẽderetur nec ad hæredẽ hæredis, L.29. Gallus. §. Etiamſi parente.
& ſic ad ſecundũ hæredem: ſed ego puto contra-
rium per d.ll.& per alia reprobat eum Iaſ. in d. §.
hæc verba.Fortiùs etiam tenuit ibi Bald.Ang.Ca
to,Paul.de Caſt.ꝙ ſemper in diſpoſitionibus te-
ſtatoris appellatione hæredis non venit niſi pri-
mus hæres, vt in d.§. hæc verba. ſecùs in diſpoſi-
tionibus legũ:& ita ꝓcedit l. ſciendũ. ff. de verb.
ſig.Iſta opi.eſt multùm pulchra, ſi eſſet vera, pro-
pter rationem diuerſitatis,quę eſt in vtroq;.nam
in primo caſu non cẽſetur habita affectio niſi ad
primum hæredem,l.in conditionib.primũ locũ.
ff.de cond. & dem. & in diſpoſitionibus teſtato-
ris attenditur affectio,l.nec adiecit.ff.pro ſoc. ſe-
cus in legibus. Verùm hanc opinionẽ impugnãt
omnes Mod.ibi per text.in d.l.in annalibus.Sed
poſſet ſuſtineri,quia l.in annalibus.loquitur, qñ
dictũ eſt Hæredibus,pluraliter,tenẽdo opi.Petr.
quæ eſt ꝓbabilis,vt dixi: ſed tu reproba ex alio,
quia d.l.ſciendũ.non loquitur in legibus,vt dicit
Bald.ſed in diſpoſitionibus teſtatorũ.nam ponit
pro fallentia caſum d.§.hæc verba.quę eſt prouiſ-
ſio teſtatoris. Vnde† exceptio declarat regulam 34
l.nam quod liquidè.§.fi.ff.de penu leg.cum ſimi-
lib. Poſſet fortè ſaluari in caſu primæ limitatio-
nis,quam ſ̃.dedi.Eſt verum,ꝙ nec ſolutio Raph.
nec ſolutio Imol.nec etiam hęc Bal.mihi placet,
quantum ad d.§.hæc verba.quia non poteſt nega
ri,quin ibi ſit caſus ſpecialis,prout dicitur in d. l.
ſciendũ.ratio ſpecialitatis eſt, quã adſignat text.
in d.§.hæc verba.quia ſecundus hæres eſt inſtitu
tus.Nec dicatur,ꝙ hęc ratio militat etiã in d.l. in
annalibus.arg.d.l.nec adiecit. quia reſpondeo,
ꝙ teſtator plus curat circa perſonam ſucceden-
tis filio,quam ſibi,per ea, quæ habentur in §. ſin
aũt quis.Inſtit.de pup.ſubſt.nam ibi agitur de vi-
ta filij,in hęredibus agitur niſi de bonis,quę ſunt
viliora,l.belliſſimè.ff.de ædil.edict.
¶ In gl.in verbo,*lex*.Not.hanc gl. ꝙ ſecundũ ca
put legis Velleię continetur ſub ſententia primi.
quam opin.tenui ſ̃.prox. §. & defendi à contra-
riis.Nunc credo idem, intelligendo ſecundũ ca-
put,prout faciunt Doctores.nam tenendo opin.
quam tenebo in §.ſeq. iſtud eſſet falſum. nam ſe-
cundum caput non loquitur,quo ad ſucceſſionẽ
hæreditatis,ſed ſolùm,quo ad ſuitatẽ,vt declara-
bo in d.§. ¶ In glo.in verbo,*vtriſq;*. Iſta gloſ. perſe-
uerat in ſuo intellectu, ꝙ hîc præteritus eſſet ne-
pos.ſed iſtud eſt contra tex.in verbo,vtriſq;.quæ
† dictio debet æqualiter determinare, l.iam hoc 35
iure.j̃.de vulg. & pupil. Quare dic, aut ꝙ nemo
horum erat inſtitutus,ſed ſolùm poſiti in condi-
tione,vt ſ̃.declaraui in ij.not.aut dic, imò nepos
erat inſtitutus propter dictum fundamẽtum. Nõ
obſtat tex.in §.nam & ſi filius.quia illud eſt tem-
pore Galli,quo tempore non poterat fieri: ſecus
per legem Velleiam,vt dixi in iiij. not. ¶ In gloſ.
*Galli Aquilij*,&c.Not.ex iſta gl.& etiam ex textu,ꝙ
verba Scæuolæ ſunt ſuppletiones ad conſilium
Galli:& ſic hîc eſt caſus pro gl.in §.idem creden-
dum.ſ̃.eo.quæ dicit,ꝙ Scæuola repræhẽdit Gali
lum de inſufficientia: vnde videtur falſa opinio
Raph.& Mod.qui tenẽt contrariũ. Nec obſtat, ſi
reſponderetur ad hũc text.ꝙ ſuppleat quo ad ver-
ba,non quo ad mentem:quia reſpondeo, ꝙ iſtud
eſt contra hunc tex.nam illi caſus, qui ſupplen-
tur per Scæuolam, continentur ſub lege Velleia
verbis generalibus:ergo ex mente tantùm, ſecũ-
dum glo.in §.& quid ſi tantùm.in verbo,omnes.
vbi dixi:& tamẽ hîc non cadit ſuppletio,quia ex

mente: tunc ergo debet ſuppleri, quando non compræhenditur aliquid nec ex mente, nec ex verbis. Eſt verum, quòd ego dubito de illa gloſ. per ea, quæ not. Din. in c. fin. de reg. iur. Bart. in l. prætor. in princ. ff. de op. no. nunt. ¶ In gloſ. fin. in princ. Tene intellectum, quem ego dedi in fin. gloſ. opponitur de §. in omnibus. vbi nõ valet exhæredatio nepotis poſt mortem. Solue, vt dixi in vj. not. ſed aduerte, q͂ Cato Sac. hic dat nouum intellectũ ad iſtum verſiculũ, nec ſolùm. nam in fine, dum dicitur, dum modò hæres inſtitutus ſit, aut exhæredatus, intelligit de pronepote. quem intellectum is, cui placeat, amplectatur. nam contra eum obſtat, quia in verſic. ſed & ſi. non poteſt negari, quin text. loquatur in nepote: poſtea ſubſequitur verſic. dum modò. qui venit limitatiuè, & conſequenter debet intelligi ſecundum præcedentem caſum l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de penu leg.

a ¶ Videndum num hac poſteriore parte, A SI QVIS EX SVIS HÆREDIBVS SVVS HÆRES ESSE DESIERIT, LIBERI EIVS, &cæt. IN LOCVM SVORVM SVI HÆREDES SVCCEDVNTO b: B poſſit interpretatione induci, vt ſi filiũ apud hoſtes habẽs, nepotem ex eo hæredem inſtituas: non tantùm ſi viuo te filius decedat, ſed etiam poſt mortem, antequam ab hoſtibus reverſus fuerit, ſuccedendo non rumpet.

1 *Secundum caput l. Velleiæ, & declaratio eiuſdem. 2, 8.*
3 *Verbum Eſſe, interdũ fictionis, interdũ veritatis nota. 4.*
6 *Effectus eius, quòd ſpes approbata pendeat.*
7 *Habens actionem perſonalem, vel ius, dicitur habere ſpem: ideòque prohibitione de rebus non alienandis is non compræhenditur.*

§. VIDENDVM EST, NVM a. ¶ Etiã ſi quis ſuus hæres eſſe deſierit reuocabiliter, tñ non impedit, quin in eius locum ſequẽtes in gradu ſuccedant b.
Notab. I. b 1 ¶ Not. † primò verba legis Velleiæ in ſecundo capite, ſi quis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſierit, liberi eius & cæteri in locum ſuorum ſui hæredes ſuccedant. quæ verba ſuppleat Din. Bar. & Mod. vt intelligantur, ſi ſui hæredes ſint inſtituti, quorum opin. ſecutus ſum ſ. §. prox. in iiij. not. Nunc meliùs meo iudicio cogitans, teneo iſta verba eſſe perfecta, nec opus eſſe aliqua vlteriori ſubauditione. & pro hac opin. eſt primò iſte tex. generaliter intellectus eum nõ violando. teneo enim, q. in hoc ſecundo capite Velleius nil introduxerit circa inſtitutionẽ ſuccedentium in locum ſui hæredis mortui, viuo teſtatore verè, vel fictè, ſed ſolùm introduxerit, vt ſuccedant in locum ſui hæredis. & ſic iſtud caput ſecũdum non erit ſuperfluum: quia teneo, quòd ex lege XII. Tabularum tales nepotes, vel pnepotes non ſuccederent in locum ſui hæredis, per text. hic, & in l. j. C. de lib. præter. pro qua opin. facit, quia de iure XII. Tabularum nõ erat locus ſucceſſorio edicto in ſuis de perſona in perſonã. nam iſtud nullibi reperitur. Nec dicas, q. iſtud erat, quia non poterãt abſtinere, §. ſed his permittit. Inſt. de hæred. qual. & differ. quia hoc attento, ſaltem debuiſſet eſſe locus, quo ad hæreditatem, licet, quo ad ſuitatem, non: & tñ contrarium determinatur in l. qui ſe patris. C. vnde lib. in §. fi. Inſt. de leg. ag. ſucceſ. item facit, quia etiam eo iure filius debebat hæres inſtitui purè, vel ſub conditione poteſtatiua facili: in nepote, vel cæteris deſcendentibus iſtud non erat, l. ſuus quoq;. ff. de hæred. inſt. not. Paul. Caſt. in §. nunc de lege. in fi cõmenti, ſ. ea. leg. vbi eſt caſus pro hac opin iuncta d. l. ſuus quoq;. Cùm ergo dentur tot differẽtiæ inter filios & nepotes, non eſt abſurdum dicere, q. de lege XII. tabularum nepotes non ſuccedebant in locũ filij. q͂d induxit lex Velleia. & ſic hoc ſecundum caput non erit ſuperfluum. Cõtra cõmunem opin. Docto. etiam facit q͂a tenẽdo ſuas declarationes Velleius introduxiſſet ſolùm, ne teſtamentũ rumperetur, nõ aũt aliquem caſum, vt rũperetur. prout firmat Paul. de Caſtr. in d. l. ij. C. de lib. præt. & in §. quid ſi is. ſ. ea. l. & in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ſ. eodem. Sed hęc opin. eſt contra text. in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſt. vbi expreſſè dicitur Velleium introduxiſſe modos rumpẽdi. nam aliàs imperator ibi loqueretur impropriiſſimè, quod non eſt dicendum. Videtur ergo verior opin. quòd Velleius introduxerit ſolùm modos ſuccedendi in ſuitate. Vnde cùm hoc introduxerit, C ſequitur, quòd voluerit, vt præteriti rumpant, inſtituti, vel exhæredati non rumpant, vigore extenſionis paſſiuæ, de qua in l. ſi qui ſeruo. C. de furt. cùm is, qui ſit in poteſtate, debeat inſtitui, vel exhæredari, l. inter cętera. ſ. eo. Et pro iſta opin. quòd ante Velleium non eſſet opus inſtituere nepotem ſtante filio, &c. eſt caſus in §. in omnibus. ſecundum vnam lecturam, ſ. ead. l. Et hoc tenendo reſpondetur ad fundamentum, quòd poſſet fieri conſilio Galli, quod Gallus in- D troduxit, vt poſſet inſtitui nepos, non quia ne rumperet, ſed quia videbatur abſurdum, q. debet excludi ab hæreditate aui, d. l. ſi quis filium. Nec obſtat tex. in §. nam & ſi filius. & in §. quid, ſi is. ſ. ea. l. ex quibus colligunt Doctores, q. Gallus introduxit illud remedium, ne rumpatur teſtamentum: quia reſpondeo, quòd in illis iuribus Iuriſconſultus ita loquitur non reſpectu temporis Galli, ſed reſpectu temporis proprij, quo tempore per legem Velleiam teſtamentum eſſet ruptum: & hoc innuit d. §. quid, ſi is. Non obſtat e- E tiam text. in l. Titius. ff. de ſuis & leg. vbi dicitur, quòd ex lege XII. tabularũ talis nepos ſuccederet, modò eſſet conceptus viuo auo. quia non ſequitur, ſuccederet ab inteſtato, ergo cõtra teſtamentum. iſtud patet ex gl. in l. j. in princ. in ij. gl. ff. de contra tab. quam ſequitur Bar. in §. præced. Declarando † igitur iſtud caput, ſciendum eſt, q. 2 Velleius voluit, vt iſti nepotes, pronepotes, &c. ſuccederẽt in locum patris, vel eius, qui eos præceſſiſſet, ſi moreretur viuo teſtatore. vnde talis F nepos, vel pnepos inſtitutus, ſi eius pater ſit prẽteritus, rumpit teſtamentum, quia cùm ſit inſtitutus tãquam ſucceſſurus in ſuitate, & non poſſit, quia pater eum pręcedit, teſtamentũ annullatur, & ipſe rumpit, quia ex eo hæres eſſe non poteſt. & hoc eſt, q͂d dicit text. ſ. prox. §. mortuis vtriſq;, nepos inſtitutus, &c. nõ rumpet, &c. itẽ in verſic. nec ſolùm. nec ſuccedẽs pnepos auo mortuo rumpat, &c. nã niſi intellexeris illos tex. hoc modo, certè fiet euidẽs violatio, ad idẽ tex. in d. §. nam



nam & ſi filius. in verſic. ita ſanè. intelligendo verbum Ne ſucceſsione, ſcilicet pronepotis, prout ſuſtinendo vnum intellectum gloſ. ibi aliàs declaraui. Nec obſtat, ſi diceres, quòd cùm illud ſit nullum præteritione nepotis, l. inter cætera. ſ. eod. non poterit amplius annullari, l. nam & ſi ſub conditione. verſic. poſt defectum. ſ. tit. j. quia reſpondeo, quòd non eſt abſurdum, quòd aliqua res ſit nulla,

Nihil enim addidit, quo ſignificaret tempus: niſi quòd (licet audenter) poſſis dicere, viuo patre hunc A ſuum hæredem eſſe deſiiſſe a, licet poſt mortẽ decedat: quia nec redit, nec poteſt redire.

propter duo, quorum vtrunque de per ſe ſatis eſſet, arg. §. affinitatis. Inſt. de nupt. exemplum in ſtipulatione turpi, quæ peccat in forma. Et ſi dixeris, cur ergo Iuriſconſultus hic non fecit mentionem de alia ruptura præter præteritionem B nepotis? reſpondeo, quòd ideo dixit de ruptura occaſione ſucceſsionis pronepotis in ſuitate, quia illa ſola pertinebat ad Velleium, qui propriè locutus eſt de iſta ſucceſsione, vt in hoc §. in verbo, ſuccedant. licet alia pertineat in conſequentiam verborum Velleij. Sed & hoc propoſito non tam attenditur, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. Et hæc ſint dicta cum venia. nam cùm nullus tangat, non audeo firmare pedes. Tene igitur, quam opin. velis, aut communem, aut opin. quam tenui in præcedenti §. aut hic. C

a a ¶ Not. ſecundò eſt text. ibi, *hunc ſuum hæredem*
II. *eſſe deſiiſſe.* quòd † verbum Eſſe, denotat fictio-
3 nem. nam viuo patre iſte filius deſinit eſſe ſuus per fictionem legis Corneliæ, l. lex Cornelia. ſ. de vulg. & pupil. & quòd denotet fictionem, tenet Baldus in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. Idem verbum etiam denotat cauſam mouentem, vt eſt tex. in §. ſeruitus. Inſtitut. de iure perſon. Quid
4 † dicemus? in contrarium ſunt communes regulæ, quòd imò verbum Eſſe, importet veritatẽ, & D cauſam proximam. Primũm probatur in l. mercis appellatione. vbi gloſſ. ff. de verb. ſig. ſecundum in l. ſi mulier. ff. rer. amot. facit, quia Loco alicuius eſſe, impropriè eſt Eſſe aliquem, vt eſt gl. in d. l. mercis. & tamen poſthumus iam natus, & ſic ſuperſtes, dicitur loco ſuperſtitis: text. eſt in l. ſi à primo. in princ. ſ. eod. vbi Mod. not. in vj. not. Item pronepos ſuus dicitur in loco ſui hæredis, ſ. §. prox. ad idem facit, quia verbum Videtur, importat fictionem, l. qui liberis. §. hæc verba. vbi Moder. ſ. de vulg. & pupil. Bartol. & Mod. E in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap. & tamen importat etiam veritatem: gloſ. in l. ſeruum filij. §. j. de leg. j. cum ſimilibus allegatis per Moder. in dictis iuribus, & in l. j. per illum tex. ff. de iur. om. Iud. Item verbum Videtur, quo ad quid, importat veritatem, quo ad quid, fictionem, vt per Bart. in l. ij. ff. de oper. no. nunt. Breuiter recurrendum eſt ad doctri. Barto. in l. ſi maritus. in §. legis. ff. ad leg. Iul. de adult. vbi vult, quòd in diſpoſitionibus legum talia verba importent veritatem, quia F fictio legis in legalibus diſpoſitionibus eſt veritas, l. ſ. fi. ff. de probat. & ita debet intelligi hic verbum Eſſe, vt importet veritatem reſpectu iuris ciuilis, licet alijs reſpectibus contrà. ¶ Not. ter-
III. tiò ſecundum Bald. q. † q͂n aliquid eſſentialiter
5 non pendet, licet potentialiter ſic, tamen cenſetur non pendere, quãtum ad effectum reſolutionis pertinet. Contrarium vult Bart. hic, dum tenet, q. hic caſus non ſpectet ad primum caput legis Velleiæ, de quo latiùs hic per Socin. Concordando breuiter diſtinguendum eſt circa ſpem: L. 19. Gallus. §. Videndũ num.
aut † eſt ſpes approbata, & procedit opin. Bart. pro qua eſt deciſio Barto. cõmuniter approbata, in l. is poteſt. ſ. de acquir. hæred. vbi, ſtante ſtatuto, q. quicũq; habet 6 inſtrumentum teſtamenti, vel codicillorum, debet illud facere inſinuare intra decẽ menſes, aliàs non valeret, dicit, quòd ille, cui ex aliquo inſtrumẽto debetur fideicõmiſſum, tenetur illud producere, quia eius ſpes eſt approbata, vt ibi per eũ, quem ſequuntur alij. Aut ſpes eſt reprobata: & tunc non cenſetur pendẽre: ita procedit tex. in l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. in l. intercidit. ff. de condit. & dem. & hoc caſu opin. Bal. eſt indubitabilis. Aut lex illi potentiæ nec adſiſtit, nec reſiſtit: & hoc caſu puto Bal. vera dicere. nã in noſtro caſu lex non adſiſtit, nec reſiſtit. ſi enim adſiſteret, certè interim filius non eſſet ſuus: item interim filius ſibi non acquireret, ſed patri, quod eſt contra text. in l. pen. ſ. de ſuis & leg. nam quado lex adſiſtit alicui ſpei, tunc ea habetur pro vera, & tanquam ſi iam accidiſſet, l. poſt emancipationem. ff. de lib. leg. facit text. in l. nomina. ff. de hæredit. vel act. vendit. Et quòd hic non ſit ſpes, cui lex adſiſtat, patet ex not. per Bartol. in l. fi. C. de pact. & d. l. is poteſt. & in d. l. poſt emancipationem. nam illa ſpes, quæ conſiſtit in voluntate hominis, non eſt approbata, vt dicitur in d. legibus, & eſt text. in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. Sed hæc conſiſtit, quia niſi iſte captus voluerit, nec redibit. Item ſunt alia plura impedimenta, quæ faciunt, vt non conſideretur iſta ſpes. Sed contrà de d. l. nec nos. & l. ſi quidẽ. C. ſol. matrim. poteſt dici, iſtud in dubio eſſe in fauorem captiuorum. Puto tamen hoc tertio caſu ſubdiſtinguendum, ſecundum ea, quæ dixi in §. etiam. in j. reſponſo, ſ. eod. vt quãdo lex non aſſiſtit, nec reſiſtit, aut conſiderata iſta potentia, non tamen præiudicatur alicui: & tunc æquum eſt, eam cõſiderari, veluti in caſu l. nec nos. C. de capt. nam illa conſideratio reditus non nocet filio, niſi ad ſolum titulum, ex quo ſi captus moriatur apud hoſtes, omnino habiturus eſt bona. & hoc caſu loquitur Bartol. in §. & quid ſi tantùm. ſ. ead. dum vult, quòd propter potentiam redeundi patre mortuo ciuiliter filius non ſubintrat in eius locum. Ratio eſt, quia per hoc nullum fit ſi ci præiudicium, vt dixi ſ. §. proxim. & hæc eſt ratio dubitandi in §. iſto: nam non videbatur, quòd nepos deberet ſubintrare in locum patris, ſecundum quod diſponunt verba legis Velleiæ, ex quo pater poteſt redire: ſed determinatur, quòd poteſt etiam interim, dum pater viuit apud hoſtes. Ratio eſt, quia hic fieret præiudicium ſaltem auo teſtatori, ſi teſtamentum rumperetur. Item quia in iſto caſu, moriente poſtea patre, vt præſupponit tex. per retrotractionem legis Corneliæ fingitur à principio mortuus, licet interim ſecus, fauore captiuorum. Et hæc ratio videtur melior, quàm ea, quam adſignat Socin. hic, dum dicit, quòd dubium erat, quia lex Velleia loquebatur, quando nepos præcedebatur à filio, qui deſineret eſſe ſuos: ſed filius non poterat deſinere, ex quo non erat ſuus, quia priuatio præſup-

poniт,&c. Sed iſtud fundamentum nil valet: quia imò erat ſuus, vt patet ex not. per Bartol. ſ. proximo §. ſed per captiuitatem deſiuerat eſſe ſuus. & hæc eſt melior ſolutio, quàm ſolutio Bar. hîc, quā tenet Iaſon hîc, dum adſignat rationem decidendi. Secundò arguit Soc. q lex Velleia loquebatur, quādo viuēte patre filius deſineret eſſe ſuus. Vnde quamuis deſinat fictè, non erat trahenda ad caſum fictum, l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & iſtud fundamentum facit hîc Paulus de Caſt. Alex. Iaſ. Sed reſponde, quòd quælibet conſtitutio ſimpliciter loquens, verificatur etiam in caſu ficto à iure in eadē materia, c. cùm dilectus. etc. ad audiētiam. vbi Abb. de cler. non reſiden. facit regula extenſionis paſſiuæ, de qua in l. ſi qs ſeruo C. de furt. & iud. §. & B quid ſi tantùm. Tertiò arguit Soci. quòd lex Velleia loquebatur, quando inſtituitur primò filius, mox nepos, etc. ſed errat, quia habet locum, etiā ſi teſtator mortuo iam filio, inſtituat nepotem, & cæteros, vt cōſtat ex verbis l. ſi quis ex ſuis hæredibus. nam eſſet maxima reſtrictio, intelligere ſolùm viuente filio, & deſinente. & hoc tenent Paul. de Caſt. & alij in §. etiam. ſuprà ead. l. Sed ſolue, vt hîc per Bartol. & ſic melior videtur alia ratio. Intelligemus ergo interpretationē in hoc C text. inductiuam & extenſiuam ex æquitate, vt ſuprà patet.

7 ¶ Ex † hoc text. infert Bartol. ad quæſtionem ſtatuti vetantis rem vendi alienigenæ ſub pœna, ad quam teneantur vendens & conſentiens, an ſi quis habens actionem perſonalem, vel ius aliquod, putà ratione fideicommiſſi, vendat, vel conſentiat, teneatur pœna ſtatuti? & concludit, quòd non per hanc rationem, quia iſti non habent niſi ſpem. Quòd autem cenſeantur habere D rem, iſtud eſt ex interpretatione extenſiua, quę non habet locum in ſtatutis. Sed contrarium videtur verius, per ea, quæ notant hîc Aret. & So-

8 cin. de quibus hîc per eos. Aduerte † etiam, quia ad fugiendas tot amaritudines videtur tenendus meus intellectus, ſcilicet quòd iſtud ſecundum caput non loquatur, niſi quo ad ſucceſſionem in ſuitate: quo ad inſtitutionem, non, ſed tunc loquatur primum caput. Vnde in hoc text. dubitabatur, vtrùm patre captiuo impediretur nepos ſuccedere in ſuitate? text. determinat, q E non & hoc eſt vigore legis Corneliæ: & ſic omnia ſunt plana. Sed contra iſtum text. opponitur: hic nepos in noſtro caſu eſt incertus de ſtatu ſuo, quia eſt in pendenti: ſed incertus non poteſt adire, l. ſi hęres. ff. de acquir. hęredit. ergo, etc. Soluit Cato ſecundum Bart. contrarium procedere in hæreditatis aditione, quæ fit propter hominem: ſecus in ſuitate, quæ fit à lege. & lex eſt ſemper certa. Sed iſta ſolutio non placet: F quia falſum eſt hoc per not. per Bartol. in l. cùm quidam. §. ſuum. ff. de acquir. hæred. Quare di-

9 cas, quòd † imò filius eſt certus ſe eſſe ſui iuris. nam ſuſpenſio non operatur, niſi quando ageretur de fauore captiui, vt ſ. dixi. Cogita tamē.

1 *Summatio & declaratio textus.*
2 *Actionum directarum & vtilium deſcriptio.*
4 *Inutiliter inſtitutus an ſemper cenſeatur præteritus.* 8.
9 *Argumentatio à duorum iurium coniunctione qualiter procedat.*

11 *Ordinaria iuriſdictio non tam eſt fauorabilis, vt alteri obſit.*
12 *De probatione per famam.*
14 *Declarationes dictionis* IN. 15, 17, 18, 19.
16 *Periurij vitandi cauſa teſtes conciliandi, etiam verbis impropriatis.*
20 *Caſuum Galli & Velleij differētia.*
21 *Iulianus auctor edicti ppetui quare vocetur.*
22 *Poſthumorum inſtitutio à Gallo, non à lege* XII. *tabularum introducta.*
23 *Multiplices intellectus verſ. non permittit, &c.*

¶ Ille caſus [a] in difficili eſt, ſi filiū habeas, & nepotē nondū natū inſtituas, isq́ naſcatur viuo patre ſuo, ac mox pater decedat. A

§. ILLE CASVS [a]. ¶ Nepos † natus viuo patre, eo mortuo, viuo teſtatore ſuccedit in locum patris, & debet inſtitui ex mente legis Velleiæ, vel etiam ex verbis, ſecundum Iulian. a B iuncto vtroque capite: quòd ſi emancipetur, 1 non erit ſuus hæres neceſſarius, ſed voluntarius. Hoc dicit vſque ad finem. Et quia iſte tex. eſt difficilis, & Doctores malè intellexerunt, venio itaque ad declarationem textus in verſiculo, *denique.* ibi, *poſteriori capite non permittit inſtitui, ſed vetat rumpi.* Gloſſa iſtum textum intelligit pluribus modis, ſed malè, vt dicam infrà in gloſ. Quare ego puto, quòd Iuriſconſultus voluerit dicere, C quòd, quo ad caſum Iuliani ſuprà relatum, ſecundum caput legis Velleiæ non permittit eum nepotem inſtitui, quia non loquitur, niſi quando iſte nepos ſuccedit quo ad teſtamentum, ſed in ſuitate, ſed vetat rumpi, quando eſt inſtitutus. Ratio eſt, quia per illud ſecundum caput iſte nepos ſuccedit filio in ſuitate. & ideo cùm ſuccedat, & reperiat ſe inſtitutum. non poteſt rumpere. Et hic textus ineuitabiliter facit pro illa opinio. quam tenui ſuprà, §. proximo, vbi dixi, D quòd ſecundum caput legis Velleiæ non loquitur, quo ad ſucceſſiones hæreditatis, ſed ſolùm, quo ad ſucceſſiones in ſuitate. nam hîc eſt textus quòd hunc nepotem non permittit inſtitui. Ratio eſt, quia dicta lex ſe non impedit de inſtitutione, ſed vetat rumpi: quia facit, vt ſuccedat in locum filij: & cùm ſis inſtitutus, non poſſit rumpere. ¶ Venio ad verſiculum, *porrò.* Raphael hîc dicit, quòd Iuriſconſultus loquitur ironicè in hoc verſiculo: ſed iſtud eſt inſulſiſſimum. Alij hîc dicunt, quòd ſtat interrogatiuè: ſed iſta E eſt violatio, quia verbum Porrò, non eſt interrogatiuum, ſed determinatiuum, & ſignificat Certè, & habet accentum in vltima. Quare ego intelligo text. propriè, quòd Iuriſconſultus determinet, quòd iſte nepos poſſit ſuccedere, quia inſtitutus vtiliter, hoc eſt, quamuis nullo iure potuerit inſtitui conſideratis verbis, tamen conſiderata mente legis valet inſtitutio. nam vult hîc Scæuola, quòd iſte caſus pertineat ad legem Vel- F leiam, non ex verbis legis, ſed ex mente: & ſic interpretare verbum Vtiliter, id eſt, ex mente legis. nā in iure iſtud importat hoc verbum. Vnde † dicimus Actiones vtiles, quæ oriuntur ex mente legis: Directas verò eas, quæ oriuntur & ex 2 mente & ex verbis, vt traditur latè per Bartol. in l. curatores. C. de negot. geſt. vbi & Aretin. & alij. ¶ Venio ad verſiculum, *Iuliano.* qui verſiculus aduerſatur ſuperiori verſiculo, *Porrò.* Determinauerat Iuriſconſultus iſtum nepotem eſſe inſtitutum vtiliter, & ſic ex mente legis Velleiæ, vel ex mente interpretata per identitatem



tem rationis, ſecundum Bartol. in d. l. curatores. Iulianus aduerſatur huic ſententiæ, & fortiùs tenet, quòd imò hic caſus pertineat ad legem Velleiam, non ſolùm ex mente, ſed etiam ex verbis legis, & ſic coniuncto vtroq; capite: vel, ſecundū Bald. in d. l. curatores. ex mēte nó interp̄tata, ſed declarata coniuncto vtroq; capite. ex primo quidē in quantum dicitur, q poſſunt inſtitui nondum nati, qui cùm naſcerentur, ſui erunt in illis verbis, omnis virilis ſex⁹, qui ei ſuus hæres, & cętera. ex ſecundo verò, in quantum concedit, quòd iſte nepos fiat ſuus hæres patri, & ſuccedat in ſuitate. Et hîc habes declaratum text. in principio enim ponitur caſus: & ſic vna quæſtio, & ponuntur rationes dubitandi. in verſiculo, deniq;. ponuntur argumenta pro contraria parte, ex quorum mente Scæuola decídit hunc caſum in verſiculo, porrò. quam deciſionē refert in fortioribus terminis intelligi à Iuliano, declarando, vt dixi. Rationem autem decidendi in verſiculo, quæremus. quem quidam legūt pro C §. dicemus infrà, vt minus confundamur ex tot declarationibus congeſtis.

Non enim ſuus hæres eſt tempore, quo naſcatur: nec poſteriori alij ſuccedēdo [a] prohiberi videtur rumpere, quàm qui iā natus erit. Deniq; & ſuperiore capite vt liceat inſtitui nondum natos, qui cùm naſcētur, ſui erunt, permittit: poſteriore capite A non permittit inſtitui, ſed vetat rumpi [b], neve ob eam rem minus ratū eſſet, q̊d ſuccedit. Porrò ꝓcedere debet, vt vtiliter ſit inſtitutus: q̊d nullo iure potuit, qui nōdum B

a Notab. I. [a] ¶ Not. primò ex textu ibi, *nec poſteriori alius ſuccedendo,* &c. quod † lex Velleia in ſecundo capite 3 introduxit, vt qui in locum ſui hæredis ſuccederet, non rumperet. Quod intellige, ſi erat inſtitutus. Declaro: de iure XII. tabularum non poterat inſtitui nepos, vel ſequens in gradu, viuente filio, vel alio, à quo præcederet, per rationem, quam dixi §. etiam. in iiij. not. ſ. ea. l. & ideo ſi accidiſſet, quòd filius eſſet mortuus, ſequentes in gradu rumpebant, tanquam præteriti Velleius vidit, quòd iſtud erat iniquum. Quare in hoc ſecundo capite introduxit, vt tales nepotes & ſequentes ſuccederent in locum liberorum in ſuitate: & conſequenter, quòd idem ius ſeruaretur de ipſis, quod de filiis. Vnde ſi ſint ſubſtituti filio, vel inſtituti in caſu, quo filius moriatur, ſicvt priùs rumpebant, hodie per legem Velleiam non poſſunt rumpere, ex quo ſunt inſtituti, & ſucceſſerunt in locum patrum: & ita debet intelligi l. ij. C. de lib. præter. aliter illud contrarium, quod mouet ibi gloſ. realiter loquendo, eſt inſolubile. Imo. tamen & dom. Alexand. in §. præcedenti aliter declarant legem duodecim tabularum, ſed in effectu illa opinio parum diſtat ab

b hac. [b] ¶ Not. ſecundò ex text. ibi, *vt vtiliter ſit in-*
II. *ſtitutus.* tenendo communem intellectum, quòd
4 † invtiliter inſtitutus dicitur præteritus, ſicut etiam inutiliter exhæredatus, l. nō putauit. §. non quamuis. ff. de contratabul. faciunt, quæ not. in §. forſitan. vbi dixi, ſ. eod. Et hæc infert An- 5 gel. ad quæſtionem, quòd ſi † ex forma ſtatuti teſtamentum valet coram quinque teſtibus, & filius, vel nepos bannitus, quo caſu nō gaudet priuilegijs ſtatutorum, fuerit inſtitutus in tali teſtamento, non valebit teſtamentum, & cenſebitur

6 præteritus, quia invtiliter inſtitutus. Item, † legata facta in tali teſtamento non confirmabuntur, per authent. ex cauſa. C. de liber. præter. & ita limitat Angel. illam auth. Circa primum opin. Angel. videtur vera & communis, tenendo tū opin. Bar. in l. ex facto. §. ex facto. ad Senatuſc. Trebel. vt hîc per Alexand. Moder. tamen arguunt in cōtrariū. Primò, quia ideo teſtamentū iſtud non valet: qa iſte bānitus eſt extra protectionē ſtatutorū ſuę vrbis, l. fin. §. ſin verò, poſtquam. C. de iure delib. ſed iſtud inductū eſt in eius odiū: ergo non debet operari in fauorem, l. legata invtiliter. ff. de adim. le. nam operaretur in fauorem, quia ſuccederet ab inteſtato, & non præſtaret legata. Sed ad hoc fundamentum tenendo communem, poſſes reſpondere, quòd non eſt abſurdum, ſi † aliquid introductum generaliter in odium, aliquo tamen caſu operatur in fa- 7 uorem, cùm attendatur, quod principaliter agitur, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. iſtud probatur in l. tranſigere. C. de tranſact. vbi in odium accuſati de crimine nō capitali ſtatutum fuit, ne poſſet tranſigere, certè iſtud poſſet ſibi prodeſſe, C ſi poſtea ſuperuenirent ſibi probationes ſe fuiſſe inſontem. nam tunc debet abſolui, nullo dato, quod non eſt in tranſactione, l. j. ff. de tranſact. meliùs probatur in l. tranſactio nullo dato. C. eod. tit. facit text. in §. ſicut. in authent. de non alien. & quæ not. Docto. in l. ij. ff. de offic. eius, qui. facit etiam text. in l. j. §. j. ſ. de collat. bonor. in qubus locis patet, quòd Imperator ſtatuit in fauorem eccleſiæ, ne bona eccleſiaſtica poſſent alienari, quod procedi etiam in illis D bonis, quæ plus habent damni, quàm lucri. Sicut ergo ibi patet, quòd quando aliquid eſt generaliter ſtatutum in fauorem, non eſt abſurdum, ſi aliquando operatur in damnum: ergo idem è conuerſo. Et per hoc remanet etiam ſublatum ſecundum argumentum, quod tendit ad idem. Circa ſecundum dictum Angeli declara illud, vt hîc per Modern. Sen. ſed aduerte, quia videtur omnino verum, licet Imol. & Raph. teneāt E contrarium. nam in noſtro caſu non eſt tam defectus præteritionis, quàm ſolennitatis. nam filius eſt inſtitutus. Bene verum eſt, quòd cùm eſſet bannitus, requirebantur ad valorem teſtamenti ſeptem teſtes: ſed in caſu Angeli non interuenere niſi quinque: vnde propter defectum teſtium teſtamentum redditur nullum, l. ſi vnus. C. de teſtament. quo caſu non habet locum d. authent. ex cauſa. ſecundum omnes ibi. Nec obſtat, quòd cenſeatur præteritus, ſecundum F notabile collectum ex iſto text. & gloſ. in l. ſi poſthumus à primo. in gloſ. j. ſ. eod. quia nego iſtud not. eſſe verum, ſi ita ſimpliciter intelligatur, quia hoc modo etiam teſtamentum nullum ex defectu ſolennium, diceretur eſſe nullum præteritione. Ad hunc text. reſpondeo, quòd non probat hoc not. tenendo intellectum, quem dedi ad d. verſicul. porrò. vel etiam tenendo communem: quia non eſt ſumendum argumentum à contrario ſenſu, vbi reſultat abſurditas, vt eſt text. in l. ij. C. de condit. inſt. Item hic text. non loquitur, quando eſt nullum teſtamentum propter

L. 29. Gallus. §. Ille caſus

defectum teſtium, ſicut nec gloſ. in d. l. ſi poſthu-
mus à primo. vt eſt caſus Bart. & contra iſtud te-
nent Raph. Aretin. Iaſ. in §. forſitan. ſ. ead. leg.
8 Pro † declaratione tamen dicendum eſt,[3] quòd
aut filius eſt invtiliter inſtitutus principaliter, &
tunc cenſetur præ-
teritus: aut in con-
ſequẽtiam, vt in ca-
ſu Angeli: nam cen-
ſetur invtiliter inſti
tutus, ex quo adire
non poteſt propter
teſtamentum iniu-

**natus erat, Iuliano tamen[a] videretur, duobus quaſi capitibus legis commiſtis, in hoc quoque inducere legem, ne rumpantur teſtamenta.**

ſtum: & tunc non cenſetur præteritus, niſi for-
taſſe largo modo: debet enim conſiderari prin-
cipale, d. l. ſi quis nec cauſam. Item cauſa proxi-
ma, l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. &
pupil. vbi Bart. & hæc procedunt in caſu Angeli,
quando filius, vel nepos eſſet inſtitutus non da-
to cohærede: nam dato cohærede videtur con-
trarium dicendum, ex quo teſtamentum valet in
eo, nec cohæredi obſtat defectus teſtium: quam
opin. tenet hîc Alexander, ſed in puncto iuris a-
III. lia videtur verior, per ſuprà dicta. [a] ¶ Not. iij. ex
a verſiculo, *Iuliano tamen*, etc. quòd valet argumen-
tum ex coniunctione duorum iurium. ſuper quo
latiſsimè inſiſtit Aretin. ſuper quo videndæ ſunt
I. aliquæ quæſtiones. Prima † eſt, ſi ſtatuto cauetur,
9 quòd in cauſis à centum libris infrà, talis ſit iu-
dex, & alio ſtatuto proviſum eſt, quòd in cauſis
pupillorum alius ſit iudex, ſi contingat cauſam
verti cum pupillo à centum libris infrà, an ambo
iudices debeant ſe coadiuuare, an locus ſit præ-
ventioni, an ille ſolùm, qui eſt iudex pupillorũ?
videretur, quòd ambo poſſent, per text. in l. pri-
ma, ff. de offic. conſul. & not. per Baldum hîc.
Sed reſponde ex mẽte Imol. quòd illa lex loqui-
tur, quando clarum eſt, quòd alteruter de per ſe
poteſt: ſed in noſtro caſu eſt dubium. Breuiter
agendo ego puto, quòd hæc cognitio pertineat
ad iudicem, qui ſpecialiter datus eſt in cauſa pu-
pillorum: nam illa cauſa eſt magis ſpecialis: vn-
de derogat generali, c. ſtuduiſti. de offic. leg. &
hæc opin. eſt communis hîc, vt hîc per Mod. Pu-
to tamẽ, quòd ſi ille, qui eſt iudex in cauſis à cen-
tum libris infrà, ſit ordinarius, quòd etiam ipſe
poterit congnoſcere: nam ſpecialia derogant ge-
neralibus, quando vtraq; ſunt ſimul incompati-
bilia & contraria, vt declarat Bald. in conſi. clx.
incip. verba pactorum. in j. vol. pro quo eſt text.
in l. ſeruis vrbanis. in fi. ff. de leg. iij. Sed in noſtro
caſu non eſt incompatibile, quòd vterq; cogno-
ſcat, l. j. ff. de off. conſ. Ergo, etc. & ita debet intel-
ligi doctrina Bart. in l. in ſacris. C. de proxim. ſac.
ſcrin. lib. xij. & not. per eum in auth. habita. C. ne
fi. pro patre. in l. ſtudentibus. C. de offic. præfe.
vrb. Ad c. ſtudentibus. reſpondeo, quòd loqui-
tur in legato Papæ, qui refert eius perſonam, c.
ſanè. de offic. deleg. vnde ſicut ordinarius nõ co-
gnoſcit vnà cum principe, item nec cum legato:
ſecus eſt in ordinariis duobus, vt loquitur doctri-
na Bart. Ad c. cæterùm. de iudic. & c. cùm capel-
la de priuil. dic, quòd illud non eſt, quia ſpeciale,
II. ſed q̃a ſic erat expreſſum. ¶ Secũda quæſtio eſt:
10 ſtatutum † dicit in perſonalibus actionibus, talis
tãtùm ſit iudex in realibus, talis tãtùm ſit iudex
in perſonalibus, quid in cauſa, quæ ſit & realis &
perſonalis? diſtingue, vt hîc per Aretin. Cyn. &
Bald. qui tenent, q, vterq;, & locus ſit præventio-
ni, per. l. j. ff. de offic. conſ. ſed illa lex nil facit, ſe-
cundum Imol. hîc. & referunt Mod. Alex. tenet
quòd quilibet per ſe poſsit, quia iuriſdictio ordi-
naria eſt fauorabilis: & in fauorabilibus diſpoſi-
tio loquens in caſu ſimplici, habet locum in mix-
to, l. commodiſsimè. ſ. eo. not. Bar. in §. & quid ſi
tantùm. ſ. hac l. Sed
ad iſtud fundamen-
tum reſpõde, quòd
A imò regula eſt in cõ
trariũ, quòd in caſu
quantuncumq; fa-
uorabili diſpoſitio
in vno ex ſimplici-
bus, non extẽditur ad caſum mixtum, l. hoc lega-
tum. ĩ. de leg. iij. cum ſimilib. hoc tenet Ang. &
alij relati in l. ij. in princ. ĩ. de verb. oblig. Itẽ dum
dicit, iuriſdictio † ordinaria eſt fauorabilis: fateor 11
hoc, niſi quando præiudicaretur alteri ordinariæ,
vt in noſtro caſu: nam nocere fauorabilibus eſt
B odioſum, l. ij. vbi not. ſ. eod. facit gl. in c. j. de re-
ſcript. lib. vj. quæ dicit, q, iuriſdictio delegata eſt
odioſa: quia præiudicat ordinariæ: & ſic funda-
mentum Alex. eluditur. Pro hac parte etiam ad-
duxit Aret. tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb.
eor. iuncta l. ſi prædium. C. de præd. min. in qui-
bus iuribus probatur, q, preſes & prætor, qui nõ
habent poteſtatem, niſi in altero tantùm, in per-
ſona tantùm. vel in re tantùm, poſſunt tamen in-
terponere auctoritatem quo ad vtrunque. Sed
C potes reſpondere primò, q, iſtud eſt, quia lex dat
quod nõ eſt in noſtro caſu: quia ſtatutum loqui-
tur per dictionem Tantùm. Vel dic, & meliùs, q,
imò preſes provinciæ & prætor non poterunt in-
terponere auctoritatem, niſi pupillus ſit ſub ſua
iuriſdictione: quia perſona principaliter attẽdi-
tur, non res. Nec obſtat d. l. ſi prædium. quia pu-
pillus ibi erat provincialis: & poſito etiam, quòd
Aret. fundamẽtum ſit verum, illud eſſe poſſet fa-
uore pupillorum: ſicut videmus in l. cognitio. ff.
D de off. eius, cui. Secunda placet. Quare in hoc re-
currendum eſſet ad ſuperiorem, ſicut dicit Imo.
hîc, cuius opinionẽ probo. ¶ Tertia quæſtio eſt
de coiungendis teſtibus. nam dicit Bald. de quo
vide omnino eum in c. j. §. ſi inſtrumentũ. de no-
tis feud. & vide Riminald. l. fi. ij. not. C. de pact.
q, ſi vnus teſtis deponit de veritate & fama, alius
de fama tantùm, q, probant: nam † duæ proba- 12
tiones de fama faciunt vnam ſemiplenam, l. iij. §.
eiſdem. ff. de teſtib. & vnus deponens de veri-
E tate, facit aliam ſemiplenam, l. vbi numerus. ff.
de teſtib. Et circa hanc quæſtionem adverte, q̃a
iſte tex. nil facit: nam loquitur in capitibus, quo-
rum vnum quodque, ſi conſtaret eorum mens, de
per ſe poſſet: iſtud non eſt in teſtibus. tamẽ opin.
Bald. ſequitur Socin. & Iaſ. hîc, licet contrarium
teneat Alexand. & fortaſſe meliùs, per regulam,
q, † vnus teſtis regulariter non facit niſi ſemiple- 13
nam probationem, d. l. vbi numerus. ſed in caſu
Baldi faceret vnam ſemiplenam, dum deponit
F de veritate, & quartã, dum deponit de fama. Ad
hoc tamen reſpond. Socin. & Iaſ. q, eſt verum, q,
teſtis non facit niſi ſemiplenam in eodem facto:
ſecùs in alio, vt in fama. Suſtinendo opi. Alex. ad-
verte, quia ne vnus teſtis faceret niſi ſemiplenã,
eſt inductum propter ſuſpectã fidem hominum.
Vnde cùm iſta fama tendat ad eundem finem, ad
quem tendit probatio veritatis, ſcilicet vt quis
condemnetur, certè militat dicta ratio. Item di-
co, quòd imò eſt idem factum: quia cùm iſta pro-
batio ſit acceſſoria, & tendat ad finem probandi,
idem



idem certè comprætendetur ſub eodem facto.
nam ea, quæ tendunt ad corroborandũ aliquid,
veniunt appellatione eius, quod corroboratur, l.
ſi pater. §. fi. ff. de capti. l. in argento. ff. de aur. &
arg. leg. Secundò arguit Alex. quia hoc modo
poſſet probari depoſitũ per vnũ teſtem, ſi depo-
nat de veritate contractus, & de confeſsione fa-
cta per depoſitarium: quod eſt contra l. Publia. ſ.
depoſ. Sed reſpondet primò Socin. q, ideo non
coniungeretur hæc dicta, quia ſingularia. Ta-
A men ſuſtinẽdo potes dicere, quòd imò non ſunt
ſingularia: quia ſingularitas adminiculatiua non
obſtat, vt hîc per Alexan. facit, quod not. Paul. de
Caſt. in l. fin. in fin. C. de ſecund. tabul. Et ſecun-
dò reſpondet Soci. quòd hîc reſultaret abſurdũ,
quod non eſt in caſu Baldi, ſed idem eſt in noſtro
caſu, quòd vnus probet dictum præter quartam
partem: ſic iſtud dictum multùm facit in practi-
ca, & Iaſ. qui ſequuntur Baldum in puncto iuris:
B Alexan. verum dicit circa hoc, cætera vide per
Moder.
14 ¶ In gl. j. in prin. Not. ex iſta gl. quòd † dictio
In, cõiuncta verbis non ſemper inducit negatio-
nem: pro qua facit illud Verg. Noſco crines inca-
náq; menta, & Catul. Smirnam in cana diu ſecu-
la peruoluent. Ceſſantibus coniecturis videtur,
15 quòd debeat importare negationem: ſed † quã-
do hęc dictio eſt ſeiuncta à verbis, tũc diſtinguit
Bart. vt hîc per eum. Circa primum membrum,
C dum Bart. dicit, quòd quando adiicitur nomini
ſignificãti locum, in ablatiuo poſita ſignificat In-
tus, l. j. §. flumine. ff. de flum. Fallit cauſa euitã-
dæ contrarietatis, l. ſi ſtatua. ff. de iniur. Aduerte
primò. q, Latinè loquendo dictio In, poſita ſecũ-
dum hoc membrum Bart. denotat intrinſecita-
tem, vel cohærentiam: vt ſi dico Statuam in tu-
mulo, quæ cohæret tumulo: nec in hoc ſignifica-
tu vnquam ponitur in accuſatiuo: aliàs Iuriſcon-
ſultus barbarè loqueretur. de quo vide A. Gelliũ
D lib. ij. capit. xvij. Nec obſtat d. l. ſi ſtatua. quia imò
ibi debet intelligi ille tex. propriè. Et ad l. ij. ff. de
ſepul. viol. tenenda eſt ſolutio fin. gloſ. Vel dic,
quòd in d. l. ſtatua. ideo quis tenebatur iniuria-
rum, quia erat ſtatua patris: vnde filius potuit a-
gere: ſed in d. l. ij. erat ſtatua quædam ex his quas
Hermes vocabant, vt eſt apud Cicer. in ij. lib. de
Legib. & apud Iuuenalem, Truncóq; ſimillimus
Hermæ. hæc quia nullum referebant, ideo non
poterat ita dici factã iniuriam: vnde agitur Quod
E vi, vel clàm, vel de ſep. viol. vt ibi. Circa ſecũdum
membrum, dum dicit Bart. quòd quando adiici-
tur accuſatiuo, ſignificat extra locum, vt l. j. §. j. ff.
arb. fur. cæſ. Bald. hîc tenet contrarium per text.
in l. ij. in princ. ff. de religioſ. & ſump. fun. Diſtin-
gue, aut adiuncta eſt verbo ſignificanti motum,
& in præſenti, & aliis temporibus non ſignificã-
tibus pręteritum: & denotat extra locum, vt vul-
gato illo verſu,

*In campo curro, ſi ſis, benedicis, in illo:*
F *Si ſis exterius, in campum ſit tibi curſus.*

Aut adiuncta verbo ſignificanti motum in præte-
rito, vt eſt, Cucurrit, Intulit, & ſimilia, & impor-
tat intrinſecitatem: ita procedit text. in d. l. ij. &
hoc etiã pueri, qui ſemel legerũt Doctrinale, no-
runt. quare miror de Alexand. & aliis: facit l. iij. §.
j. ſ. naut. caup. ſtab. & text. allegatus per Aret. qui
etiam ipſe tenet hanc opin. in l. ij. §. ſi quis cloa-
cam. ne quid in loco pub. Et ex his infertur ad
quæſtionem Bart. de teſte deponente, quid fa-
ctum in domo, & alius qui dicit, quid factum
iuxta domum, an concordentur? Bartol. tenet, L. 29. Gallus. § Ille caſus
quòd ſic, per d. l. ſi ſtatua. Sed illa lex nil facit, vt
dixi. Videtur, quòd poſsint concordari, ſi intelli-
gamus quid factum in limine oſtij: nam eſt pars
domus, vt hîc per Aretin. & eſt iuxta domum. In-
tellige tamen, q, † teſtes debeant concordari cau- 16
ſa euitandi periurij, vt per Modern. in c. cùm tu.
de teſtib. quo caſu poſſet verum eſſe dictum Bar-
toli: quia cauſa euitãdi periurij debent verba im-
A propriari, vt not. Doctor. in authent. ſacramenta
puberũ. C. ſi aduerſus vendit. & Aretin. in §. j. In-
ſtitut. de actio. & ſic intelligetur verbum In, pro
iuxta: nam in teſtibus non eſt attendenda pro-
prietas Latini ſermonis, arg. no. in l. ſi quis ita. ff.
de teſtam. tutel. & hoc verius. Circa hãc quæſtio-
nem vide tamen Aretin. hîc, & cõcord. per Alex.
Secundus † caſus Bart. eſt, q, quando adiicitur 17
hæc præpoſitio In, nomini ſignificanti tempus, ſi
in ablatiuo ponatur, debet infrà tempus intelli-
B gi, l. j. § quibus. ff. de ſucc. edic. ſi accuſatiuo, tunc
ſignificat poſt illud tempus, l. non putabam. cum
l. ſeq. ff. de cond. & demo. Sed contra iſtud ſecun-
dum membrum Bart. eſt text. in l. ſi in diem. in
prin. ff. de cond. & dem. vbi ſtatuliber, qui debet
ſoluere in diem cẽteſimum, poteſt ſoluere ante-
quam euenerit, adita tamen hæreditate. Solue
diſtinguendo, ſecundum Bart. in l. ſi cui legetur.
infrà, de leg. j. q, ibi illud eſt, quia verba reſpiciũt
legatarium, & ideo in eius arbitrio ſtat, quem ve-
C riſimile eſt daturum ante centeſimum diem, vt
citiùs fiat liber. Secundò oppon de verbis Bar.
in d. l. ſi cui. dum dicit, q, non eſt differentia, ſi te-
ſtator dicat, legatarius habeat in anno x. ætatis,
vel in annum x. Sed reſponde, vt dixi: quia iſtud
eſt propter verba, quæ reſpiciunt legatarium: &
certè miror, q, nec Bart. nec alij allegent illũ tex.
ad dictam doctrinam, quam probant ſolùm per
quædam mendicata ſuffragia. Tertius caſus eſt,
quando † additur nomini nõ ſignificanti nec lo- 18
D cum, nec tempus, ſi iungitur accuſatiuo, ſignifi-
cat contrà, l. non dubium. C. de legib. facit l. vni-
ca, §. fi. ff. ſi quis ius dic. & iſtud videtur indubita-
bile. Sed contrà de ſymbolo, in quo dicitur, Cre-
do in Deum patrem. & de conſec. diſt. iij. c. j. in fi.
vbi gloſ. neſcio ſoluere, niſi dicamus, quòd illud
non eſt Latinè dictum, ſed more Græco, qui di-
cunt, πιστεύω εἰς τὸν θεὸν: nam alias debuiſſet Latinè
loquendo ponere in datiuo, ſicut facit Plautus
in Aulularia, Fidei credebã maximè, ea mihi ſub-
E leuit os peniſſumè. & not. etiam hoc ad concor-
dandos teſtes: licet enim & nos loqui, ſicut fa-
ciunt Scripturæ ſacræ, ſicut etiam faciunt Impe-
ratores: Bald. in l. j. C. vnde liber. & de hac dictio-
ne, vltra Doct. hîc, vide tres caſus per Lud. Rom.
in cõſi. ccclxxvj. incip. quęſtio. vbi tractat de qua
dam bulla apoſtolica. Quartum caſum addit
Bald. hîc, q̃n † talis præpoſitio adiungitur perſo- 19
næ, putà quando ſtatutum punit inferentem in-
iuriam in perſonam: de quo eſt text. in l. ſed eſt
F quæſtionis. ff. de iniur. vbi Bar. & idem latiùs in
l. licitatio. §. quod illicitè. de publica. & Aret. hîc:
nõ inſiſto, quia Bart. nõ tangit hîc: & dum Bart.
dicit, q, aliquando In, ponitur pro Cum, per tex.
in l. naturalis. §. in hac. ff. de pręſcrip. verb. aduer-
te, quia illa glo. non dicit hoc, ſed q, ſignificat oc-
caſionem: & ſic ponitur potiùs pro dictione Ex,
vel Propter. Iſtæ tamen tres declarationes rela-
tæ in fi. per Bart. ſunt multùm violatiuæ, & ideo
quoquo modo euitandæ. ¶ In ea. *nam aut inſti-
tuo nepotem*, etc. Iſta gl. quæ vult, q, ex lege Velleia

poſsit inſtitui nepos natus iam mortuo filio, ma-
lè dicit, & eam reprobat Imol. & Alexand. hîc,
Paul. de Caſt. & Aret. in §. præced. Quare potes
intelligere eam ſecundum d. §. præcedentem: &
dum dicit *Mortuo eo*, &c. intellige ciuiliter, non
naturaliter.

¶ In fine gloſ. Bartol. hîc multùm latè explicat
iura loquentia de inſtitutione ſuorum, vt hîc per
eum, qui in multis non bene dicit. Primò, dum
dicit, quòd lege XII. tabularum poterat inſtitui
A poſthumus ſuus, iſtud eſt falſum, vt dixi in prin.
huius l. & in §. ſi eius, & in §. nunc de lege. Et
dum dicit, quòd lex Galli loquitur in poſthumo
alieno, & reſpondet ad text. in §. poſthumo. Inſt.
de leg. quòd loquitur in ſucceſsione ab inteſtato:
quam ſolutionem declara, vt per Soc. in princ.
huius l. Sed reſponde, non placet: quia eſt nimis
magna reſtrictio, præſertim cùm ille text. loqua-
tur in legatis, quæ regulariter non debentur, niſi
conditio teſtamento, l. eam, quá. C. de fideicõm.
B Nec obſtat l. penult. ff. de leg. j. dum dicit, obti-
nuit Galli ſentẽtia alienũ quoq; poſthumũ, &c.
quia ille text. loquitur de conſilio Galli extenſo
ad poſthumum alienum, & ſic ad nepotem ex fi-
lio emancipato, vt etiam ipſe poſsit inſtitui: &
hoc eſt, quod dicit Alienum quoque. nam illa di-
ctio *Quoque*: eſt ampliatiua: Bar. in l. iij. ff. de pact.
Item quia text. dicit Sententia, nõ autem Verba:
nam vt poſſet inſtitui poſthumus alienus, conſi-
derato prętorio, erat eadem ratio, quæ in ſuo: vn-
C de quod venit ex idẽtitate rationis, dicitur veni-
re ex ſententia, §. & quid ſi tantùm. ſ̃. eod. Et ſi di-
cat, cur non poſuit de poſthumo ſuo? reſpondeo,
vt poneret caſum magis dubitabilẽ, l. quod La-
20 beo. ff. ad Carbo. Vnde teneo, quòd † nepos poſt-
humus, & naſciturus poſt mortem aui, inſtitue-
batur iure Galli, ſed naſciturus in vita aui ex pri-
mo capite legis Velleiæ, non autem ex lege XII.
tabularũ, vt dixi in d. §. nunc de lege. Item in quã-
tum Bar. dicit, q prætores ſuperueniſſe poſt Iulia-
D num, tene contrarium: quia tunc non potuiſſent
edicere, cùm omnis poteſtas eſſet tranſlata in
principem, l. j. ff. de conſtit. princ. nã non credo,
quòd in Digeſtis ſit aliquod edictum factum à Iu-
21 liano citrà: quia † ille fuit, qui in compendiũ re-
degit omnia edicta, quibus vſa eſt ſequens ætas:
vnde dicitur auctor edicti perpetui, vt eſt apud
Aelium Spart. in vita Hadriani, & apud Eutro-
pium in vita Iuliani imperatoris. Fuit autem iſte
Iulianus Iuriſconſultus Mediolanenſis, vt patet
E ex Ael. Spart. & Eutropio in vita Didij Iuliani,
22 qui fuit eius nepos. Dic † ergo, de iure XII. tabu-
larũ nullus poſthumus poterat inſtitui: qa pſona
incerta, §. incertis. Inſt. de lega. ſuperuenit Gal-
lus, qui induxit, vt nepos naſciturus ex filio poſ-
ſet inſtitui, cuius deciſionem extendit Scęuola
ad pronepotem, abnepotem, & ſequẽtes: & quia
iſta inductio Galli erat correctoria, non extende-
batur ad filium poſthumum, nec ad naſciturum,
viuo auo iam condito teſtamento: quod Velleius
F induxit primo capite, cuius mens extenditur
etiam quando quis teſtatur viuis vtriſq;, ſcilicet
filio & nepote: nã nepos debet inſtitui, ne rum-
pat, cùm lex Velleia in ſecundo capite introdu-
xerit, vt ſuccedat in ſuitate in locum patris. Su-
peruenit Scæuola, qui extẽdit diſpoſitionem le-
gis Velleię ex identitate rationis ad caſum, quã-
do nepos cõditio ab auo teſtamẽto, naſcitur vi-
uo patre, & mox moriente: ſed iſtud iam intro-
duxerat Iulianus ex mente, vel ex verbis dictę le-
gis Velleiæ, iuncto vtroq; capite. & hæc in poſt-
humis ſuis: in poſthumis alienis de iure XII. ta-
bularũ non poterant inſtitui, ſed de conſilio Gal-
li qualificato per prætorem, arg. l. ſi pater. §. fi. ff.
de cap. & gl. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil.
& ita debet intelligi d. l. pen. ff. de leg. iuncto tex.
Inſtit. de bon. poſſ. in princip. & §. poſthumo. In-
ſtit. de leg. quod generaliter à Iuſtiniano cõpro-
batum eſt quadam conſtitutione, qua induxit,
quemlibet poſthumũ, & ſic etiam extraneũ, poſ-
A ſe inſtitui, d. §. poſthumo. Prætor autem qualifi-
cauit illud cõſilium Galli, antequam eſſet Iulia-
nus, ſecũdum Raph. hîc, quem ſecutus ſum ſ̃. per
alia fundamenta. ¶ In glo. *non permittit.* Iſta † gl. 23
ponit quatuor intellectus ad iſta verba, *nõ permit-
tit inſtitui, ſed vetat rumpi.* Primus intellectus non eſt
bonus: quia aduerſatiua Sed, ſolet repetere ean-
dem qualitatem, ſic per Bald. in l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. Alex. in l. ſi filius, qui hæres. §. eo.
Si ergo non permittit inſtitui naſcituros, debet
B etiã vetare rumpere naſcituros. Et hoc modo re-
pbatur etiam ſecundus intellectus: qa pp̃ter ad-
uerſatiuam, ſicut in principio, intelligitur de ta-
cita permiſsiõe, ita etiã in caſu aduerſo debet in-
telligi de tacita ruptura. Tertius intellectus non
placet: quia falſum eſt, quòd lex cogat: nã Coge-
re propriè dicitur quis neceſsitate præciſa, l. co-
gi. ff. ad Trebel. Item ſecundũ hunc intellectũ nec
aduerſatiua bene ſtat: qa ſtaret hoc modo in ſupe
riori capite, cogit inſtitui, ſed vetat rũpi, & ſic nõ
C aduerſaretur. Quartus intellectus: ſi teneamus, q
iſta lex loquatur in poſthumo ſuo, non procedit:
quã opinionẽ ſ̃. probaui etiam veram. Itẽ iſte in-
tellectus reprobatur eodem fundamento, quo
communis. Quintus intellectus eſt, quòd lex
Velleia non introduxit de nouo poteſtatem in-
ſtituendi nepotem, licet pater eum procedat: qa
hæc poteſtas erat priùs ex lege XII. tabularum.
& hic intellectus eſt communis. Sed contra hunc
obſtat, quia ſi lex XII. tabularum introduxit, vt
D inſtitueretur, ergo introduxit etiam, ne rumpe-
ret: quia inſtitutus non rumpit, l. inter cætera. j̃.
eo. Et iſtum intellectum etiã reprobaui per alia,
in §. etiam. in iiij. not. ſ̃. eod. quia tu intellige hũc
text. vt dixi in princ. huius §. nam Iuriſconſultus
in hoc verſic. denique. pro ſua opin. adducit duo
fundamenta, per quæ non obſtantibus aliis con-
trariis, ex identitate rationis decidit in verſi. por-
rò ¶ In gl. *vtiliter.* Tu intellige Vtiliter, ex idẽti-
tate rationis: nam ſi eſſet ex mente & verbis, vel
E ex mente legis tãtùm, diceretur Directò, non V-
tiliter, ſecundum Bart. in l. curatoris. C. de neg.
geſt. & ſic ego teneo, quòd Iuriſconſultus deci-
derit hunc caſum magiſtrali interpretatione ſo-
lùm, de quo hîc per Bart. & Aret. ¶ In glo. *Nullo
iure*: ibi, *licet prætorio*. Sed cõtrà, quia verbum Nul-
lo iure, excludit etiam ius prætorium, l. ſi ita ſcri-
ptum. §. fin. ſ̃. eod. vbi Paul. de Caſt. Iaſ. & alij.
Quare tu meliùs ſolue, quòd nos loquimur in
poſthumo ſuo: contraria loquuntur in poſthu-
F mo alieno ex filio emancipato, quibus ſolet prę-
tor ſuccurrere, §. emancipati. Inſtit. de hęredit.
quæ ab inteſt.

1 *Scæuola diſpoſitionem de ſuis, extendit ad emancipatos.*
2 *Varijs ſolutionibus defenſatus textus à diſpoſitione §. & quid ſi tantùm.*
3 *Facilior extenſio quò ad ſubſtitutũ, quàm quò ad inſtitutum.*

§. QVAE-



§. QVAEREMVS TAMEN[a]. ¶ Not. ex hoc
tex. q † Iuriſcõſultus diſpoſitionem loquentẽ in
ſuis, extendit ad emancipatos: & ſic hîc eſt text.
a contra opin. Imo. & aliorum, in §. nunc de lege.
1 & in §. etiam. ſ̃. ea. l. qui volunt, quòd tota iſta lex
non cõſiderarit ius
prætorium, per tex.
in l. poſthumus ver
ſi. idẽ & circa. j̃. tit.
j. Sed cõtra hoc op-
ponitur de §. & qd
ſi tantùm. ſ̃. eo. Sol-
ue, vt hîc per Bart.
2 cuius † ſolutio eſt
dubia: quia conclu-
dit, quòd occaſione
ſubſtituti quis dica
tur inſtitutꝰ in ſui-
tate. Iſtud videtur
falſum: nam hoc da
B to, nepos non eſſet ſubſtitutus in tenendo pri-
mum locum ſuitatis: cuius contrarium vult Bar.
in d. §. etiam. Item cùm nepos ſit ſubſtitutus filio,
debet intelligi inſtitutus in eadẽ qualitate. Si igi-
tur filius eſt inſtitutus in ſuitate, ergo & nepos.
Quare tu ſolue aliter: quia in contrario filius e-
rat inſtitutus ſecundum conſilium Galli, hîc ſe-
cundum legem Velleiam, quæ in filio concipit
verba hoc modo, ſi filius ſuus eſſe deſierit, nepos
C hæres eſto: vnde iſta ſuitas eſt poſita tantùm in
conditione filij, non nepotis: non eſt igitur mi-
rum, ſi etiam emancipatus ſuccedit. Secundò
contra hunc text. oppon. Paul. de Caſt. de gloſ.
in l. ſi mater. §. j. ff. de vulg. & pup. Potes ſoluere,
vt hîc per eum, cuius ſolutio eſt probabilis, vt di-
xi in d. §. & quid ſi tantùm. tamen non multùm
placet. Alex. hîc ſoluit tribus ſolutionibus, quas
reprobat hîc Iaſ. & Roy. in d. §. & quid ſi tantùm.
Prima tamen ſolutio & vltima eſt probabilis. Et
D circa primam ſolutionem, dum dicunt, quòd illa
verba Si filius, me viuo, in conſilium Galli ſunt
poſita demonſtratiuè, non taxatiuè: dic, q iſtud
eſt falſum. & contrarium tenet Bartol. in d. §. &
quid ſi tantùm. Item probatur, quia ſi hoc eſſet
verum, tale conſilium habuiſſet locum, etiam
naſcente nepote, viuo teſtatore, per identitatem
rationis. quod eſt contra §. nunc de lege. vbi not.
ſ̃. ea. l. Suſtinendo vltimam ſolutionem dic, dum
3 ipſi dicunt, q † faciliùs fit extenſio in perſonam
E ſubſtituti, quàm inſtituti, l. iã hoc iure. j̃. de vulg.
& pupil. l. commodiſsimè. ſ̃ eod. tu dic, quòd in
d. l. iam hoc iure. non ineſt tacita in expreſſa vi-
gore extenſionis, ſed ex mente, vt per Bart. in l. j.
j̃. de vulg. Item hîc non tractatur de extenſione,
ſed de declaratione, & potiùs præſumitur inſti-
tutus in ſuitate, primus, quàm ſecundus, ſecun-
dum Bartol. hîc: & hoc eſt, quod dicit Alexand.
Quintò ſoluit Aret. q in d. §. ſi. ſubſtitutio erat fa-
cta, ſi filius ſuus etiã deſierit, &c. vt hîc per eum,
F quẽ ſequitur Iaſ. hîc. & Rep. in d. §. Sed hæc ſo-
lutio eſt contra illum text. qui dicit, inſtitutionẽ
factam ſecundum conſilium Galli, non ſecundũ
Velleium: vnde teneas ſolutionem Alex. Sextò
ſoluit Socin. q in noſtro text. ſubſtitutio nepotis
non erat neceſſaria, &c. ita dicit in l. j. j̃. de vulgar.
Sed reproba, vt per Ruinum in d. §. & quid ſi tan-
tùm. Melior ſolutio eſt, q imò tota iſta lex loqui-
tur in inſtitutione in hæreditate, non in ſuitate,
vt dixi in d. §. & quid ſi tantùm.

¶ Quæremus tamẽ[a],
cùm recepta eſt Iu-
liani ſententia, an ſi
A naſcatur nepos viuo
patre ſuo, deinde e-
mancipatur, ſpontè
adire poſsit hæredi-
tatem? quod magis
probãdum eſt. Nam
emancipatione ſuus
heres fieri non po-
tuit.

# De hæredibus inſti-tuendis †. *Rubrica.*

L. 85. Lucius Titius. ij.
† lib. 28. tit. 5.

*De hæredibus inſtituendis.*

LEX LXXXV.
SCAEVOLA LIB. II.
*Reſponſorum.*

LVcius[a] Titius,
q fratrẽ habebat,
teſtamento ita cauit:

1 *In alternatis ſufficit alterũ defeciſſe, niſi præſumpta proferẽtis mens aliud ſuadeat. 5, 6.*
14 *Filiorũ ex ſe, vel ex ſuo corpore natorũ apellatio cõprædit nepotes.*
15 *Filio, qui hæreditatẽ alteri reſtituere, ſi ſine liberis decedat, grauatus eſt, religionem ingrediente ſubſtitutus excluſus erit.*
18 *Verba conditionalia non inducunt diſpoſitionem. 37.*
19 *Prælatio ſucceſsionis inteſtatæ à lege deſcendit.*
22 *Ex præſumpta defuncti mente fit ius interdum tranſmiſſibile, quod aliàs non tranſmitteretur.*
25 *Teſtamento ad cauſam caducitatis, ob fratris ante delatã hæreditatem obitum, adueniente, liberis ob teſtatoris mentem, ab inteſtato locus erit.*
30 *Legatum interdum ante euentum conditionis, ſub qua relictum erat, tranſmittitur.*
31 *Qualiter liberi fratris in caſu l. noſtræ præferri ſubſtitutis cenſeãtur: quid item in ſpecie fideicommiſſariæ ſubſtitutionis. 32.*
38 *Per ablatiuos abſolutos concipitur conditio.*
49 *Legata ſolo nutu dari poſſunt.*
55 *Teſtatoris mens etiam conditionalibus verbis declaratur, iuuantibus præſertim coniecturis. Quid item in legibus, & contractibus. 56, 57.*
60 *In contractibus valet argumentum à contrario ſenſu.*

D LVCIVS[a]. ¶ Dubitabilis admo- a
dùm hęc facti ſpecies fuit. Cũ
enim hi ſerui ſubſtituti eſſent,
ſi frater hæres non eſſet, vel fi-
lios nõ haberet, pp̃ter vim diſ-
iunctiuæ cenſentur vocari, etiã
ſi alterum contingeret, vt qa hæres eſſet, dũ mo-
dò filios non haberet: qa † qui alternata cõditio- 1
ne vocatur, ſatis eſt, ſi alteram partem non eue-
E niſſe probet: & † quæ eſt eius vocis proprietas[a], 2
à qua non videbatur diſcedendũm. Nec obſtat, q
frater iſte ex aſſe hæres ſcriptus eſſet: quia cùm
ſerui & ipſi ciuilibus, ſeu directis verbis inſtituti
eſſent[b], facienda erat interpretatio, tanquam
ad dupondium tranſire teſtator voluerit[c]: & ſic
nõ tam ſubſtituti, quàm adiuncti eſſent. Debuit
† hoc etiam ſuadere libertatis fauor, qui adeò ef- 3
ficax quandoq; eſt, vt à proprietate verborũ nos
trãſuerſos vocet[d]. Quantò magis tueri pprieta-
F tem debuit[e], quæ pro ſe ſtabat? quod debet fieri,
cùm ius nullius lęditur[f], maximè cùm vtriq; par
ti hoc modo conſultũ eſſet[f]. nec. n. frater omni-
no excludebatur, ſed dimidiam auferebat, & alij
ſerui dimidiam: cui diuiſioni legiſlatores in am-
biguis libenter adhærẽt[g]. Nec nouum videri de-
buit, ſi fratrem ſuum magis dilexit teſtator caſu,
quo filios haberet, quàm ſi nõ haberet[h]. Sed † tñ 4
aliud Scęuolę viſum eſt, qui cùm id omne à teſta
toris volũtate penderet, interpretatus eſt voluiſ-
ſe eum etiã fratris filios ſeruis ſuis pręferre. cùm
enim

a l. ſi is, qui ducẽta. § cùm ita. de reb. dub. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit: x. in fi. de ver. oblig.
b l. verbis. ff. tit. i.
c l. item quod Sabinus. verſi. ſed ſi aſſe. ſ̃. eo.
d arg. l. Caius. ſ̃. ſol. mat. §. ſed cùm Inſt. quib. ex cauſ. man. non lic.
e l. ex his. ff. quæ in fraud. credit.
f l. i. vbi Caſt. & Iaſ. ſ̃. ſi qs. caut. Inſt. quib. ex cau. manuſ. ad fin. verſic. ideo. nos. & l. adeò. § cùm quis. ff. de acquir. rer. dom. l. antiqui. ff. ſi pars hæred. pet. cum aliis ſimil.
g
h arg. l. in albo. C. de decur. lib. x.

enim huiuſmodi filij in conditione poſiti eo tēpore eſſent, nō quo frater decederet, ſed quo hæreditatē non adiret, apparet cogitaſſe teſtatorē, fratre non adeunte, eius filios tanquā gradu proximiores ſucceſſuros [a]: quod ſucceſsionis ius voluit illi ſaluum eſſe & licet multa tribui libertati à teſtatoribus lex interpretetur [b], plura tamē veriſimilius eſt eos ſāguini ſuo tribuere velle. Non obſtat diſiunctiuæ natura, quæ huic interpretationi repugnabat: [c] quia †

5 ſciendum eſt, licet ex vi verborum alternatorū hoc dici poſsit, & ideo quoties à verbis non recedimus, ſufficiat vnū factum non eſſe, tñ in his, quæ à præſumpta mente proferentis ſolùm pendent, vbi potiſsimùm cōiectura aliqua hoc ſuadet, aliud eſt [d]: quia hæc cōditio *Si frater hæres non erit, aut filios non habuerit*, tacitum intellectum à contrario ſenſu hunc habet [c], vt ſi frater hæres ſit, aut filios habuerit, ſerui hæredes nō ſint. Cùm ergo tacita mens aliud, quàm expreſſa verba, ſuadeat, fiet ex coniectura interpretatio, vt mens potiùs attendatur [f]. illáq; verba *Aut filium ex ſe natum non habebit*, intelligētur, in quem caſum, quo ipſe non adeat, trāſmittere ius adeundi non poſsit. Adnotandum hîc in primis eſt ex ratione dubitandi, quoties negatiua oratione diſiunctim loquimur, vtrunq; faciendum eſſe, aliàs diſpoſitioni ipſi locus non eſt, vnde ſi teſtator dixerit, *Si Stichum, aut fundum, hæres, Seio non dederis, centum dato*, vtrunq; eſt dandum, alioquin centum peti poterunt [g]. Sufficit enim vnū

I. Lim. non eſſe factum [h]. Quæ tamen concluſio non procedit, cùm priùs appoſita eſſet diſpoſitio alternatiua: putà *Hæres meus Stichum, aut fundum dato: ſi fundum, aut Stichum non dederis, centum dato* [i]. videtur enim tunc, vt centum præſtentur, oportere neutrum eſſe datum [k]: quod Butrius, Cor. Abb. videntur ſenſiſſe [l]. Cùm enim prima diſpoſitio affirmatiuè concepta, altero dato, impleatur [m], cōſequens eſt, vt ſubſequens in contrarium caſum concepta, ſecundum primam intelligatur [n]: vt ſicut prima, altero dato, impletur, ita hæc ſecun-

II. da tunc non cōmittatur. Nec † refert, prima diſ-

6 poſitio expreſſa ſit, an interpretatione legis intelligatur: quandoquidem non minùs ſola mens

7 legis diſponit, quàm verba [o]. Vnde † ſi ſtatutum ſit, decedente filio abſq; patre, vel matre, vocari agnatum, dum alter ſuperſtes ſit, non patebit agnato locus: cenſetur enim ſtatutum priùs patrem, & matrem vocaſſe, præceditq; tacita legis

III. diſpoſitio [p], quod & Raph. cenſuit [q]. Idem

8 † quoq; credendum eſt, cùm ex pręſumpta teſtatoris mente talis diſpoſitio præceſsiſſet: vt ſi teſtator diſiunctiuè filium, aut filiam, quę naſcetur, hęredes ſcripſerit, ſubſtituátq; Seium, ſi filius, aut filia hæres non erit, altero nato hærede, excludetur Seius [r], alternatiuáq; illa in ſubſtitutione adiecta, ſecūdum mentem inſtitutionis accipietur: cùm enim verbis inſtitutionis conſtet, vel alterum, qui naſcatur, hæredem fore, neceſſariò conſequēs eſt, vt ab eo excludatur ſubſtitutus [ſ]. Qua ratione, ſi vterq; natus ſit, licet alter repudiet, tñ Seius nō admittetur: quod Bar. ſenſit. cuius ſententia aduerſus Soc. verior, receptiórq; eſt [t], ne videatur teſtator filium extraneo poſthabuiſſe [u].

TITIVS FRATER MEVS EX ASSE MIHI HAERES ESTO. SI MIHI TITIVS HAERES ESSE NOLVERIT, AVT (QVOD ABOMINOR) PRIVS MORIETVR, QVAM MEAM HAEREDITATEM ADIERIT, AVT FILIVM FILIAMVE EX SE NATVM [a], NATAMVE

a §. placebat. Inſt. de leg. agn. ſucceſ.
b l. fin. C. de neceſ. ſer. l. inter pares. de re iud.
c d. §. cùm ita.
d d. l. ſi is, qui ducenta. §. fi. l. generaliter in prin. C. de inſt. & ſubſtit.
e l. pen. verſi. quā interpretationē. C. de furt.
f l. in conditionibus. de cond. & demon.
g l. ſi is, qui ducenta. §. cùm ita. de reb. dub.
h l. ſi quis ita ſtipulatus. in fi. de verb. oblig.
i arg. l. ſi is, qui. §. pen. verſic. ſi quis autem. ff. de reb. dub.
K d. l. ſi quis ita ſtipulatus.
l c. iiii. de reſcript.
m d. l. ſi quis ita ſtipulatus.
n arg. l. i. C. de impub. Socin. d. §. cùm ita. not. i.
o l. nominis. §. verbum in fi. de verb. ſig.
p auth. defuncto. C. ad Tertyl.
q d. l. ſi is, qui ducenta. §. fi.
r d. §. fin.
ſ l. penult. C. de verb. ſig. d. §. cùm ita & l. i. C. de impub.
t Soc. d. l. hæredes mei. §. cùm ita. verſi. quarta, & vltima concluſio. ad Treb.
u l. penult. C. de impub.

A quod ſecùs eſt, ſi vterq; repudiauerit: tunc enim non eſt cauſa vlla, vt à proprietate alternatiuę recedamus, nec mēs teſtatoris hoc ſuaderet. Sed † quid, ſi inſtituti ſint filij iam nati? quo caſu coniunctum vocantur, [x] factáq; ſit eís ſubſtitutio al- 9 ternatiua, veluti, *Filium meum, & filiam inſtituo: ſi filius, aut filia hæres non erit, Seium ſubſtituo*. Et hoc caſu, altero hæreditatē repudiante, vel mortuo Seius videretur admittēdus [y]: quia propter naturā alternatiuæ, verba hoc expreſsè ſuadent. & ita Imol. Corn. Socinus, Ruinúſque ſenſerunt [z].

B Sed tamen Caſtr. Ange. & Alexan. aliud tradiderunt [a]: idémque Iuliani reſponſo probatur [b]. Verùm † in lege noſtra alternatiua mutat natu- 10 ram ſuam, ne portio ſemel fratri ex aſſe conceſſa diminuatur, idq; expreſsim Iuriſconſultus perpendit. At præcedenti in conditione non de parte hæredi quæſita, vel pro ſolido data imminuēda tractatur, ſed ad ea, quæ repudianti delata erat, cohæredíne, an ſubſtituto potiùs deferenda ſit. Nec Iuliani reſpōſum obſtat [c], cùm in eo inſti-

C tutio quoque non coniunctim, ſed alternatim facta ſit. Nec lex Iuſtiniani tanquam poſterior [d] ad eum caſum extendi potuit. Amplius ergo deliberandum. Non enim negari poteſt mortem teſtatoris pro cohærede eſſe. Nam † & quan- V. do conditio *Sine liberis*, adiicitur, vt in lege noſtra, 11 ſatis apparet, eorum liberorum rationem duxiſſe teſtatorem: & ideo à natura alienatiuę recedimus, vt quando negatiuè prolata ſit, vtrunque tamen non requiratur, ídque in directis ſubſtitu-

D tionibus eſt hîc traditum: quod Iuſtinianus ad fideicommiſſarias extendit, etiam ſi omnino extraneus hæres ſit ſcriptus [e]. Vtilitatis enim gratia plerunque à regulis iuris recedimus: & verba impropriè accipi poſſunt, idque communi calculo proditum eſt: atque ea mihi viſa eſt Pauli ſententia. Cæaerùm † ex ordine quoque VI. charitatis mutat diſiunctiua naturam ſuam, & 12 ordine ſucceſsiuo accipitur [f]: vt cùm quis ſibi,

E aut hæredibus ſuis ſtipulatur. Intelligitur enim ſibi priùs ſtipulatus [g], niſi inuerſus eſſet ordo, vt quia ab auo materno dictum eſſet, *Promittis mulieri, vel mihi* [h]: priùs enim videretur ſtipulatus mulieri, cùm fauore dotis poſsit auus id facere [i]. Alienatiuam † quoque inter perſonas, quibus VII. lucrum aliquod, vel honor deferatur, in coniun- 13 ctam reſolui Iuſtinianus ſanxit [k], ne talis diſpoſitio propter incertitudinem vitiaretur: & quia huiuſmodi interpretatione nullum hæredi da-

F mnum fit, vt aliqui tradiderunt, quod Iaſ. adnotauit [l]. Nam & videmus non raò idem eſ- VIII. ſe in legis diſpoſitione [m], quæ certa eſt debet, nec nos dubios relinquere. Sed hæc eiuſmodi exempla longiùs à noſtra materia recedūt, ideóque alibi attingenda [n].

FILIVM EX SE NATVM [a]. ¶ Cùm ver- a ba conditionis de filio ex ſe nato concepta ſint, & Iuriſconſultus infrà dicat liberos compræhen- 14 di [o], adnotant hîc Doct. nepotem † ex filio appellatione filiorum ex ſe natorum contineri. quę ſententia receptiſsima eſt [p]: licet enim filius me-

x d. l. pen. C. de verb. ſig. l. ſi Titio, aut Seio. de leg. ii. l. pen. de iniuſt. rupt.
y arg. l. Lucius. §. Caio. ad Treb.
z d. l. hæredes. §. cùm ita. in fi. d. l. penult.
a arg. l. noſtræ.
b d. §. fi.
c d. §. fin.
d d. l. penult.
e d. l. generaliter. in princ. de inſtit. & ſubſt.
f l. cùm pater. §. penult. de leg. ii. d. l. hæredes mei. §. fi.
g Bald. c. i. de eo, qui ſi. Dec. cōſi. xcv.
h arg. l. quoties. de vſufr.
i l. Caius. §. ſol. matr. vbi Doct.
K d. l. penul. C. de verb. ſig.
l d. l. pen. ii. not.
m l. is, qui puteū. §. hoc interdictum. quod vi, aut clàm. l. neque. C. quib. non obiic. long. temp.
n c. inter cæteras. de reſcript. vbi Felin.
o l. liberorum. de verb. ſig.
p Alex. l. ex facto. §. fin. ad Trebel.

dius



dius intercedat, & ideo præpoſitio *Ex ſe*, ad cauſam remotam trahenda nō videatur [a], tamen diſpoſitione iuris, qua filius patrem repræſentat, & ex auitæ mentis coniectura capitur hæc interpretatio [b]. Nec refert, ex ſe natum dixerit, an ex ſuo corpore. Idē. n. eſt: quod aduerſus Salic. Alexāder tra-

15 dit [c]. Sed † quid ſi teſtator filium grauauit, vt ſi abſq; liberis ex ſe ꝓgnatis moreretur, hæreditatē alicui reſtitueret, iſq; monaſteriū ingreſſus ſit, an excludetur ſubſtitutus? & videtur excludi [d]: ſiue qa monaſterium inſtar filij ex ſe ꝓgnati eſt [e], ſiue, qđ verius eſt, quia talis conditio pro non ſcripta legis iuſſu eſt [f]: & ita frequētior ſe habet Doct. ſententia, ſecūdum quam & ab Alexan. reſponſum eſt [g]. ego tñ putarem hoc caſu in foro conſcientię non eſſe tutos monachos, qui aduerſus voluntatem defuncti bona poſsideant [h], quod non abſimili caſu Bald. reſpondit [i]: & ideo ſubſtituto per denūtiationem Euangelicam ſuccurrendum eſſe [k], & nos alibi diſputauimus [l]

16 Sanè † quod ad text. noſtrum attinet, non videtur mihi auctorem huius legis dictione Liberos, in fine vſum, quia oſtendere vellet eam conditionem de filiis loquentem, ad cæteros deſcendentes producendam eſſe [m], ſed potiùs generali nomine varietatis, cauſa vſum [n] quæ tamen ſecundum ſpecialem filiorum appellationem ſit reſtringenda [o]: & ideo hîc eam quæſtionem minimè cenſeo diſcutiendam, qua ſolet diſputari, an filiorum appellatione veniant nepotes [p]? E-

17 nimverò † quod hîc dicitur, *Filios aditæ hæreditatis tēpore non habuerit*, indicat eū, qui grauatus eſt fideicommiſſo, *Si liberos non habebit*, oportere tempore mortis, ſeu adeundæ hæreditatis, quo dies fideicommiſsi cedit, habere: quæ ratio proderit ei priùs filios habuiſſe, qui nunc non extent, cùm ſubſtitutio in tempore mortis ſit cōcepta [q], nec ab his iuuari, qui iam deceſſerint. quod argumento legis noſtræ adverſus quoſdam veteres Raph. docuit: præfertur enim conditio negatiua ad tempus, quo ſubſtitutioni eſt locus, ídque regulare eſt [r]: quod & in affirmatiua eſt dicendum, dum ſaltem ſecundum mentem teſtatoris euenerit: hoc enim ſufficit, licet ea mens per querelam inofficioſi teſtamenti fuerit ſubverſa [ſ], vt in multis iuris tractatibus probatur.

a NON HABEBIT [a]. ¶ Verba † hæc conditio-

18 nalia ſunt: & ideo non deberent diſpoſitionem vllam inducere [t]: & tamen infrà dicitur his verbis præferri in aſſe filios ſubſtitutis. Accurſius, quem cæteri ſequuntur, exiſtimat præferri ab inteſtato, ex tacita ſcilicet teſtátoris mēte. Sed hæc interpretatio mihi non applaudit: quia lex, ſicut fratrem, ita & liberos præferri ait. Vnde cùm frater ex teſtamēto vocatus ſit, idem de liberis credendum, nec verbum *Prætulit*, in fratre intelligamus expreſsè, in liberis tacitè [u]: idque natura huius dictionis *Non ſolùm*, itémque natura adverſatiuæ *Sed*, repugnante, quæ eadem diſpoſitionem in eodem implicat, aut repetit [x]. Adde, q † q ab inte- 19 ſtato ſuccedit, principaliter à lege, nō autem à teſtatore dicitur præferri [y]: licet in conſequētiam etiam à teſtatore vocatus dici poſsit, qui accommodare voluntatē ſuam ſecundum leges præſumitur [z]: at verba legis ſic accipi debent, vt ad id, qđ prius eſt, referantur, non qđ eſt poſterius [a]. Sed & fortiùs me mouet, quòd ſi ita intelligeremus, lex noſtra, quę generaliter loquitur, reſtringenda eſſet ad caſum, quo teſtator iſte neminem alium his ex fratre nepotibus proximiorem habuiſſet. Quid enim, ſi alium fratrē, aut ſororem [b]? Quid, ſi matrem [c]? Quid, ſi alio ex fratre nepotes? quomodo hi ſoli inteſtato patruo ſucceſsiſſent? Quid, ſi hi filij, viuente teſtatore, concepti non fuiſſent? clarum eſt enim nullam talibus ab inteſtato ſucceſsionem competere [d]. Vnde non videtur hæc lex ad eos reſtrin-

D genda, qui viuente teſtatore concipiuntur. Nec me mouet, quòd † in fideicōmiſſo *Si deceſſerit abſq; liberis*, videatur filiis reſeruatum ius legitimę ſuc- 20 ceſsionis, vt omnes ferè hîc probant [e]: quia aliud in ſucceſsione fideicommiſſaria, in qua ceſſante fideicommiſſo filij in conditione poſiti, tanquam proximiores patri ſuo à teſtatore grauati ſuccedunt: aliud in caſu legis noſtræ, in qua liberi in conditione poſiti, non de ſucceſsione patris ſui tractant, ſed patrui, in qua alios poſſunt habere, qui ipſis tanquam proximiores obſtent. Arbitror † itaq; cenſeri filios ex teſtamento præ- 21

E latos, ídque iure tranſmiſsionis: quod Baldus alibi videtur ſentire [f], cùm vocatus ſit pater, & ſi priùs moriatur, quàm adeat hæreditatem, & non habeat filios, vocētur ſubſtituti, indicatur mens teſtatoris volentis, vt frater, qui delata hæreditate deceſsit, ius adeundi in liberos tranſmittat. Filij ergo in hac conditione poſiti, ſuccedent, non ex propria perſona, quia non ſunt vocati, ſed ex perſona patris, qui ipſe vocatus eſt, & qui hæreditatem non aditam hoc caſu adverſus regulam [g],

F ex voluntate defuncti tranſmittet. Hincque eſt, quod Bald. adnotauit, ius † quod in hæredem re- 22 gulariter tranſmiſsibile non ſit, vt quia conditionale, nihilominùs ex defuncti mente poſſe tranſmitti [h]. Si enim teſtator expreſsè hoc poteſt, vt quia poſt euentum conditionis non ſolùm Titium, ſed eius hæredes vocauerit [i], cur nō & tacitè? cùm ſcilicet ſubeſt probabilis coniectura, voluiſſe eum hæredem quoq; hæredis præferri.

Vnde

NON HABEBIT [d], TVNC STICHVS ET PAMPHILVS SERVI MEI, LIBERI ET HAEREDES MIHI AEQVIS PARTIBVS SVNTO. Quęro, cùm Titius hæreditatem adierit, & liberos aditæ hæreditatis tempore nō habuerit: an Stichus & Pamphilus ex ſubſtitutione liberi & hæredes eſſe poſsint? Item quæro, ſi ex ſubſtitutione neq; liberi, neq; hæredes eſſe poſsint,

C an in partē hæreditatis videantur adiecti? re-

A ſpōdit, apparet quidē non eā mētem teſtatoris fuiſſe, vt quencunque hæredē adhiberet fratri, quē apertè ex aſſe hæredem inſtituiſſet. Igitur ſi frater adiit, Stichus & Pamphilus

B hæredes non erūt: quos eos amplius noluit hæredes eſſe, ſi frater priùs, quàm hæreditatē adiret, deceſsiſſet, liberis relictis. nā prudens conſiliū teſtātis animaduertitur:

L. 85. Lucius Titius. ij.

a l. j. §. ſi ex incendio. de incend.
b l. fin. C. de impub. gl. l. liberorū. de verb. ſig.
c Alex. in d. §. fi.
d §. ſed & hoc præſenti. in auth. de ſanctiſſ. episc. auth. niſi. C. ad Trebel.
e c. in præſentia. de probat.
f Bar. l. ſi ita quis §. h. de leg. ii.
g Alex. conſi. cxxi. in ii dub.
h l. quidam. §. illo vbi Ang. C. de neceſſ. ſer.
i conſ. ccccix. in v. dub. Corn. conſi. cxix. in ij. dub.
k c. nouit extrà, de iudic. Bar. in extrauag. ad reprimendū verb. per denuntiationem.
l l. quoq;. C. ſi. reg. & d. c. nouit.
m d. l. liberorum.
n auth. nunc ſoli. C de natur. lib.
o l. cum in teſtamento in fi. ſ. eo. l. legatorū. §. i. de leg. ii
p Doct. d. l. Gallus. §. inſtituēs.
q l. cùm pater. §. hæreditatem. i. verſi. eo. tempore. de leg. ii.
r l. in ſubſtitutione in fi. ꝟ. tit. i.
ſ d. l. in ſubſtitutione in princ.
t l. ex facto. i. ſ. eod.
u l. iiij. ꝟ. tit. j. l. legata inutiliter. in fi. de leg. i.
x l. ſi. in princ. C. de bo. quæ lib. l. Seiæ. §. Caio. de fund. inſtru.
y l. iii. §. de illo. ff. pro ſoc.
z l. conficiuntur. de iur. codicil.
a l. qui liberis. §. j. vbi Bal. ꝟ. tit. i.
b l. iii. C. de leg. hæred.
c l. ſi. C. ad Tertyl.
d l. Titius. ꝟ. de ſu. & leg.
e Bar. Bald. Ang. Imol. hic.
f in l. vnica. C. de his, qui an. apert. tab. vbi Corn.
g d. l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol.
h Bal. l. ſi pater. q. iiii. C. de inſt. & ſubſt.
i l. i. C. vt actio. ab hær. l. veteris. C. de contrah. ſtip. vbi Bald.

Vnde videmus, quòd filius hæreditatẽ patris ad matrem, nõ autem ad ſubſtitutum tráſmittit, idque ex præſumpta mente defuncti, qui veriſimiliter noluit matrem à luctuoſa filij hęreditate excludi a. quòd eadem ratione generaliter in hæreditatem aſcendentium conſtituta, vt ex auito deſiderio ad nepotes tráſmit-
23 tatur b. ſi † vulgaris, itémque pupillaris ſubſtitutionis ſpem aliàs nõ
A tranſmiſsibilem c, in ſubſtitutum tráſmitti receptum eſt, quando hoc voluiſſe teſtator præſumi-
24 tur d. Sic † pater, qui duobus impuberibus inſtitutis, ei, qui nouiſsimus morietur, ſubſtituit, videtur hæreditatem primi voluiſſe tranſmitti e: quæ voluntas, cùm hęreditatem non det, ſed impedimentum, quod ex regula communi f tranſmiſsioni obſtat, ſimpliciter tollat, ex perſona tranſmittentis, non autem ipſius nouiſsimè de-
B functi hæreditas ipſa haberi videtur: & ideo eius in computatione Falcidiæ non fit contributio g. Nam & regula iuris, qua traditum eſt, hæreditatem non aditam non tranſmitti h, ex præſumpta defuncti mente introducta eſt, qui veriſimiliter erga ſecundum hæredem nullam affectionem habet, cùm incertus miniméque illi notus ſit i, quod alibi diffuſiùs declaraui k. Meritò igitur, ſi ex probabilibus coniecturis, qualis eſt hæc lex noſtra, conſtare poſsit, tranſmiſsio fiet:
C quod & Aretinus & Iaſon cenſuerunt l. hodiéque in caſu legis noſtræ abſque dubio res procederet propter tranſmiſsionem, quæ deliberationis cauſa lege Iuſtiniani intra annum promiſſa eſt m. Vltra verò annum adhuc legis noſtrę beneficio indigeremus, cui ex præſumpta defuncti mente ſemper locus eſt. Sed in diſcernendis hiſce coniecturis acri iudicio opus eſt: quia recentiores, dum clientibus conſulunt, aliquas addu-
25 xere ſatis fragiles n. Sed † quid, ſi tranſmiſsio-
D ni locus eſſe non poſsit, vt quia fratri huic nunquam delata fuit hæreditas, ſed viuo teſtatore, relictis tamen liberis, deceſſerit? & cùm teſtamẽtum in cauſa caduci ſit, videtur caſus eſſe ſubſtitutionis, aliàs fiſco, nunc coniuncto o. Sed tamen verius eſt, liberos ab inteſtato admitti, propter mentem defuncti, vt hoc caſu defendi communis opinio poſsit. Quid ergo, ſi ab inteſtato liberi admitti non poſſent, quia adeſſent alij teſtatori proximiores, quàm ſint fratrum filij p?
E & videtur hoc caſu rem in circulo eſſe: & ideo pro regula pronuntiandum, vt cauſa teſtamenti ſit potior q. quod in Paradox. diſputaui r. Cùm enim filiorum fauor propter matrem ceſſet ſ, non ſubeſt ratio, cur ſubſtitutos excludamus, & à proprietate alternatiuæ recedamus, ne alioquin cauſa inteſtati contra expreſſam teſtatoris mentem præualeat t. Quòd ſi non alternatina, ſed coniuncta vſus eſſet teſtator, ſecùs dicendum
F videretur: ſubſtitutus enim conditione deficeret propter liberos: liberi verò nec iure tranſmiſſionis, nec ex teſtamento, propter cauſam cadu-
26 ci ſunt vocati. Vnde † conſequens eſt, tabulas ad cauſam inteſtati recidiſſe, in qua proximiores præferuntur. Cæterùm cenſuit Andreas Sic. hîc, ex generalitate verbi probabilem eſſe tranſmiſsionis coniecturam hac in ſpecie: *Inſtituo*
27 † *Titij fratris mei filios: &, aliquo eorum decedente abſque liberis, ſubſtituo ſuperſtites: &, omnibus decedentibus, extraneum.* Vltimus filiorum Titij fratris deceſsit abſ-

a d. l. fi. C. de inſtit.
b l. vnica, C. de his, qui an. aper. tab.
c l. ſi pluribus. in fin. de ſuis, & leg.
d l. qui habebat. vbi Bar. ff. tit. j.
e l. qui duos. de reb. dub. ibi, etiam antè defuncti.
f l. vnica, § in nouiſsimo. C. de cad. tol.
g l. qui duos. ff. tit. j. vbi Ang. Imol. Paul. Alex. Aret.
h d. § in nouiſsimo.
i arg. l. ſciẽdum. de verb. oblig.
k lib. iiij. cap. v. Paradox. & d. l. ventre.
l Aret. l. ventre. reg. ij. de acqui. hæred. Iaſ. l. nemo poteſt. q. ij. de leg. i.
m l. cùm antiquioribus. C. de iure delib.
n Soc. d. l. hæredes mei. § cùm ita. & ibi Rp. ff. ad Treb. Deci. conſil. cccxcvii. Anchar. cccxxvi.
o l. vnica. § pro ſecundo. C. de cad. tol.
p d. auth. defuncto.
q l. æquiſsimum. ff. ad Tertyl.
r lib. vi. c. i.
ſ Bart. l. i. § qui habebat. q. ii. de contra tab.
t l. quandiu. de reg. iur.

non enim fratrem ſolum hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed et eius liberos a.

que liberis, num vocabuntur liberi aliorum in conditione poſiti? & cùm fideicommiſſum conditionale ſit, regula eſt, eos non vocari u: quia nullus debet eſſe tranſmiſsione locus x. Contrà cenſuit Sicul. quia illis verbis *Inſtituo filios fratris*, poſſunt propter generalitatem etiam cõpræhendi nepotes y. Suadetur hoc & legis noſtrę argumento, ne videatur teſtator extraneum ſuis prętuliſſe z. Addit Soc. a, ante aditam hæreditatem hanc ſubſtitutionẽ iuri accreſcẽdi iunctam fuiſſe, & ideo tráſmiſsioni locum eſſe, tanquàm iuris accreſcendi naturã ſubſtitutio aſſumpſerit b. Sed hæc omnia ego nõ ſatis probo: lex enim noſtra in directa ſubſtitutione loquitur, in qua niſi tranſmiſsioni locus eſſet, potuerũt filij fratris ab alijs aduerſus mentem teſtatoris præueniri. At in fideicommiſſaria ſatis eſt, locum eis relictum cẽſeri, vt inteſtato patri ſuo ſuccedere poſsint. quod ſuprà quoq; tradidi. Nam & hoc in caſu Anchar. ſatis oſtendit nullum tranſmiſsioni locum eſſe: & ideo ad præſumptum fideicõmiſſum non haberi c. Sed ego nec fideicommiſſum quidẽ præſumi arbitror: quod infrà oſtendam. Nec eſt verum lata ſignificatione appellatione filiorũ hos compręhendi. Si enim hoc verum eſſet, fruſtrà de tranſmiſsione dubitaremus: quoniam diſpoſitiuè eſſent vocati. Verùm in hoc caſu teſtator expreſsim diſtinxit filios fratris à nepotibus, id eſt, eorum liberis. Vnde vocatis filijs non poteſt de nepotibus intelligi, qui ſolùm in cõditione poſiti ſunt d. Minùs etiã ratio Soc. me mouere po-
28 terit, cùm † ius accreſcẽdi ab adita hæreditate extinguatur e. quo tempore ſpes fideicommiſsi incipit f, vt meritò concurrere non poſsint, maximè cùm inter diuerſas ſucceſsionum ſpecies ius accreſcendi locum non habeat g. Nec dubiũ eſt, directam & fideicõmiſſariam ſucceſsionem diuerſas eſſe: quãuis nec quidẽ in directo poſt aditionem tale ius quicquã operetur h. Putarẽ † tñ,
29 ſi dictio *Superſtites*, ad ipſos liberos in conditione poſitos, referatur, nõ iure tranſmiſsionis, ſed expreſſæ ſubſtitutionis eos admitti i. quod & Raph. Com. ſenſiſſe videtur k Quod & in alia ſpecie reſponſum vidi. Legauerat † teſtator Titio fundũ
30 ſub conditione, qua eueniente, *Ex præſenti*, inquit, *tempore fundum lego*. deceſſerat Titius ante euentũ cõditionis: quo caſu videbatur ex regula cõmuni legatum non tranſmitti l. Sed tñ Crotus propter illa verba *Ex præſenti tempore*, aliud reſpondit. ex voluntate enim defuncti legatum iſtud tranſmiſsibile factum videri potuit m. quæ ſententia & mihi placet, licet Bart. aliud ſenſerit n.

SED ETIAM EIVS LIBEROS a. Tacitè, ſcilicet ab inteſtato, inquit Accur. Ego † verò
31 in caſu legis noſtræ præferri ſuprà cenſui iure tranſmiſsionis, quæ ex præſumpta defuncti voluntate ab hærede inſtituto, in ipſos filios permittitur, ídque in directa ſubſtitutione, quæ nullum grauamen hæredi affert. quod † in fideicõ-
32 miſſaria eſt contrà o. Quid ergo in hac fideicommiſſaria dicemus, cùm teſtator hæredem grauat, ſi ſine liberis deceſſerit, vt hæreditatem Seio reſtituat, an liberi ipſi in conditione poſiti ex teſtamento vocati cenſebuntur, vt ſi qua interim alienata ſunt, reuocari poſsint p? an verò ſolùm ab inteſtato veniẽt, tanquã teſtator legitimã illis ſucceſsionem reſeruauerit? & receptior eſt ſenten-

u l. i. § ſin autem ſub. conditione. C. de cad. tol.
x gl. d. l. vnica, verb. de relictis. C. de his, qui an. apert. tab.
y d. l. liberorum. Barb. hîc, & cõſ. xxvii. in iii. dub. i. vol.
z Bart. d. l. hæredes mei § cùm ita.
a d. § cùm ita. & conſ. vi. in iii.
b arg. l. qui patri. & l. qui ex duabus. de acquir. hæred.
c Anch. conſil. lxxiiii.
d d. l. liberorum. verſi. toties.
e l. i. § interdum. de vſufr. accreſ.
f l. ille. à quo. § i. ad Treb.
g l. ſed cùm patrono. ff. de bon. poſſ. l. i. C. de teſt. mil.
h l. qui plures. vbi Iaſ. ff. tit. i. Bal. cõſi. ix. & iii.
i l. fi. vbi Bart. ff. ad Treb.
k conſil. xiii.
l d. l. i. § ſin aũt ſub conditione.
m l. neceſſario. § quòd ſi pẽdente. de peric. & com. rei ven.
n Bart. l. ſi is, qui pro emptore. de vſucap. vbi Iaſ. & Crotus.
o l. cohæredi. § cùm filiæ. ff. tit. i. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.
p l. fi. § pen. C. comm. de leg.



tia, ſolùm ab inteſtato admitti: nec ius aliquod fideicommiſsi habere a: quia illa verba *Sine liberis*, conditionalia ſunt, ideo non diſponunt b. Et quia mentio liberorum nõ videtur principaliter eorum contemplatione facta, vnde nec grauari poſſunt c: ſed hæredis, qui aliàs purè reperiſ-
33 ſet ſe grauatum d: hinc eſt, quòd † extantibus filiis ſubſtitutus non cenſetur ab eis excluſus, ſed ab ipſo patre, qui tali caſu nõ eſt grauatus, & lex ſimpliciter dicit fideicommiſsi cõditionem tali caſu defeciſſe, non autem liberis aliquid reſtituendum eſſe e. Nam & ſi aliquem ſub conditione *Si legitimus hæres non erit*, inſtituamus, nõ tamen legitimus vocatus cenſebitur f. Quòd ſi legitimus ex ſubſtitutione directa vocatus non cenſetur, idem de fideicommiſſaria dicendum eſt, quæ
34 minùs fauorabilis eſſe ſolet g: ſicut † nec cùm quis pluribus liberis inſtitutis, ſi omnes deceſſerint, ei qui nouiſsimus moriatur, ſi ſubſtituit: nullum enim reciprocum eſt fideicommiſſum, ſed dũtaxat ius legitimæ ſucceſsioeis h. Quòd ſi legitimus ex ſubſtitutione directa vocatus non cenſetur, idem & ex fideicommiſſaria dicendum eſt, quæ minùs fauorabilis ſolet eſſe: quod libro De verb. ſign. iij. oſtendi. His accedit, quòd ſub tali non exiſtentem filiorum conditione reſtituere rogatus, ſi eos ſuſcipiat, licet hæredes non ſint, nihil reſtituere tenetur: quia conditio defecit i. Et cùm lex dicat conditionem defeciſſe, apparet nec filiis quidem ipſis quicquam (quod Socinus putabat) reſtituendum eſſe k. Solùm enim conditio ipſa attendenda eſt, an euenerit, an defece-
35 rit: quia † in conditionibus merum factum attẽ-
36 dimus l: & † ideo ſolet conditio ſufficere pro cauſa m. Nec vlteriùs perſcrutandum eſt, quid hi liberi agant. Fuere tamen, qui huic ſententiæ aduerſarentur, cùm verba conditionalia quandoque etiam inducendo fideicommiſſo ſufficiant n: cùm & quandoque ſola mens teſtatoris ſufficiat, quem vel conditionalibus verbis indicari poſſe ſatis conſtat o. Nec poteſt negari, quin ea conditio fauore filiorum ſit adiecta p, quorum gratia ſæpiſsimè (quamuis verba deficiant) fideicommiſſum inducitur q, ſuadéntque id legis noſtræ verba, quæ non ſolùm fratrem, ſed filios præferri dicunt. Sed has & ſimiles rationes ab Alexan. & Cur. diffuſiſsimè confutatas r non eſt conſilij noſtri hîc repetere, cùm vno verbo facillimè diſſolui poſsint. Nec enim verum
37 eſt, verbis † conditionalibus mentem diſpoſitiuam argui ſ. & ſi aliquibus caſibus arguatur, nũquam id fit, vt hæres ſcriptus, maximè filius, qui prædilectus eſt t. cenſeatur grauamini fideicommiſsi ſubiugatus: cùm, vt ſuprà diximus, liberorum conditio eius fauorem reſpiciat: non igitur
I. Ampl. onus afferre debet u. Procedit † autem com-
38 munis hæc ſententia, etiam ſi per ablatiuos abſolutos concepta conditio proponatur x, vt quia teſtator dixerit, *Hærede non extantibus liberis decedente, volo hæreditatem reſtitui.* quod verſus ad aliquos alibi oſtendi y. Nec me mouet, quod ſi dictum ſit, *Acceptis centum reſtituas Titio hæreditatem*, cogitur Titius centum dare y: quia dictio *Acceptis*, quamuis conditionalis, tamen etiam diſponit. Nam iſtud eſt, quia (vbi Bald. ait) hæc dictio executio-

a l. j. C. de pact. l. generaliter. verſi. cui enim. ibi, fructu paterno. C. de inſtit. & ſubſtit. l. iubemus. j & ii. reſpõſ. ad Treb. C.
b d. l. ex facto. ff. §. eo. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.
c Bart. l. ſed & ſi ſic de leg. iii.
d l. illis libertis. vbi Bar. de cond. & dem. Caſtr. conſ. clij. præſens dubium. in li. dubio. Aret. conſi. i.
e l. ex facto. § ex facto. ad Treb.
f l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ſi legitimus. §. cod. Doct. l. Gallus. in princ. §. de lib. & poſth.
g l. ſi fuerit de reb. dub. l. vnũ. § quod ſi rem. de leg. i. in fi. ad leg. Falcid.
h l. vel ſanguinis. ff. tit. i. vbi Bald. & Doct.
i l. filius familiâs. § cùm quis. de leg. i.
k Soc. l. cùm auus. de inſtit. & ſubſt.
l l. Mæuius. l. qui hęred. de cond. & dem.
m l. à Titio. de verb. oblig. vbi Doct.
n l. fideicõmiſſa. § cùm eſſet. de leg. iii.
o l. pen. ff. de col. dot. l. ſi quis locuples. in fi. de man. teſta.
p d. l. generaliter.
q l. vnum. ex familia. § fi. ff. de leg. ii
r Alex. conſ. clxxxv. in ii. dub. Cur. Sen. conſ. lxiiii.
ſ l. iiii. § ſi quis ita. de adim. leg. l. quia legitima. & verb. neq;. n. ff. ſi quis. om. cau teſta.
t l. Publius. in fi.
u l. in ratione. § tametſi.
x Curt. Sen. conſi. l. lxvii. Dec. aũt. verb. vt ſi de cõd. & dem. conſi. lxxxix. y §. rub. ſol. matr. Alex. d. conſi. clxxxv. Ioan. de Anan. conſi. lxxxviii.
z d. l. fideicommiſſa. § cùm eſſet.

L. 85. Lucius Titius. ij.

nem actus reſpicit, & non ad Titium, ſed agentẽ dirigitur. Vnde ſecus eſſet, ſi dictum proponeretur, *Hæres meus, ſi Titius centum dederit, ei reſtituas*. Non enim poſſet cogi Titius conditionem adimple-
39 re a. Cùm † ergo dictio *Acceptis* ad factum agentis referatur, diſpoſitionem inducit: at in caſu
A noſtro conditio *Si deceſſerit ſine liberis*, non ad factũ patris refertur, ſed ad caſum fortuitũ, qui ab eorum facto non pendet: ideo diſponere non de-
II. bet b. Sed † & procedit communis ſententia,
40 etiam ſi conditio illa ab auo, vel alio aſcendente
41 adiecta fuerit. cùm † enim aliàs in tali teſtamento ſubaudiretur c, ſi adiecta ſit, non tamẽ in vim diſpoſitionis valet, ſed tanquam eius conditionis, quæ tacitę ſubintelligebatur, expreſsio nihil operatur d. Quod aduerſus Salicetem e cre-
B briùs exiſtimatũ eſt f. Nec obſtat, quod lex ait, cõditionem ſubaudiri, ne videatur teſtator alienas ſucceſsiones propriis anteponere g: quia nõ ideo ſequitur, hoſce liberos teſtatoris ſuccedere, etſi ipſius teſtamento etiam vocatos, cùm poſsit hæc ad inteſtati ſucceſsionem ex perſona patris grauati delatam referri, vt hæres legitimus filij
III. cenſeatur aui teſtatoris hæres h. Rurſus procedit, etiam ſi filij ab inteſtato non poſſent admitti, non ideo ſequitur, vt pro eorum admiſsio-
C ne, adeò præſumamus, quòd voluerit teſtator eis patẽre locum ex teſtamento, quicquid hîc Raphaël reſpondiſſe ſe dicat: quamuis † enim in pa-
42 cto, vt ſine liberis defuncta filia, dos patri reſtituatur, fiat interpretatio, ea filios habente, dotem illis reſeruandã, qui aliàs in ea dote ſuccedere nequiuiſſent i, tamen in caſu noſtro argumentum à contrario ſenſu non infert, vt ideo filij vocen-
IIII. tur, ſed ſolùm, quòd excludatur ſubſtitutus, ſalua inteſtatæ ſucceſsionis filiis cauſa k. Item pro-
D cedit, etiam ſi teſtator maſculos ſolùm in conditione poſuerit l. Non enim abſurdum eſt, quòd teſtator magis hæredem ſcriptum amauerit, ſi filios maſculos relinqueret, & idcirco noluerit eũ tali caſu grauare, & tamen non ideo eos ad fideicommiſſum vocauerit, quicquid hac in re à recentioribus reſponſum ſit m. Aduerſus enim iſtos ſunt cæterorum auctoritates, qui communem ſequuntur, etiam quòd dictio *Maſculis*, adiecta ſit n. & Guido Papæ fatetur ſe obtinere non
E potuiſſe, & Decius aduerſus ſuam hanc ſententiam iudicatam dicit. eſto enim, quòd † ſubſtitu-
43 tus ſolius maſculi contemplatione ſit excluſus, non tamen ſequitur, id lucrum ipſi maſculo ap-
44 plicari o. Sed † cùm ſit ſalua ſucceſsionis ab inteſtato cauſa, fœminæ maſculorum beneficio v-
V. tentur p, vt ſimul vocentur q. Qua † ex ratio-
45 ne oſtenditur, nihil referre, ſi caſu quo grauatus abſque maſculis decederet, filiabus aliquid reliquerit. quod aduerſus Cur. Sannaz. & alij cẽſuerunt r. Nam ideo videtur reliquiſſe, quia vide-
F bat fideicommiſſum ab hærede reſtituendum, quo ſolatio non exiſtimauit eum extãtibus maſculis indigere, cùm tunc grauaminis conditio deficeret: nam etiam ſi hæres relictis maſculis, & fœminis decederet, tametſi æqualiter ei omnes ſuccederẽt ſ, non tamen quicquam aduerſus teſtatoris mentem fieret, qui tali caſu hæredem non grauauit, ſed liberum ei arbitrium reliquit, adeò vt etiam in extraneos alienare potuerit t: tantum abeſt, vt & filiabus relinquere nõ

a l. cùm ab eod. de cõtrah. empt.
b Bart. l. à teſtatore. de condit. & demonſt.
c l. cùm auus. de cond. & demõſt.
d l. iii. de leg. i.
e l. i. C. de cond. inſer.
f Soc. cõſ. cxvi. in ii. dub. Cur. Sen. conſ. xlvi.
g d. l. cùm acutiſſimi. in fi.
h l. ſi. quis filium. § ſi. de acq. hæred.
i l. inter ſocerũ. § cùm inter. de pact. doct.
k Alex. d. conſi. clxxxv. verſic. decimo.
l Alex. de conſ. clxxxv. & xxiiii. in iii. Socin. d. conſ. lxii. ciiii. & cxvi. Ruin. cxli. in iii. dub.
m Dec. cõſ. cclxx. cccxviii. dxlvi. dlxiiii. Cur. Iun. lxxxviii. cxiii. & in d. l. i. C. de pact.
n Oldr. conſi. xxi. Io. And. in Specul. de teſta. § in primis. Cur. Sẽ. xlii. Corn. conſ. cxlvi. in ii. dub.
o Bart. l. paterfamiliâs. in fin. de hær. inſtit. l. vxorem. § hæres. de leg. iii. Curt. de conſ.
p l. ſi poſt mortẽ. § de cõtra tab.
q l. maximum vitium. C. de lib. præt.
r Huber. d. l. i. C. de pac. nu. 73.
ſ d. l. maximum.
t d. l. fi. § pen. C. comm. de leg.

VI. poſsit[a]. Vnde † fortiùs cenſeo, etiam ſi proprias
46 filias teſtator ab hæreditate excluſiſſet, filios ta-
men maſculos in ſola conditione poſitos adhuc
cenſeri[b]: nec abſurdum videri, ſi filiæ hæredis cũ
fratribus maſculis admittantur[c], quamuis pro-
prias teſtator excluſerit: quia id omne ex ſolo hę
redis fauore eſt, quem eo quoq; caſu teſtator fi-
liabus propriis prætulit: videtúrque hæc rece-
VII. ptior eſſe ſententia paucis reclamantibus[d]. Cæ-
terùm † hæc cõcluſio procedit, quoties liberis a-
47 lio capite teſtamenti expreſsè vocati eſſent, non
tamen præſumeremus in capite ſubſtitutionis
per verba conditionalia cenſeri vocatos[e]. cùm ſi
hoc voluiſſet teſtator, ſicut in alio capite teſtamẽ
VIII. ti expreſsit, ita in hoc exprimere ſciuiſſet[f]. Sed
48 † nunquid quod de fideicommiſſo vniuerſali di-
citur, etiam in legato procedet? & Angel. quem
Iaſ. ſequitur, in hac ſpecie diſſentit[g]. Teſtator
fundum Titio amico legauerat, & ſi Titius ſine
liberis decederet, reliquit eccleſiæ: cenſuit enim
49 liberos ſubſtitutos in legato cenſeri[h]. Nã † cùm
legata vel ſolo nutu dari poſsint[i], ſatis annuiſſe
dicitur, qui conditionaliter locutus eſt[k]. Sed a-
libi idem Iaſ. cõtraria rectiùs prodidit[l], cùm nec
in legatis conditiones diſponant[m], & tam vni-
uerſalia fideicommiſſa, quàm particularia nutu
relinqui poſsint[n]. Vnde nulla probabilis eſt in
IX. hoc differentia. Enimverò † & tũc regulæ eſt lo-
50 cus, cùm proponitur teſtatorem ad plures ſub-
ſtitutionum gradus progreſſum eſſe, vt quia hæ-
redem inſtituit, & ſi ſine filiis decederet, Titium
vocauit, & ſi Titius abſq; liberis decederet, Sem
pronium, & ſi Sempronius, Caium[o]. Reſpon-
det tamen Anchar. ſi pater pluribus liberis inſti-
tutis, & inuicem ſubſtitutis, & tandem ſi deceſſe-
rint ſine liberis, poſt omniũ mortem Seium ex-
traneum vocauerit, vltimo abſque liberis dece-
dente, non extraneum, ſed alios filios in condi-
tione poſitos vocari[p]. Sed hæc quæſtio à noſtra
plurimùm differt. Nos enim diſputamus, an filii
cenſeantur patri per illa verba cõditionalia ſub-
ſtituti. At quomodo de eo agit, qui alteri, quàm
ei, cuius fauore in condione poſitus eſt, ſucce-
dere vult, in qua à nobis ſuprà contra Anchar. cõ-
cluſum eſt. non enim hoc caſu ſufficiunt conie-
51 cturæ tranſmiſsioni: cùm † lex noſtra de directa
ſubſtitutione loquatur, quæ ipſi Titio hæredi
ſcripto nullum onus adfert. At Anchar. de fi-
deicõmmiſſo loquitur, quod hæredi ſcripto o-
neroſum eſt. atqui † conditio *Si ſine liberis*, cùm
52 hæredis fauore adiecta cenſeatur, ad odium
trahenda non eſt, vt illi onus fideicommiſsi ad-
X. ferat[q]: quod ſuprà dixi. Ruſus ſunt etiam,
qui procedere exiſtiment concluſionem, etiam ſi
vltra fideicommiſſum proponatur in teſtamen-
to prohibitionem alienationis adiectam fuiſſe.
non enim ideo maſculi cõditionalibus illis ver-
bis vocatos ſe prætendere poſſunt, quod Con. &
Cur. Sen. reſponderunt[r]. idémque & Soc. cen-
ſuit: quamuis ex variis teſtamenti capitibus ap-
pareret in teſtatoris animo id fuiſſe, vt familiæ
ſuæ conſuleret[s]. Sed tamen advertendum hic
53 arbitror: quia † licet prohibitio alienationis ſim-
pliciter facta, ex ſe non ſit efficax[t], cùm tamẽ de
eis bonis facta ſit, ad quę teſtator per dictam con
ditionem ius legitimæ ſucceſsionis liberis reſer-

b l. conficiuntur. de iur. codic. Caſtr. d. §. cùm quis. Alex. cõſi. xxxiii. in vi. Soc. d. l. cũ autis ad fin.
c d. l. maximum.
d Curt. ſen. conſil. lxxvi.
Alex. d. conſil. lxxxv. & cõſil. xii. & xxiiii. in iii. dubio.
f l. vnica. § fin. au tem ad deficiẽtis. C. de cad. tol. Dec. conſil. cccexvi.
g l. in legatis. C. de lega. vbi Iaſ.
h Iaſ. l. pecuniam, quam. ſi cert. pet.
i l. nutu. de leg. iii.
l. ſi quis ... in fin. de man. teſt.
l. i. C. de pact. in l. in ratione. ii. § penul. ad l. Falcid.

uauit, ſatis videtur ex eorum contemplatione
feciſſe. Et ideo dici poteſt vocatos cenſeri ipſos
filios[u], & non conditionaliter, ſed etiam diſpo-
ſitiuè locutum teſtatorẽ. non enim hoc caſu poſ
ſumus dicere adiectionem cõditionis in fauo-
rem hęredis factam: cùm † per prohibitionem a-
54 lienationis appareat non de fauore hæredis co-
gitaſſe teſtatorem, ſed potiùs liberorum, qui le-
gitimi hęredes patri futuri erãt. Quòd ſi ea phi-
A bitio de certis tantùm bonis eſſet, tunc non pu-
tarem à regula recedendum eſſe, cùm prohibi-
tio certis rebus, argueret liberum arbitrium in
aliis[x]. Sed quid ſi filios in conditione poſitos XI.
expreſsè teſtator grauauerit? & Bartol. cenſuit
tunc vocatos ex teſtamento cenſeri: non enim
poterunt grauari, niſi tacitè vocatos propona-
mus[y]. Credendum eſt ergo fuiſſe vocatos, ne
actum eluſorium feciſſe videatur[z]. quæ Bartol.
ſententia receptior eſt[a]. Innititur autem hac
B præſertim ratione: clarum eſt, etiam † conditio- 55
nalibus verbis mentem teſtatoris declarari poſ-
ſe[b]: quæ verba licet ex ſe ipſis non diſponant,
tamen ſi aliæ coniecturæ iungantur, diſpo-
nent, vt quæ ſingula non poſſunt, coniuncta ad-
iuuent[c]. Quãuis ergo ex ſola oneris datione, nõ
arguatur inſtitutio, nec ex ſola cõditione, vtrun
que tamen coniunctum fideicõmiſſo ſufficiet[d].
Sed † qd in diſpoſitione legis dicemus? & cùm XII.
negari non poſsit, quin ex conditionalibus ver- 56
C bis mens cõpræhendatur[e], conſtetq; in hoc vl-
timas voluntates à legibus differre, quòd in vlti-
mis voluntatibus ſola teſtatoris mens nõ diſpo-
nit, niſi aliquo modo ſit diſpoſitiuè expreſſa[f],
in legibus verò ſecùs ſit[g], conſequens eſt, vt &
in legum contextu hæc verba diſponant, ſi talis
mens præſumatur. Vnde in ſtatuto, quòd dece-
dente vxore ſine liberis, maritus lucretur dotẽ,
reſpondit Caſtr. liberos vocatos eſſe[h]. & in alio
ſtatuto, quòd ſtãtibus maſculis filia fœmina nõ
D ſuccedat, exiſtimauit Bart. maſculos vocari[i].
quod & pluribus aliis exemplis demõſtrari poſ-
ſet. Sed † quid in contractibus dicemus? & in XIII.
eis hãc conditionem ſtare diſpoſitiuè aliqui cẽ- 57
ſuerunt[k]. Vnde ſuprà diximus, pacto quo filia
ſine liberis decedẽte, dos ad patrem reuertatur,
cenſeri actum, vt liberi vocentur[l]. Cuius rei va-
rias rationes Docto. adducunt[m]. Ego † dotem à 58
patre non ſolùm profectitiam, ſed etiam aduen-
titiam dari poſſe didici[n]. At cùm expreſſo pacto
E cauit, certo caſu ſibi reſtitui, & ſic profectitiã re-
manere, cenſetur caſu omiſſo voluiſſe, vt aduen-
titia ſit, ideóque à filia ad liberos pertineat: non
igitur hoc procedit, quia verba cõditionalia diſ-
ponãt, ſed quia natura actus hoc infert[o]. Bal. ta-
men, Caſt. & Alex. hoc caſu dotem marito acqui
ri maluerunt[p], quam tamen teneatur filiis con-
ſeruare[q]. Pontanus acquiri liberis cenſuit, quã-
uis matris hæredes non ſint[r]. Sed † cùm dixe- 59
rim tali pacto dotem aduentitiam effici, ſequit
F vt de ea, ſicut de reliquis aduentitiis iudicetur[s],
veráq; ſit communis ſententia, vt nec in contra-
ctibus cõditio illa *Si ſine liberis, etc.* diſponat[t]. Nec
me mouet, q † in contractibus ſit locus argumẽ- 60
to à contrario ſenſu; quia cõtrarius ſenſus in hac
conditione non eſt, vt liberi ſuccedant, ſed vt ex
cludatur ſubſtitutus: quicquid dixerit Iaſ.[x]

u l. peto ... i. dem dicimus. de leg. ii.
x l. cùm prætor. de iudic.
y l. ab eo. C. de fideicom.
z arg. l. deniq; § interdũ. de pet. leg.
a Dec. conſil. cl. xxxii. Mod. l. cùm filio. d. l. i.
b d. l. ſi quis locu ples. in fi. l. ſi ita ſtipulatus. de oper. liber.
c l. i § iidẽ Cornelio. vbi Bart. de quæſtio. l. ii. § fi. de excuſ. tutor.
d argum. l. Titia Seio. § Seia libertis. de leg. ii.
e d. l. ſi quis locu ples in fin.
f l. quidã cùm filium. vbi Bald. ſ. cod.
g l. nominis. in fi. de verb. ſig.
h cõſi. ccxxxii.
i Bar. d. l. liberorũ & l. ii. § vidẽdũ, ad Tert.
K Iaſ. d. l. pecuniam, quam.
l d. l. inter § cùm inter. de pac. dot.
m Alex. l. ſi cùm dotem. in prin. ſol. mat.
n l. ... C. de collat.
o d. l. ſi cùm dotem.
p Alex. d. l. ſi cùm dotem.

n l. & in epiſtola. vbi Bal. & Salic. C. de fideicommiſ. o Alex. d. conſ. clxxxv. & cxxxiiij. in vj. Soc. d. conſ. cxvj. p Anchar. conſ. lxxiiij. contra Philippum. q d. l. cohæredi. § cùm filiæ. r Cor. conſ. cxviij. in ij. dub. Curt. conſ. xlv. s Soc. d. conſil. cxvj. in ii. dub. t l. filius familiãs. § diui. de leg. i.

q auth. hæres. C. de ſec. nupt. r arg. l. ſeruo legato. § ſi teſtator. de leg. i. s l. i. C. de bon. mater. t l. ſi ita ſtipulatus. de ope. liber. l. Bebius. de pact. dot. v d. l. pecuniam, quam.

De



# De Vulgari & pupillari ſubſtitutione †. *Rubrica.*

† *lib. 28. tit. 6.*


1 *Definitio ſubſtitutionis.*
6 *In militum teſtamẽtis non eſt locus legum interpretationibus.*
7 *Subſtitutiones in legatis & mortis cauſa donationibus fieri poſſunt: &, quòd verbũ Subſtitutio ſit generale.*
9 *Subſtitutio eſt inſtitutio. 12.*
11 *Reiectæ conditiones in filiorum, quo ad legitimam, inſtitutionibus, habeat itidem in ſubſtitutione vulgari locum.*
14 *Verba Inſtituo & Subſtituo, in quo differant.*
16 *Subſtitutio in directis propriè locum habet, nec fideicõmiſsum ſub ea compræhenditur. 19.*
20 *Inſtitutionum & ſubſtitutionum origo.*
21 *Etymon vulgaris ſubſtitutionis: & occaſio inductæ pupillaris, exemplaris, & compendioſæ.*
24 *Quomodo fideicommiſſariæ ſubſtitutiones in vſum & ad iuris neceſsitatem perductæ ſint.*
25 *Subſtitutio directa poſt aditam hæreditatem interdum valida eſt. 27.*
26 *Verbis ll. XII. tabularũ non prohiberi ſubſtitutionem adita hæreditate.*


## *De vulgari & pupillari ſubſtitutione[a].*

a SVBSTITVTIO *a*, inquit li-
bro Inſtitutionum II. Caius[a],
1 eſt, quæ † poſt inſtitutionem
fieri à teſtatore ſolet, id eſt, ſe-
cundi gradus hęredis appella-
tio. Breuiùs Accurſius[b] noſter
definit, vt ſubſtitutio ſit ſecun-
I. da inſtitutio. Qua ratione ſubſtitutio ex vi
verbi includit pręcedentẽ inſtitutionem[c]: In-
2 telligendum tñ eſt, vt † ſecũda inſtitutio dicatur
qualiſcunq; poſt primã[d]. ſicut ſecundæ nuptiæ
& ſecũdus torus, dicit quotuſcunq;, ſiue tertius,
ſiue quartus[e], & filius ſecundogenitus quocun-
que matrimonio natus, qui ab vno dũtaxat prę-
cedatur[f], cùm qui eum ſolus præcedit, quocun-
que ordine editus ſit, primogenitus extantium
dicatur[g]. Nam & aliqui tradiderũt, ſuſtineri at-
teſtationem, qua ſecundò factum dicatur, quod
tertiò quoque, vel quartò conſtaret factum[h].
quod putarem verum, niſi de hoc iſto ordine liti
II. garetur. ſed hæc ſentẽtia certior eſt, cùm dictio-
ne *Iterum*, teſtis vſus eſſet[i]. Ruſus intelligendũ
eſt, vt ſecunda inſtitutio accipiatur reſpectu gra-
3 dus. Vnde † ſubſtitutus pupillariter filio exhęre
dato, rectè ſubſtitutus dicetur[k]: quia filius obti-
neret primum gradum, quem vel priùs inſtitui
oportet, vel illo exhæredato alium qui hæredi-
tatem adeat[l], exhęredationémque confirmet[m].
4 Et † quamuis alia ſit pupillaris, alia patris hære-
ditas[n], tamen propter vtriuſq; coniunctionem
ſatis poteſt pupillaris ſubſtitutio ſecundus gra-
dus dici[o]: quia ſecundo loco & poſt primũ gra-
5 dum facta eſt nuncupatio[p]. vnde & ſecundæ ta-
bulæ dicuntur. Item † qui à milite ex tempore
eſt inſtitutus, propriè ſubſtitutus non dicetur[q]:
quia in ſecũdo gradu non eſt, ſed in primo cum
eo qui ad tempus inſtitutus fuit. craſſa tamen
Minerua, ſeu intellectus cauſa appellari ſubſti-
tutus poterit[r]: quia ante diem decedente pri-
mo, videtur quodammodo ſecundo gradu ſcri-

a titul. v. in princip.
b l. i. in prin. ff. eo. l. percibus. C. eod.
c l. ſi pater impuberes. ff. eod. l. ſciendum. de verb. oblig.
d l. primò enim. ff. eo.
e l. ſi quis prioris. § talẽ. C. de ſecund. nup.
f arg. c. Ioſeph. de verb. ſig.
g Bald. l. ii. C. de iur. emphyt.
h Porcius Inſt. eo. in princ.
i l. veluti. in fin. de eden.
k l. j. § fin. ff. eo.
l l. ii. ff. eod.
m l. pen. in prin. de bonor. poſ. contra tab.
n Inſt. de pupil. ſubſt. in princ. Caſt. l. i. in prin. ff. eo.
o l. patris. ff. eod. vbi gl. de teſt. mil.
p d. l. ii. § interdũ. l. ſi pater. de capt.
q l. quærebatur. in fin. mil.
r l. miles ita. in princ. de teſt. mil.

ptus eſſe. Cur autem legata à primo non pręſtet, L. 85.
alij aliter reſpondent: ego, quia † in teſtamẽtis Lucius
militum non habent locum legũ interpretatio- Titius. ij.
nes[s], ſed ſecundum ius gentium accipiuntur[t].
quod alibi docui[u]: hincque eſt, quod pupillari- 6
ter miles ſubſtituit,
quamuis ſibi nõ fe-
cerit teſtamẽtum[x].
qui enim inteſtato illi ſuccedunt, videntur pri-
A mum gradum tenuiſſe[y]. Cæterùm & inſtitu-
tio propriè de hæreditate in hac definitione in- III.
telligenda eſt, idque propter ſubiectam mate-
riam. Nam † & in legatis, & † in donationibus 7
cauſa mortis, fieri ſubſtitutiones poſſunt[z]. ve- 8
rùm qui ex his vocati ſunt, nõ ſimpliciter & ab-
ſolutè ſubſtituti appellãtur[a]. eſt enim vox Sub-
ſtitutionis, admodum generalis, quæ plurimis
rebus conuenit. Vnde dicimus ſubſtitutum iu-
dicem[b]: ſubſtitui pecora in grege[c], ſubſtitui ar-
B bores[d], ſubſtitui tutores[e], & ſimilia: ſed nos de
propria ſignificatione loquimur, id eſt, magis pe
culiari[f]. Sed hinc oritur probabilis dubita-
tio, an † ſubſtitutio propriè ſit inſtitutio? & vi- 9
detur eſſe: aliàs Accurſius impropriis verbis eam
definiuiſſet, quod credendum non eſt[g]. vnde &
ſæpiſsimè in iure inſtitutus dicitur, qui ſubſtitu-
tus eſt[h]. Nã & q ſecunda ſit, nõ mutat verbi pro-
prietatem[i]: ſicut nec q ſit conditionalis[k]: aliàs
creditor cõditionalis creditor nõ eſſet[l], emptio
C conditionalis emptio non eſſet[m], & ſi qua ſimi-
lia[n]. non † n. conditio ſuprà ſcripto caſu naturã 10
rei mutat: quo caſu quod ſecundũ quid eſt, pro-
priè tale eſt: nam & videmus mandatũ tanquam
de inſtituto factũ, de ſubſtituto quoq; intelligi[o].
Item conditionem iſtam *Si me hæredem inſtituiſſes*,
per ſubſtitutionem eueniſſe cenſeri[p]. quod non
alia ratione, quàm ex vi verborum eſt, quę potiſ-
ſimum in conditionibus attẽditur, etiam ſi præ-
teritum tempus reſpiciat[q]. & licet Socin. Ruin.
D Curt. variis modis hoc argumentis diluere co-
nentur, tamẽ non ſat rectè. Reſponſum quoque
extat, legem † Iuſtiniani quæ de inſtitutionibus 11
filiorum, quatenus ad legitimam pertinent, con
ditiones reiici iuſsit[r], etiam in ſubſtitutione
vulgari locum habere[s]. vnde cùm filius ſolùm
compendioſè ſubſtitutus hæredi eſſet, ſuſtineri
teſtamẽtum Alex. reſpondit, & ex primo gradu
in legitima valere: quia compẽdioſa ſubſtitutio
propter vulgarem, quam complectitur, pro con-
E ditionali inſtitutione eſt, *Si ſcriptus non erit hæres, fi-
lius eſto.* igitur conditio vſq; ad legitimam reiici
debet, & filius perinde haberi, ac ſi ipſe quoque
primo gradu nominatus eſſet[t]. quæ ſentẽtia a-
pud me ſat dubia eſt: cum enim iure veteri pri-
mus gradus ſit nullus,[u]: non facilè inducẽda eſt
legum correctio, vt hoc caſu Bald. reſpondit[x], &
lex nonnulla inſtitutionem non ſupplet, id eſt,
ſecundum gradũ in primum non tranſfert, ſed
aduerſus querelam inofficioſi prouidet, ius di-
F cendi nullum ſecũdum leges veteres relinquit,
ſicut nec de conditione loquitur, quę ſubſtantię
diſpoſitionis ſic adhæret, vt ſeparari non poſ-
ſit[y]: & in caſu noſtro non tam conditio obſtat
filio, quàm primus inſtitutionis gradus[z]. Fuere
† tñ, qui à ſuprà ſcripta cõcluſione diſſentirẽt, & 12
inſtitutionis appellatione impropriè contineri

s l. licet imperator de leg. i.
t d. l. miles ita. l. i. C. de teſt. mil.
u in l. centurio. ff. eod.
x l. i. verſi. quamuis. ff. eod.
y l. conficiuntur. de iur. codicil. l. Gallus. vbi dixi, ſ. de lib. & poſthu.
z l. vt hæredibus. de leg. ii. l. i. § fin aũt ſub conditione. C. de cad. tol.
a Bar. l. Lucius. § quæſitum. de leg. iii.
b l. pen. iud. ſol.
c l. ſi grege. de leg. j.
d l. in fraudem. § conductor. de iur. fiſc.
e l. tutores. § in eum. de admi. tut.
f l. mortis cauſa capitur. de don. cauſa mor. l. nõ facilè. § i. de grad.
g not. l. i. ſ. de teſta.
h l. hæredis. de verb. ſig. Barto. Gallus. § inſtituens. de lib. & poſthu.
i l. in ratione. j. § quod vulgo. ad leg. Fal. l. cohæredi. § cohęres. ff. eod.
k l. creditores. de verb. ſig.
l § pen. Inſt. de emp.
m dixi l. ſi cert. pet.
n l. qui pœnæ. de man.
o l. ſi quis mihi § pen. verſi. idémque de acquir. hæred.
p l. mulier § fi. de cond. inſt. vbi Caſtr.

n d. l. fi. C. de inſti. & ſubſti.
o l. qui hæredi. & l. Mæuius. de cõdi. & demon.
p d. §. & quid ſi tantùm.

q l. pater Seuerinam. de condi. & demonſt. r l. legatum. C. de cond. inſer. Bar. l. i. C. de inſti. & ſubſti. s l. legatum nulli. de adi. leg. u arg. d. l. fi. C. de inſtit.

non

non eſt æquum extenſionem hanc fieri. vnde ca-
VII. ſus pro omiſſo eſt [a]. Sed † & quoties in caſu o-
56 miſſo ſpecialiter alio modo proviſum eſſet, non
eſt credendum, voluiſſe teſtatorem ſub alio ex-
preſſo contineri [b]. expreſſa enim teſtatoris pro-
viſio tacitã impe-
dit, quæ ſola legis
auctoritate fit [c].
VIII. Addit † Aretinus,
57 ſubſtitutionem in

aut duplex eſt, aut ſim
plex. Simplex eſt, vel

vnũ caſum factam, nec tũc ad omiſſum trahi, cùm
aliquid adverſum iuris regulas induceretur [d]:
quæ ſentẽtia nullã dubitationem habet, cùm ex-
tenſio nunquam fiat, ſi aliquid adverſus iuris re-
gulas excitatur [e]. non enim veriſimile eſt, id vo-
luiſſe teſtatorem. nam & verba ſubſtitutionis,
quamvis generalia, non comprehendunt caſum,
quo quis in fraudem edicti hæres eſſe nollet [f].
Vnde apparet, ſi hac cauſa verborum generalitas
reſtringitur, multò magis extenſionem prohi-
IX. beri. Illud † quoq; conſtat, ſubſtitutũ qui con-
58 ditione ex vi verborum defectus eſt, non tamen
ad eam portionem admitti, quæ inſtituto ſub
conditione deferebatur, quamvis ante eventum
59 conditionis inſtitutus ille deceſſerit [g]. Vnde † cõ-
ditio *Si nauis ex Aſia non venerit*, ad eum caſum non
trahitur, quo veniat, ſed mortuo inſtituto, vt
Bald. Angel. Imol. Alexand. cæteríque tradide-
runt. quæ ſententia in ſubſtituto vera eſt: in co-
hærede verò non procederet, qui quomodocun-
que vacauerit, portio per ius accreſcendi admit-
X. titur [h]. Subiicit † Socinus ſubſtitutionem in ſui-
60 tate factam, ad alium quidem eiuſdẽ ſuitatis ca-
ſum trahi, vt ex Galli conſilio adnotatur [i], ad hę-
reditatis verò caſum non trahi [k]. Sed ego inſti-
tui in hæreditate filiũ, nepotémq;, ex Galli con-
ſilio didici: in ſuitate verò inſtitutionem nullam
agnoſco. Nec me mouet, quòd ibi dicatur eman-
cipatione nepotem excludi [l]: quia communis
ille ſenſus prorſus abſurdus eſt. quod cùm ado-
leſcens eſſem, Paradoxorum libro iij. capitulo ix.
oſtendi. Et hæc quidẽ mixtæ huic ſubſtitutioni
ſufficiant, quandoquidẽ Iaſonianas quæſtiones
alibi à me commodiùs tractatas, libro De verbo-
rum ſignificatione iij. poteris ſtudioſius invenire.
a LVCIVS TITIVS HAERES ESTO [a]. ¶ Me-
ritò præmiſit Iuriſconſultus inſtitutionem, cùm
61 † aliàs vulgaris ſubſtitutio eſſe nequeat, vbi ſub-
ſtitutio non præceſſerit [m]. Sufficit autem ſiue in-
ſtitutio expreſsè concepta ſit, ſiue tacitè, dũ mo-
dò ex teſtamento tacita illa inſtitutio ſeruata
legis forma colligatur: aliàs enim inſtitutio in
codicillis facta pro inſtitutione nõ eſt [n], ſicut nec
quæ ſola conditione ab inteſtato venientibus lo
cum facit [o], veluti *Si legitimus hæres non erit, Titius hæ-
res eſto*. cenſetur enim Titius non vulgariter ſub-
ſtitutus, ſed potiùs ſub conditione hæres [p]. vnde
& talem lex non ſubſtitutum, ſed inſtitutum vo-
cat [q]. Quòd ſi quis filium ex teſtamento ſucce-
* dere * velit, primúmq; in eo gradum tenere, non
in ſola conditione ponere, ſed per diſpoſitiuam
clauſulam vocare debet: aliàs primus ille gradus
nõ tenet [r]: ſed ab inteſtato filius ſuccedit, vt pri-
mum gradum inteſtati ipſe teneat, ſequens teſta-
menti ſit ſubſtituti [s]. qua de re in conſilio Galli
magna eſt inter noſtrates altercatio [t]. Et ex hac
formula adnotat Bart. ſubſtitutionem vulgarem
reſpectu inſtituti verbis negatiuis concipi: nem-
pe *Si inſtitutus hæres non erit*. ſufficit autem, ſiue hu-
iuſmodi negatiua verba quoquo modo expreſſa

a Bart. d. l. ſi mater. §. i. Alex. conſil. i.
b l. cùm ex filio. §. filio. ꝟ. eod.
c l. maritus. C. de procurat.
d l. ſi ſolus. in princ. de acqui. hæred.
e l. vxori. §. i. de leg. iii.
f l. Iulianus. in princ. ſi quis omiſ. cauſa teſt.
g l. cùm hæres. §. fi. cùm l. ſeq. de acq. hæred. vbi Bald. Imo. Ang. Caſt. & Mod.
h l. liber homo. §. ſi ita ſcriptum. ſ. tit. i.
i Caſtr. d. l. Gallus. §. i. in iii. intellectu.
k gloſ. d. l. ſi mater. §. i. vbi Bar. & Doct.
l d. §. & quid ſi tantùm.
m glo. iii. hic.
n l. conficiuntur. de iur. eod.
o d. l. Gallus. §. ii. verſi. ita ſanè. & §. in omnibus.
p l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus. ſ. tit. i.
q l. Gallus. in princ. vbi dixi, de lib. & poſth.
r d. verſi. ita ſanè.
s l. cùm in teſtamento. ſ. tit. i. l. iii. §. fi. vbi Bar. de lib. & poſth.
t d. l. Gallus. in princ.

ſint, ſiue ex mente teſtatoris præſumantur, ſiue à
lege ſubaudita ſint. quod in expreſſa pupillari,
quæ vulgarem continet, ſuprà diximus [u]. Vi-
dentur † autem aliquo modo expreſſa in cõpen- 62
dioſa: Quia fit poſt mortem inſtituti, quæ verba I.
caſum impoten-
tiæ exprimunt, vt
ſuprà declaraui. In II.
ea quoq; ſpecie ali-
quo modo viden-

vti, LVCIVS TITIVS
HÆRES ESTO [a].

A tur expreſſa, cùm teſtator dixit, *Titius & Seius, vtér-
ve eorum viuet, hæres eſto* [x]. Diſtributiua † enim di- 63
ctio *Vter*, cùm ex duobus alterum includat, alterũ
excludere videtur. vnde eius reſpectu expreſsim
negat. quia tamen ſecundus gradus expreſsim
his verbis formatus non eſt, poteſt tacita ſubſti-
tutio appellari. Enimverò ex mente teſtatoris
præſumi ſubſtitutionem hoc exemplo traditum III.
eſt, *Sempronius Plotij hæres eſto* [y]. Vnde veteres du-
B biam eam ſubſtitutionem appellarunt: quia præ-
ſumptio ſuper ambiguo duntaxat inducitur [z].
verba enim expreſsè non id indicant, Si *Plotius hæ-
res non erit*, ſed ſola mens teſtatoris, ex qua fit in-
terpretatio, vt Sempronius in partem locúmque
Plotij admittatur: ex quadam tamen verborum
conſequentia, remotiuè ſcilicet, (vt Bald. ait [a])
non tranſmiſsiuè. Sed & cùm dictum eſt, *Quiſ- IIII.
quis mihi hæres erit, idem impuberi filio hæres eſto*. Bartol.
tacitam vulgarem cõtineri ait [b], quia expreſſum
C non eſt, *Si filius hæres non erit*. ſed ego ſuprà ex plu-
rimorũ ſententia retuli, quoties in pupillari ſub-
ſtitutione clauſula *Si filius erit hæres*, appoſita non
eſt, vulgarem in ea non tacitè, ſed expreſsè conti
neri [c]. quod & credibile eſt Azonem Dinúmq;
ſenſiſſe, qui ſimpliciter eã expreſſam appellant:
nec veriſimile eſt, reſpectu vltimi extremi, quod
hîc Bart. comminiſcitur, eos loqui. cùm enim ta-
le extremum omnibus ſubſtitutionibus cũmune
ſit inter ſubſtitutionũ differentias, non fuit ope-
D repretium eius mentionem facere. Ego conci-
liandam vtranq; ſententiam arbitror, vt reſpectu
capitis impotentiæ expreſſam eſſe cum pleriſq;
ſentiam: reſpectu verò alterius capitis, cùm hęres
eſſe pupillus nollet, Bartolo adhæreã. cùm enim
hæc verba *Filio meo impuberi hæres eſto*, caſum inclu-
dant, quo filius mortuus ſit, & conſequenter, ſi
adhuc paternæ hæreditati ſe non immiſcuerit,
ampliùs immiſcere nequeat, apparet caput im-
potentiæ ſatis expreſſum eſſe. At ſuprà vidimus
E cõditionem *Si hæres eſſe non poterit*, ad eum caſum,
quo hæres eſſe nolit, non, niſi per extenſionẽ, ex
præſumpta mente produci. meritò igitur hu-
ius caſus reſpectu nõ expreſſa, ſed præſumpta di-
cetur. Quod † & tunc dicendũ eſt, cùm ſic con- V.
cepta ſunt verba, *Filio meo impuberi ſubſtituo Titium*. 64
Bald. enim eſſe vulgarem cenſuit [d], tanquam di-
ctio *Impuberi*, ſolùm demonſtrationem perſonæ,
non autem temporis limitationem inducat [e].
Contrà Alexand. pupillarem eſſe mavult: nec e-
nim dictio illa *impuberi*, abſq; effectu adiecta cen-
F ſeri debet [f]: cuius ſententiã adiuuat, quòd ſub-
ſtitutio hoc modo facta *Subſtituo filio meo furioſo*,
exemplaris cenſetur [g]. Ego † pupillarẽ eſſe cum 65
Alexandro ſentio, ſed quæ vulgarem quoque ex
preſsim, quod ad caſum impotentiæ attinet, cõ-
præhendat. & ita Baldi ſententiam tempero. Sed VI.
quid ſi dictum ſit, *Filium inſtituo, Seium ſubſtituo*? &
conſtat vulgarem eſſe, pupillarémque vtranque
verborum generalitate expreſſam [h]. Addunt ali-
qui & fideicommiſſariam, ſi in teſtamento clau-
ſula

u l. iiii. ꝟ. eo.
x l. quia tacita. vbi Imo. ſ. tit. i.
y l. fi. C. de hæred. inſtit.
z gl. l. vnica, §. accedit. C. de rei vx. act.
a Bald. l. ii. opp. iiii. C. de lib. præt.
b l. qui liberis. ꝟ. eod. vbi Bart.
c Bal. Paul. Alex. Mod. d. l. precibus.
d Bald. d. l. precibus.
e arg. l. Mela. de alim. leg.
f Alex. l. ii. ꝟ. eo. per l. iiii. ꝟ. eod. Deci. l. ſi teſtamento. §. eod.
g l. ex facto ꝟ. eo. verſi. nam ſi furioſo.
h l. Gallus. §. j. de lib. & poſthu. vbi gloſ.



ſula codicillaris eiecta ſit [a], qua de re alibi dice-
VII. mus. Sed rurſus quid dicendum, cùm ſic ſcri-
ptũ ſit, *Si hæres nõ erit, reſtituat hæreditatem Seio*? & Bal.
Socinúſque directam vulgarem eſſe interpretan-
tur: quia cùm velit teſtator eum, quamuis hæres
nõ ſit, reſtituere, ne
perplexè locutꝰ vi-
deatur, debet intel
ligi, vt reſtituat de
facto, quatenus ali-

SI MIHI LVCIVS TITIVS HAERES NON ERIT [a].

quid hæreditarium attigerit [b]: quòd ſi fideicom-
miſſariã eſſe voluiſſet, onus reſtitutionis hæredi
VIII. legitimo adiecíſſet. Quæ ſententia certiùs pro-
cederet, cùm teſtator declaraſſet ſe directò ſubſti
tuere, vt quia dixiſſet, *Si hæres non erit, reſtituat hære-
ditatem Seio, quem vulgariter ſubſtituo*. tunc enim, vt A-
lex. & Socinus aiunt, non eſſe dubitandum, quin
66 † verbum *Reſtituat*, quod precarium eſt, propter
mentem teſtatoris naturam ſuam mutet, & di-
rectũ efficiatur [c]: licet hac in re Politus diſſentiat,
IX. nodúmque (quod aiunt) in ſcirpo quærat. Sed
& ſi in perſonam ſuam teſtator verbũ Reſtituen-
di, conceperit, idem eſt, vt ſi dicat, *Hæreditatem Titio
67 reſtituo*. quod † enim teſtator manu ſua confert,
directè accipitur. quod Bald. & cæteri tradide-
X. runt [d]. Sed quid ſi dixerit, *Si hæres non erit, reſtituat
per fideicommiſſum*? & Guil. Alexand. cæteriq; fidei-
commiſſariam eſſe aiunt: quæ verba illa *Per fidei-
commiſſum*, minimè dubia ſunt, nec ad directũ ius
trahi poſſunt: vnde alia interpretatione non in-
digent [e], & quamuis, ſi nemo eſt hęres, fideicom-
miſſum non valeat [f], tamen hoc caſu fiet inter-
pretatio, *Si hæres non erit*, ſcilicet voluntariè. vnde
cogi poterit, vt adeat & reſtituat [g]. Ego potiùs il-
lis verbis cenſuerim rogatum poſt mortem reſti-
tuere. etenim mortui non ſunt hæredes, ſed fue-
runt, vt hæc clauſula, *Si hæres non erit*, intelligatur,
cùm ampliùs hæres eſſe non poterit. hoc enim
ſenſu minus ſubaudimus.
a HAERES NON ERIT a. ¶ Intelliguntur
68 † hæc verba, *Si hæres non erit*, vel aliũ hæredem nõ
fecerit [h]. eſt enim hæc conditio actui neceſſaria,
quæ extenſionem ad caſum omiſſum recipit, vt
ſuprà oſtendi, hicque eſt primus vulgaris ſubſti-
tutionis effectus, quem octo quęſtionibus expli-
I. quæſt. cat Bartol. cuius veſtigiis & nos inſiſtemus. In
69 primis † ergo quæritur, quid ſi inſtitutus quidem
hæres nõ ſit, vt quia repudiauerit, ſed tamen poſ-
ſit aliquo iure ſpeciali adhuc admitti, putà in in-
tegrum reſtitutione, an ſubſtitutus interim ad-
70 mittetur? & cõſtat admitti [i]. Reſtitutionis † enim
I. in integrum beneficiũ in ſolo officio iudicis con
ſiſtit, non in ipſius partis iure [k]: & ideo ante,
quàm conceſſum ſit, in nulla eſt conſideratione [l],
nec moram alteri, aut præiudiciũ facere poterit.
poſtquam verò conceſſum eſt, ſecùs eſſet. Vnde ſi
inſtitutus adiuit, deinde per reſtitutionem in in-
tegrũ abſtineat, poteſt ex cõmuni ſententia ad-
mitti ſubſtitutus [m]. quod infrà attingemus [n]. Quã-
doq; tamen etiam reſtitutio talis antequam im-
petrata ſit, in conſideratione eſt, non quidem re-
ſpectu præſentis effectus, quæ eſt noſtra quæſtio,
ſed eius effectus, qui poſt reſtitutionem futurus
II ſit [o]. Sed † & reſpectu eius, qui ſola præſcriptio-
71 ne excluditur, & qui iura naturalia ſalua habet,
huiuſmodi reſtitutio in conſideratione eſt [p], ea
III. ſcilicet iuris interpretatione, quia qui actionem
habet, rem habere videtur [q]. Quod † & ad reſti-
72 tutionem regulatorũ, aut deportatorum, eſt pro-
ducendum: licet eam ſolus princeps concedat.

a l. ſi frater. C. de fideicom. vbi Doct.
b arg. l. inter omnes. qui ſatiſd. cog.
c l. quærebatur. de teſt. mil. vbi Bart.
d Bald. d. l. Mod. l. verbis. ꝟ. eod.
e arg. l. vtrùm in princ. de pet. hæred.
f l. ille. à quo. §. ſi de teſtamẽto. ad Trebel.
g l. debitor. in princip. ad Trebel.
h l. ſi paterfamilias. ſ. tit. i.
i l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. de minoribus.
k l. vii. in fi. de except. l. fi. in fin. vbi gl. de cond. indeb.
l l. iiii. §. i. de fid. lib. Mod. repet. cle. ſæpe. de verb. ſig. char. v.
m d. §. ſed quod Papinianus.
n Bart. hic.
o l. non quæcunque. §. i. de leg. i. vbi Iaſ.
p l. nemo. de reſt. in integ.
q l. qui actionem. de reg. iur.

iis enim ius gentium ſaluum remanet, licet aliud L. j.
in iis ſit, quos lex pro mortuis habet [r]. vt enim Hæredes.
Theocritus ait,

*Plurima ſpes viuis, ſed caſſis lumine nulla eſt.*

Sed † quid ſi hæredi reſtitutio beneficio legis IIII.
competeret, nõ au- 73
tem iuditis officio?
& Fulg. Caſtrenſiſ-
que in conſidera-
A tione eſſe etiam re-
ſtitutionem hãc exiſtimauerunt, vt infrà dicam.
Sed tamen contraria opinio receptior eſt: ideóq;
ſubſtitutũ interim non impediri, quia tale legis
beneficiũ officio iudicis ſubrogatur [s], vt in ſuo
hęrede inſtituto, qui ſi patris hæreditatẽ præter-
miſit, mutare intra triennium ſententiam poteſt,
& adire [t]. interim enim non prohibetur ſubſti-
tutus ipſe adire [u]. quod Bartolus cenſuit. For-
tiùs tradit Accurſius, quẽ alij ferè ſequuntur, vbi
B ſubſtitutus ſemel adierit, ampliùs non indulgeri
filio, vt ſententiam mutet [x], niſi minor ſit, & læ-
ſus proponatur [y]. videtur enim vbi ſubſtitutus
adiuit, rem nõ eſſe integram: & quia beneficium
id illi conceditur, qui ſuus eſt hęres. at † ſui hære- 74
dis priuilegia is amittit, cui ſubſtitutus vulgari-
ter datus eſt [z]. Sed huic ſententiæ (vt dixi) recla
mant Fulg. & Caſtrenſis: quoniam lex id priuile-
gium filiis concedens, nimis reſtringeretur, ſi lo-
cum nõ haberet, cùm ſubſtitutus teſtamento ad
C ſcriptus eſt. Vnde ipſi cenſent interim ſubſtitu-
to locum non eſſe [a], cùm iure cõmuni filius mu-
tare ſententiam poſsit [b]. Socinus verò ſubſtitu-
tum ſtatim admitti probat, ſed his ſolùm caſibus
à filio abſtenſionẽ reuocante expelli, quibus per
dationem ſubſtituti non tollitur (vt ipſe inquit)
ſuitas. verbi gratia, cùm ſubſtitutus ſolùm ex ta-
cita vulgari admittitur, vel ſi qui ſimiles [c]. Ego
generaliter ſententiam Bartoli ſequor, † vt, mu- 75
tante ſententiam filio, ſubſtitutus reiiciatur [d].
D Quia (ſi rectè verba legum perpendamus) ſolùm I.
rem nõ eſſe integram cenſet, cùm bona alienata
ſunt [e]. vnde apparet appræhenſionem ſubſtitu-
ti pro alienatione Iuſtinianum non habuiſſe [f].
Nec credibile eſt tam frequentem hũc caſum ge- II.
neralium verborũ inuolucro voluiſſe eum tranſ-
mittere. Et cùm iã priùs dixiſſet indiſtinctè, per- III.
miſſam filio hãc recuſationis reuocationem, de-
bet illa dictio generaliter intelligi, etiam ſi datus
fuiſſet ſubſtitutus. Quòd ſi minori intra qua- IIII.
E driennium ſuccurritur, quamuis ſubſtitutum ha
beat [g]: ergo idem dicendum intra triennium ſe-
quens, cùm lex ſimpliciter dicat aliud triennium
dari [h]. dictio enim Aliud, indicat ſimile, ſeu eiuſ-
dem qualitatis hoc eſſe [i]. Adde, quòd & ſicut, V.
ſi adita ſit à proximo, ſeu legitimo hæreditas, vel
ſi cohæredi per ius accreſcendi bona applicata
ſint, nihilominùs admittitur filio pœnitentia [k],
ita & permitti debet, quamuis ſubſtitutus adiue
rit. nam † & proximus & tacita mente ſubſtitu- 76
F tus ab inteſtato cenſetur [l], & ius accreſcendi ta-
citę ſubſtitutionis vim habet [m]. Nec me mouet,
quòd per dationẽ ſubſtituti ſublata ſint ſui hæredis
iura [n]: quia id iure non probatur. & vt detur eſſe
verum, tamẽ intelligi debet, quatenus mens te-
ſtatoris fuit, continuationẽ dominij abrumpere,
neceſsitatéq; filium ſuum liberare [o]. Sed quis cre
dat, datione ſubſtituti id egiſſe patrẽ, vt dictæ le-
gis beneficium filio eriperetur? Nec † etiam Scæ- 77
uolæ reſponſum obſtat [p], dũ, omiſſa hæreditate,
ſolam reſtitutionem beneficio ætatis concedi in
præ-

r l. intercidit. de cond. & demõſt.
s l. ſi quis ſuus. de iur. delib.
t l. fi. C. de repet. hæred.
v Bart. & Mod. l. iii. de acqui. hęred.
x gloſ. l. i. C. de iur. & fact. ig. gl. Bald. Ang. Alex. Iaſ. d. l. fi.
y d. §. Scæuola.
z l. ſi filius hæres. de lib. & poſth.
a per reg. d. l. fi.
b d. l. fin.
c d. l. ſi filius hæres. vbi Iaſ.
d arg. d. §. ſed quod Papinianus.
e d. l. fi. l. ſi quis ſuus.
f d. §. Scæuola.
g d. §. Scæuola.
h d. l. fin.
i l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. Abb. c. ſedes. de reſcript. in fin.
k l. pro hærede. §. Papinianus. de acq. hæred. vbi Aretin.
l l. conficiuntur. de iur. codicil.
m l. ſi Titio. §. Iulianus. de leg. ii.
n d. l. ſi filius hæres.
o arg. l. ſi patri. ꝟ. eod.
p d. §. Scæuola.

præiudicium ſubſtituti videtur ſentire: quia illa
verba ad habilitatem referūtur[a], videlicet quan-
do per lapſum dilationis, inſtante ſubſtituto, aſ-
ſignatæ, excluſus eſt filius[b]. tunc enim Iuſtinia-
ni legi locus non eſt, ſoláque in integrum reſtitu
tio filio ſupereſt[c]. Meritò ergo verior mihi Bart.
ſententia videtur, quam & Aretinus probat[d], li-
cet ſecundum Socini reſtrictionem ſit receptior.
Subſtitutum quoque admitti, compluribus hîc
& alibi placuit, ſi inſtitutus hæreditatem repu-
diatam repetat beneficio conſtitutionis Iuſtinia
neæ ſub tit. de repud. hæred. & non per reſtitu-

II. quæſt.

78 tionem. Secundò † dubitatur, quid ſi inſtitutus
ipſe quidem non ſit hæres, ſed alium hæredē fa-
ciat, id eſt, moriatur, & ius ſuum tranſmittat, an
is ſucceſſor ſubſtitutum excludet? & lege Iuſti-
niani conſtat eum, in quem fit transmiſsio, præ-
ferri ſubſtituto[e], ſiue transmiſsio in deſcenden-
tes ex lege Theodoſiana fiat[f], ſiue de tranſmiſ-
ſione ob deliberationem ex lege nouiſsima aga-
tur[g]: ſicque communiter receptum eſt, ridicula-
que quorundam recentiorum eſt interpretatio,
qui tranſmiſsionem fieri ita demum commini-
ſcuntur, ſi ſubſtitutus ipſe repudiet. nō videntur
certè hi legis verba rectè perpendiſſe[h], nec ſen-
ſum, vt qui ex perſona & iure inſtituti venerit,
poſt ſubſtitutum admittatur ex perſona ſua dū-
taxat. Sed quid de tranſmiſsione dicemus, quæ
à ſuo hærede in quemcunque regulariter fieri po
teſt[i]? & Bartolus idem hoc quoque caſu cenſuit,
quę ſententia crebriùs recepta eſt[k], ſubeſt enim
eadem ratio, vel potiùs maior, cùm hęc tranſmiſ
ſio hæreditatis fiat tanquam aditæ[l], vt meritò
ſubſtitutus excludatur. Nec quenquam moue-
re debet, quòd † datio ſubſtituti ſuorum hære-
79 dum qualitatem videatur perimere[m], tanquam
teſtator per illam clauſulam *Si hæres non erit*, vi
deatur neceſsitatē eis abſtuliſſe, vt ſi nolint, hæ-
redes non ſint[n]. nam reſpondeo, quod ad tranſ-
80 miſsionem attinet, illa † verba *Si hæres non erit*, ni
hil obſtant, cùm intelligantur, *Vel alium hæredem*
*non fecerit*. vnde tranſmiſsionem non impediant,
per quam alius fit hæres[o], nec veriſimile eſt his
verbis voluiſſe patrem filio ſuo hanc commodi-
tatem auferre[p]. Continuatio igitur dominij in-
terim durabit, ex qua continuatione fit tranſ-
miſsio, cùm non tanquam adeūdam, vt dixi, ſed
tanquam aditam ſui hæredes tranſmittant[q].
qua de re alibi tractabimus[r]. Sed quid in tranſ-
miſsione, quæ ex aliis regulis fiat[s]? & Bartol.
generaliter idem eſſe cenſuit[t]. ſubeſt enim ſem
per eadem ratio: quia inſtitutus alium facit hæ-
redem. Vnde & ſi tranſmiſsio beneficio in inte-
grum reſtitutionis fiat, idem eſt exiſtimandum[u],
quoniam in integrum reſtitutio regulariter ad
hæredem tranſit[x]. Si tamen coniectura mentis
teſtatoris pro ſubſtituto contra ius tranſmiſsio-
nis eſſet, ſuprà ſcripta non procederent, & diſſen-

III. quęſt.

tientium opinio præualeret[y]. Tertiò dubitant
81 Doctores, an † ſi inſtitutus ſit monachus, iſque
adire nolit, monaſterium ſubſtituto præferatur?
& ſi monachum filio æquiparari dicamus, vide-
tur exemplo patris admitti monaſterium[z]: id-
que ſenſit Bart. & cōmuniter receptum eſt Con-
trà Angel. & Imola: quia videtur potiùs ſeruo æ-
quiparari[a]: & dubium non eſt, poſſe ſeruum de-
trectare quò minùs adeat hæreditatem, locúm-
que non domino, ſed ſubſtituto fieri[b]. Nam vi-
demus monachum monaſterio omnia perinde

a l. qui teſtamento. de teſtam.
b l. quādiu. ij. de acquir. hæred.
c Caſt. d. l. ſi quis ſuus.
d d. §. ſed quod Papinianus.
e l. unica §. cùm autē. C. de cad. tol.
f l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab.
g l. cùm antiquiorib. C. de iure delib.
h d. §. cùm autē. & §. in nouiſſimo ead. l.
i l. iij. C. de iur. de liber. l. apud. C. de ſuis. & leg.
k Iaſ. hic. Alex. cōſil. iiij. in ii. dub. l. poſt aditam. C. eod.
m d. l. ſi filius hæres.
n l. verba de cond. inſtit.
o Alex. d. conſil. iiij.
p l. & quia. de interrog. actio.
q l. ſi quis filiū. §. j. de acqui. hær. Alex. l. emācipata. C. qui admi. Are. in l. ſi quis poſth. §. j. de lib. & poſth. Soc. conſil. cliij.
r l. ſi filius, qui p atr. j. eod.
s Bar. l. ventre. de acqui. hære.
t l. ſi pro dote §. fi. de leg. præſt. l. ſi infanti verſi. & eo modo ad illas. C. de iur. delib.
u l. Pantonius. de acquir. hæred.
x l. non ſolùm. de in integr. reſtit. Aret. hic, d. §. Scæuola.
y arg. l. quidam. ita in princ. ad Treb. ibi ſpecialiter prouiſū. & l. omnibus. §. pe. de leg. j.
z l. fin. §. fin autē in ſecūda. C. de bon. quæ lib.

a Bart. l. tutor. in fin. de bon. poſſ. b l. cùm propōnas. C. de hæred. inſti.

quærere, ac ſeruus domino quærit: cùm tamen
in filio familiâs aliud ſit, qui adventitium lu-
crum ſua ſibi induſtria, non autem patri acqui-
rit[c]: & ſi monachus fiat, illud ipſi monaſterio,
ſaluo tamen paterno vſufructu, acquirit[d]. Nam
† &, filio repudiante, lege Iuſtiniani admittitur 82
pater: quia ſibi fiebat iniuria, cùm ex regula iu-
A ris antiqui omnia patri acquirere debuiſſet[e].
Vnde cùm iuſſerit lex noua vſufructu eum con-
tentum eſſe, quoſdamq; caſus exceperit, quibus
nec vſumfructum quidem ei concedit in huius
damni leuamentum, permiſit, vt filio repudian-
te, cuius contemplatione à lucro excludebatur,
ipſe pater adire poſsit[f]. Quæ ratio in mona-
cho nō procedit. Meritò ergo verior, receptiór-
que ſententia eſt, monachum ſeruo magis, quàm
filiofamiliàs in hiſce acquiſitionibus æquipara-
B ri[g]. Sed † tamen, quod ad propoſitam quæſtio-
nem attinet, receptior quoq; illa eſt opinio, mo- 83
naſterium ſubſtituto præferri: non quidem ſuprà
ſcripta ratione, ſed alia. Siquidem ſciendum eſt
lege Iuſtiniani, ſicut domino per ſeruum quæri-
tur, eodem modo monaſterio per monachū ac-
quiri[h]: & ideo monacho non adeunte, ſubſtitu-
tus eſſet admittendus[i]. At Benedictini, poſte-
rioréſque familiæ arctiùs inſtitutum ſeruant,
nempe † vt nulla prorſus in acquirendis ſit mo- 84
nachi voluntas, ſed omnis in cœnobiarchā tranſ-
C lata ſit[x], vt quod is aut velit, aut nolit, velle, vel
nolle monachū interpretemur, perſonáq; mona
chi pro nihilo hac in re magis reputetur, quàm
ſerui[l]: cùm ſerui conſenſus aditioni, & conſe-
quenter excluſioni ſubſtituti ſit neceſſarius: at
† abſque monachi facto poteſt abbas, ſeu mona- 85
ſterium adire[m]. idque ferè omnes Pontificij pro-
bant, & noſtrates non pauci[n]. Quartò conſe- IIII. quæſt.
quenter ambigitur, quid ſi † filius inſtitutus re- 86
pudiet, an pater ſubſtitutum excludat? & Bart.
D cenſuit excludere: quia conditio *Si filius hæres non*
*erit*, intelligitur, ſi filius, aut pater hæres non erit:
idque Iuſtiniani lege, quæ perinde patrem vo-
cat, ac ſi ab initio inſtitutus eſſet[o]. Clarum au-
tem eſt, inſtitutos præferri ſubſtitutis[p]: & ita ſe
communis ſententia habet. nam & lex illa gene-
raliter loquitur, ideo & generaliter debet intel-
ligi, ſiue filio ſuſtitutus ſit aliquis, ſiue id minùs.
Sed quæ ratio eſt, vt pater ab initio inſtitutus
videatur? Regulariter enim videmus, conditio-
E nem, quæ de filio loquitur, ad patrem non tra-
hi[q]: quia † conditiones facti ſunt: & quod ad 87
facta attinet, perſona filij à perſona patris diuer-
ſa eſt[r]. Reſpondent aliqui in caſu noſtro, &
de diſpoſitione agi, & de conditione actui ne-
ceſſaria, non autem voluntaria: & † ideo inſtitu- 88
tionis verba, quæ filium nominatim compræ-
hendunt, ad patrem trahuntur propter coniun-
ctionem quæ inter eos eſt[s], & quia præſumitur
pater pro filio vtiliſsimum conſilium cepiſſe[t].
F Quæ ratio procederet, niſi repudiaſſe filium pro-
poneremus. Nam & cùm lex illa in aduenti-
tiis loquatur, quod ad ea attinet, filius cum pa-
tre pro eadem perſona non eſt[u]. Aretinus ergo
ſubtiliùs reſpondet, cùm iure veteri filius abſque
patris voluntate repudiare nō poſſet[x], lexq; no-
ua fauore filij cōceſſerit, vt poſsit ne omnino ius
paternū imminuere videretur, permiſit patri, vt
à filio repudiatā hæreditatē ipſe adire poſſet. Sed
hęc ratio non omnino placet: quia lex noua etiā
in hæreditate caſtrenſis peculij loquitur[y], quam
conſtat iure veteri ſolum filiūfamiliâs repudiare
potuiſſe.

c l. cùm oportet, C. de bo. quæ lib.
d Abb. c. in præſentia. de probat.
e l. placet. de acqui. hæred.
f d. §. ſin autem, & Doct. quæſt. ſequ.
g Bar. l. i. in prin. & §. ſi fructuarius. de ſtip. ſer. l. i. §. per ſeruū. qui in rege. de acq. poſ. Felin. d. c. in præſentia.
h l. Deo nobis. §. C. de epiſco. & cleric.
i l. ſeruo inuito. ad Tre. d. l. cùm proponas.
k c. non dicatis. xii. q. i. c. cùm ad monaſterium. monac.
l l. quod attinet. de reg. iur.
m Bal. l. bonorū. C. qui admit.
n Canon. d. c. in præſentia.
o d. l. fin. §. ſimiliq; modo.
p l. iii. de acqui. hæred.
q qui liberis §. i. j. eod.
r l. qui hæredi. de condit. & demonſt.
s l. fin. C. eod.
t l. pen. C. de cu. fur.
u d. l. cùm oportet.
x l. is, qui hæres. in fin. de acqui. hæred.
y d. §. ſimiliq; modo.



potuiſſe. Exiſtimauerim igitur hoc à Iuſtiniano
conſtitutum, quia veriſimile eſt teſtatorem non
credidiſſe id fore, vt filius patris dicto audiens
non eſſet: & ideo interpretatur lex in talis hære-
ditatis aditione conſenſum patris, filij cōſenſum
eſſe. Cùm enim omnia quæ lucratur filius, patri
quæri debuiſſent, & lege XII. tabularū cogi quo-
que potuiſſet. quamuis certis caſibus contempla
tione filij aliter deinde conſtitutum ſit[a], tamen
vbi filius repudiat, cùm de eius fauore ampliùs
non agatur, exiſtimauit æquū eſſe id ius perinde
patri acquiri, ac ſi ius cogendi adhuc haberet[b].
Non procedit ſuprà ſcripta cōcluſio quatuor caſi
89 bus. Primus, † cùm ſubſtitutus veriſimiliter à te-
ſtatore magis dilectus eſt, quàm pater[c]. Quæ ſen
tentia dubia eſt: cùm enim dilectio ex ordine te-
ſtamenti arguatur[d], & filius inſtitutus interpreta
tione legis faciat etiam patrem inſtitutum vide-
ri, dicendum eſt indiſtinctè patrem ei, qui vulga-
riter ſubſtitutus eſt, prædilectum eſſe, vt Iaſ. cen-
ſuit. Poteſt tamen alia opinio defendi, quando
ſpecialiter in caſum repudiationis filij quis eſſet
90 ſubſtitutus[e]. Secundus eſt: filio † inſtituto qui
emancipatus ſit, repudiante, tunc pater non ad-
mitteretur, vt omnes ſentiunt: ſit enim ea inter-
pretatio fauore patris, qui filium in poteſtate ha-
bet, & qui ex lege duodecim tabularum omnia
filij commoda acquirere debuiſſet. Vnde non
eſt probanda Iaſonis quæſtio, qui in ſpecie con-
traria cenſuiſſe videtur, patre inſtituto repudian
te, filium admitti. falſum hoc eſt: nec enim vlla
eſt filij in patre poteſtas: ſed communiter rece-
ptum eſt, hęreditatem à patre repudiatam nec ad
91 ſuos quidem hæredes tranſmitti[f], vt † multò mi-
nùs extranei hæreditas tranſmittatur[g]. Putarem
tamen præceptoris mei ſententiā defendi poſſe,
cùm conſtaret contemplatione ipſius filij inſti-
tutum patrem: ſicut vice verſa, cùm cōſtat filium
contemplatione patris inſtitutum, patre repu-
diante, poteſt filius profectitiam hæreditatē ſibi
acquirere, vt Bart. tradit[h]. Vnde poterit & repu-
diare[i]: licet aliqui hac in re imprudenter diſſen-
92 tiant. Tertius † eſt caſus, cùm filius tacitè ſolùm
repudiauit, vt quia lapſa ſint tempora, quæ adi-
tioni præfixa ſunt.[k] nocet enim non filio tan-
tùm, ſed & patri, meritoque ſubſtitutus tunc ad-

V. quæſt.

mitteretur.[l] quod alibi diſputatum extat. Quar-
93 tus † caſus eſt, qui in quinta quæſtione Bart. ex-
plicatur, cùm filius non quidem repudiauit, ſed
ante aditam hæreditatem deceſsit, tunc enim ex
perſona filij, qui in rebus humanis eſſe deſijt, nul
lum ius pater prætendere poteſt[m]. nec enim lex
fingit, quoties extremum deficit.[n] Vnde cùm
tempore aditæ hæreditatis, quod maximè per-
pendi ſolet[o], filius mortuus ſit, nō poteſt ex eius
perſona fingi patrem inſtitutum eſſe[p]. Fingit ta-
men quandoque lex ſpeciali in caſu, cùm infans
inſtitutus deceſsit, vt hæreditas ad patrem, exclu
ſo ſubſtituto, tranſmittatur[q], qui pater tanquam
hæres infantis ſuccedit. At in caſu noſtro non tā-
quam filij hæres ſuccederet pater, ſed iure pro-
prio, tanquam ab ipſo teſtatore vocatus eſſet,
quamuis ſolius filij mentionem feciſſet.[r] Sed
94 † quid in monacho, cùm ante aditam hæredita-
tem deceſsit, an filij exemplo monaſterio noce-
bit, ne adire poſsit? & iure ciuili receptius eſt no
cere. ſiue enim filio, ſiue ſeruo æquiparetur, idem
hoc caſu eſt, cùm iure noſtro ex perſona mona-
chi hæreditas monaſterio acquiratur[s]. vnde am-
pliùs per monachum adire non poterit, qui in re-

a d. l. cùm oportet cum authen. ſeq.
b l. in ſuis. in fin. de liber. & poſthum.
c arg. l. ii. C. ad Orfic. vbi Bald.
d l. Publius. in fi. de condit. & demonſt.
e arg. l. quidam in teſtamento. in prin. verſi. Marcellus. ad Treb.
f l. vnica, verſic. ſi tamen hæreditatem. C. de his, qui ante aper. tab.
g l. qui ſe patris. vbi Doct. C. vnde lib.
h d. §. ſimiliq; modo.
i l. is poteſt. de acquir. hæred.
k l. fin. quis ordo in bon. poſ.
l Bar. d. l. is, qui hæres. §. fin.
m l. ii. C. ad Orfic.
n gl. l. Gallus. §. ſi eius. vbi Alex. de lib. & poſth.
o §. in extraneis. Inſtit. de hered. qual. & differ.
p l. qui libertinus. §. poſthumus. de op. liber.
q l. ſi infanti. verſic. ſed ſi hoc. cū verſi. & eo modo. C. de iur. de lib.
r d. §. ſimilique modo.
s d. l. Deo nobis. §. i.



bus humanis eſſe deſijt. ſed † iure Pōtificio aliud 95 L. i. Hæredes.
eſt: quia monachus voluntatem ſuam omnem in
Cœnobiarchā (vt ſuprà dixi) transfert. vnde con-
feſtim vbi delata eſt monacho hæreditas, ceu per
organum quoddā, vel, vt Bald. ait, ſcintillam mo-
naſterio ius conſentiendi, adeundiq; ſemel quæ-
ſitum eſt[t], ideoq; eius morte non extinguitur[u].
quam ſententiam ego etiā in ciuili foro ſeruan-
dam exiſtimauerim: quoniā ea ratio in vtroq; iu-
A dicio locum habet[x], tametſi aliter Cornæus re-
ſponderit[y]. de bonis enim monaſterio delatis
lex ciuilis aduerſus Pōtificiam quicquā ſtatuere
nequit[z]. Sed rurſus dubitatur, quid ſi † inſtitu- VI. quæſt.
tus, qui fideicommiſſo grauatus ſit, repudiet, ſub 96
ſtitutusq; adire velit, an hoc poterit, an verò au-
diendus potiùs erit fideicommiſſarius, qui inſti-
tutū mavult cōgere, vt adeat? & receptū eſt, ex Iu-
liani reſponſo, præferri fideicommiſſarium[a], qui
cùm ex voluntate defuncti in fideicommiſſo po-
B tior ipſo hærede ſit, multò magis ſubſtituto quo-
que præferri debet[b]: aliàs gratiæ, & ambitioni
materia ſubminiſtraretur, cùm in damnum fidei-
commiſſarij colludere inſtitutus cum ſubſtituto
poſſet[c]. Illa ergo verba conditionis, *Si inſtitutus*
*hæres non erit*, &c. intelligentur, *Vel fideicommiſſarium*
*hæredē non fecerit*[d]: etenim fideicommiſſarius, quā-
do hæredem cogit, pro hærede ex ſenatuſconſul
to ipſe eſt, cùm omnia iura in eum tranſeant, nec
inſtituto quicquam relinquatur[e]. Proceditque
C † hæc concluſio, maximè cùm fideicommiſſum 97
à ſubſtituto repetitum non eſt. quo caſu loquitur
Iulianus[f], apud quem alteri à ſubſtituto, quàm
ab hærede, relictum eſt[g]. aliàs enim videretur te-
ſtatur fideicōmiſſarium illuſiſſe: qui ſi hæredem
cogere non poſſet, nullum aduerſus ſubſtitutum
haberet remedium. licet Bartolus hîc aliter ſen-
ſerit, quē pauci friuolis argumentis ſequuntur[h].
Sed quid ſi tacitè repetitum ſit fideicommiſſum?
& communiter aiunt, hoc quoq; caſu idem eſſe.
D quæ ſententia magis dubia eſt: cū enim datione
ſubſtituti præſumptaque illa fideicommiſsi re-
petitione videatur hæredi à teſtatore conceſſum
eſſe, vt repudiare poſsit[i], non debet à fideicom-
miſſario cogi, cùm aliter ei conſultum eſſe poſ-
ſit. cur enim potiùs à ſubſtituto non petit? nam
& ni ita eſſet, probabiliter conſtitutum non fuiſ-
ſet, præferri hunc fideicommiſſarium ſubſtituto,
quoties dolo inſtitutus repudiaſſet[k], cui id du-
bium, ſi & tum præferebatur, cùm dolo non re-
E pudiaſſet[l]? nam † & coactio illa ex Senatuſcon- 98
ſulto Trebelliano aduerſus communes iuris re-
gulas inducta eſt, vt meritò ei locus eſſe non de-
beat, quoties alia via fideicommiſſarius ſeruare
ſuum poteſt[m]. Nec obſtat, quòd videatur electio
fideicommiſſario data[n]: quia hoc procedit, cùm
fideicommiſſarius idem & ſubſtitutus eſt, non ſi
alius. nec enim veriſimile eſt, in alterius damnū
datam eſſe fideicommiſſario electionem. & for-
tè id ſenſit hîc Bart. niſi quòd negatiua à ſecundo
F diſtinctionis membro ad primum tranſlata im-
portunè eſt. Sed tamen ſatius eſt hoc caſu com-
muni ſententiæ adhærere. cùm enim quadrans
ex ſenatuſcōſulto aduerſus voluntatem teſtato-
ris deducatur, facienda eſt interpretatio, vt fidei-
commiſſarius cogere inſtitutum poſsit potiùs,
quàm à ſubſtituto accipere, qui quartam retine-
bit, & plenam defuncti voluntatē non agnoſcet:
ſicut videmus tali caſu: quia ſua intereſt cohæ-
redem ad adeundum cogi, licet iam tabulæ alte-
rius cohæredis aditione ſint confirmatæ. quod

t Canon. d. c. in pręſentia. Bald. cōſil. cccc x iiii. magna. in v. dub.
u l. id, quod noſtrū. de reg. iur.
x l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccle.
y Corn. conſil. cclxxii. in iij. dub.
z Abb. c. quod clericis. de foro comp. verſic. & faciunt hæc.
a l. facta. §. Iulianus. ad Trebel. & l. quia poterat. in fin. eod. tit.
b arg. l. Publius. in fin. de cond. & demonſt.
c d. l. quia poterat. in fin.
d d. l. ſi paterfamilias.
e d. l. quia poterat.
f d. §. Iulianus. vbi Rain. & Alber.
g l. licet imperator. de leg. i.
h Ruin. hic.
i arg. l. debitor. verſi. qui legando. ad Trebel.
k d. l. iiij. C. ad Trebel.
l arg. l. Iulianus. ſi quis om. cauſa teſta.
m gloſ. l. apud Iulianum. §. Antiſtia. ad Treb. vbi Alex.
n l. recuſare. §. pe. ad Treb.

O

Claudius tradidit, & verius eſt[a]. Qua ratione, etiam ſi expreſsè repetitum eſſet fideicõmiſſum, videretur idem eſſe, vt fideicommiſſarius eligerẽ potiùs primi hæredis, quamuis coacti, manum poſsit, quartamq́ue lucrari[b]. Qua tamen in re aliqui diſſentiunt: quia cùm teſtator expreſsim fideicommiſſum à ſubſtituto repetierit, videtur oſtendiſſe eam eſſe mentem ſuam, ne primus hæres in præiudicium ſubſtituti cogi poſsit[c], vt expreſſa hæc repetitio aliquid operetur: nec enim dubiũ eſt, magis ab expreſsis, quàm tacitis actionibus, mentem declarari[d]: aliàs illa verba *Si hæres non erit*, nimis reſtringerentur, ſi ad caſum impotentiæ tantùm referrentur, nec hunc caſum compræhenderent, quo hæres repudiaret. Nec obſtat, quòd teſtator, qui ſciebat poſſe hæredem cogi à fideicommiſſario, ſubſtituendo illis verbis *Si hæres non erit*, videatur ſe ad ius retuliſſe, ſi non erit, quia non poſsit, non autem, quia nolit. qua

99 † ratione Baldus[e] illis verbis, datione vulgaris ſubſtituti non perimi ſuitatem cenſuit, quoties fideicommiſſo grauatus eſſet hæres. reſpondetur enim, veriſimilius eſſe illis verbis facultatẽ hanc cogendi hęredis fideicommiſſario potiùs auferri, quod facere teſtator, ſi velit, poteſt[f]. Sed tamen & hoc caſu ego communem ſententiam ſequor, quòd conditio illa *Si hæres non erit*, intelligatur, *Vel alium hæredem non fecerit*. Eſt

100 † autem hic fideicommiſſarius effectu hæres[g], vt ſuprà dictum eſt, & repetitio expreſsim à ſubſtituto facta, non debet electionem fideicõmiſſario, cuius fauore facta eſt, auferre[h]. Nec eſt verum conditionem *Si hæres non erit*, reſtringi ad caſum impotentiæ tantùm: imò quo ad omnes alios, & etiam quo ad fideicommiſſarium, excepta tamen portione ſibi

101 relicta, generaliter accipietur. Vnde † ſi inſtitutus grauatus ſit dimidiam reſtituere, non excludetur ſubſtitutus vulgaris, niſi eius dimidiæ reſpectu, alia dimidia ad ſubſtitutum pertinebit[i], licet aliàs, non dato ſubſtituto, fideicommiſſarius, qui hæredem adire coegiſſet, propter ius accreſcendi totum fuiſſet ablaturus. Illud quoque quæ-

VII. quæſt. ſtionis eſt. Quid, ſi † hæreditas ab indigno aufe-

102 ratur, an fiſcus ſubſtitutum excludet? & ſi proponatur hæredem inſtitutum adijſſe, non eſt dubium, ſubſtitutum confeſtim excludi[k]. nec tunc ad eum quicquam pertinere, an hæres deinde indignus fiat: & ideo in caſibus, quibus fiſco non, niſi poſt aditam hęreditatem, locus eſt, quod regulare eſt[l], certum eſt ſubſtitutum excludi. Probabilis ergo tantùm eſt dubitatio, quid ſit ante aditam hæreditatem? in paucis his caſibus, quibus ex ſola negligentia hæres efficitur indignus[m], & ſi hęres repudiarit, vel mortuus ſit antè, quàm indignus eſſet, non eſt dubium, ſubſtitutum vocari, vt quia adhuc hæres negligens, vel in dolo non fuiſſet[n], vel tabulæ apertæ, cùm probabiliter teſtatorem occiſum fuiſſe ignoraret. Quòd ſi negligens iam fuiſſet, cùm ſtatim quæratur ius fiſco, cenſuit Bart. fiſcum eſſe potiorem[o]: ideoq́; non eſſe curandum, quòd inſtitutus deinde repudiauerit. non enim repudiatione ſua ius fiſci poteſt auferri[p]. Nec obſtat, quòd verba conditionis pro ſubſtituto ſint, tanquam verum ſit hoc caſu eum, qui inſtitutus eſt, hæredem non eſſe, nec aliũ hæredem facere: quia fiſcus non tanquam hæres ſuccedit, ſed vti poſſeſſor bonorum[q]. Reſpondet enim Bar. repudiationẽ hanc (cùm iã hæres negligens fuerit, iusq́; fiſco quæſitũ ſit) fraude factam præſumi: & ideò perinde excludi ſubſtitutum, ac ſi indignus ipſe verè adijſſet[r]. licet enim repudiatio regulariter non præſumatur in fraudem cuiuſquam facta[s]; tamẽ hoc caſu ſecus eſt, in quo ex ſola hæredis negligẽtia ius fiſco quæſitum eſt[t]. Ego

103 † verba conditionis ex mente teſtatoris interpretationem accipere ſæpiùs audiui[u]. vnde cùm teſtator, *Si* (inquit) *primus hæres non erit, ſecundus hæres eſto*, non eſt credendum de hoc caſu intellexiſſe, cùm primus hæres non eſt: quia mortem

A ſuam noluerit vlciſci. nec enim credibile eſt, voluiſſe eum pœnam remittere, quæ fiſco in ipſius teſtatoris ſolatium, dum viuentis ſecuritate vltionique lex conſulit, applicatur[x]. Vnde idem putarem, ſi ſubſtitutus in eo vocatus eſſet, quod hęres capere non poſſet[y]. non enim credendum eſt, de hac in capacitate ſenſiſſe defunctum, futurique delicti pœnam voluiſſe remittere[z], niſi alijs coniecturis id depræhenderetur[a]. quo caſu Angeli & quorundam aliorum defendi opinio poſſet.

B Tandem quærunt Doctores, an † concurrat (VIII. quæſt.)

104 vnquam inſtitutus cum ſubſtituto[b]? caſusq́ue aliquot annumerant, veluti cùm is inſtitutus eſt, quem teſtator liberum credebat, cùm ſeruus eſſet. communicabit enim hæreditatem cum ſubſtituto[c]. Idem, ſi ſui iuris arbitrabatur, cùm filiusfamiliâs eſſet, vt Socinus ait: quod tamen Imola diſtinguendum ſecundum tempora rectè cenſuit. Sed & alius caſus traditur, cùm quis in vna parte purè, in alia ſub conditione inſtitutus

C eſt, & reſpectu partis conditionaliter delatę ſubſtitutum habet. deficiente enim conditione, vterque ſimul admittitur[d]. Quo exemplo idem tradidit Raphael Comenſ. & Alexander, cùm quis ſub vna conditione inſtitutus eſt, idemq́; iterum ſub alia quoque conditione inſtitutus eſt, & ei vulgariter ſubſtitutus eſt adſcriptus. deficiente enim hac ſecunda, ambo concurrent[e]. Sed fre- (IX. quæſt.)

105 quentior, vtiliorq́ue eſt caſus, quem Bartolus hîc attingit, nunquid † filius hæres inſtitutus poſsit

D legitimam retinere, & reliquũ ſubſtituto vulgari relinquere? & concludit poſſe, quoties filius ipſe grauatus à teſtatore legatis in re propria fuit. nã & videmus idem ex reſponſo Papiniani in patrono eſſe, quem libertus tali modo grauauerit[f]. Sed ſunt, qui hoc non omnino ſimile eſſe contendant, cùm plurimæ ſint inter patroni legitimam & eam quæ filio debetur, differentiæ: ſiquidem conditio filio adiecta quatenus legitimam oneraret, reijcitur[g], vt meritò eius cauſa non debeat

E aditionem detrectare. at ſi adiecta ſit patrono, aliud eſt[h]: neceſſariò enim bonorum aduerſus tabulas poſſeſsio illi petenda eſt[i], per quod remedium legitimam duntaxat aufert, firmo in cæteris ſtante teſtamento[k]. Quid ergo cenſendum? & in primis ex communi ſententia conſtituendum eſt, filium † qui inſtitutus ſit, non poſſe legi- (106)

timam retinere, & reliquum repudiare[l]. cùm enim pro forma teſtamenti inductum ſit, vt filius in aliquo ſaltem inſtituatur[m], qui à patre inſtitutus eſt, non poteſt pro parte duntaxat hæres

F eſt[n]. Hincq́ue eſt, quòd filius ſub conditione ſibi arbitraria inſtitutus, ſi ei non paruerit, à legitima quoque excluditur[o]. Vnde apparet in eius arbitrio non eſſe, vt legitimam habeat, & non parendo conditioni reliquum amittat. Eadem ratione & illud inductum eſt, quòd † poteſt pater fi- (107)

lio inſtituto vulgariter, etiam legitimæ reſpectu ſubſtituere[p]. quod vtique non eſſet, ſi poſſet filius legitimam habere, & reliquum ſubſtituto relinquere. Hincq́ue apparet, formulam illam teſta-

Marginal notes (867–868):

a d.l. apud Iulianum. vbi Claud.
b Bartò. d.l. iiii. j. opp. C. ad Treb.
c glo. d.l. iiii. verbo, coacta.
d l. expreſſa. de reg. iur.
e in d.l. iiii.
f §. diſponat in auth. de nupt.
g d.l. quia poterat.
h l. quod fauore. C. de legib.
i arg. d.l. apud. & d.l. iiii. & l. nam quod. §. ſi quis compulſus. ad Treb.
k l. poſt aditam. C. eod.
l l. neceſſarios. §. i. ad Syllan. l. eius, qui. in fin. de iur. fiſc. vbi Bart.
m l. i. cum gl. C. de his, quibus vt in dig. l. i. in prin. de iur. fiſc.
n l. ſi ante quàm. vbi Bar. ad Syllã.
o l. cũ fiſco. verb. caduca. gloſſ. & Bar. l. ſi ſequẽs. ad Syllan. l. recuſare. §. fiſco. verbo, vacantia. ad Trebel.
p l. ſi poſt mortẽ. §. fin. de bon. poſ. contra tab.
q l. i. §. an bona. de iur. fiſc.
r arg. d.l. iiii. C. ad Trebel.
s l. qui autẽ. quæ in frau. cred. l. quia poterat. in fin. ad Treb.
t l. in fraudem. ii. reſpon. de iure fiſc.
u l. pater Seuerinam. de cond. & demonſt.
x arg. l. qui inſulam. in ſi. locat.
y l. ii. C. de hęred. inſt. vbi Angel.
z l. iuriſgentium. §. pen. de pac.
a arg. c. cùm inter. de renũtia.
b l. iii. de acquir. hæred.
c l. ſi paterfamilias. ſ. tit. i. vbi Imol.
d l. ſi te ſolum. ſ. tit. i. l. cùm hæres. in fin. de acquir. hæred.
e Raph. hic, Alexand. d.l. iiii.
f l. ſi libertus patrono. §. quid ergo. de bon. lib.
g l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.
h l. in ſeruitutem. §. dabimus. de bon. liber. vbi Din. & Alber.
i l. ſiue. §. excluditur. de iur. patr.
k Mod. l. i. C. de bon. poſſ. cõtra tab. liber.
l Doct. hic. & l. ii. C. de impub.
m l. inter cætera. de liber. & poſthum.
n l. i. & ii. de acquir. hæred.
o l. ſuus quoque. ſ. tit. j.
p l. ſi poſthumus à primo. §. quod vulgò. de lib. & poſth. vbi Doct.



teſtamentorum, qua iubentur patres filios inſtituere, ipſorum quoque teſtatorum fauorem aliquatenus reſpicere[a]: quia † cogentur filij, ſi legi- (108)

I. timam nollent, eorum hæreditatem adire. Non procedit tamen hæc concluſio, cùm aliter ipſi patri viſum eſt, vt quia contractu aliquo legitimã filiæ, vel eius loco dotem ꝓmiſiſſet[b]. I-

## TVNC CAIVS SEIVS HAERES[a]

II. dem, ſi eam quoquo titulo filio relinquat. poteſt enim hoc facere[c]. Vnde lex quotam partem bonorum eam eſſe ait, non autem hæreditatis[d]: ſi tamen velit teſtari, debet pater formam legis ſeruare, filiumq́ue inſtituere. quo caſu in ſupplementum legitimæ, quod quoquo titulo acceperit, filio imputabitur[e], dum tamen præſenti titulo, vel conditione poteſtatiua relictum ſit[f]. cui enim ſub alia conditione relinquitur, ante euentum conditionis (cùm nihil habeat) pro præterito eſt[g]: licet hodie ea conditio Iuſtiniani lege reijciatur, quod ad legitimam attinet[h], vt Bartolus reſpondet: vt autem ego ſentio, ea Iuſtiniani lex intelligenda eſt præſuppoſita habilitate, id eſt, quòd teſtamentum non ſit nullum, ſed filius vel in numero inſtitutus[i], quod alibi diffuſiùs attigimus. Sed quid in ſucceſ-

III. ſione ab inteſtato dicemus, an filius poſsit contentus eſſe legitima, & reliquum repudiare? & videretur poſſe, cùm tunc legitima iure inſtitutionis non habeatur. contrà Alexander, & alij[k], quos & ego ſequor. Niſi † enim teſtator ipſe alio (109) titulo dederit, hæreditario accipienda eſt, cùm fauor ſit teſtatoris, vt hæredem habeat[l]. Si tamen pater, inſtituto filio, prælegauerit ei legitimam, isq́ue portionem hæreditariam repudiet, nõ eſt dubium, ſi cohæredem habuerit, cuius aditione teſtamentum ſuſtineatur, legitimam eum habere poſſe[m]. Quòd ſi cohæres quoque repudiet, re ad caſum inteſtati deducta, ſatis defendi poteſt ex veriſimili teſtatoris mente, qui per prę-legatum legitimam à reliqua hæreditate ſeparauit[n], poſſe filium eam duntaxat habere: quo caſu defendi Pontani ſententia poſſet. qua tamen

IIII. in re amplius deliberandum eſt. Hincq́ue ad ſuprà ſcriptam Bartoli quæſtionem inferri po-

110 teſt, & † in primis affirmandum eſt, ſi filius ſolus hæres inſtitutus ſit, non poſſe eum, vt adiunctum legati in re propria onus euitet, ſolam legitimam accipere[o], ſed regulæ hoc caſu ſtandum eſſe, adeò vt ſi omiſſa teſtamenti cauſa ab inteſtato adeat, tanquam fraudem edicto fecerit, conueniri poſsit, niſi propter tale onus minus legitima conſequeretur[p]: hodie tamen ſi adiecta onera legitimam diminuerent, ipſo iure legis nouellæ beneficio ſubducerentur[q]. quod & in patroni legitima ſeruandum eſt. nec enim in hoc vlla eſt hodie differentia[r]. Quòd ſi ſubſtitutum habeat, tunc ex Papiniani reſponſo videtur poſſe ſolam legitimam accipere[s]. cuius rei videtur illa ratio, quia patris non intereſt, qui omnino habiturus eſt hæredem: ſed nec ſubſtituti, quia eſt, quod ei imputetur, qui contentus fuit adire, cùm ſi non adijſſet, coactus fuiſſet filius, tãquam ſolus hæres, voluntati patris obſequi. Vnde cùm ſubſtitutus conſentiat, ratio humanitatis dictat, vt prætor id ſequatur[t], ſubſtitutumq́ue cogat, vt ſi poſsit, ſeruum redimat, nec poteſt ſubſtitutus conqueri, qui aliàs fuiſſet ſola legitimæ acceptatione excluſus[u], cùm per eam tota hæreditas videatur agnoſci, etiam ſi filius repudiare ſe dixiſſet, ſalua legitima[x]. Nec obſtat, quòd onus de legitima videatur ipſo iure ſubtractum[y]: quia legitima in Papiniani caſu purè relicta erat: onus verò libertatis ſolùm legatũ decem reſpiciebat. quod Alexand. cenſuit[z], videturq́ue hoc onus naturam poteſtatiuæ conditionis imitari: & † i- (111)

## MIHI ESTO. duplex eſt, veluti:

A deo non reijcitur de legitima in caſibus, quibus per talis conditionis adiectionem teſtamentum non reſcinditur: quod regulare eſt[a], & niſi ita cenſuerimus, corrigerentur quamplurimæ aliæ leges, nedum hæc Papiniani: quæ licet in patrono loquatur, tamen in filio quoque (vt omnes ſentiunt) procedit, ne minus iuris illi concedatur, quàm patrono[b]. Quod igitur aliqui tradiderunt, dictæ legi nouellæ locum eſſe etiam in conditio-

B nibus poteſtatiuis[c], in caſibus duntaxat exceptis intelligetur, putà in conditione, quæ nimis filium grauaret[d], vel quando ſoli legitimæ eſſet adiecta, non autem inſtitutioni. Adde, quòd in prædicto Papiniani reſponſo propter ſubſtituti conſenſum nullum eſt periculum, vt teſtamentũ ſubuertatur: legis autem nouellę prouiſio locum tantummodò habet, cùm aliàs teſtamẽtum ſubuerti poſſet[e].

TVNC SEIVS MIHI HAERES a. ¶ Ex (a)

C † his verbis duo ſubſtitutionis huius effectus colligi poſſunt. Alter eſt, à vulgari ſubſtitutione, id eſt, ſecundo gradu vires aſſumere teſtamentum[f]. Alter, per vulgarem ſubſtitutionem ipſi teſtatori ſuccedi[g]. quos ambos effectos Bartol. pluribus quæſtionibus declarat. In primis ergo quæritur, quomodo † viciata inſtitutione, (Quæſt. I.) teſtamentum vires ab expreſſa vulgari aſſumat? (113) & receptum eſt, quoquo modo deficiat inſtitutio, ſubſtitutioni locum eſſe[h], ſiue inſtitutus no-

D lit eſſe hæres[i], ſiue non poſsit, vt quia excluſus ſit tempore[k], vel deportatione, ſeu alia condemnatione[l], vel quia incapax ſit, veluti ſpurius[m], vel quia non niſi in ſubſidium admittatur[n]. Idem, ſi in ſuitate inſtitutus ſe emancipari permiſerit[o]. nec enim emancipatio ab inſtitutione filium[p] excludit, niſi ante teſtatorem ſit mortuus: quo caſu teſtamentum rumpi non poteſt, et pronepos admittitur[q]. quod ſuprà non probauimus. Sed & ſi inſtitutus conditione defectus ſit,

E vt quia ei non paruerit, idem eſt[r]: etiam ſi conditio talis ſit, quæ vel vltimo vitæ ſpiritu impleri poſsit, dum tamen conſtet nolle inſtitutum ei parére[s]. Idem quoq́; arbitror, ſi onus adiectum proteſtetur ſe nolle exequi, nec legata ſoluere[t]. Poterit enim ſtatim ſubſtitutus adire[u], vt ſicut poſtquam adiit, propter eius contumaciam vocatur ſubſtitutus[x], ita antè, quàm adijt, propter talem proteſtationem cenſeatur hæreditati renuntiare[y]. Idem, ſi primò nominatus non adeat, quia ſo-

F lùm in conditione poſitus ſit[z]: nec enim dubium eſt, teſtamentum è ſecundo incipere, dum † (114) tamen de mente appareat. quòd ſi verbis vſus ſit teſtator, quę commodè ad ſubſtitutionem vulgarem trahi nequeãt, ſecùs eſſet[a]. Idẽ, ſi inſtitutũ adire non poſſe conſtet, quia mortuus ſit[b]: nec enim res hæc vllam dubitationem habet, ſiue poſt teſtatoris mortem deceſsiſſe eum proponatur,

Marginal notes (869–870):

a §. valde. Inſtit. ex quibus cau. ma.
b l. fin. de col. dot.
c authen. nouiſsima. C. de inoffi. teſta.
d l. Papinianus. §. quarta. de inoffic. teſta.
e d.l. Papinianus. §. ſi quis mortis.
f l. iii. §. ſi ſub ea conditione. de bon. poſſ. contra tab.
g l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſtit. l. ſi emãcipatus. ii. de cõtra tab. l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Trebel.
h l. cùm ſcimus. §. cùm autem. C. de inof. teſta.
i gl. l. iii. §. ſed vtra. verb. patrimonium. ſ. de minor.
k Alex. d.l. quia poterat. ad Trebel. & conſil. lxxv. in j. dub. Abb. c. Rainaldus. in fin. de teſta.
l d. §. valde. & l. & quia. de inter. actio.
m l. filio pater. de leg. j.
n l. ſi. de reb. eor.
o d.l. ſi libertus patrono. in fin.
p l. excuſatus. vbi Bar. & l. quia autem. §. ſi patronus. ſi quis om. cau. teſt.
q d.l. quoniam in prioribus.
r §. ſed noſtra. Inſtit. de ſucceſ. lib. glo. l. cùm patronus. de leg. ii.
s d. verſic. quid ergo.
t l. j. verſ. quid enim aliud. de no. ope. nunt.
u l. poſt aditam. §. eod.
L. 1. Hæredes.
x Bald. & Caſtr. l. ii. in fin. C. eo.
y d.l. quoniam in prioribus.
z d.l. quia poterat.
a d.l. ſi pater. d.l. ſuus quoque.
b gl. l. ſi quis legatum. §. pen. de falſ. Iaſ. l. cũ qui. C. de inoffi. teſt.
c Bald. Salic. Iaſo. d.l. quoniam in prioribus.
d Iacob. & Guliel. d.l. ſuus quoque.
e Iaſ. l. multi. verſic. v. de lib. & poſthum. l. cùm ex filio. j. eod.
f l. iii. §. ſi. de lib. & poſthu.
g Inſtit. eodem prin.
h l. iii. §. fin. de lib. & poſthu.
i l. iam dubitari. ſ. tit. j. & d.l. cũ proponas.
k l. quandiu. ii. de acquir. hær.
l l. ſi necem. §. i. de bon. lib.
m l. ii. C. de hær. inſtit.
n l. ſi is, qui ſolnẽdo non eſt. ſeruum. ſ. de hær. Inſtit.
o d.l. Gallus. §. & quia ſi tantùm.
p l. Gallus. §. ſi. ſ. de liber. & poſthum.
q d. §. fin. verſic. ita ſanè.
r l. ii. C. de inſtit. & ſubſtit.
s l. hæc conditio. ii. de condit. & demonſt.
t l. Neſennius. verſic. rectè. de excuſ. tut.

u arg. d.l. ſi libertus patrono. verſic. quid ergo. x autho. hoc amplius. C. de fideicommiſ. y l. illud in fin. de acquir. hær. z l. ex facto i. ſ. tit. i. z l. fin. C. de hær. inſtit. b l. Thais. §. Speudophorus. de fidei. lib. l. ab omnibus. §. pen. de leg. j.

quo caſu teſtamentũ caducum efficitur, ſiue viuo
teſtatore perierit, quo caſu inſtitutio in cauſa ca-
duci eſſe incipit [a]. Idem, ſi poſthumus inſtitutus
eſt, qui nec natus ſit [b]. quo caſu pro non ſcripto
II. eſt tale relictum. Sed magna eſt altercatio, an
115 † à tacita vulgari, quæ pupillari ineſt, teſtamen-
tum poſsit vires aſſumere, ſi ex primo gradu adi-
ta non fuerit hæreditas? & videretur ſubſtitu-
tum non admitti: cùm enim pupillaris propter
non aditionem extincta ſit [c], vulgaris quoq; quæ
in ea tacitè continetur, ceſſare debet [d]. quod poſt
Accur. Din. Cyn. Rayn. cenſuerunt. vt ſicut pupil
laris expreſſa, vtputà exhæredato facta, locum
non habet [e], ita etiam vulgaris inefficax ſit: quod
non abſimili in caſu reſpondit Iulianus [f]. Sed ta-
men aliud Guli. Oldra. cæteriſque communiter
viſum eſt, admittique ſubſtitutum cenſuerunt [g].
cùm enim par ſit tacitæ expreſſæque ſubſtitutio-
nis virtus [h], ſicut ex expreſſa vulgari hic admitte-
retur, ita & ex tacita recipiendus eſt, & quamuis
vitiato expreſſo, tacitum quoque vitietur, quòd
vel ſequela expreſsi ſit, vel ad ſubiectiuam eius
partem pertineat [i], tamen ſecùs eſt in hac tacita
vulgari, quæ à lege principaliter inducitur, id-
que coniectura voluntatis [k], quam nihil intereſt
expreſsim, an tacitè ſubeſſe [l]: cùm ex actu ex-
preſsim nullo tamen voluntas tacita declare-
tur [m]. Quòd ſi fauore militum mortuo inſtituto,
& ſubſtituto admittitur fideicommiſſarius [n], &
fauore libertatis vtroque mortuo in pagani teſta
mento ſuſtinetur libertas [o], cùm tamen fideicom
miſſarius ex tacita vulgari non vocetur [p], quantò
magis admitti credendum eſt ſubſtitutum, qui
iure directo vocatur? lex enim manifeſtè ſentit, ſi
ſubſtitutus ſuperſtes inſtituto fuiſſet, eum debu-
iſſe præferri, teſtamentumque ab eo gradu vali-
turum [q]. nec diſtinguit, an expreſſa vulgari, an ta-
cita ille vocaretur, ſed ſoli volũtati teſtatoris in-
116 nititur. Nec † hanc ſententiam Iuliani reſponſum
aliquo modo contingit [r], qui aditionem requiri
in caſu ſuo cenſuit, non vt tacita vulgaris confir-
maretur, ſed vt expreſſa pupillaris, à quo pupillo
fideicommiſſum pater reliquerat. cùm enim de
ſecundis tabulis meminit, quid aliud potuit ſen-
tire? nam & cùm cogi adire ex ſecundis tabulis
hæredes ait, quamuis ex primis alter eorum iam
compulſus eſſet, ſatis indicat de pupilli tabulis
agi, quia iam paternæ confirmatæ erant. ſi enim
ex tacita vulgari ibi adiretur hæreditas, fideicom
miſſum nullum præſtandum eſſet, quia ex ea pa-
tri ſucceditur: at fideicommiſſum ex filij hæredi-
tate relictum fuerat, quod & Aretinus hîc docet.
Adde, quòd ei legi locus eſt, etiam ſi filius exhæ-
redatus proponeretur [s]. At conſtat in pupillari,
quæ exhæredato facta ſit, nullam tacitam vulga-
rem ineſſe [t]. Quomodo ergo ex ea adiuiſſe ſubſti
tutos dicemus? Sed quid in Iuliani reſponſo o-
pus fuit, vnum ex hæredibus ſubſtitutis cogere
ad adeundum, cùm ambo pupillarem adire coa-
cti in neceſſariam conſequentiam etiam pater-
nam adirent [u]? Reſpondeo, ſi vno tantùm coacto,
cõfirmari aditione potuit pupillaris ſubſtitutio,
117 nõ ſuberat ratio, vt ambo cogerentur. Verus † igi
tur in eo reſponſo intellectus eſt, ibi non ex vul-
gari tacita, ſed ex pupillari hæreditatẽ adiri. Ego
communem hanc ſententiam verã eſſe arbitror,
quia, vt epiſtola ſua Iabolenus ſcribit [x], ſi pupil-
lus ex aſſe hæres à patre inſtitutus eius hæredita
tem non adierit, ſubſtitutuſque pupillo, eo mor-
tuo, pupillarem adeat, creditoribus paternis ſa-

a l. vnica. §. in primo. & §. ſeq. C. de cad. tol.
b l. antepen. in fi. de leg. i.
c l. ii. verſi. adeo. ℱ. eod.
d l. iii. in fi. de ſer. fruſt. præd. l. ſi ponſus. §. i. de donat. inter vir.
e l. ita tamen. §. à patre. ad Treb.
f l. apud Iulianũ. §. idem Iulianus. ad Trebel.
g l. ſi pater filium. vbi Bart. ℱ. eod.
h l. cùm quid. ſi cert. pet.
i d. l. ſi ſponſus. d. l. iii.
k l. ſi fideiuſſor. vbi Bar. de leg. i.
l l. i. §. i. quib. mod. pig.
l l. licet imperator. de leg. i.
m l. fin. de reb. eo. l. & ſi transferã. de adim. leg.
n l. neque enim. §. fin. de teſtam. mil.
o l. Antoninus. de fid. lib.
p l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. ad Trebel.
q d. §. fin. d. l. Antoninus.
r d. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus.
s d. l. ita tamen. §. à patre.
t l. qui habebat. ℱ. eod.
u l. paterfamilias. de priuil. cre. l. quæſitum. in fi. de acq. hæred.
x d. l. paterfamilias.

tisfacere tenetur: ergo patris hæres eſt: quod ex
tacita vulgari intelligẽdum, quo ſolùm prætex-
tu adire, paternumque teſtamentum confirmare
potuit: cùm alioquin pupillaris euanuiſſet, quia
paternam hæreditatem pupillus non adiuerat [y],
nec exiſtentia ſuitatis reſpectu extranei ſubſtitu-
ti tabulas confirmat, vt infrà videbimus [z]. Quam
uis enim pupillus ipſe creditoribus paternis nõ
eſſet obligatus, idem (inquit ille in emendatis co
A dicibus) in ſubſtituto ſeruandum non eſt: oſten-
ditque Iuriſconſultus paria eſſe, ſiue ſubſtitutus
eo in caſu ex pupillari expreſſa adeat, quia in ne-
ceſſariam cõſequentiam videtur ex tacita vulga-
ri paternã adiuiſſe [a]: ſiue ex ſola pupillari, quan-
do filius ſe immiſcuiſſet. vtroque enim caſu tene
tur creditoribus. qua de re & infrà tractabitur.
Cui concluſioni generaliter & indiſtinctè locus
eſt, etiã ſi pupillus ius adeundi in hæredes tranſ-
miſerit: id enim ſubſtituto pupillari ꝓdeſt, quia
B tali caſu iungitur ſubſtitutioni tranſmiſsio, eam-
que confirmat, non autem impedit. Hinc † con- I. Ampliat.
ſequens eſt, vt communis hæc concluſio amplie- 118
tur, vt ei ſit locus, etiam ſi pupillus pro parte dun
taxat ſit hæres inſtitutus, iſq; nec repudiata, nec
adita hęreditate deceſſerit: quamuis enim datio-
ne cohæredis, quod ad confirmationem tabula-
rum pupillarium attinet, ſublata ſit ex Docto-
rum ſententia ſuitas, non tamen ad proximos
agnatos, tanquam re ad cauſam inteſtati dedu-
C cta, paternam hæreditatem tranſmittet, ſi ſubſti-
tutus ex tacita vulgari eam adire velit: quia do-
nec cauſæ teſtati locus eſſe poteſt, nullum ab in-
teſtato venientium ius eſt [b]: & cùm non poſsit
is ſubſtitutus patris hæres eſſe, quin & pupilla-
rem adeat [c], conſequens eſt, eum pupilli eſſe hæ-
redem: & ideo fruſtrà de tranſmiſsione in legiti-
mos tractari, qui ipſi hæredes non ſunt. Qua ta-
men in re ſcio Alexandrum diſſentire [d], & inter
tacitam vulgarem, expreſſamque, differentiam
D conſtituere: quæ ſententia nec lege vlla proba-
tur, nec quemquam veterum habet aſſertorem:
imò aliter & Bart. & cæteri cenſuerunt [e]. Qua II.
ratione & idem dicendum, cùm ſolus pupillus
hæres inſtitutus eſt. quamuis enim nec adita, nec
repudiata hæreditate, deceſſerit ſubſtitutus, non
ex iure tranſmiſsionis, tanquam confirmatis ſui-
tate tabulis, ad paternam admittetur, quod Bar-
tolus ex prædictæ epiſtolæ fine tradidit [f]: ſed
† potiùs ordinario ſubſtitutionis iure, quod prę- 119
E valet, quoties in eiuſdem perſona cum iure trãſ-
miſsionis concurrit [g]. Nec me mouet ratio Bar-
tol. quia dum in epiſtola Iaboleni dicitur [h], quòd
ſi ſubſtitutus hæreditatem non adierit, intelligo
neutram, nec teſtatoris quæ repudiata eſt: nec pu
pilli: & ideo ibi agnati ab inteſtato ſoli pupillo
ſuccedebant, vnde à creditoribus conueniri non
poſſunt. Ruſus † dubitatur, quid iuris, ſi is pu- Quæſt. III.
pillus, viuente teſtatore, deceſsit, an adhuc ſub- 120
ſtitutus admittetur? & in hoc articulo maior
F quoque, quàm in ſuperiore, eſt altercatio: ſed ho-
die receptiſsima eſt ſententia, vt adhuc ex taci-
ta vulgari ſuſtineatur teſtamentum [i], vt ſicut ex
vulgari expreſſa ſuſtineretur [k], idem & de taci-
ta dicamus: ſuprà † enim oſtendimus parem ex-
preſsi tacitique hoc in caſu eſſe virtutem [l]: quo- 121
niam hæc tacita à legis interpretatione proce-
dit, mixta teſtatoris voluntate, vnde expreſsè o-
mnino exæquata eſt. meritò igitur ab hac quoq;
tacita vires teſtamẽtũ capiet [m]. quod quidam in-
telligũt, etiam ſi pupillaris ipſa ab initio inutilis
eſſet;

y l. ii. verſi. adeo. ℱ. eod. l. miles ita. in fin. de teſt. mil.
z d. verſic. adeò. l. ſi filius, qui patri.
a l. illud. de acqui. hæred.
b l. in plurium. de acquir. hær.
c l. quidam. C. de iur. delib.
d Alexand. d. §. Iulianus. Rui. Rip. hic.
e Bart. d. l. ſi pater filium. & Guil. hic.
f d. l. paterfamilias. verſi. quòd ſi ſubſtitutus.
g l. ſi filius hæres. ſ. de lib. & poſth.
h d. ver. quòd ſi ſubſtitutus.
i gloſ. l. lex Cornelia. l. ſi pater captus. ℱ. eo. vbi Imo. & Alexan.
k l. i. §. pro ſecundo. C. de cad. tol.
l d. l. ſi fideiuſſor.
m arg. l. fin. C. de hær. inſtit.



eſſet: non enim ideo vulgaris minus efficax erit [a],
cùm ex actu inutili voluntas [illegible] declare-
tur, ex qua præſumptio legis oritur [b]. Nec me mo
uet Dini ſententia, quam falsò Aretinus & Soci-
122 nus communem appellant: non † enim videtur
Papiniani reſponſo (vt ipſe credidit) probari [c]. nã
dũ inquit, ſi filius antè moriatur, nihil eſſe, quòd
de ſecundis tabulis tractetur, intelliguntur illa
verba de pupillari ſubſtitutione, idque rationes
Iuriſconſulti ſatis indicant: per tacitam enim vul
garem, quæ in pupillari continetur, non dicitur
ex ſecundis tabulis ſuccedi, ſed ſolùm per ipſam
pupillarem [d]: cùm hæc tacita vulgaris nõ ex ipſis
tabulis oriatur, ſed legis interpretatione, vt ſu-
prà oſtendimus, quicquid Ang. aliter reſponde-
rit [e]. Nec Dinum adiuuat vniuerſale ſignum *Ni-
hil*: quia de eis intelligitur, quæ ad ſecundas tabu
las, id eſt pupillarem ſubſtitutionem pertinent,
indicatq; non pupillarem duntaxat ſubſtitutio-
nem, ſed & omnia à pupilli ſubſtituto relicta e-
uaneſcere, cuius exemplum Socinus hîc in fidei-
commiſsis à pupilli ſubſtituto relictis ponit: ta-
lia enim ab eo non præſtari, qui ex tacita vulgari
ſuccedat. cui ego facilè in his caſibus adſentio,
quibus teſtatoris hæreditas abſque pupilli adiri
poteſt, vt in eo Papiniani reſponſo eſt: regulari-
ter enim aliud conſtituetur [f]. Subiicit Barto. Di-
num vno caſu defendi poſſe, nempe cùm teſtator
pupillo ſuperſtes diutiùs fuit, commodeq; teſta-
mentum mutare potuit: tunc enim de communi
ſententia limitandum eſſe, ſubſtitutumq; exclu-
di [g]: quam limitationem omnes ferè reprobant:
cùm enim ex tacita vulgari ſubſtitutus admitta-
tur, credendum eſt, teſtatorem non mutaſſe teſta
mentum: quia eum vellet admitti, nõ autem ex-
Queſt. IIII. cludi. Sed † quid in eo reſpondebimus, qui ven-
123 tri pupillariter ſubſtitutus eſt? & conſtat nõ nato
poſthumo ſubſtitutum ex tacita vulgari admitti
[h], vt ſicut ſubſtitutio *Si filius nõ naſcatur*, pupillarem
continet, ita vice verſa pupillaris eũ caſum com-
I. præhendat, quo non natus ſit [i]. Quod Docto-
res, reprobata Bartoli limitatione, procedere in-
telligunt, etiam ſi teſtator diutiùs ſuperſtes poſt
abortum fuerit [k]: ſubeſt enim ſemper illa ratio,
vt paris potentiæ tacita ſit vulgaris cum expreſ-
II. ſa [l]. Idemque eſſe cenſent, etiam ſi cohæres nul-
lus ventri adſcriptus ſit [m], quamuis aliter Rayne-
rius crediſſet. Quod extendit Cornæus [n], eti-
III. am ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem. vnde
cùm teſtator ventrem, filiumque iam natum in-
ſtituiſſet, & ſi abſq; filijs decederet, Caio reſtitui
hæreditatem mandaſſet, mortuo abſq; filijs alte-
ro, alteroq; non nato, locum fideicõmiſſo eſſe re-
IIII. ſpondit [o]. Addo ego idem eſſe, ſi aliquis in re cer-
ta cohæres ventri datus proponatur: nihilo mi-
nùs enim adhuc is præferetur, qui ex tacita vul-
gari vniuerſam hæreditatem petet. quod Bald.
cenſuit [p], & ego aduerſus Alexandrum, De verbo
rum ſignificatione libro iij. notaui [q]. quo libro &
V. aliud Ancharani reſponſum confutaui ſuprà ſcri
ptam concluſionem aliter reſtringentis [r]. quæ
omnia ſtudioſi quibus curæ hæc fuerint, inde re-
petere poterunt: hæc enim ſatis eſſe, quod ad ſu-
prà ſcriptum effectum attinet, cenſui. ALIVS
† eſt effectus, quòd vulgari hac ſubſtitutione ipſi
124 teſtatori & in eius bonis ſucceditur [s]. Quod
I. intelligunt Iacobus, Bartolus, cæterique, ſiue ex-
preſſa vulgari ſuccedatur, ſiue tacita, quæ pupil-
lari inſit [t]: cùm † vice verſa per pupillarem, ſiue
125 expreſſam, ſiue tacitam, pupillo tantùm ſucceda-

a Bald. conſi. clvj. ex facto. in iiii. dub.
b d. l. ſi. de reb. co.
c l. quòd ſi filius. de capt. Alex. conſi. clxxxviii. in ij. dub.
d d. §. idem Iulianus.
e Ang. conſi. xxx. punctus, de quo.
f l. ſed ſi plures. §. filio ℱ. eo.
g arg. l. tractabatur. de teſtam. mil.
h l. pen. vbi gl. de ven. inſpic.
i l. fin. C. de inſt. & ſubſt.
K l. ſi pater filiũ. ℱ. eod.
l d. l. cùm quid. d. l. ſi fideiuſſor.
m arg. l. ſi nemo. ii. §. fin. de teſt. tut.
n Corn. conſil. cclxxvi. lib. iii. Dec. conſil. ccxxvii.
o l. antepen. in fi. de leg. i.
p Bald. l. fin. q. xxxiii. C. de hær. inſtit.
q Alex. conſil. clxxxviii. in ii.
r Anch. conſil. ccclvi.
s Inſtit. eod. in princ.
t d. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus.

tur [u], haberque locum quælibet ſubſtitutio tem- L. i.
pore ſuo vulgaris, vt patri morienti ſuccedatur, Hæredes.
pupillaris vt filio impuberi [x]. Quòd ſi † eodem II.
tempore pater, & filius moriantur, patri ex vul- 126
gari, filio ex pupillari ſuccedetur. quod Bart. ait.
Sed huic ſententiæ duæ rationes plurimùm ob-
ſtant. Altera eſt, quia videtur Bart. ſentire, quo-
ties pater, & filius, cui pupillariter ſubſtitutũ ſit,
perierunt, vt teſtamentum vtriuſque ſuſtineatur,
A non præſumi prædeceſsiſſe filium [y]. quod & à
Baldo reſponſum extat [z]. quę concluſio ſanè du-
bia eſt [a], niſi eam defendi fauore ſubſtituti dica-
mus, qui expreſſa voluntate teſtatoris vocatus
eſt: aliàs mortuo quoq; ſubſtituto aliud eſſet. non
enim præſumeretur ſubſtitutus fuiſſe pupillo ſu-
perſtes, ſed ambo eodem momento perijſſe [b]. Al
tera eſt, quia ſi præſumamus prædeceſsiſſe pa-
trem, non ex ſubſtitutione vulgari videtur admit
tendus ſubſtitutus, ſed iure tranſmiſsionis, quod
B in pupillari hęreditate erat: pupillus † enim, cùm 127
ſuus hæres ſit, tranſmittendæ hæreditatis ius ha-
bet. quod ſuprà vidimus [c]. Nec dubium eſt, id
tranſmiſsionis ius ſubſtitutione potentius eſſe [d].
Sed ego quoties in eiuſdem perſona & ſubſtitu-
tio & tranſmiſsio concurrunt, ex ſubſtitutione
potiùs ſuccedi tanquam communi ex remedio
crediderim, quàm ex tranſmiſsione, quæ aduer-
ſus iuris regulas inducitur [e]. quod ſuprà docui.
ſicque Bartoli ſententiam, quam plerique dam-
C nant, defendi poſſe cenſeo [f]. Sed † an tacita vul- III.
garis matrem pupilli excludat? & non videretur, 128
cùm receptum ſit nec matrem quidem teſtato-
ris excludi [g]. Sed tamen aliter ſentiunt omnes [h].
cùm enim ex vulgari ſuccedatur ipſi teſtatori, e-
ius maximè affectio ſpectanda eſt, quæ erga pro-
priam matrem eſt quidem maxima, erga verò v-
xorem pupilli matrem ſanè leuior. Vnde inteſta-
to marito vxor non, niſi poſt legitimos, & co-
gnatos, ſuccedit [i]. Sed quid ſi vxor cohæres fi- IIII.
D lio patris teſtamento ſcripta ſit? hîc enim argui-
tur non vulgaris erga eam affectio, & ideo tali ca
ſu cenſuit Fulgoſius ſubſtitutum, qui in caſu non
expreſſo admitti poſtulet, reijciendum eſſe: ſic-
que Iuſtiniani legem interpretatur [k]. Bartol.
verò aliter eam intelligit. At veteres, quorum ſen
tentia receptior eſt, alio & ipſi modo. Ego † cùm 129
lex illa generaliter, ſimpliciterque loquatur [l],
omnes rectè ſenſiſſe arbitror: & in primis pro ve-
terum ſententia negari non poteſt de ſucceſsio-
E ne pupilli legem illam loqui: quod oſtendit di-
ctio *Eius ſucceſsionem*, cùm ſi de teſtatore loquere-
tur, *Suam* debuiſſet dicere. Oſtendit hoc & luctuo
ſæ hæreditatis appellatio: filij enim hæreditas
tanquam turbato ordine matri luctuoſior eſſe,
quàm mariti ſucceſsio ſolet [m]. Oſtendit itẽ quòd
ſi de paterna ſucceſsione lex loqueretur, portio-
nem hæreditatis dicere potiùs debuiſſet, quàm
hæreditatem: cùm pro parte vxor hæres adſcri-
pta eſſet [n], ſuadetur ex ratione legis, dum ſi partẽ,
F inquit, ſuæ ſubſtantię reliquit, magis eſt, &c. aliàs
non à maiori, ſed à pari argumentaretur. quod
prolixè hîc aliqui oſtendunt. Nam & cùm lex
poſthumũ antè, quàm pubes eſſet, deceſsiſſe ait,
ſatis indicat de pupillari loqui: cùm in vulgari il-
la ætas non perpendatur. Satis igitur apparet ve
rum eſſe cõmunem intellectum: indeq; probari
tacitam pupillarem matri non obſtare: licet ſi eã
mortua eſſet, cæteri legitimi à ſubſtituto exclu-
derentur. Sed & intellectus Bartoli vt lex illa de
tacita vulgari, & ſic de ſucceſsione teſtatoris ac-

u Inſtit. de pupil. ſubſt. in prin.
x l. Iulianus. de acquir. hæred. vbi Bartol.
y arg. l. ex facto. §. ſi quis autem. ad Trebel.
z Bald. conſil. ccccxiiii. viſo puncto. in v. dubio.
a l. qui duos. in fi. de reb. dub.
b l. ſed & in illo. de reb. dub.
c Bart. d. l. paterfamilias. de pri. credit.
d d. l. vnica. §. cũ autem. C. de cad. tol.
e l. ſi filius hæres. de lib. & poſth.
f gl. l. vnica, verbo ſubſtituti. C. de his, qui ante aper. tab.
g arg. l. pręcib. C. de impub.
h gl. l. ſi. C. de inſtit. & ſubſtit.
i l. i. C. vnde vir. & vxor.
k d. l. ſi. C. de inſt. & ſubſt.
l d. l. ſi. verſi. cum autem.
m glo. l. pater Seuerinam. §. crus. de cond. & dem.
n arg. glo. l. Lucius Titius. de leg.

cipiatur, his argumentis videtur defendi, quòd in eo
caſu nulla ſit aditæ hæreditatis mentio: vnde ſa-
tis innuitur de vulgari ſubſtitutione agi, quę poſt
aditam hæreditatem expirat [a], antè verò habet
effectum. Rurſus perpenditur vxorem ventri co-
hæredem datá, quę
ratio nullius (quod

**FILIVS MEVS [a] MIHI HAERES ESTO.**

ad pupillarem ſub-
ſtitutionem attinet) momenti eſſet, nec veriſimi-
le eſt id argumentum temerè à Papiniano addu-
130 ctum, à Iuſtinianoque relatum eſſe. Sequitur † er-
go, vt de vtraque ſucceſsione lex illa intelligatur,
pupilli ſcilicet & teſtatoris, & cùm caſus expreſ-
ſus nó euenerit, quia poſthumus natus eſt, ſequi-
tur ibi agi & de vulgari tacita, itemque de pupil-
lari tacita, probarique neutram matri obſtare: &
circa pupillarem tacitam non eſt laborandum:
quoniam communis hæc eſt ſententia [b], quæ ad-
uerſus Fulg. obtinuit, etiam quando ipſa mater
cohæres teſtamento patris relicta non eſſet. Sed
mihi hæc lex pro Fulgoſio videtur plurimùm vr-
gere. Magis eſt dubius articulus tacitæ vulgaris:
quia cùm ex ea patri ſuccedatur, non videtur at-
tendenda coniunctio, quam mater erga pupil-
lum habeat. & ita aduerſus Bartolum hîc omnes
ferè tradiderunt. Sed non eſt difficilis reſponſio:
cùm enim teſtator vxorem quoq; inſtituerit, ſa-
tis arguitur magna eius affectio, vt ſubſtituto in
caſu tacito præferri eam, ſi ſuperſtes eſſet, filio
voluerit. Fortiùs ergo obſtat, quòd, pupillo ante
aditam hæreditatem decedente, locus eſſet tranſ
miſsioni [c]: & ſic non mater ſolùm ſubſtituto prę-
ferenda eſſet, ſed quicunque alius, cùm ſuus hæ-
res hæreditatem patris non aditam ad quem-
cunque tranſmittat [d]. ſiue ei cohæres, ſiue ſubſti-
tutus vulgariter, ſed tacitè, vt in caſu noſtro, da-
131 tus ſit. quod cómunis habet ſententia [e]. Et † cùm
ſeparatim datio cohæredis, vel ſubſtituti tranſ-
miſsionem non impediant, nec coniunctim qui-
dem impedire debent [f]: ſequeretur ergo, vt non
ſolùm mater, ſed etiam quilibet alius pupilli hę-
res ſubſtituto præferendus eſſet: quod tamen lex
illa prohibet. Sed mihi Papiniani ratio, quam cæ
teri negligunt, murus eſt aheneus. cùm enim v-
xor ipſa in parte hæres ſcripta ſit, iure accreſcen-
di propter teſtatoris mentem cæteris præfertur.
nam quamuis ſubſtitutio vulgaris expreſſa, iure
accreſcendi etiam in filii damnum potior eſſe ſo-
leat [g], non tamen idem in tacita eſt [h]. conſtat e-
nim ex coniectura mentis teſtatoris poſſe con-
iunctum ſubſtituto præferri [i]. at talem coniectu-
132 ram hîc ſubeſſe Papinianus cenſuit. meritò † er-
go hoc caſu ius accreſcendi ſubſtitutioni tacitæ
præferetur. Nec verum eſt iure tranſmiſsionis
quemlibet ſubſtituto pupillari præferri: quia
cùm ſuprà concluſum ſit, à tacita vulgari poſſe
teſtamentum confirmari, ſi ſubſtitutus ex ea pa-
ternam hæreditatem adeat, ipſe confirmatis ta-
bulis pupillo hęres erit, tranſmiſsioque in quoſ-
cunque alios impediretur, qui ipſi pupillo tan-
quam hæredes ſuccedere nequeunt [k]. quæ ratio
extante matre non procedit, cùm eius contem-
platione lex ſubſtituto reſiſtat, tanquam in eum
V. caſum non ſit vocatus. Poſtremò dubitatur,
133 an † prælegata quoque ſubſtituto debeantur? &
conſtituendum eſt non deberi [l]: cùm ſubſtitutus
in dubio in ipſa hæreditate tantùm vocetur: Vn-
de legata ei non debentur, niſi alia mens teſta-
toris oſtendatur [m], & niſi de ea prælegati parte
agatur, quæ tanquam hæreditaria à ſe ipſo ſibi

a l. poſt aditam. C. eod.
b d. l. precibus. C. eod.
c Bar. l. paterfamilias. de priuileg. cred.
d l. iii. C. de iur. delib.
e Bar. d. §. & quid ſi tantùm.
f l. ſpadonem. §. qui iura. de excuſ. tut. Bar. l. j. §. ii. de quæſti.
g l. ſi poſthumus. §. i. delib. & poſt hu. vbi Iaſ. in fine
h arg. d. l. precibus.
i l. quidá teſtaméto. §. eo. Bart. l. re coniuncti. parte ii. q. vlt. de leg. iii.
k l. quandiu. de reg. iur.
l l. Sextiliam. de leg. iii.
m l. quid ergo. ii. de leg. i.

legari non potùit [n]. de ea enim, ipſo ante aditam
hæreditatem decedente, perinde ac de reliqua
hæreditatis portione iudicatur [o]: & ideo ad ſub-
ſtitutum pertinere dicendum eſt.

DVPLEX, VELVTI: FILIVS MEVS, &c. [a]

¶ Dicitur duplex
hęc ſubſtitutio, cóſi
derata quoq; forma
verborum, aliàs quælibet vulgaris ſubſtitutio pu-
A pillarem quoque continet [p]. qui † alius eſt huius 134
ſubſtitutionis effectus. Sanè hęc pupillaris vulgò
tacita appellatur, quòd quamuis ex cómuni ſen-
tentia aliquid à méte teſtatoris trahat, plurimùm
tamen ex legis auctoritate pendet. Vnde † & lex 135
intelligi eam viderique factam ait [q]. ratio autem
cur id indultum ſit, ea Doctoribus videtur, quia
propter coniunctionem quæ patri cum filio eſt,
teſtamentorumque vtriuſque coniunctionem [r],
lex interpretatur alterum caſum, qui à teſtatore
B expreſſus ſit, non ideo expreſſum, vt alter exclu-
datur, ſed minus ſcriptum eſſe, quàm teſtator i-
pſe voluerit [s]: cùm id fauorabile pupillo ſit [t]. Ad-
do ego, verba omnino non repugnare. conditio
enim illa *Si filius hæres non erit*, poteſt intelligi irre-
uocabiliter [u]: & ideo, adita hæreditate à pupil-
lo, nó prorſus extinguitur ſpes ſubſtituti [x]: quia,
quamuis hæres ſit, poteſt nuda voluntate vſque
ad pubertatem abſtinere. quod rectè Pileus &
veteres cenſuerunt [y], licet Accur. & poſt eum a-
C lij, cum manifeſta legum calumnia diſſenſerint,
quorum rationibus haudquaquam difficile eſt re
ſpondere, cùm maiore facilitate ſe paternæ hæ-
reditati, quàm extraneorum impuberes immi-
ſceant: quod & infrà attingemus [z]. Cæterùm e-
tiam ſi alter caſus plenè expreſſus non ſit, ean-
dem quoque lex interpretationem in ſubſtitu-
tione facit, vbi conditio *Si poſthumus non naſcetur*,
adiecta eſt. trahitur enim nihilominùs ad pupil-
larem: quia videtur teſtator ſolùm de eo caſu du-
D bitaſſe [a]. quòd ſuprà declaraui. Non procedit au-
tem ſuprà ſcripta concluſio, quoties teſtatoris vo
luntas refragatur, idque ſiue tacitè, ſiue expreſ-
ſim [b]. quod pluribus exemplis Socinus proſe-
quitur, aitque ſufficere, ſi huiuſmodi tacita vo-
luntas vel duobus teſtibus probari poſsit [c]. quæ
ſententia licet communis, dubitabilis eſt: cùm
enim aduerſus certam diſpoſitione legis men-
tem ſit, videtur ſolennem teſtium numerum eſſe
neceſſarium: quod infrà attingam [d]. Cenſetur
E † autem aduerſus teſtatoris mentem id eſſe, quá- I.
do expreſsè teſtator hoc proteſtatus ſit. 136
Idem, ſi dictione taxatiua ſit vſus, vt quia in al- II.
terum caſum tantùm ſe vocare ſubſtitutum di-
xerit [e]. nam & videmus tali dictione ius accre-
ſcendi ſublatum cenſeri [f]. quod intelligendum,
cùm ea dictio caſum ipſum vulgarem reſtringit:
aliàs ſi ad perſonam referatur, ſecùs eſt, vt ſi di-
ctum ſit, *Si poſthumus non naſcatur, ſubſtituo Titium dun-
taxat.* Idem cenſuit Deci. cùm adiecta eſt di- III.
F ctio Tunc, & Eo caſu. videtur † enim vim reſtri- 137
ctiuam habere [g]: & ideo ex Ancharani reſponſo
diſpoſitio expreſſa extra illam caſum non pro-
duceretur [h]. quæ ſententia verbis legis noſtræ
repugnat, & à me libro De verb. ſig. iij. confutata
eſt. Idem ergo verius credendum eſt, cùm ei- IIII.
dem filio in alterutrum caſum aliter, atque aliter
ſubſtitutum eſt [i]. expreſſa enim prouiſio tacitam
excludit. ná & qui cohæres pupillo ſcriptus eſt,
eiq; pupillariter ſubſtitutus, non videtur ex taci-
ta, vt adeat tabulasq; confirmet, cogi poſſe, cùm
expreſ-

n l. & quidem. de leg. j. vbi Doct.
o l. miles. §. j. de leg. ij.
p l. iiij. §. eod.
q d. l. iiij.
r l. patris & filij. §. eo. l. paterfamilias de priuil. cre.
s l. cùm auus. de cond. & dem.
t l. ſi pupillus. de acqu. hæred.
u l. ei. quiſ. §. tit. gl. l. etiam imil. tis. de acquir. re. dom. Doct. §. ſed nobis. Inſt. per quas perſ.
x d. l. poſt adit. C. eod.
y l. impuberibus. l. neceſſariis. de acquir. hæred. l. pen. de auct. tut. l. ſi filius, qui patri. §. eod.
z ad d. l. ex contractu. de re iud. dic.
a d. l. ſi. C. de inſt. & ſubſt.
b d. l. iiij. in fin. & quámuis. C. eod. in teſtaméto. in fi. C. de teſt. mil.
c arg. l. hęredes. §. ſi quis poſt. de teſtam. Mod. d. l. quamuis.
d l. ii. vbi Bart. §. eod.
e d. l. precibus. vbi Salic. d. l. iiij. verbo, tantummodò.
f l. Lucius. ii. §. quæ habebat. ad Treb.
g l. iiii. in fin. de cond. & demó.
h Dec. d. l. quámuis. & cóſi. cccxv. Socin. in conſ. cclviii.
i l. cùm ex filio. §. i. §. eod.



expreſſa inſtitutio, qua filio cohęres datus eſt, ſuf
138 ficiat [a], iusque † accreſcendi ex mente teſtatoris
V. tacitæ vulgari hoc caſu præferatur: quia in eiuſ-
dem perſonam vtrunque ius concurrit [b]. Sed
& quod in vno dicitur, ad duos extendendum vi
deretur [c], vt ſi duo-
bus impuberibus te-
ſtator ſubſtituat, al-
teri in vulgarem, al-
teri in pupillarem
caſum. quod hîc ali-

**SI HAERES NON ERIT [a], SIVE HAERES ERIT, ET INTRA PVBERTATEM DECESSERIT,**

qui tradiderunt. Sed tamen Guil. Cun. Socin.
Dec. aliter cenſuerunt: quoniam is, cui in vulga-
rem caſum ſubſtitutum eſt, in pupillarem quoq;
habere ſubſtitutum intelligitur: idemque è con-
uerſo de alio: nec enim temerè à regula receden-
VI. dum eſt. Illud dubitationem non recipit, ſi im-
paris ætatis filiis, putà pupillo, & adulto, facta ſit
ſubſtitutio, de eo ſolùm caſu intelligi, qui vtriq;
conuenit [d]. quod Petrus procedere cenſuit, etiam
ſi ſeparatim huiuſmodi ſubſtitutióes factæ ſint [e].
ſeparatio enim ſcripturæ mentem teſtatoris non
mutat. Sed hæc Petri ſententia recepta non eſt,
vt Socin. ait [f]. aduerſatur enim legi, quæ ſepara-
tim ſubſtitui conſulit, vt in vtroque caſu ſubſti-
tutum alteri videatur [g]. Et quamuis exemplum
pupillaris expreſſæ ſubiiciatur, non arctant ta-
men regulam exempla [h]. Aduerſatur & illi clau-
ſulæ, qua in altero vtranque ſubſtitutionem in-
139 telligi lex ait [i]. Ná † & dum dicit ſic euitari quæ-
ſtionem, oſtendit contineri quidem vtrunq; ca-
ſum, cùm ſeparatim ſubſtitutum eſt: licet res nó
adeò clara ſit, vt non indigeat quæſtione, aliàs
non de tollenda quæſtione, ſed contraria legis
VII. diſpoſitione loqui Iuriſcóſultus debuiſſet. Con-
ſtat ergo tum demum in vulgari pupillarem hác
contineri, cùm ei facta proponitur, cui pupillari-
ter à teſtatore ſubſtitui poſſit: quia is ſit in pote-
ſtate [k]. Sed quid ſi tempore quidem teſtamen-
ti non eſſet, ſed deinde cœperat eſſe? vt quia teſta-
tor filio emancipato, vel naturali tantùm, ſubſti-
tuit, quem deinde adoptauerit, legitimumúe fe-
cerit. & Bartol. quem cæteri ſequuntur, adhuc
nullum eſſe pupillari locum exiſtimauit [l]: quia
cùm à principio non contineretur, non poteſt ex
poſtfacto induci, niſi de integro teſtamentorum
ſolennitas adhibita ſit [m]. Vnde conſequens eſſe
140 Bald. ait, vt † legitimatio hæc retrò non trahatur,
quantum ſit voluntatis reſpectu, quoties ea vo-
VIII. luntas verè ſubeſſe tempore actus debet [n]. Cæ-
terùm & quoties mater pupillo ſuperſtes eſt, có-
munis eſt ſententia, ſubſtituto qui ex tacita pu-
pillari admitti poſtulet, eam obſtare [o]. quæ ſen-
tétia ſummam difficultatem habet, quia lex ſim-
pliciter matrem à ſubſtituto excludi ait [p], nec te-
merè inter expreſſam hanc tacitamq; inducenda
eſt differentia [q], vt ſicut ſubſtitutum ex vulgari
prętulit, ita & ex pupillari prętuliſſe pater videa-
tur [r], magisq; ad ipſius mentem attendamus,
quàm pupilli qualitatem [s]. nam & in lege Iuſti-
niani ideo excludi à matre ſubſtitutum divertè
Papinianus aiebat, quia cohæres ſcripta fuerat,
vt inde appareat, ſi cohæres non fuiſſet, aliud ſta-
tuendum eſſe: aliàs acutiſsimi Iureconſulti ratio
inepta eſſet [t]. Oſtenditur hoc & ipſa diui Marci
oratione, quæ ſubſtitutionem expreſſam ad pu-
pillarem trahit [u]: ergo veriſimile eſt, cum omni-
bus qualitatibus ſuis trahi [x]. Nam † & ſubii-
141 citur, quod ius ad tertium genus, id eſt, ad reci-
procam ſubſtitutionem producitur. ſed clarú eſt,

a l. apud Iulianú. §. idem Iulian. ad Trebel.
b arg. d. l. ſin. & d. l. ſi filius hæres.
c arg. l. ſingularia. ſi cert. pet.
d d. l. iiii. d. l. quáuis.
e arg. l. falſa. in fi. de cond. & demonſt.
f gl. fin. Bar. d. l. iiii.
g verſi. hoc itaq; caſu.
h l. damni. ii. in fi. de dam. infec.
i verſic. ita cauta. & ibi Caſt.
k d. l. quamuis.
l Bar. l. Lucius. §. vi. §. eo.
m l. hæredes palam. de teſtam.
n Bald. l. in teſta. q. iii.
o l. precibus. C. eod
p l. Papinianus. §. ſed nec impuberi. de inoff.
q l. cùm quid ſi cer. pet.
r arg. l. fin. C. de inſt. & ſubſt.
s d. §. ſed nec impuberis.
t d. l fin.
u d. l. iam hoc iur.
x l. ſed ſi manent de precar.



pupillarem, quæ reciprocæ ineſt, matrem exclu- L. 1.
dere [y]. Ergo idem in hac dicendum, quæ vulga- Hæredes.
ri inſit: aliàs relatiuum Quod ius, integram ve-
ramq; relationem non faceret [z]. Nec dicat ali-
quis expreſſim in reciproca contineri pupillaré,
cùm poſſit ea iiſdem
verbis fieri, quibus
& vulgaris, & non
minùs tacitè eá con-
A tinere [a]. nam & ali-
bi lex ait, à matre ex-
cludi ſubſtitutum: quia propter imparitatem æ-
tatis nulla pupillaris ſuberat [b], nimirum oſten-
dens, ſi pupillaris quamuis tacita adfuiſſet, fore,
vt aduerſus eú ſubſtitutus admitteretur. Adde, quòd
ſi ita non eſſet, veriſimile eſt, Iureconſultum, ſicut
caſum imparium perſonarum excepit, húc quo-
que excepturum fuiſſe. Nec † obſtát conſtitutio- 142
nis verba [c], dum matri omni modo dandam hæ-
B reditatem teſtátur: quia loquitur lex, cùm in pri-
mú caſum tantùm ſubſtitutio facta eſt, id eſt, cùm
vulgaris taliter concepta proponitur, vt pupilla-
rem non contineat: quia ſcilicet de mente teſta-
toris conſter, ſiue quia dictio taxatiua adiecta ſit:
quod Salic. céſuit. ſiue quia pubes ille, quod Ful-
goſius exiſtimabat, deceſſerit: ſiue quia de aliquo
hîc exceptorum caſuum tractaretur. Probabilis
certè hæc eſt opinio, multasque quæſtiones diri-
mit, quam Cato Saccus diſputauit, Caſtellioque
C & Fulgoſius cum quibuſdam aliis probarunt. Mi
hi tamé non parum benignior videtur commu-
nis ſentétia: nec veriſimile eſt tanta philoſophiæ,
humanitatisq; laude illuſtrem Diuum Marcum
oratione ſua id egiſſe, vt mater à luctuoſa filij hæ-
reditate ſolis coniecturis excluderetur. Catonis
igitur, & Caſtellionis acumen laudo: verùm com
munis ſententiæ æquitatem magis amplector.
Addidit non inſubtiliter Cato Saccus, eam có IX.
ſtitutionem non temerè bis mentionem feciſſe,
D quemadmodum teſtator miles erat, concluditq;
in teſtamentis militum in vulgari pupillarem nó
contineri: quia in eis ad verba duntaxat attendi-
mus [d], lexque ſua diſpoſitione nihil ſupplet, ſed
caſum omiſſum pro omiſſo habet [e]. quæ ſenten-
tia probabilis eſt, ſiue quia teſtamenta militum
magis ſecundum iuriſgentium regulas declaran
tur, quàm ex iure ciuili [f]: ſiue quia cùm miles di-
rectò intra quodcunque tempus ſubſtituere poſ-
ſit [g], non fuit cauſa, cur magis vſque ad xiiii. an-
E num ſubſtituiſſe videretur, quàm in xx, vel dein-
ceps [h]. Cenſuit etiam Bald. ſi lege municipali X.
cautum ſit, verba teſtamentorum ad literam, &
ſine interpretatione intelligenda eſſe, tunc † pu- 143
pillarem hanc tacitam nullius effectus eſſe [i]. quæ
ſententia communiter recipi meruit, defendiq;
poteſt, ſi pupillarem hanc à diſpoſitione legis
vim præcipuam habere dicamus: ſecùs, ſi ex vi
verborum, & coniectura mentis teſtatoris in-
ductam magis exiſtimemus. non enim veriſimi-
F le eſſet, voluiſſe municipes verba tam præfractè
ſecundum literam accipi, vt non in primis mens
ſpectaretur [k], alioquin omnis vltimarum volun-
tatum tractatus breui verſiculo ſubuerteretur.
quod credendum non eſt [l]. Sed hac de re diffuſi-
ùs alibi diſputaui [m].
HAERES NON ERIT [a]. ¶ Conditio hæc a
negatiua eſt. Vnde ſi inſtitutus ſit hæres, ceſſat
ſubſtitutio vulgaris. Et hoc eſt, quod ſolet dici, a- I. quæſt.
ditione † hereditatis extingui vulgarem [n]. quod 144
etiam in ſubſtitutione legatariorum procedit [o].

y l. Lucius. §. eod.
z gl. l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter.
a Bart. d. l. Lucius. col. fi. verſ. pone, quòd inſtituo.
b d. l. in teſtam. in fi. d. l. quamuis. vbi Iaſ. iii. not.
c d. l. precibus.
d l. i. C. de teſt. mil.
e l. ſi miles vnum & l. miles ita. in princ. de teſta. mil.
f l. i. de teſt. mil.
g l. ii. l. centurio. §. eod.
h d. l. in teſtam. in fin.
i Bald. d. l. precib.
k Bald. l. i. §. domini. ad Syllan.
l l. ſi quando. C. de inoff. teſta.
m dixi lib. ii. De verb. ſign. ad fin.
n l. poſt aditam. C. eod.
o l. ſi legata. C. de lega.

Sed & reſpectu omniũ graduũ extinguitur ſubſtitutio,ſi ex priore adita ſit hæreditas [a]. In legato tamen vſusfructus ſecùs eſſe exiſtimat Alexander,vt ſicut agnitio vſusfructus ius accreſcendi non impedit [b],ita nec vulgarem ſubſtitutionem impediat,quæ ſimilitudine quadam cum eo iure cenſetur [c].quæ ſententia vera eſt,ſi conſtet,cuius temporis vſumfructum teſtator legauit. Vnde ſi ſcriptum ſit,*Lego Titio vſumfructum fundi per decennium,& ei Caium ſubſtituo*:non eſt dubium,ſiue repudiante ante decennium Titio, ſiue capite diminuto,vel mortuo,Caium admitti, dum tamen illud tempus non excedat,ne in ampliore iure ſubſtitutus cenſeatur,quàm priori delatum ſit [d]. Sed ſi tempus præfixum non ſit,maior ſubeſt dubitatio:quia regula eſt,per † mortem, vel vſucapionem vſumfructum ad proprietatem reuerti [e],

145

idque mero iure etiam in fideicommiſſarij damnum [f]:deberetq; hæc fieri interpretatio, ne proprietarius nimiùm grauatus cenſeretur [g]. & ita aliqui ſentiunt.Sed ego hoc quoq; caſu Alexan. adhæreo:quia tempus tacitè præfixum videtur, nempe donec vterque vixerit,ſeu ſit eius capax. tunc enim Caius admittetur:quia propter mortem ſuam Titius frui non poteſt,& ſic conditionis verba pro ſubſtituto ſunt:& cùm vſusfructus quotidie naſcatur [h],intelligitur Caius non ad id ſimpliciter vocatus,quod Titius habuit, ſed qđ habere potuiſſet,ſi non deceſſiſſet.

**II. quæſt.**

Sed an aditione vnius hæredis extinguatur ſubſtitutio vulgaris pluribus facta? & regula eſt, ſubſtitutionem

146

† iure accreſcendi potiorem eſſe [i]: & ideo ſequitur,vt non extinguatur. quod intelligẽdum,cùm pluribus ſimpliciter inſtitutis ſeparatim facta eſt ſubſtitutio [k],maximè ſi diuerſis [l]. Idem, ſi pluribus dictione diſtributiua facta ſit:exempli cauſa, *Si quis eorum hæres non erit*,&c.[m].Idem, ſi pluribus alternatim ſit ſubſtitutum,veluti *Titium, & Seium inſtituo,ſi Titius,aut Seius hæres non erit*,&c.[n].quod quomodo declarandum ſit,alibi docui [o],oſtendique admitti ſubſtitutum,etiam ſi is,qui adiuit, teſtatoris ſit filius: expreſſa enim ſubſtitutio filium quoq; à iure accreſcendi excludit [p].Idẽ,ſi vni,putà ſeruo cõmuni,ſubſtitutum ſit, qui perſonã plurium repræſentat.cenſetur enim perinde ac ſi ſeparatim datus eſſet cuilibet ſubſtitutus [q]. Idem, ſi coniunctim quidem ſubſtitutus ſit,ſed de mente teſtatoris cõſtet,ꝙ ſubſtitutum indiſtinctè voluerit præferre cohæredi [r],vt quia in teſtamento ſuo prohibuerit iuri accreſcendi locum eſſe. qua ratione [s] idem ex tacita mente fauore religionis cenſuit Bald.[t] Sed Caſtrenſis contrà [u],vt quia eccleſiam hæredibus ſubſtituerit.quod & Iaſon ſequitur,defendique in caſibus dubiis poteſt: aliàs contra præſumptam mentem defuncti nullum eſt eccleſiæ priuilegium [x].vnde ſi coniunctus ex liberis teſtatoris eſſet, non dubitarem eccleſiæ præferendum [y].In fideicommiſſis quoque quoniam plurium ſeparatim teſtator videtur fidem elegiſſe,id eſt,vnumquemque hæredum ſeparatim pro rata portionis ſuæ grauaſſe, receptum eſt, ſubſtitutionem pluribus, quamuis coniunctim factam,pro ſeparata accipi,& ideo ſubſtitutum præferri [z]:fideicommiſſa enim ad onus pertinent: at onus vnius nihil ad alterum pertinet. qua de re alibi latiſſimè traditur [a].

147

Sed † quid ſi coniunctim pluribus hæredibus ſubſtitutum ſit? & clarum eſt, cohæredem iure accreſcendi ſubſtituto potiorem eſſe,idque propter vim verborum,quæ ſubſtitutum eo ſolùm caſu vocent, quo

a l. cùm teſtamento.§.tit.i. l. ſi mater.in ſi.ꝧ. eod.
b l.i.§. fin. de v. ſufr. accreſc.
c l. ſi Titio & Mæuio.§.Iulianus. de leg.ii.
d l.Publius in fin. de cond. & demon.
e §. finitur. Inſt. de vſufr.
f l.ſi quis vſumfructum. de vſuf. leg.
g arg. l. vxorem.§.i.de leg. iii.
h d.l.i.§.fin.
i l.æquiſſimum.§. ſi duo.de ſecund. tab. l. vnica, §. pro ſecundo. C. de cad.tol.
K l.pen.de iniuſt. rup.
l l.ex duobus.§. qui filiũ ꝧ. eod.
m gl.l.hoc articulo.§.tit.i.
n l. ſi is,qui ducẽta.§.fin.de reb. dub.
o l.Lucius.§.tit.i.
p l.ſi poſthumus.§.quod vulgò. de lib. & poſt.
q l.ſi.in prin.ꝧ.eo. l.& Proculo. de leg.ii.
r Bal.l.pen.C.eo.
s Bart.l.hæred.§. cùm ita.ad Treb.
t Bal.c.ſi pater.de teſta.lib.vi.
u l.Lucius.§. Caio. ad Trebel.
x l.ſi.§.i.C. de epiſc.& cl.&r.gl.l. ſi quis ad declinandam.eo.tit.
y xvii.q.iiii.c.fin. Socin.l. cùm auus. de cond.& dem.verſ.ſecundũ corollariũ.
z l.Lucius.§. Caius. ad Trebel. l. fin.§. pen. de leg.ii.
a d §. cùm ita.

neuter,ſeu nullus coniunctorum ſit hæres. Vt

**I.** 148

† cùm collectiua ſingularis ſignificationis teſtator vſus eſt,veluti *Si vterq; hæres non erit* [b]. Idem enim eſt,ac ſi dixiſſet,*Si neuter hæres erit*. Sed quid ſi collectiua cõpoſiti ſenſus vſus ſit?putà *Ambo*. & Doctores ſentiunt propter defuncti mentem idẽ eſſe [c]: alioquin verba pro ſubſtituto ſunt,cùm, altero repudiante,verum ſit ambos non eſſe hæredes.Sed mens præualet,vt infrà oſtendam.Idẽ,

A **II.** 149

ſi † negatione iterata vſus ſit teſtator,veluti,*Si neq; Titius,neq; Seius hæredes erũt*, etc.[d]. dictio enim *Neq;*, coniunctim negat [e].& non ſolùm in ſenſu cõpoſito accipitur,ſed etiam in ſingulares caſus ſoluitur [f]:& ideo ſufficit vel ſolum Titium hæredem eſſe,vt ſubſtitutus excludatur [g]. Quin fortiùs à Iuliano reſponſum eſt,etiã ſi neq; Titius, neque Seius ſit hæres, adhuc excludi ſubſtitutum,cùm præſumpta mens teſtatoris ex alia coniectura id ſuaderet [h].

**III.**

Cæterùm & ſi ſimplex negatiua adiecta ſit, B adhuc excludi ſubſtitutum Bart.cenſuit, veluti,*Si Titius,& Seius hæredes non erunt, Caium ſubſtituo*.ſufficit enim alterum eſſe hæredẽ,vt Caius nõ ſuccedat,quia ſubſtitutus non vocatur, niſi cùm vterq; non eſt hæres [i]:hæcq; receptior eſt ſententia [k],& menti teſtatoris aptior,licet non ſat iure noſtro expreſſa ſit.& ideo quibuſdam controuertendi cauſam dederit,vt Angelo,& Iaſoni. ꝓ qua ſententia Imola quoq; ſic ratiocinatur: Seio repudiante,falſum eſt Titiũ & Seiũ eſſe hęredes: ergo C verum eſt,Titium & Seium non eſſe hæredes [l]: igitur euenit conditio,qua ſubſtitutus vocatur [m]. Sed ego pro cõmuni ſententia ſic reſpõdeo: Procederet argumentũ,ſi copulã illam cõpoſito ſenſu acciperemus.quod in caſu noſtro dici nõ poteſt:quia verba inſtitutionis, *Titius & Seius hæres eſto*,ſingulariter intelliguntur, mentiq; teſtatoris ſit ſatis,ſi vel vnus adeat [n]:aliàs non,niſi vterq; ſimul adire poſſet [o].Cùm igitur copula in inſtitutione compoſitũ ſenſum non habeat,ſequitur, vt nec in ſubſtitutione id requirat:quoniam ſubſtitutio D in contrariũ inſtitutionis caſum cõferatur, & ab ea interpretationem capit [p]. Accedit, quia ſi copula ſubſtitutionis ita intelligeretur, conſequens eſſet,vt Seio repudiante, nec Titius quidem ad propriam partẽ admitti poſſet: quia verbis conditionis deficeretur [q]. qđ aduerſus mentem teſtatoris eſt,qui ius alteri hæredi quæſitũ, repudiatione alterius noluit imminui [r]. Perinde igitur ea verba interpretabimur, atq; ſi ſcriptum eſſet,*Si neq; Titius,neq; Seius*,etc [s]. quod & ſuprà de E collectiua dictione *Ambo*, docuimus, vt propter eandem rationem non ſenſu compoſito, ſed ſingulariter accipiatur.

**IIII.**

Et ex hoc conſequens eſt, vt idem quoque credendum ſit,quoties ſubſtitutio ſimpliciter,ſiue indefinitè facta ſit,putà *Si prædicti*, etc.vel,*Si hæredes non erunt*,etc.perinde enim eſt, ac ſi coniunctim dictum ſit,*Si Titius,& Seius* [t].ſubeſt enim eadem ratio.nam cùm hi primo gradu inſtituti ſint,ſecundum quam qualitatem in inſtitutione iunguntur,ex eadem in contrario ſubſtitutionis F caſu conditionaliter nominati cenſentur [u]. Quam concluſionem ampliat Decius, etiam ſi tribus, aut pluribus hæredibus cohæres ſuprà ſcriptis verbis ſubſtitutus ſit, adhuc ſubſtitutioni nõ erit locus.quę ſententia aduerſus Cornæum mihi probabilis videtur [x].

**V.** 150

Qua † ratione & ſi inſtitutioni ſubiecerit teſtator, *Quibus hæredibus Caium ſubſtituo*,idem dicendum eſt: relatiuũ enim illud vim proprij nominis exprimit [y], facitq; vt cõiunctim nominati videantur.quod aduerſus

b l.pen.C.eo.
c arg.l. paterfamilias.§.tit.i.
d d.l.ſi is, qui ducenta.§.ſi.
e l.ſi quis ſtipulatus decẽ.de ver. oblig.gl. l. ſi ſi. hæ.de don. ante nup.vbi Bald.
f d. §.fin.
g Socin. conſil. lxxxiii. in iiii.
h l. quidam teſtamento.ꝧ.eod.
i l.quãuis.C.eod.
K Alexan.conſil. xxxviii. in i.du. Corn. conſil. ccxcviii. in iiii. dub.
l l.ſi hæred. plur. ꝧ. tit.i.
m d.l.ſi is, qui ducenta.§. cùm ita. in fin.
n l.filio pater.de leg.i.
o d.l. pen.in ſi.de iniuſt.rupt.
p d.l. ſi is,qui ducenta.§. fin.vbi Bar.l.i.C.eo.
q d.§. cùm ita.in fin.
r arg. d.l.paterfamiliâs. §. tit.i.
s arg.l. falſa.de cond. & dem. in fin.
t l.triplici.de ver. ſig.
u Bar.d.§.fin.
x Dec.d.l.pen.C. eod.
y l.Lucius. la vltima, §. Lucius. de leg. ii. Bal.l. fin.C.eod.



**VI.**

verſus Iac.hìc aliqui rectè tradiderunt [a].Sed quid in tacita vulgari reſpondebimus? duobus impuberibus inſtitutis,ſi ante xiiij. annum decederẽt, ſubſtituit Caium,alter ſtatim ſe abſtinuit,an ſubſtitutus ex tacita vulgari admittetur? & videretur non admitti,tanquam conditio,qua vocatur, magis coniunctim concepta cenſeatur, quàm ſeparatim. quæ ſententia mihi placet. Ex expreſſa enim pupillari non admitteretur, quia frater videtur prædilectus [b]:ergo nec ex tacita.

151

Et † ideo, dum Iaſon ius accreſcendi infirmius eſſe ſubſtitutione ait,etiam cùm de filij excluſione agitur [c], puto intelligendum de ſubſtitutione expreſſa, non autem tacita,qualis in propoſito caſu.

**VII.**

Cæterùm & quandoq; ſubſtitutio ſeparatim facta, iuri accreſcendi cedit,vt cùm inſtitutio quoque alternata eſt:ex ea enim arguitur mẽs teſtatoris, totam hæreditatem,vel ad alterum adeuntẽ pertinere volentis [d]. Idem, ſi appareat ſubſtitutum non vocari,niſi cùm tota hæreditas ad ſe deuoluta ſit [e].Addit Bar.idem eſſe,ſi cohæres magis dilectus teſtatori ſit,vt filius [f]. quod ſecundum ſuprà ſcripta intelligendum.

**III. quæſtio.**

Sed pone inſtitutum adiuiſſe, deinde per in integrum reſtitutionem hæreditatẽ omiſiſſe,an ſubſtitutus admittetur?& Bart.concludit admitti [g].nam & ſi pupillo ſubſtitutus ſit cũ libertate ſeruus neceſſarius, eo abſtinente,hic ſeruus, quamuis inuitus hæreditati ex cauſa ſubſtitutionis obligatur, & ſit hæres [h]. ꝙ ſi ſeruus obligatur inuitus,quantò magis liber homo nolẽs ſi ſubſtitutus ſit,debet admitti? ſuadet hoc & ratio generalis, vt reſtitutio omnia in integrum reponat,ſicut à principio erant [i]: & ideo ampliùs pleriq; cenſent etiam iure ciuili hũc ſubſtitutum admitti poſſe:quamuis inſtitutus ipſo iure eſſe hæres non deſinat [k].qua de re latiùs recentiores diſputant.Ego ad verba legiſlatorũ, quàm ad interpretum argutias magis attendens,

152

aliter conſtituendum cenſeo.Arbitrorq; † reſtitutionem in integrũ,licet inſtituto concedatur,qđ ad alium attinet,nihil operari:quia mens prætoris non ea fuit [l],idcircoq; ſubſtitutionem aditione inſtituti extinctam amplius non ſuſcitari [m],

**I.**

ſed fiſcum ex Papiniani reſponſo admitti [n]. Vnde conſequens eſt,vt ſpecialis ille caſus ſit, cùm ſeruus neceſſarius ſubſtitutus proponitur [o], hæreditasq; ſoluendo non eſt. & licet alias rationes hac in re Doctores cõminiſcantur,tñ adeò leues

**II.**

ſunt,vt tædeat referre [p]. Sed & quoties pupillus ipſe abſtinet,ſatis putauerim fiſcum non admitti,cùm ſcilicet ſuus hæres eſt,& à paterna hæreditate abſtinet:tunc enim propter conditionis verba ſubſtitutus admitteretur.in eo enim conditio *Si hæres non erit*,prout ſuprà dixi, intelligitur irreuocabiliter.vnde cùm ipſe propria auctoritate abſque alio prætoris officio abſtinere poſſit [q], videtur verbis conditionis admitti ſubſtitutus [r].

**III.**

quod ſuprà declaraui. Illud quoque non negauerim, poſſe principem beneficio ſuo eum,qui adierit,in integrum reſtituere.quo caſu ad cohæredem potiùs,quàm ad fiſcum,deuolueretur hæreditas [s],ne ſcilicet videatur princeps locupletãdi fiſci ſui cauſa id egiſſe [t],an quia ius accreſcendi difficiliùs extinguitur,quàm ſubſtitutio? portio enim portionem ad ſe trahit [u].quod intelligendum reſpectu cohęredis volentis [x].meritò er

**IIII.**

go & hoc caſu fiſcus excludetur. Quod & in agnato dicendum propter Senatuſconſulti verba eſt, quæ extenſiua erant, & eum non excludebant,

**V.**

Niſi ſi nemo filiorum hæres eſſe volet,&c.[y].Nam

a Iac. & Bal. d. l. pen.
b d.l.pen.vbi Bar. C.eo.
c d.l. ſi poſthum.§.quod vulgo. de li. & poſth.
d d.§.ſi. vbi Bar.
e d.l. quidam teſtamento.
f d.§.ſi.arg.l. cùm quidam.de verbor.ſign.
g l. ex contractu. de re iudic.
h l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.de min. vbi gl. & Doct.
i l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.de minor.
K l.i.§ ſi quis adita. ad Tertyl.
l l.iii.§.ſed vtrùm. de minor.
m l. poſt aditam. C.eod.
n l. fin. de ſucc.edicto.
o d.§. ſed quod Papinianus.
p Politus hic.
q l.impuberib.l. neceſſariis.de acquir.hær. l.pen. de auct. tut.
r d.l. ex cõtract.
s l.pen.de acquir. hæred.
t arg.l. C. ſi lib. imp. ſoc. lib.x.
u l. qui patri. de acq.hær.
x l.ſi minor.eod. tit.
y d.§. ſi quis adita.l.filii. §.i.eo. tit.

**L. 1.**

**Heredes.**

& quoties qui ex regula ſuccedit,ſpeciali caſu ab aliquo excluditur, ſublato per excludentis abſtenſionem impedimento,ipſe potior fiſco erit [z]. ſed hæc latiùs Paradoxorum libro iiij. capit. xv.

**IIII. quæſt.** 153

Suprà ſcriptæ quæſtioni conſequens eſt, vt diffuſiùs explicemus, quibus † caſibus ſui hæredis exiſtentia ſubſtitutũ excludat?& reſpondendum eſt,regulariter non excludere. vt enim ſuprà vidimus,filio repudiante,vel abſtinente, licet mero A iure adhuc ſit hæres,tñ vocatur ſubſtitutus: qa verba ſubſtitutionis eum admittunt, *Si hæres filius non erit*,videturq; teſtator de effectu intellexiſſe, non de nudo nomine [a]. Addit Bart. aliam rationem,quia ſcilicet datione ſubſtituti tollitur ſuitas:ſed id ego (vt alibi oſtendam) probare non poſſum [b].Excipiuntur à ſuprà ſcripta concluſione tres caſus. Primus, cùm vulgaris ſubſtitutio neceſſariò facta, id eſt, ſecundum Galli Aquilij conſilium,eſt [c].quod intellige,cùm verba conditionis B hoc indicant,putà quia teſtator ſubſtituit ſub conditione,ſi filius deſierit eſſe ſuus hæres [d]: aliàs ſuprà oſtendi Galli conſilium de hæreditate,non aũt de ſuitate loqui. Secundus caſus eſt, cùm ſubſtitutus excluſus eſt per aditionẽ inſtituti.ſi enim deinde is hæres in integrũ reſtituatur, ſola exiſtentia ſuitatis eum excludet [e],vel potiùs prima aditio,vt præcedente in quęſtione eſſe ſui, niſi proponatur pupillum à paterna hæreditate abſtinuiſſe [f]. Tertius caſus eſt,quando mens teſtatoris C aliqua coniectura indicaretur talis eſſe, vt ſola exiſtentia ſuitatis vellet ſubſtitutũ excludi.quod egregiè reſpondit Ancharanus [g],cùm pater,vt filio in proſcriptorum album relato conſuleret,ei ſubſtituiſſet,ſi hæres eſſe non poſſet.reſtiturus enim admittetur, tanquam exilio ſuitas non fuerit extincta, & ideò nullus ſubſtitutioni relictus ſit locus. quæ ſententia humana eſt,ſed his ſolùm caſibus vera,quibus huiuſmodi exiſtẽtia,banno(vt ille vocat)nõ perimeretur:quod re D gulariter non eſt [h].

**V. quæſtio.** 154

Sed † quid,cùm inſtitutus iure ciuili adire nequit,ſed ſolùm prætorio, an excludatur ſubſtitutus?& concludendum eſt,excludi:quia conditio *Si hæres non erit*,in bonorũ poſſeſſore deficit [i]. Bonorum enim poſſeſſor omnino æquiparatur hæredi,& (quod ad mentem teſtatoris,legemq; attinet)hæres eſt [k]. Si igitur iure prętorio primus gradus ſuſtineatur,vt quia,viuo teſtatore,filius præteritus decedat [l],vel conditio turpis ei gradui adiecta remittatur [m], dubiũ non E eſt,excludi ſubſtitutum.Sed quid,ſi ſolummodò, mortuo teſtatore, confirmatur teſtamentum? vt quia filius præteritus approbauit [n]. & Bartolus admitti ſubſtitutum cenſuit: quia filij approbatio nocere ſubſtituto non debet, cui ius mortuo teſtatore confeſtim quæſitum fuit [o]. Sed hæc ſententia,vt Iaſ.ait,æquitati videtur aduerſari: præterito enim reclamante ſubſtitutus contra verba conditionis(vt ille,ſed non rectè, exiſtimat) excluderetur [p]: ergo non reclamante, ſed tabulas F approbante,debet fortiùs propter verba conditionis excludi,ne defectus conditionis ſubſtituto proſit,euentus noceat:cùm aliàs defectus nocere euentus prodeſſe illi ſoleat [q]. Ego menti teſtatoris aduerſari hanc ſententiam arbitror, qui cùm ſciret ſe præteriiſſe filium,& ſic primum gradũ nullum conditionaliter loquẽdo, *Si primus hæres non erit*,non potuit de alio iure teſtamenti cogitaſſe,quàm quod ex approbatione filij procederet [r], & ideo in eum caſum videtur ſubſtitutum excluſiſſe.Intelligetur ergo, ſi primus hæres non

z l. & ſi modica.§.pen.de bon. lib.l.ii.§. ſi bonor. ad Tertyl.
a d.l. & ſi modic.§. pen. not. l. cùm filio. de leg.i.
b l.ſi filius, qui patri.ꝧ.eod.
c gl. l. ſi mater.ꝧ. eod.
d l. Gallus.§.etiã verſ.& bene.de lib.& poſthum.
e d. §. ſed quod Papinianus.
f d.l. ex contract.
g Anchar. conſil. cclxxv.filio ſuo.
h Bald.l.ſi qua pœna. de his, qui ſunt ſui.
i l. iiii. in princ.l. in conditionib.§. ſi patronus. de cõd. & dem. l.is,qui.in ſi.de leg præſt.
K l.hæreditatis.ii. de verb. ſignif.
l l. poſthumus.de iniuſt. rupt.
m l. facta.§. ſub conditione.ad Treb.
n l. filio præterito.de iniuſt.rup.
o arg.gl.l.cùm in ſecundo.de iniuſt.rup.
p l.iii.§.fin.de lib.& poſth.
q l. filiusfamiliâs.§. cùm quis. de leg.i.
r arg.l. ſi quis locuples. de man. teſta.

non erit,quia filius nolit conſentire [a].Nec verum
eſt,confeſtim poſt mortem teſtatoris ius ſubſti-
tuto quæſitum eſſe.cùm enim ſpes ſubeſſet,inſti-
tutum ſaltem iure prætorio admitti poſſe,eamq;
ſpem teſtator ipſe approbaſſet, non videtur ſub-
ſtituto ius interim quęri [b],aduerſus quem & mẽs
& verba teſtatoris ſtant:& ideo lex in teſtamen-
tis non ſolùm tempus mortis,ſed etiam aditæ hę
reditatis attendi iuſſit [c]. Quæ ſententia abſque
dubio procederet tribus caſibus. Primus, cùm A
etiam ab hoc ſubſtituto præteritus eſſet filius.
I. Cùm enim eius quoq; gradus ſit nullus, nullum
ei ius quæſitum dici poteſt [d]. Vnde conſequens
eſt,vt exemplum Bartoli de poſthumo procede-
155 re non poſsit:quoniam † rupto propter eius prę-
teritionem primo gradu,ſequens quoque ſubſti-
II. tuti rumpitur,quia à primo pependit [e]. Secun-
dus,cùm inſtitutus iſte fideicommiſſo grauatus
eſſet hæreditatem prętérito reſtituere [f].quod hîc
Socinus cenſuit, & defendi poteſt, ſi ſubſtituto B
beneficium id competere contemplatione præ-
teriti,non autem ſimplici occaſione dicamus [g]:
& ideo non poſſe eo aduerſus præteriti vtilitatẽ
III. vti [h]. Tertius caſus, cùm primo gradu inſtitu-
tus eſſet filius,ſecundo extraneus. nam tunc in-
ſtitutus etiam à principio prætorio iure admit-
titur [i],& ideo ſubſtitutus conditione deficit: ha-
bet enim inſtitutus bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas,& lapſo tempore ſecundum tabulas.
VI. quæſt. vnde iure prætorio ſemper admittitur [k]. Quod C
156 & Bart.ſenſit,dum † ſequenti quæſtione præfer-
ri inſtitutum, qui ſecundum tabulas poſſeſſio-
nem petiit,ſubſtituto cenſet [l], ſiue iure quoque
ciuili admitteretur [m], ſiue non admitteretur, vt
quia ei renuntiaſſet [n]. qui enim vni iuri renun-
tiat,nõ intelligitur aliud remiſiſſe [o]. quod intel-
ligendum,niſi renuntiatio eſſet generalis, & v-
trunque ius compræenderet [p], vel adiecta eſſet
157 cauſa,quia hæreditas damnoſa. ex † cauſa enim
VII. quæſt. declaratur, quatenus accipienda ſit renuntia-
158 tio [q]. Rurſus quoque dubitatur, an † ſicut per D
emancipationem pupilli finitur expreſſa pupil-
laris ſubſtitutio [r],ita etiam finiatur vulgaris,quæ
in ea continetur tacitè? & videtur ferè receptius
eſſe finiri:quod Guil.Rain.Bald.Alber. Iaſonque
cenſuerunt,vt emancipatio æqualiter vtriq; ſub-
ſtitutioni obſit [s], & ex expreſſi actus coniectura
tacitus perimatur [t].nam & eſt quod ipſi patri im-
putetur,qui cùm ſciret facto ſuo,id eſt,per eman-
cipationem extinctam eſſe pupillarem,nouis ta-
bulis ſibi vulgariter non ſubſtituerit [u]. Ego Bal- E
di,Imolæ,Alexandri,Socini,recentiorumq; con-
trariam ſuperiori ſententiam ſequor. non enim
(vt ſuprà declaraui)ex ſola teſtatoris mente prę-
ſumitur hæc tacita vulgaris,ſed ex facto quoque
legis,quę interpretatur,qua ratione teſtator ſub-
ſtitutum,pupillo decedente,in ſuis, pupilliq; bo
nis admiſit, eadem in ſolis ſuis admiſſurum, ſi
pupillus repudiaret.Vnde ſequitur, vt quamuis
ſubſtitutio pupillaris emancipatione finiatur,
non tamen finiri vulgaris debeat. cui, repudian- F
te filio,locus eſt [x].nam & ſuprà etiam ex Bartoli
ſententia concluſum eſt, hac in re nullum ei re-
gulæ locum eſſe,vt vitiato expreſſo tacitum de-
ficiat [y],cùm tacitum id æquè principale cenſea-
159 tur [z]. Adde, quod & Bart.ꝭ.fatetur,ſi † expreſſa
pupillaris à principio non valeat,vt quia eman-
cipato facta ſit, nihilominus vulgarem ſuſtineri.

a arg.l. cùm pro- ... Bart. ... g. præſt.
b l. quamdiu. de acqui. hæred.
c l. ſi alieni. §· in extraneis. ſ. titul...
d l.iii.in fi. de lib. & poſthum.
e l. nam & ſi ſub conditione.in fi. de iniuſt.rupto, & irri.
f l.ita tamẽ·§· qui rogatus ad Trebel.
g l.pen.vbi Bart. C.de temp. in integ. reſt. l.poſt mortem.in fi. de con.tab.
h l. amiciſsimos. in fin. de excuſ. tut.
i l.ii. l. poſthum. ·§·idẽ de iniuſt. rup. l. ſi duobus. ·§·ſi priùs de cõ. tab.
K l. æquiſsimum. in princ. de ſec. tab.
l l. puberem· C. de iur.delib.
m l.iii.C.eo.
n l.ſuum hæredẽ. C.de iur. delib. vbi Doct.
o l. ſi domus. de ſeru.vrb. præd.
p Bart.l.nec is·§· i.de acq.hær.vbi Doct.
q l cùm pater. §· dulciſsimis de leg.ii.
r l. cohæredi·§· cùm filiæ.ꝭ. eod.
s arg. l. mulieri. de cond.& dem. l.ſi legatarius.in fi.de leg.iii.
t l. ſi ſtillicidii quemad. ſeru. amit.
u arg.l.tractabatur.de teſt.mil.
x arg.l.talem in fi.ꝭ.
y l.i. ·§·i.quib.mod.pig.
z l.ſi fideiuſſor.de leg.i.

at ſi quæ ratio differentiæ adduci poteſt,vt idem
quoq; non ſit,cùm ex pòſt facto deficit? nulla ſa-
nè, quæ vrgeat [a]. Sanè, ſi hæc vulgaris ſubſtitu-
tio non omnino tacita ſit,ſed verbis generalibus
concepta,dubium non eſt, emancipatione non
extingui.quod & hi fatentur, qui pro Bartolo ſu
perioreq; ſententia ſtant. Sed † quid, ſi per pu- VIII. quęſt.
bertatem extincta ſit pupillaris?Bar.idem, quod 160
ſuprà, cùm emancipatione extincta eſt,conclu-
A dit,nempe vt vulgaris tacita quoq; extinguatur,
cùm pupillaris,limitato ad pubertatem tempo-
re,concepta eſt.quod & communiter videtur re-
ceptum,vt Alexan.& Aret.tradunt. qua in re am-
plius cogitandum videtur. Si enim proponatur,
pupillum paternam hæreditatem adiiſſe,deinde
puberem effectum,vulgaris ipſa non pubertate,
ſed aditione cenſebitur extincta [b].Quo fit,vt non
multùm me quædam reſponſa moueant,quæ re-
centiores adducunt,quibus ſubſtitutum ex vul-
B gari non admitti traditur [c].In eo enim caſu pro-
cedunt,quo hæreditatem pupillus adiuiſſet, vn-
de & legata præſtiturus erat:quòd aliàs, niſi adi-
ta patris teſtamento hæreditate, euaneſcerent [d],
quicquid Aretinus cõminiſcatur [e]. Quòd ſi præ-
termiſſam patris hæreditatem poſt pubertatem
proponamus,verior ea ſentẽtia videretur,vt ſub-
ſtitutus ex tacita vulgari debeat admitti. hocque
& Accur.ſenſit [f],& Salicetus [g]:quoniam aut tem-
pus xiiij. annorum adiectum pupillari ſubſtitu-
C tioni non limitat,niſi pupillarem:& tunc non eſt
ratio,cur vulgaris durare non debeat. aut limitat
etiam vulgarem,& neceſſariò dicendum eſt, ne-
gatiuè limitare, ſi hæres non erit intra xiiij.an-
nos.vnde lapſo eo tempore propter vim verbo-
rum,maximè locus eſſe vulgari debet.nã & Bart.
fatetur,ſi illud tempus expreſſum non ſit, vulga-
rem non extingui.ergo idem etiam, ſi ſit expreſ-
ſum,cùm neceſſariò in pupillari inſit [h]. quamuis
enim intra breuius tempus coarctari pupillaris
ſubſtitutio poſsit [i], vltrà tamen prorogari non
D poteſt [k].qua de prorogatione nos loquimur, vt
meritò huius temporis expreſſio,tãquam ex ne-
ceſſitate pupillari inſit, nullius effectus eſſe de-
beat [l],idcircoq; nec vulgarem tacitam extingue-
re.Ego † hanc Accur.Salicetiq; ſententiã ſequor:
tum,quia eædem me rationes mouent hoc caſu, 161
quæ & ſuperiore quæſtione mouerunt: tum eti-
am, quia hæc Modeſtini reſponſo magis qua-
drant [m],qui cùm in vtrunq; caſum factam videri
ſubſtitutionẽ docuiſſet,in pupillari ſubiicit, *Si hæ-*
E *res in ea ætate deceſſerit*:in vulgari verò, *Si hæres nõ erit*,
nec hoc caſu ſe ad vllum tẽpus reſtringit. Idẽ pa-
ria eſſe oſtẽdit,ſiue ſola pupillaris impuberi facta
ſit,ſiue vtraq; ſeparatim [n]. Sicut ergo vulgaris ſe-
paratim facta,pubertate nõ extinguitur, idẽ cre-
dendũ eſt,cũ ex pupillari tacitè colligitur? Sed IX. quæſt.
† quid ſi pupillaris à principio inutilis fuit, vt 162
quia maiori,vel extraneo,vel emãcipato facta,an
vulgarem continebit?& cõſtat continere [o]. ex a-
ctu eñ nullo voluntas teſtatoris declaratur [p]: &,
F vitiato † expreſſo,non vitiatur tacitũ æquè prin-
cipale [q].idq; Bar.& cæteri probant. Si igitur in- 163
ſtitutus repudiet,ex tacita vulgari ſubſtitutus ad
mittetur, ꝗ ſi inſtitutus adeat, & ante pubertatẽ
decedat,non ex pupillari,quæ non valuit, ſed iu-
re fideicommiſſi reſtituenda erit ſubſtituto hære
ditas [r].licet enim vulgaris & fideicommiſſaria e-
odem tempore conuenire eidem non poſſint [s],
tamen diuerſis caſibus diuerſiſq; temporibus ni-
hil obſtat eidem ex vtraq; conſuli poſſe.

a arg.l.pen.§.fi. de verb. oblig.
b l. poſt aditam. C.eod.
c l. qui habebat. vbi Aret.ꝭ. eo.l. ſi fundũ ſub conditione.§. fi. de leg.i.l.fin. in fin. de fid.lib.l. pen. §.fi.C.de neceſ. ſer.hær.inſt.
d l. ſi nemo. de reg.iur.
e Aret.d.l.qui habebat.
f gl.pen.l.lex Cornelia.ꝭ.eod.
g Sali.l. ſi teſtam. C.eod.
h arg.l. nõ recte. C.de fideiuſſ.
i l.ſi ita quis ꝭ.eo.
k l. in pupillari ꝭ. eod.
l iii.de leg.i.l.hæredis aditio.§.i. quando dies leg.
m d.l.iam hoc iure.
n d.l. iã hoc iure verſ. ſi autem.& verſi.fin.
o l.fin.C. de hær. inſt.l.ii.verſi.ſed & ſi extraneum. ·§·eod.
p l.fi. de reb.eor.
q l. i·§· i. quibus mod.pig.
r glo. §· extraneo. Inſt. eo. Doct.l.verbis. ꝭ.eo.
s l.ille,à quo. §.ſi de teſtamento. ad Trebel.

CAIVS



a CAIVS SEIVS HAERES MIHI [a]. ¶ Cùm
per pupillarem ſubſtitutionem non patri, ſed fi-
lio ſuccedatur [a],videtur hæc dictio *Mihi*, ei ſubſti-
tutioni aduerſari. Sed tamen lex ait talem di-
ctionem pro non adiecta eſſe, & ſubſtitutionem
in ſecundum caſum
valere [b]. Sed quænã
eſt ratio,vt pro ad-
iecta non ſit? & ali-
qui aiunt,quia con-
ſtat de mẽte teſtato
ris pupillariter ſub-
ſtituere volentis:vn
de verba non neceſ-
ſaria tanquam ſu-
perflua reiicienda
ſunt [c].Sed certè mẽs
non,niſi verbis,indi

TVNC G. SEIVS HAERES MIHI [a] ESTO. Subſtituere A liberis tam hæredibus inſtitutis, quàm exhæredatis poſſumus, & tam eum quẽ hæredem nobis inſtituimus, quàm alterũ. Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi hæredem ſibi inſtituerit. Nam ſine hæredis inſtitutione nihil in teſtamento ſcriptum valet.

catur:vnde ab eis temere recedendum non eſt [d],
nec quicquam pro ſuperfluo abiiciendum [e]. Vn- B
de verior eſt, quæ ex Iuriſconſulti verbis ſumi-
164 tur,ratio:dictio † enim *Mihi*, non repugnat pupil-
lari ſubſtitutioni, ſed concordat potius [f]: quia
cùm pupillaris tacitam vulgarem compræhen-
dat,ſi aditam hęreditatem patris non fuiſſe dica-
mus,dictio hæc *Mihi*,optimè conuenit [g]: ſi verò
ſit adita,adhuc conuenit pupillari: quia qui hæ-
res pupilli eſt,vtique & patri,cui ille ſucceſsit,hę
I. res eſt [h]. Et quod de hac dictione *Mihi*, dictum eſt,
idem & cùm in tertia perſona concepta ſunt te- C
ſtamenti verba [i],& teſtator in tali ſubſtitutione
II. dictione *Sibi*,vſus eſt [k]. Sed † & idem dicendum
165 eſt,cùm ſcriptum proponitur, *Si filius impubes deceſ-*
*ſerit, Titius ſit hæres meus* [l]:nulla enim ratio differen-
tiæ adduci poteſt,vnde adhuc directa pupillaris
ſubſtitutio cenſebitur, non autem fideicommiſ-
III. ſaria. Quòd ſi dictum ſit, *Si filius impubes deceſſerit, mi*
*hi & filio Titius ſit hæres*,res minimè dubia videtur,
ſiue quia dictio *Mihi*,intelligatur per mediam pu
pilli perſonam [m].quod rectè Decius cenſuit [n]: ſi- D
IIII. ue quia coniuncta ordinem ſignificet,vt *Mihi*, in-
telligatur ex vulgari,ſi hæreditatem non adierit,
*Filio*,ex pupillari [o]. Idemque dicendum, ſi diſ-
iunctiua vſus ſit teſtator [p]. Vnde conſequens eſt,
vt idem ſit reſpondendum,cùm ſcriptum eſt, *Fi-*
*lius hæres eſto, Si filius hæres erit, & impubes deceſſerit, Ti-*
166 *tius ſit mihi hæres*:reiicietur † enim dictio *Mihi*, & ni-
hilominus erit pupillaris ſubſtitutio, non autem
cenſebitur Titius cohęres filio datus ſub duabus
cõditionibus,& ſic filius,donec vixerit: quia ad- E
huc adimpletæ non ſunt conditiones, totum ha-
beat [q],at poſt mortem concurrat Titius cum filij
hęrede.quod Ruinus hîc diſputat.Si enim qñ ex-
preſſa eſt vulgaris,vt in lege noſtra, de pupillari
tñ dictio *Mihi*,reiicitur,multò fortiùs, cùm nulla
vulgaris adiicitur,quæ talem dictionem adiuuet,
nec facilè credẽdum eſt,datum filio aut purè,aut
ſub conditione adiectum [r]. Sed quid ſi ſubſtitu-
V. tio in re particulari verbo ciuili facta ſit? & tradi-
tum eſt,idem eſſe [s]:hoc exemplo, *Si filius impubes* F
*deceſſerit, Titius in fundo hæres mihi eſto*.cùm enim inſti
tutio in fundo ad vniuerſum ius trahatur [t], eadẽ
ratio ſubeſt,vt dictio *Mihi*,abiiciatur.& ita ferè o-
mnes probant,& ſi qui diſſentiunt,leuiter aduer
167 ſantur.Sed † quid ſi ſubſtitutio verbo ſimpliciter
directo, aut cõmuni facta ſit?veluti *Si filius in pupil*
*lari ætate moriatur,bona mea deueniant in Titium*? & Bart.
idem eſſe reſpondit:quia verba communia in du
bio pro directis accipiuntur [u].Inter autem hęc di
recta,& verbum *Hæres eſto*,quantum ſit in hoc ca-
ſu,non videtur conſtituenda differentia.& ita ſe L.i.
habet cõmunis ſententia [x].nam & bona filij pòt Heredes.
pater ſua dicere propter curam adminiſtrationẽ-
que [y].Sed tamen Bald. quandoq; aliter cenſuit;
quem hîc Alex.ſequitur:quia lex noſtra de verbo
ciuili *Hæres eſto*, ſo-
lùm loquitur; quod
ad fideicommiſſum
commodè flecti nõ
poteſt, cùm directa
& communia verba
faciliùs flectantur:
& certè probabilis
eſt hæc ſentẽtia, ſed
tamen à Bartolo re-
cedendum non eſt,
cùm teſtator pupil-
laris ætatis mentio-
nem fecit,quia non minor ex tali mentione con-
B iectura directæ ſubſtitutionis ſumitur, quàm ex
verbo ciuili [z].Quòd ſi teſtator compendioſè ſo-
lùm dixerit, *Quãdocũq; filius meus deceſſerit,bona mea Ti*
*tius accipiat,vel in Titium deueniant*, receptior contrà
Bartolum eſt ſententia [a], pupillarem nullam his
verbis contineri,ſed precariam tantùm in certis
bonis,id eſt, ipſius teſtatoris [b], niſi cùm dictum
eſt, *Bona mea ſine diminutione accipiat*.quam rem ſuo
loco attingemus.Quid ergo in compendioſa di- VII.
cemus,quando verbo ciuili vſus eſt teſtator? pu-
C tà *Quandocunq; filius meus deceſſerit, Titius mihi hæres e-*
*ſto*? & Bald.Caſtrenſiſq;, item Cardin. non reiici
verbum *Mihi*, exiſtimant [c]: & ideo in vim fidei-
commiſsi actum poſt pubertatem ſuſtineri.Si † e- 168
nim non vitiat pupillarem,cui aduerſatur [d].mul-
to minùs impedire debet fideicommiſſariam,
cui concordat [e].At Raph. Salic. & Imola adhuc
reiici cenſent.quod & Alex.videtur ſequi [f]. Se-
uerinas verò & Cur.Iunior iudicium ſuſpen-
dunt,nec quicquam affirmare audent. Ego ſe-
D mel de pupillari reiectam vocem Perpetuò, id
eſt,de precaria quoque reiectam cenſeri arbitra-
rer [g], vt eadem ſit vtroque caſu interpretatio [h],
ſed tamen prior ſententia menti teſtatoris con-
ſentanea eſt, ne ſubſtitutio poſt pubertatem ſit
nulla:amplius igitur deliberandum eſt. Sed an VIII.
ſuprà ſcripta procedant,etiam cùm teſtator ſcie-
bat filio ſuo alia bona eſſe,quàm paterna? & Paul.
Caſtr.negat procedere:quia cùm ſciret alia quo-
que bona eum habere,& de ſuis tantùm diſpoſu-
E it, non videtur ei directò ſubſtituere voluiſſe.
Sed tamen alia ſententia obtinuit [i], aliàs nun-
quam hæc dictio reiiceretur, quòd ſemper cogi-
tare poſsit pater, fore vt filio aliquid lucri acce-
dat [k].& quamuis veriſimile non ſit ex operis ſuis
pupillum quicquam lucraturum [l], tamen pote-
rit ex cognatorum ſucceſsione, vel alicunde lo-
cupletari. Sunt tamen aliqui caſus,quibus hæc I.
dictio pro ſuperflua non habetur,ſed plurimi ef-
fectus eſt. Et † in primis ſi exhæredatum filium 169
F alio hærede à patre inſtituto proponamus, dein-
de ſubſtitutum ita, *Si filius impubes moriatur, Titius*
*mihi hæres eſto*,cénſuit Paulus Caſtrenſis [m] dictio-
nem *Mihi*,non eſſe ſuperfluam, ſed fideicommiſ-
ſum inducere,vt hæres inſtitutus ſub conditione
mortis pupillaris grauatus videatur.quæ ſenten-
tia ſanè quàm dubia eſt: tum, quia dictio *Hæres*,
quæ eſt directa ciuilis,non, niſi magno abvſu, ad
fideicommiſſum flecti poteſt [n]: tum etiam, quia
veriſimile non eſt voluiſſe teſtatorem, vt hæres
ſcriptus,quem filio exhæredato prætulit, in eius
filij

a Inſtit. de pupil. ſubſt. in princ.
b l. ſi ita·§· i. de ſec.tab. vbi Bartolus.
c l.talem.ſ. tit.i.l. quæ extrinſecus.de ver. oblig.
d l. non aliter. de leg. iii.
e Bal.rub.de contrahen.empt.
f l. paterfamiliãs. in fin.ꝭ.eod.
g ·§·quo caſu.Inſtit.de pupil.
h l. ſi quis filium. in fi. de acquir. hær.
i c.dudum de cõuer.coniug. l.& vno·§· i. de accept.
k l.pen. C.eo.
l l. ſi quis à filio. vbi Arc. de leg.i.
m d.l. paterfamiliãs.
n Dec.d.l.penul.
o arg. l. quoties. de vſufruct.
p d.l.paterfamiliâs. in princip. l. cùm pater. §·pe. de leg.ii.
q gloſſ. l.ii. ſ. ſi pars hęr.per.Bar. l. planè·§· ſi coniunctim.de leg.i.
r l.verbis ꝭ. eo. l. Lucius.ii. ſ. tit.i.
s l.cohæredi·§·fi. ꝭ.eod.
t l.i. §· ſi ex fundo.de hær. inſt.
u gl. l. verbis.ꝭ. eod.c.i.de teſt. in vi.
x Card. conſ. lx. Aret.conſil.clv. Corn. cxxxviii. in iii.dub.Socin. conſil.cxvi. in i. dub.
y Bart.l Quintus. de auro & arg. leg.
z arg.gl.l. precib. C.eod.
a l.centurio ꝭ.eo. vbi dicam.
b l. cogi·§· ſed ſi miles ad Trebel.
c Bald.Caſtr.d.l. precib. Card. & Rainutius.
d d.l.ſi ita ·§·i.
e d.l.cohæredi·§· cùm filiæ.
f Alex.d.l.centurio.
g arg.l.ſi quis. C. de inſt.& ſubſt. vbi Iaſon.
h l.iiii.ꝭ.eod.
i Alex.Aret.Soc. hic.
K l. ſi defunctus. C.arb.tut.
l l.fin. ſ. de op. ſer.Bald.l.ſi patruus. C. com. vtri. iud.
m Caſt.d.l.precib.
n l. verbis.ꝭ. eod.

filij mortem Titio poſtponeretur. Vnde intelle-
ctus hic haud veriſimilis eſt, meritoq; Iaſ. & poſt
eum alij recentiores, dubitant. Et ſanè pro Ca-
ſtrenſe verba teſtatoris faciunt, cùm tali caſu di-
ctio *Mihi*, nec per mediam filij perſonam intelli-
gi poſſit. Vnde ei aſſen-
tirer, quoties probabi-
lis ſubeſſet aliqua ra-
tio, cur hæredi ſub tali
conditione ſubſtitutū

### LEX II.
### VLPIANVS LIB. VI. *ad Sabinum.*

videri poſſet[a]: aliàs verò pupillariter ſubſtitutum A
exhæredato crederem, vt dictio *Mihi*, acciperetur
pro à me ſubſtitutus, in bonis tamen pupilli[b].
nec enim nouum eſt, ſed Græco ſchemate vſita-
tiſſimum, vt dandi caſus pro ablatiuo ponatur.
II. Rurſus † ſi teſtator verbo precario vſus ſit, dubi-
170 tandum non eſt, quin dictio *Mea*, non ſuperfluat,
ſed fideicommiſſum inducat: exempli gratia, *Si*
*filius impubes decedat, bona mea reſtituantur* Titio: videtur
171 enim ius legitimi hæredis reſeruaſſe[c]. nec † enim
facilè verbum *Reſtituat*, quod precarium eſt, ad di- B
rectam ſignificationem trahitur, niſi de expreſſa
teſtatoris voluntate conſtet[d], quæ profectò hoc
172 in caſu non ſat certa eſt. vnde † à vi verborum nō
recedemus, vt ſolùm de bonis ſuis particulariter
diſpoſuiſſe videatur[e]. quæ aduerſus Aretinum &
Socin. receptior eſt ſententia[f]. Ego tamen eos
ſequerer, quoties ex affinitate vocum mens teſta
toris declararetur[g]. quod in ſimili caſu receptum
eſt in teſtamento, quo filiæ pater relinquere ſe
centum dicebat iure reſtitutionis, cùm Inſtitu- C
tionis ſcribere notarius debuiſſet[h]. Nec enim
ſciunt omnes aptis verbis vti, videmuſque ple-
runque notarios rudes, & bardos, quorum inſtru
III. menta tricarum, litiumque ſeminaria ſunt. Sa-
nè cùm teſtator verbo communi, coniunctimque
ſubſtituiſſe proponitur, non modica eſt alterca-
tio, vt hoc exemplo, *Si filius impubes deceſſerit, mihi &*
*ipſi Scium ſubſtituo.* ſunt enim, qui directam tantū-
modò eſſe arbitrentur[i], quos ego ſuprà ſequutus
ſum, cùm verbo ciuili vſus eſſet teſtator. Sunt, D
qui fideicommiſſariam quoque eſſe cenſeant[k],
vt Iaſon. electionem ſubſtituto datam vtra ex
cauſa agere velit[l], vt coniuncta in diſiunctam re-
ſoluatur. quod fieri ſolet, quoties ea diuidit, quæ
coniungi nequeunt[m]. Ego, ſi pupillaris ætatis
mentio facta ſit, ſemper directò ſubſtitutum exi-
ſtimauerim: ſi verò compendioſè ſcriptum ſit,
*Quandocunq; deceſſerit*, Iaſonem ſequar. Pontani e-
nim reſponſum, quod ille citat, tali in caſu loqui-
IIII. tur[n]. Sed † quid, cùm talis dictio ineptè vulga- E
173 ri eſt adiecta? veluti *Filius hæres eſto, & ſi hæres non e-*
*rit, Seius ipſi filio hæres eſto?* & Alber. reiici dictionem
*Ipſi filio*, cenſuit, & ſimplicem vulgarem eſſe. quæ
ſententia vera eſt[o]. Crediderim tamen pupillari-
ter quoque ſubſtitutum videri, nec omnino taci-
tam hanc pupillarem eſſe propter dictionem *Ipſi*
*filio*. qua de re alibi.

a arg. l. iii. §. cùm Pollidius. de vſur. l. multi. de lib. & poſth. l. Seius. ad Treb.
b arg. l. fin. C. de hær. inſtit.
c l. ſi Titio. §. ſi. cum l. ſeq. de leg. i.
d l. quærebatur. vbi Bart. de teſt. mil.
e arg. d. l. cogi. §. ſed & ſi miles. ff. ad Treb.
f Bald. conſ. cxx. in ii. Anchar. cō ſil. xliii.
g l. qui habebat. de man. teſt.
h Bal. l. ſi cùm ante. C. de donat. ante nupt. Iaſ. auth nouiſsima. C. de inoff. teſt.
i Dec. l. pen. C. eo. vbi & Iaſon.
K l. in vulgari. de ver. ſig. vbi dixi.
l l. ſi quis ſeruo. de manu. teſt. l. recuſare. §. Titius. ad Trebel.
m l. ſi Titio. de vſuf. leg.
n Rom. conſil. cccclxxx.
o l. ſi. C. de hæred. inſtit.

### LEX II.

1 *Moribus apud Romanos inolcuit, vt liberis ſuis impube-*
*ribus in poteſtate conſtitutis teſtamentum condere*
*quid poßit.* 2, 3.
4 *Subſtitutio pupillaris, virtute huius textus, qui legis in-*
*dubitatam habet auctoritatem, eſt iuris.*
8 *Subſtitutio directa poſt aditam hæreditatem: item capta-*
*toria inſtitutio, conſuetudine introduci & valere po-*
*teſt.* 9.
10 *Captare quid.*
11 *Pupillaris fit liberis naturalibus & legitimis ſimul.*
15 *Pupillaris extenditur in tempus pubertati à ſtatuto præ-*
*ſcriptum.*
18 *Pupillaris lapſu annorum pubertatis expirat.*
20 *Hæreticis & aliis in quibus non cadit patria poteſtas,*
*ſubſtitui pupillariter*
*nequit.*
25 *Liberi, quibus ſubſtitui-*
*tur, in teſtatoris po-*
*teſtate, tempore quo*
*is è viuis migrat, eſſe debent.*
27 *In teſtamento pupillari tria tempora conſiderantur.*
34 *Pupillaris filio qui in poteſtatem aui recaſurus eſt, fieri*
*nequit, niſi à milite.* 38. *Secus in* Doctore. 39.
41 *Teſtamento ob præteritionem annullato, pupillaris inſti-*
*tuto facta conſeruatur: niſi in aliquot caſibus, vbi vnà*
*euaneſcit.* 44, 45, 46.
48 *Subſtitutio filio quem pater non mala mente exhære-*
*dauit, facta ſuſtinetur.*
51 *Pupillus ex ſua hodie culpa exhæredandus, doli capax*
*eſſe debet.*
52 *Nepoti, quem filio emācipato auus in poteſtate retinuit,*
*ſubſtitui, non obſtante præteritione, poteſt.*

MOribus[a] intro
ductum eſt,

MORIBVS[a]. ¶ Qui † ſibi iu- a
1 ſtum, ratumque teſtamentum
fecit, is etiam pro liberis ſuis
impuberibus quos in poteſtate
mortis tempore habet, quique
in alienam poteſtatem recaſuri
non ſint, teſtari, donec in tute-
lam ſuam peruenerint, poteſt, idque moribus, id
eſt, iure, quod ſine ſcripto, ex auctoritate tamen
prudentium venit, introductum eſt[p]. Accurſ. quē
vulgò cæteri ſequuntur, de † Lacedæmoniorum
moribus intelligit: quia legerat ius ita diſtinctū, 2
vt aliud ſcriptum, aliud non ſcriptum ſit, huiuſ-
que diuiſionis originem ab Athenienſibus & La-
D cædemoniis fluxiſſe, quorum Lacedæmonij in-
ſtitutorum ſuorum nihil ſcribebant[q], exiſtima-
uit, quod moribus fieri dicitur, ad Lacedæmo-
nios referri debere. quam ſententiam Politus nō
probat, nec ego probo: quia lex de diuiſione, non
de iuris origine loquitur: vnde † potiùs de mori- 3
bus Romanis intelligendum eſt[r]. non enim Spar
tanorum conſuetudines ad ius noſtrum perti-
nent: & ſi quicquam ab eis Decemuiri accepe-
runt, id in XII. tabulas relatum fuit, iuriſque ſcri
E pti apud nos eſſe cœpit[s]. Quo † fit, vt nec Bar- 4
tol. cæterorumque ſententiam probem, hodie
quoque pupillarem ſubſtitutionem conſuetudi-
nis, non autem iuris eſſe opinantium, tanquam
ſcriptura, quæ in iure noſtro de ea facta eſt, ad
probationem potiùs pertineat[t]. Arbitror † id 5
euidenter falſum eſſe, cùm Iuſtinianus omni-
bus quæ hiſce libris continentur, non ſolius
probationis vim, ſed legis auctoritatem conceſ-
ſerit[u], & pupillaris ſubſtitutionis ex diuo-
F rum, Marci & Seueri, conſtitutione aucta ſit in-
terpretatio[x]. nec † quicquam feudalium con- 6
ſuetudinum exemplum facit, cùm Hortenſius,
& Cagapiſtus ciues mei, qui eas deſcripſerunt,
legis ferendæ auctoritatem nullam habuerint,
Iuſtinianus verò habuerit. Adnotāt † tamen hinc 7
pleriq; Doct. ſicut conſuetudine inducta eſt pu-
pillaris vſq; ad pubertatem ſubſtitutio, ita etiam
contraria cōſuetudine aut tolli[y], aut mutari poſ-
ſe, putà vt vſq; ad XXV. annū, vel etiā vltrà, duret.
Vnde

p l. ii. §. his legib. de orig. iur. l. ius ciuile. de iuſt. et iur. §. cæterùm. verſ. media. Inſt. de leg. agn. ſucc.
q §. & non ineleganter. Inſt. de iur. natur.
r l. libertinus. de ritu nupt.
s d. l. ii. §. i.
t l. contrahitur. de pign.
u §. in procem. §. ſi. & l. ii. §. has itaq; C. de vet. iu. enucl. & Inſtit. in proœm. §. penul.
x l. iiii. ſ. eod.
y Bal. arg. gl. l. nemo. §. temporalis. de regul. iur.





8 Vnde † conſequens eſt, valere conſuetudinē, qua
conceſſum ſit quibuſcunq; poſt aditā hæreditatē
directò ſubſtituere[a]. Item vt quis cum pluribus
teſtamētis, vel pro parte teſtatus, partim inteſta-
tus decedere poſsit[b]: prohibentur enim hæc cō
mentitij ſeu poſitiui
(vt vocāt) iuris regu
lis[c]. vnde contrario
iure abrogari poſ-
9 ſunt. Quo † exēplo
poſſe Ang. & Alex.
captatorias inſtitu-
tiones cōſuetudine

vt quis liberis[a] impu
beribus[b] teſtamen-
tum facere poſsit, do A
nec maſculi ad XIV.
annos perueniant[c],
fœminæ ad XII. q̄d
ſic erit accipiendum,
ſi ſint in poteſtate[d].

approbari cenſuerūt[d]. quę ſentētia vera eſt. cùm
enim ante S. C. Libonianum valerēt, cùm & eas
Eccleſia in ſui fauorē approbet[e], ſatis oſtenditur
non eſſe aduerſus bonos mores[f]. Nec captatorię
dicuntur quaſi deceptoriæ, vt ſenſit Iaſ. Captare
10 † enim non decipere eſt, ſed illecebris, obſequio,
donis, ſpe aliqua allicere, & promereri. Nec rur- B
ſus abſurdum eſt, vt teſtamentum valeat, quod
non voluntatis noſtræ, ſed alienæ ſit ſententia[g],
cùm poſsit conſuetudo illum, qui voluntate no-
ſtra ab alio nominatus eſt, à nobis nominatum
interpretari[h]. quidni? cùm & vniuerſam taſtamē
torum machinam, vt quæ iuris poſitiui ſit[i], va-
leat ſubuertere.
(a LIBERIS *a.* ¶ Primùm † igitur, vt pupillaris
11 ſubſtitutio valeat, eum, cui facta eſt, oportet ex
liberis eſſe. quod intelligendum de liberis legi- C
timis ſimul, & naturalibus[k]. Sed an de natu-
12 ralibus tantùm[l]? & negant Doct. quia † tales
non ſunt in poteſtate, quod infrà requiritur. Pa-
tria enim poteſtas in his duntaxat eſt, qui iuſtis
nuptijs procreati ſunt[m]. Exiſtimauerim tamen,
ſi pater ſimpliciter ei ſubſtituerit, nec appella-
uerit naturalem, videri tanquam legitimum ap-
probaſſe, & ſubſtitutionem valere[n]. nam & cùm
pater ſpurium legitimatū inſtituiſſet, eique ſub-
ſtituiſſet, deinde repertum eſſet legitimationem D
non valere, aduerſus Caſtr. ſententiam à quibuſ-
13 dam reſponſum eſt[o], poſſe † propter teſtatoris
mētem principi ſupplicari, vt legitimationem
confirmet, ſicque inſtitutionem ſubſtitutionēm-
que cōualeſcere. quam ſententiam Lancel. Ga-
liaula, recentioreſque alij ſequuti ſunt[p]. Sed
quid de legitimis tantùm dicemus? & non eſt
14 dubium, à † patre arrogatore filio ſubſtitui in
quarta poſſe, itémque in his, quæ à ſe, vel ſui
contemplatione peruenerunt[q]. Si quis verò ab E
extraneo adoptatus eſt, quia hodie lege Iuſtinia
ni in eius poteſtatem non tranſit[r], tali ſubſtitu-
tione hæredem habere non poſſet. quod omnes
hîc cenſuerunt. Sed quid ſi pater naturalis filium
emancipauerit, deinde extraneus eum benefi-
cio principali vſus arrogauerit? & putauerim ni-
hil obeſſe, quòd pater naturalis viuat, ſed in ſo-
lius arrogatoris poteſtatem tranſire[s]. ideoque
ei ſubſtitui poſſe.
b IMPVBERIBVS. b ¶ Quid † ſi lege munici- F
15 pali cautum ſit, vt pupillaris ætas in XXV. annum
duret, an poterit pater ſubſtitutionem ſuam in
illud vſque tempus porrigere? & Bald. Alex. cæ-
terique aiunt, poſſe: quoniam poteſt lex pupilla-
rem ætatem prorogare[t]. Nam & ante Iuſtinia-
num eius fines (quod ad tutelam attinet) erant
incerti, ſed ex habitu corporis iudicabatur[u].
Quicquid autem comminiſcatur hîc Politus, du
bium non eſt, valere huiuſmodi ſtatutum: ſicut
& illud, quo teſtamenti factio ante XXV. annum

a l. poſt aditam C. de impuber.
b l. i. de acquir. hæred.
c l. iii. ſ. de teſtam.
d l. captatorias. ſ. tit. i. vbi Angel.
e c. cùm tibi. de teſta.
f c. i. de alien. feud.
g l. i. de teſta. c. ii. de conſti. in vi.
h l. vnum. §. i. de leg. ii. vbi Soc.
i d. l. iii. l. teſtandi. l. ſi non ſpeciali. vbi Alex. C. de teſtamen.
K l ſi teſtamento. C. eod.
l l. Lucius. ſ. eo.
m Inſtit. de prt. poteſt. in princip.
n auth. ſi quis liberos. C. de nat. lib.
o Caſtr. l. cam, quam C. de fideicom. Dec. conſil. clxxvi
p l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſth.
q l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ſ. eo. l. ſi arrogator. de de adopt.
r §. ſed hodie. Inſtit. de adop.
s l. pen. §. ſi. C. de adopt.
t l. Mela. de alim. & cib. leg.
v Inſt. quib. mod. tut. fin. in prin.

impediretur[x]. Sed in hôc caſu maior eſt ambi-
guitas, an, ſtante huiuſmodi lege, pater pro filio
in XXV. annum teſtari poſſet? & Bald. Salicet.
Raph. Aretin. (vt Iaſ. hîc refert) exiſtimarunt,
poſſe. lex enim ſimpliciter moribus inductum
ait, vt cùm eius ęta-
tis filij ſint, in qua
ſibi facere non poſ-
ſint teſtamētum, pa
rentes eis faciāt[y].
Meritò ergo, ſicut
lex antiqua, quę im
puberibus factionē
teſtamenti prohibet[z], hanc interpretationem ha
bet, niſi pro eis pater ipſe teſtetur, ita & hæc mu-
nicipalis intelligetur[a], idque † per extenſionem
(vt vocant) paſsiuam, cui etiam in correctoriis
locus eſt[b]. Sed tamen ab hac ſententia Barto. 16
cæterique crebriore calculo diſſentiunt: quia pa
B tri, vt pro filio teſtetur, indultum fuiſſe videtur
non ſolùm propter ætatis defectum, ſed etiam
quia prolem ſuſcipere interim non poteſt. Ve-
rùm hæc ratio non ſatis firma eſt: quia lex eam
duntaxat adducit, quòd pro ſe teſtari defectu æ-
tatis pupillus nequeat[c]. nam & quandoque im-
puberes ipſi, qui robuſtiore natura ſunt, gene-
rant[d]. Adde, quod † procreationis futuræ ratio 17
poteſtatem teſtatoris ſubſtituentis non reſpi-
cit, de qua nos diſputamus, ſed ipſius potiùs ſub
C ſtitutionis finem, vt, nato filio, reſoluatur ſubſti-
tutio[e]. Sanè illud quoque ſtatutū valere cenſuit
Bartol. quo indiſtinctè patri concederetur, vt te-
ſtari pro filio poſſet[f]. Sunt etenim hæc (vt dixi)
poſitiui iuris.
ANNOS PERVENIANT[c]. ¶ Oportet † igi- c
tur, vt huic ſubſtitutioni ſit locus, ad hos annos 18
filium non peruenire: alioquin, lapſa hac ætate,
finitur ſubſtitutio. quod intelligendum, etiam ſi
longius tempus comprehēſum fuerit[g], vt quia
D filiæ pater, ſi antè, quàm nuberet, deceſsiſſet, ſub-
ſtituerit, licet enim illa verba ad longius tempus
protrahantur[h], tamen ad pubertatem reſtrin-
guntur[i]: quia teſtator vltrà directò ſubſtituere
nequit. Poteſt autem etiā minus tempus, quàm
xiiij. annorum comprehendere, ſi velit[k]. Sa-
nè hoc non modum inſtituendi, aut formam
reſpicit, ſed conſeruationem potiùs ipſius pu-
pillaris ſubſtitutionis, quæ aliàs non lapſu tan-
tùm temporis, ſed aliis quoque caſibus finitur[l].
E IN POTESTATE *d.* ¶ Qui † igitur patriam d
poteſtatem in filios non habent, hac ſubſtitutio- 19
ne non vtentur. vnde † hæretici, aut ſchiſmatici 20
ea non vtentur[m]. quod dubium nō eſt, cùm nec
ſibi ipſis teſtari poſsint[n]. Idem videtur in Iu-
dæis, vt filio baptizato ſubſtituere nequeant[o].
Non enim permittit lex noſtra in poteſtate Iu-
dæi eſſe Chriſtianum. Idem & in Gentili, ſeu
Ethnico, dicendum. Nam cùm Ethnici pars
Romani imperij non ſint[p], ſequitur, vt in pote-
F ſtate filios non habeant. quoniam id ius propriū
ciuium Romanorum eſt[q]. conſtat enim omni-
bus prouinciis, quæ ſub Romano imperio erāt,
oratione diui Antonini ius ciuitatis Romanæ
datum eſſe[r], quo iure omnes, qui à fide Chriſtia-
na deſciuerunt, qa hoſtes facti ſunt, exciderūt[s].
Idem in his dicendum, qui patria conſuetudine,
vel ſtatuti, filios in poteſtate nō habent: quod in
aliquibus ciuitatibus Francigenarum eſt[t]. Idē
† in matre quoque traditum eſt. non † enim ma- 21
ter filios in poteſtate habet. vnde talis ſubſtitu- 22

x Bar. & Alex. l. ii. de legat. i.
y §. moribus. Inſtit. de pupil. ſubſtit.
z l. ſi quæramus. de teſta.
a arg. l. qui neq; §. i. de reb. cor.
b l. ſi. C. de inoff. teſta. Alex. l. ij. de leg. iii. Abb. c. ſi. de reſcript.
c d. §. moribus.
d c à nobis. c. ſeq. de deſpon. impub. Bart. l. in pupillari. in fin. ſ. eo.
e l. ex facto. ſ. eo.
f Bart. l. Marcellus. §. quidam. ad Trebel.
g d. l. in pupillari. §. eod.
h l. ſancimus. C. de nupt.
i l. qui habebat. ſ. eod.
K l. ſi ita quis. ſ. eod.
l Bart. d. l. in pupillari.
m c. ii. in ſi. de hæred. in vi. Bald. l. nam ciuium. de his, qui ſunt ſui
n l. eius. §. i. de teſtam. vbi not.
o xxviii q. i. c. Iudæorum. Bald. l. quoties. ep. poſ. vii. C. de leg.
p Bart. l. hoſtes. de capti.
q Inſtit. de patr. poteſt. in princ.
r l. in orbe. de ſtat. hom. §. ſin. in auth. vt liberti de cæter.
s Bartol. d. l. hoſtes.
t gl. d. §. i. de patr. poteſt.

tio ab ea facta eſſet inutilis, & ſolùm ex vulgari obſeruaretur [a]. Sed quid ſi ſtatutum eſſet, vt mater filios in poteſtate haberet? & Alex. Socinuſq; cenſuerũt, tunc ei pupillarem ſubſtitutionẽ permittendam. Cùm enim lex poteſtatem ei concedat, apparet eius cõſilio fidere: quã ratione & exemplaris matri conceditur [b]. Recipiet igitur lex antiqua à poſteriore ſtatuto declarationem [c], quã ſuprà dixi paſſiuam extẽſionem vocari, & in omi materia quantumuis ſtricta locum habere. Addit Alexan. hoc intelligendum eſſe patre mortuo. ſi enim viuat, præferri ipſe debet: quia lex eius iudicio magis, quàm mulierbi fidit [d]. Nam & idem in exemplari obſeruatum infra videbimus. [e] Et hoc caſu defendi Baldi ſententia poteſt, qui alioquin diſſentire à ſuprà ſcriptis videt [f]. Sed q̃d in patre naturali dicemus, q pupillo ſubſtituit, quẽ alius arrogauit? & ſi viuente naturali patre, arrogatus eſt, dubium nõ eſt, extingui ſubſtitutionẽ [g], cùm arrogari non potuerit, niſi iam emãcipatus, & ſui iuris factus. At hîc dicitur, emancipatione extingui ſubſtitutionẽ [h]. quòd ſi poſt naturalis patris mortem arrogatus ſit, receptior eſt Petri, Cini, Bartolique ſententia, non extingui priorem ſubſtitutionẽ [i]. cuius rei rationem infrà explicabo.

Cæterùm emancipatis [d] non poſſumus. Poſthumis planè poſſumus. Nepotibus etiã poſſumus, & deinceps, ſi q nõ recaſuri ſũt [b] in patris poteſtatem. Sed ſi eos patres præcedãt, ita demum ſubſtitui eis poteſt, ſi heredes inſtituti ſint, vel exhæredati [c].

EMANCIPATIS a. ¶ Oportet† ergo, vt is, cui ſubſtituitur, non deſinat ante teſtatoris mortem in poteſtate eſſe [k]. vnde conſequens eſt, vt hîc diſputemus, quo tempore oporteat liberos in poteſtate eſſe? & lex noſtra ſatis indicat tempus mortis teſtatoris attendi [l]. loquitur† enim, cùm quis extraneum impuberem hæredem ſcripſit, eiq; pupillariter ſubſtituit, deinde loco nepotis adoptauit. & ita etiam Accurſ. Bartol. Alexan. cæterique, paucis exceptis, intellexerunt. Cuius rei illa eſt ratio: nam lex patri concedit, vt pro filio teſtetur, ætatiſque illius defectum ipſe ſuppleat [m]. Huius† igitur teſtamenti pupillaris tria tempora perpendere debemus [n], principium, deinde mortem pupilli, tandemq̃ue aditionem. principium eſt ab eo tempore, quo pater moritur: quia antè non poteſt videri pupillus teſtatus eſſe, cùm in patria poteſtate ſit [o]. Meritò igitur nõ ad teſtamenti paterni, ſed ad mortis paternæ tempus attendimus. Finge ergo naturalem patrem ſubſtituiſſe pupillo, deinde poſt eius mortem pupillum in arrogatoris manum tranſiiſſe, & demum periiſſe: non eſt dubitandum, pupillares tabulas, arrogatione perierant, non ſuſcitari, cùm tempore mortis in aliena poteſtate eſſet [p]. vnde ſubſtituo ſolùm actio ex ſtipulatu aduerſus arrogatorem, eiuſque hæredes competet [q]. Sed finge rurſus, ipſo† pupillo ſuperſtite, deceſſiſſe arrogatorem: & tunc, quia non repugnat tempus mortis, ſatis crediderim, veram eſſe communem opinionem, vt ſubſtitutio patris naturalis valeat, & ad vniuerſitatẽ bonorum trahatur [r]. Quòd ſi† ab arrogatore quoque ſubſtitutum ſit, etiam illa valeat, tanquam particularis [s], id eſt, quartæ, quam ex reſcripto diui Pij lucrari debuit [t]. Nec† videbitur cum duobus teſtamentis deceſſiſſe: cùm poſterior ſubſtitutio rerum particularium ſit, & propius legato, quàm hæreditati accedat [u]. ſicq; veterum ſententias ſimul pugnantes conciliandas arbitror, tametſi me non lateat, quantum tenebrarũ huic rei interpretes noſtrates offuderint [x]. Quid verò impubere arrogato, qui ipſe teſtandi ius habet, iuris ſit, alibi attingitur [y]. Et ex his apparet, tametſi per arrogationem pupillaris ſubſtitutio videatẽ extincta, ſi tamẽ arrogator præmoriatur, reſuſcitari, cùm temporum habilitas non repugnet [z]. Sed† quid in filio legitimato ſtatuemus, vt ſi pater filium ſpurium inſtituerit, eique pupillariter ſubſtituerit, & natalibus reſtitui à principe petierit, eumq; princeps poſt mortem patris reſtituerit [a]? & videretur non valere ſubſtitutionem, tanquam nunquam in poteſtate fuerit. Sed tamen receptior eſt Bart. ſententia, qui† retrò trahi hanc reſtitutionem cenſuit [b]. qua de re nos alibi plura. [c] Conualeſcet igitur & hoc caſu ſubſtitutio propter legis fictionem, quæ retrò legitimationes trahit. Nam & illud receptum vulgò eſt, ſi filius de poteſtate exeat, ſubſitq; reſtitutiõis ſpes, nõ tam extingui ſubſtitutionem pupilli, quàm interim ſopiri [d]. quod certè omni dubitatiõe caret: cùm, etiam ſi ſpes nulla ſubſit, ſi tamen in poteſtatem redeat, confirmetur ſubſtitutio: cùm ſuprà concluſerimus, ſatis eſſe, ſi tempore mortis paternæ filius in poteſtate fuerit [e].

Sed† quid, ſi propter dignitatem de poteſtate exierit, vt quia epiſcopus auctoritate pontificia deſignatus ſit [f]? & receptum eſt, valere ſubſtitutionem. Cùm enim lex eam fauorabilem pupillo interpretetur [g], non debet ei damnoſa eſſe dignitas ſua [h], nec diſpenſatio Põtificis damnum ſubſtituto afferre. Quid autẽ ſit, ſi monachus efficiatur, infrà attingam.

SI QVI RECASVRI NON SVNT b. Et† hoc ſuſtinendis pupillaribus talibus neceſſarium eſt. quia ſi in poteſtatem reciderent, teſtari per ſe non poſſet [i]. vnde nec alius pro eo poteſt, cùm ſolùm ætatis defectum ſupplere poſsit teſtator. [k] Lex† ergo noſtra, quæ patri facultatem concedit, vt pro pupillo teſtari poſsit, intelligitur ſi aliud non obſtet, quàm quòd pupillus ſit. Lex† enim in vno caſu diſpenſans, cenſetur aliarum rerum aptitudinem ſupponere [l]. Et ideo, ſi q pupillus alia ratione inteſtabilis ſit, vt quia deportatus, tunc ſubſtitui ei non poſſet [m]. Addit† tamen Bart. ſpeciale in milite eſſe, vt in bonis à ſe relictis ſubſtituere filio poſsit, licet in poteſtatem aui recaſurus ille ſit [n]. Videtur autem huiuſmodi ſubſtitutio tanquam directa militaris valere, vt Alex. hîc cenſuit [o], nõ autem tanquam pupilli teſtamẽtum. vnde non poteſt hac ex cauſa pupillus videri pro parte teſtatus, & parte inteſtatus. Sed quo tempore ſatis eſt eum, cui ſit ſubſtitutio, recaſurum non eſſe? & non eſt dubiũ, tempus mortis ſpectari: interdum tamen aditæ hæreditatis [p]. Sed† an Doctori id quoque priuilegium competat, qui & ipſe literatæ militiæ adſcriptus eſt [q]? & videretur, quia in multis priuilegiis videmus eos æquiparari [r]. Sed† tamẽ cõtrarium eſt verius, quia Iuſtiniani lege Doctoribus filiisfamiliâs, quaſi Caſtrenſe quidẽ peculiũ, vt de

a l. ſi mater. ꝟ. eod. b l. humanitatis. C. eod. c l. ſed & poſteriores de legib. d ꝟ. ſi. Inſtit. de tutel. d l. ex facto. ꝟ. eod. f Bal. l. precibus. C. eod. g l. pen. ꝟ. ſi. C. de bon. poſ. ſecun. tab. h l. his verbis. de adopt. i Bart. d. l. ſi arrogator. k l. cohæredi. ꝟ. cum filiæ. ꝟ. eod. l. quòd ſi filius. verſic. exinde. de capti. l verſi. ſed ſi extraneum. & d. ꝟ. cum filiæ. verſi. poſt teſtamentum. m d. ꝟ. moribus. n l. ſi alienum. ꝟ. in extraneis. ſ. tit. i. o l. qui in poteſtate. de teſta. p l. cauſa cognita. ꝟ. cod. l. his verbis. l. nec ei. verſic. nec eſſe de adopt. r Petr. Cin. Bar. d. l. ſi arrogator. de adopt. arg. ꝟ. non tamen. Inſt. quib. mod. teſt. infi. s gl. l. cũ à matre. C. de rei. vend. Bald. d. l. ſi arrogator. oppoſit. ii. t d. l. ſed ſi plures. ꝟ. in arrogato. ꝟ. cod.

u l. non amplius. ꝟ. fin. de leg. i. x in d. l. ſi arrogator. y d. l. pen. ꝟ. ſi. d. ꝟ. non tamen. & l. poſthumus. verſi. idem. de iniuſt. rupt. z d. ꝟ. in extraneis. a auth. item ſine. C. de natur. lib. b l. ſi. de natalibus reſti. ꝟ. natura & ꝟ. illud. verſic. verò is, qui, quibus mod. nat. effic. ſui. c l. Gallus. ꝟ. & quid ſi tantum. de lib. & poſth. d l. ſi pater. l. ſec. Cornelia. ꝟ. eo. e d. ꝟ. cum filiæ. verſ. poſt teſtamentum. f auth. ſed epiſcopalis. C. de epiſcop. & cler. g l. ſi pupillus. de acquir. hæred. h l. pen. vbi Bart. de ſenat. l. illa gl. in ſ. de in. dic. Gemin. cõſil. cxxiv. viii. dub. i d. l. qui in poteſtate. de teſta. k d. ꝟ. moribus. l l. qui teſtamento. de teſta. c. i. de æt. & qual. in vi. m Bart. d. l. in pupillari. n l. cum filius. de teſta. mil. o l. milites etiam. de teſta. mil. in teſtamento. C. eod. p l. ſi filius hæres. in princ. de lib. & poſth. ꝟ. proximus. Inſtit. de leg. agn. q l. aduocati. C. de aduoc. di. uerſ. iud. r glo. l. miles. de iud. l. i. ꝟ. pen. & l. ſi à paren. quis manu. Alex. Mod. d. l. centurio.



vt de eo teſtari poſſint, cõceditur. ſed adiecta limitatione, dum tamen ſecundum leges teſtentur [z].

INSTITVTI, VEL EXHÆREDATI c. ¶ Oportet† igitur filiũ inſtitutum, vel exhæredatum eſſe: quia aliàs teſtamentum paternum non valeret [b], vnde nec tabulæ pupillares ſuſtinerentur. Hinc conſequẽs eſt, vt† ſi ex querela teſtamentũ, ceu inofficioſum, penitus expugnatum ſit, idem dicamus [c]. Ad cauſam enim inteſtati omnia rediguntur: ſecùs, ſi contra tabulas bonorum poſſeſſio impetrata ſit [*]. non enĩ ideò res ad cauſam inteſtati reducitur, cùm prætor facere nõ poſſit, quin adhuc inſtitutus iure ciuili ſit hæres [d]. Sed quid ſi teſtamentum ex cauſa præteritionis nullius momenti ſit? & receptior eſt ſententia, pupillarem ſubſtitutionem ipſi inſtituto factam conſeruari [e]: quia in nouella lege dicitur, infirmari quidem inſtitutionem, cætera verò, aliaq; teſtamenti capitula firma permanere [f]: at pupillaris ſubſtitutio capitulum teſtamenti eſt [g], & cæterorum appellatione compræhenditur [h]. Satis enim eſt rumpi inſtitutionem, ne præteritus debita ſibi hæreditatis portione fraudetur: cur pupillarem ipſam rumpi credamus, quæ abſq; præteriti damno pupilli ipſius fauorem reſpicit [i]? Nã & datio tutoris cõſeruatur, vt ibi dicitur, quæ tñ aliàs abſq; inſtitutione non conſiſtebat [k]. In contrariam tamẽ ſententiam Din. Pet. Bal. & nõ pauci alij tranſiere: quia lex noſtra id pro regula generali conſtituit, vt† ſi principale ruptũ ſit teſtamentũ, etiam pupillare euaneſcat. Nec veriſimile eſt, hoc à Iuſtiniano correctum, quod & ipſe aliquando approbauerat [l]. Omnino enim robur pupillarium tabularum ab inſtitutione pendet, quę cùm indubitanter per præteritionẽ ſubuertatur, & tabulæ ipſæ ſubuerti debent. Et† quamuis lex firma permanere cætera capitula teſtamenti paterni dicat [m], non tamen ad teſtamentum pupillare trahenda eſt, cùm in materia correctoria diſpoſitio de teſtamento paterno loquens, de pupillari non intelligatur [n]. nec quicquam refert, q fideicommiſſa, legata, & datio tutoris ſuſtineãtur: quia ea non adeò inſtitutioni coniunguntur, cùm abſq; illa quoq; quandoq; conſiſtant [o]. Diſputabilis certè (vt apparet) hęc eſt concluſio, ſed tñ cum pluribus ſentiendũ eſt, magiſq; iudicandũ, pupillares tabulas conſeruari. quod† quibuſdam caſibus non procedit. Et in primis reſpectu tacitæ vulgaris, quæ in pupillari expreſſa continetur, nullũ eſſe conſeruationi locum Alex. cenſuit [p]: quoniã† hæc tacita vulgaris nihil aliud eſt, quàm inſtitutio: at lex negat inſtitutiones conualeſcere: imò tali caſu hæreditatem patris, tãquã inteſtati, inter filios iubet æqualiter diuidi. vnde ſatis oſtendit nullum relinqui vulgari ſubſtitutioni locum. Rurſus non procedit, cùm pręteritionẽ ab inſciente patre factã proponitur. Nec enĩ facilè credendũ eſt, ſi pater aliũ ſe filium habere ſciuiſſet, extraneum in ſucceſſione pupilli proprio filio prælaturũ fuiſſe [q]. quod Salic. & Alex. rectè cenſuerũt [r]. Fortiùs† exiſtimauit Paul. Caſtr. quoties filio impuberi inſtituto datus eſt extraneus ſubſtitutus, totiès pupillares tabulas nõ cõfirmari: quoniam veriſimile non eſt, Iuſtinianũ qui nouellã illam legẽ ob fauorẽ filiorũ tulit, aduerſus regulã iuris antiqui diſpenſaſſe, vt infirmata inſtitutione, ſuſtineretur pupillaris, q̃ ea ad extranei cõmodũ aduerſus liberorũ vtilitatẽ tenderet: alioquin iniuriã filiis intuliſſet, quam tñ ipſe proteſtatur ea lege ab illis ſubmouere [s]. quæ Pauli ſententia probabilis eſt: licet eã nec Alex. nec Cornæ. ſequi voluerint [t]. Sed quid ſi pupillaris ſubſtitutio, non ipſi inſtituto, de quo ſuprà diximus, ſed filio præterito facta eſt? & Bar. hîc ſentit, non cõfirmari, niſi filius ipſe præteritus, teſtamentũ paternũ ſolenniter, id eſt, auctore tutore, approbauerit [u]. quã ſentẽtiã & alij ſequuti ſunt [x]. Nã† & videmus legata ipſi præterito facta hoc caſu non conſeruari [y]: meritò nec pupillaris ſubſtitutio cõſeruari debet. Sed Alex. & Aret. diſſentiunt [z]. cùm enim ſubſtitutio fauorẽ ipſius præteriti reſpiciat [a], non eſt ratio, cur ſiue mentem teſtatoris, ſiue ipſius pupilli reſpiciamus, conſeruari nõ debeat, idq; abſq; expreſſa alia approbatione [b]. Nec obſtat, q legata non conſeruantur: quia non eſt veriſimile, teſtatorẽ voluiſſe ea præſtari caſu, quo filius aduerſus teſtamentum obtineret, ne ſcilicet vtrunq; habeat, & portionẽ hæreditariã, & legata [c]. at ſi ſubſtitutio conſeruetur, primã vtilitas non filij, ſed ſubſtituti erit. Vnde ipſi malunt hoc quoq; caſu cõmuni ſententiæ locũ eſſe, vt ſubſtitutio nõ minùs hodie cõſeruetur, quàm olim conſeruabatur, cùm filius inſtitutus beneficio emancipati præteriti contra tabulas paternas bonorum poſſeſſionem petebat [d]. ſed hæc diſſimilia ſunt, cùm cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionis proſequutio teſtamentũ iure ciuili non infirmet: ius verò dicendi nullũ, infirmet [e]. Ego hoc caſu diſtinguendum cenſeo, vt in exhæredato dicemus. Quid ergo erit, cùm pater exhæredato ſubſtituit? & Alber. exiſtimauit, non cõſeruari pupillarẽ, ſicut nec legata ei cõſeruãtur [f]. Sed† aliud eſt in ſubſtitutione, quæ ad ſubſtituti cõmodum pertinet, aliud in legatis, quæ ſi ipſi præſtarentur, vel nulla eſſent, quia à ſe ſibi legari non põt [g], vel cũ iniuria cohæredis, vel aduerſus mentem teſtatoris præſtarentur, qui exiſtimauit eũ legatis contentum, ad teſtamenti expugnationem proceſſurum non fuiſſe. Meritò ergo alij magis numero cẽſent hoc caſu idem, qđ in præteritione, eſſe, id eſt, cõſeruari pupillares tabulas. Ego diſtinguẽdum arbitror, an exhæredatio mala mente facta ſit, qđ ex coniecturis deprehendimus, vt ſi nihil ipſi filio exhæredato fuerit relictũ [h]: tunc enĩ nec ſubſtitutio à teſtatore ei facta in ſui fauorẽ videbitur [i], & ideo cùm nouellę legis ſuprà ſcripta ratio hoc caſu ceſſet, putarim non confirmari ſubſtitutionẽ [k]: aliàs verò confirmari. Cur† aũt lex patri conceſſerit, vt etiã illi, qui mala mente filiũ exhæredauerit, ius ſubſtituendi cõperat? Bart. rationẽ eſſe cenſuit, quia adhuc lex patri cõfidit, cenſetq; optimè eum filio conſulturũ [l]: ſed certè hinc mala mẽte exhæredatus dici non poſſet [m]. Vnde verius eſt, qđ Imol. & Alex. maluerũt, vt id propter vim patrię poteſtatis ſit. Et ideo etiã ſi pater ignobilis, & reprobæ vitæ ſit, tñ adhuc ſubſtituere filio poterit [n]: cùm cõſtet, nõ ideo minùs valere talem ſubſtitutionẽ, q turpis perſona, & quæ iuſtã fratri cõquerendi cauſam præſtet [o], ſit à patre ipſi filio ſubſtituta [p]. quæ receptior eſt aduerſus Bart.

ita enim† poſt legem Velleiam ſuccedendo, non rumpunt teſtamentum. Nam ſi principale teſtamentum ruptum ſit, & pupillare euanuit. †Cæterùm etſi extraneum quis impubere hæredẽ ſcripſerit,

L. i. Moribus.

z l. ſ. C. de inoffic. teſta. b l. antepen. de lib. & poſth. † per, alias. c l. Papinian. ꝟ. ſed nec impuberis. de inoffic. teſt. ſ. * l. ex duobus. ꝟ. ſi. ꝟ. eod. l. & ſi contra. ꝟ. eod. d ꝟ. quos autem. Inſtit. de bon. poſſeſ. e Alex. Aret. Moder. l. i. ꝟ. fin. ſ. eod. f auth. ex cauſa. C. de lib. præt. ꝟ. aliud. auth. vt cùm de appel. g ꝟ. liberis. Inſtit. eod. h l. qui plures liberos. ꝟ. fin. ꝟ. eo. l. nã quod. i gl. l. ex tribus. C. de inoffic. teſt. l. Iulianus. de acquir. hæred. K l. i. & iii. de teſt. tut. l d. ꝟ. liberis. m d. ꝟ. aliud. verſ. & hæc quidem de parentum. n arg. d. ꝟ. ſed nec impuberis. o l. iii. de confir. tut. gl. l. eam, quam. C. de fideicom. p l. ſi pater filium. vbi Imol. ꝟ. eod. q l. cùm auus. de cond. & demõſt. r Salic. d. auth. ex cauſa. Alex. d. ꝟ. fin.

tet aliquatenus ex eius verbis id depræhendi [a]:
at verba illa *Hæres eſto*, nullo modo, vt ſuprà oſten
di, ad fideicommiſſum pertinent [b]: imò aduerſan
12 tur, cùm † hæres ſit qui dat fideicommiſſum, non
qui accipit. & qui hæres eſt, à ſeipſo accipit; non
autem ante ſe aliquem habet, qui grauatus ſit ei
dare. at hoc caſu, qui inſtitutus eſt, cenſeretur gra
uatus, cùm tamen ex nullis verbis appareat gra-
uamen illi aliquod iniunctum, vel fidei eius quic
13 quam creditum eſſe [c]. Fit † igitur interpretatio,
vt vſque ad pubertatem quidem ſubſtitutio te-
neat: quia teſtator id poteſt, & fauor pupilli ſua-
det [d]: poſt pubertatem verò non teneat, quia di-
rectò fieri non poteſt: per fideicommiſſum verò
factum non præſumitur, cùm non ſolùm verba
repugnent, ſed & mens: merū quippe grauamen
id eſſet, non fauor [e]. Nec refert, quomodo verba
concepta ſint, an ad perſonam inſtituti relata? vt
quia dictum ſit, *Si filius meus ante viginti annos morietur,*
*Titius ei hæres eſto*. pronomen enim *Ei*, indicat omni
no directam eſſe, cùm per fideicommiſſum non
ei filio, ſed teſtatori ſuccedatur. quod Bald. Paul.
Caſt. tradiderunt [f]. an verò dictum ſit, *Titius mihi hæ*
*res eſto*. quamuis enim dictio *Mihi*, etiam fideicom
miſſo conuenire poſsit [g], tamen vox *Hæredis*, non
conuenit [h], vt ſuprà dixi: quod & Alexand. vide-
tur ſentire [i]. Nec etiam refert, ſi dictio *Quandocun-*
14 *que*, adiecta ſit. nec † enim ſola ſufficit, vt ideo plu
res ſubſtitutiones, & in his fideicommiſſaria, fa-
ctæ videantur, vt rectè aduerſus Angel. Alex. do-
cuit [k]. Meritò ergo à generalitate legis noſtræ re-
15 cedendum non eſt. Sed † quid, ſi non ſub com-
pendio tantùm, ſed & cum diſtinctione tempo-
rum facta ſit ſubſtitutio? & ſi hæc diſtinctio con-
gruè ſecundū pupillaris ætatis tempus facta non
ſit, Accurſ. ſentit idem eſſe [l]: ſecùs, ſi congruè facta
eſſet, vt quia dictum proponatur, *Si filius ante quar-*
*tumdecimum annum, vel aliàs quandocunque deceſſerit*, *Titi-*
*us hæres eſto*. receptum enim eſt, tunc valere tan-
quam fideicommiſſariam [m]: quia illa verba *Aliàs*
*quandocunque*, nouam ſubſtitutionem compendio-
ſam inducunt, quæ nunquam à principio valuit:
& ideo ſuſtineri in vim fideicómiſsi debet, quod
16 infrà attingam [n]. Rurſus † nihil referre putarem,
ſub quo iudice lis verteretur. quamuis enim is æ-
quitatem ſequi deberet, vt quia Senatorius vir,
vel arbitrator [o], non tamen aduerſus hanc legem
pronuntiare poſſet [p]. quia tametſi Abb. Aretin.
Dec. contrariam ſententiam æquitate quadá in-
niti, hanc verò iuris rigore contendant, cùm ta-
men æquitas hæc ius contra ſe ſcriptum habeat,
nullius eſt effectus [q]. Defenduntur tamen qui-
buſdam caſibus communi ſententia Pontificij.
17 Et † de legis noſtræ regula limitatur in primis, vt
non procedat lex noſtra, quoties teſtator nō ver-
bis ciuilibus, ſed ſimpliciter directis vſus eſſet.
18 ea † enim faciliùs, quàm ciuilia, flecti poſſunt; vt
ſi dixerit, *Si filius poſt viginti annos deceſſerit, moriatur Ti*
*tio* [r], *vel ei Titius ſuccedat* [s]. propter pronomen enim
*Ei*, verbum *Succedat*, directum effici videtur [t]. & i-
ta Bart. diſtingui poſſe cenſuit, & frequentiùs re-
ceptum eſt. Nec obſtat, quòd directa flecti non
debeant [u], quia à futuro euentu dependet, qua-
lis eſſet hæc ſubſtitutio [x]: & cùm poſt puberta-
tem filius deceſſerit, videtur vſque à principio iu
ris interpretatione fideicommiſſaria fuiſſe [y]. Sūt

a l. quidam cùm filium. §. tit. i.
b l. i. l. illud. in fi. de iure codicil.
c Inſt. de fideicō. hæred. in princ.
d l. ſi pupillus. de acquir. hæred.
e Barto. d. l. in pupillari. oppoſit. i.
f d. l. precibus. arg. d. l. ſi. C. de hæred. inſtit.
g d. l. cohæredi. §. cùm filiæ.
h d. l. precibus. verbo, eos hære de. d. c. Raynutius. verb. idem puberi.
i l. cēturio. verſi. quarta. d. l. precibus.
k d. l. centurio. verſi. quinta.
l glo. i. hic.
m gl. d. l. precib. in fi. gl. magnæ.
n ¶. in ii. limitat.
o Barto. l. i. C. vt quæ deſunt aduocat.
p Barto. l. i. C. de leg. verſi. in his, quæ lege. Guido Papa conſi. ccccxxxiiii.
q l. placuit. C. de iudic.
r d. c. ſi pater. à cōtrario ſenſu.
s d. c. Raynutius.
t Bal. d. l. fin. conſil. xii. in ii. Fulg. conſi. xxv. Barb. xxxii. in ii. Alc. l. iiii. §. eod.
u arg. l. generaliter. §. ſi ſeruo pignorante. de fideicommiſ. lib.
x arg. l. iii. in prin. de adimen. legat.
y arg. l. cùm quidam. §. ſuum. de acquir. hæred.

tamen, qui hoc caſu adhuc non recedendum à le-
ge noſtra exiſtiment [z], negantq́ue verbum *Ei mo-*
*riatur*, vel *Ei ſuccedat*, eſſe directum, ſed potiùs com-
mune: directa verò verba nunquam inflecti cen-
ſent, idq́ue hoc potiſsimùm argumento, quòd ſi
teſtator ſeruo alieno libertatem directis verbis le
get, non valet ea datio, nec in vim quidem fidei-
commiſsi [a]: imo talis datio nullum (lex inquit)
vtilem caſum habet [b]. Quòd ſi fauore libertatis
A directa verba non flectuntur, multò minùs in a-
lia materia id tolerari poterit [c]. Et licet huic ra-
tioni varijs modis reſpondeatur, tamen negat A-
lexand. ſe vnquam vidiſſe, qui eam rectè diluerit
[d], huiuſmodique reſponſiones Lancelot. omnes
confutat [e], eamque ſolùm Iaſon approbat, qua
ille inquit ideo non flecti libertatis dationem,
quia alteri legatus erat ſeruus. quę ſententia nun
quam mihi placuit. conſtat enim, etiam ſi alteri
legatus non fuiſſet, idem iuris eſſe [f]. Ego liber-
B tatis legatum non flecti arbitror, quia in aliam
ſpeciem prorſus diuerſam tranſiret propter ius
patronatus manumiſſori quærendum, quod † in 19
bonis teſtatoris nec verè, nec cauſatiuè eſt [g]. qua
de re alibi latiùs diſputaui [h]. Eo † quoque caſu 20
receptum eſt ſubſtitutionis verba non ſolùm di-
recta, ſed etiam ciuilia flecti poſſe, quoties à prin-
cipio ſubſtitutio, tanquam directa, nunquam va-
lere potuit, vt quia mater, vel extraneus directis
verbis pupillo vſque ad viginti annos ſubſtituat,
C admitteretur in vim fideicómiſsi ſubſtitutus. quod
Accurſ. hîc cenſuit, & communiter receptum eſt.
fit enim tunc interpretatio, vt ſaltem iure fidei-
commiſsi actus ſuſtineatur: ſecùs, ſi iure directo
ſemel valere potuit, vt quia à patre ſit ipſi pupillo
facta. tunc enim ſatis eſt vſque ad pubertatem va
luiſſe actum [i]. Nec obſtat, quòd ſemper propter
directorum verborum naturam ſubſtitutio hæc
vulgarem contineat [k], vnde tanquam à princi-
pio valere potuerit, non debuit vnquam flecti.
D Reſpondeo: vulgaris hæc ad tempus mortis te-
ſtatoris refertur [l], at nos de tractu compendioſæ
loquimur, qui ad mortem hæredis refertur. Non
ergo à communi ſententia recedendum eſt, quæ
maximè procedit, quoties ex natura actus de mē
te teſtatoris apparet, vt quia directò in codicillis
ſubſtituerit [m]. Nam & quamuis teſtator ſeruo a-
lieno directam libertatem teſtamento dare non
poſsit [n], ſi tamen ea verba in codicillis ſcribat,
propter naturam codicillorum in vim fideicom-
E miſsi ſuſtinebitur datio [o]. Natura enim actus
cuilibet verborum proprietati præualet [p]. Idem
† quoque arbitror, quoties aliquibus verbis de 21
fideicommiſſo actum appareret [q], vt quia teſtator
dixerit, *Rogo te, vt talem hæredem facias* [r]. hæc enim
verba directa dici non poſſunt, cùm non conti-
nenter à teſtatore, ſed opera hæredis ius ad ſub-
ſtitutum deferát. quod ſuprà declaraui. Ex ſuprà
ſcriptis quoque apparet, quod hîc dicitur, ſub-
ſtitutionem † directam vltra pubertatem fieri in- 22
F telligendum eſſe de ſubſtitione, cuius dies vltra
tempus ipſum cedere poſsit, non autem de ſub-
ſtitutione, quæ à morte teſtatoris effectum habet
[s], id eſt, de tacita vulgari. Et ideo ſi pupillus, cui
vſque ad viginti annos ſubſtitutum eſt, ſe non im
miſceat, & poſt pubertatem prætermittat hære-
ditatē, poterit ex vulgari tacita ſubſtitutio quan-
docunque admitti. quod ſuprà apud Bart. diſpu-
tatum extat [t]. Item † non procedit concluſio in 23
milite, qui ſi vſque ad certum tempus vltra æta-
tem pupillarem filio ſubſtituat, cenſetur directo
& mi-

z Raph. Com. & Veteres.
a l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. de leg. i. vbi omnes Doct.
b l. Stichus ſeruus in fin. de manumiſ. teſt.
c arg. l. Antonius. de fideicommiſ. lib.
d l. i. §. ſi quis ita. de verb. oblig. vbi Alex.
e d. l. centurio.
f d. l. Stichus ſeruus. l. ii. §. i. ¶. de iure codicil. vbi Iac. Raph. Ray. Alb. Raph. l. ſeruo tuo. vbi gl. C. de ma. teſt.
g Bar. l. i. de leg. i.
h d. §. ſi quis ita. & Paradox. lib. i. c. v.
i arg. l. ſi tam anguſti vbi Ange. de ſeruit. gl. l. ſed & ſi quis. §. fi. ſi quis cautio.
k l. fin. C. de hær. inſtit. Bart. d. l. centurio.
l l. hæres quandocunque. de acq. hæred.
m l. Scæuola. ad Trebel.
n d. §. ſi ſeruus alienus.
o d. l. ii. §. i. de iur. codicil.
p l. inſulā. de præſcript. verb. l. ſi vno. locat.
q l. ſi frater. C. de fideicommiſ.
r l. ex facto. in princ. ad Treb.
s Bart. l. Lucius. ¶. eod.
t Bart. l. i. pen. ¶. §. eod.



& militari iure ſubſtitutum vocaſſe [a]. Quòd ſi nō
vſque ad certam ætatem, ſed compendio verbo-
rum *Quandocunque deceſſerit filius*, ſubſtituit, tunc
potiùs iure communi teſtatus videtur, vt ſolùm
ex fideicommiſſo ſubſtitutus agat. quod Diocle-
tiani conſtitutione inductum eſt [b]. In dubio e-
nim, quatenus fieri poteſt, interpretamur militē
iure communi vti voluiſſe [c]. Vnde cùm ſimplici-
ter filio quandocunque poſt mortem ſubſtituat,
non eſt credendum, voluiſſe eum priuilegio vti,
vt filius ad tempus hæres ſit [d], & conſequenter in
vita ſua nunquam diſponere de rebus paternis
poſsit, meritò potiùs pro fideicommiſſo ſumitur
interpretatio: quod ſecus eſt, cùm vſque ad xxv.
annos, ſeu certum tempus, ſubſtituit. Videtur e-
nim vſque ad illud duntaxat tempus filij iudicio
non acquieuiſſe [e]. Vnde tunc à verbis non recedi
mus, vt priuilegio potiùs vti voluerit [f], tanquam
adiectione certæ ætatis videatur voluiſſe quid-
dam inſtar exemplaris ſubſtitutionis inducere,
vt qui ante id tempus iudicium filij non appro-
24 baret [g]. Sunt † tamen, qui in Diocletiani conſti-
tutione verti directam in fideicommiſſariam di-
cant fauore matris, vt Accurſiùs & Veteres. Sunt,
qui ibi verbis ciuilibus conceptam ſubſtitutio-
nem ex Bartoli ſententia, quæ receptior eſt, ne-
gent. Sunt, qui poſt Fulgoſium, Iaſonem, non
per fideicommiſſum, ſed directò vocari ſubſtitu-
tum contendant. quæ omnes interpretationes
legis ipſius verbis facilè confutantur, & ideo ſu-
perior, quam Plumbinus, & vterque Decius re-
tulerunt, præferenda eſt: quam & Recentiores
non pauci probant [h]. Sanè hoc priuilegium mi-
litum negant Doct. ad noſtri temporis milites
pertinere [i], maximè ſi in expeditione adhuc non
ſint, ſed domum ſint reuerſi [k]. quod alibi diſputa
25 ui [l]. Sed † quid de honorarijs militibus cenſen-
dum, quos equites auratos vocant? & ij dignita-
tem habere dicuntur, plebeiſq́ue videntur præ-
26 ferendi [m]. Sed † licet propter nobilitatem aliqua
priuilegia conſequantur [n], tamen quod ad hæc
contemplatione armorum militibus conceſſa
attinet, cùm pro republica non certent, hiſce nō
fruuntur [o], niſi aliter dignitatis ſuæ codicillis
cautum à principe habeant, ſicut equites Roma-
27 ni [p]. poteſt † enim princeps liberalitatem ſuam
arbitratu ſuo extendere [q]. Quòd ſi equites hi
non à regibus, ſed ab inferioris dignitatis duce
creati ſint, inferiorem quoque dignitatem habe-
re cenſentur [r], illiſq́ue poſtponentur, qui à maio
re principe dignitatis ſuæ codicillos impetra-
28 rint [s]. Quod † pro Doctoribus adnotándum eſt,
qui Pontificis maximi, aut Auguſti beneficio dū-
taxat creari poſſunt [t], cùm iſti codicillares equi-
tes à quocunque exercitus ductore creentur [u].
ſunt enim exemplo veterum militū introducti,
qui propter egregiam duci ſuo nauatam in acie
operā phaleris, armillis, torquibus, cingulo, ſeu
(vt Dion inquit) parazonio donabantur [x]. Illud
29 † tamen adnotandum eſt, niſi more nobilium
cum equis, armis, famuliſq́ue viuant, pro equiti-
bus non eſſe [y], vel ſi mercimonia exercent [z], aut
aliàs exercuerint [a]. Idem, ſi infamia aliqua e-
tiam de facto notati proponantur [b], vt ſi quis
ſpurius ſit, vel Iudæus [c], vel aliàs prohibitus [d].
Sanè cenſuit hîc Bald. legi noſtræ nec tunc lo-
cum eſſe, cùm clauſula codicillaris teſtamento,
30 quod quotidie contingit, inſerta eſt [e]. Cùm † e-
nim verba ciuilia, ſeu directa in codicillis ad fi-
deicommiſſum trahi dixerimus [f], meritò hæc

a l. centurio. ¶. eo.
b l. precibus. in fi. C. eo.
c l. iii. C. de teſt. mil.
d l. miles ita. de teſt. mil.
e Panor. conſi. lxxvii. Aret. cōſi. xix. Iaſ. d. §. i. diui. dixi in l. cùm proponas. i. C. de pact.
f d. l. centurio.
g arg. l. multi. de lib. & poſthu.
h Lancel. d. l. centurio.
i gl. l. penul. ex quib. cauſ. maior. & §. fin. auth. de mand. princip.
k l. pe. C. de teſta. mil. Inſtit. eod. tit. §. illis. §. ſed hactenus.
l l. centurio. ¶. eo.
m l. ii. C. vt dig. ord. lib. xii. per Barto. l. i. C. de dignit.
n arg. l. nuper. de don. inter vir.
o Doct. l. i. C. de iur. & fact. ignor. l. militem. C. de procurat.
p l. i. C. de digni. lib. xii.
q l. Neratius. de reg. iur.
r l. fin. ¶. de alb. ſcrib.
s l. reſtituendæ. in fin. C. de aduoc. diuer. iud.
t cle. ii. de magiſt. vbi Card.
u Barto. d. l. i. de dig. lib. xii.
x c. ius militare. diſt. i. l. fin. de bon. dam.
y l. ſi. C. de mancip. & colon. patrim. lib. xi. vbi Luc. de Pen.
z l. milites. l. ſi. C. locat.
a l. i. C. negotiat. ne mil. lib. xii.
b l. ii. l. ne quis. C. de dig. lib. xii.
c l fin. C. de Iudæis, vbi Bar. Azo C. de infamib.
d l. i. C. de perfect. dig. lib. xii.
e l. ſi frater. C. de fideicom. §. maſculo. vbi glo. Inſtit. de pupil.
f l. cùm quis decedens. §. Seiā. de leg. iii. d. l. Scæuola. l. illud §. i. de codicil.

clauſula huius effectus erit, vt ſubſtitutio iure co-
dicillorum ſuſtineatur [g]. idq́ue ferè omnes pro-
bant [h]. Quod intelligendum, cùm verba teſta-
toris hanc interpretationem pati poſſunt [i], vt
quia ſubſtitutio verbis generalibus concepta ſit,
quæ omnibus caſibus aptari poſſint. tunc enim
ſiue compendioſa ſit ſubſtitutio, ſiue etiam reci-
proca, ad fideicommiſſum virtute eius clauſulæ,
dum mens teſtatoris non repugnet, protrahe-
A tur [k], Quod ſi verba non patiantur, ſecus eſt,
vt cùm quis pupillarem, vel etiam vulgarem ſub-
ſtitutionem, extenſis verbis concepit. Cùm † e-
nim pupillaris pubertate, cùm & vulgaris adi-
tione hæreditatis finiátur, caſuſq́ue diuerſos à 31
fideicommiſſariæ natura comprǽhendant, non
eſt veriſimile id à teſtatore ea clauſula actum, vt
in pupillari poſt pubertatem, in vulgari poſt a-
ditam hæreditatem hæres ſuus fideicommiſſo
grauatus contra vim verborum ſubſtitutionis
B cenſeatur. quod Bald. ſenſiſſe videtur, & Decius
probat [l]. Nec † enim diſpoſitio intra certum
tempus coarctata, vltra illud extenditur [m]. quod 32
Bart. hîc intelligit, etiam ſi conditioni præteriti
temporis falſæ ſit adiecta. Quamuis enim ta-
lis conditio pro impoſsibili, & non ſcripta ſit [n],
ſupereſt tamen adhuc dies, quæ ſubſtitutionis
valorem impedit [o], quicquid hîc Imol. & Iaſon.
aduerſus communem ſententiam diſputent. Nā
† etſi clauſula illa ſolùm verbo præſentis tempo- 33
C ris concepta ſit, purà *Si non valet iure teſtamenti*, etc.
cenſuerunt aliqui ad eam ſubſtitutionem non
pertinere, quæ à principio tanquam pupillaris
valuit [p]. Sed & in hoc aduertendum ad verbo-
rum conceptionem eſſet. ſi enim dictum pro-
poneretur, *Si filius intra vigeſimum annum deceſſerit*,
clarum eſt ſupra decimumquartum non vale-
re ſubſtitutionem, ideoq́ue verba clauſulæ co-
dicillàris, quamuis præſentis temporis, effectum
ſuum producerent. Et quod de hac clauſula
D dictum eſt, idem quoque eſt receptum, ſi ſimpli-
citer teſtator dixerit ſe ſubſtituere vulgariter, pu-
pillariter, per fideicommiſſum. verba enim hoc
caſu clariſſima ſunt [q]. Idem quoque eſſet, ſi
clauſula *Omni meliori modo*, etc. vſus ſit. par e-
nim eſt huius, & codicillaris efficacia [r]. Idem-
que, ſi † adiurauerit, vt omnia teſtamento con- 34
tenta exequerentur. etenim iuramentum ſuprà
ſcriptarum clauſularum vim habet [s]: genera-
literq́ue idem recipiendum in caſibus, quibus
E diſpoſitione iuris talis clauſula teſtamento in-
eſſe cenſetur, quos alibi Doctores adnotant [t].
Sed quid in teſtamento inter liberos? & Lance-
lotus [u] cenſuit idem eſſe [x], quia in eo quoque
talis clauſula ſubintelligitur [y]. Quæ ſenten-
tia fortè duntaxat vera eſt, quoties in fauorem
plurium liberorum æqualiter factum teſtamen-
tum proponeretur [z]. qua de re alibi: ſunt enim,
qui contradicant [a], nec attendi exiſtiment, pari-
ter, an impariter ſint inſtituti? quod & verius
F eſt [b]. Item vera eſt, vt tamen fideicommiſſum
ſecundum eam temporis limitationem reſtri-
ctum cenſeatur, quæ in ſubſtitutione à teſtato-
re expreſſa ſit [c]. Sed & cùm teſtator, *Filium*,
inquit, *inſtituo, & nepotem ſubſtituo*, receptum eſt fi-
deicommiſſariam nullam ſubſtitutionem his ver
bis inductam [d]. Quod † ideo traditum arbi- 35
tror, quia clauſula codicillaris in teſtamento *in-*
*ter liberos*, inducta non creditur, vt inde maius fi-
lio grauamen iniungatur. Fideicommiſſum e-
nim grauamen eſt: ſubſtitutio verò pupillaris,
vel ex-

L. 7. Verbis ciuilibus.
g l. quærebatur. vbi Bart. de teſt. mil.
h Bart. l. i. q. xvi. de iure codicil.
i arg. l. pater Seuerinam. §. conditionū. de cōd. & demonſt.
k Fulgoſ. Pauſ. Corn. d. l. ſi frater. Soc. conſil. vi. in iii.
l Bald. cōſil. clxx. in v. ad fin. Dec. d. l. precibus. & conſil. ccxci.
m l. ſi ita quis. ¶. eo. gl. l. ſi frater.
n l. ſi Mæuia. §. tit. i. l. cùm tale. §. penult. de cond. & demonſt.
o l. Titio, cùm morietur. de vſufruct.
p Peruſ. d. c. ſi pater. Curt. d. l. precibus.
q Bart. d. l. quærebatur. de teſta. mil.
r l. ex ea. in fin. de teſta. Fulg. conſil. xliii. Soc. clxxviii. in iii.
s l. cùm pater. §. filius matrem. de leg. ii.
t gl. & Doct. in l. cam, quam. C. de fideicom.
u d. l. centurio.
x l. ſi. C. famil. erciſc.
y gl. l. cohæredi. §. cùm filiæ. verſ. valuit. ¶. eo.
z Dec. conſil. cv.
a Alexan. conſil. clxxvi. in v. dub.
b auth. de teſtam. imperfect. in princip.
c d. l. ſi frater. in gl. ſi.
d l. Gallus. §. i. ſi. iiii. intellectu. ¶. de lib. & poſth.

vel exemplaris, non. quod & Baldus ſenſit [a] quẽ & ego ſequor, etiam ſi expreſſim deſcripta ſit teſtamento huiuſmodi codicillaris clauſula. Cæ-
36 terùm † ardua eſt quæſtio, quid iuris ſit, cùm ſubſtitutio non verbis ciuilibus, ſed communibus facta à teſtatore eſt? Et receptior eſt ſententia, intra tempora pubertatis directam eſſe, pòſt verò fideicommiſſariam cenſeri [b]. cùm enim teſtator, *Si filius meus*, inquit, *ſine liberis quandocunque decedat, Titium illi ſubſtituo*, mens teſtatoris clara eſt filio huic
A ſuo Titium quandocunque ſubſtituentis: & cùm ſubſtitutio directa ipſi filio fauorabilior, ſubſtitutoque vtilior ſit [c], quatenus ea valere potuit, eatenus factam à teſtatore interpretabimur [d]: ſupra verò illud tempus fideicommiſſaria erit, quia illi quoque verba conueniunt [e], nec aliter quàm in vim fideicommiſſi poſt illud tempus ſuſtineri defuncti voluntas poteſt [f]. Cùm ergo mens teſtatoris veriſimiliter talis ſit,
B nec verba ei repugnent, interpretabimur meliori modo, quo potuit, voluiſſe eum ſubſtituere [g], vt vſque ad pubertatem ſubſtitutio directa ſit, tanquam vtrique fauorabilior, & vt verbum in potiore ſignificatu accipiatur, quatenus aſſumi potior poteſt [h], onuſque & grauamen fideicommiſſo non inducemus, niſi quate-
37 nus fauor locũ habere non poſsit [i]. Nec † quenquam mouere oratio diui Marci debet, qua inductum eſt, vt ſubſtitutio reciproca diuerſas per-
C ſonas reſpiciens, ita interpretetur, vt omnibus ſit vniformis [x]: quia reſpondeo, non [...]e conſequens, vt ideo etiam compendioſa reſpectu temporum ſit vniformis, & ſic ſemper fideicommiſſaria [l]. Quid enim commune diui Marci oratio cum caſu noſtro habet? in ea ex alterius tantùm perſona non procedit pupillaris, quia de mente teſtatoris apertè non conſtat, ſolaque legis interpretatione induceretur [m]: in caſu noſtro expreſſis verbis teſtator oſtendit, velle ſe,
D vt Titius ſuccedat. In ea, ſi æqualis non fieret determinatio, iam videretur pater in pari ſolicitudine filiis prouidiſſe [n], inuidiæque inter eos anſam præſtitiſſe [o], vt Alexander tradit: quod in caſu noſtro non eſt, cùm de eadem perſona ſemper tractetur. In ea vis verborum æqualitatem illam inducit, quia verba *Eos inuicem ſubſtituo*, intelliguntur ſubſtitutione, quæ inuicem fieri poſſit: in caſu noſtro verba ſunt pro diuerſitate temporum, *Quandocunque decedenti ſubſtituo*, eo
E modo, quo ſubſtitutiones fiunt, vulgari ante aditam, pupillari ante pubertatem, deinde fideicommiſſaria. In ea de perſonarum paritate agitur, in caſu noſtro de temporum. Atqui tempus perſonis accedit, non perſonæ tempori-
38 bus. Vnde † videmus, inæqualitatem temporis reciprocam ſubſtitutionem non impedire [p]. cùm tamen ſecus ſit in perſonarum imparitate. meritò faciliùs præſumemus ſecundum temporis curſum voluiſſe teſtatorem nunc directæ, nunc precariæ ſubſtitutioni locum eſſe [q], cùm tamen in perſonis ſemper æqualitatem ſeruet. Addit Bartol. in caſu noſtro ſemper vnum effectum eſſe: quia, vna conditione eueniente, amplius non committitur reſpectu aliarum conditionum ſubſtitutio: at in oratione diui Marci eſſent plures effectus, quia & plures perſonæ, ſicque ſe habet receptior ſententia, quam non pauci producunt, vt procedat, etiam ſi mater pupillo decedente ſuperſtes ſit. eius enim fauore non tamen fideicommiſſariam intra tem-

a d. l. humanitatis. verſi. ſecundò quæritur.
b d. c. ſi pater. d. c. Rainutius. d. l. precibus. in fin. gl. §. qua ratione. Inſtit. eod.
c l. ſi pupillus. de acquir. hæred.
d arg. l. eum, qui. §. ſi. de iis, quibus vt indig.
e arg. d. l. precib. in fin.
f d. l. pater. §. conditionum. l. i. §. i. ad l. Falcid.
g d. c. ſi pater.
h l. i. §. i. ſi ager vectigal.
i Are. conſil. clxv.
K l. iiii. ſ. eod. l. quamuis. C. eod.
l arg. l. iii. §. qui fideicommiſſariam. ſ. tit. i. l. ſed & ſi quis. §. interdum. de vſufr.
m arg. gl. l. i. C. ſi aduerſ. vendit.
n l. ſi. C. famil. erciſc.
o l. cùm oportet. C. de bo. quæ li.
p Bart. l. Lucius. verſic. ſed pone. ꝟ. eod.
q arg. l. iii. in pri. de adimen. leg. l. Titia Seio. §. vſuras. de leg. ii. l. pen. C. de vſur. l. pretia. in fi. ad l. Falcid.

pora pubertatis cenſeri, ſed eum à ſubſtituto excludi [r], cùm pupillaris, quæ in compendioſa continetur, non tacita, ſed expreſſa ſaltem generalibus verbis ſit [s]. & hoc crebriore calculo recipi Iaſo. atteſtatur [t], quem & ego ſequor, cùm nulla extet lex, quæ matrem hoc caſu adiuuet. ſuprà † 39
enim oſtendimus Diocletianæ conſtitutionis alium intellectum fuiſſe, quàm Accurſius exiſtimauit [u]. Nam & cùm teſtator iuſsiſſet filium ſu-
A um Titio mori, talia verba interpretatus eſt Pontifex, vt vſq; ad pubertatem directa ſint, matremque excludant [x]. Et licet Bartol. reſpondeat, ea verba directa, non autem communia eſſe, non tamen mihi videretur hac in re conſtituendam differentiam, cùm ex mente teſtatoris communia pro directis hoc caſu ſint. Adde, quòd verior videtur eorum ſententia, qui huiuſmodi verba cõmunia eſſe malunt. id † enim verbum *Moriatur*, ex 40
ſe nihil ad ſubſtitutionem pertinet, cùm transla-
B tionem iuris nullam ſignificet, ſed propter datiui caſus illi adiuncti vim hanc interpretationem aſſumit, vt *Ei moriatur*, ſignificet, ad eius vtilitatem moriatur [y]. quæ verba non ſolùm eum ſenſum recipiunt, vt continenter perſonæ pupilli ſuccedatur, tanquam mors proxima ſucceſsionis ſit cauſa, & conſequenter vim directæ ſubſtitutionis inducat [z], ſed etiam ad fideicommiſſum pertinent, quia vtilitas principaliter bona reſpicit, nõ perſonam. vnde nihil refert, ſi per alium vtilitas
C ea ſubſtituto accedat. oſtendit † hoc Pontifex i- 41
pſe [a], quia hæc verba communia quidem eſſe ſatis indicat, cùm eo caſu pro directis ait accipi, quia perſonis & verbis ſubſtitutio illa conueniebat, & quia in dubio potiùs interpretamur, vt ſubſtitutio directa ſit, quàm obliqua. Quòd ſi directa ſimpliciter, vt Bartolus tradidit, fuiſſet, in ipſa verborum vi, non autem in ambiguo debuiſſet ſe lex fundare [b]. Ex his igitur concludendũ, veriorem eſſe communem ſententiam, vt ſubſti-
D tutio hæc communibus verbis facta, à principio tamen in vim directæ valeat. vnde quod in vna perſona receptum eſt, ad plures quoque trahi debet [c]. vt ſi hiſce verbis compendioſa cum reciproca pluribus impuberibus facta proponatur, plures directæ, pluresque fideicommiſſariæ compræhendantur, quamuis reſpectu temporum fiat inæqualis determinatio [d]. Quòd ſi perſonis imparibus facta ſit, tunc dubium non eſt ſolas fideicommiſſarias contineri [e]. quod Bartolus & alij
E tradiderunt [f]. Hinc illud conſequens eſt, vt vera ſit Bartoli ſententia, in compendioſa vulgarem 42
contineri exiſtimantis [g]. cùm † enim vſque ad pubertatem pupillarem contineat, ſequitur, vt pupillari vulgaris inſit [h]. aliàs ſi ſolam fideicommiſſariam complecteretur, vulgarem non contine-
ret [i]. Sed † an adhuc legi noſtræ locus ſit, cùm ver 43
bis ciuilibus ſubſtituta eſt eccleſia? & reſponſum extat, non eſſe [k]. ſicut enim militi conceſſum eſt, vt directò poſt tempora pubertatis ſubſtituat,
F quoniam eius in teſtamento ius gentium duntaxat attenditur [l], ita & de pagano credendum eſt, indulgeri, cùm eccleſiam, vel valetudinarium inſtituit [m]. cauſæ enim piæ fauor non debet militum priuilegiis eſſe inferior [n]. Idem ſentit & Bartolus, quoties non ſolùm ſubſtitutio, ſed etiam inſtitutio ad pietatem pertinet [o]. vbi enim inſtitutio piæ cauſæ facta non ſit, non poteſt teſtator eum, qui ſemel hæres eſt, facere, quin perpetuò ſit hæres [p]. Sed Baldus, quem cæteri crebriore calculo ſequuntur, hac ratione indiſtinctè cenſuit, nun-

r d. c. ſi pater. & d. c. Rainutius.
s l. Lucius. ꝟ. eo.
t Iaſo. d. l. precibus. Corn. conſi. clxxxvii. in iij. dub. & cõſi. xvi. in princ. Alex. conſi. xvii. in iij.
u d. l. precibus.
x d. c. ſi pater.
y l. i. in gl. iiii. de conſtit. princ.
z Bald. conſil. xxxviii. in ii. Roma. clviii. in fin. Corn. cccxxii. in iii.
a d. c. ſi pater.
b l. non aliter. de leg. iii.
c l. ſingularia. ſi cert. pet.
d Bart. d. l. Lucius. verſi. ſed pone.
e arg. d. l. iam hoc iure.
f Bart. conſi. xxii. homo. Accur. Corn. cxiii. & cxcvii. lib. iij.
g Bart. d. l. centurio.
h d. l. iã hoc iure.
i l. ille, à quo. §. ſi de teſtamento. ad Trebel.
k Abb. cõſi. xxxii. in ii. Lancel. d. l. centurio.
l l. i. ꝟ. de teſta. mil.
m c. cùm eſſes. c. cũ tibi. de teſta.
n Iaſ. in l. iubemus. C. de teſtam.
o Bar. in repet. l. i. q. vi. de ſacroſanct. eccleſ.
p l. & ſi ſine. §. ſe, quod Pap. de mi nor.



nunquam eccleſiam iure directo poſt aditam hæreditatem admitti, quod & Calderinus & Caſtrẽſis ex facto reſponderunt [a]: alioquin fruſtrà diſputaret Pontifex, an in compendioſa pupillaris cõtineretur [b], ſi etiam poſt pubertatem ſubſtitutio directa in eccleſiæ fauorem ſuſtineri poſſet. Et quamuis in iis, quæ ad probationem pertinent, quæq; teſtamentis extrinſecus accidunt, plurimùm eccleſiis indulgeatur [c], non ſequitur etiam aduerſus regulas iuris indulgeri interiorem ſubſtantiam reſpicientes [d], præſertim in alterius dãnum, vt qui ſemel fuerit hæres, deinde deſinat [e].
44 Sed † & vt demus faueri eccleſiis, vt teſtamentũ aliàs nullum ſuſtineatur, non ſequitur, etiam idẽ eſſe, quando aliàs actus non eſſet nullus, vt in caſu noſtro, in quo poteſt valere inſtitutio in vim fideicommiſſi, nec ex hoc probabile aliquod dãnũ eccleſia ſentit. nec enim deducit hæres aliquã Falcidiam [f]. Probatur hæc opinio & hac ex ſpe-
45 cie. Teſtator † inſtituit vxorem ſuam, donec vixerit, & poſt eius mortem eccleſiam. reſponſum enim extat, pauperes videri non directò, ſed per fideicommiſſum vocatos [g], verbaq; directa hoc caſu propter teſtatoris mentem deflecti: quoniam à principio ſubſtitutio aliàs valere non potuit [h], ſicq; apparet, nullum hac in re eſſe eccleſiæ priuilegium. Sanè illud conſtat, reſponſum id in caſu ſuo intelligendum eſſe, cùm ſubſtitutio facta eſt, ſi ante annum quartumdecimum deceſſerit, & ſic non ſolùm dies, ſed etiam conditio adiecta ſit [i]. Si enim non ſubſtitutio, ſed inſtitutio ſit, vt quia antè aliquis ſolus ſit inſtitutus in re certa, ſecunda inſtitutio fruſtrà non diceretur facta. I-
46 dem, cùm † qui antè inſtitutus eſſet, ad diem certam ſolùm vocaretur, & alius poſt diem. tali enĩ caſu dies pro non adiecta haberetur [x], & vterque æqualiter ſuccederet [l]. quod Bart. Alexanderque rectè tradiderunt, quibuſdam non ſat rectè reclamantibus [m]. Nec obſtat, quòd lex noſtra pro a die
D cto non haberi ſubſtitutum ait, ne contra defuncti voluntatem fiat, quia id in ſubſtituto verũ eſt, qui conditionaliter inſtitutus cẽſetur. quæ quidem conditio ſubſtantiã actus ſuſpendit [n]: at noſtra queſtio in eo qui ex die inſtitutus eſt, loquit. Conſtat aũt vim ſuſpenſionis reſpectu ſubſtãtiæ actus nõ habere [o]. Vnde cõſequẽs eſt reſpectu ſubſtãtię actus voluntatẽ teſtatoris huic inſtituto nõ aduerſari, ſed ſolùm reſpectu exercitationis actionũ ante diem [p], quæ dies tanquam aduerſus le-
E gis diſpoſitionẽ adiecta reiicitur [q]. Et ex his inferri ad eam quæſtionem poteſt, cùm teſtator vxorẽ in vſufructu, donec vixerit, inſtituit, & poſt eius mortem Titium. receptum enim eſt, valere eam inſtitutionem. & quamuis ei datus ſit hæres poſt mortem, tamen ipſa cenſebitur hæres in totũ [r], ſi alia inſtitutio caduca efficiatur, vt quia ante vxorẽ ille decedat [s]. ſi verò hæres vxori ſuperſtes ſit, & poſt eius mortem adeat, cenſebitur interim vxor in re certa inſtituta. quod Imola, Cornæuſ-
F que tradiderunt [t]. Quod ſi verum eſt, neceſſariò dicendum eſt, hanc hæreditatis aditionem poſt vxoris mortem factam retrotrahi, ne aliquod tẽpus à morte teſtatoris fluxiſſe videatur, quo nullus vniuerſalis fuerit hæres [u], & iuris interpretatione hanc diem, poſtquam venerit, pro non adiecta haberi, vt hæc certa dies ab incerta diſtet. quia certa ſtatim reiicitur [x], incerta nõ, niſi poſtquam venerit [y]. Nec dubito, quin hæc ſententia vera ſit, cùm verbis ciuilibus poſt mortẽ vxoris hæres vocatus proponitur. Si enim quoties quis

a Bal. d. l. i. q. viii. Bald. Ang. Cor. l. extraneũ. C. de hæred. inſt. Iaſ. d. l. cẽturio. Alexan. conſil. cxxiiii. in ii.
b d. c. ſi pater.
c d. c. cùm eſſes. de teſta.
d l. generali. C. de ſacroſanct. eccleſ. ibi, omni iuris ratiõe.
e arg. l. impuberi de adminiſt. tu.
f auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid.
g Bald. l. miles ita hæredem. in fi. de teſtament. mil. Dec. d. l. precibus. & cõſil. cclxxviii.
h ſ. in ii. limitat.
i Bart. hic ii. oppoſit.
K l. hæreditas ex die. ſ. tit. i.
l gl. d. l. miles ita in princ. verb. hæreditas.
m Alex. d. l. extraneum. C. de hæred. inſtit. Plũb. l. libertas. de manum. teſt.
n l. cedere. de verb. ſignific. Bar. l. ita ſtipulatus. q. iii. de verb. oblig.
o l. obligationũ ferè. de act. & oblig. Bart. d. l. ita ſtipulatus. quæſt. ii.
p l. ex his verbis. C. quando dies leg.
q d. l. hæreditas.
r l. i. §. ſi ex fũdo. ſ. tit. i. Iaſ. d. l. extraneum. ii. limit.
s l. i. §. i. C. de cad. tol. in gl. verb. deficiebat.
t Corn. d. l. extraneũ. Imol. l. filius à patre. ſ. de lib. & poſth.
u l. omnis hæreditas. de reg. iur.
x d. l. hæreditas.
y l. dies incertus. de cond. & demonſt. l. hæres quandoque. de acquir. hæred.



purè inſtitutus in parte eſt, aliuſq; ſub conditione, is, qui purè ſcriptus eſt, propter ſpem cohæredis totum percipere non poteſt, quia ſpes conditionalis hæredis ius accreſcendi impedit [z], quantò magis impediri vxor hoc caſu debet, quæ ſolùm in re certa inſtituta eſt? Sed † quid, ſi hæres 47
poſt mortem vxoris verbis communibus vocatus ſit? & tunc verior eſt Alex. ſententia, vt ſolùm iure fideicommiſſi admittatur, vxorq; vniuerſa-
A lis hæres cenſeatur [a]. Quid, ſi ipſa vxor verbis cõmunibus duntaxat vocata ſit? & credendum eſt, valere relictũ, idq; receptius videtur, licet Doct. in ratione diſcrepent. neq; enim vllam ſatis firmam adducunt [b]. Ego † verbum *Relinquo*, ad inſti- 48
tutionem pertinere ſcio, quoties nemo alius hæres eſt [c]. At interim donec vxor viuat, in caſu noſtro nemo eſt hæres, vt meritò ſuſtineri vſusfructus debeat, cùm huic interpretationi verba conſentiant [d]. Fortiùs putauerim idem eſſe, etiam ſi
B verbo *Lego*, vſus ſit teſtator [e], dum modò in teſtamento adſit clauſula, vt actus omni meliori modo valeat [f]. interpretabimur enim perinde, ac ſi dixiſſet *Hæredem inſtituo*. quod non abſimili caſu quidam reſponderunt [g]. Sed quid, cùm teſtator dixerit ſe vxorem omnium bonorum hæredem in vita ſua tantùm inſtituere, aliamq; inſtitutionem pleniorem adiecerit, qua alios nuncupet hęredes? Et fuere, qui vxorem inſtitutam cenſeri, alios verò tanquam fideicommiſſarios poſt vxo-
C ris mortem admitti crediderunt. Aduerſus quos Decius ex facto reſpondit [h], taliq; caſu alia verborum inflexione opus eſſe non exiſtimauit, ſed vxorem hæredem, id eſt, dominam & vſufructuariam intelligit [i], alios verò hæredes. quę ſententia plurimũ verbis repugnat, cùm dictio Hæres, ciuilis ſit, vt hîc dicitur, & ad vſumfructuarium nihil pertineat, quia vel iure legati relinqui ſolet [x]. Ego † vxorem ſcriptam verbis hæredem in 49
re certa potiùs arbitror, alios verò in vniuerſum.
D appellatio enim bonorũ certę rei eſt, nec onera compræhendit, alio vniuerſaliter inſtituto [l]. qđ maximè in ſuprà ſcripta dicendũ eſt, cùm † hæreditas ad tempus dari non poſſit [m], certa res poſſit: 50
idq; abſq; dubio procederet, ſi additum pronomen eſſet, vt quia dictum proponeretur, *Inſtituo in omnibus bonis meis*. quod Bart. reſpondit [n].

L. 7. Verbis ciuilibus.

z l. ii. vbi gl. ſi pars hæred. pet. Bart. l. planè. §. ſi coniunctim. de leg. i.
a Alex. cõſi. clxii. in ii.
b Alex. d. l. extraneum.
c l. his verbis. vbi gl. & Doct. ſ. ti. i. l. humanitatis. C. eo.
d c. Rainaldus. de teſta. Bal. l. ſi. C. fam. erciſc.
e d. c. Rainaldus.
f Bald. l. quoties. C. de hæred. inſtit.
g Alex. cõſil. cxii. in iii. Cor. conſil. lxii. in ii. du.
h conſ. cclxxviii.
i arg. Bar. l. Titia. §. fin. de legat. ii.
k rub. de vſu fruct. leg.
l l. ſi quis ſeruum. §. fin. de leg. ii. Bart. d. l. centurio. ii. parte.
m d. l. hæreditas. ex die.
n conſil. 50. incip. Gilius. verſic. ſed licet.

## LEX XII.

3 *Pupillus ius ante immixtionem ab hæreditate abſtinendi transmittit ad fratrem ſubſtitutum, ita quòd is ex perſona pupilli impetrata ſeparatione, pupillarẽ hæreditatem acceptare, paternã verò reſpuere poſsit.* 4, 5.
E
9 *Qualiter in caſu textus noſtri non propoſita hæreditatis paternæ aditione, pupillaris ſubſtitutio ſubſiſtere potuerit.*
16 *Beneficium prætoris indultum ſuis hæredibus quòd abſtinere poſsint, non eſt interpretandum, quòd vbique illi extraneorum inſtar, & à iure ſuitatis excluſi cenſeantur.* (*extinguitur: aliàs non.*
17 *Ius ſuitatis per beneficium reali ſubſecuta abſtenſione*
F 19 *Filio, qui inſtitutus eſt, expreſsè nec abſtinente, nec ſe immiſcente, effectus ſuitatis interim ſublati cenſentur, niſi in caſu tranſmiſsionis hæreditatis paternæ, ſi is interim fatis cedat: & aliis quibuſdam.* 20, 21, 24, 26, 29.
28 *Iuri immiſcendi præſcribitur ſpacio xxx. annorum.*
33 *Teſtamento ſubſiſtente contributio in* Falcidia *ex paterna hæreditate fit.*
35 *Connexitas & adhærentia facit, quòd in fauorem inducta, ad onus trahantur.*
36 *Definitio, effectus, & modi tollendæ ſuitatis.* 37, 38, 39, 41, 43, 44, 46, 47, 48. *& ſequen.*

## LEX XII.
### PAPINIANVS Libro tertio Quæſtionum.

SI filius, qui patri[a], ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis, hęres extitit[b], hęreditatem patris recuſet, [c]fraternam autem retinere malit:
A audiri debet. Iuſtiùs enim prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris cõceſſerit, (etenim ius dicenti[a] propoſitum eſt, liberos oneribus hæreditariis nõ ſponte ſuſceptis liberare, non inuitos ab
A hęreditate remouere)

a SI FILIVS, QVI PATRI[a]. ¶Frater
1 † ſubſtitutus pupillo, eique neceſſarius hæres pupillarem hæreditatem habere, & ex ea duntaxat legata ſoluere, paternam verò recuſare poteſt, etiam ſi vel pupillus, vel ipſe ſe paternæ ſemel immiſcuerit. CASVS. Deceſſit pater, me & fratre meo pupillo inſtitutis, & vlteriùs me fratri meo pupillariter ſubſtituto: ego hæreditati me immiſcui, frater verò deceſſit: cuperem ego fratris quidem hæres eſſe, ſed paternam hæreditatem, quæ illi ſiue iam acquiſita, ſiue ſolùm delata erat, dimittere an poſſim? & non videretur. Cùm enim teſtamentum reſpectũ portionis meæ approbauerim, etiã reſpectu eius partis, quæ pupillo acquiſita eſt, exequi teneor: vnum quippe teſtamẽtum eſt[a]. vnde & dici ſolet, patris † hęreditatem
2 repudiari non poſſe, quin & filij repudietur[b]. Sed tamen Iuriſconſulto diuerſa ſententia pla-
3 cuit. Conſtat † enim pupillum, ſi adhuc ſe non immiſcuit, beneficio prætorio vti, abſtinereque poſſe. quod ego alibi oſtendi etiam procedere, cùm ſe immiſcuiſſet[c], vel ex communi ſententia ſaltem reſtitutione in integrum adiuuari[d]. Sicut ergo pupillus ipſe hoc poteſt, idem ius ad hæredem quoque æquum eſt tranſmitti[e], ne ſcilicet plus ſubſtitutus, quàm impubes ipſe oneretur[f].
4 Et † ex hoc conſequens eſt, vt ex perſona pupilli impetrare bonorũ ſeparationem poſsim, quæ aliàs ex perſona mea concedi non potuiſſet[g]. Nec † obſtat, ꝙ iũcta ſit vtraq; hęreditas, & ideo ꝓ
5 parte agnoſci non poſsit: quia hæc ratio in extraneo qui ſubſtitutus proponeretur, locum habere poſſet[h]. ſed in ſuo ſecus eſt. ratio differentiæ eſt, quia cùm iure ciuili tam patri, quàm pupillo neceſſarius hæres eſſem[i], beneficio prætoris cõceditur, ut abſtinere poſsim: quod fauoris noſtri cauſa ille induxit. & ideò non niſi ad patris hæreditatem, trahitur, quam inuitus habeo: ad hæreditatẽ uerò pupilli non trahitur, quam uolens agnoſco. non enim tã facilè fratris, ſicvt extranei hęreditas cuiquam auferri debet, maximè cùm ab inteſtato ſucceſsio teſtamẽti cauſam ad-
6 iuuet[k]. Nec † quicquã facit, quòd hæreditas patris, ſi iam adita à pupillo fuerit, in vnũ patrimoniũ cum cæteris bonis coaluiſſe cenſeatur[l]. Reſpondeo, propter abſtenſionis beneficium hanc ſeparationem indulgeri[m]. Fortiùs † quoq; cenſeo, ſeparationẽ mihi ex perſona fratris conceſ-
7 ſam, ad partem quoq; paternæ hæreditatis proprio mihi nomine ſemel acquiſitam extendi[n], vt quod ius in diuerſis perſonis ſeruaretur, in vna quoq; procedat[o]. Et † ideo Iuriſcõſultus ſimpli-
8 citer dicit concedi mihi ſeparationẽ bonorũ patris. Quod ſimpliciter intelligendum tam de ea parte, quod ex perſona pupilli habiturus eſſem, quàm de ea, in qua proprio nomine hęres extiti.

HAERES EXTITIT[b]: Iure ſuitatis, non ta-
b men effectu, vt Doct. intelligunt. Sed † quomo-
9 do pupillaris ſubſtitutio confirmari potuit, ſi paterna hæreditas adita non proponatur[p]? & aliqui cohæredem hîc datum cõminiſcuntur, cuius aditione ratum cœperit eſſe teſtamentum: quæ ſententia, tanquam diuinatoria, communiter reiecta eſt. Alij reſtitutione in integrum id factum exiſtimarunt[q]. Beneficia enim prætorum, directa hæredũ iura non impediunt[r]. Alij crebriore calculo ſubſtitutũ ſe immiſcuiſſe negãt: & quòd dicitur extitiſſe hæredẽ, intelligunt ipſo iure, licet ex beneficio prætoris ſe abſtinuerit[s]. Hinc adnotant ſola ſui hæredis exiſtentia pupillares tabulas confirmari. quæ ſententia, an in ſe vera ſit, infrà dicemus. Legem certè noſtram nimis reſtringit, vel violat potiùs. Cùm enim di-
B cat filiũ patri hæredẽ extitiſſe, intelligendum potiùs re ipſa, & ꝑ immiſtionẽ, quàm nudo dũtaxat nomine[t], cùm id verbum cum effectu plerunq; intelligatur, & ad conſummationem referatur[u]. Nã & cũ fratri hæres effectu fuerit, itidẽ & patri fuiſſe credẽdus eſt, vt illud verbũ ęqualiter determinet[x]: quod & aliqui hîc tradiderunt. Rurſus cùm ſeparationem bonorum cõcedendã dicat, apparet iam aditam fuiſſe hæreditatem, cùm aliàs fruſtrà id beneficium competeret[y]. Meri-
C tò † nos ſuprà oſtendimus legi noſtræ locũ eſſe, 10
etiam ſi hæreditati ſe filius immiſcuiſſet. ex perſona enim pupilli poteſt eius partem ad libitum recuſare[z], idémque reſpectu partis ſibi proprio nomine delatæ ꝓpter pupillaris recuſationẽ[a]. Lex tamen noſtra de parte, quę pupillo delata erat, principaliter loquitur. Dixerit aliquis, dubiã eſſe hanc ſententiã, quæ Pylæi fuit, vt † liceat pu-
pillo paternam hęreditatem, cui ſe immiſcuerit, 11
mero iure recuſare. Obſtat enim lex noſtra, quæ
D tantummodò prætoris beneficiũ ei prodeſſe ait in oneribus non ſpontè ſuſceptis. ſecùs ergo, ſi ſpontè ſe immiſcuit. Rurſus † obſtat, quia ſicvt
pupillus, qui ſolenniter hæreditatẽ extranei adi- 12
uit, citra reſtitutionẽ in integrum dimittere eam nõ poteſt, ita & in paterna dicendũ uidetur[b], ne plus ei tribuat prętor, quã ſi extraneus, aut emancipatus[c]. Nam & conſtat ex tali aditione pupillum obligari[d]. Ergo non eſt credendum, poſſe eum ſeipſum rurſus abſtinendo eximere: aliàs
E ea inanis eſſet obligatio[e]. Sed certè adeò clara ſunt pro Pylæo uerba legum, vt citra manifeſtam calumniam ab ea ſententia recedere nequeamus. Nec me mouent ſuprà ſcriptæ rationes: quia verum quidem eſt abſtinendi beneficium à prætore pro oneribus non ſpontè ſuſceptis inventum: ſed ſi pupillus ſpontè ſe immiſceat, deinde ſententiam mutet, credendum eſt, eam immixtionem quadam affectione potiùs ad res paternas factam, in quibus legis diſpoſitione
F neceſſarius hæres erat, quàm libera voluntate[f]. qua ratione & plus ſibi in patris, quàm in extranei hæreditate fauetur[g].

FRATERNAM[c]. ¶Magna eſt & hîc altercatio, an impubes iſte ſuæ hæreditati adiunctam
paternam quoque haberet? & Iac. Bart. Ang. cre- c
briore ſententia cenſuerunt exhæredatum hunc fuiſſe, adnotántque hinc, ſolam ſui hæredis exiſtentiam ſufficere vt exhæredatio confirmetur[h], quæ aliàs non confirmatis aditione tabulis ſolet extingui[i]. Sed hunc intellectũ Bal. Iaſ. Socinuſq;

a l.paterſamiliâs. de priuil.cred.verſic.me illud.
b l.ſed ſi plures. §.filio.ſ.eod.
c l.impuberibus. l. neceſſariis. de acq.hæred. l.pen. de auct. tut.
d l.ait prætor.§.non ſolùm.de minor gl.l.i. in prin. de ſeparat.
e l. ſi quis filium. §.i.de acq.hęred. l.non ſolùm. de reſt.in integ.
f l. ſi pupillus. ii. reſponſ.de acq. hæred.
g arg.l.fin. C. de tuict.
h l. quidam elogio.verb.& quendam extraneum. C.de iur.delib.
i d.l.ſed ſi.§.i. d. l. ſi pupillus. verſ. cæterùm. & l. qui patri. eo.tit.
K l. ii. de iniuſt. rup.l hac conſultiſsima.§. i. C. de teſta. l. poſthum. verſic.idem.de iniuſt.rupt.
l d.l.ſed & ſi.§.filio.l.i.ſ. de acqui. hæred.
m d.l.neceſſariis. d.l. impuberibus.
n l. cùm hæreditate. de acq. hær.
o l. ſingularia. ſi cer.pet.
p l.ii.verſ. vt niſi adita.ſ.eo.
q d.l.ait prætor. §.non ſolùm.
r l. ex duob.§.ſi.ſ.eo.l.& ſi contra.ſ.eo.
s §. ſed his permittit.Inſt. de hæred.qual.
t d.§.filio.d.l.quidam.l. ſi minor.de acq.hær.l.qui plures ſ.eo.
u l. obligationũ ferè in fi.de act.& oblig.
x arg.l.iiii.ſ.eo.
y l. i. de ſepar. bon.
z d.l.neceſſariis.
a d. l. cùm hæreditate.
b l. more. verſic. de ea autem. de acq. hæred.
c l.nam nec emancipatus.de legi.
d d.l.more.l.pupillus.eo.tit.
e l.ii.§.fin. l.ſeq. quib. ex cauſ. in poſſ.
f l.iiii.de reg.iur.
g d.l.neceſſariis. l.noſtra. verſi.præſertim.
h l. filius, qui ſe paterna. de acq. hæred l.v.§.interdum. eo. l. ſed ſi plures.§. filio.vbi Iaſ.ſ.eo.
i l. filio.§. i. de cont. tab. & d.§. filio.vbi Iaſ.



L.12. Si filius, qui patri.

nuſq; rectè improbant, cũ nulla ſit exhęredationis in lege noſtra mentio, cùm item fruſtra ſeparanda eſſent bona patris à pupilli hæreditate,
13 ſi exhæredatus fuiſſet. Addo † ego, nec finem legis quadrare, in qua legata à ſubſtituto pupillari facta, quamuis non adita ſit patris hæreditas, valere præſupponitur. quòd falſum eſſet, ſi filius exhæredatus,
14 proponeretur[a]: à † ſubſtituto enim exhæredati legari nõ poteſt, etiam ſi idẽ inſtitutus ſit, niſi & hæreditatem paternã adierit. quod Vlpiani, Papinianiq; reſponſo conſtat[b], quorũ verba Alex. & Soc. manifeſtè violant. Alij ergo inſtitutum quidem impuberem fatentur, ſed qui nec adiuerit,
15 nec abſtinuerit. Vnde † ſeparatio ſatis dicit̃ poſſe fieri, cùm adhuc ſe illi non immiſcuerit. & ita Paul. Caſt. Aretin. Iaſonq; exiſtimant: quæ ſentẽtia vera eſt, tametſi ego illud quoq; cẽſeam, nihil referre, ſe hîc pupillus immiſcuerit, an id minus, cùm etiã ſi ſe immiſcuerit, beneficio tamen prætoris potuerit abſtinere[c]. quod beneficium ad fratrem ſibi ſubſtitutum tranſmittit, vt meritò Iuriſconſultus non putauerit id ſpecialiùs exprimẽdum, cùm idem effectus ſequatur.

a ETENIM IVS DICENTI[a]. ¶Hinc adnotant Doct. ius abſtinendi, quod ſuis hæredibus prætor concedit, eorum fauore inductum eſſe:
16 & ideo in damnum non conuerti[d]. Vnde † licet alibi ſcriptum ſit, ſuos hæredes propter prætoris beneficium extraneorũ inſtar redactos eſſe[e], tamen ſecundum ſuprà ſcripta intelligi debet, ne ſcilicet damnum idcirco faciant. Sed generaliter quærit Bart. an prætorium id beneficium ſuitatis vires indiſtinctè eneruet? In qua quęſtione tres ſunt caſus diſtinguendi. Primus, cùm filius pubes tali beneficio vſus non eſt, ſed ſe admiſcuit, tunc dubium non eſt, id beneficium nullius effectus eſſe[f]. quod procedit, etiam ſi filius allegaret, ſe immiſcuiſſe, tanquam agnatũ, non tanquam ſuum[g]: licet Bald. Alexanderque
17 diſſentire videantur[h]. de qua re alibi. Alter † eſt, cùm filius eo beneficio vſus eſt, expreſſimque ſe abſtinuit, & eneruari vires ſuitatis conſtat[i]. Vnde nec tunc tabulæ pupillares confirmarentur extraneo ſubſtituto. quod ſuprà cenſui[k]. Intel-
18 lige † tamen hunc caſum, cùm filius legitimè ſe abſtinuit: ſi enim res hæreditarias interuertiſſet, in delicti pœnam tanquam hæres conueniretur[l]. Tertius † eſt magis dubitabilis, cùm fi-
19 lius nec expreſſim ſe immiſcuit, nec abſtinuit: & videtur interim nullum eſſe ſuitatis effectum. Vnde ſi creditores paterni aduerſus filium experiantur, vt obtinere poſſint, neceſſariò probare immixtionem debent. quæ receptior eſt ſententia[m], ne aliàs huiuſmodi exiſtentia filio oneroſa ſit. & quia lex filios non teneri ait, ſi ſe non immiſcuerint[n]. alibique addit, neceſſe non eſſe adire prætorem, ſed ſufficere ſe non immiſcuiſſe[o]. redacti enim beneficio prætoris inſtar extraneorum ſunt[p]. Et cùm prætor, qui legum iuſſa exequitur, beneficium id concedat, & actionem ſe daturum, id eſt, hoc caſu executurum neget, ſatis apparet non eſſe neceſſariam aliam ex parte filij exceptionem[q]. Concludendum igitur, regulariter cenſeri ſuitatis effectus interim abolitos, idque exceptis paucis caſibus, quorum tres iure noſtro expreſſim probantur: alij magis Recentiorum auctoritate conſiſtunt. Et † in primis
conſtat filium interim decedentem iure ſuitatis 20
in quemcunque hæredem paternam hæreditatem tranſmittere[r]. intereſt enim filij hæredem ſuum locupletiorem habere[s], æquiſſimumque fuit hac in re nihil ſibi ex prætorio beneficio iuris diminui, vt integrum ſit hæredi deliberare, an abſtinere velit. Quòd ſi filius ipſe iam abſtinuerit, tunc in hæredem nihil tranſmitteret: quoniam aduerſus eius voluntatẽ id fieret. Vnde receptum eſt, nec ius quidem abſtenſionem reuocandi, quod aliàs filio competiiſſet[t], huic hæredi permittendum
eſſe[u]. qua de re alibi diximus. Sequens † caſus II.
eſt, qui ad confirmationem tabularum pupilla- 21
rium pertinet. Receptum enim eſt, ſi filius inſti-
B tutus, fratrique, ſiue inſtituto, ſiue exhæredato, pupillariter ſubſtitutus ſit, ſola ſuitatis exiſtẽtia tabulas pupillares confirmari[x]. Ratio hîc refertur, nempe prætoris humanitas, qui noluit abſtinendi à ſe indultum beneficium filio ſubſtituto damnoſum eſſe. quamuis enim patris pupillique hæreditas connexa ex iuris veteris regula eſſent[y], beneficium tamen prætoris ſeparationem admittit, ne quod à ſe fauore filiorum inductum eſt, in damnum verteretur: præſertim cùm
C aliàs hîc ſubſtitutus ab inteſtato quoque vocaretur. nec curauit prætor, quòd matri, aut legitimo alij hæredi damnoſum id eſſet. potior enim eſſe debuit teſtamenti cauſa propter patris voluntatem, quæ fratrem adiuuat[z]. Hinc arguitur, aliud eſſe, ſi extraneus ſubſtitutus eſſet. nec enim ſufficeret ſuſtinendæ ſubſtitutioni, quòd pupillus ſuus hæres extitiſſet, licet abſtineret[a]: imò non adita hæreditate pupillaris extingueretur, vt Vlpianus ait[b]. Nec diuinandum eſt, quod alij fa-
D ciunt, loqui Vlpianum, cùm datus eſſet pupillo cohęres extraneus, cuius aditione exiſtentia ſuitatis impediretur[c]. falſum enim id quoque eſt, vt infrà videbimus. Hincque eſt, quod Iabolenus ait, ſi pupillus hæreditatem patris repudiauerit, & extraneus ſubſtitutus pupillariter hæreditatẽ pupilli adierit, paternis creditoribus obligari[d]. videtur enim etiam paternam ex tacita vulgari in neceſſariam conſequentiam adiiſſe, cùm aliàs pupillaris expiraſſet[e]. Idemque di-
E cendum, etiam ſi ſubſtitutus expreſsè paternam repudiauerit. cùm enim pupillarem amplectatur[f], repudiatio illa in fraudem edicti videtur facta[g]. Nec refert, an pupillus ex aſſe hæres ſcriptus, an ex parte eſſet, dum cohæres & ipſe non adierit. quòd ſi cohæres adierit, ſecus eſt. confirmantur enim tabulæ[h], nec neceſſariò ſequitur, ſubſtitutum ex tacita vulgari adiiſſe[i]. qua in re Iulianum lib. xxvi. Digeſtorum notat Marcel-
lus[k]. Concludo itaque, regulariter † exiſtentia 22
F ſuitatis non confirmari tabulas pupillares, præterquam cùm frater eſt ſubſtitutus, vt hîc dicitur. Nec obſtat, quòd ad vtilitatem pupilli pertineat, vt hæredem, quamuis extraneum, habere poſſit[l], quia hoc intelligendum eſt, dum tamen patris teſtamentum aditione confirmatum ſit. non enim adeò hæc magna eſt vtilitas, vt exiſtimauerit legiſlator eam ſolam prodeſſe ad ſuſtinendam ſubſtitutionem, cùm paternum teſtamentũ ipſius pupilli recuſatione irritum effectum eſt[m]. Alioqui & ſubſtitutus in teſtamento imperfecto

a l. cùm quidam. C.de leg.l.qui fundum.§. qui filios. ad l.Falcid.
b l. planè. ii. de leg.i.l. in ratiõe.i. in fi. ad l. Falcid.
c d.l. impuberibus. d. l. neceſſariis.
d l.quod fauore. C.de legib.
e l.nam nec emãcipatus. de leg.i.l. cùm bonis. de acqui.hæred.
f l. nihil. C. pro hæred.
g l. de bonis.§. i. de Carb. edic. Iaſ. l.in ſuis. de lib. & poſthu.
h arg.l.i.§. ſed vicẽdum. de ſucceſ. edict.
i d. l. nam nec emancipatus. l. & ſi ex modica.§. ſi filius.de bon.lib.
k d. l.ii. verſic. adeò.
l l. ſi ſeruum. §. amouere. de acq.
m gl. & Doct.l. ſi cùm dotem. §. pen ſol. matri.
n l.i. C. ſi. min. ab hær.
o l. ei, qui de acq.hær.
pendioſa in re certa facta ſit alicui, an & tunc intra tempus pupillare directò ſubſtitutus cenſebitur? & cõſtat omni tempore fideicommiſſariam ſubſtitutionem cenſeri. cùm enim de re certa agatur, nulla conſtitui differentia debet, an directò, an precarijs verbis vſus ſit teſtator[u]. quę ſententia vera eſt, dum teſtatorẽ vſum non eſſe verbis ciuilibus proponatur: hoc enim caſu ſubſtitutio in re certa ad vniuerſitatem trahetur[x], & intra pubertatem cẽſebitur ſubſtitutio pupillaris, poſt pubertatem verò particulare fideicommiſſum duntaxat inducitur: quod Bar. hic tradidit, quem & cæteri crebriore numero hic ſequũtur[y]. exempli cauſa: teſtator ſic ſcripſit, *Quandocunq; filius meus deceſſerit, in eius locũ, partemve Titius hæres eſto*. cùm enim ea verba bona tantùm teſtatoris comprẽhendant, quæ pupillaris patrimonij pars eſſe cœperũt[z], dicitur hæc ſubſtitutio certæ rei eſſe[a], & tñ ad vniuerſum trahiť, directòque Titius pupillo ſubſtitutus ex Papiniani reſpõſo cẽſebitur[b]. Nec me mouet Baldi huic cõcluſioni aduerſantis ratio[c]: qa nimis magna (inquit) digreſsio fieret, ſi ab vniuerſali ſubſtitutione, & quidẽ directa, ad particulare fideicõmiſſum tráſiſſe poſt pubertatis annos teſtatorẽ crederemus. Reſpõdeo nihil hoc referre, dũ ex defuncti mẽte ea digreſsio fiat. poſt pubertatẽ. n. in vim fideicommiſſi valet, qa hæres certa in re inſtitutus, ex regula generali pro legatario, ſeu fideicõmiſſario eſt[d]: ante pubertatẽ verò ſubſtitutus vniuerſaliter cenſetur, quia nullũ aliũ vniuerſalẽ hæredẽ filio pater dedit[e]. vnde hunc dediſſe cẽſetur, quod directò facere ante pubertatẽ potuit. Qua
† ratione etiã ſi filius in re certa inſtitutus fuiſſet, 70
legatarijque tantùm loco eſſet, vt quia cohęredẽ vniuerſalem haberet, tamen adhuc idem eſſe arbitror[f]. ſimpliciter. n. indiſtinctè; Papinianus

L. 15. Centurio.
g Ang. ſ. l. proxima, Modeſtinus hic.
h d. l. precib. uerſic. non uſq; ad certam.
i rub. C. de ima puber.
k Doct. d. l. uerbis. gl. d. l. Scæuola.
l d. l. ſi mater. ſ. cod. ubi gl. l. ex facto in prin. ad Treb.
m d. l. precibus. d. c. ſi pater. d. l. qui habebat.
n d. §. cum filiæ.
o l. credendũ. §. hęc aũt. qui pet. tut.
p d. l. Scęuola.
q l. ſi frater. C. de fideic. Bal. d. l. uerb. ubi dixi.
r c. ſi pater. de teſta. in Vj.
ſ d. c. j. l. ſi. C. de hær. inſtit.
t ſ. uerb. ſine liberis.
u l. ij. C. cõmu. de leg.
x l. j. §. ſi ex fundo. ſ. tit. j.
y Alex. hic, & conſ. xlv. in v.
z l. ſed ſi plures. §. filio. ſ. eod.
a l. cog. §. ſed ſi miles. ad Treb.
b l. cohæredi. ſ. fi. C. eod.
c Bald. l. precib.
d l. quoties. C. de hær. inſtit.
e d. l. quoties.
f c. j. C. de teſt. in 6. ibi filiam in certa.

loquitur[a], qualiſcunque præceſſerit inſtitutio[b].
nam nihil id ad ſubſtitutum filij facit, quin eius
hęreditatem, quamvis in re certa, ſubſtitutus ob-
tineat: quicquid aliter Bald. ſenſerit, cuius ſen-
tẽtia infrà ſcriptis caſibus ſolùm defendi poteſt.
Primus, cùm † cohæredem vniuerſalem non filio
71 tantùm, ſed & Titio ſubſtituto datum fuiſſe pro-
poneretur. non enim hoc caſu Titius iure accre-
ſcendi hęres in ſolidum cenſeretur, ſed ſolùm le-
gatarij inſtar eſſet[c]. Secundus eſt, cùm ſubſtitu- A
tio non ciuilibus verbis, ſed ſimpliciter directis
ſolùm facta eſſet. quod Bart. hîc ſentit[d], & à Bal.
Pontanóque reſponſum extat[e]. Illa enim faci-
liùs flectuntur, nec enixam mentem defuncti ar
guunt, Titium hæredem eſſe volentis, niſi tamẽ
ſubſtitutionem non in re certa, ſed ſimpliciter
ſcriptam proponatur[f]. Tertius eſt caſus, quan-
do teſtator Titium hunc, quandocunque filius
deceſſerit, ſibi hæredem eſſe voluit. quia cùm fi-
lius ipſe ſit vniuerſalis hæres, conſequens eſt, vt B
iſte ſit legatarius: quod aliqui hîc tradiderunt.
ex pupillari enim non ſibi teſtatori, ſed filio ſuc-
ceditur. Verũ hac in re ego diſſentio, qa in ſub-
ſtitutione pupillari, vel compendioſa, verba illa
*Sibi*, vel, *Mihi hæres eſto*, nihil mutant, quin filio,
non autem teſtatori ſubſtitutus ſuccedat[g]. Con-
uincitur etiã hæc ſententia expreſsis Papiniani
verbis[h], qui in caſu ſuo præciſè loquitur, cùm ſi-
bi teſtator ſubſtituit. nam & illa verba *in locum,*
*partémve filij*, ad hæreditatem patris referuntur, C
quia de parte intelliguntur, quam in bonis pa-
IIII. tris filius conſecutus eſt. Quartò diſputauit
Bartolus, quid, ſi compendioſa verbo Legan-
di, concepta ſit? vt, *Quandocunq; filius meus deceſ-*
*ſerit, lego Titio bona mea*, an intra pubertatem cen-
ſebitur Titius pupillariter ſubſtitutus? Et ſcien-
72 dum eſt, verbum † *Lego*, duplicem ſignificatio-
nem habere: primam ex lege duodecim Tabu-
larum, antiquiſsimam & valde generalem, qua
*Legare*, idem eſt, quod decernere, & ordinare: vn- D
de & *Delegare*, vſitatiſsimum eſt verbum. & hoc
ſenſu non eſt dubium, quin ad hæreditates quo-
que vniuerſales directò dãdas pertinere poſsit[i].
Alia eſt ſignificatio, quam vſus prætulit, vt de hæ
reditate non intelligatur, ſed de certa parte[k],
de ipſa hæreditate delibata, quæ alteri, id eſt, le-
gatario præſtanda ſit[l]. quæ ſignificatio nihil ad
tranſlationem hæreditatis pertinet. & licet in
hac ſecunda ſignificatione directum verbum eſ-
ſe cenſeatur, hoc intelligitur reſpectu fideicom- E
miſſorum, quæ verbis præcarijs concipi ſole-
bant[m], non reſpectu inſtitutionum, cùm de in-
ſtituti manibus capi legata ſui natura debeant[n].
Igitur videndum, in prædicto themate vtra ſigni
ficatio accipienda potiùs ſit? & Bartolus poſte-
riorem hanc approbauit, tanquam communi
vſui magis conſentaneam. Vnde conſequens
eſt, vt ante pubertatem decedente filio, hîc ſub-
ſtitutus duntaxat admittatur, tanquam legata-
rius, & quidem certæ rei, id eſt, bonorum pa- F
ternorum[o]. Nec conſtituenda eſt differentia, an
teſtator dixerit, *Quandocunque filius deceſſerit.* an, *Si*
*filius ante pubertatem deceſſerit*, lego, etc. ſubeſt enim
ſemper eadem ratio, vt de legato potiùs intelli-
gamus, quàm inſtitutione[p]. quod &, reclaman-
te Baldo, recepetius eſt[q]. Illud omnes admit-
tunt, ſi aliter de mente teſtatoris appareat, ſecus
eſſe[r]. Quid enim, ſi in parte teſtamenti hunc Ti-
tium teſtator hæredem appellauerit? aperta eſt
mens de iure directo eum intellixiſſe[ſ], etiam ſi

a d. §. fin. Socin. conſ. 117. in iiij.
b §. cęterùm. in auth. ut cùm de appel. cog.
c d. l. quoties.
d arg. d. l. ij.
e Bald. cx. cxxj. in 5. Rom. cc.
f d. c. j.
g l. ſi ita. §. qui filio. de ſecund. tab. l. j. ſ. eod.
h d. l. cohęredi. in fin.
i l. uerbis. de uerb. ſigni. §. diſponat. in auth. de nupt.
k l. mulier. §. fi. ad Treb.
l l. legatũ. j. de leg. j.
m Inſtit. de ſingul. reb. p̃ fideic. §. fin.
n l. j. quor. leg.
o l. cogi. §. ſed ſi miles. ad Treb.
p d. l. cohęredi. §. cũ filię. l. quod fideicõmiſſum. de leg. j.
q Bal. fi. C. fam. ercif.
r arg. l. filiũ. §. ſed ſi pater. de leg. præſt.
ſ c. Rainaldus. de teſtam.

alioquin verba ad particulare legatum referren-
tur[t]. Quid rurſus, ſi dixerit teſtator, *Lego cum*
*hæredem in bonis meis*? cùm enim vſus hic poſterior
hoc modo loquendi non ſumatur, apparet ex
priore ſignificatione intelligi debere[u], vt verba
directa cenſeantur[x], quamuis ex facto aliter A-
lexandro viſum ſit[y]. Sed & quid, ſi dictum ſit,
*Quandocunque filius deceſſerit, lego omnia mea, & filij*
*bona Titio*? cùm enim neminem alium hæredem
A inſtituerit, ſatis videtur voluiſſe titulo hæredi-
tario ea bona accipi[z]. quod aliqui hîc probabi-
liter tradiderunt. Ego tamen dubito. quia etiam
ſi de fauore ſuſtinendi teſtamenti ageretur, non
tamen verbum *Lego*, inſtitutionem ſignificat[a].
Vnde videtur potiùs legatum id conditionale
interpretandum eſſe, ex teſtamento patris ſub
conditione debitum, & à pupilli hæredibus de
facto præſtandum[b]. nam & cùm teſtator vnum
in dimidia inſtituiſſet, alteram dimidiam alteri
B legaſſet, videri inſtitutum in dimidia vniuerſa-
lem hæredẽ eſſe[c], alium verò legatarium quo-
tæ partis crediderim[d], niſi communi verbo te-
ſtator vſus eſſet[e]. verba enim communia hære-
ditatum faciliùs pro directis accipiuntur, quàm
verbum *Lego*, quod non commune hęreditatum,
ſed legatorũ ex conſueta ſignificatione eſt. Sunt
tamen, qui hac in re diſſentiant[f], ſatisq; ipſe an-
ceps ſum, niſi q, ſententia mea magis proprietati
verborũ teſtatoris accedit, & ex Bar. hac in quę-
C ſtione traditionibus confirmat, qui, q ad hæ-
reditates attinet, verbũ *Lego*, obliquum eſſe ſen-
tit. Faciliùs defendi eorũ opinio poſſet, cùm di-
ctum proponeretur, *Titio dimidiam lego, alteri dimi-*
*diam*[g]. cum enim hoc exemplo alius hæres inſti-
tutus non ſit, credibile eſt, vtrunque hæredem
cenſeri[h], dum tamẽ appareat teſtatorem voluiſ-
ſe teſtari, non autem codicillos facere[i]: idque &
receptius eſt. qua de re alibi[k]. Sed quid, ſi pater
ſcripſerit, *Filio meo legib. debitã portionem lego*, an in-
D ſtituiſſe cẽſebitur, vt teſtamentũ valeat? & ſuprà
cẽſui, nó videri[l], niſi in teſtamẽto adieçerit clau-
ſulam, *Valeat omni meliore modo*, &c[m]. vel niſi vſus ſit
verbo *Relinquo*, quod † cõmune hæreditatũ eſt, vt 73
ſuprà dixi[n], vel niſi in foro Põtificię æquitatis a-
gatur[o], quod Bal. ſentit[p]. qua de re nos ſuprà.

IN Secunda diuiſione concludunt Doctores, II. Diuiſio.
quoties † verbis precarijs concepta eſt compen-
dioſa ſubſtitutio, ſemper fideicommiſſariã eſſe, 74
& ideo ante pubertatem minimè in vim pupil-
E laris valere[q], minusq; vulgarẽ aliquã continere.
qa dictio illa *Quandocunq;*, ad verbũ *Reſtituat*, refer-
tur, quæ reſtitutio fieri non poteſt, niſi iam adita
ſit hęreditas[r], quo tẽmpore vulgaris expirauit[ſ],
quicquid hac in re comminiſcatur Decius[t]. Cæ-
terùm ſuprà ſcriptam cõcluſionem quatuor mo-
dis, ſeu quatuor quæſtionib. Doct. hîc extẽdunt.
Primò, ſi † teſtator dixerit, *Quandocunq; filius meus* I.
*deceſſerit, volo bona mea pauperibus per executores fidu-* 75
*ciarios meos dari.* receptior enim hoc caſu aduerſus
F Bart. ſententia eſt, omni tempore fideicommiſ-
ſariam eſſe ſubſtitutionem[u], ſecundum quam
Bald. & Raph. Comen. ex facto reſponderunt, A-
lexanderque ipſe magis communem eſſe atte-
ſtatur[x], qa ſiue verba teſtatoris, ſiue eius mentẽ
inſpiciamus, non poſſumus dicere, pauperes di-
rectò ſubſtitutos eſſe. illa enim verba, *Bona paupe-*
*ribus dari*, factum alterius requirunt, & ideo preca
caria ſunt[y]. nam & mentem teſtatoris talem eſ- 76
ſe inde colligitur, quia † ratio ſubſtitutionis ad
pias cauſas, eſt fauor animę ipſius teſtatoris, quo
fauore

t d. §. ſed ſi miles.
u d. l. uerbis.
x argu. not. per Bal. & Cor. l. ij. C. cõmu. de leg.
y Alex. cõſ. 76. in iij.
z l. quoniã indignũ. C. de teſt. Bal. Corn. d. l. ij.
a §. aliud quoq; in auth. ut cùm de appel. Bart. l. ijs uerbis. ſ. tit. j.
b d. l. quod fideicõmiſſum.
c d. l. j. §. ſi ex fundo.
d d. l. mulier. §. fi. d. l. cum autẽ. de leg. ij.
e Bart. j. iij. par. quæſt. 5.
f Politus & Mod. hîc.
g d. c. Rainald.
h l. j. §. diuus. ſ. tit. j. Bar. l. ſi qs ſcrũ. §. fi. de le. ij. uerſ. ſed quæro, quid.
i l. j. ſ. de iure codici.
k Mod. l. j. de leg. j. ubi dixi.
l d. §. aliud quoque. Bart. d. l. ijs uerbis. d. l. cogi. in prín. & conſ. 163. quãuis. Alc.
l. humanitatis. C. de imp.
m Alex. 113. in iij. Corn. 65. in 2.
n d. l. humanitatis. ubi Alex. & Doct.
o d. c. Rainald.
p Bal. d. l. fi. in fin. C. famil. erc.
q l. cohęredi. §. cũ filiæ. j. eod.
r l. ille, à quo. §. j. ad Treb.
ſ l. poſt aditam. C. eod.
t Dec. d. l. p̃cib.
u Imol. Aret. Lanc. Polit. hîc, Bal. Sal. d. l. precib. Imol. Card. Barb. c. cũ tibi. de teſtam.
x Bal. conſ. 24. in iij & 256. in 5. Comẽ. conſ. 130. Alexã. con. 162. in ij.
y l. fundi. de uſuf. leg. in gl. j.



fauore impulſum eum, vt de ſuis bonis diſpone-
ret, veriſimile quidem eſt[a]. at vt de bonis pupilli,
& ſic alienis, eleemoſynam faciat, veriſimile (vt
Anch. reſpondit) non eſt[b]. quid enim animæ pu-
pilli prodeſſet abſq; conſenſu ſuo facta hæc diſ-
tributio? Adde, quòd & verba ſolùm teſtator de
ſuis concepit, non de filij bonis. Vnde impoſsi-
bile eſt (vt Salic. cenſuit) credere hîc de pupillari
ſucceſsione actũ eſſe. & quamvis dictio *Mea*, pu-
pillarem ſubſtitutionem, quæ directis verbis cõ- A
cepta appareat, non reſtringat[c], tamen (vt ſuprà
vidimus) ſecus eſt in ea, quam non cõſtat eſſe di-
rectam[d]. Sed, vt hanc ſententiã ſequamur, opor-
tet rationem Barto. diluere. is enim tali ſubſtitu-
tione, qua executoribus mandatum eſt, vt pau-
peribus dent, ſubaudiri verbum *Accipiant*, quod
77 † directum eſt, cenſuit[e], vt perinde ſit, ac ſi teſta-
tor dixiſſet, *Executores accipiant nomine pauperum, mi-*
*niſteriumq; in diſtributione illis præſtent*[f]. Vnde verbum
illud, quòd pauperibus detur, de facti executio- B
ne intelligitur, non de executione iuris, quæ cõ-
tinenter à teſtatore in pauperes trãſit[g]. Sed huic
rationi reſpõdet Calderinus[h]. quãuis enim ſub-
audiatur, vt executores accipiãt, tale tamen ver-
bum, quamuis aliàs directũ, hoc caſu nõ eſt: quia
ius ſucceſsionis non reſpicit, non quidem reſpe-
ctu pauperũ, qui verbis precarijs expreſsim vo-
cati ſunt[i], non reſpectu executorũ, ad quos nul-
lum commodum tranſit, ſed nudę electionis mi-
niſterio fungantur[k]; vt meritò verbum *Accipiant*, C
cùm nudum factum ſignificet, directum nõ ſit[l].
Ego illud quoque addo, vt concedamus ſubau-
diri executoribus conceſſum, vt accipiant: tamẽ
78 † cùm teſtator de bonis ſuis ſolùm locutus ſit, ta-
le verbum ad fideicommiſſum magis pertinet[m],
quo ſub conditione grauatus poſt mortem ſuam
videtur filius: & ideo non magis hic induci cõ-
pendioſa, ſeu pupillaris ſubſtitutio poteſt, quàm
cùm verbo legandi teſtator vſus proponeretur.
quod ſuprà Bart. tractauit. Vnde conſequens eſt, D
79 vt † cùm tali legato non hęredes pupilli, ſed ipſe
pupillus grauatus cenſeatur[n], à legitima iure na
turæ debita pauperes ſummoueantur[o]. quod
Bal. cenſuit, & Caſtrenſis, Corn. que reſponde-
runt[p]. quod ſecus eſſet, ſi venientibus ab inteſta-
to iniunctum id onus diceremus[q]. quod in caſu
noſtro dici non poteſt, cùm ab executore relictũ,
ab ipſo inſtituto relictum cenſeatur[r], quicquid
aliter ab Alex. reſponſum extet[ſ]. Sed quid, ſi te-
ſtator non particulariter de bonis ſuis, ſed vni- E
uerſaliter de ſuis pupillique bonis diſpoſuiſſet?
& tali caſu abſque dubio adhærendum Bart. eſſe
Alex. cenſuit, vt compendioſè ſubſtitutum cen-
ſeatur, cùm aliter de bonis filij diſponere pater
non potuerit[t]. & hoc caſu defenditur, qui ſim-
pliciter Bar. ſecuti ſunt, quos plures numero eſ-
ſe Imol. hic atteſtatus eſt[u]. Sunt &, qui Bart. ſen-
tentiam eo caſu defendant, quo ſubſtitutio ex-
preſſa cum temporum diſtinctione concepta ſit,
ſi in pupillari, vel aliàs quandocunq;, &c[x]. tan- F
quam illa dictio *Mea*, quę bonis adiecta eſt, pupil
lari ſubſtitutioni non aduerſetur[y]. quæ ſenten-
tia abſque dubio procederet, ſi conſtaret cõmu-
ni, vel directo verbo vſum eſſe teſtatorẽ. ſed cùm
in caſu noſtro verba precaria ſint, cenſuit Bal. nõ
temerè ab ipſorum proprietate recedendum eſ-
ſe[z]. Ego tñ priorem ſententiam, quæ crebrior
eſt, ſequor, niſi cùm ſpecialiter executor nullus à
teſtatore deſignatus eſt. quod Alexã. hîc tradit[a].
Addit idem Alex. tum quoq; defendi ſentẽtiam



a Bar. conſ. 241. in fi. incip. pater filio.
b j. qu. j. nõ eſt putanda. Anch. conſ. 8. difficultas.
c d. l. ſi ita. §. ſi filio. de ſecũ. tab.
d Bal. d. l. precibus. Corn. conſ. cccxxij. in iij.
e §. ſi quis aũt. in auth. de eccl. tit. gloſ. l. alio. de alim. leg.
f arg. l. peto. §. mater. de leg. ij. l. annua. §. à Titia. de ann. leg.
g ca. cũ tibi. de teſta. ubi Inn. l. hæreditas. ad Statiũ ubi Bart. ſ. tit. j.
h conſil. 27. de teſtam.
i d. l. fundi.
k c. fin. in fi. de teſtam. in 6.
l l. inter. qui ſat. cog. Bal. l. fi C. de ſacr. eccl.
m d. § ſed ſi miles. l. Titia. j. §. j. de leg. ij.
n d. l. alio. ubi Bart. j opp.
o l. quoniam in priorib. C. de inoffic. teſta. Bald. d. l precibus.
p Caſtr. conſil. cix. in caſu præſenti. Corn. con. 93. in iij.
q l. ſi Titio. §. fi. de leg. j. Alex. et Iaſ. d. §. cũ filiæ.
r Bart. d. l. alio. j. opp.
ſ Alex. conſ. 12. in iij.
t l. ſed ſi. §. ad ſubſtitutos. ſ. e.
u Angel. Alex. Iaſ. hic, Ang. §. ſi. Inſt. e. Anch. d. c cũ tibi. Paul. d. conſ. cix. aliàs lxvij. in ij.
x gl. d. l. precib.
y d. §. qui filio. Bar. conſ. 3. Abb. 59. Soc. 116. Cor. 138. in iij.
z Bal. conſ. cxx. in ij.
a Alex. uerſic. ſecund. limit.

Bart. poſſe, cùm teſtator bona ſua ſine diminu- L. 15.
tione diſtribui iuſsiſſet, vel generali dictione o- Cẽturio.
mnia bona ſua dixiſſet. quod ego nõ probo, cùm
adhuc particularis futura ſit hæc ſubſtitutio[b],
cùmq; verbis precariis hæc adiecta, non tñ ſub-
ſtitutionem directa efficere poſsint, quod & Bal.
reſpondit[c]: ſecus, ſi verbis communibus, quod
infrà poſt Barto. attingemus. Et ex ſuprà ſcriptis
conſequens eſt, vt quæ tribus ſequentibus quæ-
ſtionibus Bartol. attingit, nullius ſint dubitatio-
nis. Quærit enim, qd † ſi ſuprà ſcripta ſubſtitu- II.
tio hoc modo concepta ſit, *Si filius ſine liberis deceſſe-* 80
*rit, volo, quòd bona mea vendantur, & pretium per fiducia-*
*rios meos diſtribuatur?* cenſetq; idem eſſe, quod in ſu
prà ſcripta ſubſtitutione tradiderat, vt intra pu-
pillarem ætatem ſit directa, quia licet fiduciario-
rum mentio ſolùm reſpectu diſtributionis pretij
fiat, tamen propter coniunctæ naturam videtur
voluiſſe, vt etiam ipſi ſint, qui bona vendant, &
conſequenter accipiant, vt ſic fiduciariorum mẽ
tio ad vtrunq; dictum trahatur[d]. cùm enim co-
pulatiua inter verbum *Vendantur*, & *Diſtribuantur*,
poſita ſit, & ad orationis perfectionẽ ſpectet, o-
mnes qualitates repetijſſe cenſetur[e], æquali-
terque de omnibus egiſſe[f]. Sed certè cùm ſuprà
ex receptiore ſententia directam hãc eſſe ſubſti-
tutionem negauerim, conſequens eſt, fruſtrà de
natura coniunctæ diſputemus. totum enim id à
teſtatoris volũtate pendet. Vnde ſolet dici, qua-
litatem † poſt duo verba adiectam, ad poſtremũ 81
tantùm referri, ſi ea duntaxat relatione ſatisfieri
teſtatoris menti poteſt[g]. Vnde in caſu noſtro III.
concluſerim, directam ſubſtitutionem non cen- 82
ſeri. Rurſus † quærit idem Bartol. ſi ſuprà ſcripta
ſubſtitutio abſque ſpeciali vllo executore facta
ſit, an ſemper fideicõmiſſaria cenſebitur? reſpon-
detque cenſeri, cùm tali caſu non poſsit ſubau-
dire, vt executores accipiant[h]. Nec obſtat, quòd
epiſcopus ipſe ſit executor[i]. quia non tantùm
cenſetur ipſe iuſſus accipere, ſed ſola ei actio ad-
uerſus hæredem competit, diciturque executor
diſpoſitione legis, non autem teſtatoris volun-
tate, cùm etiã inuito teſtatore id iùs habeat[k]. Et
licet præſumatur quiſq; ſecundum leges volun-
tatem ſuam regere[l], ſi tamen talibus legibus re-
nuntiari non potuit, eiuſmodi diſpoſitio legis,
non hominis dicitur[m]. quod alibi latiùs expli-
caui[n]. Meritò igitur cùm teſtatoris voluntate e-
piſcopus non admittatur, exiſtimari non poteſt
directò eum eſſe ſubſtitutũ[o]. Hincque ad quar-
tam quæſtionem infertur, ſi fiduciarijs hiſce exe
cutoribus ſola electio pauperum data ſit, dubiũ
non eſſe, quin ſubſtitutio nullo caſu directa ſit,
vt cùm dictum eſt, *Volo bona vendi, & pretium diſtri-*
*bui inter pauperes, quorum electio per fiduciarios fiat*: di-
ctio *Quorum*, ad proximam vocem pauperum ſo-
lùm refertur[p]. Quid † autem iuris ſit, cùm fidu- IV.
ciarij iſti tẽpore, quo pupillaris conditionis ſub- 83
ſtitutio euenit, mortui proponuntur? Alexand.
diffuſè attingit, ſed hæc ſecundo hoc in articulo
ſufficiant.

IN Tertia principali ſectione, cùm † ſubſtitu- III. Diuiſio.
tio compẽdioſa verbis cõmunibus facta propo- 84
nitur, receptior eſt ſententia, Intra tempora pu- I.
bertatis directam eſſe, pòſt verò fideicommiſſa-
riam cenſeri[q]. mens enim teſtatoris tali caſu vi-
detur clara filio ſuo quãdocunq; ſubſtituẽtis: &
cùm ſubſtitutio directa fauorabiliter fit[r], qua-
tenus ea valere potuit, eatenus factã interpretabi
mur[ſ]: ſupra verò illud tẽpus fideicõmiſſaria erit,

b d. §. ſed ſi miles.
c Bal. conſ. 296. factũ. in 5.
d arg. l. mulierẽ. de cond. & demon. ubi Din. & Bar.
e l. Seia. §. Cato. de fund. inſtru.
f l. ſi legatarius. in fi. de legat. iij.
g clem. j. ad fi. de ſuppl. negl. prel. Felin. c. cauſam, quæ. de reſcript.
h gl. d. l. alio.
i l. nulli. l. ſi quis ad. C. de epiſc. & cler.
k d. §. ſi qs aũt. dixi l. nemo poteſt. de leg. j.
l l. conficiunt. de iur. codicil.
m l. Titia. in fi. ad l. Falc. l. ſi ex teſtamẽto. ſ. eo. ubi Caſtren.
n dixi l. iiij. §. Cato. 5. opp. de uerb. obl. & lib. j. c. xx. Parado.
o Caſt. d. conſ. 67. in ij. dub.
p l. à filio. §. fin. de alim. leg. l. filiũ in prin. quãdo dies leg. ced. Bar. l. fi. j. de rebus dub.
q d. c. j. de teſtã. in 6. gl. §. qua ratione. Inſt. eod.
r l. ſi pupillus. de acq. hær.
ſ arg. l. pater. §. conditionũ. de cond. & demõ. l. j. §. j. ad legem Falcid.

quia illi quoque verba conueniunt[a], nec aliter,
quàm in vim fideicommiſsi poſt illud tempus
ſuſtineri defuncti voluntas poteſt. Nec quen-
quam mouere oratio diui Marci debet, qua in-
ductum eſt, vt ſubſtitutio reciproca diuerſas per-
ſonas reſpiciens ita interpretetur, vt omnibus ſit
vniformis[b]: quia reſpódeo, non eſſe cóſequens,
vt ideo etiam compendioſa reſpectu temporum
ſit vniformis[c]. Quid enim commune ea oratio
cum caſu noſtro habet? in ea ex alterius tantùm
perſona locũ non habet pupillaris, quia de men-
te teſtatoris non conſtat, ſolaque legis interpre-
tatione induceretur[d]: in caſu noſtro expreſsis
verbis teſtator oſtendit velle ſe, ſubſtitutum ad-
mitti in ea, ſi æqualis non fieret determinatio.
In ea videretur pater impari ſolicitudine filijs p-
uidiſſe[e], inuidiæque inter eos anſam præſtitiſſe,
vt Alexander ait[f]: quod in caſu noſtro non eſt,
cùm de eadem perſona ſemper tractetur. In ea
vis verborum æqualitatem illam inducit, quia
verba, *eos inuicem ſubſtituo*, intelliguntur ſubſtitu-
tione, quæ inuicem fieri poſsit: in caſu verò no-
ſtro verba ſunt pro diuerſitate temporum, *Quan-
docunque decedenti ſubſtituo*, eo modo, quo ſubſtitu-
tiones fiunt, vulgari ante aditam, pupillari ante
pubertatem, deinde fideicommiſſaria. In ea de
perſonarum paritate agitur, at in caſu noſtro de
85 temporum. atqui tempus perſonis accedit, non
perſonæ temporibus. Vnde † videmus in æqua-
litatem temporis reciprocam ſubſtitutioné non
impedire[g], cùm tamen ſecus ſit in perſonarum
imparitate. Meritò ergo faciliùs præſumemus
ſecundum temporis curſum voluiſſe teſtatorem
nunc precarię, nunc directę ſubſtitutioni locum
eſſe[h], cùm tamen in perſonis ſemper æquali-
tatem ſeruet. Addit Bartolus in caſu noſtro
ſemper vnum effectum eſſe. quia vna condi-
tione eueniente ampliùs non committitur re-
ſpectu aliarum conditionum ſubſtitutio. at in
oratione diui Marci plures eſſent effectus, quia
& plures perſonæ. Sicque ſe habet receptior
ſententia, quam non pauci producunt, vt pro-
cedat, etiam ſi mater pupillo decedente ſuper-
ſtes ſit. eius enim fauore non tamen fideicom-
miſſariam intra tempora pubertatis cenſeri, ſed
à ſubſtituto excludi[i], cùm pupillaris, quæ in có-
pendioſa continetur, non tacita, ſed expreſſa ſal-
tem generalibus verbis ſit[k]. & hoc crebriore cal
culo recipi Iaſon atteſtatur[l]: quẽ & ego ſequor,
cùm nulla extet lex, quæ matrem hoc caſu adiu-
uet. ſuprà enim oſtendimus Diocletiani conſti-
86 tutionis alium eſſe intellectum[m]. nec † fauor ma-
tris aduerſus verba, etiam ſi generalia, ſubſtitu-
tionis operari debet[n], quamuis aliàs aliquid o-
peretur[o]. nã & cùm teſtator iuſsiſſet filium ſuũ
Titio mori, talia verba interpretatus eſt Ponti-
fex, vt vſq; ad pubertatem directa ſint, matrem-
que excludant[p]. Et licet Bartolus reſpondeat
ea verba directa, nó autem communia eſſe, mihi
87 tamen videretur hac in re nullam cóſtituendam
eſſe differentiam, cùm † ex mente teſtatoris com-
munia pro directis hoc caſu ſint. Adde, quòd ve-
88 rior videtur eorum ſententia, qui huiuſmodi ver-
ba communia eſſe malunt. id † enim verbum *Mo-
riatur*, ex ſe nihil ad ſubſtitutionem pertinet, cùm
translationem iuris nullã ſignificet, ſed propter
datiui caſus *Illi*, adiuncti vim hanc interpretatio-
nem adſumit, vt *Ei Moriatur*, ſignificet, ad eius vti-
litatem moriatur[q]. quæ verba non ſolùm eum
ſenſum recipiunt, vt continenter perſonę pupil-

a d. l. precib. in fin.
b l. 4. ſ. eo. l. quã uis. C. eod.
c arg. l. noſtræ.
d arg. gl. l. j. C. ſi aduerſ. uendit.
e l. fin C. famil. erciſc.
f arg. l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib.
g Bar. l. Lucius. ſ. eod. uerſic. ſed pars.
h argu. l. iij. in prin. de adi. leg. l. iij. §. qui fideic. ſ. tit. j. l ſed & ſi quis. §. interdũ. de uſufr.
i d. c. ſi pater.
k l Lucius. ſ. e.
l Iaſ. d. l. precib. Corn. 167. in iij. Alex. 17. in iij.
m d. l. precibus.
n d. l Lucius.
o l. qui duos. §. cùm in bello. de reb dub.
p d. c. ſi pater.
q l. j. gloſ. iiij. de conſt. princ. l. à diuo. §. ſed ſi em ptor. uer. cui de re iud.

li ſuccedatur, tanquam mors proxima ſucceſsio-
nis ſit cauſa, quod aliqui tradiderunt[r], & conſe-
quenter vim directę ſubſtitutionis inducant, ſed
etiam ad fideicommiſſum pertinent: quę vtilitas
principaliter bona reſpicit, nó perſonam. Vnde
nihil refert, ſi per alium ea vtilitas ſubſtituto ac-
cedat. Oſtendit † hoc Pontifex ipſe[ſ], qui hæc 89
verba communia eſſe ſatis indicat, cùm in eo ca-
ſu pro directis ait accipi, quia perſonis & verbis
A ſubſtitutio illa conueniebat, & quia in dubio po
tiùs interpretamur, vt ſubſtitutio directa ſit, quã
obliqua. Quòd ſi directa ſimpliciter, vt Barto-
lus tradidit, fuiſſent, in ipſa verborum vi, non au
tem in ambiguo debuiſſet lex ſe fundare[t]. Ex
† his igitur concludendum eſt, veriorẽ eſſe com- 90
munem ſententiam, vt ſubſtitutio hæc verbis có
munibus facta, à principio in vim directæ valeat.
Vnde quod in vna perſona eſt receptum, ad plu-
res quoque trahi debet[u], vt ſi his verbis com-
B pendioſa cum reciproca facta proponatur, plu-
res directæ, pluresq; fideicommiſſariæ compræ-
hendantur, quamuis reſpectu temporum fiat in-
æqualis determinatio[x]. quod ſi perſonis impa-
ribus facta ſit, tunc dubium non eſt, ſolas fidei-
commiſſarias contineri. quod Bart. & alij tradi-
derunt[y]. Enimverò enumerantur à Doctoribus
aliquæ cóiecturæ, quibus verba communia abſ-
que dubio pro directis intra pubertatẽ accipiun
tur. Et in primis, quoties teſtator expreſſa tem-
C porum diſtinctione vſus eſſet, tunc nihil nobis
ambiguitatis reliquiſſet, quin etiam pupillariter
ſubſtitutum filio voluerit: vt, *Si filius meus intra qua-
tuordecim annos, vel quandocunq; deceſſerit*, etc.[z] Sunt,
qui & idem cenſuerint, ſi dictum ſimpliciter ſit,
*Si filius meus quandocunque deceſſerit*. dictio enim illa
*Quandocunque*, diſtribuit tempora[a]. quod Iacob.
Aren. credidit. Sed huic ſententiæ & Bartolus &
Alexander & cæteri aduerſantur. quia licet tem-
pora diſtribuat, non tamen etiam qualitatẽ tem-
D porum diſtribuit, de qua nos loquimur[b], & ma-
ximè in actu ſui natura non iterabili. Cæterùm ſi
ex alia parte teſtamenti eo verbo communi te-
ſtatorem pro directo vſum eſſe appareat, fiet in-
terpretatio, vt in hac quoque ſubſtitutione dire-
ctum ſit[c]. quod Corn. non ſemel reſpondit[d].
Sed & ſi verbum commune ad perſonam filij re-
feratur, vt quia ſcripſerit, *Quandocunque filius deceſſe-
rit, ei Seius ſuccedat*, promptius eſt credere de pupil-
lari actũ eſſe, quia ſic ei pupillo ſucceditur, quàm
E precaria, qua patri. quod Fulg. reſpondit[e]. Non
modica quoque eſt coniectura, quę ex voluntate
teſtatoris oritur, quoties ſubſtituti veriſimiliter
maiore charitate teſtanti iunguntur, quàm pupil
li inteſtati hæres. quod Bar. reſpondit[f], vt quia
ſubſtituti proponerentur ipſius teſtatoris filij, vt
ex facto Caſt.[g] conſuluit, vel ipſius etiam mater,
vt Corn.[h] reſpondit. Sed & ſi teſtator iuſſerit
ſubſtituto, vt propria auctoritate bona accipiat,
ſatis declaratur, voluiſſe eum directò hæredem
F eſſe[i]. quia verbum commune ſubſtitutioni ap-
poſitum, per hanc clauſulã declaratur. fideicom-
miſſarius enim accipere de manu hæredis de-
bet[k]. Et ſi dixeris, cur potiùs his verbis non in-
terpretamur datam fideicommiſſario manus in-
iectionem[l]? reſpondeo, hoc procederet, ſi con-
ſtaret magis fideicommiſſarium, quàm hęredem
eſſe. Sed cùm ſimus in dubio, ex illis verbis po-
tiùs præſumitur hæres, vt iure communi capiat,
non ex ſpeciali teſtatoris licentia. Hincque in-
fertur, idẽ eſſe, ſi teſtator dixerit, Liberè accipiat.

non

r Bal. con. 38. in iij. Rom. 158. in fi. Cor. 322. in iij.
ſ d. c. ſi pater.
t l. cũ aliter. de leg. iij.
u l. ſingularia. ſi cert. pet.
x Bar d. l. Lucius.
y Bar. cóſ. xxij. homo Accurſuli. Cor. cóſ. 114. 197. in 3.
z gl. d. l. precib.
a l. ſicut in annos. quib. mod. uſufr. am.
b Bart. repetit. l. ſi arrogator. de adopt.
c l. qui filiab de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. in fin. eod. tit.
d Cor. conſ. 115. in iij. & conſ 93. 115. 138. in iij.
e Fulg. conſ. 23. Titius. ad fi. Bar d. l. ſi arrogator. in princ.
f Bar. con. xxx. in fin.
g Caſt. conſ. 351. iuris.
h Corn. conſil. 310. in iij. xxviij. in iiij.
i arg. l. Titia. §. j. de leg. ij.
k l. j. quor. leg. l. non eſt dubiũ. C. de legat.
l Alex. l. Paul. reſpondit ad Trebel.



non enim hic loquendi modus à ſuperiore dif-
fert[a], quod Recentiores hîc latiùs proſequũtur,
& alibi ego attigi[c]. Idem cenſuit Bart. cùm di-
xit teſtator, velle ſe, vt tali caſu tota, vel integra
hæreditas, aut omnia bona, aut ſine diminutio-
ne, ad ſubſtitutum peruenian[c]. Sed aduerſus
hanc ſententiam inſurgunt plerique, negantque
huiuſmodi verbis magis directũ ius, quàm pre-
carium argui, cùm enim hodie teſtator prohibe-
re deductionem quadrantis Trebellianici poſ-
ſit[d], illis verbis videtur eã prohibuiſſe: quę re-
ceptior eſt ſententia[e]. ſatis enim exprimit men-
tem ſuam, qui omnia reſtitui iubet[f]. de poteſta-
te autem hodie ambiguum non eſt[g]. Rurſus du
91 bium non eſt, ſicut † pater pro pupillo teſtari
poteſt, ita & codicillos facere poſſe. quo caſu,
qui inteſtato ſuccedit, hæreditatẽ reſtituere, etiã
non deducta legitima iure naturæ filio debita,
cogetur[h]: cenſebiturque non filius ipſe, ſed inte
ſtati hæres grauatus: & ideo legitimam illã non
doducet[i]. Quibus ſic conceſsis, conſequens eſt,
vt hæc coniectura non conſiſtat, cùm illis verbis
poſsit adhuc pro fideicómiſſo interpretatio fie-
ri, abs quo & quadrantis Trebellianici, & legiti-
mę naturalis deductio prohibita ſit. qua ratione
aliqui moti à Bar. in hac coniectura receſſerũt[k].
Sed ego eum defendi poſſe arbitror, quia nó eſt
veriſimile quicquam de legitimi hæredis graua
mine cogitaſſe teſtatorem, cùm eius mentionẽ
nullam fecerit[l]: & cùm eius voluntas aliter ſu-
ſtineri poſsit, quàm vt legitimo cenſeatur iniun
ctum grauamen[m]. quod & certiùs procederet,
cùm verbo *Subſtituo*, vſus eſſet teſtator, quia ſatis
oſtenderet ſubſtitutum accipere à filio debere,
non ab hęrede filij, alioquin non tam filio, quàm
eius hærede ſubſtitutus diceretur[n]. Nã & quod
aduerſantes dicunt, in dubio exiſtimandũ eſſe
fideicommiſſum ipſi legitimo impuberis hære-
di potiùs iniunctum, quàm impuberi[o], ego
probare in caſu noſtro non poſſum. cùm enim,
mortuo poſt pubertatem filio, fideicommiſſum
ab ipſo ex bonis paternis debeatur, ipſeque cen
ſeatur grauatus[p], idem dicendum, ſi ante puber-
tatem moriatur, vt iiſdem verbis ipſe potiùs,
quàm hæres ſuus, grauatus videatur, ne facilè va
riatio de perſona ad perſonam inducatur[q]. Ad-
de, quòd in dubio cenſeri potiùs grauatum fi-
lium, quàm eius hæredem, probabilius eſt. nam
cùm verbum commune & ad directam & ad
precariam ſubſtitutioné referri poſsit, ſicut cùm
directam inducit, ipſi filio inducit, ita & cùm
precarium ſignificat, ipſi filio, non autem eius le
gitimo hæredi precarium onus iniungere de-
bet[r], ne perſonam legitimi hîc ſubaudiamus,
cuius nullam prorſus mentionem fecit teſta-
tor[s], cùm etiam traditum ſit, ab hærede dire-
cto potiùs, quàm à fideicommiſſo relictum cen-
ſeri legatum: quia hæres ipſe principaliter ho-
noratus cenſetur, vnde & principaliter graua-
tus exiſtimandus eſt[t]. nam & cùm filio, & filia
abſque liberis decedente, per fideicommiſſum à
patre ſubſtitutum eſt, lex Canonica ſatis oſten-
dit, legitimam iure naturæ debitam poſſe dedu
ci[u]: quod falſum eſſet, ſi ab hærede iniunctum
fideicommiſſum intelligeretur. Et licet de Tre-
bellianica parte etiam loquatur, tamen ſatis o-
ſtenditur, principaliter de legitima dubitatum.
Vnde eius reſpectu nulla eſt ratio, cur argumen
tum à contrario ſenſu ſumi non debeat[x]. Nec
92 † me mouet, quod alibi Bart. cenſeri ſubſtituto

a l. uim. facit de ui, & ui arm.
b l. nemo poteſt de leg. j.
c arg. l. Iulian. de leg. iij.
d authen. ſed cũ teſtator. C. ad leg. Falcid.
e Alex. conſil. 5. in j.
f l. qui totam. ſ. ad Trebel. §. ſed quia. Inſtit. de fideicom. hæred.
g d. auth. ſed cũ teſtator.
h l. quod fideicommiſſum. de leg. j. Bart. l j. §. ſi ſ eod.
i d. l. cohæredi. § cùm filiæ. ubi Alex. & Iaſ.
k Bald. Ang. ſ Alex. Iaſ. d. l. precibus.
l arg. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. in fi. de uerb. oblig.
m Fulg. & Caſt. l. ex tribus. C. de inoff. teſt.
n Bald. & Caſt. d. l. ex tribus. Aret. d. l. j. §. fin. conſ. 155.
o Bartol. l. qui duos. ſ. eo. Alex. Iaſ. d. §. cũ filiæ. ubi dixi.
p l. ſed & ſi ſic. de leg. 3. ubi Bar.
q l. Gallus. §. quid ſi is. ubi Aret. de lib. & poſthu.
r arg. l. ſeruum filij. in fi. l. ſi ſeruus. ult. §. qui margaritam. de leg. j.
s l. iiij. §. fi. de cond. inſtit. d. §. Chryſogonus. Mod. d. l. pe. ſi qs caut.
t Bar. l. Marcellus. ad Trebel.
u c. j. de teſta. in 6.
x l. fi. §. Titia. de lib. leg ubi Bar.



iniunctum fideicommiſſum ſcripſit[y]. quia aliud
eſt in ſubſtituto, quẽ teſtator ipſe vocauit, aliud
in legitimo pupilli hærede, cuius in teſtamento
nulla eſt mentio[z], & quem in dubio non eſt cre
dibile fuiſſe grauatum, ne videatur teſtator filij
legitimam onerare. quod ſuprà tradidi[a], vt me-
ritò & hoc caſu ſententiam Bart. hîc probem,
quam ego receptiorem puto[b], & ſecundũ quam
ex facto reſponſum à Baldo, Paulo, Corn. Areti.
A eſſe atteſtatus ſum[c]. Sanè ſuprà dictæ conie-
cturæ locum non eſſe Bartol. ipſe cenſuit, cùm
teſtator non ſimpliciter Bonis ſuis dixiſſet, ſed
adiecſſet Bona omnia mobilia, & immobilia.
cùm enim nomina debitorum hac appellatione
non contineantur[d], apparet in re certa ſubſtitu-
tum eſſe: & ideo nulla hoc caſu pupillaris com-
præhendi poſſet[e]. Quod alibi reſtringit Bar-
tolus, niſi adiectum ſit Pleno iure[f]. etenim ſub-
ſtitutio in re certa verbo communi facta, ad di-
B rectam non trahitur, vt infrà videbimus[g]. Di-
xerit † aliquis, ſi id verum eſſet, ſequeretur, vt i- 93
dem quoque diceremus, cùm teſtator ſimplici-
ter in omnibus bonis ſuis ſubſtituiſſet. quia cùm
pupilli bona non compręhendantur, videtur de
re certa actum[h]. quæ Saliceti fuit ſententia[i].
Sed reſpondendum eſt, id verum eſſe, cùm in re
certa ſubſtitutum fuiſſe appareret. Sed in caſu
noſtro, cum teſtator ſine diminutione accipi bo
na iuſſerit, & id quidẽ eo tempore, quo iam cum
C pupilli patrimonio coniuncta erant[k], non de
ſuis tantùm, ſed de pupilli quoque bonis egiſſe
videtur, directamq; ſubſtitutionem feciſſe, quã
dictio *Mea*, non ſolet reſtringere[l]. Sed † quæ 94
ritur, ſi teſtator iis verbis vſus ſit, *Filio meo impuberi,
ſi deceſſerit, ſubſtituo Titium*, an pupillariter ſolũ, an
verò etiam compendioſè ſubſtitutum cenſebi-
tur? & cùm mentio mortis facta proponatur,
apparet ſubſtitutionem hanc tractum habere, i-
deoque & compendioſam eſſe[m]. Nec dictio *Im-
D puberi*, quicquam aduerſatur, cùm demonſtratio-
nis potiùs loco adiecta cenſeatur, quam reſtri-
ctionis[n]. ſuadet enim id verbi *Subſtituo*, natura,
quod ad præſentem teſtatoris diſpoſitionem re-
fertur. perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, ſubſtituo fi
lio, qui nunc impubes eſt. Vnde etiam ſi vnum
tantùm filium teſtator haberet, adhuc idẽ eſſet,
quia nó videtur ſuperfluè loqui, qui plurib. de-
monſtrationib. vtitur[o], nec adeò efficax eſt affe-
ctatæ breuitatis in ſermone ratio[p], vt ei regulæ
E pręualeat, quæ traditũ eſt, qualitatẽ verbo adie-
ctã ſecundũ ipſius verbi tempus regi[q]. Cùm er-
go dicat teſtator, ſe impuberi ſubſtituere, intelli
gitur de actu pręſenti, quo intellectu ſola demó-
ſtratio inducitur. nec ab hac ſententia diſsidet
Iaſ. Vnde & ſi plures filios teſtatori eſſe propona
mus, vnumq; ſolũ impuberẽ, idem adhuc erit di
cendũ. potiùs. n. ſoli filio nó pupillariter tantũ,
ſed etiã per fideicómiſſum ſubſtituere[r], vt meri-
tò reiiciẽda ſit Lanceloti aliter ſentiẽtis cóiectu-
F ra. Sola † ergo admittenda eſt Bartoli limitatio, 95
qui concluſioné ſuã non procedere exiſtimauit,
cùm dictio *Impuberi*, ad verbum executiuum re-
fertur, quia tũc tempus executionis propter na-
turam verbi, à quo dictio ipſa regitur, inſpicit[s],
vt ſi ſcriptũ ſit, *Filio meo impuberi ſuccedat Titius*, vt
enim ſucceſsioni ſit locus, oportet filium impu-
berem eſſe. Quod tamen intelligendum, niſi a-
lia verba ſint appoſita, quę cótrariam teſtatoris
mentem arguant. Quid enim ſi dictum ſit, *Filio
meo impuberi, quandocunque ſine liberis deceſſerit, ſuccedat*

L. 15. Cẽturio.
y Bar. d. l. qui duos.
z d. l iiij. in fi. Mod. l. pe. ſi qs. caut.
a ſ. gl. iij. q. ij.
b Salic. d. l. ex trib. in fi. Imol. hic & Lancel. Soc. cóſ. 117. in 4.
c in d. §. cùm filię. dixi & ſ. j. q. ij. per Aretin. d. conſ. 155. & d. l. j. in fin
d l. à diuo. §. in uẽditione de re iud. l. mouentiũ. de uerb. ſig. ubi dixi.
e Bartol. conſil. 234. Lena. Alex. 45. in 5.
f Bart. conſi. 15.
g ſ. q. iiij.
h d. l. cogi. §. ſed ſimiles.
i Salic. d. l. precibus.
k d. l. ſed ſi plures. §. filio. ſ. eo.
l d. l. ſi ita. §. qui filio. ubi Bar. de ſecund. tab.
m gl. l. in teſtamẽto. C. de teſt. milit.
n l. Mela. de alim. leg. l. cũ pater. §. menſæ. ubi Bar. de leg. ij. dixi. l. age. in fi. C. de tranſact.
o l. forma. in princ. de cenſib.
p l. non ſolent. de reg. iur. c. ſuper quæſtionũ. de offi. deleg.
q l. Titius. de teſta. mil. l. in delictis. § j. de noxal. Bar. l ex facto. ſ. eod.
r l. qui plures. ſ. eod.
s d. §. ſi extraneus.

*Titius* [a]? mentio enim liberorum in dubio hoc caſu coniecturam facit, voluiſſe patrem vltra pupillarem ætatẽ filio ſubſtituere, cùm ſecus videretur liberorum mentiōe detracta. quia poteſt intelligi quandocunque, dum tamen impubes deceſſerit. Sed certè nimis artificioſa eſt hæc interpretatio. Vnde melius eſt, vt idem exiſtimemus, etiam ſi ſimpliciter dictum ſit, *Quandocunq; deceſſerit*, vt propter dictionem *Quandocunq;*, vox impuberi demonſtratiuè adiecta cenſeatur. quod & Lanceloto placuiſſe arbitror [b]. Cæterùm ſuprà ſcriptæ limitationis exemplo tum quoque pupillarem ſolùm ſubſtitutionem factam interpretabimur, cùm ſub conditione ſcriptum eſt, *Filio meo ſi impubes deceſſerit, ſubſtituo* [c], quoniam dictio *Impubes*, à verbo *Deceſſerit* regitur, quod tempus mortis, quo executio fieri debet, reſpicit [d]. & ideo demonſtratiuè adiecta cenſeri non poteſt. quod rectè Baldus, Caſtrenſis, & Alexander docuerunt [e].
II. 96 Rurſus † quæritur, an compendioſa ſubſtitutio vulgarem contineat? & receptum eſt, continere. generalitas enim verborum hoc infert [f]. Vnde ſequitur, expreſsim contineri, etiam ſi cum diſtinctione temporum facta ſit, dum verbo communi facta proponatur [g]. qua de re alibi diſputaui [h]. Quod ſi verba non patiantur, ſecus eſſet, vt ſi dictum ſit, *Si filius meus hæres erit, & quandocunque deceſſerit*, &c. quod Baldus reſpondit [i]. verumq; eſt, niſi talis filius impubes eſſet. quod ſentit hîc Bart. Sed nunquid conditio in compendioſa adiecta, etiam reſpectu vulgaris effectum habeat? verbi gratia, *Si filius meus quandocunq; ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Titium*: deceſsit cum liberis, viuente teſtatore. & ſunt, qui in vulgari non attendi conditionem exiſtimẽt, ſed Titium admittendum [k]. quæ ſententia communiter recepta non eſt [l]. vt enim, inquit hîc Bartolus, vulgaris ineſt compendioſæ vi verborum, at verba alteram ab altera non diſtinguunt, (nam vt ſubſtitutus admittatur, oportet non defeciſſe conditionem, quia ſubſtitutio ad ſubſtitutum cum onere annexę conditionis tranſit [m]: quod ex facto reſponderunt Baldus, & Seuerinas [n].) & ſicut cõditio, *Si deceſſerit ſine liberis*, ineſt compendioſæ reſpectu fideicommiſſariæ, vt hic dicitur: ita etiam ineſſe debet reſpectu vulgaris [o], vt vna clauſula eandem recipiat interpretationem. quod Corn. cenſuit [p]. Addit Sannazarius diuerſitatis rationem bonam non poſſe adduci, cur in fideicommiſſaria tantùm inſit, & non in vulgari, quæ tamen in promptu eſt: in fideicommiſſaria enim reſeruatum ab inteſtato ſuccedendi ius filiis [q], in vulgari non eſt, cùm pater non ſit hæres. Putarim tamen ego hanc ſententiam certiſsimam eſſe, cùm ij filij ex deſcẽdentibus teſtatoris ſunt. æquum eſt enim excludi ſubſtitutum, qui conditione deficit, cùm ſemper videatur teſtator ſuos deſcendentes prætuliſſe extraneis. & ideo cenſuit Socinus, conditionem hanc *Sine liberis*, quando in fideicõmiſſo auctoritate legis ineſt, etiam vulgari ineſſe, quæ cum compendioſa facta ſit [r], videturque hæc (vt dixi) receptior eſſe ſententia [s]. Poſſet tamen contraria opinio quibuſdam caſibus defendi, veluti cum ſubſtitutio non ab aſcendente, ſed ab extraneo facta eſſet. quia cùm inſtituti morte caduca facta ſit inſtitutio, non attendimus ad conditiones ei adiectas [t], nec mens teſtatoris hoc caſu adeo efficax eſt pro iis filiis, qui in conditione ſunt poſiti [u]. Item ſi tribus gradibus factis, ſecundus effectus ſit caducus [x],

a c. Raynutius. de teſtam.
b Galiaul. hîc.
c d. §. cùm filiæ. ubi Caſt.
d l. ij. ubi Bar. de aur & arg. leg.
e Bald. d. l. precibus.
f l. iij. in princ. de adim. leg. l. conditio. §. fi. de cõd. & demõſt.
g l. generaliter. in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. ubi Aret.
h l. j. ſ. eod.
i Bald. conſil. clxx. in v.
k Dec. conſil. cccccxxvij.
l Old. conſil. cxxxix. Io. And in Spec. de teſta. §. j. in fin.
m l. Thaïs. §. Speudophorus. de fid. lib.
n Bald. conſil. ccliij. in princ. Seueri. in l. precibus. uerſi. decimoquarto. C. de impub.
o d. l. iam hoc iure. d. l. ſi legatarius. in fin.
p Corn. conſil. clxxx. in iij.
q l. Lucius ij. ſ. de hæred. inſt.
r l. cùm auus de cond. & demõ. ubi Socin. uerſi. limita tamen.
s Soci. l. j. ſ. eod. ubi Rui. Crot. l. Gallus. §. & qd ſi tantùm. ſ. de lib. & poſthu. Socin. conſ. cxl. ccxviij. in ij. xxvij. in iij.
t d. l. cohæredi. in j. uerſ. nec intererit. ubi dixi, l. Gallus. §. forſitan. de lib. & poſthu. l. legatur. de adim. leg.
u d. l. Lucius.
x l. quãdiu. ult. ubi Bart. de acqui. hæred. l. ex facto § ex facto. ad Trebel.

non habetur ratio conditionum, quæ illi annexæ erant, ſed ſolùm earum, quæ primum gradũ reſpiciebant. quod Caſtrenſis & Raph. cenſuerunt [y], & nos alibi docuimus [z], licet Alexand. hoc quoq; caſu rationem conditionis ſecundo adiectæ haberi reſpondeat [a]. Sunt &, qui idem crediderint, cùm conditio nõ quidem expreſſa, ſed tacita eſſet: tunc enim ſolùm ad fideicommiſſariam, non autem ad vulgarem pertinere: A quæ Decij & Curtij aduerſus Socinum fuit ſententia [c], quia tacita ſubauditio, ceu iure quodã ſpeciali innixa, ad coniunctum caſum non tranſit [b]. Iidem reſponderunt, hanc conditionem ad vulgarem non referri, quando ſeparatim à compendioſa teſtator dixiſſet ſe ſubſtituere vulgariter. nec enim tunc eſt locus huic uulgari, quæ cõpendioſæ generaliter ineſt, ſed alteri ſpecialiter expreſſæ [d]. quæ conſultationes non ſat ſecuræ ſunt. III. Sed quid, inſtitutio pro non ſcripta ſit, vt B quia inſtitutus ſpurius, & ſi deceſſerit abſque liberis, ſubſtitutus Caius, nunquid extantibus liberis excludetur Caius? & Ang. videtur ſentire non excludi [e], cuius ſententiam illud adiuuat, quia hoc caſu inſtitutio pro non ſcripta eſt [f]. Sed ego diſſentio, vt adhuc defectus conditiõis ſubſtituto noceat, nec facilè à regula recedam [g]: ſed illi obſint liberi, cùm non poſsint videri ab alio ſuſcepti [g]. Illud certius eſt, ſi conditio ſubſtitutionis euenerit, fruſtra de hoc diſputari. nõ C ſolùm enim reſpectu fideicommiſſariæ, verùm etiam reſpectu vulgaris eueniſſe cenſeri, quod Bald. reſpondit [h].
IIII. 97 Sed † quid, ſi compendioſa hæc verbo communi in re certa facta ſit? putà *Quandocunque filius meus deceſſerit, Seium in fundo ſubſtituo?* & receptum eſt, ſemper eſſe fideicommiſſariam. quia verbum commune certæ rei adiectũ, directam ſignificationem non recipit [i]. cùm enim res certæ legatis & fideicommiſsis, non autem vniuerſalibus ſubſtitutionibus dentur, verba D communia ſecundum rei naturam declarantur, vt ad legata, vel fideicommiſſa pertineant. quæ ſi hæres vniuerſalis inſtitutus ſit, ab eo relicta videbuntur [k]: aliàs deficiente inſtituto, fidei venientium ab inteſtato commiſſa cenſebuntur [l], proceditque hæc conuluſio generaliter, etiam ſi forma pupillaris ſubſtitutiõis obſeruata proponatur. quod Bar. hic tradidit [m]. Idemque, ſi diſtinctione temporũ teſtator vſus ſit, vtputà *Si in pupillari, vel aliàs quandocunque*, &c. ſubeſt enim E ſemper eadem ratio, quicquid Ang. Socinusq; hac in re conſilijs ſuis comminiſcãtur [n]. quorum tamen ſententia defendi poteſt, cùm non conſtat, an teſtator de re certa egerit, vt quia dixerit, *Bona mea deueniant*, &c. videtur enim dictionem *Mea*, pro adiecta non eſſe [o]. Idem quoque eſt, ſi in re certa, iura tamen actioneſque continente, facta ſit, ſit quia in bonis maternis ſubſtitutum ſit, vel in certa quota hæreditatis. dicitur enim & hæc ſubſtitutio particularis eſſe [p]. Vnde talibus F verbis, cùm non ſint directa ciuilia, non apparet voluiſſe teſtatorem, vt iſte iure accreſcendi ſolidum habeat [q]: meritò ſolùm fideicommiſſum cenſebitur [r]. quod & Bart. hîc ſentit, & Imol. diſertè retulit, licet Corn. aliter reſponderit & minùs, vt arbitror, conſultè [s]. Nam & cùm in bonis mobilibus immobilibuſq; ſubſtitutum eſt, omnes fatentur ſolam precariam ſubſtitutionem intelligi, vt ſ. Bar. tradidit, niſi dictio *Pleno iure*, adiecta proponeretur [t]. Idemque eadem ratione exiſtimandũ, cùm filius in re certa pro legitima

y Caſtren. cõſ. clj. in j. Raph. Com. cxxj.
z in d. l. cohæredi.
a Alex. conſil. j. in. j.
b Dec. cõſ. ccccxvj. Cur. Iun. xxxiij.
c l. mulieri. de condit. & demon. l. ſi ita ſcriptum. de manũ. teſta.
d l. cùm ex filio. §. j. ſ. eo. l. doli clauſula. de uer. oblig.
e Ang. conſ. cciiij. in fi. arg. l. j. §. in primo. C. de caduc. tol.
f l. j. §. in primo. C. de caduc. tol. Dec. conſ. 428.
g l. ex facto. §. ex facto. ad Tre. ubi Claud. & Mod.
h Bald. d. conſi. 170. in 5.
i d. §. aliud. & §. cæterũ. Din. & Bar. d. l. cogi. §. & generaliter.
k gl. l. iis uerbis. ſ. tit. j.
l l. Lucius. §. filiam. de leg. ij.
m Bald. conſil. 110. in 5. Corn. 93. in j. cõſ. 40. in 3.
n Ang. conſil. 148. Chiricus. Socin. 117. in 4.
o d. l. ſi ita. §. j. ubi Bart. de lec. tab.
p d. §. ſed ſimiles.
q d. l. cohæredi. §. ſi Bar. ſ. j. par. pen.
r l. ſi quis ſeruũ. in fi. de leg. ij.
s Cor. conſ. 138. in 3.
t Bart. conſ. 15. pater.



gitima ſua inſtitutus eſſet [a], eique ſubſtitutio in ea re facta. cenſebitur enim venientibus ab inteſtato iniunctum fideicommiſſum [b], vt nec legitimam quidem deducere poſsint. quod Alex. hîc cenſuit, & reſpondit Socin. [c]. Vnde ſequitur, vt quod ſuprà diximus, in dubio non videri fideicommiſſum ipſius filij legitimis hæredibus iniunctum, ſed filio potiùs [d], non procedat, quoties totum fideicõmiſſum euerteretur. ne enim videatur teſtator fruſtrà grauaſſe legitimam [e], A fiet interpretatio, onus ipſis legitimis hæredib. iniunctum eſſe. quod & Bal. & Caſt. ſenſerunt [f]. cùm ſecus eſſet, ſi huic filio ſuprà legitimam relictum proponeretur. In eo enim valeret fideicommiſſum meritò cẽſeretur potiùs ipſe, quàm hæredes ſui grauati [g]. quod ſuprà diſputaui. Quo fit, vt Raph. Com. hîc ſententiam non probem, qui hoc caſu pupillariter ſubſtitutum videri exiſtimauit. quod rectè Alex. negat. cùm enim verbo directo ciuili vſus nõ ſit teſtator, nõ poteſt B videri pupillariter ſubſtituiſſe [h]. Concludendum
98 † igitur, generaliter ſubſtitutionem in re certa, etiam ſi quota pars bonorum, aut hæreditatis ſit facta, ſemper fideicommiſſariam cenſeri, adeò vt nec pupillarem, nec exemplarem contineat [i], nihilq; referre, an verbo communi, an etiam directo facta ſit, quia directum illud rei particulari additum, legatum, vel fideicommiſſum dũtaxat inducit. Limitatur vnico modo, nempe cùm cõſtat, nec legare, nec fideicommittere teſtatorem C voluiſſe, ſed potiùs hęreditario titulo ius à ſe, vel à pupillo continenter transferre, vt cùm vſus eſt directis, ciuilibuſque verbis, quale eſt, *Hæres eſto* [k]: vel etiam ſolo directo verbo, ſed adiecit, abſque diminutiõe velle ſe bona ſubſtitutum accipere, aut pleno iure, quod ſuprà declaraui [l]: vel cùm adiecit clauſulam, *Vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, &c. quod Corn. reſpondit [m]: vel filium quidem in re certa inſtituit, ſed ſimpliciter & indefinitè ei deinde ſubſtituit [n]: vel, ſi hęreditatem D omnem iſtam per quotas partes diuiſit, eamq; ſubſtitutionibus diſtribuit [o]: quod Bar. hîc tradidit. perinde enim eſt, ac ſi vnus ſolus in tota
V. hæreditate ſubſtitutus eſſet [p]. Sed tandẽ quæ-
99 rit Bar. quid, cùm teſtator † filios in conditione poſuit, an grauaſſe eos fideicommiſſo cẽſeatur? In qua quæſtione quatuor ſunt caſus diſtinguẽdi. Primus eſt, cùm teſtator ſub vnica conditione ſolùm ſubſtituit: veluti, *Si filius meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Titium*. & hoc caſu in perſona li- E berorũ non intelligitur repetitum fideicommiſſum: imò aliquo ex liberis ſuperſtite, deficit conditio, & fideicommiſſum extinguitur [q]. Secundus, quãdo teſtator duplici conditione vſus eſt, & filios filiorum expreſsim grauauit: veluti, *Si hæres meus ſine filijs deceſſerit, vel filij filiorũ ſine filiis, tunc dictos filios iubeo hæreditatem Titio reſtituere*. & hoc caſu Bart. hîc cenſuit, fideicommiſſum repertũ eſſe, & valere, tanquam nepotes grauando videa- F tur eos quoque teſtator honoraſſe [r]. quam ſententiam, ceu veriorem, ſuprà amplexus ſum [s]: & ideo conſequens eſt, vt illis, penes quos bona reperiuntur, iniunctum cenſeatur reſtitutionis onus [t]. & licet non pauci hîc diſſentiant, ſitque maxima hac de re altercatio, tamen negari non poteſt, & æquiorẽ & magis menti teſtatoris conſentaneam hanc eſſe opinionem [u]. Tertius eſt caſus, cùm ſubſtitutio ſub duplici quidem conditione facta eſt, ſed filij expreſsim grauati non ſunt: veluti, *Si hæres meus ſine filijs, vel eius filij abſque filijs deceſſerint; Titium ſubſtituo*. & tunc; quia filij non cenſentur honorati, cùm in cõditione duntaxat poſiti ſint [x], conſequẽs eſt, vt nec grauati videantur. cenſebitur ergo hæres ipſe ſub duabus illis conditionibus grauatus [y], & ſic iniunctum ſoli inſtituto fideicommiſſum: quoniam aliàs actus non valeret [z], cùm grauari non potuerint filij, quos nõ cenſetur honoraſſe [a]. & ita ſe habet receptior ſententia, ſecundum quam Alex. & no- A uiſsimè Decius ex facto reſponderunt [b]. Nec
100 † refert, duplex hæc conditio diſiũctim, an coniunctim concepta proponatur: quia cùm coniũcta hæc inter duo collocetur, quę ſimul vera eſſe non poſsint, in alternatiuã vertitur [c]: & ita Sal. cenſuit, & reſpondit Corn [d]. Quartus † eſt ca-
101 ſus mixtus, quando fideicommiſſum vtriſque tã inſtituto hæredi, quàm filiis, coniũctim appoſitum eſt, vt quia poſt duplicem illam conditionem adiecit, tunc ei hęredi, & filij ſubſtituo Ti- B tium, & nõ eſt dubium, valere fideicommiſſum: quia, ſi Bartolum ſequamur, & filios quoque vocatos cenſeamus, non erit dubium etiam grauari potuiſſe. Quòd ſi aliorum ſententiam magis probemus, & nec vocatos filios, nec grauatos dicamus [e], adhuc fideicommiſſum ſaltem ab inſtituto debebitur. fideicommiſſum enim ſub duabus copulatis conditionibus relictũ, altera, quia de iure, vel facto impoſsibilis ſit, deficiente, ex altera ſuſtinetur [f], nec vtile per id, quod inutile C eſt, vitiatur [g]. Fortiùs mihi videtur hîc ſenſiſſe Bart. etiam ſi onus nominatim filiis iniunctum ſit, veraq; ea eſſet opinio, vt non ideo vocati cenſeantur, nihilominùs tamẽ fideicommiſſum deberi, tanquam ab inſtituto adhuc relictum ſit [h], & verbum Reſtituendi, filios reſpiciens, de executione meri facti intelligatur [i]. Ego quamlibet interpretationem probo, per quam ſuſti-
102 neatur fideicommiſſum: quia † mens teſtatoris ſemper adiuuanda eſt. Sed hæc ſatis.

IIII. Diuiſio. D SVPEREST Quarta, ſeu vltima pars expli-
103 canda, quid † iuris, cùm ſubſtitutio compendioſa mixtim directis communibuſque verbis, aut directis & precariis eſt concepta? In qua re duplex eſt inſpectio. vna, cùm idem ſubſtitutus eſt: altera, cùm diuerſæ perſonę diuerſis verbis ſubſtitutæ ſunt. In priore quæſtione cenſuit Bart. electionem ſubſtituto dari, vtrùm ex directa, an ex precaria ſuccedere malit [k]. Fingite igitur ſcriptum eſſe, *Si filius ſine liberis deceſſerit, Titium ſubſtituo,* E *hæredemq; facio*, erit in arbitrio Titij etiam intra pupillarem ætatem eligere fideicommiſſariam, ſi velit. cùm enim verbum *Subſtituo*, commune ſit, & conſequẽter ius precariæ ſucceſsionis illi tribuat, non debeat à verbo *Hæredem facio*, reſtringi [l]: tum, quia ex iteratione verborum arguitur mẽs defuncti magis & magis ſubſtituto fauentis, vnde in contrarium ea verti non debent [m]: tum etiam, quia ſi ita non diceremus, hæredi mentio ſuperfluò eſſet adiecta. quod concedendum faci- F lè non eſt [n], niſi dicas tali verbo datam ſubſtituto facultatem, vt fideicommiſſum non de manu hæredis, ſed propria autoritate accipiatur [o]: tũ verò, quia verbũ *Subſtituo*, quod ante pubertatem pro directo accipiebatur, deinde in precariũ vertebatur, nunc vniformem ſignificationem accipiet, cùm directa verba illa *Hæredem facio*, ſufficiant [p]. aliàs ſi Politi & quorundam aliorum ſententiam probaremus, verbum *Subſtituo*, commune à directo reſtringi exiſtimantium [q], ſequeretur, vt ſubſtitutio hæc tanquam directis verbis ciui-

a d. §. cæterùm.
b l. quod fideicommiſſum. de leg. j.
c Socin. d. conſil. cxvij.
d Bar. d. §. cùm filiæ.
e d. l. quoniam.
f in d. l. ex trib.
g Aret. l. j. §. ſi. ſ. eo.
h d. l. cohæredi. §. ſi Bar. ſ. j. par. q. pen.
i Alexan. conſi. xxv. in fi in vj.
k d l. cohæredi. in fi.
l Bar. d. cõſ. xx.
m Corn. conſil. xxxij. in ij.
n d. c. ſi pater. de teſtam. in 6.
o l. j. § diuus. ſ. tit j.
p Alexan. conſ. xij. in iij.
q l j. C. de cond. infer. l filiusfamilias. §. cùm quis. de leg. j. l. cùm uxori. C. quãdo dies. leg. Dec. conſ. lxiij.
r arg. l. deniq; §. interdum de pecul. leg. l. ſi ita ſtipulatus de oper. liber.
s l Lucius. ſ. tit j. ad fi. ubi dixi.
t l. qui duos in fin ubi Bar. ſ. eo. l. ſi. C. ad Treb.
u l. Titia. ij. §. Seia. libertis. de leg. ij.

L. 15. Centurio.
x gl. d. l. Lucius.
y l. legato ſub conditione. de cõd. & d. Bar. l. ſed & ſi ſic. de leg. iij.
z Bar. l. codicillis. de uſufr. leg.
a l. ab eo. C. de fideicom. d. l. ſed & ſi ſic.
b Alex. xiij. in fin. in iiij Dec. clxxxij.
c l. ſi Titio. fundus. de uſufruc. leg. Alex. conſi. cxxx. in fi. in ij.
d Salic. d. l. precibus. q. 6. Corn. ccxxvj. in iiij.
e d. l. ab eo.
f l. j. ſ. tit. j.
g l. duobus. de teſtam. tut. l. ſi duobus §. j. de leg. j. ubi Doct. Bar. conſil. cxxj. quidam ſibi.
h l. ſi ſeruus §. qui margaritã. de leg. j. l. fin. C. ad Trebel. ubi Doct.
i l. inter. qui ſatis. cog. Bal. l. humanitatis. uerſi. mirabile. C. eod.
K arg. l. pen. de uent. inſpic. l. fi. C. de codicil.
l arg. l. cùm ex filio. §. filio. ſ. eo.
m l. legata inutiliter. de adimen. leg.
n l. ſi quando. de leg. j.
o Bart. l. ex facto. ff. ſ. tit. j. Alexan. conſ. 162. in ij. conſil. 58. in 3. de quo ſ.
p arg. l. doli clauſula. de uer. oblig.
q arg. l. ſi ſeruus. pluriũ. in fi. de leg. j. l. ſed & ſi adiiciatur. pro ſocio.

ciuilibus duntaxat facta poſt pubertatem non
valeret [a], & quod fauore ſubſtituti adiectum eſt,
illi in damnũ vergeret. quod ſatis durum eſſet.
Meritò ergo Bar. ſententia crebriùs recepta eſt,
tanquam iis verbis electio ſit ſubſtituto data [b], vt
ſicut cùm diuerſis capitulis, altera directis, alte-
ro precariis verbis teſtator ſubſtituit, electionẽ
dediſſe ſubſtituto cenſetur [c], ita & cùm eodem
capitulo id factũ eſt. Nec me mouet, quòd ſi Ti-
tium per fideicommiſſum admitti, mortuo ante
pubertatem filio, dicamus, ſequeretur pupillo
damnum fieri, cui teſtator ſubſtitutione pupil-
lari voluit prouidere. intereſt enim eius ex teſta
mento hæredem habere [d]. Reſpondeo, nõ adeò
graue id cenſeri damnum, cùm ab inteſtato ſal-
tem habiturus hæredem ſit. &, vtcunque ſit, cùm
104 † verbum *Subſtituo*, commune ſit, nec vlla ſit cau-
ſa, vt precaria ſignificatio reſtringatur, non eſt à
vi ipſius verbi recedendum [e]. Vnde ſequitur, vt
electio quoque ſubſtituto data ſit, cùm in teſta-
mento adiecta ſit clauſula, *Vulgariter, pupillariter, et
per fideicommiſſum* [f]. quod receptius eſt, & Alexan.
eleganter defendit. Idem, ſi dictum ſit, *Inſtituo, &
ſubſtituo* [g]: vel, *Volo bona ad Titium deuenire iure ſubſtitu-
tionis, & fideicommiſſi* [h]. cenſetur enim iis caſibus da
ta electio. Sed quid, ſi verbum directum, quod
ſubſtitutioni cõmunibus verbis factę adiectũ ſit,
dubiam habeat interpretationem? vt quia & de-
monſtratiuè & diſpoſitiuè accipi poſsit? exem-
pli cauſa, *Si filius deceſſerit, ſubſtituo Titium infrà ſcri-
ptum hæredem, qui in alia parte teſtamenti reperitur hæres
in aliquo ſcriptus*, quomodo hæc ſubſtitutio intel-
ligetur? & Bart. cenſuit, perinde haberi, ac ſi ver-
bo communi duntaxat vſus teſtator eſſet, tan-
quam verba illa *Hæredem infrà ſcriptum*, potiùs ac-
cipiantur demonſtratiuè [i]. Suadet hoc & dictio-
105 nis *Infrà ſcriptum*, natura, quæ † demonſtrationis
cauſa addi ſolet [k]: ſicut & dictio *Meum*, quæ ad-
dita hæredi, eum demonſtrat [l]. Quid verò, ſi
ſimpliciter dixerit, *Subſtituo Titiũ hæredem*? & Fulg.
dictionem *Hæredem*, à verbo *Subſtituo*, reſtringi exi
ſtimauit, & ideo ſolùm communi verbo cenſeri
ſubſtitutum eſſe reſpondit [m]. Sed huic ſenten
tiæ cæterorum vocibus reclamatum eſt, exiſti-
maruntque Bald. Ang. Alex. Imol. & Socin. ver-
bum potiùs à nomine ipſo reſtringi [n], & perin-
de haberi, ac ſi directo ciuili verbo ſubſtitutũ ſit:
adduntque Recentiores, poſt pubertatem nihi-
lo minùs fideicommiſſo locum fore [o]. quod non
106 ſatis ex aliorum mente eſt [p]. Ego † & illud arbi-
tror, tali caſu videri fideicommiſſo datam à teſta
tore licentiã, vt propria auctoritate accipiat poſ
ſeſsionẽ [q], ſicut cùm dixit teſtator, vt liberè ſub-
ſtitutus accipiat. Verbum enim *Accipiat*, à dictio-
ne *Liberè*, extenditur, quod ſuprà Bart. tradidit.

II.

Altera huius tractatus inſpectio eſt, quid, cùm
107 † diuerſis verbis & diuerſis ſubſtitutis prouiſum
eſt? & puto duobus caſibus quæſtionem hanc,
quam terribilem dixit, explicari poſſe. Primus
eſt, cùm vna ſubſtitutio verbis ciuilibus concè-
pta eſt: altera aliis verbis, puta directis ſimplici-
ter, quæ hoc caſu à communibus non differunt.
Et tũc, qui verbis ciuilibus vocatus eſt, vniuerſa-
lis hæres cẽſetur, ſi ſimpliciter vocatus ſit. Idẽ, ſi
in re certa, dũ alius in reliquo nõ ſit inſtitutus, in
reliquo nõ ſit illi datus cohæres, & ipſe in re cer
ta ſolùm honoratus ſit [r]. Verbum enim commu
ne certę rei additum, ad directũ ius, alio hærede
exiſtente, nunquam trahitur [s]. Idẽ &, ſi in quota
parte vocatus ſit, & alius quoq; in quota, dũ vni-
uerſus eas non ſit diſtributus [t]. cenſebitur enim,
qui ciuilibus verbis nominatus eſt, in vniuer-
ſum hæres, alius in ea tantùm quota parte fidei-
commiſſarius. cuius rei illa eſt ratio, quia nõ po-
teſt quis pro parte ſolùm teſtatus decedere [u].
vnde ſubſtitutio verbis ciuilibus facta, ad totum
trahitur [x]. qui verò ad aliã quotam vocatus eſt,
fideicommiſſarius cenſetur, quia verbum com-
mune certæ portioni additum, ſemper ad fidei-
A commiſſum refertur, ſi alius ſit hæres [y]. Quæ
† concluſio multo magis procedit, cùm hic alius 108
non communibus verbis, ſed precariis vocatus
eſt. tunc enim dubium nihil eſſe poteſt, quin qui
verbis ciuilibus eſt nominatus, ſiue ſimpliciter,
ſiue certa in re, ſiue in quota parte, ſemper vni-
uerſalis hæres cenſeatur, alius verò fideicommiſ
ſarius, quia ſolùm precariis verbis vocatus eſt [z],
quæ ad directorum vim nunquam trahuntur, ni
ſi cùm de expreſſa teſtatoris mente conſtat [a]. ſi
B enim de mente teſtatoris conſtaret, aliud eſſet.
Vnde & cùm quis in re certa hęres eſſe iuſſus eſt,
alius, qui verbis communibus ſimpliciter, vel in
reſiduo vocatus eſt, cenſebitur ipſe vniuerſalis
hæres: quia & verba & mẽs teſtatoris clara ſunt.
vis enim verbi communis vniuerſitati bonorũ
adiecti hoc operatur, cùm alius vniuerſalis ſcri-
ptus non ſit [b]. Sed & cùm qui ſubſtitutus eſt, in
quota hæres iuſſus eſt eſſe, alius verò in reliqua
parte, quia vniuerſus as diſtributus reperitur: v-
C terque directò in ſua quota ſubſtitutus cenſebi-
tur, tanquam hæreditatem ſuam per quotas par
tes diuidere teſtator voluerit [c]. Et quamuis re-
gulariter ſubſtitutio in quota parte facta, fidei-
commiſſaria, vt ſuprà docuimus, cenſeatur [d], ta-
men hoc caſu ex præſumpta mente teſtatoris a-
liud eſt, qui hac diſtributione declarauit, velle ſe
perinde omnes hæredes eſſe, ac ſi vnus tantùm
inſtitutus eſſet, quod ſuprà declaraui. Secundus
caſus eſt, cùm quis verbo cõmuni, putà *Pertineat,
D peruenat, deuoluatur*, ſubſtitutus eſt, alius verbo pre
cario, vel particulari, quale eſt *Lego*. & † regula 109
eſt, verba communia ad directam inſtitutionem
pertinere, quoties vniuerſitati bonorum adii-
ciuntur, nemoque alius in ea directo ſubſtitutus
eſt [e]. Vnde conſequens eſt, vt ſi alius verbis pre-
cariis in re certa vocatus ſit, hic, qui verbo com-
muni ſimpliciter, vel in reſiduo ſubſtitutus ſit, di
rectò ſuccedet. appellatio † enim reſidui ad totũ 110
refertur [f]. Quòd ſi non ſimpliciter, aut in reli-
E quo, ſed in certa parte & hic quoque vocatus ſit,
tũc neuter directò ſuccedet. quia † verbum com- 111
mune, cùm ad certam partem reſpicit, directum
non eſt [g], cùm alius eſt hæres, nempe legitimus,
qui inteſtato filio inſtituto proximus ſuccedit.
cùm enim ſolùm de particularibus rebus teſta-
tor diſpoſuerit, ſatis apparet voluiſſe legitimi
hæredis ius durare. Idemq; dicendum, cùm ver-
bis communibus hunc in quota parte hęredita-
tis vocaſſet, putà in dimidia, alium verò in reli-
F qua dimidia verbis præcariis. quamuis enim to
tum aſſem diſtribuerit [h], cùm tamen neminem
verbis ciuilibus vocauerit, cùm & fideicommiſ-
ſum ab eo, cui verbis communibus dimidia de-
bebatur, præſtari nõ iuſſerit, apparet & hoc caſu
voluiſſe ius legitimi hęredis ſaluum eſſe, & ideo
de manu ipſius vterq; fideicõmiſſum accipiet [i].
Idemq; recipiendũ videtur, cùm vnus verbo cõ
muni in reſiduo vocatus eſt, alij verò legatis par
ticularibus honorati proponuntur [k]: exempli
cauſa, *Inſtituo filiũ, & quãdocunque deceſſerit, lego Titio
domum*,

a l. uerbi. s. eo.
b l. ſi qs ſeruo. de manu. teſt.
c l. recuſare. §. Titius. ad Treb.
d l. ſi pupillus. de acq. hæred.
e l. non aliter. de leg. iij.
f d. l. ſi Titio. de uſufr. leg. ubi Bar.
g d. l. pe. de uẽt. inſpic.
h d. §. Titius.
i l. fi. §. Titia. de lib. leg.
k Bart. l. qui liberis. §. hæc uerba. s. eo.
l l. ſi ita. de aur. & arg. leg.
m Fulg. conſil. xliij.
n Alex. d. §. Titius. Socin. conſil. cxliij.
o Lancel. hic.
p Alex. d. l. iam hoc iure.
q Bart. l. ex facto. uerſi. & puto. s. in princ.
r d. l. cohæredi. §. fi.
s d. l. cogi. §. & generaliter. ubi Dyn. & Bar. gl. d. §. nulla uerò. uerb. relictis. de hæred. & Falc.
t d. l. j. §. diuus. s. tit. j.
u l. ius noſtrũ. de reg. iur.
x l. j. §. ſi ex fundo s. tit. j.
y gl. l. ijs uerbis. ubi Bart. s. tit. j.
z d. l. cohæredi. §. cùm filiæ
a l. quærebatur. de teſtam. mil. ubi Bar.
b gl. d. l. ijs uerbis.
c d. l. j. §. diuus.
d s. ea. l. q. pen. iij. par.
e gl. d. l. ijs uerbis.
f l. ij. C. de hæred inſtit.
g d. l. ijs uerbis.
h d. §. diuus.
i gl. d. l. ijs uerbis.
k Bar d. l. cogi. in princ.



*domum, Seio fundũ: reliquũ verò ad Semproniũ perueniat*,
videtur Sempronius ſolũ ius fideicõmiſsi habe-
re, ſaluaq; eſſe legitimi hæredis iura, qui & Sem-
pronio reſtituat, & legata ſoluat. Cùm enim Sẽ-
pronius ipſe ad ſolutionem legatorũ non ſit gra
uatus, ſed legiti-
mus filij hęres [a], ap
paret actum, vt e-
ius iura facta ſint.
Quòd ſi legatum à
Sẽpronio relictũ
eſſet, ſecus eſſet. I-
dẽ, ſi ab ipſo filio
in inſtitutione. quo caſu Bar. hîc loquitur, veluti
inſtituto, filio legauit fundũ Titio, domũ Seio:
deinde ſubiecit, *Sine filijs hæres meus decedat, reſiduum
perueniat in Sẽproniũ*. hoc. n. caſu cùm legata ante fi
lij mortẽ ſoluenda ſint, non põt capi cõiectura,
voluiſſe teſtatorem etiã poſt filij mortẽ ius legiti
mi hęredis durare, vel de portione Sẽpronij de-
duci, cùm ad eã nihil pertineãt. quod hîc aliqui
rectè cenſuerunt, quorũ ſentẽtia legibus permul
tis cõprobatur. Tandem Bar. de vi verborũ diſ
putat, & docet, quænã ciuilia, quæ ſimpliciter,
ſeu iure gentiũ directa ſint, quæ cõmunia, item
quę precaria? approbantq; eius ſententiã cęteri,
112 tametſi nullis legib. ſatis probetur. Ego † dupli-
cem verborũ ſpeciẽ in vniuerſalibus ſucceſsio-
nibus tantùm agnoſco: primã, quę ad vniuerſalẽ
teſtatoris repręſentationẽ pertinet: vt, *Hæres eſto*,
*Inſtituo*: ad hoc pertinet & vulgare verbũ *Hæredi-
tas*, quod Raph. reſpõdit [b]. Idem (vt ego arbitror)
in verbo *Succedit*: quãdoquidẽ nihil aliud eſt Hę-
reditas, quàm ſucceſsio, &c. [c]: quod & Cyrillus
reſpondit [d]. Addiderunt Pontificij & verbũ *Mo-
riatur ei* [e], tanquã nõ tam ad res, q̃ ad perſonas re-
feratur, & ſignificet, & ad eius vtilitatẽ vſque a-
lio medio omniũ bonorũ, & iuriũ reſpectu mo-
riatur [f]. qua de re ſuprà. Sed quid de verbo *Sub-
ſtituo*, dicemus? & Bar. ait eſſe cõmune. Ego cùm
in hæreditatibus ſubſtitutio nihil aliud, q̃ ſecun
da inſtitutio, ſit, arbitror ad hanc ſpeciẽ pertine-
re [g]. quod & Lancel. ſentit. Nec obſtat, q, ſi cum
tractu tẽporis adſcribatur, ad fideicommiſſum
pertinet [h]: qa iſtud nõ eſt ex proprietate ſermo-
nis, ſed ex neceſsitate, cum enim directò nõ poſ-
ſit vltra pubertatẽ ſubſtitui [i], neceſſariò de fidei-
cõmiſſario intelligitur. nã etſi teſtator dicat, *Quã
docunq; filius meus deceſſerit, Titius hæres eſto, vel Titiũ hæ
redem cõſtituo*, talia verba flectuntur [k], vt ſuſtineã-
tur eo modo, quo poſſunt, & voluntas teſtatoris
pręualeat, vt mirũ non ſit, ſi idẽ eſt in verbo *Sub-
ſtituo*. Qua ratione & idem dicendũ eſt, cùm hęc
verba ita à teſtatore concepta ſunt, vt ius à ſe cõ
tinẽter nõ trãsferat, ſed factũ alterius requirãt:
vt, *Volo, quòd talem hæredẽ facias, vel recipias* [l]. Idemq;,
cùm natura actus ſuadet, vt de iure directo non
accipiantur, veluti ſi in codicillis ſcripta propo-
nantur [m]. Idemq; & generaliter, quãdo ſubiecta
materia hoc ſuaderet. Vnde videmus, nõ raró in
iure noſtro fideicommiſſariũ pro hærede eſſe [n],
& eũ, qui iura vtilia habeat, vi cuiuſdã extenſio-
nis pro eo haberi, qui ſit directorũ iurium domi-
113 nus [o]. Secunda † eſt ſpecies eorũ verborũ, quę ad
repræſentationẽ teſtatoris nõ pertinẽt, nec per-
ſonas reſpiciũt, ſed res ipſas tantùm. & in hac cõ
tinentur omnia verba, quæ Bart. hîc ſimpliciter
directa appellat, vel cõmunia, vel precaria. Dire-
114 ctũ † eſt verbũ, *Accipiat, capiat, pleno iure, liberè, integrè,
eo ipſo*, &c. quod ſuprà vidimus, & verbũ *Accreſcat*,
quod ipſo iure intelligitur [p]. ſic & verba, quę cõ-
munia Bartol [q] vocat: vt, *Relinquo, dimitto, aſsigno* [q],
*veniat, perueniat* [r], *pertineat* [s], *habeat* [t], *remaneat* [u], *re-
deat* [x], *reuertatur* [y], *deuoluatur* [z]. quod multò magis
dicendum in ijs, quæ obliqua, ſeu precaria ſunt:
vt, *Reſtituat, det, red-
dat, dimittat, ſinat*, &
ſimilia. hæc enim
omnia, quia de re-
bus tantùm diſpo
nũt, non videntur
propriè ad hære-
ditates pertinere,
nec in iure noſtro aliqua eſt lex, quæ his verbis
ſubſtitutũ probet iure directo admitti, quicquid
hîc Doct. dixerint: ſed ad ea, quæ particulariter,
vel per fideicõmiſſum relinquuntur, ſolùm ſpe-
ctant. fuitq; olim magnã & vtilis differẽtia, quia
directis legata, precariis fideicõmiſſa dabãtur [a].
B hodie nõ tantùm refert, cùm ęquiparata ſint le-
gata fideicõmiſsis [b]. Quod verò ad hæreditates
attinet, nõ videtur iis verbis ius vniuerſale dire-
ctò transferri, ſed per fideicõmiſſum tantùm. Et
ideo lex Conſtãtini nihil de iis loquitur, ſed ſem
per præſupponit mẽtionem hęredis factã [c]. Nõ
† procedit tñ hæc concluſio, quãdo alia ſit mens 115
teſtatoris, vt quia neminem aliũ hęredẽ ſcripſe-
rit [d]. ſcripto enim aliquo hærede, cẽſebitur ſub-
ſtitutis iis verbis ad fideicõmiſſum tãtùm voca-
C ri. quod de primo gradu intelligendũ [e], nec lex
aliqua eſt, quę contrà dicat. Idem in teſtamentis
militũ, in quibus ſola voluntas ſecundũ ius gen
tium reſpicitur, nec ad hãc repræſentationẽ at-
tendimus [f]. Sed † & in legibus de eo, qui iã hæ- 116
res ſit, loquentibus, ex ſubiecta materia idẽ quã-
doq; dicendũ [g] eſt, & ſecundũ hos caſus defendi
vtcunq; poteſt Bartoli & Doct. diſtinctio, quæ
tñ, quod ad compẽdioſæ ſubſtitutionis materiã
attinet, nõ videtur neceſſaria, cùm (vt ſuprà vidi-
D mus) etiã verba directa ciuilia nõ ad certã reſtri-
cta [h] flectantur [i], multò magis directa ſimplici-
ter, vel cõmunia [k]: & Diocletiani lex, quę ſola in
iure noſtro de compendioſa pagani loquitur [l],
paucíſsimis verbis omnem hãc materiam rectè
& dilucidè diſtinguebat, & ſatius fuiſſet, ſi Do-
ctores noſtri edictum Iuſtiniani non contempſiſ
ſent [m], & centurionem hunc tot armis corpori
ſuo minimè aptis non oneraſſent,

*Quæ turbata volant rapidis ludibria ventis.*

## LEX XXXI.

IVLIANVS *libro ſingulari de Ambiguitatibus.*

A In ſubſtitutione [a] filio ita facta, QVIS MIHI EX SVPRA SCRIPTIS HÆRES ERIT, IDEM FILIO HÆRES E.

## LEX XXXI.

1 *Diuerſæ rationes effectus conditionum in textu, quo ad hæredem & impuberem, expreſſarum.*
2 *Caſus l. noſtræ non contrarij, ſed diſsimiles.*
3 *Conditio, etiam implemento non perdurante, dicitur impleta, niſi probabiles cauſæ diuerſum ſuadeant.*
4 *Ingreſſus monaſterium per ſubſecutum egreſſum non violat votum.*
5 *Diuortium non facit, quò minùs conditioni de nubendo ſatisfactum aſſeratur.*

F IN SVBSTITVTIONE [a]. ¶ Con- a
ditio † hæc, *Quiſquis mihi hæres erit*, 1
&c. in eo locũ habet, qui ſemel hę-
res fuit, licet deſierit eſſe: at condi-
tio illa, *Si filius meus impubes deceſſerit,
neq; mihi Caius filius meus hæres erit, tunc Seius*, &c. requi
rit tũ eſſe hæredem, cùm impubes moritur. Sed
quęnã eſt differẽtiæ ratio? & Veteres omnes ad-
verbio tẽporis *Tunc*, hãc vim tribuunt [n], quæ ſen-
tentia probabilis eſt. licet enim illa dictio ad ſe-
quentem clauſulã, qua Seius vocatur, pertineat,
tùm

a §. poſt mortẽ. Inſtit. de leg.
b Corn. conſ. ij. & lxxxiij.
c l. nihil. de uerbor ſig.
d Signanus cõ. lxj. Bald. l. & ſine. C. ad Treb.
e c. ſi pater. de teſta. in vj.
f §. fin. in auth. de inceſt. nupt.
g l. Scæuola. in uerb. benigna. ad Trebel.
h l. generaliter. §. j. C. de inſtit. & ſubſtit.
i d. l. uerbis.
k d. l. precibus.
l l. ex facto. in j. ad Trebel. l. pater. §. fi. de leg. iij.
m l. Scæuola. ff. ad Trebel. l. & ſine. C. ad Treb.
n l. ſi filius. §. j. quod cum eo. l. j. §. de illo. ad Trebel.
o l. ſi mater. §. eandẽ. ubi Bar. de except. rei iudic.

L. 31. In ſubſtitutione.
p l. qui patri. de acq. hæred.
q Bar. d. l. iis uerbis. conſi. xxij.
r l. hæredes. ad Treb. l. ij. §. perueniſſe. de hæred. uend.
s l. licet. C. de pac. l. Lucius. §. filium. de leg. ij.
t l. habere. de uerb. ſig.
u l. prætor. de collat. bon.
x l. ſi duob. de teſta. mil.
y l. Lucius. §. tres. ad Trebel.
z l. Lucius. s. eo. l. fundi. de uſufr. leg.
a §. ſi inſtit. de ſing. reb.
b l. ij. C. cõmu. de leg. & l. j. ff. de leg. j.
c l. quoniam indignum. C. de teſtam.
d d. l. iis uerbis. cum gl.
e Bart. s. uerſi. quæro ulterius, quid ſi hæres. in fi.
f l. licet. C. de pact. l. ſi duob. de teſt. mil.
g l. prætor. de collat. bon. l. Lucius. s. eo. uerbo, deuoluatur. l. ſi duobus. s. de teſtam. mil.
h d. l. iis uerbis.
i d. l. precibus.
k c. Rainaldus. de teſta. d. c. ſi. pater.
l d. l. precibus. ubi Pet. in fin.
m l. j. §. pe. ubi gl. uerb. cõmentarios. C. de uet. iur. enucl.
n l. iij. s. de cõd. & dem. l. uxori uſufructu uillæ. de uſufr. leg.

STO: quęritur, quiſquis heres, quandoq; fuerit, intelligatur: an quiſquis tum heres erit, cùm filius moriatᷓ. Placuit Prudentibus, ſi quãdoq; hæres fuiſſet. quãuis enim viuo pupillo heres eſſe deſiiſſet, (fortè ex cauſa de inofficioſo, quæ pro parte mota eſt.)
B futurũ tamẽ eum hæredẽ ex ſubſtitutione, creditum eſt. Non ſimili modo in hac ſpecie dicendũ eſt, ſi quis cùm filios duos haberet, Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio ſubſtituiſſet, SI LVCIVS FILIVS MEVS IMPVBES DECESSERIT NEQVE MIHI CAIVS FILIVS HÆRES
A ERIT, TVNC SEIVS HÆRES ESTO. nã ita Prudentes hoc interpretati ſunt, vt ab impuberis mortẽ cõditio ſubſtitutiõis eſſet referẽda.

tum propter rei cõnexitatem etiã ſuperiorẽ reſtringit. Baldus verò, Imol. Caſtrenſiſq; eã rationem cõminiſcuntur, q́ priore caſu de admittẽdo ſubſtituto pupillari agitᷓ: quod fauorabile eſt [a], ideoq́; ſufficit conditionẽ indeterminatã quandocunq;, vel modico tẽpore impletã eſſe: at in ſequenti de excluſione Seij ſubſtituti agitur: ideò ſtrictiùs verba accipiuntur, oporterq́; tunc impleri cõditionem, cùm de excluſione ipſa tractari incipit. quæ interpretatio Raphaeli nõ placet, nec mihi. eſt enim aduerſus vim verborũ. Illa enim clauſula *Si neque mihi Caius hæres erit*, intelligitur, ſi nullo tẽpore erit [b]. Vnde ſi aliquo tẽpore fuit, dicitur cõditio defeciſſe, nec fauor admittẽdi Seiũ ſubſtitutũ adeo vehemẽs eſt, vt à propria ſignificatione recedere nos cogat [c]. Raph. ideo requiri, vt tũ hæres ſit frater, cũ impubes moritur, exiſtimat: quia voluit teſtator ius legitimę ſucceſsionis fratri reſeruare [d].
D Sed certè reſeruatũ id illi eſſet, etiã ſi teſtatori ipſi deſiiſſet, vt in primo caſu, hęres eſſe. Ego
2 †primũ caſum ſequenti contrariũ non eſſe arbitror, ſed ſimpliciter, vt hîc dicitur, diſsimilẽ, quę diſsimilitudo in eo vertitur, q́ in primo caſu nõ eſt neceſſe, ſubſtitutũ eſſe tunc hæredem, cùm filius moritur: at ſecundo eſt neceſſe, idq́; propter regulã iuris, quæ nõ ſinit fratrẽ, qui patris hæres eſſe noluit, fratri ſuccedere [e]: meritò vt excludatur ſubſtitutus, debet tẽpore, quo pupillus moritur, ſaltẽ patris hæres eſſe.
E Concludendũ† ergo pro regula eſt ſufficere, ſi conditio quãdocunq; ſemel ſit impleta, licet implementũ non duret [f], niſi verba reſtricta ſint ad certũ tempus, ex Veterum intellectu: vel, niſi ex natura rei id ſubaudiatur: quod ego ſentio. Idem, niſi aliud actũ ſit veriſimiliter à partibus. quod in ea quæſtione Doctores tradiderũt [g], cùm promiſiſſent Veneti Genuẽſibus muros Tenedi deſtruere, eoſq́; deinde reædificaſſent [h]. Idẽ niſi hoc modo fraus legi fieri poſſet [i].
F qua ratione nõ dicitur veniſſe, qui ſtatim receſsit [k]: nec in poſſeſsionẽ illatũ, quod nõ perpetuæ ſedis cauſa illatum eſſet [l]. Hincq́; infe-
4 rũt Doctores: aliquis †vouit intrare monaſteriũ: ingreſſus eſt, deinde exiit: an ſolutus voto dicatur? & ſciendũ eſt, quicquid Imol. & Alex. cum quibuſdã aliis tradiderint, ingreſſum monaſteriũ eum etiã propriè videri, qui adhuc profeſsionem non fecit [m]. quod Abb. Anch. Deciuſq; tradiderũt. ingreſſus enim à profeſsione ſeparatus eſt [n], vxorq́; ipſa Ingreſſus, nihil quod profeſsionem ſignificet, indicat. meritò ergo, qui vouit ingredi, ſi ingreſſus eſt, fecit, quod vouit liberatuſq; voto eſt. quod Archid. & cęteri Põtificij tradidere [o]. licitũ ergo eſt ei recedere, dum tñ citra fraudem id faciat, vt quia deprehenderit nõ poſſe auſteritatẽ monaſterij tolerare [p]: quod & diuꝰ Thomas cẽſuit [q]. aliàs verò non liceret: imò confeſtim, atq; ingreſſus eſſet, ꝓpter vim voti haberetur pro profeſſo. quod aliqui tradiderunt [r], ſicq́; diſſentientiũ opiniones conciliari poſſent [s]. Nec me mouet, q́ ingreſſus religionis habet ſui natura cauſam perpetuã, quia & nuptię habẽt cauſam perpetuã [t].
5 & † tñ conditio *Si nupſerit*, dicitur ĩpleta. quãuis ſecuto diuortio [u]. Illud ergo certiꝰ arbitror, huiuſmodi promiſſionẽ, quãdo Deo facta nõ eſt, id eſt, cùm per viam voti non emanauit, indiſtinctè ante executionẽ, reuocabilẽ pœnitentiã eſſe. habet enim tacitã conditionẽ, *Ingrediar religionem, & profitebor, ſi abbas voluerit* [x]. vnde antequàm iuerit, oſtenderitque abbas ſe velle, licita eſt pœnitentia, vti & in cæteris reciprocis promiſsionibus [y]. Sed & pactis, & ſtipulationi dotis cauſa factæ tacitã conditionem ineſſe Paulus ſcribit [z].

a l. Iulianus. de acq. hæred.
b l. quicquid in fi. de uerb. obli.
c l. nõ aliter de leg. i. j. l. c. quidam. C. de leg.
d l. Lucius. de hæred. inſt.
e l. ſed ſi plures. § filio in fi. ſ. eo.
f l. ſi quis hæredẽ. C. de inſtit. & ſubſtit.
g Cin. l. ſeruus. ĩ de pœnis.
h Ang. Corn. d. l. ſi qs hæredẽ.
i arg. l. repræhendenda. C. de inſt. & ſubſt.
k c. i. de iudic.
l l. debitor de pignor.
m c. religioſo de ſent. excom. lib. 6. c nunquã. de teſtibus. ubi Abb. Anch. conſil lxviij.
n c. j. de reg. lib. vj. auth. ingreſſi. ubi Dec. de ſacroſ. eccleſ.
o xvij. q. ij. ſancimus.
p c. ad apoſtolicam. de regul.
q ij. q. clxxxix. artic iij.
r c. pen. de regular. lib. vj. ubi Dom. & Peruſ.
s Ang. Imol. A. ex hic.
t l. j. ſ. de iur. dot.
u d. l. ſi quis hæredem.
† inteſtatũ, *aliàs*.
x d. c. ad apoſtolicam.
y gl. l. j. in fi. de cõtrahen. empt.
z l. iiij. de pact.

## LEX XXXVII.

FLORENTINVS *libro* x. *Inſtitutionum*.

VEl ſi ſingulis [a] liberis, vel qui eorũ nouiſsimus morietur, hęres ſubſtitui poteſt. Singulis ſi nemi-
C nem eorum †inteſtatò decedere velit. Nouiſsimo, ſi ius legitimarum hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri velit.

## LEX XXXVII.

2 *Verba & mens teſtatoris important ſubſtitutionem.*
3 *Reciprocum ex collectiua diſpoſitione non inducitur.*
5 *Quo ad pupillarem, ea nouiſsimo facta non inducit reciprocam inter ipſos hæredes.*
6 *Dictio Tota, non ſemper ſubſtitutionis directæ nota.*
8 *Fideicõmiſſaria pluribus facta, non conſtituit reciprocã, niſi exigente id præſumpta teſtatoris mẽte.* 10, 11, 14, (20.
9 *Identitas rationis idem ius in caſibus conſtituit.*
15 *Non ſemper ex ſubſtitutione nouiſsimo in tota hæreditate facta, inducitur fideicommiſſaria.* 19.
17 *Exiſtente diuerſitatis ratione, indefinita non æquipollet vniuerſali.*
21 *Habitationis legatum indiuiduum.*
22 *Dictio Hoc amplius, repetitionem notat.*

F VEL SINGVLIS a. ¶ Subſtitutio a
1 †igitur ei pupillo facta, qui nouiſsimus morietur, non inducit reciprocã inter ipſos hæredes ſubſtitutionẽ, ſed ius legitimæ ſucceſsionis ſimpliciter reſeruat [a]. Cuius rei ea eſt ra-
2 tio, quia ſubſtitutio non inducitur, niſi quatenus & verba & mens teſtatoris inferunt [b]. Sed in prædicto caſu id dici non poteſt, cùm ſolus nouiſsimus poſsit intelligi in parte ſua grauatus [c]. Poſsit & quandoque is intellectus capi, vt & cæterorum pars ad ſubſtitutũ veniat ſub conditione, quæ nouiſsimo adiecta ſit [a]. Videmus id etiam regulariter proditum eſſe, vt † di-
3 ſpoſitio aliquos collectim reſpiciens, non tamẽ reciprocum quicquã inducat [b]. Vnde conſeruator canonicis ſimpliciter datus, eos quidem non ſinet ab alijs inquietari [c]: q́ ſi inter ſe canonici litigent, ipſe non cognoſcet [d]. SED VT hæc materia clariùs percipiatur, de ſingulis ſubſtitutionum ſpeciebus vidẽdum eſt. Et in primis, quod
4 ad vulgarẽ attinet, inepta eſt quæſtio. quia † qui vltimo repudianti vulgariter ſubſtitutus eſt, iure accreſcendi cæterorũ quoq;, qui repudiauerunt, portionem habebit [e]. & ideo fruſtrà de ſubſtitutione cohæredũ quæreretur. Sed † quid in
5 pupillari? & in hac propriè procedit lex noſtra, vt reciprocè ſubſtitutum non videatur, ſed ſalua
I. ſit ab inteſtato ſucceſsio. Quæ concluſio olim ſuperſtiti pupillo nihil nocebat, cùm omnino fratris ſui hæres ab inteſtato eſſet [f]. ſed hodie, quia mater etiã ipſa vnà cum pupillo fratre admittitur, poteſt ipſi fratri damnoſa eſſe [g]; qui ſi ex ſubſtitutione admitti poſſet, matrem etiam à legitima excluderet [h]: ſed tamen ſibi imputet pater, qui reciprocè non ſubſtituit. & ideo non eſt dubitandum, quin etiam hodie diſpoſitio legis
II. noſtræ procedat. Addunt Din. Oldr. Alb. Bal. Ang. Pont. & Caſtr. idem eſſe, etiam ſi ſubſtitutus nouiſsimo, ſi in tota hæreditate ſubſtitutus. quia ex hac coniectura non poteſt dici nouiſsimum priori pupillariter ſubſtitutum, cùm directæ inſtitutiones ſolis coniecturis non inducantur [i]. quod & quandoq; Alex. cenſuit, & Veteres communiter ſecutos teſtatur Raphael. Sed contraria ſententia Recentioribus placuit [k]. non enim poteſt nouiſsimus totam hæreditatem ad ſubſtitutum trãſmittere, niſi eam ipſe habeat. at habere eam non poteſt, niſi reciprocam hanc inducamus. Vnde non ex coniecturis, ſed ex vi dictionis *Tota*, videtur induci [l]. Sed hæc ratio tempori Iuriſconſulti noſtri non convenit, quo ſolus frater excluſa matre fratri ſuccedebat, & ideo ſubſtitutio neceſſaria non fuit, vt totam hæreditatem haberet, quam & citra eam habuiſſet. quod & Raph. Com. & Aret. admonuerunt. Idemq́; & hodie dicendũ eſſet, ſi tempore teſtamenti mater iam deceſsiſſet, vel lege municipij à ſucceſsione excluderetur. Sed & ſi mater ſit ſuperſtes, adhuc Veterũ ſententia in pupillari hac
6 hęreditate videtur verior. quoniam † dictio *Tota*, non videtur implicitè ad ſubſtitutionem directam referenda, cùm de fideicommiſſaria intelligi poſsit, vt verbum *Subſtituo*, reſpectu nouiſsimo directò accipiatur, in qua nouiſsimi hæreditate ſit fideicommiſsi ius in ea parte, quę matri applicata eſt, nulluſq́; ſit deductioni, aut legitimę, aut Trebellianicæ locus, cùm per dictionem *Tota*, prohibita cẽſeatur [m], poſsitq́; pater vſq; ad xiiij. annos filij ſui hæredes precariò rogare, ne vllam legitimam eo caſu ipſi detrahãt [n]. interpretabimur ergò matrem grauatã hoc caſu eſſe, vt, cùm
7 nouiſsimus morietur, reſtituat. Durum † enim eſt, vt propter dictionem *Tota*, directa ſubſtitutio inducatur [o]: non, q́ directas ſubſtitutiones eſſe ex coniectura aliquorum verborũ non arbitror poſſe induci [p], (quod De verb. ſign. lib. iij. oſtendi.) ſed q́ non ſatis aptam hanc dictionem huic intellectui in noſtro caſu exiſtimem. Sed † quid
8 in fidei commiſſaria ſubſtitutione reſpondebimus? & in primis conſtituẽda eſt regula conformis ſuperiori, vt ſubſtitutio fideicommiſſaria facta pluribus, poſt eorũ mortem nullã inter ipſos
III. reciprocam contineat [q]. ſubeſt enim eadem ratio, quę & in pupillari. quia nec verba teſtatoris, nec mens videtur grauamẽ reciprocum inter illos inducere. vnde nec nos à verbis recedere poſ-
A ſumus [r]. Procedit autem ſuprà ſcripta concluſio, etiam ſi in toto ſubſtitutum ſit, vt quia dixerit teſtator, *Volo poſt mortem veſtrã Titio reſtitui totum: vel quicquid vobis reliqui* [s].
I. reſoluuntur enim hæc verba in ſingularem ſenſum & quilibet cenſetur in parte ſua rogatus [t], vt Titio ipſi det. vnde nullus eſt reciprocæ locus [u]: quod & Socinus reſpondit. Idem quoque eſt, ſi collectiuè grauati
II. hæredes proponantur, vt quia dixerit teſtator, *Poſt mortem amborum*: vel, *Poſt mortem omnium*. adhuc
B nulla inter eos reciproca continebitur [x]. quod communiter receptum eſt, & à Baldo reſpõſum extat. cùm enim omnes grauati ſint, cẽſetur quilibet in parte ſua dũtaxat rogatus. Nec refert,
III. an collectiuè *Poſt mortem*, etc. facta ſit, an ſub expreſſa cõditione *Si ambo*, vel, *Si omnes decederẽt*, etc. ſubeſt enim ſemper eadẽ ratio [y]. ergo idem ius eſſe debet in vtroque. atq; in eo omnes conſen-
9 tiunt, vt † pluralitas in ſingulares ſenſus reſoluatur, admittaturq́; ſtatim ſubſtitutus [z], niſi adſit
C perſona, quæ ab inteſtato ex præſumpta defuncti voluntate ſubſtitutum excludat. quod Bart.
IIII. tradidit [a]. Rurſus nihil intereſt, quod alienatio bonorum, itemq́; deductio quadrantis ex ſenatuſconſulto Trebelliano prohibita ſit, & ſubſtitutio poſt mortem omnium omnibus in hæreditate facta ſit, quod Socinus reſpondit [b]. Exci-
10 pitur † à prædicta concluſione is caſus, quoties ſcilicet aliud de mente teſtatoris appareat [c], in cuius rei interpretatione magna eſt inter noſtrates altercatio. Nos tres caſus attingemus, ex
D quibus præſens materia dilucidabitur. Primus
I. eſt, quoties † fideicommiſſum ab eo relictum eſt,
11 qui nouiſsimus deceſſerit. reſpondit enim Paulus, tunc videri reciprocè inter ipſos priùs ſubſtitutum eſſe. quę [d] ſententia in ipſius Pauli caſu veriſsima eſt. ibi enim facta in primis prohibi-
12 tio venditionis, quæ † ad omnem alienationem trahitur, etiam ſi ex teſtamẽto fieret [e]: adiectaq́; erat cauſa, quæ ex verbis teſtatoris ſatis depræ-
E hendebatur, nempe vt fundus ad nouiſsimum perveniret, qui libertis reſtitueret, vidẽturq́; mihi ſatis friuolæ quorundã obiectiones, qui iuriſconſulti deciſionẽ hac in re fundari negãt, quaſi de alio caſu intelligatᷓ locutus, quàm qui ab ipſo eſſet propoſitus, temereque eius prohibitionis mẽtio facta eſſet, & tamen in reſpõſione Paulus in hoc (inquit) fideicõmiſſo, de quo quęritur, etc. vt meritò Accurſ. & poſt eum Veteres maximũ hac in prohibitione fundamentũ conſtituant [f], quibus nec Din. nec Bart. adverſatur. qui quãvis
F dicant, vim fideicõmiſsi ex eo oriri, quòd nouiſſimo ſubſtitutũ eſt, non tamen negãt, quin & ex prohibitione alienationis aſſumatur, vt vera ſit Alberici ſententia, qui ex vtroque id induci exiſtimauit. non enim ſola prohibitio ſufficiebat quia aliàs & nuda fuiſſet, & ad cauſam teſtamenti non potuiſſet trahi [g].
13 Rurſus † nec ſolùm



L. 37. Vel ſingulis.

a l. qui duos. ſ. eod. l. qui duos. de reb. dub. l. pater filiam. §. fi. ad l. Fal.
b arg. l. Lucius. § tres hæredes. ad Trebel.
c l. eum, qui nouiſ. ad Treb.
a legata ſub conditione de cõd. et dem. Paul. l. qui duos. ſ. eo.
b gl. l. j. verb. in multis. C. com. de leg. Doct. c. ſi. de præben. in vj. authẽ. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.
e c. fin. de off. de leg. in vj. vbi Mod.
d Ioan. And. reg. in iudiciis. in fi. de reg. iur. in Mercurial. Alex. rub. ſol. mat. verſi. ſed quid econtrà. Bal. cõſ. ccccxc. i. part. & cccix. eo. Alexan. conſ. cxxxix. in in v. Socin. l. Gallus. §. i. ſ. de lib. et poſthu. Dec. conſ. ccliii.
e l. i. C. quand. nõ pet. part. l. ſi ex plurib. de ſuis et leg.
f Inſtit. ad Tertyl. in princ.
g auth. defuncto. C. ad Tertyl.
h l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ſ. de inoff. teſt.
i l. cùm proponeretur. de leg. ii. l. iubemus. C. de teſta. Bal. l. vnica, §. pro ſecundo. C. de cad. tol. Paul. & Alex. l. pe. C. eo.
k Bart. Imo. Alex. Mod. hic. & d. l. pe. & d. l. pater filiam. §. fin.
l l. Titia Seio. §. ii. de leg. ii. vbi Raph. Com.
m l. qui totam. ad ſ. Titio in fi. de centurio. i. q. Trebel. Alex. conſ. v. in iii. Doct. l. centurio. i. q. iii. part. ſ. eo.
n l. leg. i.
o Bald. Ang. Alex. Iaſ. l. precibus. C. de impub. Mod. d. l. iii. part.
p l. iiii. C. de inoff. teſt. l. Titius. §. fi. de lib. & poſthu.
q l. Lucius. §. Caio ad Trebel.
r l. fidei commiſſa. §. hæc verba. de leg. iii. l. vnũ. §. fin. de leg. ii. d. l. Lucius. §. tres hæredes.
s l. ſi. §. filium. de leg. ii.
t l. falſa. §. fin. de cond. & demon. Socin. conſil. ciiii.
v Alex l. quidam teſtamẽto. ſ. eo.
x Ang. Imo. Paul. Alex. Iaſ. l. ſi pater impuberis. ſ. eo. Bar. conſ. ci. iiii.
y Nicol. de Neap. Imol. et Alex. d. l. pater filiam. §. fin. Socin. conſi. xxiiii. in ii.
z l. hæredes mei. §. cùm ita. in. fi. Treb. vbi Bar.
a arg. l. pe. C. eod.
b Socin. conſil. lxix. iii. Alex. cõſ. xiiii. in iiii.
c arg. l. ſi Titio & Mæuio §. Iulianus. de leg. ii. et d. l. quidam teſtamento
d d. l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. ii.
e l. ſtatuliberi à cæteris. §. fin. de ſtatulib. l. ſicut. §. vendit. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Cin. l. voluntas. C. de fideicom.
f Ol. Iac. Rayn. Pet. Alb. Raph. d. §. Seia libertis.
g l. pater. §. fundũ. de leg. iii. Bar. l. peto. §. fratre. de leg. ii. l. cũ pater. §. cùm inter. eod. tit.

nouiſsimi in eo fundo grauamen: quia potuiſſet intelligi reſpectu portionis ſuæ [a]. vtrunq; verò iunctum manifeſtam mentē teſtatoris declarat. prohibitio enim alienationis de toto fundo actum oſtendit, & nouiſsimi grauamen prohibitionem confirmat, & ad cauſam quoq; teſtamenti producit. hicq́; verus eſt Iuriſconſulti intellectus, quem Veteres approbarunt [b], quemq́; ego receptiorem arbitror, licet Recentiores iſti rectè
II. non videantur percepiſſe. Secundus † eſt caſus,
14 qui ex hac declaratione infertur, vt idē ſit, quando teſtator ei, qui nouiſsimus deceſſerit, ſubſtituit, adiecto, quòd in tota hæreditate ſubſtituebat. ſubeſt enim eadem ratio, cùm totā hæreditatem reſtituere non poſsit, niſi eam habeat [c]: & ita Pauli reſponſum aliqui intelligunt. quæ ſententia ſuperiori non repugnat, & communiter approbata eſt [d], ſed tamen in caſu ſuo reſtringenda. vnde conſequens eſt, vt extra ſuos fines ampliari non poſsit.

I. ſublimitatio. Et † in primis, ſi verba perſo-
15 nam ultimi nominatim non grauent, nō eſſet locus prædictæ limitationi: verbi gratia, *Et vltimo decedente, volo, quòd omnia bona mea ad Titium pertineāt.* cùm enim nouiſsimus non ſit iuſſus ipſe omnia reſtituere, poſſunt ea verba intelligi, vt nouiſsimus ſuam partē reſtituat [e], cæteri ſuam [f]. quod egregiè aduerſus Alexandrū Socinus reſpondit [g].
II. Quod multo magis dicendum eſt, cùm ſimpliciter vltimò morienti ſubſtitutū eſt, nulla bonorū mentione facta, vt ſi dictum ſit, *Ei, qui nouißimus morietur, ſubſtituo Caium.* tunc nulla dubitatio eſt reciprocam non induci, ſed nouiſsimū duntaxat in parte ſua grauatum eſſe [h]. Fuere tamen, qui crederēt, ſi teſtator dixiſſet, nouiſsimo decedente, velle, vt Caius ſibi ſuccederet, perinde eſſe, ac ſi dixiſſet, in tota hæreditate [i]. Quod ego falſum arbitror. ſuccedit enim teſtatori, qui vel in particula ſuccedit. Sed & ſi non ſolùm vltimo ſubſtitutum ſit, verùm etiā bonorum indefinitè mētio ſit facta, videretur idem dicendū eſſe, vt reciproca nulla intelligatur hoc exemplo, *Eum, qui nouiſſimus deceſſerit, grauo, vt hæreditatem reſtituat.* poteſt e-
16 nim intelligi de portione ſua [k], quia † ſimplex & indeterminata locutio debet ad grauati portionem reſtringi [l]: & ita reſpondit ex facto Socin. quam ſententiam & nos propter ſuprà ſcriptum Pauli reſponſum probamus [m], vbi indefinita fundi mentio ad totum nō traheretur, niſi prohibitio alienationis id ſuaſiſſet. tametſi hac in re aliqui contradicant [n]. Nec obſtat regula, quòd in-
17 definita æquipolleat vniuerſali [o]: quia † cùm in caſu noſtro collectiuè tantùm poſsit æquipollere [p], cùm & ad res referatur, inter quas nō eſt eadem ratio, non interpretamur, vt vniuerſali æquipolleat [q]. inter portionem enim nouiſsimi & portionem aliorum eſt manifeſta differentia, cùm hæc grauata non ſit, illius ſit expreſsim grauata. quod & ex Dini, Bartolique traditionibus dici poteſt [r]. Erūt fortè, qui hac in re diſtinguendum putent, vt ſi ſigno particulari adiecta ſit hęreditatis mentio, tunc de parte tantùm intelligatur, vt cùm dictū eſt, *Si quis hæredū deceſſerit, reſtituat hæreditatem pauperibus.* intelligitur enim tantummodò de parte decedentis, vt Bald. & Angel. tradiderunt [ſ]. ſi verò adiecta ſit dictioni collectiuę, veluti, *Si omnes deceſſerint, ab eo, qui nouißimus perierit,* *volo hæreditatem reſtitui*, tūc ſecus ſit, tanquā oratio collectiua ſatis declaret de vniuerſa hæreditate ſenſiſſe teſtatorem. Ego tamen adhuc dubito, ne & hoc caſu appellatio hæreditatis ad vltimi portionem tantùm reſtringatur [t], cùm dictio vniuerſalis non ad res, ſed ad perſonas decedentes referatur [u]. vnde in re ambigua promptius eſt, vt pronuntiemus, nō ſubeſſe fideicommiſſum [x].

IIII. Cæterùm & ex his inferri poteſt, vt nec tūc re-
A ciprocæ ſubſtitutioni locum eſſe dicamus, cùm poſt mortem pluriū facta eſt ſubſtitutio, omnéſque grauati proponantur [y]. quod ſuprà ex communi ſententia retuli [z], nec hac in re quiſquam adverſatur. Quod intelligendū videtur, etiam ſi mētio omnium bonorū generaliter facta ſit, nec conſtet omnes grauatos eſſe: verbi gratia, *Et ſi omnes abſque liberis deceſſerint, volo omnem hæreditatem ad Sempronium pertinere.* cùm enim expreſsè grauatus non ſit, qui vltimus deceſſerit, poteſt intelligi
B quilibet in portione ſua grauatus, & ideo nulla inducetur reciproca [a]. idq; receptius videtur [b], tametſi vario modo Alexander ipſe ex facto reſponderit, & contrariam ſententiā cum Caſtrenſe & Socino quandoq; approbauerit [c]. Sed ſuperior mihi tutior videtur, cùm regulæ adhæreat: nec me Scæuolæ reſponſum [d], quod Alex. adducit, mouet, quoniā infrà oſtendam nihil ad rem facere. Exiſtimat tamen Socinus defendi hanc poſtremam ſententiam poſſe, cùm vltimus
C ſuperſtes ex præſumpta defuncti voluntate ſubſtitutum excluderet, vt quia inſtituti eſſent plures filij, & poſt eorum omniū mortem extraneus ſubſtitutus [e]. hiſce enim inſtitutis, ſolùm ſubſtitutus poſt nouiſsimi mortem admittitur [f]: & ideo perinde eſt, ac ſi expreſsim à nouiſsimo relictum eſſet. quæ ſententia ſanè quàm dubia eſt, cùm etiamſi nouiſsimus ex teſtatoris mēte ſubſtituto præferatur, non tamen ſequitur, eum totam hæreditatem reſtituere teneri, cùm pro par-
D te ſua poſsit videri grauatus, & rurſus alij pro ſua [g]. Vnde nulla eſt coniectura, quæ reciprocā ſuadeat. & ego ex facto conſultus non ſemel reſpondi, Caſtrenſemq́; mihi hac in re præeuntem ſecutus ſum [h]. Cùm enim grauati ex præſumpta defuncti mente ſubſtituto præferūtur, adeò q̧ primo decedente, nō ipſe [i], ſed fratres admittuntur, apparet ſubſtitutionē expreſſam aliquo eorum præmoriente reſpectu ſubſtituti nullam
18 eſſe [k]. Ergo † & inter ipſos fratres nulla eſſe de-
E bet, vt ſi ea, quæ verbis adiuuabatur [l], nō adeſt, nec illa quidem adſit, quam nec verba, nec mens inducit [m]. Nec Bartoli eum auctoritas tuetur [n], qui, ſi adſit perſona, quæ ex præſumpta defuncti voluntate excludat ſubſtitutum, non tamen admitti eam iure fideicommiſsi ait: imò credendū, eum de admiſsione intellexiſſe, quæ iure accreſcendi, vel legitimæ ſucceſsionis ab inteſtato fiebat [o]. Enimverò idem Socinus alio caſu defendi prædictā limitationem cenſet [p], nempe cùm
F teſtator vna determinatione poſt mortē omniū Titium ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: quia ſicvt directæ ſubſtitutiones intelliguntur factæ ab vltimo [q], ita etiam de fideicommiſſaria intelligere debemus, vt vniformis ſit determinatio [r]. Sed certè vniformis determinatio ſatis dicitur, quæ vnūquodq; diſpoſitum ſecundum ſuam naturam determinat [ſ], magnaq́; differentiæ ratio inter directam pupillarem & fideicommiſſariam eſt. Cùm enim directa pupillaris ex die fieri non poſsit [t], ſi fa-

a l. ſi Titius ex parte. de leg. iii. l. Titia. ubi Alexan. ff. ad l. Falc. l. Lucius. ubi gloſ. i. de leg. i.
b gl. §. uel ſingulis. Inſtit. eo. ubi Ang. gl. Old. Iac. Pet. Rayn. Alb. Raph. Cō. d. §. Seia libertis. Alexan. conſil. xiiii. iiii. Bal. d. conſil. ci. iiii. & l. ab eo. C. de fideicom.
c arg. l. quidam teſtamēto Proculum. ubi Bar. ſ. eod.
d Bal. Imo. Alex. Iaſ. cæteri hic, & in d. §. Seia. & l. pen. eo. Socin. conſ. lxxvii. lxxx. i. ccxlix. ſi.
e l. eum, qui nouiſsimus. ff. ad Trebel. d. l. legato ſub conditione.
f d. l. pater filiū. §. fin. ubi Ang. & Imol. & Alexan.
g Socin. conſil. ciiii. iii.
h Bald. Imol. d. §. Seia. Bart. Bald. Iaſ. hic. & Socin. cxlix. ciiii.
i Curt. Iun. conſil. cxxxix.
k d. l. ſi Titius. ubi Alexand. Socin. conſil. lxix. iii. l argum. l. ſerui electione. §. i. de leg. i. m d. §. Seia. n Alexān. conſil. xci. in i. Curt. d. conſil. cxxxix. o l. ſi ex plurib. de leg. ii. ubi Din. & Bart. p Bart. d. l. ſi ex pluribus. in fi. q l. quæſitum. §. illud. de leg. iii. l. ſicut eo tit. r Din. rub. de reg. iur. Bar. l. Marcellus. §. pen. in fi. ad Trebel. ſ gl. Bal. Ang. l. Lucius. in princ. de leg. i.

t arg. d. §. Seia. & l. cùm uirum. C. de fideicom.
u Bart. d. l. Marcellus. §. pen.
x d. §. Caio & l. ſi fuerit. de reb. dub. ubi Socin. d. §. tres hæredes.
y d. §. Caio.
z Doct. hic, & d. l. ſi pater impuberis. Alex. conſil. xci. l. Corn. cōſ. ccxviii. iiii.
a l. ſi. §. filium. de leg. ii. d. l. legato.
b Socin. d. conſil. lxix. & d. l. qui duos. & d. l. pater filiam. §. fi. & d. §. cùm ita. Ang. Imo. Paul. Aretin. d. l. ſi pater impuberis. Iaſ. d. l. pen. C. eod.
c Alex. hic, & d. l. ſi pater impuberis. Socin. d. §. cū ita. Curt. Iun. conſi. xliii. & cxxxiiii.
d l. codicillis. de uſuf. leg.
e Socin. d. §. cùm ita. uerſ. aliquādo & tertiò. & conſil. ccxlix.
f l. qui duos ſ. eo. d. l. pen.
g d. §. filium. d. l. legata ſub conditione.
h Paul. Caſtrenſ. cōſi. ccclv. ſi diſtingit. Socin. d. conſil. ciiii.
i d. §. Caio.
k d. l. pe. C. eod. d. l. qui duos.
l d. §. Caio.
m arg. l. item ſi. §. fi. de ſeruit. ruſtic.
n Bart. d. l. codicillis.
o d. l. qui duos. Alex. d. l. pater filiam. §. fi. uerſi. octauo caſu.
p Socin. d. conſil. ccxlix.
q d. l. qui duos. d. l. quamuis. C. eod.
r l. iam hoc iure. ſ. eod.
ſ c. ab excommunicato. ubi Cardin. de reſcrip. l. miles ita. §. i. ubi Bart. de re iud.
t l. hæredes ex die. ſ. tit. i.



cta poſt mortem plurium ſit ſubſtitutio, neceſſariò ab vltimo facta intelligitur, cùm ex die mortis omnium fieri præmorienti non poſsit. quæ ratio in fideicommiſſaria locū non habet [a]. Vnde nec hāc quidem defenſionem ego ſequor. quę & iiſdem rationibus ſubvertitur, quibus & præce-
V. dens. Fortiùs ego
19 cēſeo, quoties † precaria ſubſtitutio poſt mortē omniū etiā in vniuerſa hæreditate ab vltimò decedente hiſce facta ſit, qui ab inteſtato invicem omnino ſucceſſuri erant, nunquam reciprocam induci, ſed ſaluum eſſe ius legitimæ ſucceſsionis, tanquam teſtator totius hæreditatis mentionem fecerit, quia cognouerit ſucceſsionē ab inteſtato omnino ad nouiſsimum peruēturam. quod Alexander poſt Raph. Comenſ. hic ſenſit, vt cùm teſtator pupillis matre orbatis per fideicommiſſum ſubſtituit [b]. eadem enim hoc caſu eſt ratio, quę & in pupillari lege noſtra traditur. qua de re ſuprà. aliàs, ſi pupilli non eſſent, quia poſſent extraneum inſtituere, non poſſumus dicere
VI. omnino eſſe ſucceſſuros. Sanè quoties ſubſtitutio poſt plurium mortem, qui in conditione tantùm poſiti ſint, etiam vltimò decedenti facta proponitur, non eſt credendū, invicem eos ſubſtitutos cēſeri, cùm honorati nō ſint. quod Imo. & Socin. tradiderunt [c]. Vnde in caſibus, quibus vocati cenſerentur, aliud eſſet. ex ſuprà ſcriptis enim diſtingueretur [d]. Sed quid in caſu mixto, cùm ſcilicet partim vocati cenſerētur, partim in ſola conditione poſiti? & videretur ratione æqualitatis nullam inter eos reciprocam intelligi debere [e]. ſecundum quam ſententiam quando-
III. que conſultum vidi. Tertius † caſus eſt, qui
20 Scæuolæ reſponſo inducitur [f], cùm teſtator facta expreſsim in fundo reciproca à nouiſsimo ſubſtituiſſet, deinde ſubieciſſet, *Hoc amplius libertis habitationes in domo, quandiu viuent, & Partiæ Trophimæ dietas, quam domum poſt eorum mortem ad ſubſtitutum pertinere volo.* reſpondit enim Scæuola, in ea domo videri novíſsimo commiſſum eſſe, vt ipſe reſtituat, & conſequenter reciprocam inter libertos ſubſtitutionem factam cenſeri. Sed quænā huius rei eſt ratio? nō enim generaliter credendum eſt, fideicōmiſſum poſt mortem omnium factū, videri vltimo iniunctum eſſe, ſed in eius legis tātùm caſu procedit. vnde ratio perſcrutanda eſt: & Bart. ait in legato habitationis ſpeciale eſſe, vt à nouiſsimo factū intelligatur, quia in eo ius accreſcendi habet [g], etiam poſt acquiſitionē [h]. Sed
21 contrà Recentiores, quia † legatum habitationis indiuiduum eſt [i], & ideo non poteſt vnius portio alterius concurſu imminui [k]. vnde de iure accreſcendi, vel non decreſcendi tractari non poteſt. Ego Bartolum de commoditate intellexiſſe interpretor, quam vno remoto alter conſequitur [l]. quod & Raph. ibi probat. Sed quāuis hoc modo defendi poſsit, non video, quomodo Scęuolæ verba hunc ſenſum admittant, qui ſimpliciter dicit eius legatarij, qui nouiſsimus deceſſerit, fideicōmiſſum eſſe, intelligemúſne legatariū ſeruitutis, id eſt, habitationis? certè nō. quomodo enim ſeruitus illa tranſmittitur [m], vt nouiſsimo fideicōmiſſum videri poſsit? atqui eius morte conſolidatur ſtatim proprietati [n]. vnde verius eſt ibi non ſeruitutem, ſed proprietatē libertis legatam eſſe. Ex coniecturis enim legatum habitationis de proprietate intelligitur [o]. coniectura autē in eo verſatur, quòd non, niſi poſt mortem libertorū, de proprietate diſpoſuerat, tanquam indicans, quatenus ipſi viuerent, ſe velle eam illorum eſſe [p]. oſtendit & dietarum legatū, quod verbis proprietatē ſignificantibus relictum erat [q]. arguitur hoc ex repetitione, quam
22 † dictio illa *Hoc amplius*, inducit [r]. Sed ſi proprieta-
B tem legatam dicamus, quæ eſt ratio, vt à nouiſsimo relictum uideatur? Reſpondeo cum Accurſio & Veteribus, id eſſe propter repetitionem, quæ ex dictione *Hoc amplius* [s], inducitur. licet enim ſubſtitutio poſt mortem plurium non cenſeatur nouiſsimo decedenti duntaxat facta, tamen ſecus eſt, vbi alia coniectura accedit, qualis iſta, quæ ex præcedentibus teſtatoris verbis adſumitur: ſicq́; ſe habet receptior interpretatio [t]. quod & Raph. ibi adnotat. Et hinc apparet ſu-
C prà ſcriptum Scæuolæ reſponſum nihil eorum ſententiam adiuuare, qui reciprocam induci cēſuerunt, ſiue ab vltimo relinqueretur, ſiue poſt omnium mortem. poſtremo enim hoc caſu non ſequitur, ſolum eum, qui nouiſsimus ſupereſt, cēſeri grauatum, cùm poſsit intelligi & cæteros in portione ſua grauatos ſub cōditione mortis nouiſsimi [u]. quo caſu non arguitur mens teſtatoris volentis aliorum partem ad nouiſsimū peruenire. quod & ſuprà oſtēdi. Et hæc quidē hactenus.

## LEX XLI.

### PAPINIANVS LIBRO VI. *Reſponſorum.*

COHÆREDI [a] ſubſtitutus, prius quàm hæreditatem adiret, aut conditio ſubſtitutionis exiſteret, vita deceſſit. Ad ſubſtitutum eius (ſiue ante ſubſtitutionem, ſiue poſtea
A ſubſtitutus ſit) vtraq; portio pertinebit: nec intererit, prior ſubſtitutus poſt inſtitutū, an antè decedat.

L. 41. Cohæredi.

D

## LEX XLI.

2 *Vis verborum teſtatoris mente vallata, facit ſpem vulgaris in ſubſtitutum tranſmitti.*
3 *Subſtitutio iure accreſcendi potior.*
4 *Subſtitutus cohæredis parte ſua adita, à ſecunda alterius cohæredis, ſi ea etiam deficiat, excluditur.*
6 *Deficiente inſtitutione, etiam conditio ei adiecta deficit.*
7 *Vulgaris & precariæ, quo ad conditionem, ſi ſine filijs deceſſerit, differentiæ.*
9 *Filij proximiores in cōditione expreßi, poſtponi vltimū ſubſtitutum, faciūt: idem eſt in alijs caſibus.* 10, 11, 12.

E

COHAEREDI a. ¶ Si † is, qui cohæredi ſuo vulgariter ſubſtitutus eſt, morte, vel repudiatione excluſus ſit, locū ſuo ſubſtituto nō ſolùm in ſua portione, ſed etiā in ea, quæ cohæredi delata erat, facit [x]. ſubſtitutus ergo ſubſtituti mei, ſubſtitutus meus eſt [y]. quoties enim plures gradus ſubſtitutionū ſunt, ſublato medio, poſtremus primo continenter ſuccedit [z]. Sed quæ
F eſt ratio? & Bar. ſentit eā eſſe, quia † ſpes vulgaris ſubſtitutionis, licet in aliū hæredē non tranſmittatur [a], in ſubſtitutum tamen tranſmittitur [b]. tanquā ſubſtitutus omnimodo illi ſubrogetur [c]. quod ego interpretor ex voluntate teſtatoris, vique verborū ſubſtitutionis induci. etenim Seius hic ſubitutus eſt, ſi Mæuius hæres non erit: quæ verba intelligūtur, ſi non erit hæres, tam ex inſtitutione, quàm ex ſubſtitutione cohęredi facta [d]. Et ideo non eſt dubitandum, quin poſtremus iſte iure ſubſtitutionis vtranq; hæreditatem con-

a d. l. legata ſub conditione. l. ſi. C. de legat.
b Ang. §. vel ſingulis. Inſtit. eod.
c Socin. d. §. cùm ita. & d. conſ. ciiii.
d Curt. Iun. d. cōſil. cxxxix.
e d. l. iam hoc iure.
f l. codicillis. de uſufr. leg.
g l. i. in fin. de uſuf. accreſc. Alex. conſi. xci. in i.
h l. i. §. interdum. de uſuf. accreſc.
i l. i. §. ſi uſusfructus. ad l. Falcid.
k l. uſus pars. de uſu & habit.
l §. i. l. diuus. de uſu & habit.
m l. ſi habitatio. ff. de uſu & habit.

n §. ſi. Inſtit. de uſuf.
o l. cùm antiquitas. ubi Doct. C. de uſufruc. l. Proculus. de uſufruc.
p l. Titia. i. §. fin. de leg. ii. & d. l. pater. §. fundum. de leg. iii.
q l. ſi domus. in prin. ubi Doct. de leg. i.
r l. ſi ſic. de leg. iii.
s d. l. ſi ſic. l. ſi tibi purè. de legat. iii.
t glo. Old. Din. Rain. Alberic. d. l. codicillis. Ang. Imol Moder. d. §. cùm ita. Corn. d. §. pen. de leg. t. iii.
u d. l. pater filiā. §. fi. ubi Ang. & Imo. Socin. d. conſil. ciiii.
x l. ſi Titius. ſ. eo.
y §. ſed ſi inſtituto. Inſtit. eod.
z l. quamdiu. ult. uerſ. is autem, qui tertio. de acquir. hæred. ubi Bart. l. quidam teſtamento ſ. eod.
a l. ſi ex pluribus. ſ. de ſuis & legit.
b Bart. l. qui habebat ſ. eo.
c l. cùm ex filio. in fi. ſ.
d l. mulier. in fi. ſ. tit. i.

ſequatur. verba enim eum vocant, & lex diſertè
ait,in vtranq; partem ſubſtitutum eſſe[a]: & ſicvt
in parte Mæuij expreſsè vocatur, ita & creden-
dum eſt,in Titij parte vocari,non autem iure ac-
creſcendi, quæ tacita eſt ſubſtitutio[b], ne eadem
uerba difformem interpretationem patiantur[c].
& ita Oldr.Iac.Bartol.Imol.Caſt.& cæteri rece-
ptiore ſententia tradiderunt. Vnde conſequens
eſt,vt ſi Mæuius partem cohæredis repudiet, in
3 ea potior ſit Seius, cùm † ſubſtitutio iuri accre-
ſcendi præferatur[d].quod Iaco.& Paul.Caſtr.ſu-
II. prà tradiderunt,& Alexand. hîc probat. Rur-
ſus conſequens eſt,vt procedat ſuprà ſcripta con
cluſio, etiam ſi Seij ſubſtitutio priùs ſcripta ſit,
quàm Mæuius ſit cohęredi ſubſtitutus. lex enim
noſtra non diſtinguit, & nihil intereſſe ait, ante
ſubſtitutionem Mæuij,an pòſt Seius ſubſtitutus
ſit. Sed tamen Paul.Caſt.hîc aliter ſenſit, quem
Alex.videtur ſequi,aitque hæc verba intelligen-
da eſſe, vt nihil referat, quantum ſit ad vtranque
portionem habendam,non autem, quantum ad
habendi modum. Si enim priùs ſubſtitutio Seij
facta ſit,non habebit partem cohæredis ex ſub-
ſtitutione,ſed accreſcendi duntaxat iure. non e-
nim debet ſubſtitutio ad caſum trahi, qui adhuc
ſcriptus non erat[e]. quæ ſententia non placet.
violat enim legis noſtræ verba: non convenit e-
tiam verbis ſubſtitutionis, quia clauſula illa, *Si
hæres non erit*,intelligitur,vt ſuprà dixi, tam ex in-
ſtitutione,quàm ex ſubſtitutione[f].Nec eſt abſur
dum,vt cenſeatur teſtator de ſubſtitutione cogi-
taſſe, quæ incontinenti ab eo facta eſt[g]. & ideo
in hæreditatibus non recipitur illa diſtinctio, li-
cet in legatis quandoque aliud ſit[h],vt alibi Barr.
III. tradit,& ſentit hîc Aretin. Sed † quid,ſi is Mæ-
4 uius,qui cohæredi ſubſtitutus eſt, pro parte ſua
adierit, & deinde portio cohæredis deficiat? an
vtraq; portio vltimo deferretur? & verba textus
videntur innuere vtranque adhuc deferri. alter-
natiua enim inter eum caſum ponitur, quo non
adiuerit, & eum, quo conditio ſubſtitutionis
non exiſteret. Vnde videtur alterum ſufficere[i].
Sed Accurſ.aliter cenſuit. impoſsibile enim eſt,
vtranq; partem ſubſtituto deferri, ſi vna iam ad-
ita ſit. eatenus enim aditione evanuit ſubſtitu-
tio[k]. neceſſariò ergo intelligendus eſt textus,
cùm nulla pars adita erat, & à proprietate alter-
natiuæ propter ſubiectam materiam receden-
dum[l]. Aret.reſtringit textum,cùm hîc cohære-
di ſubſtitutus,qui adiuerat,filius impubes teſta-
toris eſſet, cui vltimus ſubſtitutus ex pupillari
potuerit ſuccedere. conſequitur enim vtranque
partem, vnam quidem ex pupillari tacita, alterá
verò ex vulgari expreſſa: fietq; eiuſdem ſubſtitu-
tionis diuerſa interpretatio,propter rationis di-
uerſitatem[m].quæ ſententia vera eſt,licet non ar-
IIII. biter de ea ſenſiſſe Iuriſconſultum. Addit So-
cinus[n] idem eſſe,etiam ſi primo hæredi facta ſit
ſubſtitutio pupillaris,& hæredi pupillari ſubſti-
tutum ſit compendioſè. cùm enim in compen-
dioſa contineatur vulgaris, poterit vltimus ſuc-
cedere primò ex vulgari,dum tamen ei ſit locus,
vt quia non fuerit adita hæreditas[o]. quod ſentit
V. & hîc Accurſ. Sed quid,ſi Titius nõ ſolùm Mæ-
uium cohæredem habeat,ſed etiam alium, putà
Sempronium, an Seius Męuio ſubſtitutus vtran
que partem habebit etiã in Sempronij damnũ?
& ſi iure accreſcendi admitteretur, vtique &
Sempronio pro rata accreſceret[p]. quod Ioan.
Fab.tradidit[q]. Sed cùm ſuprà concluſum ſit,iu-

a d.l.ſi Titius.
b l.ſi Titio,& Mæuio.§.Iulianus.de leg.ii.
c l.iiii.ſ.eod.
d l.ſi.§.ſi duo.de ſecun.tab.
e arg.l.Marcellus.§.quidam.ſ.ad Trebel.
f d.l.mulier.
g l.Scæuola de uerb.ſig.ubi dixi.
h Bart.d.§.quidam.Doct.l.cùm uirum.C.de fideicom.
i l.hæc uerba,ille.de uerb.ſig.
k l.poſt aditam.C.eo.
l l.pen.C.de uerbor.ſignif.
m l.ii.de offic.proconſ.in gl.e.ſ.ead.l.§.qui diſcretas.ubi Aret.
n Soc.conſ.lii.tertius caſus.
o d.l.poſt aditam.
p d.l.cum ex filio.§.fin.
q Ioan.Fab.d.§.ſed ſi inſtituto.

re ſubſtitutionis admitti, cõſequens eſt, vt nihil
referat, quòd alius quoque hæres ſit adſcriptus,
cùm ſubſtitutio iure accreſcendi potior ſit[r].
VI. Sed quid, ſi hæc vulgaris ſubſtitutio non in hæ-
reditate, ſed in legato, vel fideicommiſſo facta
eſt[s]? & puto legi noſtræ eſſe locum, vt adhuc,
ſublato medio, vltimus primo ſuccedat. quod
Bart.cenſuit[t]. ſubeſt enim eadem ratio. cùm e-
nim medius ſuccedere non potuerit, verba pro
A vltimo ſunt. & licet aliter ab Oldra. reſponſum
ſit[u], tamen eius ſententia communiter reiici-
tur[x]. Fortiùs reſpondit ex facto Caſt.[y], vt vlti- VII.
mus admittatur, etiam ſi conditio medio adie-
cta repugnet: exempli cauſa, Teſtator inſtituit
filiũ,& ei compendioſè ſubſtituit fratrem ſuum:
& ſi frater abſque filiis deceſſerit, Caium: deceſ-
ſit frater ante diem fideicommiſsi, ſed cum libe-
ris,an Caius admittetur? reſpondet ille,admitti:
quæ ſententia receptiſsima inter Recentiores
B eſt[z],quamque & ipſe veram arbitror[a]. Etenim
† conditio illa,*Si abſq; liberis deceſſerit*,caſum impo- 5
tentiæ continens, ad alium trahitur[b], & omni-
no eſt vulgari ſubſtitutioni locus, quia mentio
liberorum facta eſt caſu, quo frater ſucceſsiſſet,
& fideicommiſſariæ fuiſſet locus:non autem ca-
ſu, quo caduca fuiſſet eius ſubſtitutio, cùm ex
vulgari ſucceditur. probaturque hæc ſententia
verbis legis noſtræ[c], quatenus dicitur, condi-
tionem hanc, *Si Titius præmoriatur*,non attendi,ſed
C admitti Seium, etiam ſi ſuperſtes ille Titius ſit
Mæuio. Quo ſenſu ego etiam Scæuolæ reſpon-
ſum intelligo,apud quẽ nepos inſtitutus ſecun-
dum Galli conſilium ſub conditione, *Si poſt mor-
tem filij naſcatur*, non impedit, quin pronepos ad-
mittatur,quamuis cõditione defectus ſit,vt quia
viuo filio ipſe nepos natus ſit[d]. ſublata † enim de 6
medio nepotis inſtitutione, ad eius conditio-
nem non attendimus. vbi enim gradus aliquis
effectus eſt caducus, etiam conditiones ei adie-
D ctæ,quę perſonæ cohæreant, prorſus extinguun
tur,nec earum vlla habetur ratio[e], quantum ſci-
licet ad vulgarem ſubſtitutionem attinet, quia
eius reſpectu non cenſetur adiecta illa conditio,
ſed ſolùm illa, *Si prior hæres non erit*[f]. Nec obſtat,
quòd cõditio,*Si deceſſerit ſine filiis*,ſicvt ineſt reſpe-
ctu fideicommiſſariæ, ita etiam debet reſpectu
vulgaris ineſſe, vt vna clauſula æqualem inter-
pretationem recipiat[g]. quod alibi Cornæus[h]
tradidit. Reſpondeo: inter † vtrunque caſum 7
E ſubeſt evidens differentiæ ratio, vt minimè de-
beat æqualis hæc interpretatio accipi[i]. In fidei-
cõmiſſaria enim, quia frater ſubſtitutus iam ad-
iuiſſe proponitur, (aliàs enim grauari fideicom-
miſſo non potuiſſet[k].) fecit mentionem filio-
rum teſtator, vt ius inteſtato patri ſucceden-
di illis reſeruaret[l]: in vulgari verò hoc dici
non poteſt, cùm adhuc non ſucceſſerit, neque
fideicommiſsi conditionalis ſpes tranſmitta-
tur[m], nec debet hoc legitimis hæredibus pro-
F deſſe,quibus Caium teſtator prætulit[n]: aliàs fi-
lij fratris conditionem deficere non in vtilita-
tem ſuam, ſed legitimi facerent. quod adverſus
teſtatoris mentem eſſet[o], qui eam conditionem
in fauorem fratris adiecit, nõ cuiuſvis alterius[p].
Quamvis ergo, conditione defecta, ſubſtitutus
regulariter excludatur, in caſu ſuprà ſcripto ſe-
cus eſt propter mentẽ teſtatoris, qui aliàs etiam
fuit relicturus[q]. Meritò igitur horũ filiorũ nulla

r d.§.ſi duo.
s l.ut hæredib.de leg.ii.l.i.§.fin aũt aliquid.C.de cad.tol.
t d.l.quandiu.ff.Bald.conſ.clxx.in v.Ang.conſ.cciiii.Ruin.xciiii.ii.Mod.l.i.ſ.eo.Iaſ.conſ.cxlviii.
u conſ.cxli.Ioan.Andr.in Spec.de teſta.§.i.
x Aret.d.l.quandiu.Iaſ.cõſ.cxlviii.Rui.xciiii.ii.Rub.ciiii.
y conſ.clii.præſens dubium.ini.
z Alex.conſilio ccxxxix.in vi.Iaſ.conſ.cxlviii.
a Corn.conſilio ccxcviii.in iii.Dec.ccccxxvii.Curt.Iun.lxxxiii.
b l.ſi.C.de inſtit.& ſubſt.
c uerſ.nec intererit.
d l Gallus.§.forſitan.de lib.& poſthu.
e l.unica §.ne autem.C.de cadu.tol.l.legatum ſub conditione.de adim.leg.
f gl.l generaliter.§.i.uerb.ſubſtituit.C.de inſt.& ſubſt.Curt Iun.conſ.xxxiii.
g d.l.iam hoc iure.
h Corn.conſilio clxxx.in iiii.
i ſ.§.qui diſcretas.ubi Areti.& l.in teſtamento.C.de teſta.mil.ubi Dec.iii.not.
k ſ.ea.l.§.cùm filiæ.
l l.Lucius.ii.ſ.tit.i.ubi gl.fin.
m gloſſ.l.i.C.de his,qui ante ap.tab.
n l.quandiu.de reg.iur.
o Comenſ.conſ.cxxi.
p l.illis libertis.ubi Bart.de cond.& demonſt.Aret.conſil.l.i.C.de inſt.& ſubſt.Com.conſ.cxxi.
q l.talem.ſ.eit.i.gl.i.

habetur



8 habetur ratio, cùm ſuccedere nõ poſsint,ne † cõ-
ditio ad vnum finem adſcripta, ad alium traha-
tur[a]. quod Raph.Com.cum Fulg.Caſt.Floriano-
I. que reſpondit[b]. Hinc apparet,perpetuam non
9 eſſe hanc concluſionẽ: & † ideo ſi filij iſti in con-
ditione poſiti proximiores primo hęredi eſſent,
& ex defectu conditionis ſibi,non aliis, prodeſ-
ſent, poteſt contraria ſententia defendi, vt tunc
non admittatur vltimò ſubſtitutus. quod Bald.
ſenſiſſe videtur[c]. Qua ratione poteſt eorum ſen-
tentia defendi, qui conditionem *Si ſine liberis de-
ceſſerit*,compendioſè adiectam,non ſolùm reſpe-
ctu fideicommiſſariæ adiectam,ſed etiam vulga-
ris exiſtimant[d],vt id verũ ſit,cùm liberi ſibi pro-
II. deſſent, non autem alteri. Idem dicendum, vt
ſuprà ſcriptæ concluſioni non ſit locus in caſi-
bus,quibus fideicommiſsi cõditionalis ſpes ad-
verſus regulam propter teſtatoris mentem tranſ
mitteretur, quos Recentiores alibi attingunt[e].
vel,quando filij in cõditione poſiti ex aliquibus
III. coniecturis cenſerentur vocati[f]. Addit Raph.
generaliter defendi poſſe iſtis filiis provideri, vt
10 † hoc caſu,quamvis in conditione poſiti tantùm
ſint,tamen vocati videantur propter cõiecturam
mentis teſtatoris[g], vt cõditio aliquid etiam hoc
caſu operetur. quæ ſententia ſi vera ſit, multas li-
tes dirimit. Ego eam ſequerer, cùm ij filij ex te-
ſtatoris deſcendentibus eſſent[h]. Vnde cùm pa-
ter filium legitimatum inſtituiſſet, & ſi ſine libe-
ris moreretur, filium fratris ſui ſubſtituiſſet,eaq́;
legitimatio fuiſſet per ſubtilitatem Iuriſconſul-
torum ſubverſa, reſpondi filios legitimos ſpurij
vocatos cenſeri, & ſubſtituto obſtare, qui pro ſe
nec mentem,nec verba teſtatoris haberet: quod
ſecus, ſi nullos filios hîc legitimatus habuiſſet.
IIII. quod Ang. reſpondit[i]. Sed & quoties non ex
vulgari, ſed ex fideicommiſſaria ſuccederetur,
tradiderunt aliqui,vltimum non admitti, idq́ue
etiam ſi conditio medio adiecta non repugnet.
cùm enim primus hæres fideicommiſſo graua-
tus non ſit,ſed ſecundus tantùm, isq́; deceſſerit,
non poteſt tertius ius fideicommiſsi prætende-
re,quod extinctum eſt,cùm is, qui grauatus erat,
non adiit[k],nec adire potuit. quod Bart. rectè tra-
didit[l]. Quòd ſi primus quoq; grauatus fuiſſet,
aliud eſſet. remanſiſſet enim fideicommiſſum a-
pud primum cum onere reſtitutionis, quæ vlti-
mo facienda erat, quia ſecundus de medio ſubla
tus ſit[m], niſi tamen fideicommiſſum in ſecundi
perſonam fuiſſet pro non ſcripto[n]. quod Corn.
ex facto reſpondit. Qua tamen in re ego dubito,
quia lex Iuſtiniani de tali onere hæredi adiecto
non loquitur,vel niſi grauamen per verbũ com-
mune *Subſtituo*,iniunctum fuiſſet, idq́ue ad fidei-
commiſſum non fuiſſet extenſum, quia eius con
ditio non eveniſſet. quod Alex.reſpondit[o]. Ego
vix probare poſſum. Sed quid,ſi conditio ſecun-
do adiecta,illius perſonæ cohęrens repugnet? &
multò magis videtur excludi vltimum ſubſtitu-
tum. quæ res nullam habet dubitationem, quo-
ties verbo precario vltimus vocatus eſt. Quòd ſi
verbo communi ſit vocatus,aliud eſt. verbum e-
nim commune etiam vulgarẽ complectitur, ex
qua ſubſtitutus admitti poteſt. quod receptius
videtur, vt ſuprà dixi, & à Socino, Seuerinate,
Cornæoq; reſponſum extat[p], & ego verum arbi
tror, niſi alia ſit teſtatoris mens, quæ hac in ma-
V. teria totum facit. Quid enim, ſi teſtator ſpecia-
liter providit caſu, quo ille ſecundus de medio
tolleretur, vt quia dixerit teſtator, *Si viuente me mo-*

a l.fin.§.fi.de fid.lib.
b conſ.cxxi.arg.l.ex facto.§.ex facto.ad Trebel.
c conſ.ccliiij.in j.
d Soc.l.cũ auus.Curt.Iun.conſil.xxxiij.Graueta conſ.lxij.
e Socin.l.hæredes mei.§.cùm ita.dixi d.l.Lucius.Dec.conſil.lv.& cccxcvij.
f Graueta conſil.lxij.
g Raph.d.l.Lucius.
h arg.l.cùm auus.de cond.& demonſt.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſ.
i d.conſil.cciiij.
k l.apud Iulianũ.§.Idem Iulianus.l.ita tamen.§.qui ſuſpectam.ad Trebell.
l Bart.d.l.quandiu.
m l.j.§.pro ſecundo.C.de cad.tol.Bar.conſ.viij.quidam nomine.
n d.l.j.§.in primo.Corn.d.conſ.ccxcviij.Dec.conſil.cccxxvij.
o Alex.conſ.j.
p Corn.d.conſil.ccxcviij.Curt.d.conſ.lxxxiij.



*riatur*,& is mortuo ſi deceſſerit, tunc propter cla L.41.
ram mentem teſtatoris non admitteretur vlti- Cohære-
mus,cui conditio repugnat, vt Ang.reſpondit[q], di.
quem & ego ſuprà ſum ſecutus[r]. non enim con-
ditio caduco gradui adiecta reiicitur, quando
conſtat nolle teſtatorem reiici. Quid, ſi condi- VI.
tionem appoſuit teſtator tertij ſubſtituti exclu-
ſiuam, quæ eveniſſet priùs, quàm ſecundus gra-
dus efficeretur caducus? vt cùm inſtituto filio fi-
A liam ſubſtituit,& ſi ipſa antè quàm nuberet, de-
cederet,Caium: nupſit: clarum eſt cõditione de-
ficere Caium,ideoque perpetuò excluſum eſſe[s],
etiam ſi filia ante diem fideicommiſsi decedat.
tametſi aliter hac in re Curt.[t] Iun. reſponderit,
quem ego non ſequor. Quid, ſi fideicommiſ- VII.
ſum per modum tranſlationis, & in pœnam fa-
ctum ſit? hîc enim ſubeſt mens teſtatoris ſubſti-
tutum excludi volentis, ſi ſecundus gradus per-
emptus ſit, cùm, qui periit, nullam pœnã merea-
B tur. quod ex Papiniani reſponſo Soci. & Decius
tradiderunt[u]. ſed ego, quemadmodum illud
reſponſum interpretandũ ſit, alibi docui. Quid, VIII.
ſi teſtator aliquod verbum adiecit, vnde oſten-
dat nolle ſubſtitutum admitti, niſi certa reſtri-
ctione: velvti, *Inſtituo Primum, ei ſubſtituo Secundum, &
ſi Secundus hæres fuerit, & legem teſtamenti ſeruauerit, poſt
eius abſque liberis mortem ſubſtituo Caium*: effecto cadu-
co ſecundo gradu reſponſum ab Alex. extat, non
admitti Caium[x]. repugnat enim conditio, cùm
C non fuerit hæres, neq; legem teſtamenti ſeruaue
rit, Periculoſa eſt etiam hæc ſententia, cùm hæc
compendioſa habeat in ſe vulgarem, ex qua Ca-
ius admitti debet[y], & conditiones illæ fideicõ-
miſſariã tantùm reſpiciant, vt ſuprà dixi, & con-
ditio *Si legem teſtamenti ſeruauerit*, non debet eſſe im
pedimento Caio, ne ſit in grauati facultate elu-
dere fideicommiſſarium[z], & id quidem delin-
quendo, id eſt, adverſus legem ſibi à teſtatore te-
ſtamento dictam faciendo. Sanè † quoties gra- IX.
dus diſpoſitione legis perimitur, non tamen ex- 11
D tingui conditionem, quamvis perſonæ adhęren
tem, Bart. cenſuit, ſed adhuc eſſe obſeruandam.
Vnde inſtituto extraneo, qui grauatus ſit, ſi de-
ceſſerit ſine liberis, reſtituere Sempronio, ſi teſta
mentum præteritione rumpitur, filius hæredita
tem nihilominùs reſtituet, dummodò filios hæ-
res ſuperſtes non relinquat[a]. Ego indiſtinctè
cogi ad reſtituendum arbitror. illa enim condi-
tio, qua mors expectatur, & qua, ſi filios habeat,
ab onere fideicommiſsi hæres liberatur, ipſius
E ſcripti fauorem reſpicit[b]: qui cùm diſpoſitione
legis ſit excluſus, debet fideicommiſſo locus ſta
tim eſſe[c], ne ei proſit, qui adverſus teſtatoris vo-
luntatem à lege ſubrogatur. Quid enim ad eius
filios attendemus, quibus non poteſt cenſeri re-
ſeruata ab inteſtato patri ſuo ſuccedendi in iis
bonis facultas[d], cùm ei ablata ſint bona? non te-
merè ergo conſtituenda eſt differentia inter le-
gis & hominis diſpoſitionem[e]. Illud conſtat, X.
quòd, licet conditio gradui caduco adiecta non
F obſtet ſubſtituto, ſecus tamen eſt, ſi conditio pri
mo hęredi adiecta ſit. ea enim omnino adimplẽ-
da obſeruandaque eſt: aliàs ſicvt defectu condi-
tionis ſecundus gradus excluderetur, ita etiam
tertius, vt ipſe Caſtrenſis fatetur[f], & res nullam
dubitationem habet[g]. Vnde ſubſtitutio facta,
*Si filius, me viuo, moriatur, tunc nepos, &c. Nepoti Caium
ſubſtituo*, non habet locum, ſi filius non moriatur
viuo patre, quamvis & ipſe & nepos repudiet[h].
Sed nunquid regula legis noſtræ in pupillariter XI.

q Angel.Imol.Raph.Aretin.d.l.quandiu.Alex.d.conſ.j.
r d.l.j.
s d.l.qui habebat.ſ.eo.
t conſil.lxxxiij.& conſil.xxxiij.
u l.pater Seuerinam.de condit.& demonſt.Soc.conſil.ccliiij.Dec.conſil.cclxxiij.dixi ſ.cod.l.j.
x Alex.conſ.j.
y Bartol.l.centurio.ſ.eo.
z l.fideicommiſſum.de condit.& demonſt.
a l.cùm pater.§.ab inſtituto.l.peculiũ.§.fi.de leg.ii.ubi Bar.& auth.ex cauſa.C.de lib.præter.
b d.l.illis libertis.
c d.auth.ex cauſa.
d gl.d.l.Lucius.ii.
e d.l.legatũ ſub cõditione.de adi.leg.d.l.j.§.ne aũt.C.de cad.tollen.
f d.l.cùm pater.§.ab inſtituto.gl.l.quæ conditio.de cond.& demonſt.Paul.d.conſ.clii.
g Graueta lxii.Cacialup.l.precibus.uerſ.xiiii.C.de impub.
h l.ſi mater.§.i.Alex.conſ.cxxxix.in vi.

quoque ſubſtitutis locum ſibi vendicet? & arbitror vendicare. quod ſuprà ex Aret. ſententia retuli, ſaluo Scæuolæ caſu, quo infrà traditur, ſi filia ſubſtituta pupillo prædeceſſerit, vxorem & ſororem vltimo loco ſubſtitutas non admitti [a]: quia cõditio, *Si antequàm nuberet*, id eſt, ſi in pupillari ætate deceſsiſſet, evanuerit. Suprà autem vidimus, ſi cõditio excluſiua priùs extet, quàm ſecundus gradus deficiat, perpetuò tertium exclusum cẽſeri. quod adverſus Curt. cenſui [b]. Et

a l. cui habebat. §. e. d. vbi Raph. Soc. d. conſil. lii. verſ. ſecundus caſus.

b Curt. d. conſi. lxxiii.

¶ Ex his verbis [a], EOSQVE INVICEM SVBSTITVO: non adeuntis portio ſcriptis hæredibus pro modo ſibi, A vel alij quæſitæ portionis defertur.

XII. 12 † quia ſuprà ſcripto caſu filia eſſet exhæredata, non poteſt dici vulgarem ſubeſſe [c], nec de eadem hæreditate agi, ſed de diuerſis. cùm enim exhæredata eſſet, alia erat ipſius, alia fratris ſui hæreditas. at quæſtio noſtra procedit, cùm de eadem hæreditate tractatur, ad quam ſublato medio vltimus admittitur. & ideo cùm ſecundus hæres ad fideicõmiſſum vniuerſale vocatus eſſet, tertius verò ad fideicõmiſſum particulare fructuũ, caſu, quo filij ſecundo gradu vocati deficerent, fuerunt, qui adverſus Decium [d] exiſtimarent, nõ natis filijs evaneſcere fideicommiſſum [e], quoniã de diuerſis rebus ageretur. nam & cùm ſecũdus gradus in ſuitate ſubſtitutus eſt, tertius verò in hæreditate, receptum eſt, perempto ſecundo, etiam ſequentem perimi [f]. Et ſecundum hos caſus poteſt defendi illorum ſententia, qui ex facto conſulti reſponderunt, vltimum ſublato medio in eius locum non admitti, tanquam verba conditionis deficiant [g]. quam ſententiam Aretinus irridet, & certè ſimpliciter intellecta vera non eſt, vt meritò ſecũdum ſuprà ſcripta reſtringi debeat [h].

c Alexan. §. l. ii. verſic. alium etiã ponit Raph.

d conſi. ccxxvii.
e l. Titio vſuſfructus. de condit. & demonſt.

f d. l. ſi mater. §. i. vbi Bart.
g Old. conſi. cxli. Rom. d. l. quãdiu. Io. And. in Spec. de teſtã. §. l. Soc. conſ. lxxvii. in iii. Alex. d. conſil. i. Ruinal. i. §. eo.
h Socin. d. conſil. ccccxxvii. & ccxviii.

1 *Repudians partem, in qua inſtitutus eſt, à reciproca ſubſtitutione excluditur.*
3 *Etiam tacitè ſubſtitutus ſecundum portiones hæreditarias admittitur.*
5 *Conſiderata hæreditate, partem fuiſſe teſtatoris in inſtitutione & ſubſtitutione mentem, iudicamus.*
6 *Quando de re non hæreditaria agitur, & alijs quibuſdam caſibus, interpretatio partium hæredtiariarum fallit.* 7, 8.

a §. EX HIS VERBIS [a]. ¶ Subſtitutus vulgariter ex reciproca ſecundum portionem hæreditariam admittitur. in dubio enim ſemper ſecundum portiones hæreditarias ſubſtitutus cenſetur [i]. 1 Vnde † qui partem ex inſtitutione ſibi delatam repudiauerit, non poterit ad ſubſtitutionem admitti, cùm hæres non fuerit, & quod ad eum attinet, nullam portionem hæreditariã habeat [k]. I. Nec † refert, ſit ſui iuris, an alieni. ſi enim eſt ſui iuris, acquirit ſibi [l]: alioquin ei, in cu- 2 ius eſt poteſtate [m]. II. Nec refert, ſubſtitutio expreſſa ſit, an tacita, putà ius accreſcendi. etenim 3 † tunc quoque ſecũdum portiones hæreditarias accreſcit [n]. quod maximè dicendum, ſi ſubſtitu- III. tio ei iure adiuncta ſit [o]. Nec refert, an teſtator vſus ſit dictione *Eos hæredes*, an alia collectiua, putà *Fratres, filios, nepotes*, etc. [p]. ſemper tamen,

i l. ſi plures. Bar. l. qui cùm plures. §. eod.

k d. l. qui plures.

l §. cùm filio. de leg. i. vbi Bart.
m l qui liberis. §. hæc verba. §. eod. n l. liber homo. §. cùm quis. vbi Bart. §. tit. i.
o §. qui diſcretas. §. ead. hac l. vbi Iaſ. ara. l. qui patri. l. qui ex duabus de acquir. hæred. p l. Lucius. §. Mæuia. ii. vbi Bart. ad Trebel.

IIII. qui per dictionem collectiuã coniungitur, quia re, & verbis iungitur, alijs præfertur [q]. Nec etiam refert, quòd ſubſtitutus vocetur cum aliquo tertio, qui in viriles admittatur. non enim ideo ipſe ſubſtitutus minus cenſebitur pro parte hæreditaria vocatus [r], vt receptior ſe habet ſẽtentia. lex enim noſtra ſimpliciter loquit. Nec obſtat ratio Salic. cõtrà dicẽtis [s], tanquã ęqualis debeat eſſe determinatio, vt ſicut tertius in virilem admittitur [t], ita etiam & ſubſtituti [u]. Reſpondeo, propter vim verborum teſtatoris ab hac coniectura recedimus, qui cùm dixit, *Quiſquis mihi hæres erit, idem & Titius filio meo hæres eſto*, ſicvt actum primi verbi ſecundum por- B tiones hæreditarias intellexit, ita & ſecũdę ſubſtitutionis videtur intellexiſſe [x]. Nec † rurſus V. 4 refert, ſcriptum ſit, eos invicem ſubſtituit, an nominatim Titium, Sempronium, Caium invicem ſubſtituit. cẽſetur enim adhuc pro portionibus hæreditarijs ſubſtitutum, vt Fulg. tradit [y]. quam ſententiam ego adverſus cæteros verã arbitror. non enim facilè generalia legum verba reſtringẽda ſunt [z]. ſubeſt enim ſemper illa ratio, quòd † par fuit teſtatoris tam in inſtitutione, quàm in C ſubſtitutione affectio, quæ per portiones hære- 5 ditarias oſtenditur [a]. idque procedit, cùm de hæreditate tractatur, vel de re, quæ ſecundũ hæreditariam portionem regitur, vt eſt reliquorum reſtitutio [b]. Quòd ſi † de re non hæreditaria a- 6 gatur, faciliùs nominibus expreſsis accipitur interpretatio pro virilibus partibus, vt cùm de eo agitur, quod cauſa cõditionis implendæ pręſtandũ eſt [c]. etenim id extra hæreditatem eſt [d], nec tali caſu poteſt videri ad portiones hæredi- D tarias habitus reſpectus, cùm nuda nomina poſita ſint, nec addita dictio *Hæredibus*. ſi enim adiecta fuiſſet, ſecus eſſet [e]. Quod de conditione dictum eſt, ad legata porrigitur. etenim in eis ſemper pro virili videtur ſubſtitutum fuiſſe [f]. Quod etiam ad inſtitutiones particulares, quæ legatis æquiparantur, videtur extendendum [g]. Hinc † apparet, non eſſe perpetuam hanc regulam, verùm quandoq; non hęreditarias, ſed viriles par- 7 tes deberi, vt & in fideicommiſsis cùm onera- E tus eſt hæres cohæredibus reſtituere. licet enim in dubio cenſeatur grauatus ſecundum eorum hæreditarias portiones [h], tamen ex coniecturis fit plerunque alia interpretatio, vt quia onus adiunctum aliud ſuadeat [i], vel quia ipſis nominatim relictum ſit fideicommiſſum [k], vel ipſi hære- 8 des nominati grauati ſint quid dare [l]. Sed † quid, ſi nominibus proprijs & appellatiuis vſus ſit teſtator? & videretur attendendum, quid primò ſcriptum ſit [m]. Sed Dec. & Curt. contra [n]: F quia præſumptio legis noſtræ, quæ pro hæreditarijs portionibus eſt, debet ei præferri, quæ ex coniectura proprij nominis priùs enuntiati oritur [o]. quæ ſententia probabilis eſt [p], vt dictio *Hæredibus*, declaret ſecundum eam qualitatem rem geri [q].

q §. qui diſcretas. §. ead. l. Bart. l. Lucius. q. vult. §. eo.
r d. l. qui liberis. ad fin. l. qui cũ plures. l. qui pecuniam. de ſtat. lib.
s Salic. l. fi. C. eo.
t d. l. fin.
u l. iiii. §. eo.
x l. iiii. §. fin. l. qui filiabus. §. i. de leg. i.
y Fulg. d. l. i.
z d. l. ſi plures. l. qui pecuniam. §. i. de ſtatulib.
a d. l. i. C. eo.
b l. ſi quis teſtamento. de ſtat. lib.
c l. ita liber. de ſtat lib.
d l. in quartam. ad l. Falcid.
e d. l. qui pecuniam.
f l. §. ſed vt manifeſtetur verb. pro virili. C. de caduc. toilend.
g l. quoties. §. ſi duo. §. tit. i.
h l. Lucius. §. pater. in fi. ad Trebel. d. §. Mæuia.
i l. quoties ad Trebel. l. vtrùm in fi. de reb. dub.
K l. nonnunquã. eod tit. d. l. vtrũ. §. fi. de reb. dub.
l l. ſi hæredes nominatim. l. turpia. in fi. de le. i.
m l. ſi communis ſeruus de ſtipulat. ſer. gl. d. l. nõnunquam.
n d. l. i.
o arg d. l. ſi plures. d. l. ita. liber.
p d. l. qui pecuniam.
q l. ſi proponas. §. i. de inoffic. teſta. vbi Ang.

1 *Pupillaris & precaria filio vſque ad pubertatem conſtitui poteſt.*
2 *Legitima deducitur cum quadrante Trebellianico ex cõſuetudine, niſi legitimi hæredes ſint grauati.* 5, 6.





7 *In dubio aliàs filius, aliàs legitimi hæredes onere reſtituẽdi cenſentur grauati.* 8, 9, 10, 12.
13 *Suſtinendo voluntatem patris in filiorum fauorem, teſtamentum, quod in vim teſtamenti non valuit, pro codicillo habendum eſt. aliàs contrà.* 14.
15 *Legatum à filio exhæredato inutile.*

¶ Cùm filię [a], vel nepoti, qui locum filij tenuit, aut poſt teſtamẽtum cœpit tenere, parens ſubſtituit; ſi quis ex his mortis quoq; tempore non fuit in familia, ſubſtitutio pupillaris fit irrita. Quòd ſi heredem [b] filium pater rogauerit, ſi impubes diem ſuũ obierit, Titio hereditatem ſuam reſtituere: A legitimũ heredem filij, ſalua Falcidia, cogendum patris hæreditatem, vt ab impubere fideicommiſſo poſt mortem eius dato, reſtituere placuit. Nec aliud ſeruãdũ, cùm ſubſtitutio- B nis conditio puberem ætatem verbis precarijs egreditur.

a §. CVM FILIAE a. ¶ Sicut ſubſtitutio pupillaris non poteſt fieri niſi ei, qui in poteſtate ſit, ita ſi ille exeat, euaneſcit, quia res ad eum caſum deuoluitur, à quo incipere non poteſt [a]. Quod intelligendum, niſi exeat per dignitatem [b]. qua de re ſuprà [c].

a l. pen. ad fin. de verb. oblig.
b §. illud. in auth. conſtit. quæ de digni.
c l. ii.
d l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. §. eo.
e c. Rainutius. c. Rainaldus. de teſt.
f l. iubemus. C. ad Trebel. auth. res, quæ. C. com. de leg. vbi Iaſ.

b QVOD SI HAEREDEM b. ¶ Sicut † poteſt 1 pater directò ſubſtituere vſque ad pubertatem filio pupillo, quo caſu ſubſtitutus etiam in legitima cæteriſque bonis filij admittitur [d], ita etiã vſque ad illud tempus poteſt eum fideicommiſ- 2 ſo grauare. quo † caſu hæredes legitimi poſt pupilli mortem reſtituent, deducta tamen Falcidia ex S. C. Trebelliano. Sed an & legitima iure naturæ debita? & qua ratione Falcidia deducitur, eadem & maiore alia deducẽda eſt, quæ iure naturæ debita eſt [e]. Ego iure noſtro vnam duntaxat quartam deduci poſſe arbitror [f]. quod non ſolùm procedere exiſtimo, cùm filius purè rogatus eſt reſtituere, vt omnes fatentur [g], ſed etiam ſi poſt mortem ſit rogatus. quod ſatis hîc probatur. non † enim poteſt legitimam habere, niſi ſit 3 hæres [h], quod ſuprà vidimus. at † quod iure hære- 4 ditario percipitur, in quartam Trebellianicam imputatur [i]. meritò vtrunque non habebit, ſed in legitima recepiſſe cenſebitur, quatenus ex S. C. Trebelliano deducere poterit [k]. Cæterùm 5 † cùm legitima ſtatim poſt mortem patris debeatur, quarta verò ex Senatuſconſulto tunc accipienda ſit, cùm dies venerit, & facienda eſt reſtitutio, viſum eſt Põtificibus, alteram per alteram non impediri, ſed vtranque ſuo tempore deduci [l]. quorum ſententia conſuetudine, non autem 6 iure ſcripto obtinuit. Sed † quid, ſi teſtator non quidem ipſum pupillum grauauit, ſed legitimos eius hæredes? & Bartol. nullam tunc ab hæredibus deduci legitimam cenſuit [m]. vt ſicut pupillari ſubſtitutioni ſubijcitur etiam legitima [n], ita & tali fideicommiſſo, quo non filius ipſe, ſed eius hæredes ſubiugantur [o]. non enim dicuntur à pupillo legitimam habere, ſed ab ipſo teſtatore, qui alios potuit directò ſubſtituere. quicquid hac in re commentetur Aretinus, cuius rationi- 7 bus rectè ab Iaſ. reſponſum eſt. Maior † eſt altercatio, quid in dubio dicendum, an onus filio, an legitimo hæredi adiectum præſumatur? & Bartol. hîc cenſeri ait filio iniunctum. cùm enim teſtator legitimi hæredis nullam mentionem fecerit, non facilè coniiciemus voluiſſe ei grauamen imponi [p], cùm rarò de perſona actum videatur, I. quæ expreſſa non ſit [q]. Quam ſententiam ego veriſsimam eſſe quibuſdam caſibus arbitror,

g §. gl. l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoffi. teſt.
h l. i. §. eod. vbi dixi. l. quia poterat. ad Trebel.
i l. in quartam. ad l. Falcid.
k l. ſcimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. teſt.
l d. c. Rainutius. d. c. Rainaldus.
m Bar. l. i. §. fin. §. eo l. quod fideicõmiſſum. de leg. i.
n d. §. ad ſubſtitutos.
o gl. l. ex tribus. C. de inoffic. teſt. vbi Doct. l. cùm patronus. de leg. ii.
p l. iiii. in fin. de cond. inſtit.
q l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verb. oblig. Bald. l. precibus. char. vlt. C. de impuber.



veluti cùm teſtator verbo *Subſtituo*, vſus eſt. ſatis enim inde indicatur, voluiſſe eum à filio accipere, non à legitimo. aliàs non tam filij, quàm legitimi diceretur ſubſtitutus [r]. quod maximè procederet, ſi teſtator adiecisset dictionem, *Ei decedenti ſubſtituit*, &c. [s]. licet hac in re Curt. Iun. diſſentiat [t]. Idem, ſi teſtator poſt mortem filii ſimpliciter fideicommiſit. ſi enim filius poſt pubertatem moritur, non eſt dubium, cenſeri ipſum in bonis paternis grauatum, & legitimam deducere [u]. Ergo idem, ſi ante pubertatem moriatur, vt iiſdem verbis ipſe potiùs, quàm legitimus, grauatus videatur, ne † facilè variatio de perſona ad perſonam indu- 8 catur [x]. Idem † quoque eadem ratione eſt di- III. 9 cendum, cùm fideicommiſſum per verbum commune inductum eſt. cùm enim tale verbum & directam & precariam ſubſtitutionem contineat, ſicut quando directam inducit, ipſi filio inducit, C ita & dicendum, quãdo etiam precariam [y]. Hincque † eſt, quòd cùm filio, & filia abſq; liberis de- 10 cedente, à patre ſubſtitutum eſt, lex Pontificia ſatis oſtendit, legitimam iure naturæ debitam poſſe deduci [z]. quod falſum eſſet, ſi ab hærede iniunctum fideicommiſſum eſſe intelligeretur. & licet de Trebellianica parte etiam loquatur, tamen ſatis oſtenditur, de legitima principaliter dubitatũ. vnde eius reſpectu nulla eſt ratio, cur argumentum à contrario ſenſu ſumi non debeat D [a]. Nam & Bart. ſi teſtator dixerit ſe velle, vt integra hæreditas ad ſubſtitutum perueniat, exiſtimat, verbum commune pro directo eſſe, & ante pubertatem nullum fideicommiſſum induci [b], quia ex eo non perueniret integra hæreditas, cùm poſſet legitima deduci. Atqui ſi grauatus cenſeretur legitimus hæres, cùm ipſe nullam deductionem habeat, ſatis diceretur integrum ius deuolui. Et Bartoli ſententiam receptiorem eſſe aduerſus Alexan. & Iaſonis traditiones apparet, E ſecũdum quam à Baldo, Salic. Caſtr. Aret. Corn. Socin. reſponſum eſſe conſtat [c]. Et ſecundum Claud. maximè eſſent obſeruandi ſuprà ſcripti caſus, ſi legitimus pupillus hæres ex deſcendentibus teſtatoris eſſet, vel etiam mater. etenim nõ facilè fit interpretatio, vt tales perſonæ teſtatori dilectæ, etiã à legitimæ deductione excludantur [d]. Defenditur tamen contraria ſententia & I. ipſa quibuſdam caſibus. Et † in primis, cùm te- 11 ſtator pupillos ſubſtituit. faciliùs enim interpre- F tabimur ab ipſo ſubſtituto relicta fideicommiſſa, quàm ab hærede legitimo [e], cùm ſubſtitutus ipſe à teſtatore vocatus ſit, legitimus verò teſtatori potuerit ignotus eſſe [f]. ſicut videmus & quoties poſt mortem aliquid relinquitur, cenſeri à ſubſtituto potiùs relictũ [g]. ſicut & fit interpretatio, vt legata potiùs ab hærede relicta exiſtimentur, quàm à fideicommiſſario [h], quia hæres ipſe principaliter à teſtatore vocatus eſt: vnde & principaliter grauatus exiſtimatur. Sed II.

L. 41. Cohæredi.
§ Cũ filiæ.

r Bal. Paul. d. l. ex tribus. Aret. d. l. i. §. fi. & conſi. civ. Corn. conſil. xxx.
s Soc. conſ. xcviii. Fulg. conſil. xxiii. ad fin.
t conſil. lxxiii.
II.
u l. ſed ſi ſic. vbi Bart. de legat. iii.
x l. Gallus. §. quid ſi is. vbi Aret. de lib. & poſthu.
y arg. l. ſeruum filii. in fi. l. ſi ſeruus legatus. §. qui margaritam. de leg. i.
z c. i. de teſta. in vi.
a l. l. de offic. eius, cui.
b Barto. l. centurio. in iii. parte princ. vbi Imo. l. ſi cẽl. & Ripa. §. eod. Matheſil. conſil. clxii.
c Bald. Salic. d. l. ex tribus. Caſtr. cõſil. cxcviii. in caſu præſenti. Corn. cõſi. clii. ii. Socin. cxvii. iiii.
d arg. l. fin. C. de Inſtit. & ſubſtit.
e l. qui duos. vbi Bar. §. eo. Salic. d. l. ex tribus.
f d. l. iiii. in fin. §. fi. in authen. de reſtit. fid.
g l. codicillis. in princ. de vſufr. leg.
h Bart. l. Marcellus. verſi. ad iſtud. ad Trebel.

12 † idem poteſt dici, vt hęredi legitimo iniunctum
cenſeatur fideicommiſſum, quoties pupillus ſim
pliciter eſt in legitima tantùm inſtitutus, & ad-
iectum eſt fideicommiſſum. Cùm enim fideicom
miſſum prorſus eſſet nullum, niſi dicamus non
ipſi, ſed hæredi legi
timo iniunctū fuiſ-
ſe; fiet interpreta-
tio, vt actus valeat[a].
hocque caſu Alexā
dri ratio efficax vi-
detur: alioquin ſi in
toto filius inſtitu-
tꝰ ſit, ſatis eſt, quod
fideicommiſſum vl
tra legitimam vale-
at, & lex non adeò
laborat pro actu,
qui ex aliqua parte
ſuſtinetur, ſicut ſi o-
mnino deficeret[b].
idque etiam Clau-
III. dius probat. Ego
& illud crediderim
etiam ſi in maiore
parte hęreditatis ſit
inſtitutus, & fidei-
commiſſum ſcriptū
vſque ad pubertatē
ſit, adiecta aliqua di
ctione, quæ indica-
ret totum reſtituen
dum eſſe, tunc one-
ratum cenſeri legitimum hæredem, ne poſſit le-
gitimam vllam deducere[c]. mens enim teſtatoris
hoc ſuadet, ceſſantque tali caſu contrariæ ratio-
nes, quibus locus eſſet, ſi teſtator indefinitè tan-
tùm locutus eſſet: putà, *Reſtituas hæreditatem.* ete-
nim verum eſt, eum reſtituere hæreditatem, qui
legitimam ſibi deducit[d]. non enim par eſt vni-
uerſalis & indefinitę locutionis efficacia[e], quod
IIII. alibi diſputaui. Sed an idem ſit, ſi fideicommiſ-
ſum pubertatis annos excederet? & non videre-
tur. poſt pubertatem enim cùm omnino legiti-
ma deducetur[f], filius ipſe videtur grauatus: er-
go & ante pubertatem idem credendum, vt ſu-
prà dixi. & ita fertur Baldus & Caſtellio conſu-
luiſſe. quod Iaſ. hîc tradit. at Fulg. & Caſtr. con-
trà[g], cùm teſtator quandocunque decederet, fi-
liæ iuſsiſſet mille dotis cauſa ei data reſtitui. a-
lioquin non mille reſtituerentur, ſed eius ſum-
mæ ſolus bes. quæ ſententia propter mentem te
ſtatoris, & vim verborum probabilior eſt. Sed
hæc hactenus.

a QVAE ITA a. ¶ Teſtamentum † ergo patris
13 ſi in vim teſtamenti nō valet, nec in vim quidem
codicillorum ſuſtinebitur[h]. Quod intelligit Ac-
curſius niſi inter filios. ſubauditur enim tūc clau-
ſula codicillaris[i]. Atqui textus noſter regulam
hanc in teſtamento patris conſtituit, vt hæc Ac-
curſ. limitatio cum verbis legis pugnet. Credi-
derim tamen veram eſſe, non iure iſto, ſed poſte-
riore, vt ſcilicet omnimodo ſuſtineatur voluntas
14 patris, quatenus filiis fauorabilis eſt. Vt † verò fi-
deicommiſſo onerati videantur, id odium eſſet,
& ideo hoc reſpectu nulla eſſet codicillaris clau-
ſulæ vis[k]. qua de re alibi.

b NEC FIDEICOMMISSO b. ¶ A † filio ergo
15 exhæredato, cui nihil relictum ſit, legare teſtator
non poteſt[l]: ſecus, ſi ei aliquid reliquit, vt hîc di-
citur. Sed cur à ſubſtituto eius legare non po-
teſt[m]? & magna eſt altercatio, quam ego alibi
diſſolui[n].

a l. quoties. de reb. dub.
b l. verbis. vbi Iaſ. iii. no. ſ. eo. gloſ. l. ſed & ſi quis. §. fin. ſi quis caut.
c Alexand. conſ. lxvii. in i. Curt. Iun. conſ. lxxi.
d l. qui totam. ad Trebel. l. Lucius. de leg. i.
e Bar. d. l. Marcellus. §. pen. in fin. l. vel ſingulis. ſ. eod.
f d. l. quod fideicommiſſum.
g Fulgoſ. Caſtr. d. l. ex tribus. Alex. d. conſ. lxvii. in i. & conſ. xii. in iii.
h l. i. ꝗ. de iur. codicil.
i arg. l. fi. C. famil. erciſc.
k l. ſi frater. C. de fideicom. l. Gallus. §. i. vbi dixi, de lib. & poſthu.
l l. pen. C. de fideicom.
m l. cùm quidam. C. de legat.
n dixi l. cùm filio. de leg. i.

1 *Coniunctorum prior habenda ratio: niſi verba vel aliæ cauſæ diuerſum ſuadeant. 5, 7.*

Quæ ita a locum habebunt, ſi patris teſtamentū iure valuit, A alioquin ſi non valuit, ea ſcriptura, quam teſtamentū eſſe voluit, codicillos non faciet, niſi hoc expreſſum eſt: nec fideicommiſſo[b] propriæ facultates filij tenebūtur. Et B ideo ſi pater filiū exhæredauerit, & ei nihil reliquerit, nullum fideicommiſſum erit. alioquin ſi legata, vel fideicommiſſa filius acceperit, intra modum eorū fideicommiſſum hæreditatis à C filio datum, citra Falcidiæ rationem debebitur.

¶ Qui diſcretas[c] portiones cōiunctis pluribus ſeparatim dedit, ac poſt omnē inſtitutionis ordinē ita ſcripſit: QVOS HÆREDES MEOS INVICEM B SVBSTITVO: cōiunctos primo loco vice mutua ſubſtituere videtur: quibus inſtitutionū partes nō agnoſcentibus, cæteros omnes cohæredes admitti. C

6 *Etiam in pupillari, vbi nō ſucceditur teſtatori, ad mentem teſtatoris reſpiciendum eſt.*

8 *Verborū vis conſideranda: & quòd diſiuncto mortuo, vel repudiante, cōcurrant diſiuncti cum coniunctis.*

§. QVI DISCRE-
TAS c. ¶ In † ſubſti C
tutiōe breuiloqua 1
priùs admittuntur
coniuncti, quàm di
ſiuncti. Sed quænā
eſt ratio? an, quia
† coniuncti duplici 2
iure potiores ſunt,
nempe iure accre-
ſcendi & iure ſub-
ſtitutionis, ideo
præferuntur illis,
qui cauſam ſubſti-
tutionis duntaxat
prætendunt[o]? quæ
ratio eſt dubia. cùm
enim ſubſtitutio ſit ius expreſſum, nō videtur ad
ius accreſcendi reſpiciendum, quod tacitum eſt
[p], cùm in perſona eiuſdem cōcurrat[q], & † cùm re 3
gulariter ius ſubſtitutionis ſit iure accreſcēdi po
tentius[r]. Quod autem dicitur, duobus vinculis
quem fortiùs obligari, non procedit, cùm alterū
D non eſt in conſideratione[s]. an ergo verior eſt ra-
tio, quia cùm teſtator iſtas partes in inſtitutione
ſeparauerit, non videtur voluiſſe diſiunctos ex
ſubſtitutione admitti, quatenus extarent, quos
ipſe coniunxiſſet? tum, quia ſubſtitutio ſecun-
dum inſtitutionis partes declaratur[t]: tum etiā,
quia coniuncti re & verbis præferuntur diſiun-
ctis[u]. Hincque apparet ex mente teſtatoris poſſe
legem noſtram limitari. Pone: teſtator duos fi- I.
lios ex priore matrimonio habēs, & totidem ex
E poſteriore, ſubſtituit eos inuicem, an defuncto al
tero prioris matrimonij, ſolus frater vtrinq; coh
iunctus admittetur? Din. hîc cenſuit ſolū admit-
ti, qui coniunctione legali potior eſſe debet, cùm
ab inteſtato excludantur alij[x]. Sed † Bar. & cæte 4
ri receptiore ſententia aduerſantur[y]. lex † enim 5
noſtra de iis loquitur, qui à teſtatore coniuncti
ſunt, non qui diſpoſitione legis. & ideo æquali-
ter omnes admittentur, cùm æqualiter à teſtato-
re diligantur. ſunt enim omnes filij[z]: idq; nō ſo-
F lùm in ſubſtitutione vulgari, vel fideicōmiſſaria
procedit, ex quibus teſtatori ſucceditur[a], ſed e-
tiam in pupillari, vt aduerſus Bart. Aret. Iaſon &
Crotus tradiderūt. Pupillaris † enim ſubſtitutio 6
& ipſa ſecundum teſtatoris mentem accipienda
eſt[b], qui pari affectione eos videtur proſecutus.
Huc † pertinet etiam, quod alibi tradit Bar. vt le- II.
gi noſtræ non ſit locus, quoties verba repugnāt. 7
verbi gratia, filiam fœminam in certa quantitate
inſtituit: duos, quos habebat maſculos, hæredes
vniuerſales ſcripſit, & ſubiecit, *Si qs eorū deceſſerit,*
*eius*

o l. qui patri. l. ſi ex duabus. de acq. hæred.
p l. ſi Titio. §. Iulianus. de legat. ii. l. cùm filio. §. i. ſ. eo.
q l. ſi filius hæres. de lib. & poſthu.
r l. ſi poſthumus. §. quod vulgò. de lib. & poſthu.
s Bart. l. re coniūcti. verſic. iii. ꝗ. de leg. iii. Bald. c. i. de grad. ſucceſ.
t l. i. C. eo. ſ. eadē l. §. i.
u d. l. re coniuncti.
x auth. itaque. C. com. de ſucceſ.
y Bart. l. Lucius. in fin. ꝗ. eod. Alex. conſil. xxx. in ii. Dec. conſil. cccciiii.
z l. fin. C. com. vtr. iud. §. pen. in auth. de nupt.
a ſ. §. proximo. Bart. d. l. re coniūcti. iii. q. v. partis, vbi Iaſ. & Crotus.
b Bart. l. ii. ſ. eo.



*eius pars ad ſuperſtites deueniat*: mortuo altero fratre,
admittetúrne ſolus alius? & videretur per regulā
8 legis noſtræ: ſed contrariū receptius eſt, quia † di
ctio *Superſtites* pluralis numeri etiam fœminam
comprӕhendit[a]. vndē in quęſtione facti, cùm te
ſtator filios Caij fra
tris ſui in ſemiſſe
inſtituiſſet, & filios
Seij patrui in alio
ſemiſſe, ſubieciſſet-
que, ſi quis eorum
decederet, quòd volebat ſuperſtites tam ex filiis
Seij, quàm Caij ſuccedere: deceſsit vnus ex filiis
Caij, dubitatum fuit, an omnes admitterētur, an
verò ſoli fratres? & Decius reſpōdit, ſolos fratres
admitti[b], tanquam huius quæſtionis caſus lege
noſtra decidatur. Contrà aliis videbatur, quia vis
verborum aliud ſignificat. nō enim teſtator ſim-
pliciter ſuperſtites ſubſtituit, ſed vlteriùs decla-
rauit, quos intelligebat, nempe tam Seij, quàm
Caij filios. quæ verba ad comparationem perti-
nēt, vt eodem modo & æqualiter omnes admit-
tantur. ius enim comparationis hoc inducit[c].
III. Cæterùm cùm lex noſtra defuncto coniuncto ve
lit aliū coniunctum præferri, dubitat Caſtrenſis,
quid, ſi diſiunctus moriatur, vel repudiet? & re-
ſpondet tam coniunctos, quàm diſiunctos ſimul
admitti[d]. coniuncti tamen loco vnius erūt. quod
& Alex. hîc tradit, & ſuprà traditum eſt[e].

a l. fin. vbi Bart. ad Trebel. Dec. conſ. cccccxlvi.
b Dec. conſ. lxxxvi. Alex. lxvi. in ii.
c l. iiii. C. de off. mag. mil. Bald. l. quoties. C. de ſuis & legit.
d l. hæredes ſine. ſ. tit. i.
e l. ſi pater filio. de vulg.

## LEX XLIII.

### PAVLVS libro IX. *Quæſtionum.*


1 *Nouella Iuſtiniani conſtitutio nō impedit, quo minus hodie in ſubſtitutione muti neceſſarium ſit reſcriptum.*

3 *In quibus conſenſus ſufficit, ea rectè expediuntur per mutum.*

4 *Furioſus & mutus, quo ad ſubſtitutionem, differunt.*

5 *Prodigis citra reſcriptum licet ſubſtituere.*

6 *Fallit in ſtupido præditis ingenio, & phræneticis. 7.*

8 *Filius patri furore correpto non ſubſtituit exemplariter.*

10 *Verbo adiecta qualitas, ſecūdum verbi tempus adeſſe debet, niſi diſponentis mens, vel aliæ probabiles cauſæ repugnent. 11, 12, 13, 14, 15, 20, 21, 24. & ſi incommoditas dubiam applicationem faciat, iuxta æquitatis regulam res diſcutienda erit. 26.*

27 *Perſeuerantia qualitatis interdum neceſſaria, interdū non. 31.*

35 *Legitimatio per reſcriptum principis tollit maculam natalium, vt ſucceſſioni cum legitimè natis locus ſit. 36.*

42 *Furioſo ſubſtituitur vltra pubertatem, donec ad ſaniorē redierit mentem.*

43 *Definitio, ἔτυμον & origo exemplaris ſubſtitutionis.*

45 *Pupillaris & exemplaris differentiæ. 48, 50, 68, 70.*

47 *Legitima filio relinquitur, vt teſtamentum ab expugnatione ratione inofficioſitatis tutum ſit.*

49 *Furioſo in poteſtate conſtituto pupillariter ſubſtituendum.*

54 *Filius poteſt ob culpam ante furorem commiſſam, exhæredationis pœna plecti.*

55 *Corporalis pœna furioſo non poteſt irrogari, niſi in his, quæ etiam poſt mortem pœnam merentur.*

57 *Furioſo in minore ſumma inſtituto, tenet ſubſtitutio. 65.*

59 *Actus ex omiſſione formæ vitiatur.*

63 *Supplementum condictione ex lege petitur.*

67 *Miles filio furioſo, non conſtituta legitima, ſubſtituere poteſt.*

72 *Mater filio furioſo non eſt neceſſariò ſubſtituenda: ſed deſcendentes & frater ſic. 76, & 77.*

78 *Pater non poteſt ſeipſum furioſo filio ſubſtituere.*

79 *Furioſo ſanitati priſtinæ reſtituto, exemplaris ceſſat, nō extinguitur.*


A Ex facto a quæritur, qui filium habebat mutū puberē, hac in materia omnino mutus furioſuſque æquiparentur? & videntur aliqui ſentire æquiparari. Ego
...

EX FACTO a. ¶ Subſtitutio † qui- L. 43.
dem exemplaris non ſolùm furio- Ex facto.
ſo, ſed etiam muto fieri poteſt, qui a
& ipſe teſtari nequeat, vt quia ne- 1
ſciat ſcribere[f]: verùm finitur, ſi is
incipiat poſſe teſta
ri, vel liberos ſuſci-
piat. Sed an hodie
hac in materia om-
nino mutus furio-
ſuſque æquiparen-
tur? & videntur aliqui ſentire æquiparari. Ego
† ex lege Iuſtiniani ſubſtitui mente capto, aut fu 2
rioſo arbitror. ad mutum verò id extendendum
non arbitror[g], vt meritò adhuc neceſſarium ſit
reſcriptum. Nec in hac re correctam eſſe legem I.
noſtram veriſimile eſt[h]. Faciliùs enim furioſo II.
ſubſtituere poſſumus, quàm muto, qui rationis
capax eſt, & qui inuitus non debet adigi, vt hæ-
B redem agnoſcat[i]. nam & hîc dicitur, talem ma-
trimonium contrahere[k] poſſe, cùm tamen fu-
rioſus non poſsit[l]. Videmus † enim mutis om III.
nia concedi, quæ ſolo conſenſu legitimè perfi- 3
ciuntur[m]. vnde & monaſterio ſe addicere pote-
rit, vt cæteros contractus facere, dum modò ſaltē
ſignis voluntatem ſuam oſtendat[n]. Nam † & ſi IIII.
pater furioſo ei naſciturum filium ſubſtituat, du- 4
bium non eſt ſubſtitutionem valere[o]. & tamen,
ſi id in muto diſponat, ſecus eſt, quiā hîc tradi-
C tur, nato filio, extingui ſubſtitutionem, filiumq;
patri ſuo ab inteſtato, non ex auita ſubſtitutione
ſuccedere. nec nouū eſt minus priuilegiis tribui,
quàm iuri communi[p]. Et hanc ſententiam Iac.
Aren. Matheſyl. Angel. Salic. & Fulg. ſecuti ſunt,
nec Imolæ hîc diſplicet cum quibuſdam aliis[q].
Sed † quid in prodigo, cui bonis interdictum ſit, 5
dicemus? & communis eſt ſententia ei ſubſtitui
citra reſcriptum principis poſſe. prodigalitas e-
nim animi vitium & ſpecies dementiæ eſt[r]. vn-
D de Iuſtiniani conſtitutione contineri debet, quę
humanitate ſuggerēte promulgata eſt, nec ei im-
putandum tanquam propria culpa delinquat[s].
quia cùm id vitio animi fiat, propter præſumptā
dementiam venia miſerationeq; potiùs dignus
eſt[t]. Sed † quid in eo, qui non omnino ſubuer- 6
ſum habet animi iudicium? & receptius ex Fabri
Angeliq; auctoritate eſt, hiſce omnibus, tametſi
inſulſis & imperitis, teſtameti factionem eſſe[u].
et ideo non eſt credendum, patri conceſſum eſſe,
E vt pro eis teſtetur, niſi adeò egregiè ſtupidus ta-
lis proponeretur, vt demens eſſet[x]. quo caſu di-
uerſam Iaſ. Politique ſententiam ſequerer. Illud
conſtat, nec † in phrænetico quidem ei legi locū 7
eſſe, cùm eius morbus temporarius ſit[y]. quod
Bald. Alexan. cæterique tradiderunt. Sed † quid 8
in caſu contrario, an filius ſubſtituet exemplari-
ter patri furioſo? &, excepto Iaſone, cæteri con-
ſentiunt non poſſe, quia lex id priuilegij paren-
tibus indulſit. vnde ad alios trahi non debet[z]. a-
F liàs cùm filius in exemplari hæres ſcribi debeat,
ſequeretur id ei tributum, vt ſeipſum hæredem
ſcriberet, aut exhæredaret. quod abſurdum eſt[a].
nam & ſi plures filij eſſent, quilibet pro ipſo te-
ſtari poſſet. quod non tantum abſurdum, ſed
etiam

f l. ſi mutus. de teſt. l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſ.
g l. humanitatis. C. eod. l. fin. §. i. C. de cur. fur.
h arg. l. præcipimus. C. de appel. gl. authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.
i §. ſed ſi quis ne potis. Inſtit. de adopt.
k c. cùm apud. de ſponſ.
l l. patre. ſ. de his, qui ſunt ſui.
m l. vbi non voce. de regul. iur.
n l. iiii. in prin. de pact. vbi Doct. & ꝗ. l. antepenul. C. qui teſtam. fac. poſ.
o d. l. antepenul.
p l. eius militis. §. i. ꝗ. de teſtam. mil.
q Ioan. And. c. Raynutius. de teſtam. Alex. verſ. cui adde
r c. ſæpe. xli. diſtin. l. i. de cur. fur. l. is, qui. §. fin. de de negot. geſt. Inſtit. quibus non ered. y l. i. matri. §. ſi verò
tut. & cur. dat. Alexan. conſil. clxxxii. in v. s l. ſiue hæreditaria. t l. i. C. ſi quis Imp. maled. u Ioan. Fab. & Angel. §. præterea. eſt permiſ. fac. teſt. x l. ii. de poſtul. in fin. l. dabimus. in fin. de priuil. §. apud Iulianum. de Aedil. edict. z l. ſi verò. §. de viro. ſol. expectet. in auth. de nupt. a c. ſi. de inſt. c. vt debitum. de baptiſ.

9 etiam repugnans eſſet. Nec obſtat, quòd † filius
patri curator quandoque detur [a], quia id ad cau-
ſam teſtamenti non trahitur, cùm & in hoc quo-
que ſit maior patris auctoritas, qui non ſatiſdat,
cùm filius ſatiſdet [b]. nec (quod ad auctoritatem
pertinet) vlla eſt in-
ter patrem & filium
paritas: imò ſem-
per plus patri tri-
buitur [c].

MVTO SVB-
a STITVERE a.
10 ¶ Qualitas † hæc
verbo adiecta ſecũ-
dum tempus verbi
intelligitur, vt ea-
tenus ſubſtitutio
valeat, quatenus is
mutus permanſe-
rit. In qua materia
in primis conſtitu-
enda eſt regula, vt
qualitas adiecta ver
bo ſecundum tem-

impetrauit à princi-
pe, vt muto ſubſtitue
re [a] ei liceret, & ſubſti A
tuit Titiũ. mutus du-
xit vxorem poſt mor
tem patris, & naſcit̃
ei filius. quero, an rũ-
patur teſtamentum?
Reſpondi: beneficia
quidẽ principalia ipſi
principes ſolẽt inter- B
pretari: verùm volun
tatẽ principis † inſpi-
ciẽtibus, poteſt dici,
eatenus id eũ tribue-
re voluiſſe, quatenus
filius eius in eadẽ va-
letudine perſeuerat:
& vt quemadmodũ
iure ciuili pubertate
finitur pupillare te-
ſtamentum, ita prin-
ceps imitatus ſit ius
in eo, qui propter in-
firmitatem non po-
teſt teſtari.

† inſpiciens, poteſt dicere, *aliàs*.

pus verbi adeſſe debeat, vt ſi verbum præſentem
diſpoſitionem contineat, qualitas tempore di-
ſpoſitionis adſit [d]: ſi futuram, illo tempore non
deſideretur [e]. quod & dicendum, quoties execu-
tioni, non autem diſpoſitioni annexa propona-
tur [f]. Nec hac in re diſtant à verbis participia. ſe-
cundum enim participij tempus qualitas quo-
que regi debet [g], poſſuntq; hac ex regula quam-
plurimæ quæſtiones decídi, quas & Iaſ. & alij in
medium attulerunt [h]. Videamus nos, quibus ca-
ſibus non procedat. Et ſciendum eſt non adeò
efficacem hanc eſſe regulam, vt tamen potior nõ
ſit mens ipſius diſponentis, quæ quandoque a-
liis ex verbis colligitur, quandoque ex ſubiecta
I. materia, vel natura rei, & ſimilibus. Ecce † te-
11 ſtator, *Filio* (inquit) *meo impuberi ſuccedat Titius*: non
eſt dubium, verbum, *Succedat*, à qualitate *impu-
beri*, declarari, & videri ſubſtitutionem pupilla-
rem eſſe [i]. ſed ſi adiecerit *Sine liberis*, ab ea inter-
II. pretatione recedemus, & compendioſam inter-
12 pretabimur [k]. Pone: dixi † me donare tibi om-
nia bona mea poſt mortem meam: intelligetur
duntaxat de præſentibus, vt donatio valeat, &
III. qualitas illa poſt mortem ſolam executionem
13 reſpiciet. quod Alexand. tradidit [l]. Nam † &
videmus quandoque ipſius qualitatis nullam ra
tionem duci. quod eſt, quoties dictio *Maximè*,
ſubauditur [m], vel etiam dictio *Quondam* [n], vel quo-
ties aduerſus illam qualitatem lex ex præſum-
pta ignorantia per in integrum reſtitutionẽ ſuc-
currit. quod Bartol. reſpondit [o]. Rurſus pone:
IIII. Aliquis † à principe caſtrum aliquod clientelæ
14 nomine pro ſe & filiis legitimè natis accepit, an
qui ex ſubſequenti matrimonio legitimati ſunt,
admittentur? & non videretur, quia qualitas re-
pugnat, non enim ſunt legitimè nati [p], & tamen
propter beneficiarij contractus fauorem aliud
V. crebriore calculo probatum eſt [q].
15 Nam † & in diſpoſitione legali traditum eſt,
16 huiuſmodi filios legitimè natorum appellatio-
ne contineri [r]. leges † enim ſecundum interpre-
tationem iuris magis declarantur. qua de re ali-
bi diffuſiùs. Quo fauore ſuggerente, ex decurio-
ne natus dicetur, quiſquis patre natus eſt, qui
deinde factus eſt decurio [s]. Quod & de filio pri-
migenio Regis aliqui tradiderunt [t]. in † fauora- 17
bilibus enim fit la-
ta interpretatio, vt
diſpoſitio ſecundũ
qualitatem quãdo-
que non reſtringa-
tur [u]. His accedit, VI.
quòd & lex XII.
Tabularum his ver
bis vſa eſt, *Si inteſta-
tus moritur*. quæ ta-
men non ad mor-
tis tempus, ſed cùm
teſtamentum deſti-
tuitur, referri credi-
mus [x]. quo caſu nõ
qualitas ſecundum
verbum intelligi-
tur, ſed verbum i-
pſum à dictione *In-
teſtatus*, regitur. quod & Bart. ſenſit. Vnde † con- VII.
ſequens eſſe arbitror, vt ſi lex municipalis filiam 18
dotatam, ſtantibus maſculis à defuncti hæredi-
tate ſummoueat, etiam ſummota cenſeatur, quæ
tempore mortis dotata non erat, dum tamen an
te aditam, ſeu petitam hæreditatem ei dos à fra-
C tribus offeratur [y]. quod Pontanus exiſtima-
uit [z]. ſuadet enim id ratio ſtatuti: ſuadent & ali-
quo modo verba, cùm mulier, cui dos oblata
eſt, cùm per offerentem non ſtet, dotata dica-
tur [a]. Suadet & illa ratio, quòd † non minus at- 19
tendi id tempus, quo hæreditas aditur, debet,
quàm quo teſtator moritur [b]. Quòd ſi fratres ſe
velle vti iure ſtatuti non declarauerint, nec quic-
quam ante petitam hæreditatem ſorori obtule-
rint, tunc ſecus eſſet, & regulæ ſtandum videre-
D tur, quamuis & non pauci ſint, qui indiſtinctè
hoc in caſu regulam ſequantur [c]. Sed † quid, VIII.
ſi lex municipalis dicat, Fœmina extra territo- 20
rium nupta non ſuccedat? & conſtat hac ex re-
gula excluſioni neceſſariũ eſſe, vt tempore, quo
ſuccedi debeat, ſit nupta [d]. Quid ergo, ſi tan-
tùm deſponſa ſit? & cùm non dicatur nupta, quæ
ſponſalia duntaxat contraxit, videretur non ex-
cludi. idque receptius eſt [e]. Alij contrà: quia ſta-
tutum id fauorabile eſt, vtpote non in odium nu
E ptarum principaliter factum, ſed in reipubl. fa-
uorem [f], cuius intereſt bona ſubditorum ad a-
lienigenas non deferri [g]. Vnde latiorem interpre
tationem accipere debemus, vt quod de nupta
dicitur, de ſponſa quoque intelligatur [h], & quod
reſpectu finis prohibitum eſt, etiam reſpectu
principij non permittatur [i]. Ego diſtinguendum
putarem, vt ſi ſola ſponſalia interuenerint, à qui-
bus receſſum ſit, priorem ſententiam ſequar. ſi ve
rò nuptiæ quoque deinde ſubſequantur, aliis
F adhæream, regulamque noſtram ſic intelligam,
vt qualitas adiecta verbo ſecundum verbi tem-
pus adeſſe verè debeat, vel ſpe, quæ deinde effe-
ctum ſequatur, aliàs ſola ſpes non ſufficeret.
Sed † quid, ſi fictione legis adeſſet, vt quia de IX.
actu loqueremur, quem lex retrò traheret? & 21
Bald. non ſufficere in hac ſpecie reſpondit [k]. Te-

a l. Is, qui. de tut. & cur. vbi Bart. b §. fin. Inſtit. de Attil. tut. l. fin. §. hoc procul. C. de bon. quæ lib. c l. liberto. de obſeq. d l. Mela. de alim. leg. l. iii. de aur. & arg. leg. e l. ii. de auro & arg. leg. f l. ex facto. §. pe. ad Trebel. g l. Titius. ℣. de teſt. milit. Felin. c. examinata. de iud. h Dec. conſil. xxxvii. Soc. xix. in iii. xlii. in iiii. Matheſyl. nu. 69. Cæpol. conſ. lviii. Hierony. rep. rub. ſol. mat. i Bar. l. centurio. ii. q. iii. partis, ℣. eod. k c. Raiautius. de teſtam. l Alex. l. ſtipulatio hoc modo. verſicu. non obſtat, quòd qualitas. de verb. oblig.

s l. moris. §. libe ros. de pœnis. t l. ſenatoris. in ff. de ſenat. c. inter cæteras. vbi Dec. i. not. de reſcript. u c. cùm illorum verſic. non tamen. de ſentent. excom. vbi Felin. x l. ſi quis poſthumus. verſ. ſed etiã ſi hæres. de lib. & poſthu. vbi Doct. & §. cùm autem. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. y arg. l. ſta. ff. va. de lib. z Rom. conſil. cccexlii. vt deciſionem. a Bald. l. pactum. q. xx. C. de collat. Bart. l. Titio centum. §. Titio centum. §. Titio genero. de condit. & demonſt. b Bartol. conſil. xxxi. quidam deceſsit. c Curt. conſil. xviii. & xxvii. in fi. d Bald. l. ſi matre. C. de ſuis & legit. e Iac. Petr. Cin. Rai. Paul. Bald. l. non ſinc. C. de bõ. quæ lib. Abb. conſil. cviii. in fin. in ii.

m l. qui rem. C. de euict. gloſ. l. pre cibus. C. eod. n l. ſi ancillæ. de condit. & demonſt. Signo. conſil. xxxvii. l. penult. ſi cert. pet. vbi Doct. o Bart. conſil. clxxviii. Peruſinus. p Alex. conſil. v. in vii. q c. tanta extrà, qui fil. ſint legit. vbi Doct. Præpoſ. c. lator. eod. tit. r c. innotuit. extrà, de elect. Dec. conſil. clv.

f l. qui exceptionem. de cond. indeb. g Socin. l. i. §. veteres. de acquir. hæred. h d. l. non ſine. i l. oratio. de ſponſal. K Bald. conſil. xvii. ſuper legitimatione. in iiii. in i. dub.

ſtator



22 ſtator † hæredi ſuo, ſi decederet ſine filiis legiti-
mis, ſubſtituit Caium: is reliquit ſpurium, qui
poſt mortem patris legitimatus eſt: non eſt du-
bium reſtitutionem hanc natalium retrotrahi [a],
& tamen cenſuit ille conditionem defeciſſe, Ca-
iumque admittendum. Ego accepi, eiuſdem
23 † potentiæ eſſe fictionem, cuius et veritas eſt [b]: &
ideo qualitatem, quæ fictione legis tempori ver-
bi conueniat, ſufficere arbitror [c]. Nec me deciſio
Baldi mouet: quoniam falſum eſt, legitimatio- A
nem illam retrotrahi, ſaltem in ſubſtituti dam-
num, cui interim ius quæſitum eſt [d]. nam nec
tunc retrotrahitur, cùm de defuncti voluntate,
quæ à principio adeſſe debuerit, interpretanda
24 agitur [e]. Sanè, quod † ſuprà dixi ſufficere, ſi qua-
litas fictione legis ſecundum verbi tempus adſit,
intelligendum eſt in his, quæ à legislatoris po-
teſtate pendent: aliàs fruſtrà lex fingeret. Quod
in lege municipali reſponſum crebriùs extat, cu-
ius verba erant ſic concepta: ingrediens mona- B
ſterium præſumatur præcedenti hora deceſsiſ-
X. ſe, qua de re alibi [f]. Quid rurſus hac in quæ-
ſtione reſpondebimus? Teſtator fundata ſacra
ædicula conſtituit patronos, qui ſacerdotẽ præ-
ſentarent: aliqui diaconum præſentarunt, qui
intra tempus à iure præfixum ſacerdos effectus
eſt [g]. Reſpondit Siculus nihil egiſſe. quia cùm
qualitas ſacerdotij actui præſentationis adiecta
ſit, non ſufficit, ſi deinde interueniat [h]: quod &
Rochus Curtius cenſuit [i]. ſecus, ſi rei, id eſt, be- C
neficio ipſi ea qualitas adiecta eſſet. Fuere ta-
25 men, qui contrà dicerent. cùm † enim æquipare-
tur à iure, ſiue ſacerdos præſentatus ſit, ſiue a-
lius, qui intra annum eum gradum aſſumat [k], vi-
dentur verba teſtatoris ad ius referri debere [l].
nam & conditio qualitas eſt, & tamen per æqui-
pollens adimpletur, quoties non ad modum, ſed
ad finem veriſimile eſt teſtatorem attendiſſe [m].
XI. quod alibi docuimus. Sed † quid, ſi illa quali-
26 tas ad plura verba referri poteſt, ad quod verbũ
potiùs referemus? & putarim ad omnia, ſi com-
modè poteſt. verbi gratia, lex ait, ſi alienigena of
fẽnderit ciuem, puniatur duplo, oportet quem
fuiſſe ciuem non tempore punitionis tãtùm, ſed
& offenſionis. quod Bald ait [n]. Quòd ſi commo-
dè non poteſt, ad illud referetur, quod æquitas
XII. magis dictabit [o]. Sed † nunquid hæc qualitas
27 durare debeat, an verò ſufficiat, ſi tempore ver-
bi adſit? & conſtituendum eſt ſufficere, ſiue ver-
bo diſpoſitiuo adiecta ſit [p], ſiue executiuo [q], ſiue E
alteri verbo, quod declarationem ſubiecti reſpi-
ciat [r]. re enim ſemel declarata, non reſpicimus
28 amplius qualitatem [s]. Hinc † ſolemus dicere,
ſatis eſſe, ſi conditio vel momento temporis im-
pleta fuerit, licet non duret [t]. ſicut conditionem
*Si deceſſerit ſine liberis*, euaneſcere, ſi ſuperſtites fue-
rint liberi, licet incontinenti deinde moriantur
29 [u]. Idemque † in ſtatuto eſſe, quo quòd ſtantibus
maſculis fœminæ excludantur, ſufficit maſculos
vel momento extitiſſe [x]: & ſemel excluſa muli-
er, perpetuò erit excluſa. Item qui vouit ingredi F
religionem, ſatis eſt, ſi ingrediatur, licet non per-
30 ſiſtat [y]. Et † ſi filiæ extra territorium nuptæ nihil
legari poteſt, ſatis eſt, ſi tempore acquiſitionis
non ſit nupta: nec refert, quòd deinde nubat, vt L. 43.
Socin. reſpondit [z]. Et generaliter, quoties quali- Ex facto.
tas pro cauſa impulſiua eſt, nihil opus eſt eam du
rare [a]. Et hæc quidem regulariter procedunt,
ſed tamen non ſunt perpetua. Quid † enim, ſi I.
qualitas hæc ilicò effectum ſuum non inducat [b], 31
ſed potiùs tractum ſucceſsiuum habeat, perſeue
rantiamque requirat [c]? nam & videmus, quo-
ties conditio tractum habet, non ſufficere eam
A momento impleri [d]. Quid, ſi actum à parti- II.
bus veriſimiliter ſit, vt qualitas perpetuò du-
ret [e]? quod in ea quæſtione Doctores tradide-
runt [f], cùm promiſiſſent Veneti Genuenſibus
muros Tenedi inſulæ deſtruere, eoſque reædifi-
cari feciſſent [g]. Quid, ſi non ſolùm qualitas III.
non duret, ſed alia prorſus actui contraria ſuc-
ceſſerit? verbi gratia: Mandata † eſt cauſa ſpiri- 32
tualis canonico, qui non ſolùm deſiit eſſe cano-
nicus, ſed etiam vxorem duxit: non eſt dubitan-
B dum talem cauſam per eum cognoſci non poſ-
ſe [h]. Quid, ſi huiuſmodi qualitas pro cauſa (vt IIII.
vocant) finali adiecta ſit? ea † enim ceſſante, effe- 33
ctus quoque ceſſare debet [i]. quod Bald. cenſuit,
idque legis noſtræ argumẽto verum eſt, niſi qua-
litas in melius mutaretur [k]. Quid item, ſi ini-
quitas aliqua inde oriretur? quod hîc Bartol. ma-
uult, vt quia auferret teſtamenti factionem ſano
homini. Quid, ſi fraus legi fieret, niſi qualitas V.
duraret [l]? qua † ratione non dicitur veniſſe, qui 34
C ſtatim receſsit [m], nec in poſſeſsionem illatum,
quod non perpetuæ ſedis cauſa illatum eſſet [n].
Et hinc inferunt Doctores, an † ſi pater filium na VI.
turalem, quem ſolum habebat, per reſcriptum 35
principis reſtitui natalibus fecerit, deinde du-
cta vxore legitimos ſuſcipiat, reuocetur legiti-
matio? & Rainerius, quem cæteri frequentiùs ſe-
quuntur, non reuocari cenſuit, ſed filium ipſum
cum legitimis ſuccedere. lex enim huiuſmodi
per reſcriptum legitimos eis non particulari ra-
D tione, vt Salic. & Iaſ. crediderũt, ſed in omnibus,
& per omnia æquiparat, qui legitimè nati ſunt,
vel qui per ſubſequens matrimonium legitimi
effecti ſunt [o]. At tales conſtat cum cæteris iuſtis
filiis ſuccedere [p]. nam † & talis reſtitutio macu- 36
lam illam natalium prorſus abolet [q]: quæ ſemel
ſublata, amplius reuerti non poteſt [r], ſicut & in
liberto receptum eſt [s]. Nec dubium eſt ſolere
nos de libertis ad huiuſmodi legitimos argumẽ
tari. quod hîc Iaſ. oſtendit [t]. Quam ſententiam &
E ipſe ſequor. quia ratio, quæ patrem mouit, vt id
à principe donum filio ſuo impetraret, eſt præ-
ſumptus amor, quo erga eum pater afficitur [u]. ſe-
cundum naturam enim (quod fortiſsimũ eſt vin
culum) illi filius eſt, ea ratio natiuitate aliorum
non ceſſat, ſed ſolùm ſpem minuit [x]. vnde aduer
ſus hanc ſententiam ea Recentiorum argumẽta
minimè faciunt, quæ in eo caſu procedunt, quo
ratio ipſa ceſſaret [y]. Reſtringitur hæc concluſio à I.
quibuſdam ex Dini auctoritate, vt † de perſonæ 37
F

a l. ſi. de nat. reſt. Bart. l. ii. ℣. eod. b l. i. C. de rei vx. act. c. ad audientiam. de cler. nõ reſid. Alex. cõſ. ii. verſ. præterea. in i. lib. c l. pater. in prin. de capt. l. lex Cornelia. ℣. eod. d Doct. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſthu. e Bald. l. in teſtamento. q. ix. C. de teſtam. mil. Alex. l. Lucius. ℣. eod. f Doct. l. ſi. C. de pact. g c. licet canon. de elect. in vi. h arg. gl. c. ſtatutum. verb. canonicis. de reſcrip. in vi. i Barb. conſil. xxxiii. ii. dub. lib. ii. Roch. tract. Iur. patr. verb. honorificum. q. iiii. k c. ii. de inſtit. in vi. d. c. licet canon. l d. l. Gallus. §. i. m Bar. d. §. & quid ſi tantùm.

z Socin. conſil. lxxxi. in iii. a l. ſciendum. §. ſi qui ſatiſd. cog. gl. c. cupientes. in prin. de elect. vi. gloſ. verb. periculoſis. b l. ſi cui balnei. quemadmod. vſuſf. amit. c l. ſemper. §. negotiatores. de iur. immunit. Imol. clem. ii. de reſcript. d l. Mæuia. de annu. legat. Alex. conſ. xliii. in iii. e l. iii. de aur. & arg. leg. f Cin. l. ſeruus. C. de pœnis. g Angel. Corn. d. l. ſi quis hæredem.

n Bald. l. i. C. an ſer. ex ſuo fact. o argum. Bart. l. præcipimus. §. ſanè. in fin. C. de appel. p d. l. Mela. q d. l. ex facto. §. penult. r l. in ſubſtitutione. ℣. eod. s l. ſi cognatis. de reb. dub. Cin. l. placet. de ſacroſanct. eccleſ. t l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. u d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. x c. i. §. cum etiam. epiſc. vel abb. vbi Bald. y c. ex tranſmiſſa. de renunt. Iaſo. d. l. in ſubſtitutione. Archid. xii. q. ii. ſancimus.

h gloſ. d. c. ſtatutum. vbi Gemin. & Peruſ. de poſtul. i c. cùm ceſſante. de appel. Bald. d. l. humanitatis. vlt oppoſ. c. ſi pauper. de præbend. lib. vi. l. tutelas. de cap. dimin. l. iii. §. i. de poſtul. K l. filiæ. §. i. de condit. & demonſt. l. penult. ſi ex nox. cauſa. l l. reprændenda. C. de inſt. & ſubſtit. m c. i. de iudic. l. ſcire. §. ſufficit. de excuſ. tut. vbi Bald. n l. debitor. de pignor. o §. illud in fin. auth. quib. mod. nat. effic. legit. p l. cùm quis. l. pen. C. de nat. lib. q §. natura. in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. r arg. l. qui res. §. aream. ℣. de ſolut. s l. Papinianus. §. ſi. de inoffic. teſt. t §. i. in auth. vt lib. de cæter. & §. liceat. in fin. in d. auth. u l. cùm ſeruus. mand. l. generaliter. §. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. x l. nec ei. §. præterea. de adopt. y l. cùm auus. de condit. & demonſt. l. ſi vnquam, C. de re uoc. donat. & l. noſtra.

ipſius

ipſius reſtitutione intelligatur, ſed quantum ad ſucceſsionem attinet, ſecus eſſe [a]. cùm enim macula natalium abolita ſit, actus perfectus durat, quamuis ad caſum perueniat, à quo non poteſt incipere [b]. ſed effectus ſucceſsionis, cùm adhuc in pendenti eſſet, ſupernaſcẽtibus iuſtis filiis debet ceſſare [c], vt noua cauſa ſuperueniens priuilegium tollat [d]. Addit Aretin. ſicut pater his filiis non videtur voluiſſe damni quicquam inferre, quos ſe habere ignorat, ita nec illis, qui adhuc nati non eſſent [e]. Sed tamen ſentẽtia hæc communiter reprobata eſt [f]: quia (vt Bart. inquit) actus hic ſuccedendi acceſſorius eſt, & perſonam ſequitur. vnde cùm perſona iã ſit legitima, conſequens eſt, vt & tanquam legitima ſuccedat [g]. Ego defendi eam poſſe arbitror, cùm ſimpliciter impetraſſet pater diſpenſationem, vt talis filius, quamuis illegitimus, inteſtato ſibi ſuccedere poſſet [h]. magna enim inter hanc diſpoſitionem & natalium reſtitutionem differentia eſt. qua de re alibi plura [i].

II. Rurſus † reſtringitur per Bart. vt non pro-

38 cedat in eo, qui per curiæ oblationem legitima iura conſecutus eſſet. talis enim, ſuſceptis iuſtis filiis, non ſuccederet. cuius rei illa eſt ratio, quia per curiæ oblationem perſona ipſa non videtur effici legitima, ſed ſolùm in paterna ſucceſsione legitima iura quæruntur [k]. Vnde ſi pater deinde ſuſcipiat filios legitimos, ceſſat hoc beneficium, quod adhuc perfectum non erat, neque illum effectum habuerat: (nec enim de ſucceſsione patris ante eius mortem quæritur [l].) vt parum me moueat cæterorum ratio, qui Bartol. aduerſantur [m], tanquam oblatio curiæ legitima iura tribuat, etiam ſi alij iuſti filij extent [n], cùm tamen aliud in reſtitutione per reſcriptum ſit. Reſpondeo: hoc procedit propter expreſſum patris conſenſum, qui de ſua ſucceſsione diſponere poteſt: at in caſu noſtro conſenſus deficere propter natiuitatem aliorum præſumitur.

III. Reſtringitur † tandem prædicta concluſio & à

39 Paulo Caſtrenſi [o], vt procedat, cùm eam fuiſſe principis mentem conſtat, vt filiis naſcituris præiudicaret. Quod hac ratione oſtendit: ſi enim iam nati fuiſſent, idque ipſe princeps ignoraret, reſtitutio natalium eis non obeſſet [p]. oportet enim certiorem fieri hac de re principem, itemque eorum numero, aliàs reſcriptum ſubreptitium cenſetur [q]. ergo eodem modo nec naſcituris quidem voluiſſe damnum adferre credendum eſt, quos naſcituros ignorabat. Sed hæc limitatio ab aliis reiecta eſt. non enim vitium ſubreptionis vllum hoc in caſu perpendi poteſt, cùm tam pater ipſe, quàm princeps probabiliter in ſpecie ignorent, an futurum ſit, vt alij legitimi naſcantur, in genere verò vterque veriſimiliter ſciat id poſſe contingere [r]. Fortiùs reſpondit Pontanus [s], ſi † Comes Palatinus eam

40 conditionem in priuilegio habeat, vt ſine legitimæ prolis præiudicio auctoritate ſua vtatur, adhuc cõmuni ſententiæ locũ eſſe [t]: quia illa verba debẽt intelligi de præiudicio prolis tunc natæ, cùm Comes Palatinus poteſtate vtitur, quod & Iaſo. ſecutus eſt, & ego prædicto in exemplo probo. Sed ſi clauſula illa modum ſucceſsionis reſpiceret, ſecus eſſet, vt quia diceretur, quòd filij per talem Comitem reſtituti abſque legitimorum præiudicio ſuccederent [u]. hoc enim caſu defendi Pauli limitatio poteſt, vt ſcilicet clauſula illa ſecundum tempus verbi, cui adnexa eſt, intelligatur. quod ſuprà docui. Idemque putarem reſpondendum, quando reſtitutio hæc eſſet facta cum clauſula, ſine præiudicio legitimorum hęredum. dictio † enim *Hæredes*, ſucceſsionis tem-

41 pus reſpicit. quæ & reçeptior videtur ſentẽtia [x]. qua de re alibi [y].

Nam etſi furioſo [d] filio ſubſtituiſſet, diceremus deſinere valere teſtamentum, cùm † reſipiſſet: quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere. Etenim iniquum incipit fieri beneficiũ principis, ſi adhuc id valere dicamus. † auferret enĩ teſtamẽti † factionem homini ſanæ mentis. Igitur etiam adgnatione ſui hæredis dicendũ eſt rumpi ſubſtitutionem: quia nihil intereſt, alium hęredem inſtitueret ipſe filius poſtea, an iure habere cœpit ſuum hæredem. nec enim aut patrem aut principem de hoc caſu cogitaſſe, veriſimile eſt, vt eũ qui poſtea naſceretur, exhæredaret. Nec intereſt, quemadmodũ beneficium principale intercedat circa teſtamenti factionem, vtrùm in perſonam vnius, an compluriũ.

† reſipuiſſet. *item*, reſpuiſſet, *aliàs*.

† auferretur, *aliàs*.

† factio, *aliàs*.

NAM ET SI FVRIOSO a. ¶ Olim

42 † neque muto, neque furioſo vltra tempus pubertatis ſubſtitui poterat, niſi ex reſcripto principis, cuius reſcripti forma erat inſpicienda: hodie verò lege Iuſtiniani ſubſtitui furioſo poteſt, donec ad ſanitatem reuertatur, cuius ſubſtitutionis naturam hîc diffuſè Bartol. cæterique examinant, quorum veſtigiis & nos maximè inſiſtemus. Definitur autem ab Imola hoc modo.

43 Exemplaris, eſt † ſubſtitutio directa, per quam ei prouidetur, qui non propter ætatem, ſed propter mentis, aut ſimile vitium teſtari non poteſt. Dicta eſt autem exemplaris non à Veteribus iuris auctoribus, ſed à noſtris Doctoribus, ex eo, quòd ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis introducta ſit [z]. Sed an ſpecies ſit ab ea ſeparata? & Bartol. ſimpliciter dicit eſſe principalem, ſicut & pupillaris. Receptum tamen eſt, eſſe ſeparatam ſpeciem. quod Salic. diſputauit [a]. Videndum igitur, quibus in caſibus differat hæc ſubſtitutio à pupillari. & adnotant hîc Doctores xiij. caſus, quos particulariter attingunt.

44 Ego † illud præfandum arbitror, pupillarem moribus introductam eſſe, exemplarem Iuſtiniani conſtitutione. conſtat autem pupillarem patri permiſſam, quia propter patriæ poteſtatis vim cenſetur pupilli hæreditas eadem & patris eſſe [b]. vnde par eſt patris & in perſona pupilli & in bonis auctoritas, & ideo diſponere de eis ad vſque pubertatis tempus potuit, vt ſicut filii caput in poteſtate tutoris ad illud vſque tempus ex lege XII. Tabularum eſſe debuit, ita pater eatenus & ipſe ei hęredem dare poſſet.

Exemplaris ſubſtitutio quid.

Exemplaris et pupillaris ſubſtitutionis diſcrimẽ.

a Alberi. l. tale. de pact. Oldr. ccxlvii. Ang. hic.
b l. ſi ſub vna. de verb. oblig. c. factum. vbi Din. de reg. iur.
c arg. l. ſi vnquã. & ibi not. C. de reuoc. donat.
d l. generaliter. C. de epiſc. l. cura. de mun. & honor.
e l qui iure. de teſtam. mil.
f Dec. conſil. cccvii.
g arg. l. ſi te parens. C. de ſuis & leg. vbi Bald.
h Ioan. And. de ſucceſ. ab inteſt. §. i.
i Iaſo. rub. ſ. de lib. & poſthu.
k l. ſi quis ſeu liber. l. communium. C. de nat. lib.
l §. proximus. Inſtit. de leg. agn. ſucceſ.
m Imol. Paul. Aret. Iaſ.
n §. & quoniam variè. in authen. quemad. nat. effic. ſui, iuncto d. §. illud.
o Paul. conſil. ccxxv. ſuper i. dub.
p Bart. & Doct. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ſ. de lib. & poſthu.
q c. poſtulaſti. de reſcript. Curt. conſ. xiii. & xix. in iii. dub.
r l. qui iure. de teſt. mil. vbi Bar.
s conſil. cxciiii. in propoſita in fin.
t arg. §. ſit igitur. verſic. omnino. in d. auth. quib. mod. nat. effic. leg.
u Ioan. And. in Spec. de ſucceſ. ab inteſt. §. i. verſic. ſed ex facto. Alex. conſ. clx iiii.
x Corn. conſ. ii. in i. Socin. cõſ. xli. iii.
y ſ. in rub. de lib. & poſthu.
z §. qua ratione. Inſtit. de pupil.
a Salic. d. l. humanitatis. verſic. ad ſecundum.
b d. l. patris & filii. ſ. eo.



poſſet. Exemplariam verò Iuſtinianus [a] introduxiſſe videtur: quia cùm pater filij ſui furioſi, quãuis emancipati, curator ſit, humanitatis intuitu patri conceſſum eſt, vt eam curam adhibere, etiã ei ſubſtituendo poſsit [b]. & quãuis aliàs cura morte curatoris extinguatur [c], tamen patri plus iuris hoc caſu conceſſum ſit [d].

45 Hincque † plures differentiæ inter haſce ſubſtitutiones oriuntur.

I. differẽtia. Et in primis filiis naturalibus non poteſt pater pupillariter ſubſtituere, quia eos in poteſtate non habet, & tamen exemplariter poteſt, cùm eorũ ipſe, ſi in furore ſint, curam adſumat, & eis poſt mortem tutorem dare teſtamento poſsit [e]. vnde eadem ſubeſt hoc caſu humanitas, quæ in emancipatis, vel in legitimis, quibus mater ſubſtituere poteſt. & ita Bartol. Bald. Salic. & alij Veteres cenſuerunt. Contrà Angel. Imol. Alex. [f], & Recentiores crebriore calculo, quia lex de filiis loquitur, quibus legitima debetur [g]. At conſtat naturali filio tantùm, nullam deberi à patre legitimam [h], licet in matre aliud conſtitutum ſit [i]. Sed

46 huic rationi reſpondet Dec. legitimam † filio relinqui, ne querelâ inofficioſi teſtamentũ expugnari poſsit, non quòd ad ſubſtantiam exemplaris ſubſtitutionis id pertineat. quę ſententia

47 communiter recepta non eſt [x]. Ego † legitimæ mentionem in ea lege factam arbitror, quia niſi iuſtis filiis ea relicta ſit, mens patris arguitur inhumaniter erga eos agentis, cùm iure naturæ debita ſit, à qua obligatione non liberatur pater propter filij infortunium. Sed tamen non ſequitur, quin & legi locus ſit eorum reſpectu, quibus nulla legitima debetur [l]. qualitas enim legitimę non ideo in lege illa adiicitur, quòd in eius cõpenſationem lex patri id ius ſubſtitutionis concedat. vnde non debet præcedentem generalem diſpoſitionem reſtringere, quin etiam in his locum habeat, quibus nulla legitima debetur [m]. Nam & Bald. & Imol. & non pauci alij auum maternũ, qui in poteſtate matrem habeat, ſubſtituere poſſe furioſo cenſuerunt, & tamen conſtat illi nullam legitimam haberi, cùm à matre pręcedatur [n].

II. differẽtia. Secunda † differentia eſt, quia

48 impuberibus tantùm ſit pupillaris ſuſiſtitutio, exemplaris verò etiam puberib. & adultis. Sed quid, ſi pupillo emancipato pater ſubſtituat, an exemplaris valebit? & legis verba generalia ſunt [o], ideoque receptum eſt valere ſubſtitutionem. Vnde & mater ipſa eiuſdem legis verbis pupillo exemplariter ſubſtituit. ſubeſt enim ſemper eadem ratio & humanitas. Solus Imol. diſſentit. quia vbi filius alia ratione, quàm dementiæ, teſtari prohibetur, exemplaris ei nulla fieri poteſt [p]. Sed hæc Imolæ ratio nimis generalis eſt. ſi enim ideo prohibetur, quia id in alieni iuris pręiudicium eſſet, vtique vera eſſet, vt quia pro eo teſtaremur, qui in alterius poteſtatem recideret, vel qui ob crimen fiſco iam addictus ſacer, inteſtabiliſque effectus eſſet. Sed in caſu noſtro, cùm de nullius damno agatur, ſuprà ſcri-

49 ptæ rationi locus non eſt. Sed † quid, ſi pupillus is furioſus in poteſtate ſit? & Bart. cæterique frequentiùs ſentiunt, ſubſtituendum ei pupillariter potiùs, quàm exemplariter eſſe, vt furoris vitium ætati potiùs quàm menti interim tribuatur [q]. quæ ſententia humanior eſt. Sed tamen ſunt, qui diſſentiant [r], quia Iuſtinianus, liceat (inquit) eis, etſi puberes ſint, certas perſonas ſubſtituere. quæ dictio *Etſi*, implicat, vt id in pupillis quoque locum habeat. quæ ratio mihi friuola videtur [s], quia *Etſi*, nihil aliud eſt, quàm *Quamuis*, ſentitque Iuſtinianus filiis, ſi impuberes ſint, pupillariter, & quamuis ſint puberes exemplariter ſubſtitui poſſe. Addunt ergo aliam rationẽ, vt ſicut poteſt pater pupillo furioſo curatorem teſtamento dare, idque lege Iuſtiniani [t], ita & exemplariter ſubſtituere. Sed certè curatorem ego furioſo impuberi dari non crediderim, ſed tutorem, eamque legem ſecundum antiqua iura diſtingui debere probabilius eſt [u]. Nec me mouet, quod exemplaris vberiùs prouideat, cùm omni tempore prouideat, & ideo nõ debet à pupillari impediri [x]. Reſpondeo enim, intra tempora pubertatis ampliorem eſſe pupillarem ſubſtitutionem, & iuris communis regulis magis coniungi: poſt eam verò ætatem poſſe exemplariam admitti. Secundum tamen Bartol. cęterorumque diſtinctionem, nempe ſi verba ſubſtitutionis hanc interpretationem patiantur, vt quia ſine limitatione temporis concepta ſit: verbi gratia, *Filio meo talis hæres eſto*, vſque ad pubertatẽ erit pupillaris, pòſt exemplaria, quia generalitas ille omne tempus complectitur [y].

III. differentia. Tertia † differentia, quia mater non poteſt pupillariter ſubſtituere: exẽplariter verò poteſt [z].

50 ratio eſt, quia mater debet habere tutelam & curam filij [a], & ideo ſuaſit humanitas, vt ei quoque id iuris indulgeretur [b]. Vnde ſi tranſeat ad ſecunda vota, qua ratione tutela priuatur [c], eadem & hoc iure ſubſtituendi priuabitur [d]. quæ ſententia cum Bartol. receptior eſt, licet Salicet. & Imol. leuibus argumentis diſſenſerint. In patre verò aliud eſt: quia etiam ſi pater nouas nuptias contrahat, non tamen filij cura priuabitur [c], cùm durare adhuc amor pręſumatur, nec facilè nouercalibus delinimentis ſuccumbere. Amplius cenſuit Bartol. quem & alij ſequuntur, exemplarem à matre factam extingui, etiamſi priùs facta proponatur, quàm iterum nubat [f]. quam ſententiam & ipſe probo. [g]. Sed quid, ſi furioſus in patris poteſtate ſit, an adhuc illi ſubſtituere mater poterit? & poſſe Bartol. cenſuit, quem non pauci ſequuntur. Contrà Bald. Imol. Alexand. Aretin. & ferè Veteres. Recentioreſq; non pauci [h]. cùm enim impediatur alia ratione teſtari, quàm furoris, non debet id matri concedi. fieret enim patriæ poteſtati iniuria. Quam ſententiam & ipſe ſequor. exiſtente enim filio in patris poteſtate, nulla eſt matris tutela, vel cura [i]. ergo nec pro illo teſtatur. Nam † & Iuſtinianus cùm inquit [k], *teſtatori, vel teſtatrici, qui, vel quæ teſtatus*, id ius conce- 51

dere ſeparatim intelligi debet, vt ſi pater teſtetur, mater id ſibi non arroget [l]. hæc enim interpretatio magis conſona eſt communibus iuris regulis, ne eiuſdem perſonæ duo teſtamenta valeant [m]. Non procedit hæc concluſio, quoties pater eſſet perſona vilis. quia ſicut tali non eſſet concedenda filij cura, ita nec factio teſtamenti pro eo [n]. quod hîc Bartol. tradidit, & plerique aduerſus Angel. & Imol. ſequuntur [o]. quamuis enim non ideo minus de bonis ſuis diſponere talis pater poſsit [p], non ſequitur, vt credamus voluiſſe legiſlatorem ei concedere, vt pro filio quoque teſtari poſsit [q]. Rurſus ex communi ſententia non procedit, quantum ſit bonorum ipſius matris reſpectu [r]. Quod Bart.

L. 43. Ex facto.

a d. l. humanitatis.
b l. ſi. in princ. & §. j. C. de cur. fur.
c §. ſimili Inſtit. quib. mod. tut. fin.
d d. l. humanitatis.
e l. ſi. C. de confir. tut.
f Alex. conſ. 40. in iiij. dub.
g l. 4. §. prætor. uerſic. toties. de damno infect. ubi Alex.
h l. ij. C. de nat. li. gl. l. j. in prin. ſ. de contra tab.
i l. ſi ſuſpectus. §. j. de inof. teſt. auth. ſi qui illuſtris. C. ad Orfic.
k Bart. ſ. 7. requiſito.
l l. regula. §. licet. de iur. et fac. ignor. Imol. ſi ita quis. §. ea lege. de uer. oblig.
m l. à diuo. §. in uenditione. ubi Iaſ. de re iud. gl. extrauag. iniunctæ. uerb. ſuſpectis Io. 22. Felin. c. nonnulli. ult. de reſcript.
n l. ſi quis poſthumos ſ. de lib. & poſthu. quod & Alex. hic not.
o d. l. humanitatis.
p Bar. v. requiſito.
q l. qui habent. de tutel.
r gl. Io. Fab. §. qua ratione Inſtit. eo. Din. Iac. Angel. Polit. hic, Salic. d. l.
s d. § qua ratione.
t d. l. ſi. C. de cur. fur. l. de creationibus C. de epiſ. aud. Bar. l. j ff. de confir. tut.
u d. l. qui habẽt.
x arg. l & ſi fortè. § j. ſi ſer. uẽd. Bar. l. in prouinciali. de oper. no. nun.
y Bart. ſ. ij. par. arg. l. centurio. ſ. eod.
z d. l. humanitatis.
a auth. ut lic. mat. & auię. §. j.
b d. l. ſi. in princ. de cur. fur.
c auth. ſacramẽtum. C. quando mul. tut. offi.
d arg. l. quædã. C. de neceſ. ſer.
e l. generaliter. uerſ. negotia. C. de ſecund. nupt.
f arg. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ſ. eod.
g arg. §. in extraneis. Inſtit. de hæred. qualit.
h Iac. Mar. Din. Cin. Bartol. ſ. requiſito.
i d. l. ſi. in princ.
l j. C. ſi contra mat. uol.
K d. l. humanitatis.
l arg. l. cùm pater. §. ex. de leg. ij.
m l. ſancimus. C de teſtam.
n l. ſi cùm dotem. §. eo. autem tempore. ſol. matr.
o Guil. Rainut. Bart. Iaſ. Aret.
p Bart hic.
r arg. l. ſi plu
q arg. l. ſi. C. de ſenten. paſ. l. ſed ſi unius. §. filio. de iniur. res. §. in arrogato. ſ. eod.

intelligit [a], ſiue furioſus in poteſtate patris ſit, ſi-
ue non. At Imol. Alex. Aret. eo caſu tantùm, quo
in poteſtate non ſit, cùm & ipſe Bar. fateatur exē
plariter ei filio non poſſe ſubſtitui, qui in patriā
poteſtatem recaſurus ſit. Sed qui Bartolū in hac
quæſtione ſequuntur, negant qualitatem patriæ
poteſtatis hac in ſubſtitutione vllius conſidera-
tionis eſſe, & nihil referre, q; pater duplici vincu
52 culo innitatur, mater verò ſimplici [b]. Ego † proba
re nō poſſum eiuſdem perſonę duo eſſe teſtamē
ta, & furioſo non ſolùm diſpenſari, vt cum vnico
teſtamento decedat, ſed & cum duobus: nihilq;
exempli arrogati moueor, cùm id iuris arroga-
tori propter patriæ poteſtatis ſtrictam rationē
indultum in ſola pupillari ſit. quod ſuprà oſten-
di. Vnde talem matris ſubſtitutionē, cùm à prin-
cipio nulla fuerit, in vim fideicōmiſsi valere ma
gis arbitror [c], Veterumque quorundam ſenten-
tiam probo [d]. Quarta † differentia, quia pupil-
laris fit etiam exhęredato filio: exemplaris verò
53 requirit inſtitutionem ſaltem in legitima. cuius
rei rationē Accurſ. [e] eſſe ſenſit, quia exemplaris
hæc non ad vniuerſa furioſi bona trahitur, ſed ad
legitimam tantùm, quam ei teſtator tenetur re-
linquere: & ideo lex ſummouet omnem querelā
tam matris, quàm filiorum, quia conceſſum eſt
patri, vt rei, quam ipſe furioſo relinquit, legem
arbitratu ſuo dicat. Sed hanc ſententiā, quæ diſ-
putando probabilis eſt, omnes ferè damnant, ne
aliàs furioſus iſte pro parte tantùm teſtatus de-
cedere videatur, & ideo ad vniuerſa bona ſubſti-
tutionem hanc trahi, ſicut & pupillarem, aiunt [f].
Alij igitur aliam adducunt rationem. cùm enim
ex quadam humanitate inducta ſit, non cenſuit
lex id iuris ei cōcedendum, quia erga filiū ſuum
fuiſſet inhumanus, exhęredationeq; vſus eſſet [g].

Sed quid, ſi ex iuſta cauſa exhæredatus eſſet fi-
lius? vt quia ante furorē cauſam ingratitudinis
commiſiſſet? & Decius [h] ſentit, non prohibendū
patri, quin ſubſtituere poſsit, vt lex noua inſtitu
tionem furioſi in legitima requirens, ſecundum
alias diſtinguatur. quæ ſententia probabilis eſt.
Alij tamen contrà, quia lex conditionaliter per
ablatiuos abſolutos loquitur. vnde quandā for-
mam videtur inducere [i]. Hincque adnotatur,
54 poſſe † filium ex culpa ante furorē commiſſa ex-
hæredari [k], ſicut & cliens amittit beneficium ex
ingratitudine ante furorem orta [l]. & generaliter
pœna pecuniaria propter ſupervenientem furo-
55 rem non remittitur. Sed † quid in pœna corpo-
rali? & Bald. quem crebriore calculo alij ſequun-
tur, ait, furioſum ea adficiendum non eſſe. execu
tiones enim pœnarum principaliter correctio-
nis cauſa inductæ ſunt [m], quę in furioſo nulla eſt,
cùm non intelligat cauſam, & pro abſente ſit [n].
56 Vnde † ſatis cenſuit lex (quod ad corporalem pœ
nam attinet) furore ipſo puniri [o], cùm furioſus
pro mortuo ſit [p]. Quam ſententiam Io. Imola
probat, etiam ſi executio ſola ſuperſit, vt quia an-
te furorem eſſet condemnatus. quæ ſententia hu
manior eſt, licet Alexand. diſſentiat. Non pro-
cedit tamen concluſio his in caſibus, quibus e-
tiam poſt mortem quis punitur [q]. quod genera-
liter in atrocioribus videtur admittēdum [r], vel-
uti cùm propriam matrem interfeciſſet [s]. In di-
uinòque iudicio non procederet, quod Theolo-
gi viderint [t]. Sed & quod ad carceris pœnam,

a in requiſito. ſ. hic.
b Bald. c. j. de grad. ſuc. Iaſ. l. re coniuncti. j. not. de leg. iij.
c not. l. uerbis. ſ. eo. l. ſi quis priore. ad Trebel.
d Gal. Iac. de Raue. Mart. Syl.
IIII. differentia.
e d. l. gloſ. uerb. ſubſtiutere.
f l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ſ. eod.
g arg. l. cū quidam C. de legatis.
h Dec. d. l. humanitatis.
i l. prætor. ſ. de collat. bon. Iaſ. l. ij. §. fi. ſ. eo.
k l. fi. §. cùm antiquitas. C. de cur. fur. iuncta l. ſi quis in ſuo. C. de inoff. teſtam.
l c. j. an ille, qui interfec. frat. ubi Bald. & Aluar.
m Bal. & Doct. l. furioſum. C. qui teſt.
n l. ij. §. furioſi. de iur. codicil.
o l. tam dementis. C. de epiſc. aud. 7. q. j cùm percuſsio.
p l. j. §. per eum. de acquír. uel amít. poſ. red. q ab inteſt.
q §. per contrarium. Inſt. de hæred. q ab inteſt.
r arg. c. mulier. 15. q. j.
s l. diuus. de offic. præſid.
t c. maiores. ad fi. de bapt. Bart. l. nunquam. § . ſi quis ui. de uſucap.

(ſi ita appellari poteſt) bonorúmque annotatio-
nem pertinet, receptum eſt furioſum puniri. ha-
bet autem hæc annotatio ſimplicis ſequeſtratio-
nis effectum [u]. Sed hæc extra propoſitam mate-
riam nimis. Illud ad rem magis facit, an † ſi pa- 57
ter in minore ſumma eum inſtituerit, dicatur for
mam legis ſeruaſſe, & legitimam ei reliquiſſe, &
ideo ſubſtitutio teneat? & Bartol. cenſuit tenere,
quem & cæteri ſequuntur. cùm enim lex ſup-
A pleat legitimam [x], perinde eſt, ac ſi ipſe teſtator
reliquiſſet, debetq; Iuſtiniani lex exemplariam
introducens, tanquam poſterior, ſecundum aliā
declarari, quæ ius ſupplementi inducit, & pau-
cis menſibus antè lata fuit. quia † poſteriores le-
ges ſecundum priores declarantur, & extenſio, 58
quæ ex regula paſsiua (vt vocant) fit, & in quacū-
que materia habet locum [y]. Nec obſtat, quòd
† omiſsio formæ actum vitiet, quia id verum, ni- 59
ſi ea forma legis prouidentia ſuppleatur [z]. quod
B hîc Aret. tradidit. quod † enim à lege ſuppletur, 60
pro omiſſo non eſt [a], ſed perinde, ac à teſtatore
relictum cenſetur [b]. Vnde exiſtimauit Bald. vxo-
rem quę † ſecundo marito relinquere tantū dun- 61
taxat poteſt, quantum filio prioris matrimonij
reliquerit [c], poſſe ad eam vſque ſummam relin-
quere, quam huius ſupplementi beneficio extor
quere filius poteſt, id enim ad filium venire dici-
tur, quod & Aret. tradidit [d]. Idem † cenſuit fi- 62
liam dotatam in ſtatutis eam dici etiā, quæ num-
C mo dotata eſt, quia ſupplementum petere po-
teſt [e]. quod & alia ſimili quæſtione alibi idem
Baldus tradidit [f]. Sed tamen dubia eſt præce-
dens ratio, cùm ſupplementum id non ex teſta-
toris iudicio præſtetur, ſed à lege. teſtator enim
(quod in ſe fuit) noluit à reſiduo filium exclude-
re [g]: ſicut adiecta conditione, vel grauamine, nō
cenſetur voluiſſe aliter filio relinquere, licet lex
illud deducat [h], vt meritò Bartol. reſponderit,
tale ſupplementum adverſus teſtatoris volunta-
D tem peti [i]. Hinc eſt, quòd † non actione ex teſta- 63
mento, ſed condictione ex lege, vt receptior eſt
opinio, petitur [k]. Hinc ſi filius ſimpliciter in li-
bello peteret, quod ſibi relictum eſt, huiuſmodi
ſupplementum petiiſſe non cenſeretur [l]. Hinc
ex facto reſpondet Socin. actionem † hypotheca- 64
riam, quæ pro legato legitimæ competit [m], ra-
tione huius ſupplementi non concedi. quod &
alij probauere [n]. Sed tamen ego communem
ſententiam in quæſtione noſtra magis probo,
E quia non videtur Iuſtinianus in lege ſua legiti-
mè mentionem alia ratione feciſſe, quam vt o-
ſtenderet, exhæredationis † cauſæ non ſufficere, 65
quòd filius furioſus eſſet. quæ enim potuit a-
lia eſſe huius formæ ratio? nam abſque firma ra-
tione ea verba ab eo appoſita credibile non
eſt [o]. idque Alexand. cenſit, & apertè defendit
Decius. nam etſi communem rationem probe-
mus, non eſt credendum tam inhumaniter age-
re patrem, qui in aliquo inſtituit filium, cùm ex
F eo actu ſuppletionis cauſam præſtet, quia ille di-
citur relinquere, qui cauſam capiendi dedit [p]. i-
gitur cùm hoc ſupplemento filius legitimam ha
beat, credendum eſt legi ſatis factum eſſe, cùm e-
ius rationi ſatis fiat [q]. Nec me mouet, quod † id 66
ſupplementum ex voluntate teſtatoris non da-
tur, quia hoc in legitima perpendendum nō eſt.

u Bart. mandatis. de req. reis.
x l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſt.
y l. nam & poſteriores. l. non poſſunt. de legibus. gl. c. contra Chriſtianos. gl. fi. de hęred. in 6.
z l. nec aliter. de adopt.
a l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ. ubi Bald.
b l. ſi pecuniam. §. j. de cond. caudat. Paul. conſil. 233. ſuper eo, q̄d quæritur.
c l. hac edictali. ubi Bald q. j C. de ſecun. nupt.
d §. optimè in authēt. de nupt. uerb. uenire.
e Bal. c. ſi proponente. de reſcr.
f l. j. q. 4. C. de inoff. don. in fi.
g l. parentibus. C. de inoff. teſt.
h d. l. quoniam in prioribus. d. l. omnimodo ex toto. de leg. j. cęterū. C. de ſec. nupt.

i Bar. conſ. xiiij. in fin. Imol. l. qui ſoluendo. ſ. tit. j. in fi. k Iaſ. l. ſcimus. ubi not. eo. tit. m l. ij. C. cōmunia de leg. n Soc. l. ſi o l. j. C. de form. p l. codicillis. §. pe. de leg. ij. l. ſi quis priore. §. nupt. Bal. l. j. iij. q. C. quando non pet. part. q c. certum. de regul. iur. 6.

quoniam



quoniam ea etiā ſi à teſtatore expreſsim data ſit,
tamen beneficio legis potiùs, quā voluntate te-
ſtatoris data cenſetur [a]. cùm enim debita eſſet, &
teſtator, quamuis inuitus, cogi potuerit, apparet
legis iuſſu potiùs dari, quàm patris voluntate [b].
Et ideo, quod dici ſolet, quemlibet voluntatem
ſuam dirigere ſecundum leges præſumi [c], in his
intelligi debet, quæ arbitraria ipſi ſunt, non, in
67 quibus cogi poteſt. quod aliàs docui. Sed † rur-
ſus dubitatur, num & hæc procedunt in milite?
an verò poſsit filio furioſo ſubſtituere, quamuis
ei legitimam non reliquerit? & videretur poſſe,
cùm pupillariter ſubſtituat, tametſi ipſe nullum
teſtamentum ſibi condiderit [d]. videtur enim ab
inteſtato ei relinquere [e]. Sed tamen Ang. Imol.
Alex. aliter cenſuerūt. priuilegia enim amplian-
da non ſunt, & non ſufficit legitimam ab inteſta
to relinqui, ſed certè verba priuilegij militaris
ampliſsima ſunt, vt ſatis hunc cauſam cōpręhen
dant [f]. Quòd ſi directò ſubſtituere quocunque
tempore cuicunque poſſunt [g], quanto magis fi-
lio furioſo ſaltem in iis bonis, quæ à ſe prouene
rint? amplius igitur deliberandum. Sed iterum
68 dubitatur, quorſum † neceſſaria eſt inſtitutio,
cùm etiam ſi inſtitutus ſit, adire furioſus nō poſ
ſit [g]? Reſpōdeo, in ſuo hęrede non procedit quę-
ſtio, cùm ipſo iure ſit hæres [i]. Rurſus non proce-
deret, inſtituto eius ſeruo, vel filio. ipſis enim au
ctoritate curatoris adeuntibus ipſe hęres effice-
retur [x], difficultas ergo ſolùm eſt in aliis caſi-
69 bus. Sed † tamen Bart. cenſuit bonorum poſſeſ-
ſionem ei à curatore peti poſſe, eamque iuris eſ-
ſe [l], non autem facti, vt alij crediderunt. quod &
ego probo. Vnde ex ea confirmari poteſt fidei-
commiſſum [m], vt meritò etiam exemplaris ipſa
V. differētia. confirmetur [n]. Quinta differentia quod † pu-
70 pillaris ſubſtitutio in vulgari compręhēditur [o],
& tamen exemplaris non compręhenditur. quę
ſententia ab omnibus approbatur, quoties vul-
garis ſubſtitutio ſanæ mētis huiuſmodi facti eſt.
cenſeretur enim ei fieri iniuria, ſi talis ſubſtitu-
tio fieret, tanquam dubiæ ſanitatis iam eſſet. vn-
de talem caſum perpendere non debemus [p].
Quòd ſi iam furor immineret, ſubeſſentque in-
dicia, Bartol. contrà cenſuit [q], quem alij aduer-
ſus Cinei, Rainerii que ſententiā ſequuntur. Pro
babilis tamen alia opinio videtur, quia veriſimi-
le eſt patrem furorem illum ætati potiùs pupil-
li imputaſſe [r], nec credidiſſe perpetuum fore.
Sed quid in caſu contrario, an expreſſa exempla
ris vulgarem contineat? & Imol. continere ait [s]
ea ratione, qua & pupillaris vulgarem conti-
net [t]. Sed an expreſſa pupillaris tacitā exem-
plarem contineat? & conſtat non cōtinere quo-
niam pupillaris cum limitatione certi temporis
ſit, quod exemplari repugnat [u]. Quòd ſi abſque
ea limitatione facta ſit, continebitur & quidem
expreſsè. verbi gratia, *Poſt filij mei mortem Titius hæ-
res eſto.* quod omnes hîc tradunt. Quid in caſu
contrario? & ſuprà diximus exemplarem vſque
ad tempora pubertatis pupillarem cenſeri, ſi ver
VI. differentia. ba patiantur [x]. Sexta † differentia eſt, quòd pu-
pillo pater poteſt quencumq; ſubſtituere [y], ſed
71 furioſo non. Imò in primis aliquem ex furioſi
deſcendentibus ſubſtituere debet. quòd ſi nul-
I. lus adſit, aliquem ex eius fratribus [z]. Sed in
primis hîc quæritur, an matrem ſubſtituere te-
neatur? & aliqui omnino ſubſtitui debere exiſti-
marunt [a], quoniam matri legitima debetur, a-
liàm indiſtinctè ei querela competit [b], cùm tamē

a arg l. Titia. ad l. Falcid. c. Rainaldus. in fi. de teſt.
b l. 4. de reg. iur. j.
c l. quidam. cū filium. de uerb. obligat.
d l. ij. ſ. eo. l. in fraudem. §. miles. de teſt. mil.
e l. conficiuntur. de iur. codicil.
f l. j. de teſt. milit.
g l. centurio. ſ. eo.
h l. Antiſtius. §. fi. de acq. hęred.
i d. l. fi. ſ. §. j.
k d. l. Antiſtius §. fi.
l Bart. l. j. ff. de bon poſſeſſ. fur.
m §. cùm hęres. Inſtit. ad Treb.
n d. l. fi. §. pen. uerb. ad ſubſtit.
o d. l. iam hoc iure.
p l. inter. §. ſacr. de uerb. oblig. Iaſ. l. ſi arrogator. de adopt.
q arg. l. qui neque. l. ſi prædia. de reb. eor.
r l. qui habent. de tut. in fi. prin.
s Imol. c. Rainutius. extrà, de teſtam.
t d. l. iam hoc iure.
u l. ſi ita quis. ſ. eod.
x d. l. qui habēt.
y l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ſ. eod.
z d. l. humanitatis.
a Din. Rainer. Alb. ſ. rub. Anchar. Iac. de Aret. Mart. Syl. Iaſ. hic. Bart. d. l. humanitatis.
b l. nam etſi parētibus. ſ. de inoffic. teſtam.



fratribus ea nō debeatur, niſi inſtituta turpi per- L. 43.
ſona [c]. quòd ſi lex iubet fratrem inſtitui, quan- Ex facto.
to magis matrem? Nec † veriſimile, Iuſtinianum
lege [d] ſua, quam humanitatis intuitu ſe ferre di-
xit, voluiſſe hac inhumanitate vti, vt mater à lu 72
ctuoſa filij hæreditate excluderetur [e], & à legi-
tima præſertim, cui non niſi ſpecialibus verbis
derogari ſolet [f]. fuitque hæc ſententia apud
Veteres receptiſsima. Sed † Bartol. contrà cen- 73
A ſuit receptiore calculo, quia verba legis expreſ-
ſim querelam à tali teſtamento ſubmouent, nec
commodè poſſunt de alia querela, quàm mater-
na, intelligi, quā eodem modo ceſſare in exem-
plari lex ait, quo & in pupillari [g]. quam ſenten-
tiam propter legis verba & ipſe ſequor. Cur au-
tem id Iuſtinianus induxerit, fratremque matri
prætulerit, alij viderint. an, quia credidit fore,
vt mater filio promeretur? & in omnem caſum
ſatis ei datum, quòd & ipſi ſubſtituendi ius con-
B ceſsiſſet? Sed † rurſus quæritur, an alios filios II.
abſque cauſa præterire, aut exhæredare pater 74
poſsit? & Accurſ. ſentit non poſſe, quem & Bart.
cebriore calculo Recentiorum ſequitur. debet
enim pater pro furioſo ita teſtari, ſicut ipſe fu-
rioſus, ſi ſaperet, feciſſet. quæ ratio dubia [h], cùm
ſuprà viderimus, poſſe matrem præteriri: item
fratrem neceſſariò inſtitui, quod vtrunque in ſa-
no homine diuerſum eſt. Veteres ergo rectiùs [i],
qui verbis legis adhærent concedentis ex plu-
C ribus filijs poſſe vnum inſtitui. Ergo ſequitur, a-
lios excludi poſſe, cùm eis legitima non niſi in-
ſtitutionis iure debeatur. Nec ibi diſtinguitur
particularis ab vniuerſali ſucceſsione. Quam
ſententiam & ego ſequor, quia lex id iuris paren
tibus tribuit, vt maiorem curam furioſi haheant
exiſtimatq; eos potiorem illum in hæreditate
facturos, qui & diligentior & fidelior in cuſto-
dia futurus ſit, cùm alioqui poſſent filij præma-
tura ſucceſsionis ab inteſtato ſpe patrem furio-
D ſum negligere. hæcque eſt illa humanitas, de
qua legiſlator præfatur. Vnde † quod ad cæte- 75
ros filios attinet, cenſebitur id eatenus aui teſta-
mentum, non autem furioſi, quatenus nulla eis
querela concedatur [k]. Nec me lex noſtra mouet,
quæ nato filio excludi muti ſubſtitutū ait, quia
procedit in teſtamento, quod ſpeciali principis
bęneficio innititur, quem non eſt veriſimile na-
ſcituri filij ius voluiſſe perimere, eique damnum
inferre: ſecus in lege generali, qua ſatis cogi-
E tauit Iuſtinianus alios naſcituros, & tamen ge-
neraliter conſtituit aliquem ex eis eligi poſ-
ſe. Plurima enim generali lege abrogantur, quę
particulariter tolli non poſſent [l]. Nec dubi-
to, quin hæc ſententia verior ſit, quam ſequen-
tes plerique natiuitate poſthumi etiam furio-
ſi extingui hanc exemplarem tradiderunt: tan-
tùm abeſt, vt natos præterire auus poſsit. qua
de re diffuſiùs hîc Alexand. & Iaſ. ego enim Ve-
teres ſequor. Putauerim tamen condicere a-
F lios poſſe legitimam ſuam, quam ſpeciali hoc
caſu quoquo titulo eis dari ſufficiat. Sed i- III.
terum dubitatur, quínam † fratres inſtituendi 76
ex lege Iuſtiniani ſint? & Bartol. in teſtamen-
to patris vtrinque coniunctos, vel ſaltem con-
ſanguineos, ſeu ex eis aliquem arbitratu teſta-
toris inſtituendos ait: in teſtamento verò ma-
tris ſufficere vterinos. lex eñ requirit, vt ipſius
teſtantis liberi ſint [m]. continentur autem ap-
pellatione fratrum etiam vterini [n]. idque, vt
Socin. reſpondit, propriè [o]. Qua ratione etiam

c l. fratres. C. de inoffic. teſt.
d d. l. humanitatis.
e l. fi C. de inſtit. & ſubſt.
f l. ſi quando. de inoffic. teſt. C.
g l. Papinianus §. ſed nec impuberis. de inoffic. teſt.
h d. l. fratres.
i Ricard. Mal. Fran. Tyg. Cin. Alb. Bar. Fulgoſ. Paul. Areti d. l. humanitatis. Imol Iaſ. hic.
k d. §. ſed nec impuberis.
l l omnes. C. de quadr. pręſcrip.
m Alex. per. d. l. humanitatis. uerſ. ſi uerò alij liberi.
n l. Iuriſconſultus. §. ſecundo gradu. de grad.
o Socin. cōſ. ult. in ij.

ſorores inſtitui poterint. quod Paul. Caſtr. & A-
lex. tradiderunt [a]. Aduertendum tamẽ, quia cùm
ſuprà concluſerimus, matri, quæ ad ſecunda vo-
ta tranſierit, ius non eſſe filiis prioris matrimo-
77 nij & exemplariter ſubſtituendi, ſequitur, vt † vte-
rinos hoſce ſolùm filiis ſecundi matrimonij ſubſtituere poſsit, reſtringaturque hæc communis ſententia,
IIII. vt hoc caſu duntaxat procedat. Sed † nunquid
78 poſsint pater, vel mater ſeipſos ſubſtituere? & o-
mnes conſentiunt, non poſſe [b]. differentia enim
inter teſtatorem, & hæredem eſſe debet [c]: imò, vt
tabulæ exemplares valeant, oportet aditam eſſe
ex paterna hæreditatem: ergo non poſſumus di-
cere, ſeipſos inſtituere eos poſſe [d], cùm neceſſa-
riò oporteat eſſe iam mortuos. Putarim tamen,
ſi iiſdem tabulis vir & vxor teſtẽtur, & filio ſim- B
pliciter ſe ſubſtituant, videri patrem à matre, &
matrem à patre ſubſtitutos, & ordine ſuo omnia
geſta eſſe [e], vt poſt dictionem *Se*, ſubaudiatur *Mu-
tuò*, idque actus ſuſtinendi cauſa. Septima dif-
ferentia, quia pupillaris poſt pubertatem confe-
79 ſtim extinguitur: exemplaris † verò, ſi furioſus
ad ſanitatem reuertitur, non extinguitur, ſed ceſ
ſat. & ideo ſi iterum in furorem veniat, adhuc du-
rare cenſetur, vt Bart. cenſuit [f], quem & alij ſe-
quuntur, quoniam lex ait, ſubſtitutionem ceſſa- C
re. quod verbum ad temporariam ſuſpẽſionem
referri poteſt [g]. nam & videmus idem in curato-
re eſſe, qui interuallis, quibus furioſus conuale-
ſcit, ceſſat: deinde, reuerſo morbo, adhibetur [h].
Fuerunt tamen, qui contrà dicerent, vt plerique
Veteres & Recentiores [i]: quoniam lex ei ſubſti-
tui ait, qui perpetuo morbo laborat. Vnde ſicut
à principio id requiritur, ita etiam ex poſtfacto
credendum eſt neceſſarium id eſſe, aliàs res ad
caſum recideret, à quo incipere non poſſet [k]. Nam
80 † & Iuſtinianus ſimpliciter dixit, ſi reſipuerit fu-
rioſus, ſubſtitutionem infirmari, perinde ac pu-
pillaris ex pubertate [l], vt ſatis oſtendat, quod a-
libi dixerat, Ceſſare idem eſſe, quod Infirmari,
niſi dicas de eo loqui Iuſtinianum, qui omni-
no conualuerat, nec amplius reciderat. Quod
indicat verbum *Reſipuerit*, quod tractum habet [m].
quo ſenſu & verbum *Reſipuiſſet*, in lege noſtra in-
telligendum videtur. Ego Bartol. ſequor, quo-
81 niam † hoc in furioſi teſtamento, ſicut & in pu-
pillari, ſatis eſt, ſi tria tempora inſpiciantur [n],
nempe vt is tempore mortis teſtatoris, quo ta-
bulæ exemplares incipiunt, ſit furioſus: item tẽ-
pore, quo ipſo filius moritur [o]: & quod hæres ſit
tum quoque, cùm aditur hæreditas, capax.

a l. tres fratres. de pact.
b l. fin. de offi. prætor. l. præſes. ſ. de offi. præſid.
c arg. l. j. ſ. de auct. tut. c. ſi de Inſtit.
d arg. l. ſi mandauero. §. ſi tibi. manda.
e arg. l. cùm pater. §. libertis. de leg. ij.
f d. l. humanitatis.
g l. qui res. §. aream. de ſolutio.
h l. pen. C. de cur. fur.
i Guil. Iac. Rain. Alberic. Io. Fab. Decius.
k arg. l. inter. §. ſacrã. ſ. de uerb. oblig.
l d. §. qua ratione. Inſti. eo.
m l. ij. ſ. ad Tertyl.
n §. in extraneis. Inſtit. de hæred. inſtit.
o arg. l. quòd ſi filius. de capti.

## LEX XLV.

PAVLVS libro XII. Reſponſorum.

LVcius [a] Titius le- A gitimum filium & alterum naturalem hæredes inſtituit, eoſq; inuicem ſubſtituit [a]. Titianus legitimus filius, quem pater anniculũ reliquit, poſt patris mortẽ impubes deceſsit, ſuperſtite matre, & fratre naturali, quem etiam cohæredem habebat: quæro, an hæreditas eius ad Titium naturalem fratrem ex cauſa ſubſtitutionis pertineat, an uerò ad matrem? Reſpõdi, ad primum caſum non exiſtentium hæredũ ſubſtitutionem, de qua quærit, pertinere: nõ ad ſequentem, ſi quis eorũ poſtea deceſsiſſet intra pubertatem: cùm in naturalis filij pſona duplex ſubſtitutio locũ habere nõ poterit: & ideo ad matrẽ legitimi filij hæreditas ab inteſtato pertinet.

## LEX XLV.

2 *Filio naturali tantùm, pupillariter non ſubſtituitur.*
4 *Duplices ſpurij. 6, 7, 8, 9.*
13 *Hodie legitimo naturalis vulgariter poteſt ſubſtitui.*
17 *Reciproca non ſatis aptè vocatur breuiloqua.*
18 *Subſtitutus qui ex tacita pupillari admittitur, non excluditur per matrem.*
21 *Definitio & explicatio reciprocæ.*
24 *Reciproca imparibus facta, continet vulgarem: ſecus in compendioſa. 27.*
29 *In claris non eſt opus coniecturis.*
30 *Pluribus filijs mutuò ſubſtitutis, non cenſetur, quo ad impuberes, facta pupillaris.*
31 *Diuerſi temporis impuberibus facta ſubſtitutio, per pubertatem vnius non extinguitur aliis, niſi appareat de reuocatione. 32, 33.*
36 *In teſtamentis tempus conditi teſtamenti & mortis teſtatoris conſideramus.*
37 *Reſtitutio natalium retrotrahitur.*
38 *Duobus impuberibus, quorũ alter inſtitutus, alter exhæredatus eſt, reciprocè ſubſtitutis, & inſtituto cohæredem non habente, exhæredatus ex tacita vulgari ſuccedit.*
39 *Reciproca duobus furioſis, vel vni impuberi, alteri furioſo puberi facta, complectitur exemplarem.*
40 *Rerum inæqualitas non prohibet pupillarem ineſſe reciprocæ.*
41 *Dictio* Omnis, *non impedit ordinis ſucceſsiui obſeruationem.*
42 *In ſubſtitutione vniuerſi præferuntur maſculi: ſecus in particularibus.*
43 *Verbum* Subſtituo, *interpretamur de rerum vniuerſalium ſubſtitutione.*
46 *Teſtatoris mente, vel alijs cauſis ſuadentibus, fœminis vtcunque particulariter inſtitutis in ſubſtitutione vniuerſali locus eſt.*
47 *Reciproca ob repugnantem verbi* Subſtituo, *proprietatem, non continet reciprocam, niſi de teſtatoris contraria voluntate appareat tacitè, vel expreſsè. 48.*
49 *In reciproca ſuccediturteſtatori.*
50 *Præſumptionem contrariæ coniecturæ fortiores euertunt.*

LVCIVS [a]. ¶ Subſtitutio † recipro- a
ca imparibus facta ſolá vulgarem 1
continet: ambobus verò pupillis,
etiá pupillarem: quæ pupilli quo-
que matrem excludit. Imparitas au-
tem in lege noſtra ex eo procedit, quòd alter fi-
D lius legitimus erat, & conſequẽter in poteſtate,
itemque impubes: alter verò naturalis tantùm,
& ideo in poteſtate non erat: vnde † pupillariter 2
ſubſtitui ei non potuit [p]. Sed quomodo potuit
pater cohæredem legitimo naturalem dare? &
Accurſ. Bart. Alex. Aretin. hoc iure id permiſſum
fuiſſe exiſtimant, licet † poſteriores Cæſares vná 3
tantùm vnciam naturalibus relinqui permiſe-
rint [q]. Alij receptiore calculo, nec hoc quidem
iure id permiſſum exiſtimauerunt [r]. & ideo le-
E gem noſtram intelligunt, cùm cohæres vna tan-
tùm in vncia datus erat. Quæ ſententia & hanc
legem & plures alias reſtringit [ſ]. conſtat enim,
poſſe patrem legitimo cohæredem dare filiam
ex ea matre conceptam, cum qua ſtuprum non
eſſet, vt quia liberta etiam inuito patrono ali-
cui ſe in concubinatum dederit [t]: vel inge-
nua ſit, dum tamen obſcuro loco nata, ſeu quæ
corpore quæſtum fecerit [u]. Igitur ſciendum,
varia quidem illegitimorum nomina haberi [x]:
F ſed quod ad noſtram materiam attinet, dupli-
cem † eſſe ſpuriorum ſpeciem. alij enim coitu 4
prohibito procreati ſunt, id eſt, ex matre, cum
qua ſtuprum eſſet: & hi ſemper incapaces fue-
re [y], niſi quatenus beneficio principis impetra-
tum eſſet, vt eis aduſq; certum modum relinqui
poſſet [z]. Sed † & exiſtimauerim ego iure Dige- 5
ſtorum eatenus potuiſſe eis relinqui, quatenus
alimentis ſufficeret: ſicq; eas leges intelligo, quæ
mentionem illorum faciunt, quibus ſolidum
relinqui non poteſt [a], vt his verbis non ſolùm
peregri-

p l. ij. ſ. eod.
q l. ij. C. de nat. lib.
r gl. l. ſi is, qui. l. ex facto. §. fi. ſ. eo. l. quidã teſtamentũ. de pbat.
ſ l. fi. de iur. delib. l. Lucius. ij. §. fi. de leg. ij.
t l. cùm ſecundis tabulis. §. j. de his, quib. ut indig.
u l. pe. de concub.
x gl. c. niſi. dereliquerunt. & Inſtit. de adopt. in princ.
y d. l. cùm ſecundis tabulis. §. j.
z arg. gl. d. l. j. uerb. reſcrip. C. de nat. lib. & l. qui in prouincia. §. j. de rita nupt.
a d. l. ſi is, qui. d. l. quidam teſtamentum.



peregrini, aut deportati, qui iura ciuitatis amiſe-
runt, contineantur [a], ſed & hi ſpurij. quod & ho-
diè iure canonico admiſſum eſt [b], quæ Pontificũ
humanitas etiam in foro ciuili ſeruanda eſt, vt
receptiore calculo traditum, reſponſumque ex-
ſtet [c]. Iuſtinianus enim Conſtantinianæ legis exemplo nec alimenta quidẽ eis relinqui poſſe cenſuerat [d]. Sanè ſi eis aduerſus leges clàm relictũ quid fuiſſet, vt qa tacitam fidem hæres dediſſet tanquam ab indigno per fiſcum auferebatur [e]: ſi palàm, hæredi ipſi remane-
6 bat. Alij † ſunt ex coitu nõ prohibito progeniti, quos Iuſtinianus vocat nothos [f]. quæ di-
ctio (vt inquit Quintil. lib. iij. c. viij.) Latinè ex-
plicari non poteſt. vox enim ſpuriorum genera-
lior, naturalium eſt ſpecialior. comprændun-
tur autem hac dictione (vt ego aduerſus Bart. [g]
ſentio) etiá qui ex meretrice ſuſcepti, id eſt, vul- C
go concepti ſunt, vel muliere obſcuro loco nata.
7 nam † qui ex concubina ſunt, ſpecialiore appel-
latione naturales dicũtur. Nec refert, qualis hæc
concubina fuerit, an liberta ipſius patris an al-
terius, an ingenua, dum tamen obſcuro loco na-
ta [h]. Sed & olim ſi ciuis Romanus Latinæ condi-
tionis vxorem duxiſſet, iuſtum matrimonium
8 non erat, vt T. Liuius lib. xliij. ſcribit, filiiq; † La-
tinæ conditionis libertini cenſebantur. & talis
vxor non iuſta vxor, ſed pro concubina erat [i], li-
cet quod ad l. Iuliam attinet, vt is maritus ad ac-
cuſationẽ admitteretur, pro iuſta vxore eſſet [k].
inter ſolos enim ciues Romanos erat matrimo-
nium & patriæ poteſtatis ius [l]. vnde qui filij ex
tali coniugio procreati eſſent, ſolùm naturales
erant, & iure veteri ſuccedere nec ex teſtamen-
to quidem patris poterant, quia ciues Romani
9 non erant, & † ideo Iuſtinianus [m] genus eorum
ἔκφυλον καὶ ἀλλότριον τῦ πολιτεύματος, id eſt, peregrinum
& à ciuitatis iure alienum fuiſſe ſcribit: Iauole-
nus verò, qui ſub Traiano floruit, libertinum, id
eſt, Latinæ conditionis appellat [n]. qua in re cum
T. Liuio conuenit, quem ſuprà adduxi. Trãquil-
lus in Veſpaſiano, delegatæ conditionis (quod
idem eſt) vocat, delegatum pro relegato aſſu-
mens [o]. conſtat enim hos, qui ius ciuitatis non
habebant, ex contractu quidem iuriſgentium ca-
paces fuiſſe [p], ex teſtamento verò ciuis Romani
nihil accipere potuiſſe [q], exceptis alimentis,
10 quod ſuprà dixi. Hincque eſt, quòd † ſoli legiti-
mi olim propriè liberi dicebãtur, quod hîc pro-
11 batur [r]: naturales † verò non propriè erant libe-
ri [s], quia peregrinitate, ſeu libertinitate nota-
bantur. & hæc quidem iure veteri erant. Deinde
cùm diuus Antoninus ius ciuitatis omnibus cõ-
ceſsiſſet, qui in orbe Romano erant [t], cœperunt
12 † nothi eſſe capaces, poteratque eos pater etiam
legitimis cohæredes dare, vulgariterque ſubſti-

a l. 3. de his, quæ pro non ſcript. l. pe. de cap. dimin.
b c. cùm haberet. in fin. de eo, q duxit in mat. ubi Modern.
c Ang. §. fi. Inſt. de iur. nat. Soc. conſil. 161.
d d. l. j. C. de nat. lib. in auth. ex complexu. C. de inceſt. §. fin. in aut. quib. mod. nat. effic. ſui.
e l. non intelligitur. §. ſi quis palàm. de iur. fiſc. l. Lucius. §. fi. de leg. j. l. fi. ubi Bar. de his, quib. ut indig.
f in auth. quib. mod. nat. effic. ſui.
g d. l. fi.
h d. l. cùm ſecundis tabulis. d. l. pen.
i arg. c. Chriſtiano. 34. diſt.
k l. ſi uxor. de adulter.
l Inſt. de pat. poteſt. in princip. de nupt. & 32. q. 4. liberi.
m in auth. de nothis: aliàs, quib. mod. nat. effic. in princ.
n l. fi. de iur. delib. arg. e. conſuluit. de ſer. non ordin.
o l. j. l. nec apud. C. de hære. inſt. l. j. §. ij. de leg. 3.
p l. ſi mandauero. §. is, cuius. ff. mand.
q l. quidam. de pœnis, l. ſed ſi accepto. de iure fiſ. l. 6. §. ſolemus. ſ. tit. j.
r l. j. ſol. mat. uerb. liberis. d. c. liberi. 32. q. 4.
s d. l. fi. de iur. delib.
t l. in orbe. de ſtat. hom. §. fi. in auth. ut lib. de cætero.

tuere. quod ex lege noſtrã, & non paucis aliis cõ- L. 45.
ſtat. Refrænata deinde hæc eſt licentia Impera- Lucius.
torum conſtitutionibus, & maximè à Conſtan-
tino, eorum patrum reſpectu, qui dignitate inſi-
gnes eſſent [u]: deinde Valentiniani lege, quæ Conſtantinianã aliquatenus reſtringit, & etiamnum in codice Theodoſiano extat, cuius & Iuſtinianus meminit [x]. mox Arcadij, & Honorij nõ diſsimili conſtitutione [y], tandemq; Iuſtiniani nouella [z]. quæ, quòd dilucidè expreſſa in iure habemus, ália declaratione non indigent. Quod ergo Iuſtinianus ait, leges Romanas nulla humanitate vſas cum na-
turalibus, ſecundum ſuprà ſcripta intelligendũ
eſt, ſcilicet ante diui Pij conſtitutionem. Sed † du- 13
bium eſt, cùm hodie extantibus legitimis, natu-
rales non niſi in vnica ſuccedere poſsint [a], an
lex noſtra procedat, vt ſubſtituere vulgariter le-
gitimo naturalem pater poſsit? & receptius eſt,
poſſe. quia nullis extantibus legitimis poteſt pa-
ter ſolidum naturali relinquere [b]. ergo idem i-
pſis repudiantibus [c]. Nec obſtabit naturali, q
vxor patris viuat. quia † lex nouella tum demum 14
excludit naturalem, cùm de inteſtati ſucceſsio-
ne agitur. vnde † ad cauſam teſtati trahenda non 15
eſt [d]. quod aduerſus Bart. ex Baldi ſententia re-
ceptius eſt. Poteſt enim pater, etiam ſi ipſe ma-
D trem habeat, filium naturalem inſtituere [e]. er-
go idem & exiſtẽte vxore facere poterit. Quam
opinionem & ego probo, ſi tamen alij legitimi
non ſuperſint, qui velint ſuccedere. Sed † quid, 16
ſi ab inteſtato filij legitimi repudiauerint, an ad-
huc eorum matre naturalibus obſtabit? & Imol.
cenſuit obſtare, ſicut quando filij legitimi nulli
adſunt [f]. Contrà Alexan. quia lex illa correcto-
ria, quæ contemplatione matris naturalem, non
exiſtentibus legitimis, excludit, ad eum caſum
E produci non debet, quo legitimi extent, & repu-
diauerint [g]. Quam ſententiam & nos ſequimur,
quoniam commentitij iuris eſt vt mater alteri
noceat, cùm ſibi non proſit, & ideo reſtringi in-
terpretatione debet, maximè cùm fœcunditate
ſua ſe conſolari, nouercalemque zelum remit-
tere poſsit.

INVICEM SVBSTITVIT [a] ¶ Hinc hæc a
ſubſtitutio reciproca à iuriſconſultibus dicitur [h],
quaſi inuicem facta. Recentiores † etiam breui- 17
F loquam vocant, non ſatis aptè, tum quia hæc di-
ctio non admodum Latina eſt, & vt Latina ſit,
non tamen conuenit. quia breuiloquens eſt, qui
Græcè βραχύλογος dicitur, id eſt, qui ipſe breuiter
loquitur. quod perſonæ quidem quadrare po-
teſt: rei, id eſt, ſubſtitutioni non poteſt. Adde,
quod & compendioſæ hoc modo (vt Iaſ. ait) ma-
gis conueniret. Ego certè reciprocæ non conue-
nire arbitror. quia quod ad ſubſtantiam eius at-
tinet, ſit reciproca etiam extenſim, vt ſi dictum
ſit, *Filios meos inſtituo, & ſi alter ipſorum hæres non erit,*

u l. j. C. de nat. lib.
x d. auth. §. diſcretis. in authẽ. quib. mod. nat. effi. ſui.
y d. l. ij. C. de nat. lib.
z auth. licet. C. eod.
*poſsit: *aliàs.*
a d. l. ij.
b auth. licet. C. eod.
c l. ij. §. ſed ſi ſint. ad Tertyl.
d l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ſ. de lib. & poſthu. § nullam. in auth. de hæred. ab inteſt.
e d. §. diſcretis. uerſic. ſi uerò filios. d. auth. licet. in princ.
f d. auth. licet.
g gl. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ.
h l. iiij. ſ. eo.

a Bar. ſ. ea. uerſi. pone, quod inſtituo.
b d. l. iiij.
c l. ſed ſi manente. ſ. de precar.
† Aliàs hæc incluſa deſunt in Pandectis Florẽt. & ſunt addititia. Ant. Aug. l. 3. cap. 1.
d hic in uerſic. aliter.
e gl. l. j. C. de ſen. quæ pro eo, q̃d inter profer.
f l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ſ. de inoff. teſt.
g d. l. quamuis. ubi Iaſon, ij. not. C. eod.
h l in teſtamento. C. de teſt. mil.
i l. ſi. de inſtit. & ſubſtit.
k l. precibus. C. de impub.
l Dec. d. l. precibus. not. 6.
m l. j. C. de teſt. mil. l. ſi miles unum. ſ. eo. l. quærebatur. in fi. ſ. eo.
n l. ſi miles unũ. l. miles ita. eod. tit.
o dixi l. j. & ij. ſ. eod.
p l. j. §. neque enim. ubi Bart. eod. tit.
q l. iij. l. centurio. ſ. eod.
r l. in teſtamento. in fi. C. de teſt. mil.
s arg. l. iij. §. cui congruit. de pecul.
t l. Titius. & Seius. ſ. tit. j.
u l. ſi fundum. ſub. §. his uerbis. de leg. j.
x §. non ſolum. Inſt. de pupill. ſubſt.
y l. ij. §. eod. l. cùm in teſtamẽto. §. hæc uerba. ſ. tit. j. l. ſi pater impuberes. ſ. eo.
z arg. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſt.

alterum ſubſtituo[a]. nam nec in lege noſtra apparet, quo modo cõcepta eſſet, extenſiſſimne, an ſtrictim & Laconicè.
18 Et † ideo hîc videtur probari matrem non obſtare ſubſtituto, qui ex tacita pupillari admitti poſtulet. nam & oratio diui Marci, quæ ſubſtitutionẽ expreſſã ad pupillarẽ trahit[b], videtur cum omnibus qualitatibus ſuis

(† Aliter, ſi eiuſdem[a] ætatis liberi inſtituti, inuicémque ſubſtituti fuiſſent.

trahere debere[c], maximè cùm ſubiiciatur, quòd ius ad tertium genus, id eſt, ad reciprocam ſubſtitutionem producitur. Hîc autem probatur pupillarem, quæ reciprocæ ineſt, matri præferri[d], ergo idem in ea, quæ vulgari inſit: aliàs relatiuũ Quod ius, integram veramque relationem non faceret[e]. nam & alibi ſimpliciter dicitur, matrẽ à ſubſtituto excludi[f], & alibi lex ait, à matre excludi ſubſtitutum, quia propter imparitatem ætatis nulla pupillaris ſuberat[g], nimirum oſtendens, ſi pupillaris, quamuis tacita, adfuiſſet, fore, vt ſubſtitutus præferretur[h].
19 Quod † & eo exemplo probatur, quo tum demum mater ſubſtitutum hunc reiicit, cùm cohæres pupillo eſt data. aliàs ratio iuriſconſulti Papiniani eſſet friuola, & ſuperflua[i].
20 Nec † obſtant conſtitutionis verba, quæ ad matrem omni modo pertinere hæreditatem teſtentur[k]. quia loquitur, cùm in primum caſum tantùm ſubſtitutio facta eſt, id eſt, cùm vulgaris taliter cõcepta proponitur, vt pupillarem non cõtineat, quia ſcilicet de mente teſtatoris conſtet: ſiue, quia dictio taxatiua ſit propoſita, quod Salicetus cenſuit[l]: ſiue, quia filius inſtitutus iam pubes, quod Fulgoſius exiſtimabat, deceſſerit: ſiue, quia de aliquo exceptorum caſuum tractetur, qualis eſt, quòd teſtator eſſet miles. non enim veriſimile eſt, fruſtra id in lege bis repetitum, vt Cato Sacchus ait. in teſtamentis enim militum videtur in vulgari pupillarem non contineri, quia in eis ad verba duntaxat attendimus[m], lexque ſua diſpoſitione nihil ſupplet, ſed caſum omiſſum pro omiſſo habet[n]. Quam ſententiam ego ſoleo ſequi[o], quia teſtamenta militum magis ſecundum iuriſconſul. regulas declarantur, quàm lex iure ciuili[p]. & quia enim milites directò intra quodcunque tempus ſubſtituere poſſit[q], non fuit cauſa, cur magis vſque ad xiiij. annum ſubſtituiſſe videretur, quàm in viceſimum & deinceps[r]. Arbitror itaque ſuprà ſcriptam ſententiam iure veriorem eſſe, cuius Caſtellio fuit auctor, licet cõtraria ſit receptior, & maxima æquitate nitatur, ne à luctuoſa filij hæreditate mater ex tacitis coniecturis excludatur. qua de re alibi.
21 Eſt † autem reciproca adiectio quædam, quæ cæteris omnibus ſubſtitutionibus accedere poteſt, vt Bartol. inquit[s]. & ideo ꝓpriam ſpeciẽ non habet, & illius, cui accedit, nõ mutat. cuius rei exemplum omnibus in ſubſtitutionibus ſic accipitur. In vulgari, *Vterve eorum viuet, hæres eſto*[t]. item, *Titium & Mæuium, vel eorum alterum hæredem inſtituo*[u]. In pupillari, *Si aliquis ex filijs impuberibus exhæredatis decedat, ſuperſtitem ſubſtituo*[x]. In vtraque ſimul ex vi verborum, vt cùm omnes ſint impuberes inſtituti, ſi ſimpliciter dictum ſit, *Vos inuicem ſubſtituo*[y]: vel, *Inuicem inſtituti ſunto*. hæcque propriè eſt, quam iſti breuiloquam vocant, qui generalitate verborum quadam ſub breuitate tam vulgarem, quàm pupillarem compræhendit. In compendioſa, *Et quandocunq; aliquis eorum deceſſerit, ſuperſtitem inſtituo*[z]. Vnde & ſi dictum ſit, *Si quis eorum deceſſerit, volo bona mea ad alium peruenire*, erit reciproca, non ſolùm fideicommiſſaria, vt Raynaldus cenſuit, ſed etiã directa, vt Gulier. Bartolus & cæteri ſenſerunt[a]. Verbum enim *Peruenit*, commune eſt: quod ſuo tempore directò accipitur, deinde & precariò[b]. Sed & ſi in codicillis duobus impuberibus ſubſtitutum proponatur, reciproca fideicommiſſaria duntaxat erit[c]. quod Bartol. & cæteri tradiderunt contra Iaſon. quia ſicut miles poteſt in codicillis directò ſubſtituere[d], ita etiam patri ad indulgendum fuit inter liberos teſtanti[e]. Sed certè priuilegia extendenda non ſunt[f], & qui directò filiis ſubſtituit poſt aditam hæreditatem, non tam inter liberos teſtatur, quàm pro ipſis liberis. In qua re non eſt par patris & militis priuilegiũ[g].
22 Concludo igitur, compendium † verborum ad ſubſtantiam huius ſubſtitutionis non pertinere, ſed ſolùm viciſſitudinem perſonarum:
23 & † ideo multiplicatis perſonis, multiplicantur ſubſtitutiones, ſecũdum eam qualitatem, quæ omnibus conueniat. quod pluribus exemplis hîc Bart. oſtendit. Nec obſtat, quòd in ſubſtitutione imparibus à milite facta nõ capitur ea interpretatio, vt directa militari vtrique ſubſtituere voluerit[h], tametſi ea vtrique conuenire poſſit, quia non videtur miles ſpeciali iure vti voluiſſe, de quo infrà per Bartol.

a ALITER SI EIVSDEM a. ¶ Concludendum hîc igitur eſt,
24 quoties † ſubſtitutio reciproca imparibus facta eſt, eam ſolùm continere, quę omnibus conuenit, id eſt, vulgarem, non autem pupillarem. Cuius concluſionis ea eſt ratio, quia non eſt veriſimile, voluiſſe teſtatorem eadẽ verborum cõceptione inæqualiter eis prouidere[i],
25 ſiue, quia † inæqualitas inuidiam & indignationem gignat[k]: ſiue, quia lex plurimum æqualitati faueat[l]. quam rationem ſunt, qui malè interpretentur, vt impugnent.
26 Ego † verba illa, *Inuicẽ ſubſtituo*, de ea ſubſtitutione intelligi debere arbitror, quæ inuicem fieri poteſt, nec ei conuenire, qui imparis ſit qualitatis. quomodo enim huic inuicem fiet? Procedit autem concluſio, vt non ſolùm prædicto caſu in breuiloqua nulla ſit pupillaris expreſſa, ſed nec tacita, qualis in vulgari ſolet comprændi[m]. quod aduerſus Angelum[n] rectè Decius cenſuit[o]. Sed & procedit in teſtamentis quoque militum[p], niſi vtrique ad certũ tempus eſſet ſubſtitutum[q]. aliàs enim verbis illis, *Eos inuicem ſubſtituo*, credendum eſt de ſubſtitutione actum, quæ vtrique conuenire poſſit, non quæ filiæ pupillariter, fratri militariter, cùm altera etiam bona pupilli comprehendat, altera ſoliùs militis[r], altera certum tempus à lege ſtatutum habeat, videlicet pubertatis, altera non habeat. Procedit rurſus, etiam ſi reciprocè adiũcta compendioſa ſubſtitutio proponatur: vt, *Et altero ipſorum hæredum quandocunq; decedente, ſubſtituo ſuperſtitem*. intelligetur enim ſolùm fideicommiſſaria, quæ vtrique conuenire poteſt. quod Bald. Pontan. Imol. Alexanderque cenſuerunt[s], & Corn.[u] ex facto reſpondit, etiam cùm verbo ciuili directo teſtator vſus eſſet[t]. Alij tamen, vt Caſtr. & Decius, diſſenſerũt, quia ſi pupillo precariè ſubſtitutum cenſetur, ergo & facilius pupillariter, cùm pupillaris illi fauorabilis precaria oneroſa ſit[x]. Nec quicquã refert, q hoc modo in-

a Gulier. Pap. conſi. 227. Falcona.
b l. fideicõmiſſa. §. hæc uerba. de leg. iij. l. hæreditatis. C. de hæred inſtit. l. ſi ita fuerit. de leg. ij.
c arg. l. Scæuola. ad Trebel.
d l. militis codicillis. ſ. de teſt. mil. ubi Bart.
e arg. l. hac conſultiſſima. §. pe. C. de teſta.
f gl. l. bene. C. de quad. præſcrip. l. à diuo Pio. in prin. de re iudic.
g l. ij. ſ. eo. uerſi. niſi ſi miles.
h l. in teſtamento. C. de teſta. mil.
i d. l. iam hoc iure. d. l. in teſtamento.
k gl. l. j. §. uetere. de acquir. poſ.
l l. illud. C. de collat. c. ſi de ſta. mo. uer. delectu. ubi gl. l. ſi. C. cõ. utri. iud.
m conſi. 151.
n l. quamuis. C. eo l. iiij. ſ. eod.
o conſil. 157.
p Deci. d. l. in teſtamento.
q d. l. in teſtamẽ
r arg. l. centurio. d. l. precibus. in fi. uerſi. nõ ad certum.
s d. l. centurio.
t d. l. in teſtamẽto.
u Corn. conſil. 180. in j.
x d. l. cohæredi. §. cùm filiæ.



a l. cẽturio. ſ. eo.
b Bart. conſ. 41. & 57. Angel. 97. Viuianus. et 307 teſtator. Anch. 68. Cor. 107. j. 114 iij. Soc. 290. ij.
c c. j. de teſt. in 6.
d d. l. uerbis. 4. limitatione.
e Raph. cõſ. 16. Paul. conſ. 254. ſi bene. Cor. 141. in 4. Dec. d. l. in teſtamento.
f d. l. iiij.
g gl. l. Icõtinuus §. cùm quis. de uerb. oblig.
h d. l. precib. gl. pen. in fin.
i Com. d. cõſ. 16.
k d. ca. ſi pater. de teſta. in 6.
l d. l. iiij. d. l. quæ uis. d. l. in teſta.
m Alex. d. l. in teſtamẽto. Lãc. d. l. cẽturio. Cor. d. conſ. clxxx.
n Bar. hîc, ij. oppoſ. & l. ij. ſ. eo.
o l. j. §. ſi. l. prætor. §. Iulianus. de col bon.
p l. ſi quis filio. §. irritũ. de iniuſt. rup. l. ex militari. de mil. teſ. l. plenũ. §. equitũ. de uſu. & hab.
q d. l. iam hoc iure.

do inæqualis eſſet diſpoſitio, quia pupillaris ſecundum eos non virtute reciprocæ comprehẽditur, ſed compendioſæ. & in compendioſa æqualitas non ſolet perpendi, cùm regulariter ſoleat compendioſa inæqualiter reſpectu caſuum determinare[a], ergo & reſpectu perſonarum. Sed ego cõmunem ſententiam ſequor, quia receptiſſimũ eſt, in † cõ-

tunc enim altero defuncto intra pubertatem, eius ſucceſsio non ad matrẽ, ſed ad ſubſtitutum fratrem eius deuoluitur[a].

27 pendioſa imparibus facta, contineri pupillarẽ[b], quod & Bartol. hîc ſentit, dum in breuiloqua octo ſubſtitutiones poſſe contineri ait, ſeptem verò non poſſe. ſubeſt enim ſemper illa ratio æqualitatis.
28 nam † vt compendioſa directò accipiatur, oportet eam verbis & perſonis conuenire[c], nec eadem eſt ratio inter caſus, quos inæqualiter cõprehendit, & perſonas, cùm tempora ipſa perſonis accedant, non perſonæ temporibus. quod ſuprà declaraui[d], & clauſula reciproca *Eos ſubſtituo inuicem*, reſtringat perſonarum, non caſuum reſpectu. Sed quid, ſi in propoſito caſu facta eſſet pupillaris ætatis mentio? verbi gratia, *Si quis eorũ in pupillari ætate, vel aliàs quomodocunq; deceſſerit, ſuperſtitem ſubſtituo*. Et hoc caſu receptus eſt, non procedere ſuprà ſcriptam concluſionem[e], ſed pupillarem comprehendi, quæ ea ratione innititur, quòd non præſumitur teſtator eadem verborum conceptione voluiſſe inæqualiter prouidere[f]. at in hoc caſu fruſtrà ad præſumptionem attenderemus,
29 quia † in claris non eſt opus coniecturis[g]. quoties enim pupillaris ætatis mentio verbo directo, vel communi adijcitur, expreſſa pupillaris inducitur[h], & ita reſponſum à Raymundo extat[i], quia aliàs fruſtra pupillaris ætatis mentio adiecta eſſet, & quia verba in dubio pro directis accipiuntur[k]. Ego hanc ſententiam ea potiſſimùm ratione ſequor, quia cõiectura, quæ ex æqualitate perſonarum oritur, in tacita tantùm pupillari, vel ea, quæ ſola generalitate verborum intelligi poteſt, locum habet[l]. quoties autem expreſsè pupillariter ſubſtitutum proponitur, qđ in caſu noſtro videtur, ei cõiecturæ locus non eſt. & ideo Ricardi, Alexandriq; diſſentientium opinionem ſequi non poſſum[m]. ſicut nec Lanceloti diſtinctionẽ, qui ſi mater ipſa adſit, Alexandrum ſequitur: ſi verò nõ adſit, eius fauore communi ſententiæ adhæret. ſi enim reciprocam filiis teſtatoris factam proponamus, nullus eſt aduerſus eos matris fauor[n]. igitur ſatius eſt indiſtinctè aliam ſententiam ſequi.

a DEVOLVITVR a. ¶ Proſequitur hîc Bart. reciprocæ huius ſubſtitutionis naturam pluribus quæſtionibus, cuius veſtigiis & nos inſiſtentes,
I. inprimus quærimus, quid ſi teſtator tres filios habeat, duos impuberes, tertium maiorem, eoſque inuicem ſubſtituat, an ſaltem inter impuberes cenſeatur pupillariter ſubſtituiſſe? & Guli. Rainal. Alberic. Faber cæteri pupillariter ſubſtitutum crediderunt, vt quæ diſpoſitio in duobus pupillis loquitur, locũ habeat, etiamſi aliæ perſonæ illis permixtæ ſint[o], & quia diſpoſitio ad perſonas relata ſecundum earum conditionem accipitur[p].
30 Sed † tamen contraria ſententia Bartol. placuit, quem cæteri crebriore calculo ſequuntur. Verbum enim *Subſtituo*, quo tres filios teſtator vocauit, æqualiter in omnium perſona intelligendum eſt[q], vt ſicut ad pupillarem non trahitur, quando vnus tantùm impubes eſt, nec tamen quidẽ trahi debeat, cùm duo ſint impuberes. ſubeſt quippe ſemper eadem ratio. Vnde & ſi duos impuberes & extraneum inuicem ſubſtitutos proponatur, idem reſponſum eſt, vt nec tum quidẽ ſubſtitutio aliqua pupillaris intelligatur, ſed verbum *Subſtituo*, pari ſignificatione omnium reſpectu accipiatur, quod aduerſus Bald. Angel. & Aretin. cæteri vno ore cenſuerunt[r]. Qua ratione idem dicendum eſſet, etiamſi legitimæ ſucceſsionis ius id ſuadet, vt quia duo impuberes vtrinque coniungerentur: tertius verò maior natu ex alia matre natus eſſet[s], adhuc pupillariter ſubſtituti inuicem non videbuntur, poteritque mater cum altero, qui vtrinque coniungitur, ab inteſtato admitti[t], cùm aliàs ſolus ille ex pupillari fuiſſet admittendus. quę ſententia receptior videtur[u], licet diſputabilis ſit. Fortiùs exiſtimauerit aliquis idem quoque eſſe, quando impuberes in inſtitutione coniunctim nominati eſſent, tertius verò ille maior, diſiunctim. ſi enim ſimpliciter factam reciprocam dicamus, adhuc ſubeſt ea ratio, vt verbum *Subſtituo*, pari determinatione accipiatur[x]. Nec multum vrget Bartoli ratio, quam cæteri communiter ſequuntur, quòd propter coniunctionem, quæ in inſtitutione impuberum duntaxat facta eſt, interpretandam quoque eodem modo in ſubſtitutione teſtatoris mentem ex Pap. reſponſo ait[y]. In eo enim caſu reciproca eas ſubſtitutiones omnes vulgares in perſona omnium continet, licet cõiuncti priùs vocentur. at in noſtro de pupillaribus agitur, conſtatque nullo modo in reciproca pupillarem ex perſona maioris contineri. Tutius tamen eſt Bartol. ſequi, niſi cùm ex forma ſtatuti hic tertius cum vtrinque coniuncto admitteretur[z]. II.
31 Rurſus † quæritur, quòd ſi liberi iſti omnes quidem impuberes ſint, ſed diuerſi temporis, vt quia alter anniculus, alter tredecim annorum, an extincta pupillari in perſona maiuſculi, etiam in anniculo extinguetur? & lex noſtra argumento eſt non extingui, quæ ſatis rationis habet, ſi eiuſdem ætatis ſint filij, id eſt, omnes pupillaris ætatis, licet alter anniculus, alter pubertati ſit proximus. Cuius rei ea eſt ratio, quia ſi vim verborum reciprocę intueamur, ea indicant vtrique non ſolùm vulgariter, ſed pupillariter ſubſtitutum. reſoluuntur enim diſtributiuè in perſona cuiuſque, *Si quis eorum in pupillari*, &c. Indicat hoc & voluntas teſtatoris, quæ eo tempore conuenientem vtriq; ſubſtitutionem feciſſe intelligitur. Vnde quamuis ſuperueniat deinde inæqualitas, reſpectuque alterius extinguatur ſubſtitutio, non tamen debet reſpectu anniculi extingui[b], ſiue quia ſufficiat æqualitatem ab initio adfuiſſe[c], ſiue quia cùm potuerit vterque in pupillari ætate mori, ſi caſu contingit, vt alter eam ætatem egrederetur, non tamen ideo ſubeſſe imparitas videtur, quæ quicquam mutare poſſit[d]. Nec obſtat, quòd actus deuenerit ad eum caſum, à quo incipere non potuit[e], quia imò potuit, ſi talem fuiſſe voluntatem teſtatoris appareat[f]. tunc enim prædictæ regulæ locus non eſt[g]. Quòd autem talis fuerit voluntas, & verba (vt dixi) indicant, & ea quoq; ratio, quòd † voluntas præſumitur durare, etiam ſi res varietur, dum citra teſtatoris conſenſum ea variatio 32

L. 45. Lucius Titius.
I.
II.
r Ang. cõſ. 307. Bal. Aret. d. l. teſtamento.
s auth. itaq;. C. cõmu. de ſucceſ.
t auth. defũcto. C. ad Tertyl.
III.
u Alexã. Aret. Iaſ. hîc, Sal. Ro. d. l. in teſtamẽt.
x d. l. iã hoc iure
y l. cohæredi. §. ſi diſcretas. ſ. e.
z auth. itaq;. C. cõmu. de ſucceſſ.
a argu. l. hæredes mei. §. cũ ita. ad Treb. ubi Bar. uerſ. quid in pupillari.
b arg. l. patre furioſo. de his, qui ſunt ſui. l. is, cui, de teſta.
c l. ead. §. ſi de duob. reis. l. j. §. ibidem. de Carbo. edic.
d l. de fideicõmiſſo. C. de tranſac.
e l. pen. §. j. de uerb. oblig. ubi Bart.
f d. l. in teſtamẽto. in fin.
g qui ſatiſ. cog. Bar. d. l. pen. §. j.

intervenerit a, & de re agatur, quæ à teſtamento, ſeu voluntate teſtatoris pendeat b. Sed iterum dubitatur, quid, ſi ex voluntate teſtatoris ea variatio facta ſit? vt quia duobus impuberibus inuicem ſubſtitutis, alterum pater deinde emancipauerit, quo caſu in emancipati perſona extinguitur pupillaris ſubſtitutio c. an etiam reſpectu alterius cenſebitur extincta? & cenſeri Bart. exiſtimauit, perindéq; eſſe, ac ſi declaraſſet ex tempore emancipationis nolle vlli ſubſtitutioni pupillari locum eſſe. poteſt enim fieri talis declaratio citra nouam teſtamenti ſolennitatem d. Et hanc Bartoli ſententiam alij frequentiùs ſequuntur, vt † reuocatio pupillaris in perſona vnius liberorum facta, etiã ad aliud producatur e. quod indubitatum eſſet, ſi reciprocæ ratio in æqualitate conſiſteret, tunc enim ſublata ex vna parte ſubſtitutione, ex alia quoq; tolleretur f. nã cùm eadem eſt vtriuſque caſus ratio, quod de vno caſu ſtatutũ eſt, de alio quoque intelligitur g. quod & generaliter in correlatiuis huiuſmodi; mutuis actibus receptum eſt h. Sed Bal. Ang. Rapha. Cornel. Iaſon negant æqualitatem in reciproca cauſam eſſe, cur teſtator omnibus & non vni duntaxat ſubſtituerit. cauſa enim vera illa eſt, quòd & verba & mens teſtatoris vtrique ſubſtitutioni conueniunt. vnde quamuis æqualitas deinde ex parte vnius ceſſet, debet ſubſtitutio ex parte alterius durare i. Ego tamen malim triſtiorem orbitã ſequi, vt verba illa, *Eos inuicem ſubſtituo*, de ſubſtitutione intelligãtur, quæ inuicem fieri poſſit, non ſolùm habito ad tempus præſens reſpectu, ſed etiã ad tempus mortis k, ne facto ſuo videatur teſtator inæqualiter diſpoſuiſſe, materiamq; inuidiæ & iurgiorũ inter fratres præſtitiſſe. quæ Cardinalis ratio eſt, vt reciproca impuberibus facta, in alterũ caſum intelligatur: quod ſuprà docui. Vnde ſi neceſſitate compulſum teſtatorem emancipationem hanc celebraſſe probetur l, ſecus eſſet, vt Bar. cenſuit m. quę ſentẽtia vera eſt, etiam ſi coactum patrem propter dilectum ſuum dicamus. non enim ideo extingui debet ea prouiſio, quæ pupilli ipſius fauorem reſpicit. Idemque dicendum, etiamſi neceſſitas illa ex diſpoſitione legis oriatur. nec enim inter hæc conſtituenda eſt differentia, quicquid Alberic. commentus ſit n.

IV. Sed quid in caſu contrario ſtatuemus, vt † cùm pater filio emancipato, alteroque in poteſtate inſtitutis inuicem ſubſtituit ſuperſtite, deinde emancipatum rurſus? & receptum eſt, nullum pupillari locum eſſe. cùm enim tẽpore conditi teſtamenti alter filiorum non eſſet in poteſtate, nulla ei fieri pupillaris ſubſtitutio potuit: ideoque nec alteri in eum caſum voluiſſe ſubſtituere pater videtur. Vnde cùm à principio non ſit facta, nec ex poſtfacto quidem induci debet o. nam & (vt inquit Bartol.) non potuiſſet induci, niſi noua adhibita ſolennitate, cùm cõſtet à principio non fuiſſe inductam: & ideo non de ſimplici volũtatis declaratione agatur, ſed de noua diſpoſitione p. qua tamen in re diſſentit hic Aretinus. Ego in ſuprà ſcripta quæſtione communem ſententiam ſequor, quia (vt dixi) in † teſtamentis non ſolùm mortis tempus attendimus, ſed etiam ad illud, quo teſtamentum ipſum cõditum eſt q: & ideo oportet tali quoque tempore aptũ eſſe, vt ſubſtitutio pupillaris adeſſet. Vnde ſi ex coniecturis conſtaret voluiſſe teſtatorem à principio pupillariter ſubſtituere, aliud eſſet dicendum, limitandaq; communis cõcluſio. quod re-

a l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. de leg. iij. l. ſi. de duob. reis
III.
b l. ſi tut. ij. §. j. uerſ. quãuis ſi ex teſtamẽto ſ. de tut. & rat. diſt.
c l. cohæredi §. cũ filię. ſ. eod.
d l. heredes pa lã. §. ſed ſi notã. de teſt. Doct. l. quãuis. C. eod.
33
e arg. l. j. C. de diuer. reſc.
f l. alteri de adi. leg. l. Pãphilo. in fi. de leg. iij.
g auth. ſi quis liberos. in fin. C. de natur. liber.
h in l. ſi. de acceptilat. l. filios. §. matri. l. alienę. § Seia de adi. leg.
34
i l. tribunus. §. j. de teſt. mil. d. l. ſi pater. uerſ. quãuis.
k §. in extran. Inſtit. de hered. qual. & differ.
l gl. §. fin. Inſt. quib. mo. ius. pat. ſ.
m arg. d. §. ſi rẽ.
35
n Alberic. l. ſi filia legatorũ. C. de legat. ubi Iaſ. reprob.
o l. ſi ita. de aur. & arg. l. j. §. ſi filius de leg. iij. l. pen. de reg. iur.
p d. l. hæredes. § ſed & ſi notã. Iaſ. hic. Anã. cõſil. 88.
36
q §. in extraneis. Inſt. de hæred. inſt.
I.

ctè Bald. cenſuit r. Quid enim ſi in teſtamento adeſſet illa clauſula, *Vulgariter, pupillariter* s, &c. nonne ex verbis ſatis indicaretur emãcipato pupillariter ſubſtitutum eſſe ſub ſpe futuræ adoptionis? quod Ang. tradidit. Quid ſi in continenti condito teſtamento pater emancipatum in manum t ſuam traduxit? nónne (vt Aret. ait) ſatis indicatur mens teſtatoris? Sed quid, ſi is filius naturalis erat, deinde eum pater legitimum fecerit? videretur enim indiſtinctè confirmari pupillarẽ, quia † hæc natalium reſtitutio ex cõmuni Doctorum ſententia retrotrahitur u. Contrariũ reſpondit Bal. x, quia pupillaris ex teſtatoris voluntate inducitur: ſed fictio ea, quæ facti ſunt, certoq; tempore voluntatem requirũt, retrò nõ aſpicit y. Ego Baldi ſententiam in ſpurio per reſcriptum reſtituto probabilem eſſe arbitror: in naturali verò, qui ſubſequenti matrimonio iuſtus filius effectus ſit, diſſentio, quia lex non fingit, ſed præſumit abuſque principio affectu maritali cognitam concubinam, & ideo filium legitimum eſſe z. Cæterùm † in eo quoque ambigunt Doctores, an duobus impuberibus altero inſtituto, altero exhæredato, ſi reciprocè ſubſtitutũ ſit, contineatur non ſolùm pupillaris, ſed etiam vulgaris? Et Gul. Rai. Alber. contineri aiũt. nulla enim videtur eſſe imparitas, cùm vulgari in perſona inſtituti non ſit locus, niſi eo repudiante, aut ante aditam hæreditatẽ moriente. æqualis autem eſſe videtur, qui repudiauit, aut mortuus eſt, ei, qui exhæredatus eſt, quippe vterque ab hæreditate ſummouetur a. Contrarium cenſuit Bart. cum pluribus b. quia verbum *Subſtituo*, quod reſpectu exhæredati de vulgari intelligi nequit c, eandem interpretationem recipere etiam reſpectu inſtituti debet, vt æqualis ſit determinatio d. Sed reſpõderent alij, maiorem æqualitatem induci, ſi ſubeſſe vulgarẽ dicamus. vt ſicut inſtitutus in hæreditate patris potior exhæredato eſt, ita exhæredatus potior inſtituto ſaltem eo caſu ſit, quo inſtitutus hæres non ſit. Ego diſtinguendum arbitror, vt ſi inſtitutus iſte cohæredem alium ſeparatim habeat, vtcunq; probabilis ſit communis ſententia, præferaturq; is cohæres iure accreſcendi ipſi exhæredato: ſi verò nullum cohæredem habeat, poſſit exhæredatus ex tacita vulgari paterna adire e, & confirmatis tabulis ex pupillari ſuccedere, cùm aliàs pupillaris euaneſceret f. quod aduerſus manifeſtam teſtatoris voluntatem eſſet. Quæ ſententia maximè obſeruãda videretur, cùm exhæredatio mala mẽte facta nõ pponeretur g, quod Ang. cenſuit. tunc enim cauſę exhæredationis, quas Iuſtinianus approbauit h, neceſſariæ non ſunt i, quicquid hac in re Alexander tradiderit. Item † quęritur, an reciproca duobus furioſis facta exemplarem contineat? & continere omnes tradiderunt. Qđ ſi vni impuberi, alteri puberi, ſed furioſo, facta ſit, idem eſſe Imola, Iaſ. Politus cenſuerunt, vt vtriq; directò ſubſtitutum videatur, impuberi pupillariter, puberi per exemplarẽ, ſatiſq; videtur æqualis determinatio, cùm in vtriuſque perſona duplex ſit ſubſtitutio k. Nec obſtat, quòd multæ ſint inter pupillarem & exemplarem differentię: quia ſatis eſt, ſi in caſu, de quo agitur, conformes ſint l. quæ ſententia & æqua & probabilis eſt, niſi quòd Bartol. & cæteri in diuerſum iuerunt, aduerſus quos & illud facit, quod traditũ eſt in materia fauorabili pro ſimili eſſe, etiam quod omnino ſimile non ſit, & tanta ratione nõ fulciatur.

II.
r Bald d. l. in teſtamento. q. ix.
III.
s l. ij. §. poſt princ. ſ. eo. uerſ. ſed ſi extraneum.
t l. ſi uetri. in ſi. de priuil. cred.
37
u l. ij. ff. de nata. reſtit.
x Bal d. l. in teſtamento. q. ix.
IV.
y l. deniq; in ſi. ex quib. cau. maior. l. Aurelius. §. j. de lib. leg.
V.
38
z l. cũ quis. uerſic. neq; enim. C. de nat. lib.
a l. qui in aliena §. interdũ. de acq. hæred.
b Bar. Ange. I mol. Alex. Iaſ.
c d. l. ij. §. j. ſ. eo.
d d. l. iã hoc iure. l. ſi lega. in ſi. de leg. iij.
e arg l. paterfamilias de priuil. cre. Alex. l. ſed ſi. §. filio. in ſi. eod.
f d. l. ij. uerſ. adeo.
g l. multi ſ. de lib. & poſthu.
VI.
39
h auth. non licet. C. de lib. preter.
i l. cũ ex filio. ubi Iaſ. ſ. eod.
k d. l. iã hoc iure
l l. cũ poteſt. ij. reſpõ. de præb. in ſi. l. ſi. C. de collat. ubi Iaſ.



tur a. Non eſt autem dubitãdum, quin exemplaris quoque ſubſtitutio fauorem furioſi reſpiciat: vnde & lex ait humanitatis intuitu patri permiſſam eſſe b. Enimverò & hoc quoq; diſputari ſolet, an † inæqualitas portionis in caſu ſit, quo minùs pupillaris in reciproca contineatur? & concluſum eſt, nihil id impedire c, vt ſicut æqualitas temporis pupillarem non impedit, (quod ſuprà quæſtione ſecunda vidimus) ita nec rerum inæqualitas impediat d. Vnde infertur: pone, teſtator duas filias fœminas in rebus certis inſtituit, duos verò maſculos hęredes vniuerſales ſcripſit, ſubiecitq;, *Omnes filios inuicem ſubſtituo*, an fœminæ ſimul cum maſculis admittentur? & receptũ eſt ſimul non admitti e, ſed prius maſculos, & eis nõ extantibus, vel repudiantibus, tum demum fœminas: idemque vice verſa in portione fœminarum, vt † dictio *Omnes*, diſtribuat quidem ſecundum naturã ſuam, ſed ſeruato ordine, vt ex vulgari fœminæ ſuccedant omnibus maſculis repudiantibus, ex pupillari verò vltimo morienti in pupillari ætate, quod & Bald. & plerique alij docuerunt f. Sicut † enim in inſtitutione vniuerſali maſculi præferuntur fœminis, ita & in ſubſtitutione factũ interpretari debemus g, vt quatenus de vniuerſali iure agatur, præferantur maſculi, quatenus de portione rei certæ, præferantur fœminæ. Sed cur non admittũtur ſimul, cùm vna verborũ conceptione omnes à teſtatore vocentur? Et Bart. reſpõdet verbum † *Subſtituo*, propriè intelligi de vniuerſali ſubſtitutione, & ideo ad maſculos principaliter referri, qui vniuerſaliter inſtituti ſunt h. iis ergo extantibus, nulla cẽſebitur portio filiarum hæreditaria, adeò vt nec pro rata rei certæ, in qua inſtitutæ ſunt, poſſint admitti i: ſed eis non exiſtentibus tum demum vocentur fœminæ, quæ † cum particulariter inſtitutę ſint, deficientibus maſculis iure accreſcẽdi ad vniuerſam hæreditatẽ etiam ceſſante ſubſtitutione admittẽdæ fuiſſent k. quæ ratio in ſuo quidem caſu vera eſt, ſed ad eã ſpeciem non pertinet, cùm vna fœminarum prior deceſſiſſet. melius ergo eſt, vt † ita inductũ credamus, quia ſubſtitutio ab inſtitutione interpretationẽ recipit l.

I. Vnde † cõſequens eſt, vt ſi alia mens teſtatoris appareat, prædictæ concluſioni non ſit locus, vt quia verba teſtatoris clara ſint, fœminaſq;, quãuis particulariter inſtitutas, ad vniuerſitatem in ſubſtitutione vocauerit m. Idem, ſi huiuſmodi filiæ in aliqua quota parte inſtitutæ proponerẽtur. tunc enim ceſſaret ſuprà ſcripta ratio, quod Andreas. Sicul. reſpondit n. Sed & ſi verba ſubſtitutionis ſalua ratione recti ſermonis intelligi non poſſent, niſi fœminas quoq; admitteremus, ſatis expreſſa mens teſtatoris diceretur o. Sanè reſpectu extranei teſtatoris nihil refert, quòd filia ſit particulariter tantùm inſtituta. vocabitur enim ad legatum hæredibus factum ſimul cum fratribus, qui vniuerſaliter ſint ſcripti, qđ Spec. tradidit p, & Iaſ. hic refert, & nos alibi diſputauimus q. Cæterùm ſunt, qui ita demum admitti ſolos maſculos in ſuprà ſcripta quæſtione exiſtimant, ſi coniunctim vocati fuerint r. Sed ego accepi nihil hoc referre, & in hæreditate etiam inter disiunctos ius accreſcẽdi eſſe s, nec cum eis vocari has fœminas, quæ non hæredes, ſed loco legatariorum ſunt t. Sed an hæc ſubſtitutio, *Vos inuicem ſubſtituo*, contineat fideicõmiſſum? & receptiſsima eſt ſentẽtia, non continere u, quia lex ait in vnum tantùm caſum, & vſq; ad pubertatis

a c. ſi extra. de ſi mo. l. ij. §. ex his. ubi Socin. not. j. de uerb. oblig.
VII.
40
b l. humanitatis. C. eod.
c l. ſi plures. l. ſeq. ſ. eod.
d arg l. miles ita. §. j. de teſt. mil.
e Bar. hic. & Alex. hic. & conſi. 66. ij. Soci. conſi. 49. in j. Curt. conſil. 45. 76. Deci conſil. 182.
41
f Bald d. l. in teſtaméto. q. 7. ubi Ang. Salicet. & alij. Ang. I mol. Iaſ. hic.
42
g l. j. C. eo. l. Lucius. §. pater. ad Trebel.
h l. ſi plures. l. quiplures. ſ. eo.
43
i d. l. ſi plures.
44
k l. ex facto. ſ. tit. j. l. j. §. ſi ex fundo. eod.
45
I.
46
l l. cohæredi. § q diſcretas. ſ. eo. Bar. conſil. iiij. & hi. l. j. ad Trebel.
II.
m c. ſi pater. de teſt. in 6. Arct. hic.
III.
VIII.
n Bar. conſ. 36. in j.
o l. ſi ubi Bart. ad Trebel.
p Specul. tit. de teſta. in princ.
q in d. l. Gallus. §. etiã ſi parte.
r d. §. q diſcretas
s l. hæredes ſine. ſ. tit. j.
t l. quoties. C. de hered. inſt. Bar. hic.
u d. l. iam hoc iure. ibi, in uulgarem tantummodò.

tempora factam cenſeri. quę verba fideicommiſſario non conueniunt x. continebitur ergo ſola vulgaris, ſeu etiam pupillaris, omneſq; harũ ſubſtitutionum caſus y, non autem precaria. Sed quæ eſt ratio? & † putarim ex proprietate verbi *Subſtituo*, hoc induci, quod ſuprà oſtendimus z ad directas tãtùm referri, niſi adiecta ſint verba tractum habentia. ſi enim nulla ſint verba tractum habentia, conſequens eſſet, vt fideicõmiſſum purè deberetur, quod aduerſus manifeſtam teſtatoris mentẽ eſſet. aut enim hæredes omnes æqualiter inſtituti eſſent, & inutilis eſſet fideicõmiſſaria, quia quilibet tantum cohęredi daret, quãtum acciperet a: aut eſſent inſtituti inæqualiter, & tunc ſequeretur, q. qui magis dilectus eſſet in inſtitutione, minus eſſet in fideicommiſſo dilectus: & vice verſa. quod veriſimile non eſt à teſtatore ordinatum fuiſſe b. Si tamen aliquib. coniecturis deprehendi poſſit, eam fuiſſe mentem teſtatoris, vt fideicommiſſaria quoq; contineretur, non eſt dubitandum ſuprà ſcriptam concluſionem limitari: Vt quia teſtator vſus fuerit verbo tractum temporis ſignificante, id eſt, cõpendiosè reciprocéq; ſimul ſubſtituerit c, cuius rei exemplum ſuprà Bart. poſt Guli. adduxit d: vel dixerit ſe ſubſtituere vulgariter, pupillariter, per fideicommiſſum e. Vel † ex præcedentibus ſubſequentibuſve teſtamenti verbis hanc voluntatem ſuam declarauerit. quod à Capella reſpõſum extat f: verbi gratia, teſtator inſtitutis & ſubſtitutis reciprocè filijs, ſubiecit, *Si filij mei deceſſerint abſq; liberis, nouiſſimus totam reſtituat hæreditatẽ monaſterio*. cùm enim fideicõmiſſo grauatus nouiſſimus erga monaſteriũ in tota hæreditate ſit, veriſimile eſt inuicem quoq; eadem ratione grauatos eſſe g, vt ab vltimo moriente fideicõmiſſum debeatur. quod aduerſus Caſt. h verius videtur: ego alibi attigi i. Cæterùm & ſi prædicta ſubſtitutio in codicillis facta ſit, quia directo iure valere nõ poteſt, iure fideicõmiſſi ſuſtinebitur k. Nec refert, ſi adiecta non ſint verba, quæ tractũ temporis indicent, quia is tractus ſatis ex natura codicillorũ indicatur, vt alibi declaraui. videtur enim ſubſidium à teſtatore prouiſum eſſe, cùm à principio iure directo valere non potuit l. Quo caſu Oldr. reſpondit in reciproca contineri precariam m. Vnde conſequens eſt, vt ſi in teſtamento adiecta ſit codicillaris clauſula, tũc talis ſubſtitutio in vim fideicõmiſſi ſuſtineri poſſit n. Quod intelligendum, cùm verba teſtatoris hanc interpretationem pati poſſunt, & præſumpta mens teſtatoris hoc ſuadeat. quod Dec. cenſuit o, vt ſuprà diffuſius oſtendi p. non enim facilè credendum eſt, ſubſtitutiones, quæ iure directo valere potuerunt, voluiſſe teſtatorẽ ad fideicommiſſa flectere, vt quæ ad commodum hæredum dixerat, in onus vertantur q: alioquin & in teſtamẽto militis reciproca fideicommiſſariam contineret, & generaliter inter liberos, cùm in his ſubaudiatur talis clauſula r. quod falſum eſt s. Poſtremæ quæſtionis eſt: finge, teſtator ex priore matrimonio duos habens filios, & totidem ex alia vxore, omnes inſtituit, & inuicem ſubſtituit, an ſi vnus repudiet, vtrinq; coniunctus præferetur alijs? & Dinus reſpondit preferri. ſicut enim coniuncti à teſtatore præferuntur t, ita & hic præferri debet, qui diſpoſitione legis cõiungitur u. dubium autem non eſt, teſtatoris. le-

in iiij. intellectu gl. ſ. de lib. & poſthu. t d. l. cohæredi. §. qui authen. itaq. C. com. de ſucceſſ.

L. 45. Lucius Titius.
x l. ij. C. eo.
47
y l. qui plures. ſ. eo.
z in rub. ſ.
a l. ab omnib. §. deniq; de leg. j. l. quis. C. de iol.
b l. Publius. in ſi. de cõd. & demonſt.
I.
c d. l. precibus. C. eo.
d Bar. hic. uerſ. ſecundo principaliter in ſi.
II.
48
e Bar. l. quę rebatur de teſt. mil.
f Capra conſil. 71. l. ſi ſeruus. pu. §. ſi de leg. j. l. q filiabus eo. tit.
g l. Titia Seio. § Seia libertis. de leg. ij. Doc. l. uel ſingulis. ſ. eod.
III.
h Caſt. conſ. 4. ſi cõtingat. in j.
i d. l. uel ſingul.
k l. Scæuola. ad Treb.
l l. cũ quis decedens. §. Scium. de leg iij.
IV.
V.
m Old. conſ. 35. quidam.
n l. ſi frater. C. de fideicom. ubi Fulg. Paul. Cor.
o Bal. conſ. 170. ad ſi in ſ. Dec. l. precib. C. de im. pub. & cõſ. 291.
p l. uerbis. ſ. eod.
IX.
q l. legata inutiliter. de adim. leg.
r d. l. cohæredi. in gl. uerb. non ualuit.
s d. l. in teſtamẽto. l. Gallus. §. j. diſcretas.

giſque

giſq; coniunctionem æquiparati[a]. Sed tamen ab
hac ſententia communi calculo diſceſſum eſt, qa
ſubſtitutio hæc interpretationem ex mente te-
ſtatoris recipit, qui veriſimiliter voluit omnes fi-
lios ſuos ſibi æqualiter ſuccedere[b], cùm omnes
vna verborum con-
ceptione iiſdémque
verbis vocauerit[c].
Vnde conſtat ex eadẽ matre ſolos admitti, quá-
do ſoli inuicẽ ſubſtituti ſunt[d]. aliàs enim omnes
æquali iure admittuntur. Nec ſententia hæc iu-
dicio meo probabilem habet dubitationem. cũ
enim de ſucceſsione ipſius patris agatur, ſicut in
ea per ius accreſcendi omnes ſimul admitteren-
tur, quia portio portioni accreſcat[e], ita & ex ſub
ſtitutione admitti debent[f]. quod & in fideicom-
49 miſſaria procedere Decius reſpõdit[g]. per † fidei-
cõmiſſum enim teſtatori ipſi ſucceditur[h], & id-
eo eius mens attẽdenda eſt. Probabilior eſt hęſi-
tatio, cùm de pupillari hæreditate agitur. tunc e-
nim verũ eſt fratrem ex vtroq; latere cõiunctum
magis pupillo attinere, quàm alijs, & ideo in ſuc
ceſsione inteſtati ſolus ipſo præferretur[i]. hocq́;
in caſu defendi Dinum, Bartolus alibi cenſuit[k].
Sed tamen Doctores hîc videntur in hoc quoq;
caſu Dini ſententiam reijcere, & nominatim A-
retin. & Iaſon hîc, & alibi Crotus[l]. ſubeſt enim
adhuc illa ratio, vt pupillaris hæc ſubſtitutio, quá
pater fecit, ſecundum ipſius patris mẽtem intel-
ligatur, quem veriſimile eſt voluiſſe æqualiter o-
mnes tractare[m], vt ſicut omnes ſimul in inſtitu-
tione vocauit, ita & in ſubſtitutione cenſeatur
vocaſſe[n]: & ſicut receptum eſt omnes ſimul ex
vulgari admitti, ita etiam ſimul ex pupillari ſuc-
cedant, vt pari ratione ſubſtitutiones hæ deter-
minentur[o]. Nec me mouet, quòd teſtator præ-
ſumatur ſecundum legis diſpoſitionem eos vo-
caſſe[p]: clarúmq; eſt ab inteſtato ſolùm vtrinq;
coniunctum admitti[q], quia † hæc præſumptio
50 ſuprà ſcriptis contrariis coniecturis cedit[r]. qua
in re libro De verborum ſignificatione primo, la-
tiùs diſtinxi.

a arg. l. ſi in teſtamento. ſ. eo. tit.
b §. pe. in auth. de nupt. l. fin. C. com. utr. iudic.
c d. l. iã hoc iure.
d l. ſi ad Treb.
e l. j. §. his ita. C. de cad. tol.
f d. §. q diſcretas.
g Dec. con. 186. 304.
h d. §. cũ filiæ.
i d. auth. itaq;.
k Bar. l. re coniũcti. 3. q. 5. partis. j. de leg. iij.
l in d. l. re coniuncti.
m Bar. l. ij. uerſ. ulteriùs quæro, an in tacita. ſ. eo.
n l. qui liberis. §. hæc uerba. in fin. ſ. eod.
o d. l. iam hoc iure.
p Bart. l. hæredes mei. §. cũ ita in princ. j. ad Treb.
q d. auth. itaq;.
r l. diuus. de in int. reſt. Bal. l. j. 7. q. C. quando non pet. par.

# De Acquirenda, vel omittenda hæreditate. *Rubrica*†.

lib. 29. tit. 2.

1 *Definitio hæreditatis, eiuſq; explicatio. 2, 3.*
4 *Hæreditas aditione amittit nomen. 5, 7, 8, 10, 11. Fallit interdum.*
6 *Filia renuntians hæreditati paternæ, non excluditur à fraterna.*
6 *In ſtatuto pœnali & odioſo verbis adhærendum.*
12 *Hæreditas & teſtamenti factio iuris ciuilis ſunt.*
15 *Statutum poteſt legitimam minuere, non tollere, niſi ex cauſa.*
17 *Fiſcus capiens bona vacantia, & ob delictum amiſſa, nõ tenetur creditoribus vltra vires.*
13 *Eccleſia hæres ob non confectum inuentarium perdit Falcidiam.*

I. quæſtio.

IN GLOS. Rubricæ circa continuationem dic, vt hîc per Aretin. & Iaſ. Vel dic, quòd titulus præcedens, tanquam priuilegiatus, non attenditur, l. nam ad ea. ff. de leg. & vide Barto. & Iaſon. in l. is, qui putat. j. eod.
a ¶ Bart. hîc primò quærit, quid † ſit hæreditas[a]?
1 Et reſpondet, vt per tex. in l. nihil. ff. de verb. ſig.
declarando verbum *Succeſsio*, pro iure quodam,
quod ſuccedit in locum defuncti, antè quàm hę-
reditas adeatur. & cum Bart. tranſeunt Scriben-
tes. Tu † adverte, quia hæc interpretatio videtur 2
dubia. Primò, quia proprietas rei definitæ col-
ligitur ex etymolo-
gia vocabuli, l. pu-
pillus. §. territoriũ,
*De acquirẽda, vel omittenda hæreditate.*[a]
l. tugurij. ff. de verb. ſignific. Bart. in l. omnes po-
A puli. ff. de iuſt. & iur. Sicut igitur hæres ex etymo
logia ſignificat dominum, §. fin. Inſtit. de hæred.
qual. ita hæreditas debet ſignificare dominium,
quod in dominum ipſum non ſuccedit, ſed in eo
ſucceditur. Secundò comprobatur, quia † hæ- 3
reditas eſt nomen conflatum ex vniuerſitate iu-
ris, l. hæreditas in princip. ff. de pet. hæred. cuius
partes ſunt quotatiuæ, ſecundum l. ſeruum meũ.
§. fi. ſ. de hæred. inſtit. Sed illæ quotę ad res ipſas
referuntur, non autem ad ius ſuccedẽs. Ergo cu-
B ius non ſunt partes, non eſt integralitas, l. ma-
lum. ff. de verb. ſignific. & quod not. Bald. in ru-
brica, extrà, de iudic. Tertiò facit l. hæreditas
in multis. ff. de acquir. rer. dom. ſi enim ſuccede-
ret iſtud ius poſt mortem, paterfamiliâs deberet
generaliter vicem perſonæ repræſentare. & ta-
men iſtud non eſt, niſi in multis, ſcilicet in qui-
bus non requiritur factum, aut opera, aut ſubſtá-
tia perſonæ, l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. l.
vſusfructus. de ſtipulat. ſer. l. mortuo. de fideiuſ.
C Quartò facit d. l. nihil. in verb. ſucceſs. illa. n. di-
ctio ponitur loco generis in definitione, & eſt
verbalis: & ſic ſignificat rem ipſam in vim nomi-
nis, non autem habet ſignificationem participij,
quod ad verbum refertur, vt dicunt Grammati-
ci, & maximè quia reſultat ineptia ſermonis, di-
cere, eſt ius ſuccedens in vniuerſum ius. Quin-
tò confirmatur per tex. in l. iij. ff. de bonor. poſ-
ſeſ. tit. generali, in princip. vbi text. definiens bo-
na, prout capiuntur in bonorum poſſeſsione, di-
D cit etiam ſucceſsionem vniuerſalem in ius mor-
tui: & ſic vtitur iiſdẽ verbis, quibus definiuit hæ-
reditatẽ, & tñ non poteſt intelligi ibi de iure ſuc
cedendi. Maximè probatur hoc argumentũ, qa
Iuriſconſultus ibi æquiparat hæreditatem & bo
norum poſſeſsionẽ. Sextò iſta videtur fuiſſe in-
tentio veterum Iuriſconſultorũ, qui ita definie-
bant: Hæreditas eſt pecunia, quæ morte alicuius
ad quempiam iure peruenit, nec ea aut teſtamẽ-
to legata, aut poſſeſsione retenta cõfecta eſt. quã
E definitionem refert Cicero ad Trebatium ſcri-
bens in libris Topicorum. Vnde tu dic, q̄ qñ mo-
ritur aliquis, omnia eius bona & iura, tam acti-
uè, quàm paſsiuè, remanent ſine domino: not. l.
in ſuis. ſ. eod. Vnde illa iura ſimul iuncta per viã
cuiuſdam vniuerſitatis, conſtituunt quoddã ius,
quod dicitur hęreditas, quod ius repręſentat de-
functũ, d. l. hæreditas in multis. & † quod, vbi fue 4
rit per hæredem acquiſitum, fingitur vſq; à prin-
cipio in bonis hæredis fuiſſe, d. l. hæres quoq;. Et
F ideo Bart. in d. l. iij. ff. de bonor. poſſeſ. videtur
meliùs dixiſſe, dum dicit, q̄ ſucceſsio accipitur
non pro iure ſuccedente, vt hîc, ſed pro ipſo pa-
trimonio. Vnde apparet, quòd illa dictio *Succeſsio*,
accipitur pro illa vniuerſali iurium remanſione,
tam actiuè, quàm paſsiuè, poſt mortẽ teſtatoris.
Et per iſta infertur ad quæſtionẽ, an mulier pro-
hibita ſtantibus filiis relinquere bona mobilia,
vel immobilia, poſsit hęredem inſtituere? In quo
puncto Corn. conſ. ciiij. in ij. dicit, q̄ poterit. quia
cùm hæreditas ſit ſucceſsio in vniuerſum ius, &
diffe-



differat à bonis, ſtatutum non debet ad iſtum ca-
ſum trahi. aliud enim ſunt res de vniuerſitate, a-
liud ipſa vniuerſitas, l. in tantùm. §. vniuerſitatis.
ff. de rer. diuiſ. & per Bart. hîc. quæ opinio eſt ve-
ra. Intellige tamen, q̄ in iſtum hæredem non po-
terunt tranſire aliqua bona mobilia, vel immo-
bilia, propter prohibitionẽ ſtatuti. illis enim de-
tractis, non ideò minùs erit hæres: tum, quia hæ-
reditas eſt nomen iuris, & cõſiſtit etiam ſine cor-
poribus, d. l. hæreditas. tum etiam, quia poterit
iſte habere iura, ſeu nomina debitorũ, quæ non
veniunt appellatione mobilium, vel immobiliũ,
l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Te-
nendo tñ circa declarationem definitionis quá-
cunq; opinionem velis, quæ in effectu non mul-
I. tum differunt, fac duas concluſiones. Prima eſt,
5 q̄ † hæreditas propriè dicitur, qñ eſt vacãs, & an
te quàm ab hærede adeatur. Contra hanc con-
cluſionem obſtat ratio Aret. hîc. nã qñ adeſt ſuus
hæres, hæreditas non dicitur vacare, vt per Cyn.
& Bald. in l. cùm hæreditas. C. depoſ. & tamẽ in
ſuo hęrede dicitur hæreditas, l. & quia plerunq;
ff. pro ſocio, & tex. Inſtit. de hæred. quæ ab in-
teſt. in prin. Iaſ. reſpondet, fatendo de plano, q̄
non eſt propriè hæreditas. Sed iſtud non eſt ve-
rum, vt tenet Bald. in l. potuit. in vij. quæſt. C. de
iur. delib. Alexand. & Iaſ. in d. l. in ſuis. Bart. in l.
j. C. de impon. lucr. deſcript. lib. x. Quare tu re-
ſponde, vt dixi in d. l. in ſuis. not. j. Et ex hac cõ-
6 cluſione infertur ad quæſtionem, an † ſi ex for-
ma ſtatuti fœmina excludatur ab hæreditate pa-
tris exiſtẽtibus maſculis, cenſeatur excluſa à ſuc-
ceſsione fratris, in cuius bonis reperitur hęredi-
tas patris adita? & Doctores communiter in l. j.
§. veteres. ff. de acqui. poſſ. tenẽt, q̄ non, quia iſta
non dicitur amplius hęreditas patris, ſed fratris,
l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de vulg. & idẽ tenet Fulg.
in l. quáquam. C. ad leg. Falcid. Quod procedit,
etiam ſi talis hęreditas adhuc non eſſet adita per
fratrem, ſecundum Aret. conſ. clxj. & conſ. clxij.
Quod intellige in caſibus, in quibus habeat ius
tranſmittendi in hęredem, de quibus dicendum
in l. ventre. j. eod. Et quæ dicta ſunt de ſtatuto,
procedunt etiã in renuntiatione hæreditatis pa-
ternę, quam facit filia, ſecundum formã c. quam-
uis de pact. in vj. vt nõ cõpræhendat fraternam,
dato q̄ in ea eſſet ius adeundi paternam hæredi-
tatẽ, l. filij. ff. de his, quib. vt indig. Paul. Aret. in l.
Paulus. § j. j. eod. Capra conſ. xij. Socin. conſ. lx-
xiiij. in iij. Corn. conſ. cccv. in iiij. cum concord.
per Dec. in l. hæreditas. j. de reg. iur. & in l. quo-
II. ties duplici. eod. tit. Secunda concluſio, quòd
7 † hæreditas poſtquam eſt adita, non amplius eſt
hæreditas, d. l. ſed ſi plures. §. filio. & ideo in legi-
bus, in quibus appellatur hęreditas, dic, q̄ eſt per
improprietatem, ſecundum Bar. hîc, & in d. l. iij.
ſequuntur Doct. Tu aduerte, quia in contrarium
facit text. in l. filiusfamiliâs, ad leg. Falcid. alle-
gatus hîc per Iaſ. inducẽdo, vt hîc per Iaſ. Vel me
liùs inducendo. q̄ lex Falcidia, quæ loquitur in
hæreditate, vt apparet in l. j. in princ. ibi, quam
quartam partem hæreditatis. ff. ad l. Falc. habet
locũ in hæreditate adita: imò fortius in re, quæ
reſpectu patris eſt peculiũ, licet reſpectu ſubſtitu
ti ab eo, recipiatur tanquã hæreditas. Secũdò ad-
duco text. in l. j. §. ſi quis adita. ff. ad Tertyl. vbi
text. dicit, ex vi verborum hęreditatem dici, quã
qs ſemel adiuerit, & deinde abſtinuerit. Tertiò,
faciũt iura dicentia de hæreditate & actione vẽ-
dita, l. j. & toto tit. de hęred. & act. vẽd. hæredi-
tatem reſtitutam, l. j. ad Trebel. cum ſimilibus: & **Rubrica.**
intelligere, q̄ iſtud ſit impropriè, videtur incon-
ueniens. Quarto facit definitio hæreditatis rela-
ta à Cicerone, quæ procedit etiam in adita hęre-
ditate. & ſatis pbatur illa definitio per l. ij. & quę
ibi not. Bar. ff. de fid. hæred. pet. Sed † tu pro ſal-
uatione dic, quòd aut loquimur ex vera proprie-
tate ſermonis, & procedit prima concluſio: aut
loquimur per figuram, quam Latini relationem
A vocant, & adhuc dicetur hęreditas: quia referen-
do ad id, quod fuit, licet in pręſentia non ſit, di-
cetur hęreditas, l. inſula. in fi. j. de acquir. rer. do.
Sed tamen iſtud eſt per figurã, vt dixi, vt eſt text.
in l. item prætor. ff. de ſuis & leg. ſecundum lite-
ram Piſanam, quæ habet, nõ propriè, ſed ἀναφορι-
κῶς accidit. Et ideo ſtante ſtatuto, q̄ nulla mu-
lier cum hæreditate nubat extra iuriſdictionem,
intelligemus de adita: tum, quia ratio ſtatuti, ne
bona in forenſes tranſeant, militat etiam in adi-
B ta: tum, quia ſtatutum etiam dicit, nubat cũ hęre-
ditate. ergo pręſupponit, q̄ eam habeat, qa hoc
importat prępoſitio *Cum*, l. j. j. de pec. leg. tum,
quia aliàs ſtatutum redderetur eluſorium, qa mu
lier ſemper adiret, ne illaquearetur à ſtatuto, c. ſi
ciuitas. de ſent. excõm. lib. vj. & ita tenet Socin.
& Iaſ. in d. §. veteres. Bald. in c. conſultationibus.
de offic. deleg. & conſilio ccclvij. in j. & conſilio
cccxciij. in v. Sed an compræhendat mulierem,
cui ius adeundi delatum eſt, & ſic habeat locum
C in hæreditate adeunda? videtur, q̄ ſic, quia iſta eſt
propriè hęreditas, vt ſuprà dixi. In contrarium
facit, quia non verificantur verba. non enim nu-
bit cum hęreditate, ſed cum iure adeundi. & iſta
inter ſe differunt, vt hic per Bar. & † ſtatutũ pœ- 9
nale & odioſum nõ debet intelligi extra verba,
l. cùm quidam. de lib. & poſthum. & ſentit Bald.
in d. conſil. cccxciij. Tamen mihi placet, q̄ intel
ligatur etiam in iſto caſu, tum propter vulgarem
vſum loquentium, qui dicunt eam habere hære-
D ditatem, quamuis adhuc non ſit adita: tum, quia
paria ſunt habere, & habere poſſe, vt per Bart. in
l. penult. §. cùm ita. ff. de aur. & argẽt. leg. Angel.
in l. item veniunt. §. petitam. ff. de pet. hæred. tũ,
quia ſi prohibetur deferri hæreditas iam acqui-
ſita, ergo & ius adeundi tanquã modus, per quẽ
acquiritur, per regulam l. oratio. ff. de ſpõſal. quę
procedit etiam in materia ſtricta, quando eſt ea-
dem ratio, vt per Abb. in c. j. in glo. fin. de poſtul.
prælat. per Moder. in c. nam concupiſcentiam.
E de conſtitut. Et ex ſuprà dictis habes regulam,
quòd † appellatione hæreditatis venit hęreditas 10
iacens. Fallit primò per figuram, quam † ana- 11
phoram vocant, per quam habetur relatio ad id,
quod fuit, per ſuprà dicta. Fallit ſecundò pro-
pter grauamen hæreditati adiectum. quia vt de
ea poſsit illi grauamini ſatisfieri, ſeruat nomen
hæreditatis, quãuis fuit adita, d. l. filiusfamiliâs.
ff. ad leg. Falcid. ſecundũ quod eam declarat Iaſ.
hîc, & toto tit. ff. ad Trebel. & quod not. Bart. in
F l. qui fundum, §. cohæres. in fin. j. ad leg. Falcid.
Fallit tertiò, qñ loquimur de hæreditate diſponẽ
da habitu & actu. qa cùm de ea diſponi non poſ-
ſit, niſi ſit adita, tunc intelligemus de adita, l. hæ-
reditatem. ff. de donat. toto titul. ff. de hęred. vel
act. vendit. ita Bal. in d. conſil. cccxciij. in v. vbi
infert ad ſuprà dictum ſtatutum de muliere nu-
bente cum hæreditate. Fallit quartò ſecundum
communem vſum loquendi, qui appellat hære-
ditatem etiam aditam, ſecundum quem ſtatuta
debent intelligi: Bart. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. &
ita

ita tenet Socin. in d. §. veteres. in j. not. Fallit quintò in hæreditate adita, ſed cuius rerum poſſeſsio adhuc appræhenſa non fuerit, ſecundum Bart. in l. ij. ff. de fid. hæred. pet. ſequitur Aretin. hîc, Alex. conſi. lxxxix. viſo puncto. in princ. & conſil. xciiij. in ij. vbi per hoc concludit, quòd petitio hæreditatis & interdicti Quorum bonorū, non datur hæredi, qui ſimul apprehendiſſet poſſeſsionem. allegat etiam gl. in c. j. de confeſ. in vj, in gl. magna: & idem tenet Anton. de Butr. conſil. lxiij. viſo libello. in princ. Tu adverte, quod apprehenſio rerum non eſt illa, quę alteret ſignificationem hęreditatis, ſed aditio, ex quo immediatè per aditionem fit patrimonium hæredis, d. §. filio. & per eum etiam citra apprehenſionem acquiritur dominium, l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſ. & habetur in l. traditionibus. C. de pact. Vnde ſuprà ſcriptę deciſiones ꝓcedere poſſunt reſpectu poſſeſsionis tantùm, quæ non alteret ſignificationem iſtius dictionis *Hæreditas*. Sextò, quando de mente teſtatoris coniiceremus, ꝙ intellexiſſet etiam de adita, vt in caſu Decij conſilio lxix. vbi in teſtatore, qui legauerat omnem hæreditatem patris & matris ſibi obventam, cōſuluit, quòd non ſolùm intelligatur de adita, ſed etiam intelligatur illa pars, quę ipſi teſtatori obuenerat vigore dationis in ſolutū ſibi factæ per fratrem. mouetur propter generalitatem dictionis *Omnem*, & qualdā aliàs coiecturas ſatis leues. Sed ego in hoc dubito: quia non videtur, ꝙ appellatione *Hæreditatis*, veniat illud, quod titulo hęreditario non obuenit, ſed ex contractu. & in cōtrarium eſt tex. in l. cùm hæreditas. ff. ad Trebel. quem in not. deciſione allegat Ange. conſil. xxx. viſo laudo. Aretin. conſil. cxlviij. in quæſtione propoſita. Decius conſil. ccc. facit l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. ij. Secundò quærit Bart.
II. quæſtio. 12 † quo iure inuenta ſit hæreditas? & cōcludit, ꝙ licèt etiam iure gentium eſſent hæreditates, tn̄ q̄a lex ciuilis introduxit certos modos, ſecundum quos deferrentur, & introduxit illud ius repræſentans, eo modo dicetur tantùm eſſe de iure ciuili, vt eſt text. in c. ius Quiritiū. j. diſtinc. & facit l. lege obvenire. ff. de verb. ſignif. & ideo deportati, qui amittunt iura ciuilia, nō poſſunt ſuccedere, l. j. C. de hæred. inſtit. cum Bart. tranſit Iaſ. hîc poſt alios. Adde, ꝙ etiā factio teſtamēti eſt de iure ciuili, ſecundum Bart. & Doct. in l. teſtamenti factio. ff. de teſtam. licet ante ius ciuile fierent etiam teſtamenta, quorū multa exempla ſunt apud Diogenem Laërtium: quo reſpectu poſſunt dici etiam iuriſgentium, vt per Bart. in l. interdū.
I. 13 ff. de condic. ind. Ex iſta concluſione infertur primò, ꝙ † cùm hæreditas ſit de iure ciuili, poteſt variis modis alterari per ſtatuta, & deferri arbitratu ſtatuentium. de quo dicendū, vt per Doct. in d. l. teſtamenti factio. & Alex. conſil. ij. in j. lib.
II. Secundò infertur ad principē, qui poſſit vti plenitudine poteſtatis, an ſi inſtituat ſpuriū, valeat inſtitutio? & cùm hæreditas ſit iuris ciuilis, videtur ꝙ poſſit eam deferre arbitratu ſuo, ſicut poſſet etiam legitimare. & ita in cauſa quondam illuſtris Bernabonis vicecomitis pricipis Mediolan. conſuluit Bald. conſ. cclxij. in j. conſ. cccclvj. in v. recolo me. Si verò non eſſet ſolutus legibus, aliud eſſet, vt per eundem Bald. conſ. ccclxj.
III. in v. Tertiò infertur, an deportatus ſit capax ſaltem legitimæ debitæ iure naturæ? & cùm ſit incapax hæreditatis, d. l. j. ergo etiam legitimæ, quæ eſt quota pars hæreditatis, ſecundum Bart. in l. gerit. verſ. ſed quæro, quid ſi aliquis. j. eod. Abb. in c. Rainutius. in fin. extrà, de teſtam. Paul. de Caſt. Alexand. in l. inſtituta. C. de impub. Socin. in l. j. ſ. de vulg. In contrarium facit, quia iſta videtur illi deberi iure naturali, cuius eſt capax, non autem ciuili, c. Rainutius. extrà, de teſtam. ad idem facit l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hęred. vbi Bald. & Corn. notāt. quòd † ſucceſ- 14
ſio de iure naturali debetur filijs, & filiabus. facit,
A quia videmus, quòd ſi quis ex delicto condemnatur, legitima reſeruatur filiis, l. j. l. fi. ff. de bo. dam. & quod habetur in l. j. C. de bon. lib. Ad idē facit, quia legitima videtur eſſe ſubrogata loco alimentorū, l. ſancimus. vbi per Ric. Malumb. & Cynum, C. de nupt. Abb. & And. Sicul. in c. Rainutius, de teſtam. quorum deportatus eſt capax, l. legatum. ff. de cap. dim. l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcrip. Puto, quòd illis debeatur legitima, non tanquam portio bonorum hære-
B ditatis, quia hæreditas eſt de iure ciuili etiam reſpectu filiorum, ſecundum Doct. in d. l. lege duodecim tabularum. & quia excluſus ab hæreditate, excluditur à legitima, vt ſuprà dixi, ſed loco alimentorum, & quatenus non poſsit ali, & non vltrà. quia quatenus cōcernit alimenta, ſatis poſt dici de iure naturali. Quartò infertur, an † ſtatu- IV. 15
tum poſsit tollere legitimam? in quo communis concluſio eſt, quòd poteſt diminuere, licet non in totum tollere, ſecundū Ricard. Malumb.
C qui diſputauit quæſtionem, quam referunt Cyn. & Alb. de Roſ. in d. l. ſancimus. C. de nupt. per Bartol. Imol. & alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condic. & demonſt. Alexand. conſil. lv. in ij. Dec. conſil. cvj. cum ſimilibus. Quod intelligit Abb. & ſequuntur alij in c. Rainutius. extrà, de teſtam. quando filius habet, vnde abundè ſe alat, vt tunc poſsit etiam in totum tollere. quando autem non habet, vnde ſe alat, & tunc, quia iſta portio hæreditatis debetur iu-
D re naturali, non poterit per ſtatutum tolli, vt per eum. Et ſic habes vnam limitationem ad doctrinam Bart. hîc, vt hæreditas cenſeatur de iure naturali, quantum ſit vſque ad concurrentem ſummam alimentorum verſus filios. Et ex doctrina Bartol. & Doct. hîc, habes notare, quòd quando dominium transfertur per modos ciuiles, licet ſit iuriſgentium, vt per Bart. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. tamen quod ad effectum, cenſetur iuris ciuilis, de quo dixi in §. & quid ſi tan-
E tùm. in fi. l. Gallus. de lib. & poſthum. Quintò V. 16
infertur per Bart. hîc ad quæſtionem, an † hæres in foro conſcientiæ teneatur ad debita vltra vires hęreditarias? & concludit, ꝙ non, quia ſecundum illud forum non eſt aliquod ius ſuccedens repræſentans defunctum, vt conſequenter nec hæres repręſentat, ſed ſolùm tenetur, quia bona ad eum pervenerunt. vnde quatenus non pervenerunt, non tenebitur. & ita intelligendo argumentū Raph. Com. contra Bart. de quo hîc per
F Iaſ. nihil facit. Eandem opin. tenuit Bart. in l. gerit. j. eo. quia in foro conſcientiæ iſte hæres non eſt obligatus creditoribus propter aditionē hæreditatis, l. ij. §. voto. de pollicitat. iſta tamen ratio non multum vrget. Confirmatur hęc opinio, quia aut hæres confecit inuentarium, & non tenetur neque in foro ciuili, l. fin. C. de iure delib. aut non confecit, & tunc tenetur, quia lex præſumit, ꝙ ſubtraxerit bona hæreditaria, §. hinc nobis. in authent. de hæred. & Falc. Sed vbicunque lex procedit præſumptiuè, non habet locum in

foro



foro conſcientiæ, in quo curamus veritatem, nō fictiones legum, ſecundum tex. in c. à nobis. ij. de ſent. excom. & per Ioan. And. in c. is, qui fidem. de ſponſ. Bald. in l. vnica, C. de confeſ. Felin. in c. j. de conſtit. Aret. hîc dicit, quòd illa præſumptio ꝓcedit reſpectu legatariorū, & ita loquitur ille text. reſpectu verò creditorum aliud eſt, quia d. l. fi. caſu, quo non fiat inven
A tarium, vult hæredem obligari, ſecundum antiquas leges, quæ obligant propter volūtatem hæredis, qui adeundo videtur quaſi cōtraxiſſe cum creditoribus, l. apud Iulianum. in fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. Ergo talis voluntas debet obligare in foro conſcientiæ. Sed non videtur conſtituenda hæc differentia inter creditores & legatarios, quos lex in iſta materia æquiparat, d. l. fin. §. & ſi præfatam. & d. §. hinc nobis. in verb. non creditorem. ſolùm declarando, vt ibi per gloſ. in
B verb. præſidium. & in verb. lucrari. & quia potiùs hæres verſus legatarios tenetur, quia adeundo videtur quaſi contraxiſſe cum eis, l. ex maleficiis. §. hæres. de act. & obligat. §. hæres. Inſtit. de obligat. quæ ex qua. contrac. verſus verò creditores videtur teneri, non ſolùm quia quaſi contraxit, d. l. apud Iulianum. §. fin. ſed etiam, quia repręſentat perſonam defuncti, vt ſentit hîc Bar. Sed vtcunq; ſit, ſemper tenetur ex actu ficto, quia lex fingit eum quaſi contraxiſſe, vel fingit eſſe eā-
C dem perſonam cum defuncto. vnde ſemper militat ratio d. c. à nobis. & Doctorum. Imò lex ciuilis etiam fundata ſuper veritate, non habet locum in foro conſcientiæ, quando talis lex innititur rigori, vt probatur ex doctri. Bart. in l. ſi pœnę. ff. de condict. indeb. & Archid. in c. ſi pater. de teſtam. in vj. Hoſtien. c. tua. extrà, de vſur. & Aret. in l. ij. §. & harū. de verb. oblig. Felin. in procem. Greg. & in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. In caſu autē noſtro hæres obligaretur præter conſen-
D ſum ſuum, & ſic ex ſolo rigore legis ciuilis. quia veriſimiliter adiuit hęreditatem cauſa lucri faciendi, nō quod velit de ſuo addere. & ita etiā præſumitur ſecundum Ioan. de Imol. hîc, & ſtabitur verbo ſuo, vt j. dicam. Diſtinguendi igitur ſunt duo caſus. Aut hæres non moleſtatur à creditoribus: & eſt tutus in foro conſcientiæ, quando nihil apud eum remanet ex hęreditate, & in hoc ſtabitur verbo ſuo in tali foro, c. ſignificaſti. de homicid. gl. de pœnit. diſtin. vj. c. placuit. Aut mole-
E ſtatur à creditoribus, qui compellunt eum ad ſoluendum: & tunc poterit vti denunciatione Euangelica contra eos, ſecundum formam cap. nouit. de iudic. verificando, quod ipſi habent conſcientiam læſam, quia petant ab eo illud, quod ſciunt ad ſe non perueniſſe. aliàs niſi probetur eos ſcire non cōpetere tale beneficiū, quia ipſi poſſent dicere, ego credo te ſubtraxiſſe res hæreditarias, & probabilis eſt eorū credulitas propter præſumptionem legis, d. §. hinc nobis. vnde non proba-
F retur læſio conſcientiæ, & ſic nō competeret denuntiatio, vt dixi in d. c. nouit. Sextò † ex hoc in-
VI. 17 fert Bart. ad fiſcum, qn̄ capit bona tanquam vacātia, vt ipſe non teneatur, niſi quatenus eſt in hęreditate, l. j. §. an bona. l. non poſſunt. ff. de iur. fiſc. quia tunc non dicitur hęres, l. iij. §. eadem. de fid. lib. Adde idem eſſe, qn̄ capit bona ex delicto alicuius, quia nec tūc repræſentat perſonam defuncti, l. quoties. §. fi. in vltimis verbis, ff. de nouat. ſecundum conſilium Franc. de Tigr. & Bart. conſ. clvij. & Areti. hîc, qui dicūt idem eſſe in agnatis, quibus deferuntur bona damnatorum, ſecūdum l. fi. cum auth. ibi poſita, C. de bon. proſcr. Si verò fiſcus ſit hęres inſtitutus, Bar. videtur ſentire hîc, quod teneatur vltra vires hæreditarias, niſi fecerit inuentarium, & tenet Imol. & Aret. hîc. quæ opinio ꝓbatur in §. fin. in authent. de hęred. & Falcid. & per Bart. in auth. ſed cùm teſtator. in fi. C. ad leg. Falcid. & facit tex. in §. cauſas. verſic. ſi vnum. in auth. vt cùm de appel. cog. Sed tn̄ veritas eſt in contrarium, quia fiſcus nō tenetur vltra vires hæreditarias, vt dicit Bart. in d. §. an bona. & probatur in l. j. in fi. ff. de offic. proconſ. Cæſar. Sicut etiam videmus, ꝙ neq; eccleſia hæres inſtituta tenetur vltra vires hæreditarias, ſecundum Bartol. cum quo cæteri tranſeunt in l. j. verſic. quartò quæro. C. de ſacroſanct. eccleſ. & facit textus in §. ſanctiſsimas. in authēt. de alien. & emphyt. Non obſtat text. in d. §. fi. q̄a procedit, quo ad Falcidiam. debent † enim fiſcus 18
& eccleſia facere inuentarium; aliàs amittūt beneficium Falcidiæ, ſed tn̄ propter hoc nō tenentur de ſuo. & ita tenet Bal. Ang. Salic. Corn. in d. auth. ſed cùm teſtator. Bene fateor, ꝙ poſtquam viderint ſe amiſiſſe Falcidiam, ad euitādum moleſtias poterunt abſtinere ab hæreditate per in integrum reſtitutionem, l. defendente. ff. de auct. tut. & alios caſus, in quibus quis etiam non confecto inuentario non tenetur vltra vires hæreditarias. vide hîc per Romanum, Alexandrum, & Aretinum: dic, vt per eos.

## LEX LXXXIIII.

PAPINIANVS libro XVI. *Quæſtionum.*

L. 84. Ventre preterito.

VEntre [a] preterito,

## LEX LXXXIIII.

1 *Quamdiu aditionis cauſa dubia eſt, prohibitum eſt adire hæreditatem, etiam cum clauſula proteſtatoria, Omni meliore modo, &c. 3. ſecus, ſi non eſt dubia. 2.*

5 *Decretum eſt deliberatio iudicis mediante cauſæ cognitione facta.*

8 *Hæreditatis non aditæ tranſmiſsio non eſt.* *Fallit ſedecim caſibus, vt 13, 18, 22, 23, 35, 38, 43, 47, 49, 50, 52, 53, 54.*

15 *Filius tranſmittit hæreditatem, etiamſi patrem condidiſſe teſtamentum ignorauerit.*

17 *Teſtamento doloſè de falſitate impetito, agnatus proximior inſtitutus tranſmittit ante aditionem.*

21 *Impediens aditionem doloſè, vel calumnioſè, conuenitur actione, quanti intereſt.*

24 *Tranſmiſsio habet locū in ſuo hærede etiam furioſo, infante, adoptiuo, in legitima tātùm inſtituto, preterito, & eo cui ex ſtatuto debetur portio. 25, 26.* *Fallit in emancipato. 34.*

27 *Tranſmiſsio fit cum iiſdē priuilegijs, quibus apud tranſmittentem extitit res, excepto collationis iure.*

29 *Suus hæres tranſmittit paternam hæreditatem non tantū ſibi ceu filio debitam, ſed etiam fratris, cui pupillariter ſubſtitutus eſt.*

30 *Tranſmiſsionis iuri aliquot caſibus locus nō eſt. 31, 32, 33.*

39 *Infante diem obeunte, pater, mater, & frater æqualiter admittuntur.*

40 *In ſubrogato eadem priuilegia durant.*

41 *In diuiduis extranei per coniunctos excluduntur.*

44 *Suus, ſicut ignorans, ita deliberans tranſmittit. 45.*

46 *Infantis hæredi reſtitutione in integrū non ſuccurritur.*

a l. pe. C. de poſth. hæred. inſtit.
b l. ſi filius hæres. §. de lib. & poſthu.
c l. ſed & ſi de ſua. §. eo.

VENTRE a. ¶ Cùm † preteritus eſt poſthumus, quia, eo naſcente, teſtamētum rumperetur[a], non poteſt interim hęres ſcriptus adire hęreditatē[b]. qui enim de valore teſtamēti dubitat, adire nō poteſt[c]. & hoc [a 1]



V

ſi filius, qui fuit emancipatus, aut † exter hęres inſtitutus ſit: quãdiu rumpi teſtamentum poteſt, non defertur ex teſtamento hæreditas. Sed ſi † vacuo vẽtre mulier fuit, & incerto eo filius in familia retentus vita deceſſit: hæres fuiſſe intelligitur. † emancipatus aut exter non aliter poſſunt hæreditatem quærere, quàm ſi non eſſe prægnantem ſciant.

eſt, quod vulgò dicitur, expectari ab inſtitutis præteritos [a]. Rurſus nec hęres legitimus ipſe adit, quia quandiu poteſt eſſe ſucceſſioni ex teſtamento locus, non admittitur legitimus [b]. Expectandum eſt ergo, quem exitum res ſit habitura, id eſt, an poſthumus naſcatur, an id minùs. Nec refert, ſi idem ſcriptus ſit hæres, qui & proximior inteſtato ſit. debet enim nihilominus is eſſe certus, qua ex cauſa ſuccedat [c]. Quid † ergo, ſi de cauſa nõ dubitetur, ſed de aliquo extrinſecùs proueniente? putà, an quis in ciuitate deceſſerit, an apud hoſtes? & cùm alterutro caſu ex eadem cauſa ſuccedatur, quia ſemper teſtamentum valet, non impeditur aditio [d]. quod hîc Barto. tradit, & cæteri probant. Quid, ſi † nihilo minùs hæres ſcriptus adeat, & ſi proteſtetur ſe omni meliore modo adire? & ſi duntaxat circa quantitatẽ portionis hæreditariæ dubitetur, ſatis putarim tali proteſtatione adiuuari aditionẽ [e]. quod Ang. & Dec. reſpõderunt. Quòd ſi in cauſa aditionis, putà in valore teſtamenti, dubitetur, aliud eſſet, idq; legis noſtræ argumento, ex qua ſatis depræhenditur ſuum hæredem ventre præterito ſecundum iuris regulas adire non poſſe, cùm tamen in omnem caſum ſit partem habiturus. & ratio eſt, quia quoties lex certitudinẽ requirit, virtus clauſulæ *Omni meliore modo*, non ſuffragatur. Quid ergo, ſi iuſta cauſa ſubſit [f], nónne ſaltẽ ex generali clauſula, *Si qua mihi iuſta cauſa*, &c. [g], erit ſuccurrendum? & Barto. hîc videtur negare, qui ſimpliciter cenſuit, ſi proximior agnatus pendente dubio natiuitatis poſthumi decedat, ius deliberandi non tranſmittere [h], tanquam delata ei non videatur hæreditas, cùm propter incertitudinem adeundo conſequi eam nequeat [i]. quam ſententiam quamplurimi ſequuntur [k]. Nec dubium eſt, quin ſecundum iuris regulas ſit vera. Non tamen explicat Barto. an ſaltem huic agnato, ſeu eius hæredi ex ſuprà ſcripta clauſula ſuccurratur. & videretur ſuccurrendum, ſicut ſuccurritur, cùm ex cauſa abſentiæ impeditus quis fuit [l], vel propter ætatis facilitatem [m]. tali enim caſu ius deliberandi ex reſtitutionis in integrum auxilio tranſmittitur. quod receptiore ſententia proditũ eſt [n], quæ licet de eo loquatur, qui iuſta ex cauſa ignorauit, ad caſum tamen noſtrum videtur producẽda in eo, qui probabiliter dubitauit, ideoque propter incertitudinẽ nequiuit adire [o]. magis enim huic videtur conſulendũ, qui nec exquiſitiſſima quidem diligentia certus fieri potuit [p]. Ego diſtinguendum putarem, vt ſi poſthumus in vtero verè erat, licet abortiuus deinde natus ſit, nullo modo huic agnato ſuccurratur. nec enim delata ei fuit hæreditas, neque ſpes eius probabilis fuit [q]. Quòd ſi non erat in vtero, ei ſuccurratur. quod Bald. hic ſimpliciter docuit, & ſenſit Ang. [r]. Certior eſt caſus in filiis, quibus ſuccurritur interim per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, cùm in omnem caſum ſint partem habituri [s]. quod remedium lex ait emancipato maximè neceſſarium eſſe [t], quia interim adire non poteſt, ſentitque ſuum hæredem interim etiam iure ciuili adire poſſe. Nec me mouet Veterum interpretatio, qui nec ſuum quidem adire poſſe aiunt, dictionemque *Maximè*, violant. In lege certè noſtra ſimpliciter dicitur, huic filio decreto ſuccurrendum eſſe. quæ verba Ang. per in integrum reſtitutionis remediũ interpretatus eſt. Sed hunc intellectum Imo. Caſtr. et Aretin. improbant, cùm hîc nulla huius reſtitutionis fiat mentio, & alibi diſertè dicatur [u], contra tabulas bonorum poſſeſſionem neceſſariò decerni. Atqui nulla eſſet neceſſitas, ſi in integrum reſtitutio daretur. Alij ergo crebriore calculo decretum accipiunt bonorum poſſeſſionis [x]. Quod tamen Bart. non probat, quia non eſt veriſimile hoc titulo de prętoria acquiſitione actum eſſe [y], ſed potiùs de ciuili, ideoque ipſe ſuccurri decreto huius legis cenſuit, vt hæc trãſmiſſio iure ciuili fiat. quod & alibi Bald. ſenſit [z]. Ego video ſecundum has interpretationes ſolùm hęredi filij cõſuli, vt in eum fiat tranſmiſſio, & tamen verba legis de prouiſione loquuntur, quæ ipſi filio fiat. Arbitror itaq; alium fuiſſe Iuriſconſulti ſenſum, quàm iſti tradiderint, idq; ſignificaui, vt † quamuis ſuus hęres non poſſit interim adire ſecundum regulas iuris ciuilis propter incertitudinem, ſi tamẽ ei decreto ſuccurrendum, id eſt, vt iudex adhibita cauſę cognitione eum ad adeũdum admittat. In qua cognitione verſabitur, an veriſimiliter poſthumus ſit minùs naſciturus, an vnus, vel plures, vt aliquã partem ei decernat [a]. Hæcq; † eſt propria ſignificatio decreti, nempe deliberatio iudicis cum cauſæ cognitione iure mixti imperij facta [b]. Meritò ergo lex ait in emancipato neceſſariam bonorũ poſſeſſionem, quia ſuo hæredi poterat decreto conſuli, vt hîc dicitur. Sed cùm ſecundum hunc intellectum potuerit ſibi ſuus hæres decreto conſulere, ſi non fecerit, ergo ei erit imputandum, nullusq; tranſmiſſioni locus eſſe debuiſſet [c]. Sed reſpõderi poteſt ſemper ſubeſſe æquitatem trãſmiſſionis, nec filio imputãdum, quod decretum non impetrauerit. quod omne non tam à iure ſuo, quàm à voluntate prætoris pendet [d]. Huiuſmodi † enim iura, quæ ſpecialiter indulgentur, antè, quàm impetrata ſint, nullius ſunt conſiderationis [e]. quapropter nec ei imputabitur, quod bonorum poſſeſſionem contra tabulas non impetrauerit. conceditur enim & ipſa hoc caſu iure ſpeciali [f], potuitque hoc deferre patri, aduerſus cuius honorem agit, qui contra tabulas quicquam proſequitur [g]. quod Aret. hîc tradit. Dixerit aliquis, atqui poteſt filius inſtitutus interim pro bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas petere, quæ via ordinaria conceditur; quoties inſtitutus pari in gradu cum præterito eſt. quod Vlpiani reſponſo traditum eſt [h]. Ego † illud intelligendum arbitror, cùm præteritus tempore à bonorum poſſeſſione contra tabulas excluſus eſt, id eſt lapſo anno [i]. præſupponit enim Vlp. lex cætera habilia. nec enim, dum contra tabulas

a l.ii.§.de ſec.tab.
b l.quandiu. ſ. eo. & §. de reg.iur. qu andiu.
† exterus, *alias*.
c l.ſi is, ad quem. §.eo. verſic. veluti agnatus.
2
I.
† vacua, *alias*.
d l. quòd ſi dubitet. ſ.eo.
II.
3
e l. ſi quis extraneo. §. i. ſ. eod. vbi Iaſ. Angel. clxxxiii. Dec. conſ. xiiii.
III.
f c. i. de poſtul. præl. l. i. de accuſ. Cald. conſ. i. Aret. conſ. xvii. Socin. conſi. cxii. clxxii.
g l. i. in fi. ex quib. cau. maior.
h l. cùm in antiquioribus. C. de iur. delib.
i l. delata. de verb. ſig.
k Imol. Raph. Paul. Aret. hic, Iaſ. d. l. cùm in antiquioribus. Soci. l. qui duos. de reb. dub.
l l. Pantonius. ſ. eod.
m l. qui duos de reb. dub.
n Cin. Oldr. Bar. d. l. qui duos. Alc. conſ. clxix. Cor. l. i. C. de ſec. tab. Iaſ. d. l. cũ in antiquioribus.
o l. cùm quidam. §. quod dicitur. ſ. eod.
IIII.
p arg. l. ſcriptus. ad Carb.
q l. ſi quis in graui. §. fin. ad Syllan.
r Ang. ii. regula.
s l. illud. §. fin. de contra tab.

t gl. Iacob. Alber. ibi.
† emancipatus verò aut exterus nõ, *alias*.
u d. l. illud. de cõtra tab.
x Din. Oldr. Ray. Alber. Imol. Paul. Aret. hic.
y l. Imperatores. de in di. addict.
z Bald. in rub. C. qui admit.
4
a arg. l. antiqui. ff. ſi pars hæred.
b l. nequicquã. §. vbi. de off. proconſ. l. ii. C. de aſſeſſ.
5
c l. i. §. in nouiſſimo C. de cad. tol. iuncta l. ordinata. §. fin. de lib. cauſ.
d l. i. §. decretalis. de ſuc. edic.
e l. iiii. §. i. de fid. lib. gl. l. æquiſſimo. verb. repudiaurant. de bon. poſſ. ſec. tab.
6
f gl. d. l. illud. & l. ſeq. in princ.
g arg. l. is, qui in. de leg. præſt. gl. l. ſonatus. de off. præſid.
h l. ſi duo. §. pr. inde. de leg. præſt.
7
i l. ii. de bon. poſſ. ſec. tab. l. ſi in pubes. §. fin. cum gl. de Carb. edic.



Ergo ſi ventre pleno ſit mulier, nónne iniquũ † erit, interea defunctum filium hæredi ſuo relinquere nihil [a]? & ideo decreto filio ſuccurrẽdum eſt: quia ſiue frater ei naſcatur, ſiue non naſcatur, patri hæres futurus eſt. Eademq; ratio facit, vt emancipato quoq; ſubueniri debeat, qui alterutro caſu rem omnimodo habiturus eſt.

tabulas agi poteſt, ſecundum tabulas petitioni locus eſt. idque receptius videtur [a], quàm quod Angel. hîc tradidit, qui nullo colore diſtinxit, vt præterito poſthumo inſtitutus ſecundum tabulas non audiatur. ſecus præterito eo, qui iam natus ſit, vel quod Imol. & Aret. qui inſtitutum admitti in caſu Vlpia. ſecundũ titulum de legatis præſtandis cenſuerunt. quæ omnia alibi tractata conſultataq; non eſt operæpretiũ hîc inculcare. ſicut nec, quẽadmodum poſthumus nõdum natus edictum inſtituto cõmittat [b].

HAEREDI SVO RELINQVERE NIHIL a. ¶ Adnotandus hîc eſt caſus, quo tranſmiſſioni hæreditatis locus eſt. Conſtituenda autem regula eſt, hæreditatem † non aditam in hæredem non tranſmitti [c]. Quod etiam in iure ſubſtitutionis procedit [d]. Idemq; in bonorum poſſeſſione. eam enim prętores ad ſimilitudinẽ hæreditatis deferunt [e]. Sed quænam eſt huius regulæ ratio? & complures referuntur, quas Paradoxorum lib. iiij. cap. v. confutaui. Verior † illa videtur, vt tranſmiſſio non fiat, quia mens defuncti aduerſatur. cùm enim hæreditas tacitè, vel expreſsè alicui relinquitur, ex affectione quadã teſtatoris relinquitur [f]. Vnde ſi ipſe hæres non acceptauit, in alium tranſmittere non poteſt, aduerſus quem nulla eſt teſtatoris affectio [g]. Qua † ratione & diſpoſitio de vna perſona ad aliam non extenditur [h]. & † regulariter actus non acceptatus ad hæredem non tranſit [i], ſiue de contractibus agatur [k], ſiue de nuntiatione [l]. Sic & conceſſio non cenſetur cuiquam facta, niſi quatenus acceptetur [m]. Hinc eſt, quòd ſi voluntas teſtatoris veriſimiliter tranſmiſſioni faueat, tunc ſuprà ſcripta regula locum non habet [n]. Quapropter † & legata nõ, niſi ex præſumpta teſtatoris mente, tranſmittuntur [o]. & fideicommiſſa etiam conditionalia, ſi coniecturæ probabiles adſint, & ipſa tranſmittuntur [p]. quod Bald. docuit, & pluribus exemplis proſequitur Socinus [q]. Excipiuntur † à ſuprà ſcripta regula octo caſus, quos Bart. hîc proſequitur: nos totidem addemus, particulariterq; de ſingulis tractabimus.

PRIMVS Caſus eſt, qui ex lege noſtra percipitur, quoties propter aliquam dubitationem hæres adire non poteſt, & tamen in omnem euentum futurum ſe hæredem cognoſcit [r], interim decedens tranſmittit. & † licet lex noſtra loquatur, cùm incertitudo ex facto teſtatoris proueniebat, qui poſthumum ventre pleno præterierat, tamen idem eſt, etſi non facto teſtatoris id euenerit, vt quia venter eſſet vacuus, & filius credebat plenũ. nam hoc caſu hæreditas verè erat delata, cùm ſuperiore non eſſet [s]. Quòd ſi hæreditas, quamuis non delata, hoc caſu tranſmittitur, certiùs, cùm delata eſt, tranſmitti debuit. receptiſsimaq; hæc eſt ſententia [t], tametſi Angel. & Caſtr. diſſentiant. Nec † me mouet, quòd lege Theodoſij, filius, qui probabiliter, quia clauſis tabulis ignorat ſe hæredem, in ſolos deſcendentes iure ſpeciali tranſmittit [u]: ergo aliud in cæteris eſſe debuit. reſpondeo enim, clauſuram tabularum nihil in filio perpendi, qui poteſt nihilominùs adire [x]. at nos loquimur in eo, qui adire propter incertitudinem non potuit. non igitur à cõmuni ſententia recedendum, quæ ex ratione Iuriſconſulti in textu noſtro, generaliter relata optimè probatur. Vnde conſequens eſt, vt quæramus, quid, ſi † filius ignoret, an pater teſtamentum fecerit, interimne decedẽs trãſmittet? & in ſuo hærede dubium nõ eſſe aiunt, quin trãſmittat, cùm lex eum ipſo iure faciat hæredem. quod hîc dicitur [y]. Nec me mouet, quod, facto teſtamento, potuit in re certa inſtitutus eſſe, & pro legatario haberi [z]. quia non ideo ſequitur, quin adhuc, quamuis particulariter inſtitutus, ſuccedat vt ſuus, vt Pont. & Corn. tradiderunt [a], faciliusque tranſmiſsio in re particulari fit, quàm in vniuerſo [b]. In emancipato quoque Barto. concludit hodie idem eſſe, cùm omnino etiam emãcipatus ſit inſtituendus [c], &, non condito teſtamento, ſuccedat patri æqualiter cum ſuis [d]. in omnem ergo caſum futurus eſt ſuus hæres. Iure autem veteri non ita erat, quia neceſſariò emancipatus non erat inſtituendus, & ſatis fuerat, ſi quoquo relicti titulo legitimam fuiſſet conſecutus [e]. Sed Imol. & Aret. hîc, quos Angelus & Alex. alibi probant, ab hac ſententia diſſident, aiuntque, etiam emancipato inſtitutionis iure olim relinquẽdam fuiſſe legitimam, alioquin lex nõ diceret bonorum cõtra tabulas poſſeſſionẽ ei concedi, cui fideicommiſſum iam relictũ erat [f]. Sed reſpondeo legem loqui non in fideicommiſſo puro, ſed conditionali, ante cuius conditionis euentum filius pro præterito eſt, cùm conditio poteſtatiua non eſſet. quod & Bald. cenſuit [g]. Nec veriſimile eſt quicquam curæ fuiſſe titulũ hæreditarium prætori, qui emancipatum vocat, cùm nec ipſe prætor eum hæredem faciat [h]. Tenenda ergo eſt Bart. ſententia, quam quibuſdam aliis rationibus etiam alii oppugnant, ſed friuolis [i]. Rurſus † ſecundum ſuprà ſcripta quæritur, quid ſi agnatus proximior idem & teſtamento hæres ſcriptus ſit, quod teſtamentum dolo cuiuſdam alterius falſum eſſe dicatur, an interim decedens tranſmittat? & cùm de dolo alieno tractetur, probabilis eſt ſcripti hæredis ignorantia [k]: ſed cùm in omnem caſum ſuccedat, fiet tranſmiſſio, quod communiter receptum eſt [l]. Aut ergo pronuntiabitur teſtamentum falſum, & ea pars tranſmittetur, quæ ab inteſtato competit [m]: aut pronuntiabitur valere, & quantacunq; portio ex teſtamento debetur, ea tranſmittetur [n], quicquid hîc Aretinus commentetur.

SECVNDVS Caſus eſt, Quoties † quis facto alterius impeditur adire, decedens hæreditatem tranſmittit [o], idq; poſt Bart. cæteri probant. quæ concluſio quibuſdam declarationibus indiget.

Et † in primis Aretin. tranſmiſsionem fieri non ipſo iure, ſed per reſtitutionem in [illegible] ait. quæ ſententia defendi poteſt, cùm impedimentum mixtim ex facto ſuo & reip. prouenit [p]. at vbi ex facto prorſus alieno prouenit, æquitas

a Alex. l. ii. verſi. iuxta prædicta. C. de bon. poſſ. contra tab.
b l. nonnunquam. de leg. præſt. l. poſt mortem. §. ſi. ſ. de contra tab. Doct. d. l. ii. C. de bon. poſſ. contra tab.
† erit dicere, *alias*.
c l. i. §. in nouiſſimo. C. de cad. tol. l. quoniam ſororẽ. C. de iure delib.
d l. ſi ex pluribus. de ſuis & leg. l. qui habebat. de vulg.
a
8
e l. emancipata. C. qui admit. l. iii. §. acquiritur. de bon. poſſ.
9
f l. nec adiecit. pro ſocio.
g arg. l. qui hæredi. de cond. & demonſt.
10
11
h l. Titius. de lib. & poſth.
i l. iii. ff. de ſer. expor.
12
k l. abſenti. de don. glo. l. illud. de ſacroſan. eccl.
13
l l. non ſolùm. §. morte. de op. no. nunt.
m l. ſi. ff. de legationib. vbi gl.
14
n l. i. C. de his, qui ante apert. verb. auitum deſiderium.
o l. iii. de leg. i. ubi Bald. Socin. Iaſ.
p l. Lucius ii. §. de hæred. inſtit.
15
q Socin. l. hæredes. §. cùm ita. ad Trebel.
r l. qui poſthu. ad Syllan. Bald. Imol. Aret. hic.
s arg. l. ſi infanti. C. de iur. delib.
t Barto.
u l. i. C. de iis, qui ante apert.

L. 84.
Ventre
x l. i. in prin. C. de cad. tol.
I. quæſtio.
16
y l. ex militari. in fi. de teſta. mil.
z §. cæterùm. in auth. vt cùm de appel. l. quoties. C. de hæred. inſtit.
a Rom. l. apud. §. idem. ad Trebel. Corn. l. ſi fratris. C. de iur. delib.
b l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. vbi Doct.
c §. aliud quoq; in auth. vt cùm de appel.
d §. nullam. in auth. de hæred. ab inteſt.
e l. filium. §. & ſi portio. ff. de leg. præſt. l. ſi filius. §. ſi. quod cum eo.
f Ang. Alex. l. antepen. de lib. & poſth.
g l. ſi emancipatus. ii. de bon. poſſ. contra tab. vbi Bart.
g Bald. l. filiis materna. C. de inoff. teſta.
II. quæſtio.
17
h arg. l. ſi necem. §. ſi. de bon. liber.
i per l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Trebel. ſecundum vnam lecturam.
k l. cùm falſum. ſ. eod.
l Bart. Ang. Imol. Aret. hic.
m l. ſi filius. §. fin. de bon. lib.
18
I.
19
n [illegible]
o l. ſcriptus. de Carb. edict. facit. l. ſi quis filium. C. de inoff. teſt.
p [illegible]

ſuggerit,vt hæredi prouideatur ipſo iure, decre-
to tamẽ iudicis,vt in lege noſtra dicitur.quapro-
II. pter lex ait ei ſuccurrendum [a]. Rurſus hoc intel-
ligendũm, cùm factum alterius præter mentem
teſtatoris,vel legis impedit.ſecus,ſi ſecundum e-
ius mentem [b]. Vnde ſi ex ſtatuto, quandiu extent
maſculi, excludantur fœminæ, non tranſmittet
fœmina à fratre impedita quicquam in hæredes
ſuos [c]: idque nec legitimæ quidem reſpectu.nec
enim, eo viuente, hæreditas eſt fœminæ delata. A
qua tamen in re amplius deliberandum eſt [d].
III. Addit † Imol. ſi non culpa alicuius, ſed caſu ſim-
20 plici quis impeditus ſit, nec tunc tranſmiſsioni
locum eſſe. ideoque ſubiicit, ſi mulier ventre va-
cuo eſſet,& ipſa prægnantem ſe citra dolum cre
didiſſet, nullum tranſmiſsioni à ſcripto hærede
locum eſſe [e], ignorantique hęredi imputandum,
qui perinde ac fortuito caſu hęreditatem amiſit.
& ſicut clauſura tabularum ſola non ſufficit, vt
ſit tranſmiſsioni locus [f], ita nec hæc ignorantia. B
Sed ego ſuprà cenſui tali caſu in integrum reſti-
tutionem ex clauſula generali denegandam non
eſſe, quod Angel. quoque hîc tradidit, & rece-
IIII. ptius videtur [g]. Certior eſt Bartol. declaratio, qui
tranſmiſsionem hanc in ſubſidium fieri docuit.
21 & † ideo ſi is, qui dolo, vel calumnia impedimen
tum præſtitit, ſoluendo eſt, in eum quanti inter-
eſt, actionem dari [h]. Cùm enim hæredi ſecun-
dum iuris communis regulas actione conſula-
tur, non fuit ad hoc ſpeciale remedium confugi- C
endum [i]. Et ex ſuprà ſcripta concluſione infer-
tur, an hæres, qui adire non potuit, quia quæſtio
falſi pendebat, interim decedens tranſmittet? &
ſi is omnino ab inteſtato quoque ſucceſſurus e-
rat, ſuprà cenſuit tranſmittere [k]. Quid ergo, ſi
extraneus erat? & Cin. Salic. Alexand. idem ſen-
tiunt [l], quos concluſio noſtra adiuuat [m]. at Fulg.
Caſtr. & Corn. negant [n], quos tamen ego non ſe-
quor, niſi cùm qui accuſauit, ſoluendo eſſet, ſe-
cundum ſuprà ſcripta [o], vel quando non obſtan- D
te falſi accuſatione potuit hęres adire [p]. ſibi enim
imputet, qui neglexit.
22 TERTIVS caſus: Qui † pœnę legalis metu ad-
ire vetitus eſt, decedens tranſmittit [q]. debet au-
tem conſtare tali metu eum ceſſaſſe. Hincque
infert Bartol. cùm ſtatuto prohiberetur quæli-
bet acquiſitio, niſi ab eo facta, qui iam eſſet cen-
ſitus, & defuncto agnato proximior aliquis, ſed
peregrini iuris, cauſa hæreditatis adipiſcendæ
adueniſſet, qui dum in cenſum ſe referri procu- E
rat, perijt, vt is ius ſuum tranſmittat, cùm metu
ſtatuti ceſſauerit, Sed huic deciſioni tria argu-
menta obſtant. In primis, quia prohibitio acqui-
ſitionis non videtur in dubio ad eum caſum tra-
henda, cùm quis ab inteſtato ſuccedit [r]. Sed re-
ſponde, verba ſtatuti fuiſſe clara, cùm de quocun
que titulo loquantur. quod Iaſ. adnotauit [s]. Rur-
ſus obſtat, quia ſtatutum reddit acquiſitionem
conditionalem, ſi ſit cenſitus. at ius ſub conditio-
ne delatum non tranſmittitur [t]. Sed reſponde, F
non eam fuiſſe legis mentem, vt conditionem a-
liquam ſubſtantiæ tituli adijceret, ſed potiùs ex-
ecutionem impediret [u]. Nam & conditiones,
quæ extrinſecùs perueniunt, nihil tranſmiſsioni
obſtant [x], qualis hæc eſt non ex mente teſtato-
ris, ſed à ſtatuto proueniens. Denique obſtat,
quòd ſi is agnatus hoc agebat, vt in cenſum re-
ferretur, debuit conditio pro impleta haberi [y],

a d.l. ſcriptus.
b l. ſi quis in graui. in fi. ad Syllan. l.i.§.proximus. vnde cog. Aret. l. ſi quis poſthum.§. filium. de lib. & poſthu.
c Bar. l. fin. ad Tertyl. Bald. Alexand. Corn. l. ſi auus. in fin. C. de lib. præt.
d Iaſo. conſ. cv. in iii. Bald. conſ. xcix.
e arg. d.l. poſthumos. ad Sylian.
f d.l.i C. de iis, qui ante aper. tab.
g Bar. d.l. qui duos. Iaſ. d. l. cùm in antiquioribu.
h l.i.§. fin. ſi mul. vent. nom.
i l. in prouincia. li. de op. no. nunt. vbi Bart.
k d.l. & ſi modica.§.i.
l in l.i. C. de ſecund. tab.
m d.l. ſcriptus.
n in d.l.i.
o d.l.i. ſi mulier vent. nom.
p d.l. cùm falſum.
q l. ſi quis in graui. in fi. ad Syllan.
r l. ſi ita hæres. de cond. inſtit. & l. fi. §. tit. i. & l. cùm pater.§. cùm inter. de leg. ii. gl. l. i. nõ ſic. hab. met. lib. x. C.
s Iaſ. l. ſi quis ita.§. ea lege. de ver. oblig.
t l. i.§. ſin autem aliquid. C. de cad. tol.
u l. ita demum. de arbit. vbi Bart. l. ex iis verbis. C. quando dies leg. x l. conditiones, quæ extrinſecus. de cond. & demonſt. y l. iam dubitari. vbi omnes, de hæred. inſtit.

cùm lex ei ſuccurrat, qui ſe præparabat, vt Bart.
ait [z]. Quod ſi ita eſt, debuit hæreditas pro adita
eſſe, quo caſu fruſtrà de trànſmiſsione tractare-
tur. Sed ego non arbitror præparationem ſuffi-
cere, vt adita videatur hæreditas, cùm verba ſta-
tuti repugnant [a]. Sed an in dubio interpreta-
bimur quem metu ſtatuti ceſſaſſe, an potius, ne
fiat tranſmiſsio, credemus ſponte eum non adi-
uiſſe? & cùm lex dicat [b] conſtare de metu debe-
re, ſatis videtur dicendum, in dubio tranſmiſsio-
ni locum non eſſe. nam & qui neceſſitatem ſta-
tuti allegat, probare debet, quod Salic. & Ale-
xand. ſenſerunt [c]. qua tamen in re amplius deli-
berandum eſt.
23 QVARTVS caſus eſt: Suus † hæres, ſiue ſciẽs,
ſiue ignorans, ſiue impeditus adire, ſiue non, hæ-
reditatem paternam in quoſcunque tranſmit-
tit [d]. cùm enim hæreditas paterna ipſo iure in-
continenti filio acquiratur [e], idque etiam ſi igno
rer, vel erret in iure [f], meritò tranſmittitur. Eſt-
que hic ſuitatis effectus, cui beneficium abſti-
nendi non obſtat, cùm à prætore in filii ipſius v-
tilitatem ſit inuentum, non vt noceat [g]. Hincque
apparet tranſmiſsionem hanc hæreditatis tan-
quam aditæ fieri, non autem tanquam adeun-
dæ [h]. quod & receptiſsimum apud omnes eſt [i],
vſqueadeò vt mirer, cur aliquando Iaſ. contrà an
notauerit, quoniam lex dicit, hęreditatem tranſ-
mitti cum beneficio abſtinendi [k], quaſi abſtine-
re non dicatur filius ab ea hæreditate, quæ pro-
pter ſuitatem ipſo iure ſibi eſt quæſita. defendi
ergo duntaxat Iaſonis ſententia in ea tranſmiſ-
ſione poſſet, quæ Theodoſianæ legis beneficio
fieret [l]. qua de re infrà. Procedit † autem ge- 24
neraliter ſuprà ſcripta concluſio: & in primis, ſi I.
ſuus hæres furioſus ſit, nihilominùs tranſmit-
tat [m]. qua in re lex clariſsimè loquitur, tametſi
Accurſ. interpretatione ſua eam violet. Idem II.
ergo, & ſi ſuus hæres ſit infans. quod & receptiſ-
ſimum eſt [n]. lex enim noua, quæ infantem non
tranſmittere hæreditates non agnitas vult, de ijs
intelligitur, quæ agnitionem requirunt [o], non
quæ vi ſuitatis confeſtim ſunt ipſo iure acquiſi-
tæ. Idem † & in filio adoptiuo dicendum eſt. III.
cùm & ipſe iura ſuitatis habeat, meritò hac in re 25
à naturalibus non differet [p]. Quod & aliquate-
n gl. l. pacta. de contrah. empt.
o l. non aliter. de leg. iii.
p l. Labeo. de ſupel. leg.
q gl. l. ſi quis ita legauerit. ff. de vſufruc. l. v. §. ii. vbi Bart. ad leg. Falcid.
r §. i. Inſtit. de donat.
s l. ii. ſ. eod. vbi Doctor.
t l. non dubium. C. de leg.
u gl. d. l. Titia. §. i. Doctor. l. Paulus reſpondit. ad Trebel.
x Bart. l. centurio. de vulg.
y Bart. l. ii. C. commu. de leg. i. oppoſit.
z l. i. §. qui verò. ſ. quorum legat.

rare differentiam, an teſtator vendicationis le-
gato rem diſiunctiuè legauerit, an damnationis,
vt primo caſu electio ſit ipſius legatarij [a], ſecun-
do non item, ſed hæredis [b]. Nam & ſi teſtator III.
legato vendicationis certam ſpeciem reliquerit,
ſatis eſt eam talem, qualis eſt, præſtari, nec evi-
ctionis nomine hæres convenietur [c]. Quòd
ſi dixerit, *Hæres meus Stichum dato*, ſecus eſt pro-
pter verbum, quod ad dominium pertinet,
A idque Bartol. ſentit, & tamen poſteriore hoc ca-
ſu legatum damnationis eſt. verùm hoc nō pro-
pter naturam legati, ſed propter vim verborum
eſt inductum. Cui rei non abſimile eſt, quod ali-
bi dicitur, Si teſtator legato vendicationis nurui
ſuæ adhuc in matrimonio agēti ius petendæ do
tis prælegauerit, nihil agitur [d]. Quòd ſi hære-
dem ſinendi modo grauauerit, vt permittat ſe ab
ipſa conveniri, quamvis de facto, valet legatum.
quod alibi docuit Alexander [e]. Qua ratione IIII.
B etiam dici poteſt legato vēdicationis ius etiam
à teſtatore in legatarium tranſire [f], at in legato
damnationis priùs in hæredem [g]. Et ideo e- V.
tiam ex iure hæredis tametſi perſonæ cohęreat,
legatarij ius confirmari [h], & malam fidem hę-
redis ei nocere. quod Alexan. adverſus commu-
nem ſententiam cenſuit, & defendi hoc caſu po-
teſt [i]. Huc pertinet & quod factum non lega- VI.
tum vendicationis hoc modo traditum eſt vale-
re, Si hæres meus Stichum alienauerit, eum Ti-
C tio do, lego: & tamen legatum damnationis
valeret, ſicvt & fideicommiſſum [k]. nec e-
nim prohibetur teſtator grauare hęredem ad
rem redimendam. qua de re alibi controver-
tūtur Doctores [l]. Sanè videtur & illud dici poſ-
ſe, vt in iis rebus, quæ cauſatiuè tātum ſunt in te-
ſtatoris dominio, duret differentia, vt eſt liber-
tas, liberatio, ſeruitutes, ſicvt & in fideicommiſ-
ſis durat, quia circuitus non eſt invtilis, vt infrà
videbimus [m]. In libertatibus quoque durare VII.
D differentiam inter legata, ſicvt inter fideicom-
miſſa durat, ego arbitror, quod Raoh. cenſuit [n].
dum plurimùm intereſſe etiam hodie ait, ſi teſta-
tor dicat, *Titius liber eſto*. cenſetur enim teſtamen-
to manumiſſus. an verò dicat, *Hæres meus Titium ma*
*numitte*. tunc enim propter vim verborum expe-
ctanda erit hęredis manus [o]. quam ſententiam
& ego ſequor [p]. Nec item huic diſsimile eſt,
quod quandoque adverſus cęteros exiſtimaui,
vt ſi quis per fideicommiſſum ſeruum alicui de-
E beat, vel etiam per legatum damnationis, & in-
terim eum manumittat, valeat quidem liberta-
tis datio, ſed in ęſtimationem creditori tenea-
tur [q]. quòd ſi verbis in rem conceptis legauerit,
nec quidem manumiſsionem valere [r]. quę o-
mnia ego virtuti verborum teſtatoris tribuo [s].
Cęterùm quod dixi in libertatis legato durare
differentiam, eo exemplo probatur, quòd ſi te-
ſtator liberationem legauit debitori ſuo, non eſt
dubium, id legatū valere, & debitorem teſtamē- VIII.
F to liberatum cēſeri [t], Quòd ſi dixerit, *Hæres meus*
*talem liberato*, iam iſte non teſtamento, ſed contra-
ctu ab hęrede liberandus erit [u]. Nam & cùm
teſtator ſeruum ſuum, cui peculium legauit li-
berat, propter vim verborum ſtatim liberatio- IX.
nem conſequitur [x]. Quòd ſi hęredem ſuum
grauet, vt eum liberet, non conſequitur libera-
tionem, ſed ſolùm actionem in perſonam hære-

a l. planè. i. §. pen. ſ. eo. l. Lucio. ſ. tit. i.
b l. ſi ita relictū. §. fi. ſ. tit. i. l. qui concubinam. §. i. de legat. iii.
c l. ſi à ſubſtituto. in fi. ſ. eo. vbi Bart.
d l. ii. de dot. præleg.
e Alex. l. ſi Titius. de verb. oblig.
f l. cùm verò. §. fin. de fid. lib.
g l. Sempronius Attalus. de vſufr. leg.
h l. ſi ſic. §. fi. ſ. eo. Bart. l. ſi ſtipulatus fuero illud. verſi. nam ideo. de verb. oblig.
i l. Pomponius. §. ſed & legatario. de acquir. poſſ. vbi. Alex.
k l. Stichus. verſ. atqui. de mū. teſt. vbi. gl. in. ii. intellectu.
l l. filiusfamilias. §. diui. vbi Bart. oppoſ. vii. ſ. eod.
m l. i. ſ. eod.
n ſ. l. i.
o arg. §. pen. Inſt. de ſing. reb.
p l. cùm verò in fi. de fid. lib. l. Titius. de act. empt.
q l. ſi quis inquilino. §. i. ſ. eod. l. quidā ita. in fi. ad Trebel. l. ſi ſeruum. §. de illo. de verb. oblig.
r l. hæres. cum l. ſeq. in fi. ſ. qui et à quibus man.
s arg. d. §. penult.
t l. iiii. §. nune de effectu. de lib. le. u Bart. l. Aurelio §. Caius. q. iiii. de lib. leg. Alex. l. ſi dignum. ad l. Falcid. x l. peculium. de pecul. leg.

dis



redis habet. Et ideò lex dicit tali caſu vēdicatio-
nem peculij non creſcere, idque ex Bartoli ſen-
tentia receptius eſt [a]. Et quod in liberatione di-
citur, etiam in ſeruitutibus locum habet. Vnde
plurimum refert, an teſtator dicat, *Fructus annuos*
*fundi lego*, an, *Hæres da*
X. *to*. quod alibi Ac-
curſ. docuit [b]. Cui
& illud accedit, ꝙ
ſeruitus per teſtato-
rem legato vēdicationis relicta confeſtim trāſit.
nec alio hæredis facto indiget [c]: & tamen ſi teſta
tor damnet hęredem, vt vſumfructum alicui det,
vel ſeruitutem conſtituat, neceſſariò eius factum
expectabitur [d]. Vnde videtur poſſe dici, vt ſuprà
ſcriptis caſibus duret differentia, ſi ita legatarius
elegerit, Quòd ſi malit beneficio nouæ conſti-
tutionis vti, id facere poterit [e]. totū enim id Iu-
ſtinianus fauore legatarij indulſit [f]. Vnde eti-
amnum ſalvę ſunt cautiones à fideicommiſſario
præſtandæ, ſi grauatus velit, licet propter legem
Iuſtiniani actiones fideicommiſsis cōcedentem,
I. perinde ac legatis, non ſint hodie adeò neceſſa-
riæ [g]. Quibus exemplis ductus ego quandoque
10 cenſui Nęſennij conſultationem, qua † traditum
eſt adverſus cohæredem omne legatū Falcidiæ
imputari [h], in eis tantùm legatis locum habere,
quæ ab hærede præſtanda ſunt, vt ille beneficio
exceptionis præſtare non teneatur, niſi ea impu
tatione facta, quòd ſi legatum ſit vendicationis,
putà *Fili fundum habe*, vt aliàs legatarius poſsideat,
ſecus eſſe, nec niſi pro parte hęreditaria imputa-
ri [i], tanquam æquitas illa, quæ à Paulo perpen-
ditur, exceptioni quidem ſufficiat, non autem a-
II. ctioni, idq; propter teſtatoris mentem [k]. Hinc-
11 que infertur, etiam † hodie eſſe aliquam ſpeciem
legati, quæ ſoli exceptioni, ſeu retentioni ſuffi-
ciat, idque propter mentem teſtatoris non ſatis
expreſſam, vt in eo, quod conditionis implendæ
cauſa dari voluit [l], vel enuntiatis tantùm verbis
III. per modum cauſæ protulit [m], Clarum enim eſt
actionem in rem nullam inde competere. ſcri-
pſit tamen Bart. in perſonam agi poſſe [n]: quod
certum eſt, ſi aliàs etiam abſq; enūtiatiuis verbis
competiiſſet. Idem in legato tacito. ſufficit e-
IIII. nim exceptioni, ne hæres fundum ſeruiēdum le
gatario dare cogatur, niſi legatarius præſtet ſer-
uiturem [o]. Quòd ſi iam dederit, eo nomine con-
tra legatarium nulla erit actio. cogeturq; pretio
dato eam redimere [p]. Quo exemplo & in fidei-
commiſſo familiæ erciſcundæ grauatus exigit
cautionem, ſi fundum cùm morietur, in familia
non reliquerit, ipſi reſtitui [q]: quæ ſi omiſſa ſit,
amplius peti non poteſt [r]. æquitas enim illa ex-
ceptioni ſufficit, non actioni. Sed quid, quando
natura horum legatorū pugnat ſimul? exempli
cauſa, in legato vendicationis dominium ſtatim
tranſibat in legatarium à die mortis teſtatoris [s],
in legato damnationis, vel fideicommiſſo ſe-
cus [t]: & videretur ad naturam fideicommiſsi po-
tiùs trahi [u]. Qua ratione fructus poſt litis conte-
ſtationem ſolùm debentur [x], non à die mortis.
Quæ ſentētia ſi vera eſſet, multis legibus adver-
ſaretur. Vnde ſatius eſt credere fictione legis do-
minium in his ſpeciebus ſtatim tranſire. Illud ve
rò, quod naturali ratione transfertur, & aliquos
effectus habet, ſecundum vim verborum in lega
to damnationis, vel fideicommiſſo, non niſi trā-
ditione transferri [y].

a Bart. d. l. ſi peculium.
b gl. l. ſi quis ita legauerit. de vſufruc.
c l. ſi partem. §. i. quemad. ſerui. amit. l. ſi quis vſufr. de vſufr. leg.
d l. iii. §. de vſufruc. l. teſtatrix. in princ. ſi ſeruit. vēdic. Bart. l. ii. §. i. de verb. oblig.
e l. cùm filius. §. variis. ſ. tit. ii. l. quoties. ff. de act. & oblig.
f l. ſi. §. ſed quia noſtra. C. comm. de leg.
g l. peto. §. fratre. ſ. tit. ij. vbi Doctor.
h l. Neſennius. ad leg. Falcid. l. antepen. eo. tit. Bart. in l. in quartam. ſ. ad l. Falcid.
i l. filium, quem. C. famil. erciſcun.
k arg. d. l. ſi peculium. §. i. vbi Bart.
l l. cui fundus. ubi Bart. de condit. & demonſt.
m l. emptor. §. ſi. de rei vendic.
n l. ſi ſocer. §. Lucius. ſol. matrimo.
o l. damnas. §. i. de vſufruc. leg.
p l. ſeruum filij. §. ſi. ſ. eod.
q l. vnum. §. quod ſi talia. ſ. tit ii.
r l. peto §. fratre. eo. tit.
s l. à Titio. de furt.
t l. cùm verò. §. ſi. de fid. lib. l. Titius. i. in gl. iii. de act. empt.
u l. ii. verſic. vbi aūt. C. commu. de leg.
x l. fin. C. de vſur. & fruct. leg.
y l. Sempronius Attalus. verb. dominium. de vſufruc. leg. l. Herēnius. verò poſt acquiſitum. de uſur.

LEX I.

VLPIANVS LIBRO. LXVII. *ad Edictum*.

LEX. I. L. 1.

1 *Differentiæ quæ olim inter legata & fideicommiſſa fue-*
*rint: & quæ hodie adhuc ſint*, 2, 3, 4, 5, 6.
7 *legati & fideicōmiſſi ſeruitute relicta diſcrimen*. 8, 9.
10 *Legati & fideicommiſſi vniuerſalis diſcrepantiæ*. 15, 17.
12 *Triplex vniuerſitas*.
13 *Perſonalis actio, ſin-*
A *gularem ſucceſſorem non ſequitur*.
14 *Legata vltra hæreditatis vires facta, aliquot caſibus te-*
*nent*.
18 *Fideicommiſſi ceſſio vbi valeat*.
21 *Directa ex teſtamento actio non ſemper pro fideicom-*
*miſſis datur: nec ſemper pro legatis*. 2.
23 *Quomodo in rem actio pro legatis & fideicommiſſis*
*competat*.
24 *Dominium rerum per legatum vel fideicommiſſum*
*relictarum aliquot caſibus non tranſit ipſo iure*.
B 29 *Quòd hypothecaria pro legatis ac fideicommiſſis de-*
*tur: & an iure veteri competierit: item, vbi ei locus*
*non ſit etiam hodie*.

Per omnia. Per omnia [a]

PER OMNIA [a]. ¶ Vt ſcire poſsi-
mus, qua in re facta ſit hęc exęqua-
tio, videndum eſt, quid à legatis fi-
deicōmiſſa ante Iuſtinianum dif-
ferrent. Et Caius Iuriſcōſultus In-
ſtitutionū lib. ij. tit. viij. de fideicommiſsis quaſ-
dam differentias cōmemorat, quas & noſtri Do-
C ctores adduxerūt. In † primis ex legatis actio in 1 I.
perſonam dabatur [z]. At ex fideicommiſſo ſolùm
extra ordinē perſecutio, id eſt officium iudicis,
competebat [a], quod Vlpianus tradidit [b]. quàm
ſententiam Bart. quādoq; probauit, & non pau-
ci alij. licet aliter idem Bart. hîc crediderit, quia
quibuſdam legibus ſcriptum ſit ex fideicommiſ-
ſo actionem, ſeu petitionem dari [c]. Sed huiuſmo
di verba nihil obſtant, cùm de actione extraor-
dinaria poſsint intelligi, quæ eadem & perſecu-
D tio eſt. quod Parad. lib. ii. c. x. declaraui. Prętor e-
nim fideicommiſſarius ſuo duntaxat officio ea
tuebatur [d]. Probabiliorq; hæc eſt interpretatio,
quàm Alex. qui, vt contrariam ſententiam defen
dat, perſecutionem in Vlpiani reſponſo tum de- II.
mum dari credidit, cùm fideicommiſſarius hęre
dem vult cogere, vt adeat. quam reſtrictionem
verba legis non patiuntur. Rurſus legata in te-
ſtamento tantùm relinqui poterant, vel codicil-
lis teſtamento confirmatis: fideicommiſſum ve-
E rò confirmatione teſtamēti non indigebat [e], qđ
diſertè Caius explicat. Et ideo, qui legata facit, vi
detur velle teſtari [f]. Hincq; eſt, ꝙ legatum defi-
nitur eſſe donatio teſtamento facta [g]. Nec cre-
dēdum, teſtamentum in hac definitione impro-
priè accipi. Agnoſcit hanc differētiam & Accurſ.
quem Raph. Aretinusq;, & pauci Recentiores ſe
quuntur [h], & ego propter Caii auctoritatem pro
indubitata habeo, tametſi alii turmatim id qui-
dē antiquiſsimo iure verū fateātur, nec Iuriſcō-
F ſulti Vlpiani tempore. quę diſtinctio verbis legis III.
non quadrat. Item poſt hęredis mortem lega-
ri non poterat, fideicommitti poterat [i]. quod &
Caius tradit, & de tempore ſuo loquitur, non de IIII.
vetuſtiſsimo iure. ante Iuſtinianum enim ab hæ-
redibus & contra hęredes non poterat vlla actio
incipere [k]. Sed & à legatario legari non pote-
rat, fideicommitti poterat [l]. quod Raph. Areti-
nusq; iure Digeſtorū verū fuiſſe rectè exiſtimāt,
quoniam lex definit legatum ab hęrede pręſtari:

z l. i. C. communi. de legat.
a l. etiam. ubi omnes. C. de compenſat.
b l. pecuniæ verbum in fi. de verb. ſignific.
c l. ſi alienus. Lucius. ii. §. quiſquis. i. ſ. tit. i. l. ti res ſ. tit. ii. l. filiusfamilias. in fin de teſta. l. ſi proluſorio. §. ſi. de appel. l. ſi. C. de uſur. & fruct. leg.
d l. ſi cui legatum. de condit. & domonſt.
e d. §. præter. ea. Inſt. de fideicom. miſ. hæred. vbi Doct. gl. l. quia aūtem. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.
f l. illud §. tractari. ſ. tit. i.
g l. legatum. ſ. tit. i.
h per l. libertas. de manu. teſt.
i §. poſt mortem. Inſtit. de legat.
k l. i. C. ut act. ab hæred. l. ſcrupuloſam. C. de contrah. ſtipul.
l Inſti. de ſingul. reb. vbi. Petr. Nicol. Ioan. Fab.

a d. l. legatū. §. i.
b in fi. l. viij. ꝟ. tit. ij. l. videamus ꝟ. ſi cui plus. l. ab eo. C. de fideicōmiſ.

ergo non à legatario [a]. Suntq; nō pauca iura, quę à legatarijs relicta fideicōmiſſum vocent [b], licet tale fideicommiſſum legatis ſecundum formam verborū æquiparetur [c]. Illud quoq; certiſsimum

V.

eſt, dominium legati recta via in legatariū tranſferri [d], dominiū verò rei per fideicōmiſſum relictæ non niſi facta reſtitutione [e]. Nec obſtat, ꝗ lex quandoq; ait fideicommiſſa vendicari [f], qa ſatis cōſtat hoc iure in rem actione nullam fideicōmiſſo dari [g]. Et ideo verbum *Vendicari*, generali ſi-

c l. Caius. de annu. leg. l. ſi quis vſumfructum de vſufr. leg.
d l. à Titio. de furt.

VI.

gnificatione accipitur pro *Peti* [h]. cuius interpretationis plura ſunt in iure noſtro exempla [i]. Enimverò et ſi fideicōmiſſa tardiùs ſoluta fuiſſent, vſuras & fructus deberi Caius ſcripſit. quod in legato damnationis non erat, in quo dupli pœna

e l. Paulus §. hæres vbi Fulgoſ. de vſur. §. i. Inſtit. de ſing. reb.

VII.

committebatur. Fuerat & ante diuos Principes illa differentia, vt legatū certa verborū ſolennitate relinqueretur: quod deinde abolitū fuit, vt in vim fideicōmiſsi ſaltem ſuſtineretur. Et hęc quidem ante Iuſtinianum fuerunt, qui deinde lege lata in conſulatu Decij fideicōmiſſa legatis mutuò exæquauit, quod ipſe à ſe factū, & quidē magna cum lucubratione, teſtatur [k], licet noſtrates interpretes manifeſta calumnia antea iam factū cōmuni calculo affirmauerint [l]. ex quibus Veteres tribus temporibus diuerſitatē hāc iuris fuiſſe cōminiſcebantur: at Bart. hîc quatuor tēporibus tribuit, Paul. Caſtr. etiam ſex. Ego ſuprà ſcriptas differentias ante Iuſtinianū fuiſſe arbitror, quas deinde ipſe lege ſua ſuſtulerit, & hanc legem ſecundū diſpoſitionē ſuam iam antea per quadriēnium promulgatā iuſſerit emendari, dictionemque *Per omnia*, addiderit [m]. quod Accurſ. ſentit, & Raph. paucić; alij probant, cuius rei ratio alibi à me tradita eſt [n].

f l. ex imperfecto. de leg. iii. l. Herennius. ſ. de vſur.
g d. l. pecuniæ.
h l. poteſt ꝟ. eo.
i l. ſi peculium. de pecul. leg. l. per diuerſas. C. mand.
k d. l. ii. C. commu. de leg. §. d §. ſed noſtra.
l arg. l. quæ ſub conditione. §. hoc edictū. de condit. inſtit. vbi gl.
m l. i §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de vet. iur. enucl.
n lib. vi. c. xiiii. Parerg.

2 Sed † nunquid perpetua ſit legis noſtræ concluſio, nullaq; prorſus ſit hodie legata inter & fideicōmiſſa differentia? & videtur nullam eſſe, quia lex nō ſolùm exæquata eſſe ait, ſed etiā per omnia exæquata, quæ generalis clauſula reciprocam atq; omnimodā exęquationem indicat [o], & multū operatur. quod varijs exemplis Recentiores hîc oſtendūt [p]. Sed tamen hoc argumentū non omnino firmum eſt, qa nulla eſt adeò generalis æquiparatio, quin recipiat reſtri-

o cle. exiui §. circa. de verb. ſig. c. cùm inter: in fi. de re iud. §. pari ratione. Inſtit. qui bus mod. ius par. poteſt. ſol.

I.

ctionem. Lex † ait, in omnibus & per omnia fu-
3 rioſum loco abſentis eſſe [q]: & tñ hoc indiſtinctè verum non eſt [r], iterataq; illa generalitas cum iudicio tñ accipitur. quod Ang. Butriusq; ex facto

II.

reſponderunt [s]. Sic & in lege dicitur, donationes mortis cauſa legatis comparatas, vt quodcūque iuris in legato ſit, in donatione quoq; obſeruetur [t], & tñ adnumerari poſſent plures inter

III.

hæc differentiæ [u]. Sic per omnia ratam eſſe militum voluntatem lex ait [x], & tñ ad ſolas iuris ci-
4 uilis ſolennitates refertur [y]. Videmus † enim huiuſmodi adæquationes reſtringi: ſiue, quia quis indebitè damnum patiatur [z]: ſiue, quia abſurdū aliquod, vel impoſsibile induceretur [a], vel aliàs legū repugnātia oriretur [b]: ſiue, quia inducta in fauorem, ad odium traheretur [c]: ſiue, quia æquiparatio generaliter facta non ſit [d], vt qa reſpectu perſonarum, vel temporis reſtricta ſit [e]: vel, quia æquiparatio reſpectu originis, non aūt perſeue-

p Bald. l. omnes populi. de iuſt. & iur. Bald. l. omnia. C. de epiſc. & cleric. Socin. conſil. clxv. ii.
q l. ii §. pen. ſ. tit. i.
r l. ii §. fin. ſol. mat.

s Ang. vi. Butr. xix. Aret. et Iaſ. hic. t l. illud. de don. cauſ. mor. Inſtit. de donat §. i. patroni. u l. tam is. l. Marcellus §. Paulus cum gl. eo tit. x l. Antonini. de teſt. mil. y l. ſi verò. de teſt. mil. vbi Bart. l. nec. enim. eo. tit. z l. ſcire §. aliud de excuſ. tut. Ang. conſ. vj. l. princeps. cum gl. de legib. a l. i. §. ii. ad leg. Falcid. vbi Bart. Butr. conſ. xix. b d. §. Paulus. cum gl. c l. ſi Rufinus. C. de teſta. mil. Bar. l. nō tantū §. ſi emācipatus. de cōtratab. d l. quid ergo §. ex cōpromiſſo de his, qui not. gl. l. Gallus §. et quid ſi tātùm. de li. et poſt. et l. oēs. ij. verb. apoſtolicæ. C. de fer. e Abb. c. quia circa. de priuil. ſi ſtipulatus fuerim illud §. cùm ſtipulam. vbi dixi, de ver. ob-
s l. i. quid in fraud. ninus. de fid. lib. l i.

rantiæ, aut revocationis facta ſit [f], quòd Socin. hîc tradit, Baptiſta Blaſianus Tractatu correlatiuorū, quinta parte, quarta fallētia: vel, quia mutua non eſſet cōparatio, quod Bart. hîc exemplo cuiuſdam ſtatuti tradit [g]: vel, quia ex natura rei reſpectu ſtatutorū tantùm fieret cōmunio [h], vel quia vnio ſola fieret, non autem incorporatio, quod Felinus tradidit [i]. Idemque & alijs ſimilibus caſibus, quos colligere non eſt præſentis in-

f d. l. omnia in fi. vbi Bal. l. iiii. de ſacroſanct. eccleſ.
g arg. d. l. princeps. & l. in teſtamento ii. de cō. dit. & demonſt.
h Bart. l. i. §. ſi co hæredem ad leg. Falcid.
i c. translato. de conſtit.
k d. l. Sempronius Attalus.

A ſtituti. Meritò ergo alicui caſus adnumerari poſſunt, quibus etiam hodie inter legata & fideicōmiſſa particularia plurimum intereſt. Et † in pri-

I.

5

mis non eſt dubium differentiā nominis adhuc eſſe, ſi quidem propriè loquēdo aliud eſt legatū, quod pręceptiuis verbis fit, aliud fideicōmiſſum quod precarijs concipitur [k], vt ſuprà oſtendi. Et ideo veriſimile eſt in materia, in qua ęquiparationi locus non eſſet, vt quia odioſa & correctoria, legem municipalem de legato loquentem, ad fi-

l arg. not. per Bald in l. ii. C. de probat. Ang. d. conſ. vi.
m arg. d. l. ſi quis vſumfructum.

B deicōmiſſum trahi non debere [l]. Idemq; in diſpoſitione teſtatoris, cùm conſtaret de altero tātùm eum intellexiſſe [m]. non enim temerè à verborum proprietate recedendum eſt [n]. Hincq; aliquæ differentię etiamnum inducuntur, quę ad rei effectū pertinent, & ideo concludunt Doct. adhuc ſubeſſe differētiam inter libertatem directò legatā, & quæ per fideicōmiſſum ſit relicta [o].

n l. non aliter. ꝟ. tit. ii.
o l. fi. C. qui manu. nō poſ gl. l. Iulian. ꝟ. de ma. teſt.

II.

6

Ij † enim, quibus legata erat libertas, orthini liberti dicuntur, & liberti teſtatoris ſunt [p]: qui ve-

p Inſt. de ſing. reb. §. pen. l. viii. de hæred. inſtit. l. directis. C. de manumiſ. teſt.

C rò per fideicōmiſſum, ſunt ipſius hęredis liberti, illeq; ius patronatus in eos habet [q]. Sed cur non hodie hæc differētia ſublata eſt? & putauerim ex mente teſtatoris id eſſe, qui libertatē iure fideicōmiſsi, vel, quod Raph. inquit, per legatū damnationis relinquendo, videtur etiam hæredi in iure patronatus conſulere voluiſſe. Vnde propter huius circuitus vtilitatem, vt Petr. cenſuit, durat adhuc differentia, quum hîc circuitus iure ordinario voluntatiq; teſtatoris innitatur [r]. ſecus e-

q l. iiii §. ii. qui ꝟ. de fid. lib. §. pen. Inſt. de ſing. reb. l. ſi ſeruus. C. de fid. lib.
r cle. auditor. de reſcrip. Imola hic
s l. dominus teſtamento. de cōd. indeb.

D nim eſſet, ſi tantūmodo extra ordinem, vel ex euidenti eius ratio haberetur [s]. Bart. verò id potiùs eſſe cenſuit, quia ius patronatus, quod hæredi relinqui teſtator voluit, in ipſius bonis, nec verè, nec cauſatiuè eſt. Vnde ad hæredem nō tranſmittitur [t], ipſoq; iure transferri non poteſt, ſed ex hęredis manumittentis facto acquiritur. [u] Sed tñ hæc argumēta non faciunt, quin cauſatiuè dici poſsit in bonis eſſe. Et cauſa hæc mediata, an immediata ſit, non multum ad rem præſentē facere videtur. Addit Alex. quod ad ius patronatus

t l. ſi operarum iudicio. de oper. li. l. ſi filius §. erit. de fid. liber.
u l. ſeruo. C. de man. teſt. l. ii §. i. ſ. tit. i. d. l. ſi ſeruus.

E attinet, videri hoc in quandam conſequentiā, & tacitè relictum: & ideo ius ipſius, ſicut in cæteris tacitis legatis, ipſo facto nō trāſire [x]. quæ ſententia dubia eſt, & Recentiores eā non probāt. quid enim ſi expreſſè teſtator de iure patronatus hæredi prouiderit? ſed primā ſequuntur. Addunt alij, cùm teſtator directas libertates dat, non cenſeri propriè legare, ſed ſimpliciter teſtamēto manumittere [y]. Et ideo exæquatio fideicōmiſſorū ad legata nō poteſt ad hunc caſum libertatū tra-

x l. ſeruum filij. §. fin. ꝟ. eo. vbi Iaſ.
y Corn. d. l. ii. Ruin. hic.
z d. l. Stichus. de manu. teſt.

F hi, quæ legatæ non dicūtur, ſed datę [z]. Quæ ſententia dubia eſt [a]. Illud tñ eſt certum, vbi hæres ipſe manumittere grauatus eſt, tunc locū eſſe ęquiparationi, ſiue ſit iuſſus, quo caſu eſt legatū: ſiue rogatus, quo caſu eſt fideicōmiſſum [b]. Qua ratione factū eſt, vt etiamnum multa ſint in directis libertatibus tradita, quę in fideicōmiſſarijs non procedunt [c]. nam &, expugnato ante quinquennium ex querela inofficioſi teſtamento, fideicommiſſarię libertates firmæ remanent,

a l. ſed & ſi in conditione §. fi. ſ. de hæredib. inſtit. l. in generali. de uerb. ſignif.
b l. Sempronius. de vſufruc. leg.
c gl. d. l. Iulianus Bart. l. cui fūdus. de cond. & demōſt. gl. ſi poſt. in fin. ꝟ. eod.

ſolutis



a l. Papinianus. §. ſi de inoffi. teſtam. ubi Caſt.

ſolutis tamē victori xx. aureis: directæ verò prorſus infirmantur [a]. Subeſt igitur etiam hodie ſuprà ſcripta differentia, quæ varijs ſpeciebus probari poteſt [b]. Intelligo autem fideicommiſſarias etiā, cùm verbo præceptiuo iuſſus eſt hæres manumittere, vel ſinendi modo, ſeu damnationis, vſus ſit teſtator. In eis enim durat adhuc differētia, vt ſuprà dixi [c].

b gl. d. l. iu gl. l. ſi poſt morte. in fi. ꝟ. eo. l. p fideicōmiſsū. de cōd. et demōſt. Bar. l. cui fūdus. de cond & demonſt.

III.

7 Vnde † conſequens eſt, vt in legatis, aut fideicommiſsis ſeruitutum idem dicamus. ſeruitus enim per fideicommiſſum reli-

c arg. d l. Sempronius.
d l. iij ſ. de uſufruc. l. ij. & l. ſeq. ſ. ſi uſusfr. pet.
e l. ſi partē. §. j. quę ſer. amit. & l. ſi quis uſumfructū. de uſufr. leg.
f l. ſi ab hęrede. ſi uſusfr. pet. l. ſi quis uſumfr. ꝟ. ut leg.
g d. l. Sēpro.

A cta, vel damnationis legatum ipſo iure non trāſfertur, ſed facto hæredis, id eſt, noua conſtitutione indiget [d]: & tamen ſi legata ſit directò, in legatarium tranſit [e]. Cuius rei ratio ex vi verborum, vt ſuprà dixi, aſſumitur. cùm enim teſtator factū hæredis elegerit, antequàm hæres faciat, id eſt, ius à ſe abdicet, ſeruitutemq; [f] cōſtituat, non poteſt fideicommiſſarius ius in re habere, vt quamuis differentia nulla ſit, an iuſſus, an rogatus ſit, hæres [g], ſubſit tamen illa ratio, an teſtator tunc

B volucrit transferre, an hæredis manum expectari. Et ita ego ſentio.

8 Quæ † ſententia quatuor caſibus certior eſt. Primus, cùm teſtator à legatario vſumfructum reliquit [h]. quod Aret. hîc docet, & nos probamus [i]. Alter eſt in earum rerum vſufructu, quæ vſu conſumuntur. nō enim in legatarium transfertur, niſi poſtquam facto hæredis iam ſit conſtitutus [k]. quod Iaſon & alij hîc probant [l] Tertius eſt caſus mixtus, quem Bartol [m]. tradidit in legato ſeruitutis, quæ ipſo iure

h d. l. ſi quis uſumfructum.
i l. j. ij. reſponſ. qb. mod. uſusfr. amit.
k l. ſi tibi uini. de uſufr. ear. rer.
l Anch. conſil. cclxviij.
m Bar. l. ſi mihi uſusfructus. de uſufruc. leg. §
n Alex. l. iij. §. ex iis. de verb. obli.
o d. l. ij. commu. de leg.

C ſit translata, vt nō poſsit cum hærede agi, vt det, ſed ſolùm vt patientiam præſtet [n], cùm tamen in cæteris legatis etiam ad dandum cogi poſsit [o]. quo ſit, vt appareat nouam Iuſtiniani legem in iis rebus intelligi, quas teſtator verè habet: in iis verò quas cauſatiuè tantùm habet, non omnino procedere. Quartus caſus eſt in tacito legato ſeruitutis propter Pauli reſponſum, qui legatario vſusfructus ipſo iure iter non cenſeri conceſ-

D ſum ait, quod tacitè in conſequentiam legati debetur [p]. Vnde conſequens eſt, vt legatarius fundi dominantis aduerſus collegatarium hoc nomine agere nequeat [q], ſed aduerſus hæredem tantùm: qui ſi fundum ſeruientem adhuc non tradidit, tutus erit exceptione, niſi legatarius aditū fructuario præſtet [r]. ſi verò tradidit, cogetur aditum redimere [s], vt in Pauli reſponſo eſt. tacita enim hæc teſtatoris voluntas, quæ ex quadam conſequentia inducitur, exceptioni ſufficit, non

p l. ſeruum filij. §. fi. ꝟ. eod.
q gl. l. iij. §. ſi loci. de alimen. leg.
r l. damnas. §. fi. de uſufr. leg.
s d. § fi.

E actioni. cuius rei aliqua exempla ſuprà in rubrica adduximus. Sed quid, ſi fundus ſeruiens hæredi remaneat? & lex ait, ex teſtamento contra hæredem agi [t]: alibiq;, ab hærede exigi [u]: quæ verba indicāt ipſo iure conſtitutam ſeruitutem

t l. j. ſi uſusfr. pet.

I.

non eſſe, quod & Bart. cenſuit [x].

9 Solùm † ergo ipſo iure videbitur impoſita, cū teſtator ver-

II.

bis directis rem legat continuæ ſeruituti ſubie-

III.

ctam [y]. Idem, ſi ſeruitus non per hæredem alteri præſtanda, ſed ſibi retinenda eſt [z]. Sed &

u d. l. damnas. §. j. uerſ. nā quēadmodum.
x Bar. l. j. de ſer. leg.
y l. j. de ſer. leg. in fin.
z l. ſi fundus. §. qui fundum. ꝟ. eo l. teſtatrix. in prin. ſi ſeru. uēd.

F ſi alteri præſtanda eſt, idem erit, vt ipſo iure conſtituta videaẽ, ſi verba teſtatoris hoc aliquo modo inferant [a], alioquin ſtandum eſt regulæ, vt ipſo iure tacita ſeruitus nō transſeat. duretque etiam hodie hæc differentia. Cæterùm cùm fideicommiſſa particularia ab vniuerſalibus plurimùm diſtent, & ſimpliciter hîc dicatur exæquari legata fideicommiſsis, intelligendum eſt, vt particularia particularibus duntaxat exęquētur. Et inter legata particularia & fideicommiſſa

a d. l. qui fundum. uerſ. non ſecus. d. l. j. uer Vl. lpianus notat.



L. 1. Per omnia.

vniuerſalia etiam hodie plurimū intererit, quod omnes ſentiunt, & aduerſus Rapha. & Socin. Iaſon diſputat [b]. cuius rei plurima exempla hîc cōmemorant Doctores.

I.

10 In † primis fideicommiſſarius vniuerſalis cogit hæredem, vt adeat, quod ius particulari non competit [c]. ratio eſt, quia in fideicommiſſarium vniuerſalem etiam tranſeūt actiones. Vnde hæres indemnis ab omni periculo ſeruatur, cùm aliàs ad particulare ſolùm emo-

b Iaſ. rubr. ꝟ. ad Trebel.
c l. ſi quis omiſſa. ſ. ſi qs omiſ. cauſ. teſtam.

A lumentum perueniret [d], & fragilitati cautionis meritò hæres diffidere poteſt [e]. Quod & dicendum eſt in eo, qui pignora offerret. iuſtè enim hęres cuſtodiam eorum detrectaret. Hinc infertur, legem nouellam, quæ prohibita expreſsim Falcidia nihilo minùs legata deberi iubet, tametſi non fuerit adita hæreditas, locum in fideicommiſsis vniuerſalibus non habere, cùm alio remedio ſit fideicommiſſario cōſultum, nempe vt hæredem ad adeundū cogat [f]. quod Iacob. Bald.

d l. nā quod. §. fi. ad Trebel.
e l. qui ita. §. j. ad Treb.
f §. ſi uerò expreſsim. in aut. de hęre. & Falcid. ubi Iaco. de Beluiſ.
g Ale. l. nemo. ꝟ eo. Iaſ. l. eam, quam. C eod.
h l. ita tamē. §. ſi pater. ad Tre.
i l. ſi filius, qui patri ſ. de uulg.

B & pleriq; alij crebriore calculo probarunt [g]. Sūt & qui eadem ratione per exiſtentiam ſuitatis fideicōmiſſum vniuerſale confirmari exiſtimāt [h]. quam ſententiam alibi non ſum ſecutus [i].

II.

11 Enimuerò † in legatis particularibus conſtat dominium recta via in legatarium etiā ignorantem tranſire [k], dum tamen vniuerſalis fideicommiſſarius ante reſtitutionem ius in re non habeat [l]. Sed quęnam eſt ratio? Et aiunt, cùm in vniuerſali fideicommiſſo contineantur etiam actiones,

k l. cū pater. §. ſurdo. ꝟ. tit j.
l l. reſtituta. ad Treb.
m l. nō ampl. in fi. ubi Imo. & Mod. ſ. eod.

C & ſic non emolumenta ſolùm, ſed & onera, non debuiſſe ea ipſo iure trāferri [m], ne inuitus fideicommiſſarius obligaretur, quod citra magnam cauſam fieri non debet [n]. quę ratio in particularibus ceſſat [o]. Addit Barr. in vniuerſalibus fideicommiſsis res ipſas particulares ſolùm quadam conſequentia contineri [p], & ideo earum dominium ipſo iure non transferri [q].

n l. pen. ad fin. C. ad Treb.
o l. ſi hæreditatē. § j. man.
p d. l. j. C. de euī.
q d. l. ſeruū filij. in fin.

12 Sciendum † eſt enim aliam eſſe vniuerſitatem iuris, vt eſt hęreditas, quæ etiam abſq; rebus conſiſtit [r], & id-

r l. hæreditas, de petit. hær.

D eo earum dominium ipſo iure non tranſit: aliam eſſe facti, vt grex, quæ neceſſariò requirit corpora: aliam mixtam, vt peculium, in quo etiam requiruntur corpora ineſſe: in iis transfertur ipſo iure rerum dominium [s]: ſecus in hæreditatis legato. Sed quid in legatario legatarij dicemus? an actiones ipſo iure in eum tranſibunt? & an dominium rei legatæ primo legatario competens, recta via in ſecundum perueniet? Et videtur receptior eſſe ſententia, tranſire ſaltem vtiliter [t].

ſ l. ſi grege. ꝟ. e. l. ſi peculiū. in prin. ſ. de pecul. leg.

E cùm enim dominium onus aliquod non afferat, ſed ſolam vtilitatem, ſatis dictat ratio, vt abſque alia reſtitutione tranſeat, cenſeaturq; legatarius directò dominus, alius verò vtiliter, ſicq; detur vtriq; actio [u]. Imol. tamen & Paul. Caſtr. itemque Alex. ipſo iure in ſecundum non tranſire ſentiūt, ne duo domini eiuſdem rei cenſeātur [x], vel dominium fruſtra ad primum tranſeat, ſi ſtatim ad ſequentem migret [y]. Sed frigidæ ſunt hæ rationes. ſolùm ergo defendi hæc ſententia poteſt,

t l. j ad fi. C. cōmun. de leg. gl. Bal. mod. d l. j. eod tit.
u ſi quis ſeruū. §. certā. de le ij. doct. l. ſi legatarius. ꝟ. tit. ij.
x l. ſi ut certo. in fin commo.
y l. qui ſic. de ſolut.

F cùm primus legatarius in re ꝓpria grauatus eſt. tunc enim ſecundus aget ceſsis ſibi ab hærede actionibus [z]. Idem, cùm prior legatarius reipſa legatum non percepit. ne enim de ſuo ſoluere compellatur, cedere ſecundo actiones debet [a]. In ſeruitutibus quoque, quibus ſuprà dixi in fideicommiſſarium ipſo iure non fieri translationem. ſatis defendi poteſt, licet ſtatim primo legatario acquiratur, ſecundo tamen abſq; ceſsione non acquiri [b], niſi verba etiā reſpectu eius directa eſſent. Subiiciūt hîc Doct. aliā differentiam,

z l. ſi ſeruus. §. qui margaritā. in ſi Bar. l. fideicommiſ. ꝟ. eod.
a l. Imperator. in princ ꝟ. tit. j. Bar d § certā.
b l. ſi quis uſumfructū de uſufr. leg. l iij. ſi uſusf. pet.

X

ſi hæreditas non ſoluendo ſit, legata particularia non valere, vniuerſale verò fideicõmiſſum nihilominus ſuſtineri [a]. Et ratio eſt, (vt Bar. ait) quia quòd ſuſtineatur fideicommiſſum, nihil creditoribus nocet, cùm aduerſus fideicõmiſſarium agere poſsint. quod in legato nõ eſt, cùm † actio perſonalis particularem ſucceſſorẽ non ſequatur [b]. 13 Sed hæc ratio non admodum placet, quia creditoribus hæres hoc iure ſupra vires hæreditarias teneretur [c]: & ideo eorum nihil intereſt, quòd cõtra legatarium agere nequeant, & ſi hæres ſoluẽdo nõ ſit, ipſis legatarijs præferuntur [d]. Vnde ego exiſtimo veriorem eſſe rationem, quia hęreditas iuris nomen eſt, in qua rerum valor non perpenditur [e] & ideo qui ſoluendo nõ eſt, hęredẽ inſtituere poteſt, & de reſtituenda hæreditate rogare [f]. At relicta particularia ex rebus ipſis, ſeu valore hæreditatis, debentur. vnde excedere eius 14 æſtimationem nequeũt [g]. Adnotantur † tamen I. aliquot caſus, quibus legata etiam vltra vires hęreditarias valent. Et in primis hodie, qñ hæres non confeciſſet inuentarium. præſumitur enim res hæreditarias contraxiſſe, & ideo ad ſolutionem legati compellitur [h], nec poteſt obiicere ſe eſſe ipſius teſtatoris creditorem. Quam tñ exceptionem ſunt qui putent erga fideicõmiſſarium II. vniuerſalem obijci poſſe [i]. Rurſus, ſi hæres teſtamento interfuiſſet, teſtatoriq́; promiſiſſet ſe legata ſoluturũ, reſpondit Anchar. omnino cogi debere, nec exceptione cõfecti inuẽtarij adiuua- III. ri [k]. Sed & ſi cauſa cõditionis implendæ tantum à legatario ſit ipſi hæredi datum, quantũ creditoribus ſufficiat, debebitur legatum, quamuis ſupra vires hæreditarias alioquin eſſet [l]. Idemq́; IV. ſi ſpecie legata ab ipſo legatario aliquid relictũ ſit, valet ſpeciei legatum propter affectionem, quæ iuſtum rei valorem cenſetur auxiſſe: aliàs ſibi imputet, qui legatũ oneroſum accceptauit. [m] V. Addit Bald. ſi legatum certæ ſpeciei ſit, legatario indulgendum eſſe, vt cogere hæredem ad ſoluẽdum poſsit. cùm enim dominium recta via in eũ tranſierit, poteſt rem vendicare, quia ęs alienum non perimit fundum [n]. Nec probabilis eſt excuſatio hæredis, qui creditores ſubeſſe proponat. cùm enim facto inuentario de ſuo ipſe nõ teneatur, non poterat à creditoribus cogi, cùm ipſi cõdictionẽ indebiti aduerſus legatariũ habeant [o].

VI. Sed & ſi proponatur legatum partis bonorum factum eſſe, cenſuit Iaſon indiſtinctè valere, cùm non videatur teſtator voluiſſe fraudem creditoribus facere [p], cùm bona intelligantur deducto ære alieno. quæ ſententia ex veritate communis rationis pendet, quam ſuprà reprobaui: & ideo videretur hoc caſu regulæ adhęrendum, cùm tale legatum particulare ſit [q], ſicut nec tunc valet, cùm hæres rogatus eſt ſuam ipſius hæreditatem reſtituere, ſi maioris pretij ſit, quàm ea, quæ à teſtatore ſibi relicta eſt [r]. Cùm enim quis non teſtatoris hæreditatem, ſed ſuam rogatur reſtitue- VII. re, fideicõmiſſum id particulare eſt [ſ]. Illud videtur generaliter defendi poſſe, legata ſupra vires hæreditarias à principio nulla omnino non eſſe [t], ſed ita demum, ſi creditores reclamauerint, & ideo Caluiſiana, ſeu Fabiana actione ſoluta reuocantur [u]. quod indicat mero iure ſolutionem valuiſſe. Nam & ſi teſtator ſoluendo efficiatur, reconualeſcere huiuſmodi legatum Aret. cẽ-

a l. ſi hæres ab eo. ad Trebel.
b l. j §. ſi hæres pcepto. ad Tre.
c l. quę dotis. ubi Bar. ſol. mat. l. ſi te bonis. C. de iur. delib.
d l. creditorib. de ſeparat. bon. l is, cui. §. poſtquã rei. ubi Bar. ut in poſ. leg.
e d. l. hæreditas.
f l. qui ſoluẽdo. de hęred. inſtit. gl. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl.
g l. ſi uniuerſæ. C. de leg. l. j. §. ſi is, qui ad Treb.
h §. ſi uerò nõ fecerit. in auth. de hær. & Falcid.
i Paul. Alex. l. ita tamen §. ſi ex Trebel. ad Treb. per l. ab omnib. §. fi. j. eo.
K cõſi. 365. Bar. l. cùm quis decedens. in prin. j. tit. ij.
l gl. l. ſeruũ filij. §. idem ſeruus. j. e. ubi Paul. Alex. Iaſon.
m d. l. imperator. in fi. prin. j. tit. j.
n l. ſi fideicommiſſũ. §. tractatum. de iudic.
o l. fi. §. j. uerſ. licẽtia. C. de iure delib.
p l. ſi quis locuples. in fi. de mã. teſt. l. ſi quis ſeruum. §. fi. j. tit. j.
q l. nõ amplius. §. fin. j. eod.
r d. l. Imperator. §. cùm quidam. ubi. Bald. & Alex.
ſ l. cogi. §. ſed ſi miles. ad Trebel.
t d. l. ſi uniuerſ.
u l. qui autem in fin. quæ in fraud. cred.

ſuit [x], neq; regulam Catonianam obſtare [y], quã ſententiam & ego ſequor. Cenſuit tamen Bart. huiuſmodi legata etiam iure naturali non deberi [z]. At quod iure naturali non debetur, poteſt tñ aliquo modo iure ciuili ſuſtineri. quod alibi declaraui, idq́; Accurſ. & Doct. probant [a]. Sciendum quoq; eſt, valere legata, quæ ſupra vires hęreditarias non ſint, æſtimatione ad tempus mortui teſtatoris relata. ſequens enim bonorum di- A minutio ad damnum hæredis pertinet [b]. Sanè † eam quoq; differentiam aliqui adnotant, vt fideicõmiſſum vniuerſale ſub conditione relictũ, ante conditionis euentũ non tranſmittatur, nec ad deſcendentes quidem [c], & tñ fideicõmiſſum particulare ſaltem in liberos tranſmittitur. quod Accurſ. quandoq; docuit [d]. conſtat enim fideicõmiſſum particulare faciliùs tranſmitti, quàm vniuerſale [e]. Nec me mouet, quòd Iuſtinianus etiam de legatis particularibus ſub conditione B relictis loquens neget ea tranſmitti [f]: quia eius conſtitutio corrigendæ legis Papiæ cauſa edita, de extraneis tãtùm loquitur, nõ de liberis, quos conſtat legis Papiæ vinculis exemptos fuiſſe [g]. Socin. tamen [h] etiam vniuerſalia fideicommiſſa in liberos tranſmitti ante conditionis euentum cenſuit, idq́; legis Theodoſianæ argumẽto, quæ ſimpliciter tranſmiſsionem concedit ſuper legatis, ſeu fideicommiſsis à parentibus relictis [i]: aliàs (ait ipſe) lex illa nihil noui induceret. Sed C tñ Doctores vno ore omnes reclamant, & neq; in vniuerſalibus, neque in particularibus quidquam tranſmitti, nec in filios quidem, conſentiunt [k]. Nec ratio Socini ſat firma eſt. loquitur enim Theodoſius in legatis & fideicõmiſsis, quæ idcirco non tranſmittebantur, quia apertę non eſſent tabulæ: putà, quia parẽtes ea ab extraneo hærede inſtituto liberis reliquiſſent [l]: & ſic quibus caſus fortuitus, id eſt ceſſatio, in apertura tabularum obſtabat, non autem quibus voluntas D teſtatoris ipſa reſiſteret, vt quia ſub conditione reliquiſſet. interim enim noluit quicquam deberi, nec ſpem tranſmitti. Non eſt igitur à cõmuni ſententia recedendum, vt quodcunq; fideicommiſſum ante euentum conditionis non tranſmittatur [m]: Niſi † mens teſtatoris aliquibus verbis aliud ſuaderet [n]: Vel conditio fauore fideicommiſſarij ipſius adiecta proponatur [o]: Vel talis ſit conditio, quæ tacitè ex natura actus inſit. non enim impedit tranſmiſsionem [p]. Tempo- E rale quoq; fideicommiſſum ſub die incerta relictum, conſtat in hæredis hæredẽ tranſmitti [q], licet dies incertus pro conditione ſit [r]. quòd ſi alia quoq; conditio adſcripta eſſet, non tranſmitteretur [ſ]. Sed & dubium non eſt, hæredem, à quo fidiecõmiſſum ſub conditione relictũ ſit, ſi ante eius euentum decedat, nihil fideicõmiſſario obeſſe [t]. Illud quoq; conſtat, quod ſub modo relictum eſt, licet legatarius antè, quàm eum obſeruauerit, decedat, tamen tranſmitti [u]. Adijcitur F † ſuprà ſcriptis & alia differentia, vt fideicommiſſum vniuerſale procuratori in rem ſuam reſtitui nequeat. quod in particulari eſt contrà [x]. Cur autem id inductum ſit, vt nec ceſsionario, nec delegato fideicommiſsi vniuerſalis reſtitutio fieri poſsit, variæ adducuntur rationes, quæ tamen in eundem finem conueniunt. Sicut enim

x Aret. d. §. ſi idem ſeruus.
y l. j. §. de reg. Cat.
VIII.
z l. ſi verò. de teſt. mi. ubi Bar.
a Bar. l. Iulianus verum. de cond. indeb.
IX.
15
b l. in ratione. §. quod uulgò. ad l. Falcid.
c l. heredes mei. §. cũ ita. ad Trebel. l. ſi in perſonã. C. de fideicõ.
d gl. l. is, cui de act. & oblig.
e l. cùm filio. j. eo vbi not.
f l. vnica, §. ſin autẽ aliquid. C. de cad. tol.
g d. l. unica, ad fi. princ.
h Socin. d. §. cũ ita.
i l. vnica. uer. quod ſcilicet. C. de his, qui an. aper. tab.
k l. cũ ex filio. in princ. vbi gl. de vulg. l. ſi cui leget. §. fi. j. eo. l. in cauſæ. ij. §. Põponius. ſ. de minor.
l gl. ibi. uerb. de relictis.
I.
16
II.
III.
IIII.
m l. cũ ex filio. in prin. de vul. l. ſi cui legetur. §. fi. j. eod.
V.
n l. Lucius. ij. ſ. de hær. inſt. Cõ. cõſ 180. in iiij.
o l. Seius Saturninus. ad Treb.
17
p l. quod pure. l. cũ illud. quando dies leg.
q l. fin. C. de legat. ubi Alexã. Bar. l. Titio j. §. fin. in princ. j. tit j.
r l. dies de cond. & demon.
ſ l. qui liberis §. hæc uerba. de uulg. l. in cauſę ij. §. Pomponius. de minor. Alex. conſ. 92. in. iij. clxxiij. in v.
t l. legato. j. de cond. & dem.
u l. à teſtatore. cũ gl. de cond. & dem. Alex. l. huiuſmodi. j. e.
x l. ſi mulier. § ex aſſe. de iur. dot.



enim hæreditas non niſi ei debetur, cui teſtator iuſsit, & in quem ex ſenatuſconſulto Trebelliano tranſeunt actiones [a], aliàs inuitis creditorib. actiones in alium transferentur, quàm hęredem, ſeu fideicommiſſarium, qui hæredis loco eſt, fieretque quodammodo ceſsio ceſsionis, quod Bald. Alexan. Iaſ. pro abſurdo habent [b]. Et licet aliqui ab hac conclusione diſsideant [c], quia lex delegationem infirmat, non ceſsionem [d], non tamen à communi ſententia recedendum eſt, contrariiſq́; rationibus ex Iaſ. cõmentariis reſpondendum [e]. prohibita enim delegatione, quæ conſenſu quoque debitoris nititur, multò magis ceſsio videtur vetita, quæ vel inuito debitore fieri poteſt [f]. Crediderim tamen eorum ſentẽtiam reſpectu emolumenti defendi poſſe. Vnde † ſi cedens promit- I. tit per ſe, vel hæredes reſtituere, quicquid ad eũ 18. vtilitatis ex cauſa talis fideicõmiſsi peruenerit, non eſt dubium obligare cedẽtem [g], licet nũ ideo ceſsionarius ipſe petere ab hærede poſsit, vt II. ſibi fiat reſtitutio [h]. Sed & licet cedi fideicommiſſum vniuerſale nequeat, tranſmitti tamen in hæredem receptius eſt [i]. fortior enim eſt tranſmiſsio, quæ in hæredem vniuerſalem fit, quàm ceſsio, quæ titulum particularem ſolùm indu- III. cit [k]. Addit Fulgoſius [l], valere fideicõmiſsi ceſſionem ab eccleſia factam, perinde ac ſi ab ipſo fideicõmiſſario poſt reſtitutionem celebraretur, tanquam fauore eccleſię ius fideicõmiſsi vniuerſalis in eam ipſo iure tranſierit [m]. Illud certius IIII. eſt, quamuis ꝓcuratori in rẽ ſuam fieri nequeat reſtitutio, ſimplici tñ procuratori fieri poſſe [n]. Vnde cõſequens eſt, vt ceſsionarius admittatur, ſi tanquam ſimplex procurator agat, fideicõmiſſumque ſibi nomine cedẽtis reſtitui petat. quod V. Ray. Balduſque cenſuerunt [o]. Addo ego ſi delegatio facta ſit cũ clauſula, *Omni meliori modo*, &c. cenſeri verbo reſtitutum fideicõmiſſum [p], & ceſſionarium omnino admittendum [q]. Addit Ang. Caſt. Alex. petere poſſe, vt ipſi fideicõmiſſario reſtituatur, cũ eius interſit reſtitui, quę ſentẽtia tu- VI. tiſsima eſt [r]. Sed pone: relictũ eſt fideicõmiſsũ vniuerſale Titio, & eius hęredib. quo caſu in eos fieret tranſmiſsio, an poterit Titius de huius ſpe trãſmiſsionis diſponere, & nõ hęredibus, ſed alteri relinquere [ſ]? Et Bal. poſſe reſpõdit [t], qa verba teſtatoris ſatis hos admitũt, cùm legatarius lata ſignificatione poſsit hæres videri [u]. Contraria ſententia ex eo ſuadetur, quia ſuprà dixi tale ius cedi non poſſe, nec in ſingularem ſucceſſorẽ trãſmitti [x]. Sed tamẽ opinio Bald. verior eſt, quamuis enim hæc ſpes ad hæredem Titij iuſſu teſtatoris pertineat, tamen poteſt Titius de re hæredis ſui diſponere [y], tenetur q́; ille factum Titij, à quo cauſam ducit, ratum habere [z]. nec enim id ius ad eum pertinet, niſi ſit Titij hæres [a]. At vbi eſt hæres, eius facto auerſari nequit [b]. Et hæc, quod ad differentias attinet, ſatis. Adduũt non paucas alias Recentiores, quas apud eos legendas relinquimus.

## Exæquata sunt legata fideicommiſsis.

a EXAEQVATA *a*. ¶ Hodie † ergo, quæ actio- 19 nes ex fideicommiſſo competunt, legatis quoq; competunt, vt non ſolùm in perſonam ex teſtamento, ſed etiam rei vendicatione agi poſsit, itemq́; hypothecaria. Et quàmuis aliàs hę actiones non concurrant, tamen fauore vltimæ volũtatis ita Iuſtiniano placuit. quod Specul. Imol. Aretinuſq́; ſenſerunt. De iis igitur ſigillatim videndum eſt. Etiam in primis conſtituenda eſt concluſio, tam pro legatis, quàm pro fideicõmiſſis, agi in perſonã ex teſtamento poſſe [c]. adeundo enim hæres videtur cum legatariis quaſi contrahere, & ideo ſubeſt ſufficiens materia huic proce- A dendæ actioni [d]. Certiſsimaque eſt † concluſio tam pro legatis, quàm pro fideicommiſsis, etiã cùm fideicommiſſa codicillis relicta ſunt, qui teſtamento ſint confirmati [e]. Sed † ſi ab inteſtato confecti ſint, non videtur agi actione ex teſtamẽto poſſe. non enim tales codicilli appellatione teſtamenti continentur, vt ſuprà dixi. Et ideo cõcludunt Doct. hoc caſu non directò ex teſtamento, ſed vtiliter tantùm agi [f]. agetur ergo perſonali actione ex codicillis, quæ lata ſignificatione B Ex teſtamento, appellatur. Sed an idem in donatione cauſa mortis erit, vt hac actione agi poſſit? & ſi abſenti facta teſtamentoque confirmata ſit, verius eſt idem eſſe [g]. Sed an contra hæredem ſolùm dabitur? & conſtat etiam contra legatarios, & reliquas perſonas, quæ legato, vel fideicommiſſo grauatæ ſint, dari [h], dum tamen legatum iam per ipſos grauatos ſit agnitum. nam tum demum cẽſentur quaſi contrahere [i]. tranſlatio enim dominij, quæ illico in legatis fit, non C debet eos ignorantes obligare, & ideo neceſſaria eſt agnitio. Nec refert, an ipſi legatarij intentent hanc actionem, an executores. conſtat enim executori quoq; hanc actionem ſaltem reſpectu exercitij plerũq; dari [k]: itemq́; ſyndico [l].

Sed quid, ſi teſtamentum ex cauſa præteritionis ſit ruptum? quo caſu legata nihilo minùs hodie conualeſcunt? & tum quoq; vtiliter ex teſtamento agi receptius eſt [m]: quia iure communi & ſecundum teſtatoris mentem conſeruantur [n], D lexq́; perinde ea præſtari ait, ac ſi teſtamentum non eſſet reſciſſum [o]. Facere tñ, qui diſſentirẽt [p], & cõdictione ex lege nouella agi magis arbitrarentur: quia ea eſt, quæ ipſa legata confirmat [r]. Sed & idẽ eſſe traditũ eſt in legatis, quæ ſubuerſo per contra tabulas teſtamento, beneficio prętoris coniunctis perſonis reſeruantur [ſ]. agetur enim adhuc vtili ex teſtamẽto actione, quæ hoc caſu erit prætoria, cùm humanitate prætoris ſuſtineatur. Et licet competere actionem in factũ E Iaſon cenſuerit [r], tñ hæc actio eiuſdem vtilitatis prorſus erit, cuius actio ex teſtamento, qa prętor ea legata cum omnibus qualitatibus ſuis conſeruat, quod infrà attingemus [t]. Inde conſequens eſt, vt idem quoq; reſpondeamus, cùm legata ex edicto debentur: quia quis omiſſa cauſa teſtamẽti hæreditatem ab inteſtato poſsideat. competit enim tunc quoq; actio in factũ ex teſtamento, vt Bart. cẽſuit [u], quia lex ait legata ſeruari, ac ſi adita eſſet teſtamento hæreditas [x]. Et ideo præ- F tor cum omnibus qualitatibus eo quoq; caſu ea conſeruat [y]. dictio enim *Perinde*, ad omnes qualitates refertur [z]. vnde actionẽ etiam in rem concedet ei, cui ab hærede inſtituto legatum fuit, tametſi hæreditatem ex teſtamento adire voluerit [a]. qua in re non ſat rectè diſſenſit Iaſ. Et cùm hęc actio eiuſdem vtilitatis ſit, cuius eſſet, ſi ex teſtamento adita foret hæreditas, conſequens eſt, vt quo ad fructus, & alias acceſsiones, naturam

a l. qui ita. §. j. ad Treb. l. ſed ſi ante. eod. tit.
b Iaſ. l. ſtipulatus fuerim. j. not. de uerb. oblig.
c Crotus hic.
d d. §. ex aſſe.
e Iaſ. l. cum ſecũdum. de fideicõ miſ.
f l. j. C. de nouat.
g d. §. ex aſſe. in fin.
h Curt. Iunior. l. ij. C. de pact.
i l. cũ ſecundũ. uerb. confuſis. C. de fideicom. l. cogi. §. idẽ Mætianus. ad Treb. Bar. l. cùm filio. j. eod.
k Iaſ. l. j. §. ti. de no. op. nũt. ubi dixi, l. ſi ſtipulatus fuerim. de uerb. oblig. gl. l. iij. pro ſocio.
l Fulg. d. §. ex aſſe.
m l. fi. C. de ſacroſ. eccl. ubi Iaſ. v. not. §. ſi quis autẽ. in auth. de eccl. tit.
n l. apud Iulianum. §. utrũ. ad Treb. l. qui ita. §. j. eo.
o Ray. d. l. qui ita. §. j. Bal. c. nõ nulli. de reſcrip.
p l. reſtituta. ad Trebel. (teſta.
q arg. l. ex ea. de
r d. §. utrùm. ubi Alex.
ſ l. in annalib. C. de leg. l. iij. §. fi. C. de do. quæ ſub. mod.
t Bald. conſ. 93. ſuper dictis. ij. uol.
u l. id tempus. in fi. de uſucap. l. in cõuentioni- §. ſi te. de leg. ij. §. ſi liberi. de oper. lib.
x d. §. ex aſſe.
y l. unum ex familia.
z l. cũ à matre. C. de rei uendic.
a Bar. l. ut iuriſiurandi.
b l. ex qua perſona de reg. iur.

Per omnia.
c l. j. C. cõmu. de leg.
d l. apud Iulianum. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. §. fi.
e l. iij. de teſtat. tut. Iaſ. l. fin. C. de codicil.
f gl. d. l. j gl. fi. l. j. ſ. de teſta.
I.
20
21
g gl. l. j. C. de do. cauſ. mor. Bar. l. j. de don cauſ. mor. Alexan. l. ij. j. eo.
h d. l. j. in fin.
II.
III.
i gl. l. imperator. j tit. j. l. ſi legatarius. j. tit. ij. & l. conditiones extrinſecus. de cõd. et demõſt.
IIII.
V.
k l. ſi quis Titio. j. tit. j. ubi Bart. not. in. l. Lucius. §. j. ad Treb.
l l. ciuitatis. j. eo. ubi Bart.
m Bartol. auth. ex cauſa. C. de lib. præter.
VI.
n l. fi. in fi. ſ. de hæred. inſtit
o Bart. d. auth. ex cauſa.
p gloſ Dín. Pet. Cin. d. auth. ex cauſa.
q arg. l. aſſe. de hær. inſtit.
VII.
r l. j. ſ. de leg. præſt. ubi gl. & Bart.
s gl. l. quoties. de pręſcrip. uer.
t l. duo hęredes l. ſi dolo. in fi. ſi quis omiſ. cauſ.
u Bart. l. ſi quis pecuniã. ſi quis omiſ. cauſ. teſta.
x d. l. duo hæredes. d. l. ſi dolo.
y Bar. d. l. j.
z l. j. de receptator. ubi Bart.
a l. ſi eadem. ſi quis omiſ. ubi Din. Oldr. Rain.

bonæ fidei habeat [a], vt meritò Bartolus nihil intereſſe cẽſuerit, an hoc caſu ex teſtamento, an actione in factum agatur [b], quę ſententia adverſus Alexandrum, Iaſonémque vera eſt. Sanè illud VIII. in confeſſo eſt, quando hæres ſponte adiit, etiam pro fideicõmiſſo vniuerſali ex teſtamento vt reſtituatur, agi: licet, ſi non adierit, non niſi officio iudicis cogi poſsit [c]. 22 Enumerant † tñ aliqui caſus, I. quibus pro legato hæc actio non competit. Primus eſt, cùm legatum, vel fideicõmiſſum cuiuſquam vtilitatem non reſpiceret, ſed ad honorem, vel auctoritatem teſtatoris referretur. tunc enim non actio, ſed officium iudicis ſolùm concederetur [d]. Cuius rei illa eſt ratio, quia hoc caſu hęres adeundo non poteſt videri cum quoquam quaſi contraxiſſe, cùm nullius id interſit: & ideo ſi alicuius probabiliter intereſſet, aliud dicendũ eſſet, veluti cùm pauperibus pro anima legato [e], vel ædiculam conſtrui, ſacriſque operari ſacerdotem iubet, maximè enim hæc actio à Iuſtiniano his legatis conceſſa eſt, quæ piis actibus ſunt deputata [f]. Cenſuit tamen Pontanus hoc caſu etiam officium iudicis dari, quod cum tribus aliis actionibus fauore piæ cauſæ concurret [g]. Addit Bartolus & id officium adverſus executorem II. concedi, vt huiuſmodi legata perſolui curet [h].

Alter eſt caſus, cùm legata ſub conditione relicta ſunt, eáque conditio iure ſpeciali pro impleta habetur [i]. quod intelligendum, ſi præter teſtatoris mentẽ pro impleta habeatur [k]. Si enim ex teſtatoris mente adhuc ex teſtamento agendum eſſet [l]: idem, ſi talis conditio pro non ſcripta haberetur [m]. legis enim teſtamentariæ locum ſibi vendicant etiam in iis, quæ iure duntaxat, ſpeciali ſuſtinentur [n]. III. Huc pertinet, & cùm quis ea conditione reliquit Titio, vt filium emancipet. cùm enim debeat grauamen emolumento compenſari, aliàs non ualeat [o], qui patrem grauat, vt filium emancipet, in re inæſtimabili cenſetur grauaſſe [p]. & ideo videretur grauamen illud non valere. Sed tamen, quia hæres adeundo hęreditatem cenſetur conſenſiſſe, poterit officio iudicis cogi [q], cui inter eum, qui in poteſtate eſt, IV. & patrem duntaxat eſt iocus [r]. Nam & ſi quis ſeruo proprio alimenta legauerit, quia is cum hærede actionem nullam iure communi habet, ſolùm officio iudicis quadam ex æquitate ſibi V. prouideri petet [ſ]. Alius quoque eſt caſus, quo ex teſtamento agi non poſſe Aretin. credidit, ſcilicet cùm iuſſu legis municipalis legata, etiam hæreditate non adita [t], deberentur. Valet enim huiuſmodi ſtatutum, vt defunctorum voluntas exitum habeat, cogitúrque hæres, quatenus hæreditas ſoluendo ſit, ſatisfacere legatariis: & ideo nulla iniquitas hoc caſu induceretur, quicquid hîc Iaſ. exiſtimauerit. Ego in re dubia hoc ſtatutum interpretarer, vt ſolùm iuris communis regulam corrigere voluerit [u]: & ideo non hæredem ſcriptum, qui repudiauit, ſed legitimum teneri cenſuerim, quatenus tamen in hæreditate eſt [x]. Meritò ergo actione ex teſtamento aduerſus eum directò non agetur, ſed ex- VI. traordinaria, ſeu vtili, ſicut ſuprà diximus in codicillis, qui teſtamento confirmati non ſint. Illud quoque receptum videtur, ſi hæredis ſeruus ſpeciem legatam, ignorante domino, ſubripuerit, & vendiderit, non ex teſtamento, ſed actione in factum adverſus hæredem à legata-

a l. ſi minor. ff. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.
b Bar. d. l. ſi quis pecuniam.
c l. ſi legatus. ubi Bart. l. Papinianus ad Treb.
d l. Quintus de an. leg. l. Meuia. de ma. teſt. l. hæreditas. ſ. de pet. hær.
e l. id, quod pauperibus C. de epiſc. & cleric.
f d. l. j. uerſ. ſi enim.
g Rom. authẽ. ſimiliter. C. ad l. Fal. uerſ. xx.
h Bar. l. Firmio. §. j. quando dies leg. ced. gl. l. nulli C. de epiſc. & cleric.
i l. ij C. de inſti. & ſubſtit. ubi Mod. Cor. & Riminal. Bart. l. in teſtamẽto. ij. de cond. & dem.
k l. ſi peculiũ. §. is, cui. de ſtatu lib. ubi Albe. & Bened. de Plũb.
l l. fi. ſ. de hære. inſt. §. j. Inſt. de eo, cui libe. cauſ.
m l. Stichum §. pen. de ſtatulib.
n l. j. §. j. ad l. Falci. Bar. l. mulier. de cond. & dem. ubi Socin.
o d. l. Imperator § j. l. planè ij in fi. ỹ. eod.
p l. filiusfam. §. ſecundũ. ỹ. eod.
q l. ſi cui legatũ. de cõd. & dem.
r l. lis nulla. ſ. de iudic. cũ gl.
ſ l. ſeruos. ubi Bar de alim. leg. l. pen. §. illo. C. de neceſ ſer. in gloſ.
t §. ſi uerò expreſſim. in auth. de hæred. & Fal.
u l. ſi nemo. de reg. iur.
x arg l. j. § ſi is, qui ad Trebel. iuncta l. uerbis legis de uerb. ſig.

rio agi [y]. non enim hæres ſpeciem ſoluere cogi poteſt, ſed ſeruum pro noxa dando liberatur. vnde propter delicti commixtionem agi ex teſtamento non poteſt. Sed hæc hactenus.

23 Videamus nunc quemadmodum † in rem actio competat. & conſtituenda eſt regula, pro legatis & fideicommiſsis agi in rem poſſe [z]. quia recta via rerum hoc titulo relictarum dominium tranſit [a]. I. Quod non ſolũ lege Iuſtiniani procedit, ſed etiam iure veteri in legato vendicationis tantùm, vt Caius Inſtitutionem libro ſecundo ait. II. Sed & ſi quis in re certa inſtitutus ſit, receptum eſt ipſo iure eius dominum fieri [b]. III. Sed quid, ſi deinde res legatario tradatur, an idem dominium remanebit? & Aret. negat [c]. primum enim ceu fictum amitti, & nouum pleniùs perfectiúſque acquiri. Quam ſententiam aliqui tunc probant, cùm legatarius actione perſonali rem dari petiiſſet. videtur enim dominio priùs iure ſpeciali quæſito renuntiaſſe [d]. Sed & id falſum ego arbitror. cùm enim lex cõcurrere has actiones ſinat, alterius electione alteri non cenſetur renuntiatum [e]. Crediderim ergo idem eſſe dominium, quod olim fictè, ſeu commento legis translatum intelligebatur: at nũc poſt traditionẽ verè, id eſt facto partis [f]. IV. Addit Bald. in dominium à teſtatore in legatarium incontinenti tranſire, adeò vt nec momento temporis à legatario interim abſit [g]. & ideo qui grauatus eſt reſtituere, quod poſt mortem ſuam ſupereſſet, ſicut in vita alienare poteſt [h], ita & legando: quia non dicitur ſupereſſe legatum, cùm ſtatim ad legatarium pertineat, quod & Alex. reſpondit [i]. Ego tamen ſubſiſto, quia huius legati dies non niſi poſt mortem cedit [k]. vnde ſatis hoc dicitur ſupereſſe poſt mortem [l], ſuadetque id voluntas teſtatoris, quæ aliàs facilè eluderetur [m]. quod & Cornæus probat [n]. Adde, quòd etiam ſi verũ ſit momento tantum reſidere apud hęredem dominium, per perſonam tñ hæredis, ceu per tranſennam, tranſit. Vnde videmus confundi actiones, ideoq; priſtinum ius legatario reſtitui debere [o]. quod Petr. tradidit, à quo noſtrates manifeſta calumnia diſſenſerũt. V. Etenim licet hoc dominium ſtatim à morte teſtatoris in legatarium tranſeat, hoc quadam fictione eſt, quę ex translatione oritur, ab agnitione legati retrò ducta. verè tñ in hæreditate remanet, donec ea per hęredẽ adita ſit [p]. quo caſu confirmatis aditione tabulis iuris noſtri auctoritate transfertur [q]. At vbi legatarius agnouit legatũ, tunc etiã irreuocabiliter ꝓpter conſenſum ſuũ efficitur dominus [r]. Ante verò, quàm agnouerit, cõveniri tanquã dominus non poterit [ſ], nec actione furti ex perſona ſerui legati tenebitur [t], nec ipſe vice verſa furti contra hæredem aget, cuius ſeruus rem legatam ſurripuerit. cùm enim aliquo reſpectu res illa adhuc hæredis eſſet, lex ſatis eſſe exiſtimauit, ſi actione in factum legatario conſuleret. quod Roger. tradidit [u]. Vnde & hæres legatum ſpeciei teſtatori factum repudiare poteſt, ſicq; impedire, ne in eum tranſeat, cui teſtator ignorãs legauit. qđ verba legis apertè indicant [x]. Sicque apparet, ius adhuc in eo eſſe, quamvis non ideo minùs æſtimetur hęreditas, quòd legatum repudiari poſſit. in partem enim ſuam id imputat hæres, quòd

y l. ſi hæredis ſeruus. ỹ. eo. ubi Doct.
z § j. Inſtit. eo. d. l. j.
a l. à Titio. de furt.
b l. quoties. C. de hær. inſt. l. ex facto. ſ. eod. ubi Bald.
c l. qui abſenti. § fi. de acq. poſ.
d Cin. d. l. j. q. iiij. Imo. Paul. Mod. hîc.
e Bald. d. l. j.
f l. traditionib. C. de pact.
g l. ſed ſi damnũ. §. ſed & creditor. de pecul.
h authẽ contrà rogatus. C. ad Trebel. ubi Bal.
i conſil. xiiij. in prin. l. Aquilia. ỹ. ad Trebel.
k l. j. § in nouiſsimo. C. de cad. tol.
l l. fin. ſ. de cõd. inſt. uerſ. qđ ſi.
m l. Titio. ad Trebel.
n Cor. d. authẽ.
o l. huiuſmodi. § ædes. l. legatũ eſt. §. fin. ỹ. eod.
p l. legatũ ita. ỹ. tit. j. l. hęres quã doq;. de acq. hęr.
q l. ſi ſeruum filij. §. j. ỹ. eod. l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. ỹ. eod. in fi. ỹ. eod.
r l. ei qui ita hæreditatem, de cond. inſtit.
s l. legatarius.
t d. l. à Titio, l. ſi ſeruus legatus. de nox.
u l. ſi hæredis. ſeruus. ỹ. eod.
x l. ſi fundum ſub cond. § ſi Titius. ỹ eod.

repu-



repudiauit [a]. Sed & hinc eſt, ꝙ occiſo ſeruo legato ante aditam hæreditatem, legis Aquiliæ actio non legatarij, ſed hæredis eſt [b]. Qua ratione hæres fructus rei legatæ ex die mortis non debet, tanquam ex re legatarij perceptos, ſed à die moræ duntaxat [c], ſeu litis conteſtatæ [d]. Idemque in partu ancillæ legatæ, vel fœtu pecorum [e], niſi verè iam dominium in fideicommiſſarium tranſiſſet, putà reſtitutione [f] iam facta [g]. nec enim hoc iure dominium fideicõmiſsi priùs quęrebatur [h]. A Sed cur à die aditæ hæreditatis non debetur fructus, cùm tunc legata confirmentur, dominiúmque legatarij convaleſcat? Reſpondeo, quia hæres ipſe aliquatenus eſt dominus, & credere potuit legatarium non accepturum [i]: ideo non, niſi ex mala fide, præſtabuntur. Quòd ſi qua acquiſita à ſeruo legato poſt aditam hæreditatem fuerint, etiam ante moram propter poteſtatem dominicam, quæ auctoritate legis inducitur ipſius legatarij erunt [k]: cùm ſecus ſit in iis, quæ ante aditionem ſeruus habuit [l]. B qua tamen in re controvertunt Doctores [m]. Hinc infertur, veram eſſe illorum ſententiam [n], qui concurrere actionem in rem & perſonalem ideo exiſtimant, quia actio in rem ratione dominij competit, quod iure ſpeciali abſq; actu naturali lex in legatarium tranſtulit [o]: actio verò ex teſtamento, quia hæres ad tradendum tenetur, & aliquatenus etiam ad dãdum, cùm ius aliquod in ea adhuc reſideat. ſicq; hæ actiones origine non repugnant, ſed exercitio [p]. C VI. ſed hæc hactenus. Enim verò adeò vera eſt ſuprà ſcripta regula, vt etiam in legato, quod iure tantùm ſpeciali ſuſtineatur, procedat, dominiumq; tranſeat, & vendicatio detur. qualia ſunt legata, quæ omiſſa cauſa teſtamenti, prætor tuetur [q]: quicquid hac in re controvertãt Doct. Poteſt enim prætor dominium directum transferre [r], vel legata, quæ coniunctis perſonis reſeruãtur [ſ], vel quæ ſuſtinentur, vitiata propter errorẽ teſtatoris inſtitutione [t], vel in quibus conditio D pro impleta habetur [u]. Quòd ſi contra voluntatẽ teſtatoris ſuſtinerentur, fortè ſecus eſſet. quod VII. infrà attingam. Sed & nihil refert, an dominiũ illud penes teſtatorem eſſet, ſed revocabile: adhuc enim in legatarium tranſire receptum eſt [x], licet aliàs dominium revocabile non tam facilè in alterum tranſeat, vt Bald. ſentit [y]. quod ego VIII. intelligo, niſi hæres repudiet. Nam & ſi ad tempus legatum ſit, locus erit regulæ, licet, finito tẽpore, ipſo iure revertatur hodie legatum ad hæ- E redem [z]. quod iure veteri ſecus [a] erat, niſi in donatione cauſa mortis [b], in qua donator propter revocãdi facultatem, non cenſetur omne ius ab IX. ſe abdicaſſe. quod alibi docui [c]. Et quod in rebus dicitur, in actione quoq; ad rem, quam teſtator legauit, producendum eſt, vt abſq; alia ceſ- X. ſione trãsferatur [d]. Sed & ſi teſtator rem vſucapere cœperat, hæreſq; ipſe poſſeſsionis continuatione dominium acquiſiuerit, in legatarium F tranſire ſtatim receptum eſt [e]. ſufficit enim ius ipſum poſt mortem acquiſitum eſſe, vt in legatarium tranſeat [f], dum tamen iuris interpretatione perinde habeatur, ac ſi à teſtatore acquiſitum eſſet [g]. quicquid in caſu ſimili Bald. Nouellus XI. diſtinxerit [h]. Sed quid in Publiciana dicendũ? & conſtat inſtar vendicationis concedi, & ideo

a l. liberto. 80. uerſ neq; referre de bo lib. l. ſi mihi & tibi. ỹ. eod. ubi Doct.
b l. huic ſcripturæ. ad l. Aquil. l. ſi quis ſeruo. l. Titia Seio. §. uſuras. ỹ tit. j.
c l. eqs. de uſur.
d l. fi. C. de uſur. & fr. leg. l. quęſitum. §. fi. ỹ eod.
e l. Paulus. § hæres. de uſur. l. apud Iulianum. uerſ. itẽ partus.
f not. l. quod ſeruus. ỹ. tit. ij.
g l. nihil. in fi. ỹ. eod.
h l. Herẽnius. j de uſu. d l. nihil. in fi. ỹ. eod.
i l. Titius. j. de ac. emp. ubi gl. 3.
k d. l. quod ſeruus. ỹ tit. j. l. qſitum. §. ſi mihi.
l d. l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus.
m d. l. apud Iulianũ. ubi Imol.
n Bar. & Corn. d. l. j.
o arg. l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. de capt.
p l. cũ filius. §. uarijs. ỹ. tit. j.
q d. l. duo. l. ſi eadem. ſi quis omiſ. cauſ.
r l. ij. §. fin. ſi ex nox. cauſ. l. 5. de dam. infec. Bar. l. ij de bo. poſ.
ſ l. j. ỹ. de leg. præſt. ubi Bart.
t l. fi. de hæręd. inſtit.
u l. Titio fundũ. de cõd. & dem. ubi Caſt.
x d. l. ſi fundũ ſub. § ſi Titius.
y l. fi. ſ. de cõd. inſti. in gl. uerb. filio. in fin. ubi Bald.
z l. fi C. de leg. auth. cui relictũ. de indic. uid. tol.
a l. ſed ſi non ſeruus. ad l. Fal. in gl. uerb. recipit. Imo. l. ſi poſt mortẽ. § fi. ỹ. eo
b l. ſi mortis cauſ. res donat. ſ. de don. cau. mor.
c l. traditionib. C. de pact.
d Doc. l. ex legato, per quem. C. de legat. Bal. l. ſi creditoris. C. de fideicom.
e gl. l. j. §. fin. de ſcrip. l. ſi alienã. de don. cauſ. mor.
f l. ante. ſ. de uſufruc.
g l. cũ hęres. ff. de diuer. & temp. pręſcrip.
h Bal. no. tract. iij parte ſpeciali vj.

ex perſona teſtatoris competere legatario Publicianam [i], dum probet habuiſſe teſtatorem quaſi dominiũ, id eſt, rem teſtatori cum titulo & bona fide traditam: ex perſona verò ipſius legatarij, cui res adhuc tradita non ſit, non competet [k]. Et hæc receptior eſt ſententia, ſecundum quam ex facto Alexand. [l] reſpondit. Sunt tamen, qui ſicut ſpecialiter abſq; traditione trãsferri dominium in legatis, ita etiam abſque traditione Pu- A XII. blicianam competere cenſuerunt [m]. Sed quæ contra regulas inducta ſunt, ad cõſequentia non debent trahi [n]. Sed &, grege legato, qui vniuerſitas corporum eſt, non eſt dubium ius ſtatim legatario acquiri, & gregem ipſum vendicari poſ- XIII. ſe [o]. In fideicommiſsis quoque vniuerſalibus nouem caſus enumerantur, quibus ſpeciali ratione ipſo iure actiones tranſeunt [p]. Cenſuit tamen Soci. non id priùs fieri, quàm fideicommiſſarius ſciat, & velit [q]. I. Sunt tamen aliqui caſus, B quibus ſuprà ſcripta regula non procedit. 24 Et † in primis in legatis, vel fideicommiſsis vniuerſalibus non eſſe ei locum omnes cõſentiunt. ſuprà enim oſtendimus, non niſi facta ſaltem verbo reſtitutione, ius in rem tranſire [r]. Vnde conſequens eſt, vt idem ſit in legato quotæ hæreditatis [ſ]. Idem in legato omnium bonorum [t]. & hoc enim vniuerſale cenſetur, ne qui emolumẽtum habet, etiam incommoda non cõſequatur. Sed quid in legato peculij? & cùm mixturam iu- C ris habeat, acceptatione opus eſt [u]: qua ſubſecuta, tunc ſingula corpora vendicari poterunt [x]. II.

Cæterùm & propter ſolutionis incertitudinẽ huic actioni locum non eſſe conſtat: vt cùm quis partem bonorum legat. quamuis enim id legatum vniuerſitatis dici non poſsit, quia, deducto ære alieno, intelligitur [y], tamen quia electio eſt hæredis rem aliquam, aut plures, an verò ęſtimationem præſtare velit [z], non poteſt dominiũ ipſo iure transferri. Qua ratione & in legato D quantitatis idem reſponſum eſt, niſi cùm pecunia, tanquã certa ſpecies, relicta proponeretur [a]. tunc enim non ſubeſt incertitudo, quin illamet ſolui debeat [b]. Huc pertinet etiam rei in genere legatum. cùm enim hæredis ſit electio, non poteſt legatarius dominium in vna magis ſpecie, quàm alia prætendere [c]. in dubio enim electio eſt debitoris. Quod & in alternatim legatis eadẽ ratione dicendum eſt [d]: aliàs ſi diceremus ſtatim alterius diſiunctionis dominium tranſiiſſe, E aliámq; partem hæres eligeret, iam prior tranſlatio eluſoria fieret. Sed quid, cùm teſtator duobus eandem rem legat, hoc pacto, vt ſolidum vterque habeat, quo caſu alteri res, alteri æſtimatio debetur [e], an ſtatim tranſeat dominium? & Bart. negat tranſire. cùm enim electio ei ſeruanda ſit, qui prior egerit, propter incertitudinem non potuit dominium antè transferri. ſolùm ergo tunc traſferetur, cùm quis præoccupauerit. Quod & tunc procedit, cùm expreſsim actum F non eſt, vt ſolidum vterq; non habeat, ſed ſimpliciter alter alteri re coniungitur [f]. Quod ſi partes ſibi per concurſum iam fecerint [g], amboque agant, tunc pro dimidia in quẽlibet tranſibit dominium [h]. III. Fuere & qui hac ratione in legato vſusfructus non tranſire incontinenti ius exiſtimarent [i], quia lex incertum eſſe vſumfructum ait [k]: & ideo quanti actoris intereſt, agi [l]. Sed hæc ſententia communiter reiecta eſt. conſtat enim, quod ſuprà oſtendi, etiam ſeruiturum legata ipſo iure conſtitui [m], & ideo eas à legatario vẽdicari poſſe [n]. nec verum eſt, ad id, ꝙ intereſt, ad

L. 1. Per omnia.
i l. j. ubi Bart. l. cũ ſponſus §. j. de Publicia.
k l. eum, qui. §. fi. de Publicia.
l cõſ. 98. in ij.
m Ioan. Fab. §. ſed iſtæ. Inſt. de act. Cor. con. 117. in ij. Bal. Nouel. ubi ſuprà.
n l. quod uero contra. de legib.
o l. grege. ỹ. eo.
p l. pen. §. fin. C. ad Trebel.
q l. j. §. ſed & qties. ỹ. ad Trebel ubi Socin.
r l. facta. l. reſtituta. ad Treb.
ſ l. ſi ſeruum §. fi. ỹ tit. j.
t l. cogi. ad Trebel. l. quoties. in fi. de uſur.
u Bar. in rub. ſ. ſol. mat. ad fin.
x l. ſi peculium. de pecul. leg. l. uendicatio. de rei uend.
y l. ſi quis bonorum. ỹ eo.
z l. nõ amplius. in fi. l. ſeq ỹ eod. ubi Imol.
a l. ſed ſi certos. ỹ. eod.
b l. j. §. ſi decẽ. ut leg. no.
c l. legato generaliter. ỹ eo. l. apud. de opt. leg.
d l. huiuſmodi. § Stichum. ỹ. eo.
e l. ſi pluri b. in fi. ubi Bar. ỹ. eo.
f l. unica. §. ubi, uerſ. ſi uerò non omnes C. de cadu. tol. ubi Ang. l. 3. ij. reſponſo, ỹ. de ſer. leg.
g dixi in l. triplici ỹ. de uerb. ſig.
h d. l. iij. j reſpõſo, ubi Bar.
i Aretinus hîc.
k l. ubi. §. fundi de uerb. oblig.
l l. ij. ſ. ſi uſuſfruc. pet.
m l. ſi partẽ. §. j. ꝗmad. ſer. amit.
n l. ſi Titio fundus. de uſuf. leg.

25 † agi, quia ipſo iure non conſtituatur vſusfructus, ſed quia id petitur, quod retrò quis conſequi debuit. quotidie enim nouus dicitur vſusfructus [a], quod alibi declaraui [b]. Defendi tamen hæc ſententia poteſt, cùm non continenter à teſtatore, ſed ab hærede relictus eſt vſusfructus: quo caſu non ipſo iure tranſit, ſed facto hæredis opus eſt [c], vt ſuprà cenſui. Rurſus defendi poteſt in vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur. In qua re duplex eſt opinio. ſunt enim, qui tum demum trãſire dominium aiunt, cùm res ipſæ ſint traditæ [d], quod ex facto reſpondit Matheſylanus [e], & Iaſ. Recentioreſque probant. Sunt rurſus, qui etiam antè traditionem transferri putent, dũ modò oblata ſit cautio, quę hoc in vſufructu ſubſtantiæ pars eſt [f]. videtur enim hoc caſu proprietas ipſa rerum eſſe legata [g]. vnde perinde eſt, ac ſi teſtator dixiſſet, habita cautione, do tibi talem proprietatem. & ita ſenſit Alexan. Socinuſque. Ego priorem ſententiam ſequor, quæ communis eſt: quia lex hoc caſu vendicationem fructuario non dat, ſed proprietario [h], transfertúrque in fructuarium dominium non teſtatoris voluntate, ſed ſenatuſconſulti neceſſitate, vt meritò non ipſo iure, ſed per traditionem tranſeat. Putarim tamen pro harum rerum, quæ vſu conſumuntur, penſionibus adverſus debitorem vtilem ſaltem actionem poſt oblatam hæredi cautionem dari [i]. quod Anchar. reſpondit [k]. Sanè conſtat, cùm de legato rei incorporalis agitur, non vendicationem competere, ſed confeſſoriam. ea enim in rem actio quoque eſt [l]. Illud quoque receptiſſimum eſt, vt ita demum dominium legati, vel fideicommiſſi tranſeat, ſi teſtator ipſe erat dominus [m].
IIII. 26 Vnde † ſi quis rem alienam legauerit, non competet legatario vendicatio [n]. non enim teſtator ius, quod non habebat, transferre potuit [o], aliàs vero domino euidenter noceret [p]. Sed quid, ſi ipſe dominus teſtatori conſentiret? & Angelus adhuc non trãſferri dominiũ credidit [q], quia veri domini conſenſus tranſlationi non ſufficit, ſed legitimis traditionibus opus eſt [r]. aliud enim eſt alienare, aliud ſimplicem conſenſum adhibere [s]. Receptum tamen eſt, ſi res ad legatarium peruenerit, eum exceptione propter domini conſenſum tutum eſſe [t]. Poterit & contra hæredem agere, vt ſibi actionem mandari adverſus dominum cedat, quod Bartol. cenſuit [u]. Sed quid, ſi hæres rem alienam legatam emit, nunquid ſtatim dominium in legatarium tranſibit? & conſtat nec tunc tranſire [x], cùm tempore mortis teſtatoris in eius hæreditate aliquo modo non eſſet, vnde non potuit transferri. Non enim ſatis eſt, quòd dominium emptione in hæredem trãſierit, cùm conſtet nec rei quidem hæredis, quam teſtator legauerit, dominium ipſo iure legatario acquiri [y], niſi conſentiente hærede legauerit, eaque res penes legatarium eſſet [z]. Quod igitur lex
27 ait, de † re hæredis perinde, ac ſua, poſſe quemlibet diſponere [a], de actione perſonali duntaxat intelligitur, non autem de dominij tranſlatione. Sed finge mulierem conſtante matrimonio decedentem, mihi fundum dotalem legaſſe, an, ea mortua, dominium incontinenti in me tranſibit? & Baldus Nouellus reſpondit non tranſire [b]. cùm enim tempore mortis adhuc ipſa non eſſet domina, non poteſt in me transferri. nam & priuilegium, quo dominium fundi dotalis ipſo iure in vxorem reuertitur [c], locum non habet, cùm ipſi maritus eſt ſuperſtes, quia tunc ea mortua ceſſat dotis fauor [d].
V. 28 Cæterùm † dubiũ non eſt, quin & in hac dominij tranſlatione plurimùm teſtatoris voluntati tribuatur. vnde poteſt ipſe eam tranſlationem arbitratu ſuo moderari, vt ſi diſponat, ne ante apprænſam poſſeſſionem dominium transferatur, valebit diſpoſitio. quod Baldus cenſuit [e]. Qua ratione ſi in diem legauerit, ſatis mens eius argui poteſt, nolle, vt ante diem dominium tranſeat [f]. Adde, A quòd tranſlatio dominij quædam legis executio eſt, quam lex non ſolet ante diem facere [g]. Vnde & in legato conditionali idem eſt, vt ante conditionis euentum nullum dominiũ transferatur, adeò vt ſi ex mora hæredis efficiatur purum, adhuc non tranſeat: quod Bartolus certo caſu adnotauit [h].
VI. Sed quid in legatis tacitis dicemus? & regula eſt, parem eſſe taciti & expreſſi virtutem [i], & ideo in eis quoque videtur ipſo iure dominium transferri [k]. idque vtilitatis B gratia receptum eſt, fauoréque cauſæ piæ, atque in eo conſentiunt omnes Interpretes. Nã & ſi rem meam ab eccleſia conducam, ex tacita donatione in eccleſiam dominium trãsfertur [l]. Sicut ex litis æſtimatione, quæ tacita venditio eſt, & ficta traditione transfertur [m]. & ita Imol. Aretinus, Alexan. hîc cenſent. Sed adverſus hos communis ſtat ſententia, idque propter Pauli reſponſum, qui legatario vſusfructus ipſo iure inter non cenſeri conceſſum ait, quod tacitè in cõ C ſequentiam legati debetur [n]. Sed ego ſuprà docui, plurimùm referre, an teſtator ſeruitutem ipſe directò legauerit, an ad eam conſtituendam hæredem damnauerit [o], vt primo caſu ſeruitus ipſo iure tranſeat, ſequenti non æquè [p]. At cùm tacitè legat, ſi ipſe ſeruitutem iam antea habebat, vt quia continua eſſet, ipſo iure tunc quoque tranſibit [q]. Idem quoque, ſi fundus ſeruiens hæredi remaneat, ſatis crediderim ipſo iure videri ſeruitutem impoſitam [r], licet Bart. quan D doque diſſenſerit [s]. Sed ſaltem hodie poſt conſtitutionem Iuſtiniani verior eſt hæc ſententia. nam & idem videmus, ſi ſeruitus non per hæredem alteri præſtanda, ſed ſibi retinenda eſt [t]. Quòd ſi alteri præſtanda eſt, tunc quoque ipſo iure cenſebitur conſtituta, cùm verba teſtatoris aliquo modo hoc inferunt [u]. alioquin in re obſcura ea ſit interpretatio, vt hæres potiùs grauatus cenſeatur [x], ſicque ipſo iure legatum non E tranſeat, quod ſuprà ſcripto Pauli reſponſo eſt [y]. Vnde conſequens eſt, vt legatarius fundi dominantis aduerſus collegatarium hoc nomine agere nequeat [z], ſed adverſus hæredem tãtùm: qui ſi fundum ſeruientem adhuc non tradidit, tutus erit exceptione, niſi legatarium aditum fructuario præſtet [a]. ſi verò tradidit, cogatur aditum redimere [b]. tacita enim hæc teſtatoris voluntas, quæ ex quadam conſequentia inducitur, exceptioni ſufficit, non autem actioni confeſſoriæ. F Quod & in ſimili caſu, cùm mens teſtatoris ex ſola enuntiationis coniectura colligitur, traditum eſt [c]. Idemque, cùm ſeruo peculium deducto ære alieno legatur, Bartol. tradidit [d]. Meritò ergo ſuprà ſcriptis caſibus in legatis tacitis ipſo iure dominium non tranſibit, ſicut nec tunc tranſit, cùm non ex voluntate domini, ſed potiùs quadam ex neceſſitate legis, aut ſenatuſconſulti debetur [e]. Cæterùm & cùm teſtator grauauit hæredem, vt rem hæreditariam Titio vendat, non niſi ſecuta venditione, traditioneque, domi-

a l. ſi uſusfruct. in biennium. de uſufr. leg.
b l. ij. §. j. de uer. oblig.
c d. l. j. & l. iij. ſi uſufr. pet. l. iij. §. dare. de uſufr. l. ſi quis uſumfructũ. de uſu et uſufr. leg.
d l. ſi tibi uini. de uſufr. ear. rer.
e in conſ. Anch. cclxviij.
f §. cæteræ. Inſt. de uſufr. l. j. C. e.
g l. ſi. de uſufr. ear. rer. d. l. ſi tibi uini.
h d. l. j. §. ſi x. quę in arca. ubi Bar. ſ. de leg. nomi.
i l. uxori uſufr. uerbo, præſtabitur. de uſufr. leg. arg. l. ſi homo. de uſucap. arg. d. §. ſi decẽ. uerſ. planè l. ex legato. C. de legat.
k conſ. iij.
l l. uti, frui. ſi uſusfr. pet.
m Io. Fab. Inſt. de leg. in princ.
n l. cũ alienam. C. de leg.
o Iaſ. l. ſi unfuer. fæ. C. od.
p l. id. quod noſtrũ. de reg. iur.
q Ang. d. l. j. cõmu. de leg.
r l. traditionib. C. de pact.
s l. aliud uendere. de reg. iur.
t l. ſicut §. uenditionis. §. quib. mod. pig. Bal. l. j. C. de ſacroſ. eccl.
u l. cũ quis decedens. in princip. ſ. tit. ij.
x Bart. l. Titio cẽtum. in princ. de cõd. & dem.
y l. ſi hæredis ſeruus ſ. eo. ubi Bar & Doct.
z l. quedam mulier de rei uend.
a §. non ſolum. Inſtit. de leg.
b in tractatu de tis, parte 12. q. 5.
c l. in rebus. C. de iur. dot.

d Bar. l. Neſennius. §. fundũ de re iu. dixi l. j. ſol. matr. in prin.
e Bald. l. ij. C. ut leg. no.
f l. Sempronius Attalus. de uſu. fru. leg.
g Bal. hîc.
h l. ſi tamen. ſ. tit. j. ubi Bart.
i l. cum quid. ſi cer. pet.
k l. ſi fundũ ſub cõditione. §. qui fundũ. ſ. eo. ubi Iaſ. ij. no. l. binas. de ſer. urb. præd. ubi Bar. & Caſt.
l Bar. l. ſi rẽ aliquã. de acq. poſ.
m l. hæc, ſi res l. ſi culpa de rei uend.
n l. ſeruum filij. §. ſi. ſ. eo.
o l. damnas. §. j. de uſufr. leg. uerbo, uoluntatem defuncti.
p d. l. j. §. ſi uſufr. pet. uerſ. ſed ſi uſusfru. d. l. damnas. §. j. uerſ. nã quemadmodũ.
q l. j. de ſer. leg. ubi Bart.
r l. j. uerſ. ſed ſi. ubi glo. in uerb. præſtet. ſi uſusfruc. pet.
s Bart. d. l. j.
t d. §. qui fundũ. uerſ. pen. l. ſtatrix. in princ. ſi ſer. uend. Bar.
u d. §. qui fundum. uerb. nõ ſecus d. l. j. leg.
x d. l. dãnas. §. j.
y d. l. ſeruũ. §. ſi.
z gl. l. iij. §. ſi loci. de adim. leg.
a d. l. dãnas. §. j.
b d. l. ſeruum filij. §. ſi.
c l. emptor. §. ſi. de rei uind. d. l. ſi peculium.
d l. ſi peculiũ. §. j. de pecul. leg.
e d. §. ſi decem. quæ in arca ubi Bart.



dominium transferretur. quod aduerſus Bartol. crebriore calculo probari conſtat [a]. Illud quoque in confeſſo eſt, legatum rei, quæ penes legatarium ſit, non inducere, vt is actione in rem experiri poſſit [b]. huiuſmodi enim actio non datur poſſidenti [c]. Qua ratione etiam pro legato liberationis vendicatio nulla competit [d].
29 Supereſt, vt † nunc videamus de hypothecaria. & regula eſt, in quibus caſibus pro legato ſideique commiſſo actio perſonalis detur, in iiſ A dem & hypothecariam dari [e]. acceſſoria enim perſonali eſt hæc actio [f], & ideo cum ea concurrit [g], & quidem non in ſolidum ſecundum naturam communem [h], ſed pro portionibus hæreditariis, ſicuti & perſonalis detur [i].
I. Sed an iure veteri hæc hypotheca in legatis erat? & fuerũt non pauci, qui fuiſſe cenſerent [k], licet ſecus in fideicommiſſis eſſet. Aliqui tamen Veterum, & B ferè Recentiores omnes diſſentiunt: quia Iuſtinianus non vno in loco hanc ſe actionem donaſſe atteſtatus eſt [l]. Nec obſtat lex, qua legatarios habere pignoris cauſa dicitur [m], quia de pignore prætorio abſque dubio intelligenda eſt. Si enim legatario cautio communis non præſtaretur, in poſſeſſionem mittebatur [n], prætoriumq; pignus conſtituebatur [o]: & ideo ſua intereſſe poterat, ſeparationem bonorum peti, cùm ſi ex teſtamento hypothecam habuiſſet, remedium illud minimè fuiſſet neceſſariũ, cùm omnino creditoribus hæredis fuiſſet prælatus, & tamen cõ C ſtat iure veteri non præferri, niſi prior in poſſeſſionem miſſus eſt [p]. Verior ergo eſt hæc ſententia, licet prior propter Bartoli auctoritatem videatur receptior.
II. Sed an in ipſa re legata poſſit legatarius ius hypothecæ prætendere? & pierique cenſuerunt non poſſe [q]. non enim eadem res poteſt iure dominij ſimul, & pignoris ad eũdem ſpectare [r]. Fuere tamen, qui contradicerent [s]. cùm enim id dominium per traditionem ex regula communi tranſlatum non ſit, abſurdum non eſt, ſi cum pignoris iure concurrat [t]. D Ego diſtinguendum ſentio, vt ſi legatarij interſit, hypotheca potiùs experiri, vt quia aliæ actiones præſcriptione ſummoueantur, poſſit iure pignoris adhuc admitti [u]. id enim fauorabilius eſt legatario, ad quem fauorem attendiſſe Iuſtinianum apparet [x]: aliàs verò ſecùs, ne abſque manifeſta vtilitate à regula iuris recedamus [y].
III. Sed quid in legatis, pro quibus officium duntaxat iudicis conceditur? an hypothecaria compe E tet? & receptior eſt opinio, vt qua ratione hæres officio iudicis cogi poteſt [z], eadem & res ipſæ affectæ cenſeantur [a]: & ſicut officio iudicis accedit fideiuſſor [b], ita etiam hypotheca accedat. Lex enim ſimpliciter ait, hypothecariam dari, in quantum perſonalis actio competit [c]. quæ verba perſecutioni quoque, ſeu officio iudicis conueniũt, quod nihil aliud eſt, quàm perſonalis actio, licet extraordinaria [d]. Vnde con F ſequens eſt, vt cùm legata ad pias cauſas hodie, etiam non adita hæreditate, ſecundum aliquos officio iudicis debeantur [e], etiam hypothecaria pro eis competat. Verius tamen & receptius eſt huiuſmodi legata non adita hæreditate deficere, niſi adiectio bonorum impetretur [f]. Eadem ratione arbitror, ſi lex municipalis generaliter ſtatuat, quamuis non adita hæreditate legata deberi, hypothecariam quoque competere, idque propter verba legis, quibus dicitur legata deberi [g]. Siue igitur condictione ex lege debeantur, ſiue officio iudicis, accedere hypotheca illi debito poteſt [h]. Vnde & contra hæreditatem iacentem agetur [i], & ſi datus ei ſit curator, poterit legatarius vtiliter cõtra eum experiri [k].
IIII. A Sed an pro liberatione hæc dabitur actio? & non videretur, ſicut ſuprà, nec vendicationem quidem dari diximus [l]. Satis enim debitori eſſe debet, quod exceptione ſit tutus. nam & hoc caſu cogi ad cauendum hęres non poteſt [m], videturque hęc magis probata opinio: à qua tamen ſunt qui diſſentiant. Cùm enim pro tali legato detur perſonalis in hęredem actio, certè & hypothecaria dari debet: & licet non cogatur hæres cauere, poteſt tamen ex abundanti cautela co B gi, vt per contractum debitorem liberet [n]. quod Ricardus, Cinus, Cornæus, Decius, aliique Recentiores exiſtimarunt.
V. Sed quid, ſi teſtator pro legato ſpecialiter rem aliquam obligauit, an adhuc competet in reliquis bonis generalis hypotheca? & Dinus cenſuit non competere [o], quia diſpoſitio hominis prouiſionem legis impedit [p]: &, quia teſtator in re certa hypothecam concedendo, videtur in reliquis prohibuiſſe, quod facere poteſt [q]. Sed tamen Bald. contrà C cenſuit, quem Pontanus ſecutus eſt [r], & mihi placet [s], vt plenior legis prouiſio non cenſeatur facto teſtatoris ſubmota [t]. prius tamen adverſus bona ſpecialiter obligata agere legatarius debebit, vt quod inde ſeruare non poterit, aliunde demum conſequatur [u]. Huc accedit, quòd teſtator ſpecialiter vni fundum legans, nõ videtur hypothecam aliis legatariis in eo conceſſiſſe [x], niſi tamen legata ſint vltra vires hæreditarias [y]. Quibus tamen ego facilè non aſ D ſenſerim, quia lex ſimpliciter fieri hoc caſu contributionem legatorum ait [z].
VI. Sed an contra bona hęredis hac actione experietur legatarius? & lex de bonis teſtatoris tantùm loquitur [a]. Si tamen hæres contumax fuerit lapſis ſex menſibus, pignus prætorium in eis conſtitui non nomine poterit [b]. An verò res hæredis poſſit teſtator hypothecæ ſubiicere? & conſtat non cenſeri in dubio hoc à teſtatore factum [c]. Sed quid, ſi expreſsè fecerit? & ſaltem vtiliter poſſe dicen E dum eſt [d], quia debet hæres auctoris ſui affirmatium approbare, ne mendax videatur [e]. qua tamen in re magna eſt altercatio.
VII. Sed an fideicommiſſario vniuerſali ante reſtitutam hæreditatem competat hypothecaria? & cùm ei concedatur perſonalis, conſequens eſt, vt etiam hypotheca detur, quod & Iaſ. cenſuit [f].
VIII. Addunt aliqui non ſolùm pro bonis, quæ in dominio teſtatoris erãt, eam competere, ſed etiam in re, quam bona fide teſtator poſſideret, tametſi ſua non eſ F ſet [g]. nam ſatis eſt rem per ipſum teſtatorem ad hęredem perueniſſe, vt hypotheca cõpetat: neque lex requirit, vt teſtator fuerit dominus [h]. nec hoc mirum eſt in hypotheca generali [i], vel etiam legali, quæ & aliàs in rebus alienis cõtrahitur [k].
IX. Sed an pro legato conditionali competat hæc actio ad res interim alienatas? & Bald. Nouellus cenſuit non competere [l]. cùm enim

a Doct. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. ſ. eo. Bart. §. agri plagam. l. uxore. de leg. iij.
b d. l. emptor. §. ſi.
c §. æquè. Inſt. de act.
d gl. Bartol. & Doct. d. l. j. C. cõmu. de leg.
e d. l. j. commu. de leg.
f l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.
g §. ſed neque. in auth. de fideiuſ.
h l. j. & l. ij. C. ſi unus ex plur. hæred.
i d. l. j. ubi Bart. pen. oppoſ.
k l. creditorib. de ſepar. bo. Bartol. hîc.
l d. l. j. & l. ij. & l. ſi. §. ſed quia noſtra. eo. tit. & l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ.
m d. l. creditoribus.
n l. ſilio. in fi. ut leg. no.
o l. non eſt mirum. de pig. act. ubi gl.
p l. is, cui. §. qui prior. ut in poſ. leg. l. ſi poſtquã. C. ut in poſ. l. ij. C. qui pot. in pig.
q gl. Bar. Bal. d. l. j. Mod. tract. pig. uerſ. xx.
r l. nec pignus. de regul. iur.
s Pet. Cyn. Iac. And. Sali. Paul. l. j. Raph. d. l. creditoribus.
t d. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Bart. l. idem. §. qui pot. in pig.
u l. ij. C. de luit. pig. l. cũ notiſſimi. C. de præſcr. xxx. uel xl. an.
x d. l. j.
y d. l. neque.
z d. l. hereditas. de petit. hæred.

a l. de pollicitationibus. de quiſ. §. ſi quis, p ſig. l. pœnũ. C. de teſtam. Bal. l. j. Imol. l. qui ſibi. pollicit. Socin. hîc. b l. Marcellus ubi Bart. de fideiuſſ. l. cũ eo, eod. tit. c d. l. j. lib. & eorum lib. d l. pecuniæ. §. perſecutionis. de uerb. e c. nos quidem. c. ſi hæredes. extra, de in fi. C. ſi quis om. cauſ. f Iaſ. l. eam, quam. C. de fideic. Ang. §. j. de hæred. inſtit.

L. 1. Per omia.
g l. iiij. §. toties de dam. infec.
h Alex. hîc. l. ad diem. in fi. ubi Alex. de uerb. oblig.
k l. ij. de cur. bo. dand.
l gl. & Bart. d. l. j.
m l. j. §. ſi debitori. ut in poſ. leg.
n l. iij. §. nunc de effectu. de lib. leg.
o Raph. l. fundus. de ann. leg. ubi Din.
p l. fi. C. de pac. conuen.
q gl. & Doct. l. ij. ut in poſſeſ. leg.
r Bal. d. l. j. Rõ. ſing. v. q. ij.
s arg. d. l. fundus. & l. j. C. ſi in cauſa iud.
t l. j. §. unde quęritur. de publ. uſu Bart.
u l. ij. C. de pignor.
x gl. d. l. j. ſi fideicõmiſſorũ. ut in poſ. leg.
y l. ſi uerò commiſſa. de teſt. milit. l. ſi quis teſtamẽto. §. j. eo. ubi Iaſ. l. quæritatur. ad leg. Falcid. ubi Doct. uerb. decebam reſiduũ.
a d. l. j. in fin.
b l. certa. C. ut in poſ. leg.
c l. Paul. in prin. de pignor.
d l. ſi Titio. ſ. de pig.
e l. rem alienã. in fi. de pig. act. uerſ. non eſt idẽ dicendum.
f auth. contra rogatus. C. ad Trebel. Iaſ. rub. olim. Inſt. de legatis. §. quod dicitur. dot. x. par. in fi. Infra, ad Treb. in fi. g l. ſi inter. §. j. de pig. Io. Fab. §. ſed gatis. h d. l. j. in fin. ubi Ang. & Iaſ. i l. & quæ nondũ. de pig. k l. ſatis. in quib. cauſis pig. tac. cõtrah. l in tract.

tunc, id eſt ante euentum conditionis valeret a-
lienatio[a], eueniente deinde conditione non de-
bet legatario concedi, vt hac ex tacita hypothe-
ca extraneos poſſeſſores inquietet, cum in lega
tis conditio exiſtens non trahatur retro[b], ſibique
imputare legatarius debeat, qui pẽdente conditione non cõpulerit hæredem ad cautionem[c]. Sed hác ſentẽtiam, poſt Raph.
Recentiores omnes improbant[d], quia conſtat
in conuentionali hypotheca, quę cauſa legati cõ
cepta ſit, & ideo eius naturam imitetur, nihilo
minùs retrotrahi conditionem[e]. Et quia in hy-
potheca expreſſa retrotrahitur[f], ergo & in taci-
ta, quam ad inſtar expreſſæ lex inducit, & quidẽ
ex quaſi contractu, quem hæres adeundo hære-
ditatem celebrauit: aliàs fraudari legato ſuo fa- B
cilè legatarius poſſet, ſi rebus hæreditariis ab hæ
rede alienatis eueniret conditio, hæreſque non
ſoluendo eſſe cœpiſſet. Meritò ergo Recentio-
res aduerſus Nouellum ſequor[g]. Sunt tamen,
qui illum defendant in legato fructuum, ſeu vſu-
rarum[h], quòd in poteſtate hæredis eſt non debe
re, ſi ſortem ſoluat, conditionemque impleat[i].
Sed hæc ego alibi, ceu commentitia, confuta-
X. ui[x]. Sed quid in legatis, quæ iure ſpeciali ad-
uerſus teſtatoris voluntatem ſuſtinentur, an pro C
eis dabitur hæc actio? veluti cùm teſtator lega-
uit ſub conditione, ſi non nuberet, quam condi-
tionem lex reiicit[l]. Et Angel. negauit dari hy-
pothecariam, quoniam Iuſtinianus eam ſe con-
cedere ait, vt voluntatem teſtatoris tueatur. At
hîc legatum aduerſus voluntatem valet, quod &
& Crotus cenſuit. Sed in diuerſam ſententiam
Rapha. Alexanderque tranſit. cùm enim teſtator
legatum fecerit, & lex conditionem reiiciat, in
cæteris legatum in natura ſua remanet[m]. Ego D
dubito, & in re ambigua plurimum Angelo tri-
buo[n]. Hincque conſequenter attingunt ali-
qui, an ſi filius in re certa inſtitutus ſit, ſicut in ea
re hypothecam habet, ita & pro legitimæ ſup-
plemento habeat? & videtur habere, cùm id ſup-
plementum perinde habeatur, ac ſi à teſtatore
relictum eſſet, quod aliqui reſponderunt[o]. Quã
ſententiam ego probare non poſſum. conſtat e-
nim legitimam propria natura hypothecæ pri-
uilegium nullum habere, idque ſiue titulo inſti- E
tutionis debeatur, ſiue quoquo alio, quod Bar-
tol.[p], Alexand. & cæteri tradiderunt. Cùm er-
go iiſce titulis nulla debeatur hypotheca, non
eſt ratio, cur huic ſupplemẽto ſuccurratur, quod
non ex teſtamento, ſed præter voluntatem teſta
toris ex ſola legis auctoritate debetur[q]: & ideo
condictionem ex lege, non autem ex teſtamen-
to actionem hoc caſu dari eſt receptum[r]. Vn-
de Bartol. reſpondit id ſupplementum aduerſus
teſtatoris voluntatem accipi[s]: Alexander verò, F
ex eius iudicio nõ haberi, ſed ſolùm legis bene-
ficio[t]. Quæ omnia veriora veris ſunt, cùm ſup-
plementum id loco querelę inofficioſi humani-
tate Iuſtiniani ſubrogatum ſit, ne ſubuerteret te-
ſtamentum. Nec me mouent quędam aduerſan-
tium rationes[u], quia adeò leues ſunt, vt non ar-
bitrer operæpretium tempus earum reſponſio-
nibus conterere.

a l. fi. §. pen. C. commu. de leg.
b l. j. §. ſerui. ad Syl. Bart. l. ſi filiusfamilias. de uerb. oblig.
c l. j. ī. ut leg. no.
d Rui. Crotus. Niger hic, Rapha. d. l. creditoribus.
e l. qui balneũ. uerſ. ſed ſi hęres. qui pot. in pig.
f l. quæſitum. §. pen. ubi Imol. ī. eo.
g per d auth. cõtra rogatus. & d. l j. §. ſin autẽ ſub conditione.
h Soc conſ. xlj. in iiij.
i arg d. l. qui balneum. in princ. l. potior. eo. tit.
k d. l. ſi filiusfamilias. de uerb. obli. ubi Raph. & in d. l. creditorib. per l. Lucius. qui pot. in pig.
l l mulieri. & Titio. de cond. & demonſt.
m l. j. §. j. ad l. Falc. ubi Ang. & Raph.
n arg. d. §. ſi x. quæ in arca. ubi Bart.
o Fulg. con. 84. Anani. 67. Dec. 235. Rut. hic.
p l. in quartam. uerſ. quæro, qd ſi aliquid eſt relictum. ad leg. Falc.
q l. omnimodo. C. de inof. teſta. ubi Iaſ. Soc. l. ſi ex toto. ſ. eod.
r gl. l. Papiniani. § ſi conditioni. de inoff teſt.
s Bart. cõſ. xiiij. Imol. l. ſi is, qui ſoluẽdo. l. de hęred. inſtit.
t Alex. d l. ſi teſtamento in fin. de uulg.
u Ruin. hic.

LEX II.
VLPIANVS libro 1.
*Fideicommiſſorum.*

SCiendum *a* eſt, cos demum fideicõmiſſum poſſe relinquere, qui teſtandi ius habent. A

LEX II.

1 *Adæquatio iuris teſtandi & fideicommittendi, & quatenus ea procedat declaratio. 2, 3, 4, 5.*
6 *Filiusfamiliâs etiam cum patris conſenſu teſtari non poteſt: ſed mortis cauſa donare ſic.*
7 *Exceptio mutuo & voto, filiusfamiliâs ex contractu ſuo obligatur.*
8 *Ratione patriæ poteſtatis ius ciuile requirit patris cõſenſum, eumq; expreſſum.*
12 *Donatio cauſa mortis eſt cõtractus, & ante aditionem hæreditatis producit efficacem actionem.*
15 *Donatio cauſa mortis in tribus caſibus eſt vltima voluntas. 16, 17.*
19 *Teſtator reuocans omnem aliam vltimam voluntatem, comprælendit etiam donationem cauſa mortis.*
20 *Aſsimilatio teſtamenti & fideicommiſsi in ſtatutis etiam locum habet.*
21 *Quibus caſibus extenſio paſsiua in correctoriis non obtineat.*
22 *Statutum minuens numerum teſtium in teſtamentis, extenditur ad codicillos.*

SCIENDVM *a*. ¶ Is † ſolùm fidei- a
committere, & codicillos facere 1
poteſt, qui & teſtari poteſt[x]. Vide-
retur autem prima fronte aliud di-
cendum. cùm enim plus ſit teſtari,
& ſic directò relinquere, quàm fideicommitte- C
re[y], nõ fuerat ei, cui plus denegatur, & id, quod
minus eſt, denegandum[z]. Sed reſpondendum
eſt, vtrunq; denegari, quia eadem ratio in vtro-
que ſubeſt[a]. facultas † enim à lege duodecim 2
tabularum conceſſa, per quam quis de re diſpo-
nit in caſum, quo amplius ſua non eſt, nempe in
tempus, quo iam mortuus eſt[b], ex quadam diſ-
penſatione legiſque indulgentia procedit[c]. Et
ideo non competit, niſi certis modis ab ea inuen
tis, quibus bonorum obuentio inducitur[d]. Exi- D
ſtimauitque legiſlator nihil referre, an ea obuen
tio in vniuerſum, & ſic titulo hęreditario fiat, an
& particulariter per legatum, fideicommiſſúm-
ve[e]. Meritò ergo ius teſtandi, & fideicommiſ-
ſum relinquendi paribus pâſsibus ambulant.
Quæ † tamen concluſio rectè intelligenda eſt. 3
Et in primis, vt ad ius referatur, non ad factũ. I.
quid enim, ſi quis de facto impeditus ſit teſtari,
& tamen codicillos facere poſsit? vt quia ſuffi-
cientem codicillis duntaxat teſtium numerum E
habeat[f]. quandoque tamen propter tale impe-
dimentum lex ſolennitatem minuit[g]. Hincque
eſt, quòd mutus ex accidenti perpetuus, fideicõ-
miſſum nutu facere poteſt[h], vt Baldus, Imola,
Aretinus cenſuerunt[i]: & tamen teſtari non po-
teſt, cùm hæredis nomen non poſsit exprime-
re[e]. Sed receptior eſt Bartol. ſententia, vt ſicut
non poteſt talis mutus nutu teſtari, ita nec co-
dicillos facere valeat. Quòd ſi ad tẽpus ex mor-
bo obmutuerit, non prohibebitur fideicommit- F
tere[l]. & hoc enim impedimentum facti eſt. Fue-
re tamen, qui generaliter ſuprà ſcriptam conclu-
ſionem intelligerent, cenſerentque, eum, qui de
facto impediatur, quia ſufficientem teſtamento
numerum teſtium non habebat, ſicut codicillos,
ita & teſtamentum facere poſſe[m], dum tamen
impedimentum illud inextricabile ſit, non autẽ
quod facilè potuiſſet evadi. Hincque eſt, quòd
ruſtico conceditur, vt coram quinque teſtibus
teſtari poſsit[n]: item ei, qui in mari periclitetur,
vel in

x l. diui. § pen. ſ. tit. j.
y arg. l. qui teſtamento. §. mulier. ubi gl. et Aretin. de teſta.
z l. relegatorũ. §. pen. de interdic. l. magiſtratib. de iur. om. iud.
a l. ſi fratres. §. i. dem. pro ſocio.
b l. uerbis legis. de uerb. ſignif.
c gl. l. illa inſtitutio. de hæred. inſtit.
d l. iij. de teſtam.
e Bart. con. 211. in c. Promitto tibi.
f l. conficiũtur. §. j. ſ. tit j.
g l. caſus, l. fi. C. de teſtam. l. j. ī. de bon. poſ. ex teſtam. milit.
h l. nutu. ī. tit. ij.
i Bal. l. diſcretis. C. qui teſt. fac. poſ. Imol. c. ij. de teſtam. Aret. l. qui in poteſtate. §. fi. de teſt.
k l. iubemus. C. de teſtam.
l Bar. d. l. nutu. Mod. d. l. diſcretis.
m l. caſus. C. de teſt. arg. l. ſi pater de fid. libert. Ang. de Perigl. hic.
n l. fi. C. de teſt. ubi Bald. Salic. Iaſ.



vel in bello, vel peſtilentia[a]. qua de re alibi.
II. Rurſus † non procedit concluſio, quantum ad
4 fideicommiſsi confirmationẽ. id enim faciliùs
fit, quàm in teſtamentis[b]. nec enim tanta ſolen-
nitas in codicillis neceſſaria eſt[c]. & ratio eſt, quia
fideicommiſſa ſolo nutu & voluntate debẽtur[d].
ideoque ſatis eſt durante voluntate[e]. Vnde ap-
paret generaliter in hoc differre à fideicommiſ-
ſis inſtitutiones, quòd fideicommiſſa vel ſola vo
luntate debentur. Doctores tamen in hoc diſ-
ferentiam conſtituunt[f], quòd in teſtamentis e-
tiam principium ipſum inſpicimus[g], at in fidei-
commiſsis ſatis eſt tempus mortis ſpectari[h].
Quam rationem ego dubiam arbitror, cùm ali-
5 bi traditum ab Accurſio ſit, in † legatis quoque,
nedum in inſtitutionibus, tria tempora conſide
rari[i]. Nam ſi vera eſſet, ſi quis in captiuitate co-
dicillos faceret, eo reuerſo confirmari indiſtin-
ctè deberent[k]. & tamen textus confirmari ait,
ſi ante captiuitatem præceſsiſſet teſtamentum, à
quo vires habere codicilli cœpiſſent[l]: niſi di-
cas, ibi probabiliter dubitatum, an clauſula te-
ſtamẽti codicillos confirmãs traheretur ad eos,
qui in captiuitate facti eſſent? Ego arbitror iu-
ris rigorem à Tryphonino temperatum magis,
quàm ab Vlpiano, & ideo argumentum à con-
trario ſenſu in Triphonini reſponſo accipien-
III. dum non eſſe. Rurſus locum eſſe concluſioni
Bartolus tradit, vt qui ſibi teſtari poteſt, ab hęre-
de quoque ſuo fideicommiſſum relinquere poſ-
ſit. Sed qui pro alio teſtari poteſt, non ideo &
eum onerare fideicommiſſo poteſt. Vnde pater
pro filio arrogato teſtari pupillari ſubſtitutio-
ne poteſt, & tamen codicillos pro eo facere ne-
quit[m]. cuius rei illa eſt ratio, quòd quem non ho
noro, non onero[n]. Cùm ergo filius legitimam
legis diſpoſitione habeat, grauari in ea nequit,
licet hæres filij quandoque poſsit[o]. Hincque
eſt, quòd pater filio exhæredato ſubſtituere pu-
pillariter poteſt, & tamen ab eo legatum, vel fi-
IIII. deicommiſſum relinquere non poteſt[p]. Cæ-
terùm quod hîc de fideicommiſſo dicitur, in do-
natione cauſa mortis locum non habet. quam-
uis enim ea donatio inſtar legati habeat[q], filiuſ-
6 familiâs qui cum patris conſenſu nec teſtari, nec
legare poteſt, donare tamen cauſa mortis po-
teſt[r]. Sed quæ eſt differentiæ ratio? & ſuprà di-
xi, per inſtitutiones & legata bonorum obuen-
tionem poſt mortem deferri, quod iuris publi-
ci eſt, & quadam legis diſpenſatione cõtingit[s],
ideoque filiusfamiliâs id ius nõ competit, qui iu
re ciuili propter patriam poteſtatem legitimam
perſonam non habet, niſi (vt Accurſius inquit)
auctoritate, non facultate[t]. At donatio cauſa
mortis contractus eſt, & quidem iuris gentium:
meritò à filiofamiliâs celebrari poteſt. Sed cur
7 neceſſarius eſt patris conſenſus? & † conſtat fi-
lium familiâs regulariter contractu ſuo obliga-
ri[u], idque propter conſenſum, qui obligatio-
nem naturalem inducit, quæ & ciuili lege appro
batur: quod ſi lex ciuilis non approbet, obliga-
tio redditur inefficax. Sicut in mutuo propter
S. C. Macedoniani auctoritatem. vnde tunc ne-
ceſſarius eſt patris conſenſus, cuius fauore factũ
eſt Senatuſconſultum[x]. In voto quoque neceſ-
ſaria eſt patris auctoritas[y], quoniam mitiùs a-
gitur cum Deo, vt aliqui tradiderunt. An, quia
hęc res ad publicum ius pertinere videtur, quod
in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſi-
ſtit[z], ideoque filium non admiſerunt pontifices,

a l. j. ī. de bonor. poſſeſ. de teſt. mil.
b l. j. §. j. ī. tit. ij.
c d. §. mulier. d. l. fi. C. de codicil.
d l. nutu. ī. tit. ij.
e l. fideicõmiſſa. §. j. ubi Raph. ī. tit. ij.
f Din. Rain. Al. d. §. j. Bart. hic.
g l. ſi alienũ. §. j. de hæred. inſtit.
h l. ſi cognatis. de reb. dub. arg. l. in mortis. ī. de don. cauſ. mort.
i gl. §. j. Inſtit. de donat.
k l. in bello. §. codicilli. de cap.
l l. eius. in prin. de teſt. ubi Din. Rain. Alb. Pauſ. Caſt.
m l. ſi arrogator. de adopt.
n ī. l. cũ filio. l. ab oo. C. de fideicommiſ.
o l. ſi Titio. in fi. l. ſeq. ī. eo.
p l. pen. C. de fideicõmiſ. l. antepen. C. de leg.
q l. illud. in princip. de don. cau. mor. l. fi. in fi. C. eo. tit.
r l. tam is. §. j. de don. cauſ. mort.
s d. l. iij. gl. d. l. illa inſtitutio.
t l. nam quod. ad Trebel.
u l. filiusfamilias. de act. & obligat.
x l. j. ad Maced.
y l. iij. §. uoto. de pollicit.
z l. i. in princ. de inſt. & iur.

qui ipſe ſacra non haberet, ſed in ſacris paternis I. 2.
eſſet[a]? Qua † ratione in aditione quoque hære- Sciendũ.
ditatis iuſſus patris requirebatur, quia talis a- 8
ditio & repræſentatio in vniuerſum ius defun-
cti, iuris ciuilis eſt[b], ſecundum quod filiusfami-
liâs integram perſonam non habet[c]. Dona-
tio † quoque cauſa mortis licet ſui forma ad con 9
tractus pertineat, & originem à gentium iure tra
hat[d], quia tamen ex lege ciuili facultas pœnitẽ-
A di ei adhæret, & inſtar legati obtinet[e], mixtam
quandam naturam adepta eſt, ideoque neceſſa-
riò patris conſenſum requirit, qui filij perſonam
ſuppleat, vt Socinus hîc docet. quæ & Iacobi Bu
trij fuit ſentẽtia. Siue † ergo interſit patris dona- 10
tionem non fieri[f], ſiue non interſit, vt quia rem
alienam, vel in aliqua nullus patri debeatur vſuſ
fructus[g], filius donet, ſemper eius conſenſus e-
rit neceſſarius. Hinc † eſt, quòd hoc caſu tacitus 11
patris conſenſus non ſufficeret, ſed oportet ex-
B preſsim adhiberi, quæ receptior eſt ſententia[h]:
ideoque ſoli præſenti regulariter fit[i], & ſtipu-
latione, ſeu pacto contrahitur, vel traditionem
requirit[k]. rationem adiicit Bartolus, haudqua-
quam ſufficere, ſi conſenſus hic ex interuallo ad-
hibeantur, niſi appareat tum quoque filij volun
tatem durare: quo caſu ex eo tempore incipit va
lere donatio[l]. Hincque traditum eſt, vt gene-
ralis licentia, qua pater filio concedit vt dona-
re poſsit, ad hunc caſum non trahatur[m]. in do-
C natione enim ſimplici conſenſus patris requiri-
tur: quia ſua intereſt, meritò ad donationem cau
ſa mortis non trahitur, in qua conſenſus alia ra-
tione accedit, nempe ad integrandam filij per-
ſonam. vnde lex tali caſu ſpecialem conſenſum
requirit[n]. Ego potiùs requiri arbitror, quia non
eſt veriſimile, patrem generali ſermone id egiſ-
ſe, vt filius quenquam extraneum ſibi præferret,
malletque eum habere poſt mortem, quàm ſe,
quæ huius donationis natura eſt[o]. Nec exiſti-
D mo conſenſum hunc ad ſupplendam filij perſo-
nam requiri, aut loco auctoritatis eſſe, cùm lex
ſimpliciter permiſsionem, aut voluntatem pa-
tris requirat, & alibi dicat, pari ratione adhibe-
ri, qua in donatione inter viuos requiritur[p]. Vn-
de & receptior eſt ſententia valere donationem
hanc patri conſentienti factam, quamuis in rem
ſuam nemo queat auctorari[q]. quod ex facto A-
lexander reſpondit[r], & verbis legũ quadrat[ſ].
Igitur ex ſuprà ſcriptis conſtituenda eſt regula
E generalis, vt † donatio cauſa mortis propriè ſit 12
contractus, & ſecundum naturam contractuum
iudicetur[t]. Hinc eſt, quòd legatum acceptans
approbare teſtamẽtum videtur: cùm ſecùs ſit, ſi
donationem cauſa mortis acceptauerit[u]. Hinc
quoque eſt, quòd ad eius confirmationem adi-
tione hæreditatis non eſt opus[x]: imò ſtatim
ante aditionem hæreditatis ex ea oritur actio
perſonalis[y], quæ tamen bonæ fidei eſt, nec ali-
qua in rem aut hypothecaria competit[z], quam-
F uis aliud in legatis ſit. Et lex nouella Iuſtiniani
in contractu donationis actionem ex pacto nu-
do concedens[a], etiam in donatione cauſa mor-
tis locum habebit[b], quia † & conſtat mutum ſti 13
pulari non poſſe, & tamen donationem cauſa
mortis celebrare poteſt[c]. Nec me mouet, quòd
in lege nouella quædam verba ſint, quæ ſoli do-
nationi ſimplici conueniant, veluti dum inſinua
tionis mentionem facit, dum plenam liberalita-
tem appellat, dum neceſsitatẽ traditionis indu-
cit: quia ſatis eſt, verbum principale donationis
huic

a l. filiæ. ij. C. de collat.
b Bar. in rub. de acquir. hæred. & l. qui in alienam. eo. tit.
c Inſtit. de pat pot. in princ.
d Inſtit. de don. §. j.
e l. non omnis. ſi cer. pet. l. Iulianus. ī. eod.
f l. j. §. fuit quæſitum. ubi Doct. ad Trebel.
g l. fi. §. filiis autem. C. de bon. quæ lib.
h Bart. d. l. iam is. § j. Bal. l. ſi ſi-ne. C. ad Vellei.
i l. inter. de don. cauſ. mort.
k l. mortis. in fi. de don. int. uir.
l Bart. d. §. j. d. l. fi. §. neceſsitatẽ. ubi Doct.
m l. filius. §. pari. de donat.
n d. §. pari. Soc. conſil. cxij.
o d. §. j.
p d. § pari.
q d. l. de auctor. præſt. ubi Bart.
r Alex. conſil. cvj. uol. j.
s Iaſ d. l. j. §. fuit quæſitum.
t l ei, cui de don. cau. mor. ubi Doct. l. ſenatus. §. fi. eo.
u l. ſi uerò. §. ſed & ſi mortis. de bo. liber.
x gl. l. poſt legatum. §. penul de his, qui ut indig. l. etiam. de inof. teſt.
y gl. l. non uidetur. l. Seia. de don. cau. mort.
z gl. l. fi. C. eo.
a l. ſi quis argẽtum. C. de don.
b gl. l. cũ pater. §. Mæuio. de leg. ij.
c l. diſertis. C. qui teſt. fac.

a c. indemnitatibus. §. penult. de elect. in vj. l. regula. §. & licet. de iur. et facti ignor.
b in auth. Græco, conſt. clxxj.
c l. qui patitur. mandat.
d l. cùm quid. ſi cert. pet.
e Guil. Bald. d. l. lenium.

huic conuenire. nec lex per ſequentes clauſulas ideo reſtringetur [a]. nã & neceſsitas traditionis nulla in donatione inter coniuges eſt, & tamen pacto nudo eam perfici, ſuamque legem de ea quoque intelligi Iuſtinianus ipſe alibi tradidit [b]. Et ex his conſequens eſt, vt etiam pacto tacito contrahi donatio hæc poſsit, vt ſi is, cui donatur, ſit præſens, & taceat. videtur enim acceptare [c]. Nec in contractibus differentia eſt, expreſsè quis conſentiat, an tacitè [d]. Nec ſpeciale eſt, vt tacens videatur conſentire, quod Aretinus credidit, ſed potius ex regula generali procedit. Nec etiam tali caſu erit pollicitatio, quod aliqui tradiderunt [e]: quia (vt alibi docui [f]) pollicita-
14 tio † eſt oblatio in futurum acceptãda, non tunc cùm contrahitur: & ita ab Angelo & Socino reſponſum extat [g], quod & Ruinus hîc aduerſus Aretinum probat. Hinc quoque ſequitur, vt ſi lex donationem prohibeat, etiam quæ mortis cauſa fit, prohibita cenſeatur [h], licet non pauci aliter ſenſerint, quorum ſententia ſecundum infrà ſcriptam diſtinctionem poſſet defendi. Quod etiam procedit, ſi obligationem prohibeat. etenim tali contractu obligatur donans, vt Socinus reſpondit [i]. Sed quid, ſi contractum? vt quia lex dicat, Mulier abſque agnati conſenſu cõtrahere nequeat? & Ancharanus reſpondit [k], idem eſſe, vt donare cauſa mortis nequeat, quem Alexander & Socinus ſecuti ſunt. Putarim tamen, ſi in ea voluntate mulier deceſſerit, valere contractum in vim legati [l], quia tunc verba ſtatuti non obſtabunt, vt infrà de adoleſcente dicemus. Et hæc quidem, quod ad regulam attinet ſatis.

15 Sunt † tamen tres caſus, quibus hæc donatio non contractus, ſed vltimæ voluntatis naturam ſeruat: qui quoniam frequentiores ſunt, & ferè regulam ſubuertunt, cenſuit Iuſtinianus generaliter vltimis voluntatibus hanc donationem magis accedere [m]. Primus, quoties legi fieret fraus [n]: exempli cauſa, ad tollendas ſubornationes teſtium, quæ in vltimis voluntatibus facilimè fiunt: quia in eis de eius facto, nempe teſtatoris, tractatur, qui amplius in rerum natura non eſt [o], lex maiorem teſtium numerum requiſiuit: ergo & in donatione iſta requiretur. ſubeſt enim eadem ratio [p]. Qua ratione cæcus non donabit cauſa mortis, niſi ſeruata ſolennitate, quæ in codicillis neceſſaria eſt [q], tametſi ſciam à quibuſdam inter conſilia Bal. aliter reſponſum fuiſſe [r]. Huc pertinet etiam, quòd cùm teſtator legi Falcidiæ renuntiare nequeat [s], ſicut ea in legatis locum habet, ita & in donatione hac procedet [t], alioquin facilè fieri fraus ei legi poſſet. Hinc infertur, vt ſi lex municipalis prohibeat, ne vir vxori vltra quartam in vltima voluntate poſſit relinquere, nec donatione quidem cauſa mortis hoc facere valeat [u], alioqui paratiſsima eſſet legi fraus [x]. quod aliàs aduerſus Decium [y] obtentum fuit [z]. Vnde quoque & illud conſequens eſt, vt ſicut ſocer nurui donare cauſa mortis non poteſt [a], & legare non poſsit, aliàs fraus legi fieret [b]. quod Raphael, Puteus, Ruinus tradiderunt. Quòd ſi mulier effectu efficeretur locupletior, ceſſat fraus, & donatio concedere-
16 tur, licet Accurſ. [c] aliter ſenſerit. Alter † eſt caſus, quoties donatio hæc à principio aliqua ra-

f dixi. rub. C. de pactis.
g Ang. conſil. lxxxiij. Berta. Socin. cxij.
h l. alienatum. §. donationis. de uerb. ſignif. ubi dixi, Bart. d. l. filius. ij. oppoſ. Bald. c. quia. de iudic.
i Soc. d. cõſ. 112. uerſ. quarta difficultas. Abb. conſ. xl. in j.
k Anch. conſ. cclxxxiij.
l arg. l. omnib. de donat. cauſ. mort. l. ſi cum. §. ſi. cum l. ſeq. de donat. inter uir. & uxor.
m d. l. ſi. §. j. Inſtit. de donat.
n l. quod cõdicillis. de donat. cauſ. mort. gl. l. j. uerb. donationum. C. de ſecũ. nupt. l. j. §. j. de iis, quæ in frau. patro. Bal. l. ſi uniuerſæ. C. de leg.
o Bal. c. unico, §. ſi quis ſe. ſi de inueſti. inter do.
p l. ſi C. de don. cauſ. mort.
q l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fac. quod & Rui. hic docet, Iaſ. conſ. lxxxij. in ij. uol.
r Bald. conſil. cclxviij. an cæcus. v.
s l. quod de bonis. §. j. ad leg. Falcid.
t l. & mortis. l. penul. C. ad leg. Falc.
u Alexan. conſ. xxvj. in ij. Ripa hic.
x gloſ. c. quanquam. in ſi. de uſuris, in vj.
y Dec. conſ. cxcvj.
z arg. l. j. C. de donat. cauſ. mort.
a l. mortis. de ... de dote præleg. ubi Raph. & Put. Ruin. hic.
b l. quod conditionis. eod. tit.
c d. l.

tione non ſubſiſtit, vt ex poſtfacto poſt mortem teſtatoris valeat, & in vim legati ſuſtineatur, veluti cùm abſente facta eſt [d], quod Bartolus tradidit [e], & alij ſequuntur [f]: vel cùm ei adiecta eſt conditio impoſsibilis. licet enim contractum vitiet, non tamen impediet, quin in vim legati ſuſtineatur [g], quod Alexander hîc tradit. Idem, ſi donatio ex alicuius ſolennitatis defectu ſit nulla. remiſſa enim in teſtamentis ſolennitate, cen-
A ſebitur & in ea remiſſa [h]. Sed quid, ſi lex in alicuius fauorem prohibeat ei contractum? & videtur non prohiberi donationem cauſa mortis, quia cùm reuocari poſsit, non videtur ſubeſſe probabile damnum. at Ruinus contrà: quia qua ratione ſuſpectam lex habuit contrahentis facilitatem, eadem & credidit fore, vt non reuocaret [i]. Hinc infertur ad ſtatutum, quòd mulier non poſsit contrahere abſque cõſenſu agnati, ſi donabit cauſa mortis, non valebit donatio:
B confirmabitur tamen morte in vim legati, ſecundum ſuprà ſcripta. Qua diſtinctione & in adoleſcente vtendum videtur, qui cùm curatorem haberet, cauſa mortis eo irrequiſito donauit. Verius videtur, quod Baldus ait [k], & Alexander hîc ſequitur, vt donatio non valeat: confirmetur tamen morte in vim legati [l]. conſtat enim adoleſcentem & teſtari & fideicommittere poſſe [m]. vnde & talem donationem confirmare poterit. Fortiùs cenſuit Bartolus, etiam ſi à principio hæc
C donatio ſubſiſtat, ſi tamen donator deinde teſtatus ſit, eamque approbauerit, incipiet in vim legati valere: quia cùm potuerit eam reuocare, & non fecerit, agitur ex confirmante potiùs, quàm ex confirmato [n]. Cui ſententiæ locus (vt ego arbitror) eſt etiam, cùm donatio poſt ipſum teſtamentum facta allegaretur [o]. nec enim lex diſtinguit, quicquid aliqui hîc comminiſcantur. Sed quid, ſi donatio hæc in ipſo teſtamento facta ſit? & receptius videtur hoc quoque caſu indiſtinctè
D naturam legati imitari. quia quamuis etiam ſimplices contractus poſsint in teſtamento fieri [p], tamen hîc contractus, qui mixtam naturam habet, videtur potiùs vltimæ voluntati eo in caſu accedere, quod plerique tradiderunt [q], & ex facto Decius reſpondit [r]. At alibi idem Decius aliter reſpondit, & ſi in teſtamento interueneri ſtipulatio, adhuc ſimplicis contractus vim habere hãc donationem fortiùs exiſtimauit [s]. quam ſententiam in caſu ſuo ſuprà non probaui [t]. In
E hac ergo ſpecie donatio cauſa mortis ſecundum naturam legati iudicabitur, & fideicommiſſum quoque appellari poterit [u]: & ideo ex ea poſt mortem incontinenti dominium transferetur [x], & prohibitio alienationis in ea facta dominij tranſlationem impediet adiecti vitandi gratia: quod Raphael cenſuit [y], & ex facto reſpõdit [z], licet aliud ſit, ſi ſimplici contractu prohibitio facta proponeretur [a]. Et tali caſu prohibitus te-
F ſtari, non poterit donare, quod Bartolus generaliter tradidit, & aliqui ſunt ſecuti [b]. nam & ſtatutum de vltima voluntate loquens, tunc ad hãc donationem trahetur [c], vt Baldus & Salicetus quandoque ſcripſerunt, licet alibi varient, vt hîc Alexander tradit. Rurſus tali caſu inter cõdonatarios erit iuri accreſcendi locus [d]. quod intelligo etiam ſi res, viuo donatore, fuiſſent traditæ. licet enim poſt acquiſitionem tali iuri locus non ſit [e], tamen hoc caſu non dicitur perfecta acquiſitio, donec mortuus ſit donator [f]: vnde poterunt donatarij repudiare [g]. Tertius

† eſt

d l. ſi donatio. C. de donat.
e Bart. l. j. §. de don. cauſ. mort.
f Dec. conſil. clxxxiij.
g l. impoſsibilis. de uerb. oblig. ubi Alex.
h Marcellus. de don. cau. mort.
i l. doli. uerſ. dicentium. de nouat.
k Bald. c. j. §. item ſacramenta. de pace tur. ſir. Cor. conſil. xlj. v. laſ. §. j. inſti. de actio.
l l. j. §. j. ubi Bald. & Pau. & ratio. d. ...
m l. Aureliũ. §. Caio. de liber. legat.
n Bart. l. ij. de leg. præſt.
o d. l. poſt legatum. §. penult. ubi Bart.
p l. hæredes palàm. in fin. de teſtam.
q Doc. d. c. quanquam.
r Dec. conſil. cclxv. Bald. conſ. cclxv. quæritur utrũ uſuratius. lib. ij.
s d. conſ. cxcvj.
t arg. l. j. C. de don. cauſ. mort.
u l. & fideicommiſſum. §. tit. ij.
x gl. l. j. in fin. de public. Bald. l. licet. C. de ac. l. ex hac de don.
y l. cum pater. §. ij. §. tit. j.
z Raph. conſ. ult. & l. illius familias.
a l. ea lege. C. de condic. ob cauſ.
b gl. Bart. d. l. ſi, is, in princ.
c l. cum hic ſtatus. §. ſi miles. de don. int. uir.
d l. j. in ſi. C. de cad. tol.
e l. j. in ſi. de uſufr. accreſc.
f l. cum pater. §. eorum. §. tit. j.
g l. nõ uidetur. de don. cauſ. mort.



17 † eſt caſus, qui ad donationis reuocationem pertinet. etenim in hoc naturam vltimæ voluntatis ſeruat [a], cùm alioqui contractus regulariter pœnitentiam non recipiant [b]. Sed nunquid ſicut quinque teſtibus probanda eſt donatio [c], ita & totidem probanda ſit reuocatio? & Dec. [d] ex facto reſpondit, vel duobus poſſe probari. in quam
18 ſententiam ego facilè non accederem, cùm † quæ ſolennitas actui cõficiendo neceſſaria eſt, eadem & in deſtruendo requiratur [e], quod communiter in codicillis quoque receptum eſt [f]. Hinc infertur, vt ſicuti alienatione ſponte facta legatum reuocatur, ita etiam huiuſmodi donatio [g], quod Dinus cenſuit, & receptiſsimum eſt. Quod aliqui intelligunt, niſi alienatio ſit nulla. nam enim tacita voluntas, quæ inde præſumitur, reuocationi actus validi ſufficit [h]. Addo ego verum, niſi alienatio teſtamento facta ſit. tunc enim donatarius fideicommiſſo oneratus ſolùm intelligitur [i], non autem (quod in duobus legatariis eſt) concurſu fiunt partes [k]. Sed quid, ſi alienatio neceſsitate facta ſit? & non reuocari Doctores cenſent, ſicut nec legatum reuocatur [l]. Defendi tamen poſſet alienando indiſtinctè induci pœnitentiam [m]. Videtur enim, qui alienat, eas res adhuc in bonis ſuis computare, ſicque pro donatis non habere [n], tametſi hac in re alias rationes Accurſius attulerit [o]. Vnde conſequens eſt, faciliùs hanc donationem reuocari, quàm legatum. nam & donatio in periculo mortis facta, donatore conualeſcente, reuocatur: at legatum perſeuerat, quod alibi attigimus [p]. Accedit his, quod proditum eſt teſtatorem ſupra Falcidiam legando videri eatenus donationem mortis cauſa hæredi factam reuocaſſe, ideoque eam ſibi hæres pro portione hæreditaria imputat [q]. quod Alexander cenſuit [r]. Rurſus infertur, vt ſicut in legato, quod à filio poſt eius mortem factum eſt, ſubauditur conditio, ſi deceſſerit ſine liberis [s], ita cùm filio cauſa mortis donatur adiecta lege, vt ad alium perueniat [t]. Sed quid, ſi donator quidem reuocauit, ſed abſque hærede mortuus eſt? & Angelus nullius effectus eſſe reuocationem cenſuit [u]. Quæ ſententia non conſiſtit. aut enim res tradita eſt, & tutus erit donatarius eo iure, quo poſſeſſor actorem excludit, cuius nõ intereſt [x]: aut non eſt tradita, & reiicietur donatarius exceptione reuocationis, quæ cùm agentem ipſo iure excludat, poterit à quolibet oppo-
19 ni [y], idque receptius eſt [z]. Quid, ſi † donator deinde condiderit teſtamentum, & in eo clauſulam illam adiecerit, *Caſſans & reuocans omne aliud teſtamentum, vltimamq; voluntatem*? &c. & Angelus Perillius hîc cenſuit donationem reuocatam. Quæ ſententia certior eſt, ſi nulla alia voluntas præceſsiſſet [a], vel maximæ quantitatis hæc donatio eſſet, quæ aliàs commoditatem hæredis multum imminueret [b]: alioquin in re modica promptius eſt, vt credamus vltimæ voluntatis appellatione de hac non ſenſiſſe teſtatorem, quæ propriè ad contractus pertinet [c]. Qua tamen in re amplius deliberandum eſt. enimuerò aliquando Doctores poſſe legem noſtram legis municipa-
20 lis cenſura corrigi. Quid † ergo ſi ſtatutum vetet, ne qui XXV. annis minor ſit, teſtari poſsit, ac nec fideicommittere quidem poterit? & Bartolus cenſet non poſſe, vt ſtatutum de teſtamento loquens, per legis noſtræ regulam ad fideicõmiſſum extendatur: quam extenſionem paſsiuam ille vocat [d], quæ ſententia receptiſsima eſt.

a l. non omnis. ſi cer. pet.
b l. ſicut. C. de act. & oblig.
c d. l. ſi.
d Dec. cõſ. 350.
e gl. l. cùm proponeretur. §. tit. j. Bal. l. ſi. C. de fideicommiſſ.
f l. j. §. g. uin l. Stichũ, qui. §. eod.
h l. ſi quis ante. ubi Soc. de acq. poſſeſ.
i l. Seia. de dote præleg.
k d. l. ſi plurib. §. eod. leg. cũ maritus. §. ii. ubi Fulgoſ. de pact. dot.
l d. §. ſi rem. Inſtit. eod.
m l. cũm hic ſtatus. §. ſi maritus. de don. int. uir. ubi Fulgoſ. & l. ſi. §. Lucius. ubi Comen. de donat.
n d. l. ſequens.
o l. ſi maritus. C. de don. int. uir.
p d. l. non omnis.
q gl. l. filium, quẽ habentem. C. fam. ercif.
r Alex. in quartam. ad leg. Falcid.
s l. generaliter. §. cũ autem. C. de inſtitut.
t gl. l. j. C. de don. cauſ. mort.
u l. j. §. qui ſine manu.
x l. ſi. C. de rei uend. l. v. ſi uſuſfr. pet.
y Bar. l. iij. de except. rei iudic.
z Doct. l. qui Romæ. §. Flauius. de uer. oblig. Corn. conſ. lxviij. in iij.
a l. nepoti. uerſ. an quod. de fũd. inſtruct.
b l. pen. in ſi. §. tit. j. vbi Doctor. Ioã. Andr. Gem. d. c. quanquam. cd. l. alienatum. §. j.
d arg. l. j. §. lex Falcidia. §. ad leg. Falcid. l. j. §. j. de mun. uerſ. his. gl. l. quod uero. §. de legib. l. ſi quis ſeruo. ubi Caſ. C. de furt.

Nec me mouet Raphaelis diſſentiẽtis ratio, quia regula (inquit) ius non efficit, ergo ex ea non debet fieri extenſio [e]. Reſpondeo, non conſtituit ius, ſed ex conſtituto creatur, & (vt Rhetores aiunt) eſt quaſi cauſæ complexio, quę tamen declarat, quod ius iam conſtitutum ſit, vt meritò ex ea argumentari liceat. Minus me mouet aliorum ratio, qui, prohibito teſtamento, quod eſt plus, non debet, inquiunt, prohiberi codicillo-
A rum factio, quod eſt minus [f]. Reſpondeo, imò paribus paſsibus ambulant, & æquali poteſtate iure publico cenſentur, vt ſuprà docui. Conſtituenda ergo eſt concluſio, vt † etiam in correctoriis extenſioni paſsiuæ ſit locus [g], idque ſentiunt communiter hîc Doctores. Quod intelligendum eſt, quoties lex antiqua per modum regulæ ſpecialiter hoſce caſus æquiparat, vt in lege noſtra: ſecus, ſi in aliqua re duntaxat inducatur ſimilitudo: quia in correctoriis de ſimili- 21
B bus ad ſimilia non procedimus [h], vt Raphael hîc ait. Vnde lex nouella, quæ aduerſus Veteres filio quantitatem legitimæ ſupplebat, ad tempus non trahebatur [i], tametſi regulariter de re ad tempus argumentetur [k]. hoc enim argumentum generale eſt, nec ex ſpeciali æquiparatiõne procedit [l], quicquid hîc Ruinus tradiderit. Item intelligendum, niſi verba legis eiuſmodi eſſent, vt ad leges futuras non traherentur, qualia erant in regula Catoniana [m]. quod idem Raphael hîc
C tradit. Rurſus intelligendum, niſi caſus ſuperueniens commentitij iuris eſſet, & infirma ratione niteretur [n]. vnde quamuis regula antiqua velit, vt ad quem hæreditas pertineat, eò & tutela redeat [o], ſi mater diſpoſitione ſtatuti ab hæreditate excludatur, non tamen à tutela reiicietur, quod Veteres cenſuerunt, vt Aretinus hîc refert [p]: quoniam ea tutelæ delatio, quam mater obtinet, anomala eſt, & ſola Iuſtiniani indulgentiã conceditur [q], nec in ea ad ſucceſsionem
D attendimus. Qua ratione, ſi ſtatutum ætatem minorum coarctet ad XVIII. annum, quoniam non magna ratione innititur, ad matrem non porrigetur, quæ cum minor XXV. annis eſſet, tutorem filio non petierit [r]. durum enim eſt hæreditate eam priuari [s], quamuis ſciam alios aliter reſpondiſſe [t]. Item intelligendum, vt eatenus extenſio hęc locum duntaxat habeat, quatenus æquiparatio à lege veteri eſt facta. [u] vnde
E lex noua, quæ in rei vſucapione bonam fidem auctoris requirit [x], ad Publicianam non producetur [y]: quod & Bartolus ait [z]. quod enim ad bonam fidem attinet, non reperiuntur hæ actiones lege veteri æquiparatæ. Illud ſemper eſt obſeruandum, vt id rationem regulæ in primis attendamus, vt nec extenſio quidem paſsiua locum habeat, quoties diuerſitas rationis prohiberet [a]. quod & Bartolus alibi tradidit [b]. Adiicit hîc Baldus, ſi ex aliqua cauſa numerus te-
F ſtium in teſtamentis reſtringatur per ſtatutum, putà vt quinq; in teſtamento ruſtici ſufficiant [c], non ideo conſequens eſſe, vt tres codicillis duntaxat adhibiti ſufficiant: quia pro regula traditum non eſt, vt ſemper duo teſtes ad minus adhibeantur codicillis [d]. quæ ſententia vera eſt. Exiſtimarim † tamen poſſe ſtatutum extendi, vt 22

L. 2. Sciendũ.
e l. j. de reg. iur.
f l. relegatorũ. §. pen. de interd. & releg.
g l. Marcellus. de don. cauſ. mort. Bart. l. Marcellus. ad Trebel.

I.
h l. nõ poſſunt. de legib. gl. §. ſi. uerb. impleuerit quib. ex cauſ. manu. non lic.
i l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſtam. Ruin. hic.

II.
k §. ad certum. ubi. no. Inſtit. qui dar. tut.

III.
l §. ad certum. in princip. iuncto. uerſ. certæ. Inſtit. qui teſt. tut. poſ.
m l. ſi. de reg. Cat.
n arg. l. fin. & auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. Bald. l. iij. C. de iure dot.
o §. ex his. in authen. de hæred. ab inteſt. uẽ.

IIII.
p Ioan. And. In Spec. de curat. §. fin.
q Salic. authen. matri. q. ix. quæ do mulier tut.

V.
r l. ij. C. ſi aduer. uendit.

VI.
s arg. l. ij. uerſ. ita tamẽ. C. de iis qui uen. ætat.
t Dec. c. ex parte. ij. in fin. de appel.

u gl. l. tam is. §. ſi.
x auth. malæ fidei. C. de præſcrip. long. temp.
y gl. c. abbates uerb. domini. de re iud. in 6.
z Bar. l. cum qui §. ait prætor. de publicia.
a gl. §. omnem. uerb. cautione. in auth. de litig.
b Bart. l. hæres abſens. §. ſi de iudic.
c l. ſi. C. de teſtam.
d Bart. l. illud. C. de ſacroſanc eccleſ. l. in contractibus. in princip. C. de non numer. pec.

non

non plures in codicillis, quàm in teſtamento re-
quirantur[a]: aliàs abſurdum eſſet, vt ſi ſtatutũ tres
teſtes ſolùm in teſtamentis requireret, in codi-
cillis, vel donationibus quinque adhibẽdos cre-
deremus. quod & Caſtrenſis & Alexander rectè
docuerunt[b]. Vnde
ſi ſtatutum trienna
lẽ cauſarum inſtan
tiam[c] ad XL. dies
reſtringat, exiſti-
mauerim eam, quę
ad nunciationẽ no
ui operis pertinet,
nõ ad quatuor di-
es, vt Azo cenſuit,
coarctandã, ſed in-
tra XL. finiendã[d].
Sanè & quoties de rebus agitur, quæ quadã con
ſequentia conuertuntur, gradatimque conferun
tur, vno correcto & reliquum correctum cenſe-
bitur[e]. qua de re lib. De verborum ſignificatione
ſecundo latiùs diſputaui.

a d.l. Marcellus. de don. cauſ. mort.
b Bal. Salic. d.l. ſi.
c l. properandũ. C. de iudic.
d l. j. C. de oper. no. nunt. ubi Azo in lect.
e gl. de generalem. de ætate. c. cùm in cunctis. elect. gl. c. nõ debet. de conſang.

## LEX III.
### VLPIANVS libro IV. ad Sabinum.

A HÆc verba a teſtatoris, QVISQVIS MIHI EX SVPRA SCRIPTIS HÆRES ERIT: aut SI HÆRES ERIT SEIVS: uel, SI HÆREDITATEM ADIERIT: ſubiectum legatum, vel ſideicommiſſum non faciunt cõditionale.

## LEX III.


2 *Actus non eſt interpretatione reddendus conditionalis.*
3 *Legatum in dubio non præſumitur conditionale.*
4 *Aditione hæreditatis legata confirmantur.*
5 *Conditionis non neceſſaria exempla.*
9 *Declaratio & fallentiæ regulæ in textu poſitæ.*
10 *Coniecturarum incertitudo.*
11 *Natiuitatem obligationis tacita conditio ſuſpendit.*
12 *Legati conditionalis caſus.*
13 *Ampliatio & effectus regulæ legis,* Hæc verba*, &c.* 14.
15 *Clauſula codicillaris nouam conditionem inducit, & operatur certitudinem legatum debitum iri.* 16.
17 *Legati & exhæredationis, quo ad tempus effectus differentiæ.*
18 *Tempus aditæ hæreditatis conſiderandum: eiusq; rei vtilitas.*
20 *In clauſula diſpoſitiua expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt, nullius operationis eſt.* 21.
22 *Tacita à iure communi intellectum recipiunt.*
23 *Quæ tacitè inſunt, per expreßionem generalem non reſtringuntur.*
24 *Reciproca ſubſtitutio æqualem admißionem operatur.*
25 *Taciti & expreßi æquiparatio.*


a
1 HAEC VERBA *a.* ¶Expreſsio † cõ-
ditionis, quæ alioquin neceſſariò
inerat, nihil operatur[f]. Quæ res
prima facie non mediocrem dubi-
tationem habebat. Cùm enim poſ-
ſit teſtator, ſi velit, facere, vt talis conditio efficax
ſit[g], videbatur præſumendum id actum eſſe, ne
aliàs expreſsio aliorum verborum ſuperflua eſ-
ſet[h]. Sed tamen hîc deciderur contrarium: quia
veriſimilis eſt teſtatorem ſe ad ius retuliſſe, &
quod à lege diſpoſitum erat, expreſsiſſe[i], & ni-
hil innouare voluiſſe[k], cùm diſpoſitio hominis
legis diſpoſitionem non tollat, niſi extraordina-
2 riam & commentitiam[l], præſertim † cùm in am
biguis nunquam ea accipiatur interpretatio, vt
actus conditionalis reddatur[m]. nec enim facilè
3 conditio ſubauditur[n]. Vnde † & in dubio lega-
tum potiùs in diem, quam ſub conditione præ-
ſumitur[o]. Nam etſi vim conditionis expreſsio
illa ſeruaret, impediretur tranſmiſsio, quam ta-

f l. uerba. de cond. inſtit.
g l. in conditionib. §. j. de cõd. & demonſt.
h l. ſi quando. ſ. eo.
i arg. l. Gallus. §. j. de lib. & poſthu. l. poſt dotem. ſol. mat. in ij. leg. Alex. hic.
k l. ij. de conſt. prin.
l l. fi. C. de pac. cõuen. ubi Bar.
m l. Bar. cũ mota. C. de trãſact.
n l. ſi ita ſtipulatus. § Chryſogonus. in fi. de uerb. oblig.
o l. ſi Titio. in fi. quãdo dies leg. ced.

men ſecundum mẽtem teſtatoris fieri conſtat[p].
Hincque conſequens eſt, vt præſumptio illa, vt
verba aliquid operentur, ſit tenuis & infirma, &
ideo ſuperioribus, tanquam potentioribus, ce-
dat[q]. videmus enim plerunq; teſtatores multa
adiicere, quę abun-
dant[r], frequentiſ-
ſimumque eſt bat-
talogiæ apud o-
mnes vitium[s]. vn-
de & tot figuræ a-
pud Grammaticos,
vt tautologiæ pleo
naſmi, periſſolo-
giæ, macrologię, &
ſi qua ſimilia. Ad-
didere Alexander,
Ruinus, aliique Recentiores, nihil referre, quòd
teſtator legando adiecerit, *Sub ea conditione*, &c.
B quia huiuſmodi verbis non ideo infertur voluiſ-
ſe eum, vt impediatur tranſmiſsio, & ideo à re-
gula legis noſtræ receſſum non eſt. nec enim na-
tura modi hiſce verbis mutatur[t]. At Baldus in
re dubia magis cenſet ſtandum proprietati ver-
borum, cui Caſtrenſis, Socinus. Iaſon, & Hercu-
les aſſentiuntur, probabiliſque eſt ſententia, ſi a-
liquæ præterea coniecturæ adſint, aliàs non eſt à
ſuperiore, quæ receptior videtur, recedendum.
nec enim verba repugnant. eſt enim conditio, li-
C cet quod ad tranſmiſsionem attinet, effectu ca-
reat[u], ſed ſecundum ius commune accipiatur.
Sanè aduertendum eſt, verba legis noſtræ in con
ditione concepta eſſe, quæ actui neceſſaria eſt, vt
† enim legata debeantur oportet aditam eſſe ex 4
teſtamento hæreditatem[x], vel ab inteſtato[y]: a-
liàs efficeretur irritum teſtamentum, itemque
deficerent legata, nec poſſet teſtator efficere, vt
hęreditate non adita legata debeantur. quod in-
fra videbimus[z]. Quid ergo, ſi conditio de actu
D concepta eſſet, cui renuntiare teſtator poſsit? &
adhuc idem eſſe cenſuit Bartolus in ea ſpecie,
cum teſtator legatum ſub modo fecit, hoc adie-
cto, ſi legatarius de adimplẽdo modo cauerit[a].
Etenim conſtat poſſe teſtatorem talem cautio-
nem remittere, ſi velit[b]. Apparet autem eorum
verborum expreſsione noluiſſe eum remittere,
ſed magis ius commune imitari, vt maiore cau-
tela ſuccurreretur, qua de re infrà. fuere enim qui
diſſentirent. Sed † etſi conditio non tam neceſsi- 5
E tate, quàm iuſticię quodam colore requiratur, i-
dem erit. vnde conditio, ſi idoneus eſt, in benefi
cialibus diplomatis vim conditionis non ha-
bet[c], quamuis poſsit Pontifex etiam cum mi-
nus idoneo diſpenſare. Sic & illa clauſula. *Si ti-
bi conſtituerit*, vel, *Si probatum fuerit, condemna*, ad
quandam munitionem potiùs pertinet, quàm
ad conditionem[d]. quod & Innocent. tradi-
dit[e]. Sicut & clauſula illa, *Iuſtitiam facias*, quam
conſtat nouam mandati formam non induce-
F re[f]. Idemque & de vulgari illa alia dicitur,
*Fine debito termines*, &c. quæ ſæpiſsimè in de-
cretalibus pontificum epiſtolis viſitur. valet e-
nim ſententia, etiam ſi indebitè quis ſit con-
demnatus[g]. Sic & illa in reſcriptis condi-
tio, *Si preces veritate nitantur*, quamuis expreſſa a-
ctum non ſuſpendit, neque naturam conditio-
nis ſeruat[h]. qua tamen in re alij aliter[i]. Cæ-
terùm † & ſatis eſt, ſi conditionis neceſſariæ uer 6
ba pinguiùs, & ἐν πλάτει accipiantur, quod in con
ſilio Galli proditum eſt, in quo illa conditio,
*Si fi-*

p l. unica. § cũ igitur. C. de caduc. tol. in gl.
q l. diuus. de in integ. reſt. ubi Bal.
r l. teſtamentũ. C. de teſtam.
s l. nan ſolent. de reg. iur.
t l. Mæuia. de ma. teſt. c. ſignificaſti. de elect. l. ij in fi. de donat.
u l. Cornelius. in fi. de hær. inſt.
x l. ſi nemo. de teſt. tut.
y gl. l. qui filio. §. j. de hær. inſt.
z l. nemo poteſt. ſ. eod.
a l. huiuſmodi. in princ. ſ. eo. ubi Bar. l. quibus. §. Termilius. de cõd. & demõſt.
b l. ij. C. ut in poſſ. leg.
c c. fin. de præſump. ubi Doct.
d l. extat in fin. ubi Bart. quod met. cauſa.
e Innoc. c. prudentiam. de offic. deleg.
f Feli. c. cauſam, quę. de re iudic. Iaſ. l. qui Romę. §. fi. ij. notab. de uerb. oblig.
g c. cũ ad ſedẽ. de reſt. ſpol. ubi Butr. & Abb.
h c. ij. de reſcrip. ubi Felin.
i Felin. c. fin. de præſcr. char. pẽ. uerſic. cęterùm.



*Si filius meus intra decem menſes*, etc. neceſſaria actui vi
detur, & tamen quod tacitè ineſt, ſed craſsiùs ex-
primit: ideoque ſecundum ius accipitur, vt locũ
habeat, quamuis poſt paucos dies à decem men
ſibus nepos ſit natus[a], quia quandoque contin-
gat poſt decem menſes infantem naſci. Hinc
7 † etiam conſequens eſt, vt ſicut ſubſtitutio pupil-
laris ſimpliciter facta, continet vulgarem, quan-
docunq; pupillus omittat[b], ita etiam ſi cum ex-
preſſa limitatione pupillaris ætatis facta ſit. ine- A
rat enim tacitè illud tempus. ergo nihil operari
debet[c]. quod Salicetus & Imola cenſuerunt, &
ego aduerſus Bartolum ſum ſecutus[d]. Nec mo-
uet ratio Alexan. quod tale tempus non inſit ex
neceſsitate, cùm poſsit ad breuiorem diem ſub-
ſtitutio coarctari[e]: quia reſpondent aliqui ſatis
eſſe vtplurimùm conſueuiſſe teſtatores vſque ad
XIIII. annum eam producere. Ego verò, quia li-
cet poſsit teſtator, non tamen præſumitur vo-
luiſſe, ſed potiùs iuri communi adhæſiſſe: ideo- B
que adhuc legi noſtræ ſit locus, vt ſuprà dixi[f].
8 Sanè illud conſtat, in † decretis quoque præto-
rum ſuprà ſcripta procedere, vt cùm iudex tuto-
rem dat, ſi ſatiſdederit, non conditionis, ſed ad-
monitionis vim ea clauſula habet[g], quod ad va-
rias quæſtiones ibi Doctores inducunt. Addit
Iaſon, in ſpiritualibus quoque huic regulæ locũ
eſſe, & ideo ſimoniaci ambitus reum non eſſe,
qui ſacerdotium acceptauit hac conditione, vt
quamprimùm vacatura præbenda ſibi confera- C
tur[h]. Subiicit Bartolus, quod hîc de conditio-
ne dicitur, locum quoque habere in verbis diſ-
poſitiuis, vt ſi his verbis aliquid exprimitur,
quod tacitè inerat, nullius ſit effectus[i]. qua de re
infrà ſeparatim tractabimus. res enim magis du-
bia in conditione erat, quæ quandam formam
inducit[k], & in conditione nihil videtur teme-
9 rè, vel ſuperfluè adiectum[l]. Videamus † nunc
quibus caſibus regulæ locus non ſit. Et in pri-
mis ſciendum, licet hîc dicatur huiuſmodi lega- D
tum non effici conditionale, tamen reſpectu ef-
fectus tantùm intelligendum eſſet[m]. quod enim
ad vim, ſeu figuram verborum attinet, dubitan-
dum non eſt, quin conditio ſcripta ſit[n]. Vnde
qui conditionem exprimit, quamuis naturâ a-
ctus inſit, non dicitur ſimpliciter dixiſſe[o]: &
quamuis pupillaris ſubſtitutio vulgari inſit, ta-
men eius extenſi ſcripta diſpoſitio facit, ne actus
ſimplex videatur[p]. Quod ſemper intelligẽdum
eſt reſpectu formæ verborum. reſpectus enim ef- E
fectus aliud eſt, ideoque receptior eſt ſententia,
videri eum poſitionibus ſimpliciter reſpondiſſe,
qui conditionem adiecerit ex natura actus neceſ
ſariò prouenientem: quod Baldus docuit[q]. ve-
riſimile enim eſt, legislatorem ad effectum po-
tiùs, quàm ad nudam verborum figuram reſpe-
xiſſe[r]. Quòd ſi conditio ex coniecturis ſolùm
ſubintelligeretur, ſecus eſt: quod idem Baldus
10 tradidit[s]. coniecturæ † enim incertæ ſunt, nec
quicquam neceſſariò inducunt. Nec tamen taci- F
ta hæc conditio omnino eſt inutilis. licet enim
tranſmiſsionem non impediat[t], natiuitatem
tamen obligationis, actionemque ſuſpendit, a-
deò vt non priùs oriatur obligatio, quàm hæres
11 adeat[u]. Sed † quæ eſt ratio, vt natiuitas obli-
gationis tacita conditione impediatur, tranſmiſ
ſio non impediatur? an quia faciliùs, quod naſci
prohibetur, quàm quod natum eſt, tollatur[x]?
quod aliqui hîc non ſatis conuenienter aiunt.
Rectiùs Baldus hîc, quia, inquit, tranſmiſsio ex

a gl. l. fi. in l. Gallus. in princ. de liber. & poſthu. vbi Bal. Imol. & Mod.
b l. 4. ſ. de vulg.
c l. hæredis. ſ. quand. dies leg.
d Bart. l. j. q. pen. de vulg.
e l. ſi ita quis. l. cũ plures. eo. tit.
f arg. d. l. huiuſmodi.
g l. muto. § ſub cõditione. de tut.
h gl. 3. c. ad audiẽtiam. de reſcrip. ubi Doct.
i l. non rectè. C. de fideiuſ.
k l. qui hæredi. de cond. & demonſt.
l Bal. auth. matri. C. quando mulier tut.
m d. l. Cornelius. in fi. de hær. inſt.
n d. l. Corn. in fin.
o l. Gallus. § j. de liber. & poſt. l. qui liberis. de vulg.
p l. j. in princ. de vulg.
q l. j. § ſi quis ſimpliciter. de vulgar. vbi Doct.
r l. j. in fin. quod quiſque iur.
s Bal. c. quia propter. de elect. Iaſ. hic.
t d. l. hæredis. & l. conditiones extrinſecus. de cõd. & demonſt.
u gl. d. § cũ igitur & l. item quia. de pact.
x l. patre. de his, qui ſunt ſui.



defuncti iudicio prouenit, obligatio legis au-
ctoritate naſcitur. At lex potius effectus ſuos,
quàm teſtatoris ſuſpendit[y]. Nec refert, an ta-
cita hæc conditio ſubrogata ſit in locum expreſ-
ſæ[z]. Nec rurſus refert, an deinde fuerit expreſ-
ſa, veluti cùm conditio adiecta hæredi, expreſsè
in legato repetatur[a]. nunquam enim impedi-
tur trãſmiſsio, licet natiuitas obligationis im-
pediatur. Hinc eſt, quod cùm ante aditam hæ-
A reditatem legatum non debeatur, non poteſt
interim legatarius repudiare[b], ſicut nec inte-
rim optare poteſt. qui enim vnum eligit, aliud
repudiat[c]. Nec etiam refert, an talis condi-
tio liquida ſit, an probatione indigeat. facta e-
nim probatione à principio, cenſebitur impedi-
ta obligatio: aliàs contractus exiſtimabitur pu-
rus[d]. Sanè ſi ea fuerit teſtatoris voluntas, vt ex-
preſsione conditionis velit legatum conditio-
nale effici, non eſt dubitandum regulam legis
B noſtræ (vt ſuprà dixi) non procedere[e]. ſemper
enim in conditionibus mens teſtatoris attendi-
tur. dicetur autem conſtare, quoties aliquæ con-
iecturæ adſunt, quibus appareat voluiſſe eum
tranſmiſsioni interim locum eſſe[f]. poteſt enim
eam impedire, ſi velit[g], & facere, vt quod tranſ-
miſsibile eſt, non ſit, & contrà. Rurſus dicitur
conſtare, ſi teſtator expreſsim dixerit, ſe ea con-
ditione legare, & præterea verba ad legatarium
retulerit: quod Caſtrenſis cenſuit[h], à quo alij
C diſſentiunt, tanquam hoc caſu nihil referat, ad
quem verba dirigantur[i]. Sunt tamen, qui de-
fendant, quando verba alia conditionalia ad-
iecta eſſent, quod non abſimili caſu Bartolus
tradidit[k]. Sed an in dubio conditio cenſeatur
eo modo expreſſa, quo tacitè inerat? & rece-
ptum eſt cenſeri. quod Alexander hîc docet.
Nec obſtat, quòd qui ipſo calendarum die pro-
mittit dare calendis, intelligitur de futuris, cùm
aliàs de præſentibus tacitè ineſſet[l]. quo argu-
D mento Aretinus à cæteris deſciuit[m]. Reſpon-
deo, tacitè ineſt, vt in præſentia debeatur, non
vt calendis debeatur. vnde cùm calendarum fa-
cta ſit mentio, ad proximas refertur, quod & a-
libi oſtendi. Cæterùm legatum quoque tunc
conditionale cenſebitur, cùm conditio illa ne-
ceſſariò non ineſſet tacitè, vt ſi pluribus inſtitu-
tis relictum ab omnibus legatum eſt, ſi vnus hæ-
res erit[n]. Cùm † enim aditione aliorum teſta- 12
mentum confirmari potuerit, neceſſariò quan-
E tum ad eorum partes nõ ineſt, vt hæres in con-
ditione poſitus adeat: ſicque Pomponij legem
Bartolus interpretatur[o]. Reſpectu tamen ſuæ
partis conditio tacitè ineſt, ideoque eatenus le-
gatũ conditionale non eſt: ſicut & cùm pluribus
inſtitutis non ab omnibus, ſed ab vno duntaxat
legatum ſit, ſi hæres erit[p], vt quod de parte lega-
ti dicitur, in toto quoque locum habeat[q]. tali
enim caſu legatum conditionale non cẽſebitur,
cùm nec totum, nec pars præſtari ab eo poſsit,
F qui non adiuerit. Dixerit aliquis, atqui præſta-
ri à cohæredibus poterit, ad quos hæreditas iure
accreſcendi cum onere legati, ex diui Seueri re-
ſcripto tranſit[r]. Sed reſpondet Socinus, Pom-
ponij legem hactenus correctam reſcripto diui
Seueri fuiſſe: quod ridiculum eſt, ideo ei ego
non aſſentio, cùm poſterior Seuero fuerit Pom-
ponius, conſterque eius tempore hæredita-
tem cum onere legati cohæredi accreſcere ſo-
litam[s]. Reſpondent igitur alij, ſuprà ſcri-
pta intelligenda in caſibus, quibus reſcripto

L. 3. Hæc verba teſtatoris.
y gloſ. l. fi. C. qui pot. in pig.
z l. quæ ſub conditione. § fi. de cõdit. Inſtit. ubi Bart.
a l. ſi dies. in fin. quando dies leg.
b gl. l. qui autem. uerb. legatũ. quæ in fraud.
c l. Iulianus. ſ. eo. l. optione. j. de optio. leg.
d gl. c. j. de ſponſ. in vj. in gl. fi. Doct. c. ad audientiã. eo. tit. in antiquis.
e d. l. in conditionibus. § j. de cõd. & demonſt. l. ſi ita fuerit. j. in fin. de man. teſt.
f Bal. d. l. j. ad fin. de caduc. tol.
g l. Lucius. 2. de hæred. inſtit. Bald. l ſi pater. q. 4. C. de inſtit. & l. j. 2. notab. C. ut actio ab hæred.
h Paul. d. l. in cõditionib. § i.
i d. l. ſi dies. in fi. d. l. ſi Titio. in fin.
k Bart. l. ſub conditione. in fin. de ſolut. Aret. con. cl. in prin. Dec. cõſ. 2.
l l. eũ qui calend. de verb. oblig.
m Aret. l. liber homo. § decẽ. eo. tit.
n l. ſi Titio. in fin. quando dies. leg. ced.
o l. ſi Titio. in fin. quando dies leg. ced.
p d. l. in conditionibus. § i.
q l. quæ de tota. de rei vend.
r l. ſi Titio. § Iulianus. ſ. tit. i.
s l. ſi duobus. § i. ſ. eod.

locus non eſt, hoc eſt, quando legatum non debetur à cohærede, vt quia nominatim relictum ſit[a]. quæ ſententia ſuprà ſcriptas leges nimium reſtringit. Verior ergo & receptior eſt Bartoli reſponſio, qui, quamuis, inquit, à cohæredibus repetitum legatum cenſeatur, id non principaliter ſecundum teſtatoris voluntatem eſt, qui illum tantùm grauauit, à quo hæreditas omiſſa eſt, ſed diſpoſitione potiùs legis inducitur. ſi quidem ei ius accreſcendi à lege prouenit[b], & repetitio legati ex reſcripto Seueri principaliter deſcendit[c].
13 Vnde † infertur ampliari legis noſtræ regulam, vt legata ſub conditione, ſi Titius hæres erit, relicta, non dicantur conditionalia, etiam ſi deberi poſsint abſq; Titij aditione, quando non ex voluntate expreſſa teſtatoris deberẽtur. Quod ad duas quæſtiones induci poteſt. Prima, quando Titio hæredi, à quo teſtator legauit, ſi hæres erit, alius vulgariter eſt ſubſtitutus, an tale legatum, quod à ſubſtituto repetitũ cenſetur, erit conditionale[d]? & Iaſon eſſe cenſuit, ſicque limitari legis noſtræ regulam, quia ſubſtitutus expreſſo teſtatoris iudicio admittitur[e]. Sed quamuis verum ſit ſubſtitutum non diſpoſitione legis, ſed teſtatoris admitti, non ſequitur, repetitionem legati ab inſtituto ad ſubſtitutum eodem modo fieri: imò videtur principaliter legis præſumptione id induci[f]. quod & Ruinus hic ſentit. Verius ergo eſt, hoc quoque caſu legi noſtræ locum eſſe, quod & receptius eſt[g]. Sicque poteſt etiam Vlpiani lex intelligi[h], qui dum de ſecundo hærede loquitur, poteſt videri de ſubſtituto intellexiſſe, vt Sadoletus hîc ait: tametſi ſatis appareat ſecundum hæredem eum accepiſſe non ratione gradus, ſed ſimplicis ſcripturę tantùm. quod & aliis in locis factum eſt[i].
14 Altera quæſtio eſt, cùm † Seius hæres à quo ſecundum ſuprà ſcriptam formam legatum eſt, hæreditatem ex teſtamento repudiet, & ab inteſtato adit. debebitur enim legatum legis auctoritate, non autem teſtatoris diſpoſitione, qui legatum ex teſtamento deberi voluit, illámq; conditionem, *Si hæres erit*, intellexit ex teſtamento[k]. Meritò ergo adhuc cenſebitur illa conditio ex neceſsitate actus ineſſe, ideoque non impediet tranſmiſsionem. Qua ratione ſi filio præterito inſtitutus ſit extraneus, & ab eo relicta ſint legata ſub hac conditione, *Si hæres fuerit, ſeu hæreditatem adierit*, talis conditio cenſebitur ex voluntate teſtatoris, tanquam neceſſaria, tacitè ineſſe, licet non nouellæ legis diſpoſitione, quæ legata conſeruat[l], vt Alexander, Iaſon, cæterique Recentiores aduerſus Baldum tradiderũt. ea enim legata ſoluit filius, quæ ab extraneo præſtari pater voluit, vt ſatis appareat prętér teſtatoris mẽtem id inductum eſſe, ideoque (vt ait Ruinus) diuerſum quoddam legatum cenſeri. Et ex his quoque infertur, vt ſi de legatis tractetur, quæ aditionem hæreditatis non requirant, (de quibus ſuprà diſputauimus[m]) nihilominùs adhuc regulæ legis noſtræ ſtandum ſit, cùm ea non ex voluntate teſtatoris ab eo præſtentur, qui grauatus eſt, ſed ex auctoritate legis potiùs: quod Raphael, Socinus & Hercules hîc docuerunt[n]. Sed quid, ſi in teſtamẽto adeſſet clauſula codicillaris? & tunc, cùm expreſsim grauati à teſtatore ſint, etiam legitimi hæredes, videretur legatum conditionale eſſe, quia illa verba *Si Seius hæres erit*, neceſſariò non inſunt actui, cùm legatum ſecundum teſtatoris mentem, etiam ab his,

a l. Celſus. §. pen. ſ. tit. i. l. ſi plures ſ. tit. ii.
b l. ſi in teſtamento. de vulgar.
c d. §. Iulianus. l. licet imperator. ſ. eod.
d l. imperat. ſ. eo.
e l. ii. §. ſi duo. de ſecund. tab.
f Alex. l. ſi cui. ii. ſ. eod. in princ.
g l. ab exhæredato. §. fi. ſ. eod.
h d l. in conditionibus. §. i.
i d. l. ii §. ſi duo. & l. ii. in fin. de cond. inſtit.
k l. ſi in teſtamento. in gloſ. l. ſi quis om. cauſa teſtam.
l auth. ex cauſa. C. de lib. præter. ubi Bal. uerſ. iiii. oppoſ.
m l. i. ſ. eod.
n arg. d. l. ſi in teſtamento.

qui ab inteſtato ſuccedunt, debeatur[o]. quod Bartolus hîc tradit, & ſequuntur plerique. Sed huic ſententiæ tria argumenta obſtant. Primum, quòd illa verba, *Quiſquis mihi hæres erit*, etc. habent vim clauſulæ codicillaris[p], & tamen in textu noſtro dicitur, non ideo legatum eſſe conditionale. Sed reſponde, ſuprà ſcriptam clauſulam tum demum vim codicillaris habere, cùm conſtat teſtatorem de quocunque hærede, etiam
A ab inteſtato, intellexiſſe[q]. In dubio verò cùm dicit, *Quiſquis mihi hæres*, etc. intelligitur ex teſtamento[r]. quæ receptior eſt opinio[s], ſicque legis noſtræ exemplum in codicillis non procederet. Alterum obſtat, quòd conditio, *Si Seius hæres erit*, perſonam Seij reſpicit. Vnde etiam ſi clauſula codicillaris in vim fideicommiſsi teſtamentum conuertit[t], debet tamen cum conditione ſua conuertere[u]. Ergo legatarius, ceu conditione defectus, excludetur. Sed reſponde,
B cùm Seius nolit eſſe hæres, & ſic ſua inſtitutio ſit irrita, infirmatur etiam conditio ei adiecta[x].
Et † per clauſulam codicillarem inducitur noua conditio ſimilis reſpectu venientium ab inteſtato, nempe ſi legitimi hæredes erunt. vnde apparet non omnino cohærere perſonæ Seij talem conditionalem[y]. Tertium obſtat, quia legatum, quod ſub eadem conditione debetur, ſub qua hæreditas, non dicitur conditionale[z]. At in caſu noſtro ex clauſula codicillari debetur hę
C reditas, ſi res ad cauſam inteſtati deuoluta ſit, quo tempore conditio, *Si legitimus adierit*, neceſſariò ineſt: ergo legatum non erit conditionale. Socinus & Ruinus huic argumento dant manus, aiuntque conditionale tantùm eſſe reſpectu cauſæ teſtamenti, & ſic communem hanc concluſionem limitant. Si ergo deliberante ſcripto hærede moriatur legatarius, non tranſmittet legatum, ſi poſtquam repudiauerit, deliberantibus legitimis tranſmittet. Cui ſententię conſe-
D quens eſt, vt ſi teſtamentum, quod ad Seij inſtitutionem attinet, ſit nullum, ideoque conſtet ſolùm legitimi locum eſſe, tũc legatum conditionale non cenſeatur[a]. quod Alexander hîc cenſuit talique caſu Raphael defendit. Addit Imola, quoties vnum ex pluribus hæredibus teſtator grauauerit ſub conditione, *Si hæres erit*, adhuc per clauſulam codicillarem legatum non effici conditionale, tanquam illa clauſula ad hunc caſum non trahatur, quæ legitimos vo-
E cat, quibus non eſt locus, exiſtentibus cohæredibus[b]: quorum reſpectu eam veriſimilius eſt à teſtatore adiectam fuiſſe, non autem iſtius, qui nominatim & perſonaliter grauatus eſt[c]. Quam ſententiam Alexander & Aretinus improbant. nam propter vim clauſulæ codicillaris non poteſt videri nominatim relictum[d].

Sanè dubium eſt, an concluſio ſuprà ſcripta his in caſibus procedat, quibus clauſula codicillaris in teſtamento ſubauditur, veluti cùm
F quis inter liberos teſtatus eſt[e], vel aliquid coniunctiſsimo reliquit[f], vel iuriſiurandi religione adiecerit[g]. Et fuere qui exiſtimarent, tali quoque caſu legatum conditionale cenſeri. ego contrà: quia tunc clauſula codicillaris non ex mente teſtatoris expreſſa, ſed ex coniectura legis potiùs cenſetur ineſſe, niſi proponeretur his verbis vſum teſtatorem, quæ ſatis declararent voluiſſe eum à legitimis legata repetere[h]. Et hæc quidem ſecundum Bartolum & quoſdam alios vera ſunt. Ego ex regula Labeonis didici,

o l. ex teſtamento. C. de fideicõm.
p gl. l. ex duobus. §. i. de vulg.
q l. ſi quis cùm teſtamentum nullũ. vbi Bar. ſ. tit. i.
r l. qui liberis. §. hæc verba. ſ. de vulg. arg. d. l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. ſ. tit. ii.
s Bald. Aug. d. l. ſi quis cùm teſtam.
t l. ex ca. §. i. de teſtam.
u arg. l. ſi quis filio. in fi. eo. Raph. hîc.
15
x l. cohæredi. in princ. de vulgar. Pau. Caſt. conſ. 152. in i.
y l. peculium. §. fi. ubi Bar. ſ. tit. i.
z d. l. ſi dies. §. fi. quãd. dies leg. ced.
a l. cùm ad præſens. ſi cer. pet.
b l. quandiu. ii l. ſeq. de acq. hæred.
c d. l. Celſus. §. i.
d d. l. ſi Titio. §. Iulianus. ſ. tit. i.
e glo. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ſ. de vulg.
f l. in teſtamento. ſ. de fideicommiſ. lib. gloſ. l. non dubium. C. de teſtam.
g gl. l. eam, quã. C. de fideicom.
h l. Lucius. §. filiam. l. codicillis. in fi. ſ. tit. i. Doct. d. l. eam, quam.



didici, quoties incertum eſt legatum debitum iri, tranſmiſſioni locum non eſſe: ſi verò certum ſit, tunc eſſe[a].
16 At † quãdo adiecta eſt clauſula codicillaris, certius eſt legatum debitum iri, cùm in omnem caſum, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato debeatur. Cur ergo minus erit tranſmiſſioni locus, quàm quando adiecta non eſt, cùm eam veriſimile ſit appoſitam à teſtatore fuiſſe, vt legatum magis confirmaret, non vt tranſmiſſionem impediret? Enimuerò illud quoque addit
A Raphael atque Alexander, legem noſtram procedere, cùm conditio executionem legati reſpicit, vt quia dictum eſt, *Si talis hæres erit, centum det Seio*. Verbum enim *Dare, Præſtare, Soluere*, & ſimilia, executionem reſpiciunt[b]. Quòd ſi conditio ad ipſam originem legati pertineat, ſecus eſt, vt ſi dictum ſit, *Si hæres erit, lego centum*[c]. ratio differentiæ in eo vertitur, quia conditio, *Si hæres erit*, tacitè ineſt executioni legati tantùm[d]. Vnde ſi adiiciatur natiuitati, aliter adiicitur, quàm taci-
B tè ineſt. ergo aliquid operari debet. etenim aliquæ ſunt legatorum vires, etiam antè, quàm hæreditas adeatur, putà vt ſtatim à morte teſtatoris dies cedat[e], tranſmiſſionique ſit locus[f]. Sed certè hæc limitatio non parum legem noſtram reſtringit, nec in hac materia videtur Iuriſconſultus conſtituere differentiam, an dictum ſit, *Centum lego*, an, *Hæres centum dato*[g]. Quòd ſi vis in verbis legati eſſet, cur Iuriſconſultus ea omiſit?
C Nec quiſquam eſt Veterum, qui hanc legem in tantum ſubuerterit, cùm ſi teſtator dicat, *Hæres centum dato*, tacitè ex natura rei ſubaudiamus, *Quæ illi lego*: ideoque hodie nihil diſtat, ſiue quis per damnationem leget, ſiue per vendicationem[h]. Nec me mouet, quòd conditio *Si hæres erit*, quæ executioni exhæredationis tacitè ineſt[i], ſi expreſſim origini adiiciatur, multum operatur, & actum infirmat[k]. Reſpondent aliqui, ſpeciale id in exhæredationis odium eſſe[l]: alij, quia forma legis non ſit obſeruata[m]: alij aliter.
D Ego ſeparatam rationem habere hanc rem arbitror. ſi-
17 quidem † vt exhæredatio valeat, oportet abrumpi dominij continuationem, quæ mortuo patre ſtatim in filio procedit[n]. ideoque ſi quis exhæredatus ſit, *Quiſquis mihi hæres erit*, antè quàm adita ſit hæreditas, reperit ſe filius præteritum, meritò exhæredatio eſt nulla[o], quia interim non eſt abſciſſa continuatio. Tali ergo caſu conditio actum ſuſpẽdit, quæ in pendenti eſſe nequit.
E At in legatis nihil impedit, quin conditione legatum ſuſpendi poſſit, ſi teſtator velit, & quin poſt aditam hæreditatem præſtetur, cùm poſt tẽpus legare non poſſe receptum ſit[p]. ſicque arbitror ſenſiſſe Bartolum & Veteres, vt & aliqui Recentiores docuerunt. Addit Ruinus & Hercules, exhæredationi quidem verum effectum ante aditam hæreditatem eſſe, vt continuatio, ſeu (vt ipſi vocant) ſuitas abrumpatur[q]. At legati
F ante aditam hæreditatem veros effectus nullos eſſe, ſed fictos duntaxat, quæ fictio adita hæreditate retrò incipit trahi[r]. Vnde conſequens Sadoleto viſum eſt, vt aditio hæreditatis non cenſeatur valori exhęredationis neceſſaria, cùm iam valeat, ſed ad eius reſolutionem bene neceſſariũ eſt hæreditatem non adiri[s]. Verùm ego hanc ſubtilitatem aduerſus iuris regulas eſſe arbitror, ideoque reſpuendam[t]. Iure enim proditum ſcio, ſi adita à nemine ſit hæreditas, nihil valere eorum, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, idque Pomponio placuit. Hincque adnotat Accurſ.

a d. l. ſi Titio. §. i.
b Bar. l. talis. §. fi. in fi. ſ. eod.
c arg. l. iii. §. filius. de lib. & poſthu. Caſt. l. huiuſmodi. in princ. ſ. eod.
d l. ſi nemo. de teſt. tut.
e l. à Titio. de ſurt.
f gl. §. cùm igitur l. vnica, C. de cad. tol.
g d. l. ſi Titio. verſ. ſi tamen. l. aliquando. §. i. de cond. & demõſtr.
h §. i. Inſtit. de legat. l. generaliter. C. de teſtam.
i l. filium. §. i. de contra tab. d. l. ſi nemo.
K d. §. filius. l. ſi quis Semproniũ. in fi. de hær. inſt.
l l. cùm quidam. de lib. & poſthu.
m d. l. iii. §. purè. l. actus. de reg. iur.
n l. in ſuis. de lib. & poſthu. vbi Bar.
o d. l. ſi quis Sempronium. in fi.
p l. Sempronius. de vſufr. leg.
q l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. vbi Ang. de inoff. teſtam.
r l. hæres quandoque. de acq. hæred. Alex. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. ſ. eo.
s l. ſi patronus. §. ex teſtamento. de bon. libert.
t d. l. ſi nemo.



L. 3. Hæc verba teſtatoris.

tempus aditæ hæreditatis ſpectandum eſſe. cuius quidem notabilis multiplex eſt effectus. Alibi quoque traditum eſt, legatorum diem à die aditæ hæreditatis cedere: quod & Papinianus ſcripſit de regula Catoniana loquens. Illud † tamen generaliter verum eſt, quoties conditio aliter exprimitur, quàm tacitè ineſſet, legi noſtræ locum non eſſe, ſed legatum conditionale cenſeri. Vnde ſi teſtator ſcribat, *Do illi centum, ſi volet*,
A legatum eſt conditionale[u]. quamuis enim effectu ipſo quæri inuito legatum nequeat[x], tamen à principio & ignoranti quæritur[y]: meritò conditio *Si volet*, ſimpliciter poſita, ſimpliciter intelligetur, & eam acquiſitionem impediet, quæ ipſo iure ignoranti fiebat, diceturque aliter expreſſa, quàm tacitè ineſſet[z]. ſicque omnes ſentiunt. Hinc conſequens eſſet, vt ſi de legato tractaretur, quòd ignoranti non acquireretur, ſecus ſit, veluti cùm quis rem alienam legat, vel vni-
B uerſale fideicommiſſum ordinat, in quo tranſlationi dominij neceſſaria eſt reſtitutio[a]. Iuriſconſultus enim, qui conditionem ſubeſſe ait, in legato vendicationis loquitur, cùm teſtator dixit, *Do, lego*, etc. Qua ratione & in inſtitutione eiuſmodi verba conditionem non faciunt[b], cùm hæreditas ignoranti nõ acquiratur, nec quidem in ſuo hærede, cùm ſatis operentur, quòd neceſſitas tollatur[c]. Rurſus infertur aliter, conditionem videri expreſſam, quoties expreſſio i-
C pſam rei ſubſtantiam reſpicit: alioquin ſi conditioni aliquid extrinſecus adiiciatur, non ideo à regula legis noſtræ recedemus. Si ergo ſcriptum ſit, *Si Titius hæreditatem meam adierit intra centum dies, fundum dato*, etc. legatum conditionale non cenſebitur[d], quia licet dies aliter expreſſa ſit, quàm tacità lex permitteret[e], tamen extrinſecus conditiòni accedit, ſeparataque eſt à die conditio[f]. Nec me mouet Caſtrenſis, Alexandri, aliorumque Veterum ſententia exiſtimantium ſuprà ſcri-
D pto exemplo diem non ad hæreditatis aditionem referri, ſed ad legati executionem: quia id verum eſſe poteſt eo caſu, ne aliàs hæredis in adeundo mora legatario noceat, & ipſi fruſtratori proſit. Sed & infertur, vt ſi expreſſio quidem intelligi poſſit aliter facta, quàm inſit, nunquam tamen vim conditionis inducat, cùm mens loquentis veriſimiliter hoc voluiſſe videatur, quia probabilis ſit conditionem cauſa cuiuſdam admonitionis adiectam[g], vel id expreſſum ſit, pro
E maiori cautela, puod inerat[h]. Vnde ſi princeps mandet iudici, vt Titium condemnet, ſi ſibi liqueat, non videbitur conditionale mandatum, vt Aretinus hîc ait. quòd enim liqueat, cuiuſdam potiùs admonitionis cauſa additum videtur. quod & Caſtrenſis hîc ſenſit, cùm pontifex mandaſſet ſacerdotium tali conferri, ſi eſt idoneus[i]. Non omittendum, quod Baldus & Raphael hîc aiunt, & Recentiores ſequuntur, conditionem, quæ tacitè ineſt, ſi exprimatur,
F eo caſu operari, quo aduerſus actus formam exprimeretur. actus enim rem geſtam nullius momenti efficit[k], vt ſi in acceptilatione debiti conditionalis nominatim adiiciatur ipſa conditio, aut etiam dies, aduerſus formam[l]. Quod quomodo intelligendum ſit, alibi explicuimus[m]. Suprà ſcriptis ergo caſibus, quibus regula legis noſtræ limitatur, procedit vulgaris illa concluſio, qua dici ſolet, Expreſſa † nocent, 19
non expreſſa non nocent. & hoc eſt, quod Dinus aiebat, regulam in lege noſtra conſtitui, vt

18
u l. ſi ita. §. illi ſi volet. ſ. eod.
x gl. l. ei, qui ita. de condit. inſtit.
y l. cùm pater. §. ſurdo ſ. tit. i.
z l. ſi ita expreſſum. de condit. & demonſt. gl. l. aliquando. eod. tit.
a l. facta. l. reſtituta. ad Trebel.
b l. hæc verba. de condit. inſtit. & d. l. Cornelius.
c l. iam dubitari. cum gl. l. Cornelius. de hæred. inſtit. vbi Bald. & Angel.
d d. l. ſi Titio. ver. pen.
e l. licet. C. de iur. delib.
f gl. l. fin. l. Gallus. in princ. ſ. de liber. & poſthum.
g l. ſi decem, cùm petiero. de verb. obl. d. l. nemo. §. ſub conditione.
h l. quibus. §. Termilius. de condit. & demonſt. Imol. d. l. ſi ita expreſſum. Moder. d. l. huiuſmodi. in pri.
i c. fin. de præſumpt.
K l. actus. verſic. nonnunquam. de reg. iur.
l l. acceptilatio. l. in diem. de acceptil. vbi Bart.
m lib. Parerg. iii.

expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operetur: at cæteros caſus, ex quibus confecta eſt ſuprà ſcripta concluſio, ſpeciales eſſe [a]. Nihil autem obſtat duas eſſe regulas, quarum altera generalis ſit, altera ſpecialis, quæ quibuſdam caſibus generalem reſtringat [b]. & hæc quidem in cō-
20 ditionibus locum habent. Quid † ergo erit in clauſula diſpoſitiua? Et conſtituenda eſt regula eodem modo, vt nec tunc quidem expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, quicquam operetur [c], cùm par ſit taciti & expreſſi virtus [d]. Quam concluſionem in primis reſtringit Bartolus, vt procedat, cùm quid tacitè ineſt ex neceſſitate [e]: ſecus, ſi ex voluntate. Vnde expreſſio, quòd legatum patris ſoluatur, id operatur, ne retardetur ſolutio per clauſulam eorum legatorum verba facientem, quibus dies adiecta non eſſet [f], cùm hoc caſu aliter rem exprimit, quàm tacitè ineſſet, vt aliqui exiſtimauerunt [g]. dies enim reſpectu ſolutionis videtur expreſſa, cùm aliàs tacitè non ſolutioni, ſed obligationi inſit. quæ ſententia verbis legis non conuenit, quibus quantum ad vim & effectum legati attinet, verba illa ſuperflua eſſe dicuntur [h]. Meliùs ergo Veteres,
21 qui † & quod ex voluntate ineſt, ſi exprimatur, nihil operari cenſuerunt [i], niſi eorum reſpectu, quæ extrinſecus contingunt [k]. Ego Bartolum defendi poſſe arbitror, ſi illud quoque ex neceſſitate ineſſe dicamus, cui partes derogare poſſunt, dum tamen veriſimile ſit alteram non conſenſuram [l]. tunc enim neceſſariò tacitę legis diſpoſitioni ſtandum eſt. vnde plures fideiuſſores inſolidum neceſſariò auctoritate legis tenentur, quia non eſt veriſimile creditorem diuiſurum [m]. Sic & qui promittit decem hodie, ſtatim etiam nondum lapſa die tenetur, quia id crediſiſſe creditorem veriſimile eſt vtilitatis ſuæ cauſa, non vt debitori dilationem concederet [n]. Rurſus exiſtimo ex voluntate ineſſe, non ſolùm quando principaliter lex ſecundum partium voluntatem aliquid præſumit, ſed etiam quod à lege ſimpliciter inducitur, ſecundum quam partes conſenſum ſuum moderari intelliguntur [o]. quod Bartolus induci pręter mentem ait [p], nec tamen ideo pugnantia loquitur, vt aliqui hîc declarant [q]. Sciendum tamen eſt, ſicut conditio, quæ tacitè ineſt, ſi expreſſa ſit, conditionis vim, aliquoſque effectus ſeruat [r], ita in diſpoſitione, ſi quid ſit expreſſum, iam amplius non dicetur tacitè ineſſe, ſed expreſſim [s], habetque id aliquos effectus, ſi teſtator velit, vt ſuprà ſcripto caſu, cùm ſcriptum eſt, legata, quibus dies addita non eſt [t]. propter expreſſionem enim dicitur eis dies addita. Cùm ergo teſtator ſe ad factum, id eſt ad expreſſionem, retulerit, propter eius mentem hanc regulam non obſeruabimus. Quod etiam in conditionibus traditum eſt, in quibus diſpoſitio de facto loquens, ſecundum ius non intelligitur [u]. Vnde infertur, vt quoties aliquid neceſſariò aduerſus voluntatem diſponentis legis auctoritate ineſt, ſi exprimatur, tali expreſſione arguatur voluntas, nec amplius dicatur ille inuitus feciſſe [x]. Sed obſtat, quod vulgò ſolet dici, eum, qui ſciens ſe poſſe cogi, aliquid agit, videri coactum egiſſe [y]. nam & non videtur velle, qui obſequitur alterius imperio [z]. Sed diſtinguendum eſt: Aut quis poteſt cogi dūtaxat de facto? & non præſumitur coactus feciſſe, niſi probentur minæ, vel probabilis timor [a], vel ſaltem excuſationis cauſa metus allegetur [b].

a l. ſi in diem. §. ſeruo. de cond. & demonſt.
b l. i. de offic. cuius, cui.
c l. iii. C. de fidei- com.
d l. cùm quid. ſi cert. pet.
e l. ſi arrogator. verſ. cæterùm. de adopt.
f l. talis. §. eod. Bar. l. re coniūcti. opp. i §. tit. ii.
g Bald. Imol. l. in diem. in fin. de cō- dit. & demonſt.
h Arct. d. l. talis.
i d. l. iii. & l. liber homo. §. decem. de verb. oblig. vbi Din. Old. Alber.
K Ang. l. ſi inſulā. eo. tit. Imol. Ruin. hic.
l arg. d. l. huiuſmodi.
m d. l. iii. quod Imol. hic tradit.
n d. l. liber. §. x. vbi dixi.
o d. l. talis. gl. l. iiii. §. l ſi quis condemnatus. de re iud.
p Bart. hic. in fin.
q Soc. Ruin. hic.
r d. l. Cornelius. in fin. de hæred. inſtit. gl. d. l. item quia.
s l. ſi ita ſtipulatio facta. de verb. oblig.
t d. l. talis.
u l. qui hæred. l. Mæuius. de cond. & demonſt.
x l. Titia. in fin §. ad leg. Falcid.
y l. nouiſsimè. quod falso tutor. l. iiii. de reg. iur.
z Bart. l. credi- tor. in fi. de ſolut.
b d. l. iiii.

Aut poterat cogi de iure: & videtur veriùs principaliter cenſeri feciſſe coactum [c]. Vnde compromiſſum inter coniunctos, propter legem municipalem neceſſariū potiùs cenſetur, quàm voluntarium, vt Ancharanus reſpondit, & ego aduerſus Salicetum & Alexandrum aliàs ſum ſecutus [d]. In conſequentiam tamen arguitur aliqua voluntas, quia expreſſio declarat mentem volentis legi acquieſcere: & ita intelligendus eſt
A hîc Bartolus, eſtque hoc alicuius effectus, ne cenſeatur omnino inuitus feciſſe [e]. Sanè & quoties aliter res exprimitur, quàm tacitè inerat, dubium non eſt, plurimùm expreſſionem illam poſſe [f]. vnde cùm hæreditaria portio legatorum imputetur Falcidiæ [g], ſi teſtator prælegauerit hæredi, vt retenta quarta reſtituat hæreditatem, poterit hæreditariæ illius portionis ſolam quartam imputare, quia aliter expreſſum eſt quàm tacitè ineſſet [h]. Cuius rei eſt & aliud exem-
B plum, nempe precarium durat, donec reuocetur per concedentem, vel hæredem [i]. Finge me conceſſiſſe, quandiu voluero, reuocabitur morte, quia voluntas morte finitur [k], aliudque eſt, quandiu voluero, expreſſum: aliud, niſi voluero, tacitum, cùm inter velle & nolle ſit quiddam medium [l]. Sic in expreſſa vulgari ineſt tacita pupillaris, quæ aduerſus matrem inefficax eſt [m]. Pone expreſſim factam pupillarem, certè mater excludetur [n], quia generalitas verborum iudicat
C aliter expreſſam, quàm tacitè ineſſet. nec enim lex generaliter eius effectū aduerſus omnes inducebat, ſed matrem excipiebat. qua de re alibi. Sic ſi princeps mandat ordinario, vt procedat & iudicet, cenſetur eis iuriſdictionem excitare, quia quod inerat, expreſſit [o]. quòd ſi aliter exprimat quàm ineſſet, iam efficeretur ille delegatus [p]. Sic ſi fundus Titio & Seio legatus ſit, cenſetur à principio interpretatione legis quilibet ad ſolidum vocatus [q], quia dictio *Fundus*, ad in-
D tegrum refertur, nec fit diuiſio, niſi ex poſtfacto per concurſum [r], cùm ſecus ſit, ſi tęſtator adiecerit, *Aequis portionibus*, quia iſta verba à principio rem diuidunt [s]. Hinc ſubiicit Bartolus, ſi quis capitaliter ſit condemnatus in perſona & in bonis, cenſeri in vtroque principaliter condēnatum, cùm aliàs condemnatio bonorum duntaxat acceſſoria eſſet [t], ideoque morte extingueretur [u]. Sic qui appellat, acceſſoriè cenſetur etiam ſententiam nullam dicere [x]. Quòd ſi dixe-
E rit *Appello, & nullam dico*, tunc vtrunque remedium æquè principaliter deduxiſſe cenſebitur [y]. Sic plurimùm refert expreſſim quis appellationem ab interlocutoria, & negotium principale mandet, an verò cum negotio principali. hoc enim poſtremo caſu id, quod ineſt, expreſſiſſe cenſetur, ideoque de negotio ipſo cognoſci non poterit, niſi priùs iuſtificata appellatione, vt Recentiores tradiderunt [z]. Sic aliud eſt, cùm quis ſe dedicat & bona ſua, aliud ſit, cum
F bonis ſuis, vt alibi Bartolus cenſuit [a]. His ergo caſibus apparet, expreſſionem eius, quod tacitè in conſequentiam inerat, principaliter fieri, & ideo aliter cenſeri factam, quàm ineſſet. Quid ergo, ſi appareat id actum, vt nihil noui inducatur? & tunc ſecus erit. Vnde ſi iudex, qui Titium condemnauit, adiiciat clauſulam, quòd ſi ſententia ſit præter ius, eam ad ius commune reducit, non procederet Bartoli exemplum, nec vlla eſſet differentia, an coniuncta vſus eſſet, an acceſſionis clauſula. quod Baldus,

c d. c. Rainald. in fi. de teſtam. d. l. ſi arrogator.
d l. ſi quis maior. C. de tranſact.
e l. Titia. ad leg. Falcid. l. ſi ſponſus. §. fi. de donat. inter vir. & vxor.
f l. ſi ſtipulatus. in princ. de vſur. vbi Bart.
g l. in quartam. ad leg. Falc.
h d. l. Titia.
i l. i. l. quæſitum. §. i. de precar.
K l. iiii. locat.
l l. i. §. ſcientiā. de trib. vt Alb. & Veteres cenſuerunt.
m l. f. C. de inſt. & ſubſt. l. precib. C. de impub.
n l. Lucius de vulgar. vbi Doct.
o c. licet in corrigendis. de offic. ord.
p gl. c. cum aliquib. de reſcript. in vi. Alex. l. i. §. ſi quis ita. de verb. oblig.
q l. triplici. in fin. princ. de verb. ſignif.
r l. i. §. hoc autem. verſ. quia. C. de caduc. tol.
s l. planè §. ſi cōiunctim. §. cod. Iaſ. hic.
t l. i. & ſeq. de pec. leg.
u l. i. §. ſi pend. appel.
x l. Carmelia. de iur. patron.
y Doct. l. i. C. quādo prouoc. Phil. c. dilecto. q. xliiii. de appel.
z c. vt debitus. de app. vbi Mod. Ruin. hic.
a Bart. authen. ingreſsi. C. de ſacroſanct. eccleſ.



Baldus, Salicetusque docuerunt [a], & Iaſon hîc refert: idemque, ſi alia coniectura adſit. Vnde probabiliter credamus voluiſſe quē ſe ad ius ſimpliciter referre, vt cùm pater ſtipulatur ſibi, aut filiæ dotem reddi, vel ſibi & filiæ, non intelligetur, quòd filia ſibi quærat obligationem, ſed ſolutionem tantùm [b], ne in viriles partes admittatur [c], ſed ſimpliciter ad communionem ſecūdum iuris formam vocata [d]. nec enim veriſimile eſt, patrem contractu cum genero inito id egiſſe, vt filię plus donaret, quàm ex lege teneretur. Quod & eo caſu dicendum eſt, quo iudex mandarit aliquem perſonaliter, vel ad domum citari. intel-
22 ligitur † eo modo, quo ineſt, id eſt, ſecundum iuris ordinem, à quo non eſt veriſimile voluiſſe iudicem recedere [e]. Idemque, quando iudex quatuor menſes iudicato ad ſoluendum conſtituit, intelligemus diem hanc legalem eſſe, cùm veriſimile ſit, ad auctoritatem legis eum reſpexiſſe, & hactenus exequi voluiſſe [f]. Sed quid in arbitro reſpondebimus? Et antiqua hæc eſt quæſtio, in qua receptum eſt, quadrimeſtre tempus ab arbitro aſſignatum, diem legalem non cenſeri, & ideo purgationi moræ obſtare [g]. Cuius rei illa eſt ratio, quòd lex humanitatis cauſa talem diem præſtituit ad ſoluendum his, qui ſententia rei iudicatæ auctoritate innixa damnati ſunt [h]. At ſententia arbitri, tanquā priuatæ perſonæ iudicium, nullam rei iudicatæ auctoritatem habet, ſed ei metu pœnæ duntaxat ſtatur [i]. Et cùm poſſit arbiter diem legalem arbitratu ſuo mutare, ſi eam adiiciat, facto ipſius, non autem legis videtur adiecta [k], maximè cùm lex in arbitriis eam diem non obſeruet, niſi in ſubſidium, cùm nullum arbiter expreſſit [l]: quæ in iudice ſecus ſunt. Ex qua ratione facilè diluuntur quorundam argumenta, qui communem ſententiam vellicant. Hincque etiam infertur, vt ſi compromiſſo actū ſit, arbiter de facto procedat, & de iure pronuntiet, ſententia eius iniuſta ſit nulla, tanquam mādati formam non obſeruauerit [m]. Nec obſtat, quòd clauſula *Iuſtitiam facias*, videatur tacitè ineſſe, & ideo formam non inducat, quia hoc verum in iudice, ſiue ordinario, ſiue delegato [n], qui ſecundum ius pronuntiare tenentur: ſecus in ar-
23 bitro, vt dictum eſt. Sed † quid, ſi expreſſio verbis generalibus facta eſt, nunquid ſecundum id, quod tacitè inerat, reſtringentur? an potiùs dicemus aliter expreſſum, quàm ineſſet? Et crediderim nullam reſtrictionem fieri debere [o]. & ſentit hîc Bartolus exemplo pupillaris expreſſæ, quæ non reſtringitur, & contra matrem effe-
24 ctum habet [p]. Vnde † hæc ſubſtitutio reciproca, quam pater filiis ſuis ex diuerſis matribus fecit, generaliter intelligetur, vt omnes pariter admittantur: non autem ſecundum id, quod tacitè inerat, vt vtrinque coniunctus præferatur [q]. quod alibi diſputatum extat [r]. Sic pactum, quòd liceat emphyteutæ alienare, intelligitur ſimpliciter, etiam inconſulto domino [s]. Et quòd conductor domus non poſſit expelli durante luſtro, intelligetur, etiamſi pro vſu ſuo dominus vellet [t]. Et quòd locator remittat mercedem, ſi colonus frui, gaudereque fructibus ob bellum nequiuerit, accipietur etiam in perceptis [u], iuris communis diſtinctione non obſeruata [x]. Sic legans eccleſiæ rem immobilem, alienationemq; prohibens, cenſebitur eo quoque caſu prohibuiſſe, quod aliàs eccleſia poſſet venundare [y]. Quod & in teſtatore receptum eſt, qui pupillo

a Bald. l. i. verſic. ſ. d ego. C. ex deſīct. defunc. Salic. l. iii. C. ſi reus, vel accuſ.
b l. eum, qui. §. qui ſibi. de verb. oblig.
c l. reos. §. i. de duo. re.
d l. ii. §. i. ſol. mat. l. vxorem. §. teſtamēto. ii. de leg. iii. vbi Bart. Doct. l. Caius. ſol. mat.
e Bar. l. iiii. §. prætor. de dā. infec.
f l. iiii. §. ſi quis cōdemnatus. de re iud. in gl.
g l. ſi cùm dies. in fi. de arb. dixi l. ſi inſulam. de verb. oblig.
h l. ii. l. fin. C. de execut. rei iud. gl. l. cum, qui certarū §. fin. de verb. obligat.
i l. diem §. ſtari. l. quid tamen. §. ſolutioni. de arbit.
k Bart. l. poſt legatum. §. qui mortis. de his, quibus vt indig.
l Bart. l. nemo poteſt. §. eo.
m Bart. d. §. ſtari. Doct. c. Quintauallis. de iureiur.
n Innoc. d. c. prudentiam. & Felin. d. c. cauſam, quæ Iaſ. d. l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obligat.
o arg. d. l. Titia.
p d. l. Lucius. verſic. aliter.
q auth. itaque. c. commu. de ſucceſ.
r Aret. & Iaſon. d. l. Lucius. q. pen.
s Dec. d. c. quæ in eccleſiarum. de conſt. & conſil. ccxcii.
t l. ædē. vbi Ang. C. locat.
u arg. l. ea lege. ff. loc. Curt. Iun. conſ. xl.
x l. ſi merces. §. vis maior. vbi Bar. ff. loc. Arct. conſ. lii.
y §. ſanctiſsimas. in auth. de alienat. & emphyt.



alienationem interdicat [z], vel qui fundum ab eo reſtitui voluit, qui nouiſſimus moreretur. intelligemus enim integrum, non autem partem ſuam tantùm, ſecundum iuris regulas [a]. Sic pater ſtipulans dotem ſibi reſtitui, ſimpliciter & in omnem caſum ſtipulatus intelligetur, etiam ſi aliàs maritus ob adulterium eam lucrifaceret [b]. Qua ratione ſtante ſtatuto, quòd maritus dimidium dotis lucretur, ſi ille ſimpliciter dotem re-
A ſtituere promittat, videtur de tota intelligendum [c], non autem de dimidia, ſecundum ſtatuti formam [d]. Quod & Baldus tradidit [e], licet contradixerint Alexander & Iaſon [f], quos ego non ſequor, niſi tamen aliquibus verbis concepta eſſet conuentio, quæ ad iuris diſpoſitionem referrentur [g], vel de prætoriis ſtipulationibus tractetur, quæ ſecundum prætoris mentem declarantur [h], & ex neceſſitate quadam interponuntur [i]. Idem, ſi aliqua alia probabilis con-
B iectura ſuadeat, quòd ſecundum id, quod inerat, actum à contrahentibus fuiſſet [k]. Sanè il-
25 lud ſciendum, quibus † caſibus aliàs oſtendi parem non eſſe taciti & expreſſi virtutem, in his etiam ſuprà ſcriptam legis noſtræ regulam limitari [l]. regulariter tamen æquiparantur, nihilque refert, an expreſsè, aut tacitè quid actum ſit. Vnde infert Bartolus ad contractum ſocietatis, quo cautum ſit, vt ſi qua iuſta hæreditas alterutri ſocio obueniret, communis eſſet, etiam commu-
C nicandam illam, quam quis proximus ex teſtamento conſecutus eſt. quoniam ſicut iuſta hæreditas dicitur, quæ ab inteſtato defertur [m], quo caſu ex tacita defuncti mente dicitur prouenire [n], ita ſi ex teſtamento, cùm expreſſa mens adeſt. ſicque ſe habet communis opinio, quæ certior eſt, cùm de legitima hæreditate verba concepta ſunt. Etenim hæreditas ex teſtamento proueniens, non impropriè legitima dicitur [o], ſed & certa eſt, cùm proximus iſte hæres in fraudem
D ſocij procuraſſet ſe inſtitui [p]. Ego generaliter veram eſſe ſentio, nec me mouet ea ratio, quòd cùm potuerit teſtator hunc proximum tota hæreditate priuare, videatur hæc inſtitutio non ex neceſſitate, ſed ex voluntate procedere. Reſpondeo, & huic argumento, & quibuſdam aliis ſecundum ſuprà ſcriptas limitationes aptandam ſolutionem eſſe.

## LEX IIII.

E

1 *Error in exprimēda re interdum nocet, interdum non.* 5.
2 *Caſuum aliquot enumeratio, quibus error rem geſtam non vitiat.*
3 *Nomina ad rerum demonſtrationem recognitionemque inuenta ſunt.* 15.
4 *Nomina propria mutabilia.*
6 *Fundi appellatio generalis eſt.*
7 *Error in nomine appellatiuo vel naturalis, vel ciuilis iuris, nocet: interdum contrà.* 9, 11, 14.
F 10 *In nominibus quantitatis erranti ſuccurritur.*
11 *Demonſtratio quæ per digitos fit, errore nominis appellatiui non vitiatur.*
12 *In propriis ne error obſit, interpretatio mentis teſtatoris admittitur: ſecus in appellatiuis.*
13 *Proteſtatio in caſu neceſſario nihil prodeſt.*
14 *In appellatiuo nomine non rem ipſam, ſed rei qualitatē continente ſi ſit error commiſſus, quid iuris?*
15 *Ex ſolo nomine an, & quando res certa, vel non certa fiat.* 16.
17 *Nominis proprij error interdum vitiat legatum.*

L. 3.
**Hæc verba teſtatoris.**

z l. ii. C. de vſuc. pro empt.
a l. Titia Seio. §. ii. §. tit. i.
b l. ſi dotem. C. de iur. dot. vbi gl. & Doct.
c l. Neratius. verſic. quid tamen. de relig.
d gl. l. ſi prior. ſol. matri.
e l. ſi nomine. q. pen. de cond. indeb.
f l. poſt dotem. ſol. mat. iiii. intellectu.
g gl. d. l. ſi prior. Bart. l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber.
h l. ſi. C. ad l. Falcid. l. dāni. §. cùm parietem. de dam. infect.
i l. Neratius. de relig. quod alibi docui.
K d. l. vxorem. §. teſtamento. vbi Bart Butr. conſil. ii. de conſtit.
l Doct. d. l. cùm quid. ſi cert. pet.
m l. iii. §. i. pro ſoc.
n l. conficiuntur. de iure codicil.
o l. lege obueni re. de verb. ſignif.
p l. Labeo. de contrah. empt. quod Iaſ. & Herc. hic docuerunt.

## LEX IIII.

VLPIANVS LIB. V. *ad Sabinum.*

SI quis in fundi vocabulo *a* errauit, & Cornelianum pro Semproniano nominauit, debebitur Sempronianus. Sed ſi in A corpore errauit, non debebitur. Quòd ſi quis cùm vellet veſtem legare, ſupellectilem † adſcripſit, dum putat ſupellectilis appellatione veſtem cõtineri: Põponius † ſcripſit veſtem non deberi: quemadmodum ſi quis putet auri appellatione electrum, vel aurichalcum contineri, vel (quod eſt ſtultius) veſtis appellatione etiam argentum cõtineri. Rerũ enim vocabula immutabilia † ſunt, hominum mutabilia.

a SI QVIS IN FVNDI VOCABVLO [a]. Qui per errorem aliquid dicit, ob ignorantiam peccat [a]. ſuc-
1 currit, † autẽ lex ignoranti [b], ideoque in variis iuris noſtri articulis error geſtã rem non vitiat, vt † ſi quis in
2 nomine artificij fallatur [c], vel in aliqua demonſtratione [d], vel in nomine patriæ, ſeu parochiæ [e], vel in limitibus agri, ſeu finib. eius [f], vel in nomine, pronomine, cognomine hæredis [g]. multò minùs, ſi in ſyllaba peccatũ ſit [h], vel etiam ſi Latinitatis ratio ſecundum Grãmaticos habita non ſit [i], vel ſi in rei ipſius, quæ petita eſt, nomine quis deceptus fuerit. nec enim ideo peribit intentio [k]. Sicut nec ſtipulatio, cùm in nomine ſerui, qui promiſſus eſt dari, quis lapſus eſt [l]. Meritò ergo hîc Iuriſconſultus ait, errorem in vocabulo rei legatæ nihil obeſſe
3 veritati. cùm † enim nomina inuenta ſint, vt quãcunq; rem ex his recognoſcamus [m], ſi de re ipſa conſtat, fruſtrà de nomine quæreremus [n]: ideoq; talis expreſſio dicitur ſuperflua [o], & ineptè adiecta non vitiaret [p]. hæcque ratio generaliter vera eſt. At in nominis proprij errore, illa quoque ratio ſpecialiter actum ſuſtineri ſuadet, quia nul-
4 lus videtur error fuiſſe, cùm † nomina hominũ, id eſt, quæ quiſq; homo imponit, poſſit arbitrio ſuo mutare [q]: & qui Ariſtoteles fuit, eſſe Plato, qui Panætius, eſſe Theophraſtus, & qui ſeruile nomen apud Græcos Stichi, Erotis, Pamphili habuit, liber factus ſe Romano nomine Seium, Titium, Augerium appellare [r], & qui ager Cornelianus fuit, mutato nomine fieri Seianus [s]. Exci-
5 piendi † tamen à prædicta regula duo ſunt caſus. Primus, cùm in corpore erratum eſt, vt ſi teſtator volens legare pratum, quod iuxta Titium erat, legauerit vineam, quam æquè iuxta Titium habebat [t]. ſic enim intelligendus eſt Accurſius: & ratio eſt, quia nec ſola mens diſponit [u], nec etiam ſolus verborum ſonus, à quo mens abſit [x], ſed vt legatum valeat, oportet vtrunque adeſſe, & mentem & verba aliquo modo menti ſubſeruientia. at cùm lego vineam, verba nullo modo pratum ſignificant [y]. meritò illud non debetur, nec quidem vinea, quia animus non adeſt [z]. Vnde apparet, ſi teſtator dixiſſet, lego fundum, ſe-
6 cus eſſet. Etenim † fundi appellatio generalis eſt, & pratum continet [a]. Idem, ſi teſtator vnicum duntaxat fundum habuiſſet iuxta Titium, quem exiſtimaſſet vitibus conſitum eſſe, cùm pratũ eſſet. tunc enim nullus eſt in corpore error, ſed in qualitate tantùm [b]: ideoque non vitiaretur legatum, vt rectè Aretinus, Iaſon, cæteriq; Recentiores docuerunt. Quod multò fortiùs procedit, ſi verba aliquo modo etiã vineæ quadrarent, vt qa legaſſet plagam agri aratorij iuxta Titium, ſi nihil præter vineam habebat, nihil impedit illam deberi, cùm inter ipſos ordines vitium conſuetudine regionis noſtræ aretur vinea. quod aduerſus Angelum, ab aliquibus hîc traditum eſt. Sanè & tunc error in corpore certiſſimus eſt, cùm nec finitimi vicini conueniunt, vt ſi velim legare Lucianianum, cui cohæret Titius, & legem Caſelienſem, cui proximus eſt Caius [c]. Hoc enim caſu verba & mens non ſolùm in re, ſed in rei quoque demonſtratione diſſident [d]. Addit Caſtrenſis, & tunc in corpore erratũ videri, cùm quis duos fundos habens, alterum, putà Seianũ, vicinum Titio vberrimum, alterum, putà Sempronianũ, vicinum Caio infœcundum: & volens legare deteriorem, dixit, lego fundũ Sempronianum vicinũ Titio. ſi enim teſtatori nota non eſſent eorum corpora, videtur error hîc in corpore eſſe. quòd ſi nota eſſent, ſecus eſſet. Ego nihil obſtare arbitror legato, quòd in nomine vicini erratum ſit [e].
B lex enim hoc ſimpliciter docet, non diſtincto, an teſtator haberet nota corpora. Subiiciunt alij generaliter, errorem, qui in ſubſtantia ſit, errorẽ eſſe corporis. qđ Accurſi. ſenſiſſe videtur [f]. quæ ſententia non eſt vera. nam ſi teſtator aureã maſſam, quam æream eſſe putabat, Titio legauerit, valet legatum, licet tantiſper retentio hęredi cõpetat, donec id conſequatur, quo pluris aurum valet [g]: quamvis aliud ſit in emptionis contractu [h], quod alibi docui, defendique ſolùm poterit, cùm de certo corpore actum nõ eſſet. Etenim
C dubium non eſt, aurum ab ære & in ſubſtantia & in corpore diſtare, licet vtrunque metallum ſit. Et ex his quoq; conſequens eſt, vt ſuprà ſcriptis caſibus quibus ſecundũ regulam dixi, errorem non nocere, verum illud ſit, quoties de corpore ipſo conſtaret. aliàs enim error propter incertitudinem vitiaret [i]. Alter † caſus hîc exceptus eſt, 7
cùm in nomine rei ipſius erratum ſit. quod intelligunt Doctores, ſi nomẽ appellatiuum ſit à natura, vel gentium iure impoſitum: tale enim nomẽ
D immutabile eſt, ideoque non id exprimit, quod quiſq; arbitratu ſuo vult, ſed quod conſuetudo gentium ſeruat: à qua qui recedit, ſtultus quodãmodo videtur, vt hîc etiam [k]. Addit non inſubtiliter Baldus, rei nomen ipſi ſubſtantiæ cohęrere, adeò vt eo mutato & ipſa mutetur [l]. Finge proprium nomen mihi eſſe Alciatus, appellatio rei ipſius eſt homo, mutato Alciati nomine, idem tamen homo ſum: at re mutata, ſi homo non appellor, euaneſcit μικρόκοσμος. Sed † an idem ſit in 8
E nomine appellatiuo iuris ciuilis? & aliqui ſentiunt idem non eſſe [m], ſed mutari ad libitum id poſſe. Ego video Iuriſconſultum de nominibus rerum locutum eſſe ſimpliciter, nec appellationes ciuiles à naturalibus diſtinxiſſe, ſed in veſte exemplum accepiſſe, quæ an ſuppellectilis appellatione comprehendatur, magis ad iuris ciuilis interpretationem pertinet, quàm à iure gentium pendeat [n]: alioquin & ſub pellibus veſtes viaticæ continentur [o]. Puto itaque ideo Veteres
F nominis appellatiui mẽtionem feciſſe, & ad ius gentium ſe retuliſſe, quod frequentiùs contigit, huiuſmodi nomina iure gentium immutabilia quoque eſſe. Quòd ſi quæ ſint iuris ciuilis, quæ arbitrio noſtro mutari non poſſint, idem erit iuris: vt ſi legaui vinum, quod in ſuburbiis Romæ habeo, & intelligam Mediolanum, nihil ago, quamuis Roma vrbis nomen proprium ſit. nec enim arbitrio meo mutari id poteſt, & ager meus Cornelianus poteſt aliter atque aliter ad libitum meum nuncupari. Sanè † exiſtimãt Doctor. 9
non

a c. quamuis. xxxviii. diſt.
b l. pen. C. de tabul. lib. x.
c l. qui habebat. de reb. dub.
d l. demonſtrat. de cond. & demonſt.
e l. his verbis. de hæred. inſtit.
f l. patronus. §. i. & ſeq. ff. tit. ii.
g l. ſi quis in nomine. C. de teſta.
h l. qui habebat. de manumiſ. teſta.
i l. Imperator Titus. de ſtat. homin.
k l. v. §. pen. de rei vend.
l l. ſi in nomine. de verb. oblig.
m l. ad recognoſcendas. C. de ingen. manu.
n §. ſi quis in nomine Inſtit. eod.
o l. i. de dote præleg.
p l. i. in fin. de actio. empt.
q l. i. C. de mut. nomi.
r Put. Hercul. Lanc. Dec.
s l. cùm precum. C. de liber. cauſa.
t l. in venditionibus. de contrah. empt.
u l. quidam. cùm de hær. inſtit. vbi Imol.
x l. Labeo. in fin. de ſuppellect. leg.
y l. ſi in qualitate. l. ſi duorũ. de act. empt.
z l. quoties in pri. de hæred. inſtit. l. in ambiguo. de reb. dub.
a l. certo de ſeruit. ruſtic. præd. Iaſ. Alexand. hic.
b d. l. ſi duorum. d. l. ſi in qualitate.
c d. l. in venditionibus.
d d. l. quoties.
† adſcribit, *aliás.*
e d. l. patronus.
f in gl. i. hic.
g l. ſi id, quod aurum. de verb. oblig. vbi Raph. Alexand. Iaſ.
h d. l. in venditionib. Bart. l. demonſtratio. iii. & iiii q. de cõd. & demõſt.
i c. ſignificante. de reſcrip. vbi Felin. Bar. d. l. demonſtr. quæſt. v.
k l. ſi. C. de hęred. inſtit.
l l. ſi in nomine. C. de teſtam. l. ſi Fortidianum. C. de leg.
m Bald. l. ſi in nomine. Iaſ. hic.
n l. i. de ſup. leg.
o l. Labeo. de ſupellect. leg. in pri.



non eſſe perpetuum hunc caſum, & errorem nominis appellatiui non obeſſe, cùm pro eo acceptum eſt, quod valde conforme ſimileq; ſit. vt ſi quis libros legare volẽs, chartas dixerit [a]. tũ enim ex coniecturis ſuſtinebitur voluntas. Oportet autem coniecturas eſſe vrgentes ac veriſimiles, qualis illa, quòd aliàs chartas non haberet [b], vel vſus ſit teſtator dictione generali, qualis eſt, vniuerſas chartas [c], & ſi quæ ſimiles. Quòd ſi hæ coniecturæ contraria aliqua præſumptione tollantur, ſecus erit. quod alibi Bart. declarat [d]. Ad hæc pertinet,
10 quod alibi Alexander tradit, errorẽ † in nomini- B
bus quantitatis non nocere, cùm non ſint diuerſa, ſed minor ſumma cõpræhenditur in maiore [e]. Nec me mouet lex noſtra, quæ auri appellatione electrum non contineri ait: & tamen certam partem auri habet electrum, quod Chymiſtæ Phaethontem vocãt, ſicut aurichalcum mixturam auri apud Veteres habuit. Sed puto propriè Iuriſcõſulti verba accipienda eſſe, nẽpe de electro, quod gummi ex arbore picei generis eſt, & à Pruſiæ litore adfertur, vulgò Ambra dicitur. ſicut aurichal- C
cũ, quod ex lapide vſto & ære cõficiebatur, Straboni: tametſi etiam ſi quicquam auri hiſce inſit, non ideo conſequẽs eſt cõformia auro eſſe, cùm aliam ſpeciem conſtituant [f]. Sed & ſi nominis appellatiui ſignificatio per conſuetudinem mutata fuerit, nihil videtur erraſſe, qui ſecundum eã locutus eſt [g]. Etenim recti ſermonis ratio plurimum ab vſu trahit, quod alibi docui [h]. Cæterùm
11 † & demonſtratio, quę per digitum fit, adeò cer-
ta eſt, vt minimè per nominis appellatiui errorẽ D
vitietur. vt ſi δακτύλῳ indicato boue, hunc inquã, equum tibi lego [i]. cuius rei exemplum eſt apud Plautum in Pœnulo, Hoc auro pingues fiunt in Barbaria boues. Addunt hîc aliqui, nec tunc nominis appellatiui imitationẽ obeſſe, cùm verbis aliis res declarari poteſt, vt cùm quis dicat, *Conſtituo te aſinum meum ad agendum, & defendendum,* &c. intelligitur enim aſinum pro procuratore accepiſſe. quod receptiore calculo traditum eſt, vt Socinus, Iaſon, cæterique exiſtimauerunt [k], videtur- E
que metaphoricè hoc dictum: ſicut cùm vulgò aiunt, *Equi diſpoſiti ciſſimè ad ſacerdotia currunt, & aſini ea lucrifaciunt* [l]. Sed quid, ſi aliter conſtaret, quę mẽs teſtatoris eſſet? & Bartolus diſtinguit, quòd ſi cõſtaret expreſsè, vt putà quia proteſtatus quis eſſet, cùm equum legaſſet, ſe bouem intelligere, vt tũc valeat legatum. quòd ſi expreſſa mens nõ
12 ſit, ſecus eſt. Hocque † differant appellatiua à proprijs, q. in his ſatis ſit mentem teſtatoris innoteſcere: etiam tacitis cõiecturis in illis expreſſa pro- F
teſtatio ſit neceſſaria. Et ratio differẽtiæ eſt, quia vt legatum debeatur, oportet de teſtatoris conſenſu ſolenniter conſtare [m]. At in appellatiuis, quia verba aliud indicant, non dicitur conſtare, ſed potiùs actum eluſorium fieri [n], niſi expreſſa & ſolenni proteſtatione mẽs declaretur. In proprijs verò verba conuenire poſſunt, cùm licuerit teſtatori ea mutare: ideo ſufficiunt coniecturæ, quamuis non adeò expreſſæ [o]. Hincque apparet, nihil huic ſententiæ argumenta contradicentium obſtare, qui indiſtinctè nullius effectus eſſe talem proteſtationem, quamuis expreſſam, aiũt: quia lex noſtra ſimpliciter ait, legatum non valere, & quia non poſſunt partes fingere [p]. Reſpondeo enim, non valet legatum, quãtum ſit ex eius verbis, ſed ex vi proteſtationis, quę ad ipſum trahitur, poterit ſuſtineri. nec ideo dicuntur partes fingere, cùm proteſtatio illa ſecundum veritatem procedat in ſtipulationibus. tamen † in quibus 13
pro forma neceſſaria ſunt verba, & cõgrua reſponſio, probabilius eſt, vt talis proteſtatio nihil iuuet [q]. Rur-
B ſus infertur, ſi in appellatiuis verba non prorſus repugnent, ſed aliquo, licet improprio modo conuenire poſſint, tunc etiam tacitis coniecturis locum eſſe [r]. Dicuntur autem poſſe conuenire, cùm ſecundum figuratum loquendi modum menti concordant, qualis eſt metaphorica locutio, vel hieroglyphica ratio, item allegorica, & ſi quæ ſimiles Veteris teſtamẽti Interpretibus valde familiares. Addunt aliqui [s], oportere hanc proteſtationem incontinenti actum præceſſiſſe,
C quia aliàs ad ea non traheretur, quæ ex interuallo ſubſecuta eſſent [t]. quod poteſt defendi, ſi de ſimplici enuntiatione tractaretur. Sed cùm proteſtatio hæc habeat tractum, & ad futurum trahatur, videtur nihil referre, an incontinenti, an deinde actus ſequatur. Pone: proteſtatus ſum, cùm bouem ſine teſtamẽto meo eſſem relicturus, me non de boue, ſed de equo intelligere: certè quandocunque id fecero, propter verba futurum teſtamenti tempus reſpicientia, videtur locus pro-
D teſtationi eſſe debere [u], nec pœnitentiam præſumi: quòd ſi ſimpliciter extra teſtamentum quandoque dixerim me velle tibi equum relinquere, præſumeretur potiùs ex interuallo mutata voluntas. Sed hæc in materia proteſtationum latiùs. Sed † quid, ſi appellatiuum quidem no- 14
men rem ipſam non contineat, ſed rei qualitatem, vt quia teſtator legauit equum ſuum, ſcutulatum, cùm non haberet niſi balium? & debebitur balius, neque error vitiabit: quod hîc cenſuit
E Angelus, quem cæteri ſequuntur. demonſtratio enim illa, quæ per pronomen poſſeſſiuum facta eſt, ſatis certò rem indicat [x], nec error qualitatis nocere debet. Qua ratione Caſtren. exiſtimauit, ſi is, qui ſolum fundum Seianum habebat, ſic dixerit, *Fundum meum Cornelianum do lego*, ſatis cenſeri demonſtratum Seianum propter vim poſſeſſiui pronominis. Quòd ſi plures fundos haberet, ſecus eſſet propter incertitudinem, niſi ſimilitudo vocis aliud ſuaderet [y]. Et generaliter conſti-
F tuenda eſt regula, ex † ſolo nomine rem certam 15
fieri, cùm nomina in hoc maximè conſtituantur, vt res ipſa demonſtretur [z]. Ea regula non procedit, cùm aliæ demonſtrationes veriores obſtãt nomini, vt ſi teſtator adiecerit Cohærentes vicinos. hæc enim demonſtratio videtur efficacior, vt Bartolus hîc poſt Accurſium ſentit, & ſuprà ſcriptis exemplis comprobatur. Quod intelligit Alexander, quòd teſtator nota non haberet fundorum ſuorum nomina [a]. quod tamen facilè præſumendum non eſt [b]. Rurſus intelli-

a l. librorum. §. quod tamen. i. tit. ii.
b l. fundus. qui de auro & arg. leg.
† ſcribit, *aliás.*
c Bart. l. Quintus. de aur. & arg. leg.
d l. tutores. §. i. de adm. tut.
e l. qui quartam. infrà, eod. vbi Alex.
f arg. l. ſtipulationum. ii. in prin. de verb. oblig.
g d. l. Labeo. verſ. nec mirum.
h lib. ii. de verb. ſig.
i gl. l. quæ extrinſecus. de verb. oblig. vbi dixi.
k Hoſt. c. petitio. de procur.
l Ent. c. fin. de treug. & pac.
m l. hæredes palàm. §. ſed & ſi nec tam. de teſtam. Bart. l. qui liberis. §. teſtamento. de ſecun. tab.
n l. non ſolùm. de act. & oblig.
o Bart. l. cùm proponebatur. in ſi. ff. tit. i. & conſil. cliiii. Bart. conſ. lxv. Alex hic, Abb. conſ. xcii. lib. ii.

L. 4. Si quis in fundi.
p l. ſi fortè. de caſt. pecul. Bart. l. ſi is. qui pro emptore. de vſucap. quæſt. i. verſ. item dubitatur.
† eſſe, *aliás.*
q gl. §. i. Inſtit. de verb. oblig. verſic. quibuſcunq;.
r l. Proculus. de vſufr. l. ſi plurib. ff. eod.
s Alex. Imol. Ruin.
t Bart. l. pacta nouiſsim. C. de pact.
u l. ſi ita ſtipulat. ii. de fideiuſ.
x l. Stichum, qui meus. ff. eod. l. ii. de liber. & poſthum.
y l. qui habebat. de manu teſt. Ruin. hic.
z quibus. §. qui dotalem. de cond. & demonſt. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. ff. tit. i.
a l. pen. de reb. dub.
b l. fin. pro ſuo.

gendum. quando cohærentiæ poſſunt conueniré alicui fundo teſtatoris. aliàs ſi nullo modo cóuenirent, non eſſet earum ratio habenda, ſed ſtãdum potiùs nomini [a]. 16 Sed † & ſi nominis certitudo alia demóſtratione confirmaretur, putà ſub cura talis villici, nec tunc regionis, aut cohærentiæ vnius error noceret [b]. Quid ergo, ſi cum nomine vna demóſtratio cócordaret, & aliæ diſcordarent, & ſi alteri fundo non conuenirent? putarim nominis coniecturam pręualere, quotquot illæ ſunt, quæ diſcóueniunt: quod Caſtren. cenſuit [c]. quòd ſi alteri fundo teſtatoris conuenirent, ſtatus eſt coniecturalis ex claritate demonſtrationum definiendus [d]. In dubio tamen (inquit Alexander) magis ad demonſtrationem finium attendemus, quàm nominis, ex ſuprà dicta regula [e]. At Socin. ex vulgari regula, id, quod minus eſt, deberi cenſuit [f]. 17 Ruin. propter † incertitudinem vitiari legatum [g], vt ſibi imputet teſtator, qui pugnantes demonſtrationes adiecit. quod & ego ſequor, & receptius videtur. Et hęc quidem, quod ad legis noſtræ interpretationem attinet ſatis ſunt. Addunt Recentiores quoſdam caſus, quibus errore nominis proprij exiſtimant legatum vitiari, vt cùm qs in ſuo, vel filij nomine labitur [h], vel cùm nominis certi expreſſio pro forma requiritur [i]: quos ego alibi diſputaui [k].

a d. l. patronus. §. libertis.
b d. l. patronus. §. Sempronio.
† qñ, *aliás.*
c l. in nomine. C. de teſta.
d Bar. l. demonſt. q. vii.
e d. l. ſi in nomine. vbi Alex.
f l. apud Iulian. §. Scio ʒ. cod. vbi Ruin.
g l. Quintus. §. i. de aur. & arg. leg. d. l. demonſtratio.
h l. fin. C. de hær. inſtit.
i l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.
K l. ſi in nomine. de verb. oblig.

¶ Si quis hæredes [a] inſtituerit, & ita legauerit: QVISQVIS MIHI GALLICANARVM RERVM HÆRES ERIT, DAMNAS ESTO DARE: ab omnibus hęredibus videri legatũ: † quoniam ad omnes eos res Gallicanę pertinent.

A

LEX V.

PAVLVS LIBRO I. *ad Sabinum.*

SERVI electione [b] legata, ſemel dũtaxat optare poſſumus.

1 *Diuiſio, vſus & effectus particularum diſtributiuarum.*
2 *Ampliatio caſus in textu poſiti.*

a §. SI QVIS HAEREDES [a]. ¶ Diſtributiuo-1 rum † alia ſunt ſimplicia, vt quilibet, quiſque: alia duplicia, vt quiſquis, quicunque: quoniam duplex verbum requirunt, vt clauſula perficiatur [l]: ſatis autem eſt vel tacitè ſubaudiri, vt cùm dico, *Quicunque hæredum meorum det* Titio, ſubauditur verbum *Sit*, ἐκλειπτικῶς, tanquam ſi ſcriptum eſſet, *Quiſquis ſit hæredum meorum, det* Titio, &c. Contrà Iaſo. horum diſtributiuorum ea eſt natura, vt non collectiuè, ſed ſingulariter intelligantur, ſolidumque vnicuique tribuant [m], niſi tamen ſubiecta materia aliud ſuadeat, vt in caſu noſtro. Cùm enim hæredes duntaxat pro rata teneãtur, nec vltra teſtatoris perſonam ſuſtineant [n], ſi ſcriptum ſit, *Quiſquis hæres erit, det centum,* intelligetur pro rata. quia ſicut diſtribuitur actus primi verbi, ita & ſecundi, vt Bartolus ait. Sed pone teſtatorem certarum rerum habuiſſe reſpectũ, vt cùm dixit, *Quiſquis mihi Gallicanarum rerum hæres erit,* &c. & Iuriſcóſultus idem eſſe ſimpliciter ſentit: quod certum & indubitatum eſt, cùm omnes hęredes in rebus quoq; Gallicanis inſtituti ſint. nihil enim refert, quòd deinde in diuiſione inter ipſos hæredes facta alicui eorum ſint aſſignatæ, cùm ſatis ſit omnes in illis partibus fuiſſe hæredes, cùm is, qui ex diuiſione eas fuerit conſecutus, à cohæredibus ſuis habeat [o]. Sed quid, ſi aliquis eorum iuſſus fuerit à teſtatore accipere? & Accurſius ſentit non eſſe locum legi noſtrę, ſed eum ſolum, cui prælegatæ ſint, teneri. quæ ſententia & Iaſon. fuit. quamuis enim inſtitutis in re certa pluribus hæredibus, onera hæreditaria ad omnes ęqualiter pertineant [p], tamen ſecus eſt in caſu noſtro, in quo nominatim legatum illi iniũctum eſt, cui res Gallicanæ aſſignatæ ſunt. Ego hanc ſententiam ſequi non poſſum, ſi proponatur prælegatum relictũ eſſe. verba enim clauſulæ non id ſignificant, vt ſolus ille ſoluat, cùm non ſit hæres rerum Gallicanarum, ſed legatarius: meritò omnes tenebuntur, & adhuc erit legi noſtræ locus: tum quia partem earum rerum iſte à ſe habet, partẽ B à cohæredibus [q]. & ideo verum eſt, quod ait Iuriſconſultus, ad omnes res Gallicanas pertinere. Fortiùs † videtur, etiam ſi titulo inſtitutionis res 2 Gallicanæ relictæ ſint, idem eſſe, & legi noſtræ indiſtinctè loquenti locum eſſe. quoniam inſtitutio in re certa ſimplex cenſetur, & res videntur prælegatæ [r], adeò vt cenſeantur haberi à quolibet hærede pro portionibus hæreditariis. Sed tamen ſatius eſt hoc caſu Accur. ſequi propter mẽ-C tem teſtatoris, qui nõ abſq; cauſa eum grauauit, qui rerum Gallicanarum hæres eſſet.

l Bart. l. hoc articulo. de hæred. inſtit.
m l. qui filiabus. §. i. ʒ. eo. Bart. l. ſi pluribus. ad fin. princ. ʒ. tit. i.
n l. cùm à matre. C. de rei vend. l. ii. §. i. de verb. obli.
o gl. & Doct. l. qui Romæ. §. fin. de verb. oblig.
p l. ex facto. de hær. inſt.
q l. in quartam. ad leg. Falc.
r d. l. ex facto.

LEX V.

1 *Licet variatio aliàs permittatur, tamen in legato electione ſemel facta, variatio prohibetur, dummodo electio rectè facta ſit. 3.*
4 *Electionem vt rectè legatarius feciſſe dicatur, quæ requirantur.*
5 *In alternatiuis error legatarij non vitiat electionem.*
D 6 *Electio pupilli item ante hæreditatem aditam nulla.*
7 *Verbum Volo, pro actuum qualitate interdum diſpoſitionem, interdum ſuſpenſionem inducit.*

SERVI ELECTIONE [b]. ¶ Serui b 1 † electione ex legato facta, amplius variare non licet, ſiue ea electio legatarij ſit, ſiue hæredis [s]. qua in re probabiliter dubitari poterat, cùm in contractibus variatio permittatur [t]. I-E demque † & in iudiciis, niſi iam lis ſit conteſta- 2 ta [u]. Nec refert, an electio competat ex diſpoſitione hominis, an legis. adhuc enim variatio pmittitur [x]. Sed tamen in caſu noſtro Iuriſconſultus decidit contrarium, tanquam ſpeciale id ſit in vltimis voluntatibus [y], vt Caſtr. ait, in quibus dominium in pendenti non ſtat, ſed ſtatim facta electione tranſit [z]. ſiquidem ſciendum eſt, regulam generalem eſſe, vt quotieſcunque electio ſecum executionem trahit, nunquam licita F ſit variatio: ſi non trahat, ſecus ſit [a]. At in caſu noſtro vbi legatarius elegit, confeſtim dominiũ ſerui in eum tranſit, perindè ac ſi à principio ſolus ille legatus fuiſſet [b], meritò amplius dominium illud abdicari à nobis ſola noua electione non poteſt. Vnde conſequens eſt, vt ſi optio legetur in rebus alienis, quia lex tunc ipſo iure dominium non transfert [c], non dicatur executio facta licitaque ſit variatio: quod Angel. Caſtr. Iaſ. aduerſus Alexand. docuerunt. In rebus ergo ipſius teſtatoris ſolùm procedit concluſio, etiam ſi de

s l. huiuſmodi. §. Stichum. ʒ. eod. l. ſtatuliberum. §. fin. ʒ. tit. i.
t l. cum, qui certarum. §. fin. de verb. oblig.
u l. ſi pluribus. in fin. ʒ. eod.
x l. qui ex plurib. de verb. oblig. vbi Aretin. maximè aduerſus perſon. grauatas, l. ſi ex toto. §. i. ʒ. eod.
y Paul. d. l. cum, qui. §. fin.
z Bart. d. §. fi. d. §. Stichum.
a l. apud Aufidiũ de opt. leg.
b d. l. apud Aufidium.
c l. cùm. alienã. C. de leg.



ſi de quantitate eligenda, putà centum amphoris, tractaretur [a]. quia his electis perinde eſt, ac ſi centum illas amphoras, ceu certam ſpeciem, teſtator legaſſet. quo caſu dominium ipſo iure cẽſeretur translatum [b]. Rurſus conſequens eſt, vt in cõtractibus licita non ſit variatio, quoties dominium ipſo iure tranſiiſſet, vt quia quis donaſſet ſeruũ, quem eccleſia elegiſſet [c], vel quem donatarius iam penes ſe haberet, quod Bald. & Iaſon cenſuerunt [d]. Facta enim executione non eſt locus mutationi [e], nec purgationi morę. quod omnes hîc tradiderunt [f]. Et hæc quidem vera ſunt, & rationi, quam Iuriſconſultus ipſe refert, conſentanea [g]. At Aretin. & Recentiores alij nodum in ſcirpo quęrunt, & aliam adducunt rationem, nempe quòd vltima voluntas æquipareturlegi. quoties autẽ electio à lege defertur, primo actu conſumitur. Quæ cõcluſio vera eſt, cùm de electione remediorum tractamus [h], vel cùm fraus aliàs fieri facilimè poſſet [i]: aliàs verò faciliùs in diſpoſitione legis pmittitur variatio, vt ſuprà dixi, quàm hominis, cùm mitiùs ſemper cũ legiſlatore agatur. quod Socin. & Iaſ. hîc cẽſent, & alibi tractaui [k]. Sanè pcedit lex noſtra, quoties electio rectè & legitimè facta eſt: aliàs verò ſecus, cùm electio nulla facultatem iterum eligẽdi non perimat [l]. 3 Vnde † qui habet ius aliquod ex pluribus ſacerdotiis eligendi, ſi inutiliter eligat, poteſt nihilo minùs iterum optare [m]. nec enim actus nullus impedit, quin iterum rectè explicari poſsit [n], dum tamen iure proprio quis illum repetat, non ſi alieno, vt quia delegatus, aut compromiſſarius ſit [o]. Item dum ille actũs conſenſu partium confirmatus non ſit [p], vel aliàs effectum, perinde ac validus, fuerit conſecutus [q], vt quia qui vinum optare debuit, re ipſa acetum cõſecutus eſſet, & in ſuos vſus vertiſſet. Item dũ verba, quibus electio indulgetur, vberiora ſint, & ad ſequentem quoque trahi poſsint [r]. Item dum cognito errore quis re electa abſtinuerit, non ſi ſcienter approbauerit [s]. Item dum tali electione non cenſeatur quis alteri vię competenti renuntiaſſe [t], vel aliàs lex variationem hãc abhorreat, & ſuſpectam habeat [u]. Quæ omnia à Pontificiis diligenter tractata, minimè hîc diſputanda exiſtimaui. 4 Vt † autem electio valeat, aliqua neceſſarià eſſe Accur. hîc exiſtimauit. Et in primis, vt ſi teſtator aliquam formã illi dedit, ea obſeruetur [x]. idque etiam de tempore dicendũ eſt fieri enim idoneo tẽpore debet [y], vulgoq; aiunt, tempus ipſum vim quandam formæ habere [z]. Rurſus oportet electionẽ in re ipſa teſtatoris fieri, id eſt, in ſeruis ipſius. Vnde ſi vnum tantùm ſeruum habeat in patrimonio, ille eſt eligendus [a]: quòd ſi nullum haberet, tũc alienus eligĩ poſſet, teneretur que eum hæres emere [b]. Sed & tota familia exhiberi debet, vt poſſit legatarius rectè optare [c], niſi is ſciens totam nõ eſſe exhibitam, nihilo minùs elegerit. poteſt enim renũtiare fauori ſuo. Idem, ſi poſtea ſciuerit, & ratum habuerit [d]. quo caſu optio non tñ dicitur in pendenti fuiſſe, ſed ex eo tẽpore duntaxat valuiſſe, quo ap-5 probatio ſecuta eſt [e]. Sed † & rebus per alternatiuam relictis, non vitiatur ex errore legatarij electio, qui alterum purè ſibi relictum credidit [f]. Cùm enim in alternatiuis vtraq; ſpecies eſſet in obligatione [g], verum eſt rem ſibi obligatam electam fuiſſe, ideoq; error non vitiat: quod ſecus in obligatione generis eſt, vt hîc latiùs Iaſ. pſequitur. Illud quoq; neceſſarium videtur, vt hæreditas iã ſit adita. Cùm enim oporteat cauſam præcedere, vnde ius eligendi proueniat, ante aditionem hæreditatis non videtur ſubeſſe cauſa, quia interim legata nullius ſunt effectus [h]. Quam ſententiam aliqui hîc reſtringũt, vt electio perficia-A tur, irreuocabiliſq; ſit, alioquin ſicut legata purè relicta, à morte teſtatoris in legatariũ tranſeunt [i], ita & in caſu noſtro exiſtimant ſtatim facta electione etiam ante aditam hæreditatẽ cenſeri legatarium eſſe dominum, licet reuocabiliter. Ego verius eſſe arbitror, ante aditam hæreditatẽ nullo modo valere optionem. lex enim ſimpliciter loquitur [k], quia ſerui optio certitudinem requirit [l], quæ tali tẽpore non ſubeſſet. Addunt Doct. illud † quoq; requiri, vt qui eligit, pupillus non 6 B ſit. huiuſmodi enim ætas iudicium diſcernendi, & ſic eligendi non habet [m]. Quòd ſi pubes ſit, valet electio: licet ſi in ea lædatur, reſtitutio in integrum poſſit ei competere [n]. Quòd ſi is pubes curatorem habeat, & videretur idem, quod in pupillo, vt curatoris auctoritas ſit neceſſaria, aliàs actus ſit nullus [o]. Cæterùm & oportet eum, qui eligit, ſui iuris eſſe. voluntas enim in electione libera eſſe debet, ſicut & in aditione hæreditatis dicere ſolemus [p], aliàs neceſſarius eſt patris C iuſſus. quod an hodie in aduẽtitiis procedat, ſuo loco dicetur. Sed an electio fieri parte citata debeat? & videretur non eſſe id neceſſariũ [q]. nec enim Accur. hîc, aut Doct. vllam citationem deſiderant. Putarim tñ id verum, quoties ius eligendi alicui liberè competit. Quòd ſi mediocrem eligere teneatur, fuere qui hæredis præſentiã, vel admonitionem neceſſariam exiſtimarẽt [r], tum quia hæres lædi poſſit, tum etiam quia legatarium in ſententiã ſuam fortè trahet, quod hîc Re-D centiores tradiderunt [s]. Tandem oportet eum, qui eligit, verbis aptis vti. nec enim ſatis eſt ſi dixerit ſe velle eligere, ſed opus eſt præſenti actu: vt quia dicat, *Eligo talem.* Verbum † enim *Volo,* 7 eſt ſuſpenſiuum [t]. At optio in pendenti eſſe nequit, ideoq; nec conditionem recipit [u]. Hinc cócludit Bar. quoties de actu tractatur, qui à noſtra voluntate pendet, verbum *Volo,* infinitiuo adiectum non diſponere, ſed primum voluntatis motum dũtaxat detegere, vt ſuprà ſcripto exemplo, E cùm dico, *Volo eligere talem,* nõ ideò eligo. Sic cùm dico, *Volo adire hæreditatem,* non ideo cẽſeor adiuiſſe [x]. Sic reus qui dicat, *Volo confiteri,* non cenſetur his verbis confeſſus [y]. Sic cùm quis dicit, *Volo relinquere centum* Titio, hoc ſolo non videtur reliquiſſe, vt receptior ſe habet, ſententia [z]. Sic cùm quis, *Volo,* inquit, *contrahere matrimonium cum Titia,* nõ creditur, quamuis ita dixerit, contraxiſſe [a], & ſi qua ſimilia. Non procedit tñ concluſio, quando verbum infinitiuum poſteriorem ſignificationẽ ha-F beret. neceſſariò enim ſequeretur priorem præceſſiſſe, ideoq; verbum *Volo,* diſponeret, vt cùm quis dicit, *Volo ſumere talem rem* [b]. nec enim poteſt ſumere, niſi quod priùs elegit: vel hæres dixerit, *Volo dare talem rem* [c]. etenim dare, executionem reſpicit. Sic cùm quis dicit, *Volo te habere in vxorem* [d]. habemus enim, quod iam acquiſiuimus. Qua ratione & qui dicit, *Volo eſſe hæres,* cenſetur adire [e]. nec enim quiſquam eſt hæres, niſi priùs adierit. Nec quicquam me mouent Socini hac in re commenta, quæ Recentiores hîc confutant [f]. Sic cùm quis

a l. ii. de opt. leg. in fin.
b l. ſed ſi certos. ʒ. eod.
c l. ſi. C. de ſacroſanc. eccleſ.
d §. interdum. Inſt. de rer. diuiſ.
e gl. l. i. §. fin. de præt. ſtip. vbi Bar.
f l. ſi cui. de act. & oblig. Bart. l. ſi inſulã. quæſt. iiii. de verb. oblig.
g d. l. apud Aufidium.
h l. cuius bonis. de curat. fur. l. ſi mihi in princ. ʒ. eod.
i c. ii. de reſcript. in vi.
K d. l. ſi inſulam. Bart. l. item veniunt. §. cùm prædixerimus. de pet. hæred.
l d. l. ii. de opt. leg. Felin. c. ex tenore. de reſcript.
m Ioan. An. c. ne captãdæ. de cõceſ. præb. lib. vi.
n l. qui per ſalutem. de iureiur. l. hæc conditio. de cond. & demonſt. vbi Bart.
o l. iiii. C. quo. & quãdo iud. c. ſi cõpromiſſarius. de elect. in vi.
p l. nihil. §. ſi cum filius. de inoff. teſt. vbi Bal. & Ang.
q d. l. ii. Aret hic.
r Doct. d. c. ne captandæ.
s c. ſi beneficia. de præb. in 6. Rom. conſ. cccxxix. præſens conſultatio.
t l. filium emancipatũ. de acquir. hær. gloſ. c. cùm in multis. de reſcrip. in vi.
u c. quia propter. de elect.
x l. ſi tibi. §. vnius. de opt. leg.
y l. cùm pater. §. à filia. l. vnum. in princ. ʒ. tit. i.
z auth. quæ ſupplicatio. C de precib. imper. offer.

L. 5. Serui electione.
g l. plenè. §. ſi ita Titio. ʒ. eod.
h l. ſi nemo. de reg. iur.
i l. à Titio. de fur.
k d. l. Iulianus. ʒ. eo. d. l. ſi vſusfruct. quando dies leg.
l d. l. actus legitimi.
m l. pupillus. de acq. hæred.
n l. & ſi ſine. in princip. de minor.
o d. l. ſi curator. C. de in integ. reſt. minor.
p d. l. Iulianus. ʒ. eod.
q l. nulli. §. i. C. de epiſcop. & cler. Bart. l. i. ʒ. ut. i.
r l. legato generaliter. vbi Im. ʒ. eo. Bart. l. alio. de adim. leg.
s Alex. l. ſi quis arbitratu. verſic. iii. limita. de verb. oblig.
t l. ſi quis ſtipulatus. de verb. oblig.
u d. l. actus legit.
x Bar. l. gerit. de de acq. hæred.
y Bar. l. i. C. de confeſ.
z arg. l. Pamphil. §. propoſitum. ʒ. tit. ii.
a c. ex parte. de ſponſ. c. iurauit. de probat. vbi Doct.
b d. l. apud Aufidium.
c d. §. Stichum. & l. Clodius. de acqui. hæred.
d c. ex literis. i. de ſponſ. vbi Doct.
e l. iam dubitari. in fi. de hæred. inſtit. l. & eo modo. ʒ. eod. l. ſi pater. §. quædam. de fideicom. liber.
f Ruin. Hercul. hic.

a l. ſi cùm optio. & l. ſi tibi. §. i. de opt. leg. b l. Titia. §. Semproniæ. de auro & arg. leg. c l. iiii. l. ſi cùm. optio. de opt. leg. d l. ſi is, qui Stichum. de procur. Bald. l. fin. §. i. in fin. C. com. de leg. e l. cùm incertus. ʒ. eod. l. fin. C. d. Maced. f l. ſi is, cui ʒ. tit. i.

quis dicit, *Nolo adire*, cenſetur hæreditatem repudiare, quod cōmunis habet ſententia [a]. quia verbum negatiuum & priorem & poſteriorē ſignificatum habet, actumq; non in præſenti tantùm, ſed in futurum quoq; abnegat [b]. Sic & cùm quis profitetur ſe velle rē ratam habere, intelligitur in præſenti & in futurum ratū habere [c]. Hincque conſequens eſt, vt nec tunc procedat concluſio, cùm poſt deliberationis terminum reſpondit ſe velle adire, vel velle eligere [d]. nec enim is terminus idcirco cōceditur, vt quis ſimpliciter exprimat, quiſnam ſit primus ſuæ voluntatis motus, ſed potiùs vt aut agnoſcat, aut repudiet [e]. Quid ergo, ſi natura termini hoc non induceret? Et Accurſius ſentit non eſſe tūc recedendum à verbis. etenim electio nō, niſi deliberato animo, fit, exhibitis ſcilicet omnibus ſeruis, ſecundum ſuprà ſcripta: & tamē qui ſimpliciter, dicit, Volo eligere, non eligit. Ad hæc pertinet, & cùm quis ad alterius interrogationem reſpondet, *Volo adire, Volo eligere Stichum*, etc. reſponſio enim, quæ alteri fit, certa eſſe debet [f]. & mihi placet, ſi ideo interrogatum proponamus, vt vel agnoſcat, vel repudiet, vt ſuprà dictum eſt. Ex natura quoque actus ſumitur hæc interpretatio. Vnde ſi quis in teſtamento dicat ſe velle relinquere, perinde eſt ac ſi dixiſſet *Relinquo*, cùm in teſtamentis non ſimpliciter primum animi motum enūtiemus, ſed diſponamus quoq;. Addunt Imol. & Alexan. aliam rationem, nempe quia in teſtamēto oporteat teſtes eſſe rogatos [g]. vnde arguitur maior animi deliberatio. Nec refert, quòd ſufficiat eſſe à tabellione, vel à quocunque alio rogatos. quia ſemper intelligitur hoc nomine teſtatoris eſſe factum. Bart. generaliter etiam in codicillis talibus verbis induci diſpoſitionem cenſuit, quia hoc verbum volo *relinquere*, reſpicit futurum propter vltimæ voluntatis naturam, ſicq; non ſolùm priorem, ſed & poſteriorem ſenſum habet. Quæ ſententia vera eſt propter naturam actus. etenim codicilli quoque cum animi deliberatione fiunt, & in his verba etiam enuntiatiua diſponunt [h]. Sed quid in dubio, quando non eſt certum voluiſſe quem aut codicillos facere, aut fideicommiſſum relinquere? & non videtur ſolis illis verbis quicquam diſponi [i], niſi aliæ quoque coniecturæ accedant, vt quia teſtator dixerat ſe velle relinquere redacta re in ſcriptis coram teſtibus, & interrogatus, an ea dixiſſet, reſponderit μάλιστα, id eſt maximè [k]. Sanè illud conſtat, ſi certæ rei id verbum adiiciatur, diſpoſitionem inducere. quod Bartol. hîc ait, vt cùm dicimus *Volo iſtam rem* [l], vel, *Volo, quòd hæreditas mea tibi detur* [m]. in claris enim nō opus coniecturis. Sed & ſi de re tractemus, quæ ab alio explicanda ſit, idem eſt, vt ſi dixero, *Volo te gerere negotia mea*, vel, *Te eſſe procuratorem meum* [n]. nihil enim mihi vltrà ſupereſt faciendum, cùm conſtitutioni procuratoris ſatis ſit expreſſio voluntatis [o]. Nec ſuprà dictis obſtat ratio Theologorum, cùm agens eſt liberum, & patiēs aptū confeſtim vt quis vult agere agit. Reſpondeo id verum, cùm conſtat velle eum agere. Sed illis verbis non cōſtat, cùm poſſint de primo impetu voluntatis intelligi: ad coniecturas ergo ſuprà ſcriptas recurrendum eſt. Vnde ſi dico, *Volo adire hæreditatem, & te procuratorem ad adeundum conſtituo*, cenſeor adiuiſſe, cùm aliàs conſtitutio procuratoris non valeat [p].

a Alex. l. qui ſe patris. C. vnde lib.
b l. hoc genus. vbi gl. de cond. & dem.
c l. iiii. §. Cato. vbi dixi, de verb. oblig.
d arg. l. ſed ſi a lio. ad Treb.
e l. i. de iure delib.
f Bart. l. ſi cui. ii. ff. eo. l. i. §. ſi quis ſimpliciter. de verb. oblig. vbi Bar. l. in venditis. C. de contrahen. empt.
g l. hæredes. §. in teſtamentis. ſ. de teſta.
h l. etiam hoc modo. item l. & eo modo. ff. eod. vbi rectè Iaſon.
i l. diuus. de teſt. mil. l. fin. vbi Bart. ſ. de teſt. Ang. Imo. Raph. Paul. Aretin. hic.
K d. §. propoſitū.
l d. l. apud Aufid.
m l. quoniam indignum. C. de teſt. l. verbum, volo. C. de fideicom.
n l. i. ſ. mand.
o l. i. C. de ſum. tri. vbi Bart. in princ.
p l. Paulus reſpondit. de acqui. hæred.

¶ LABEO [a] ait, cùm certa res aut perſona legatē ita: QVI MEVS ERIT, CVM MORIAR, HÆRES DATO, A & communis ſit: totum deberi. Trebatium verò reſpōdiſſe, partē deberi, Caſſius ſcripſit. quod & verius eſt.

1 *Pars rei communis legata debetur.*
3 *Aliquot caſibus conditio legatario nec partem, nec totum tribuit.*
4 *Commune interpretatiuè meum dicitur.*
5 *Non niſi ex cauſa in re communi meū vocare licet.*
6 *Libertus communis rectè meus nominatur.*

§. LABEO [a]. ¶ Legatum † ſub conditione *Qui meus erit, cùm moriar*, valet reſpectu partis teſtatoris tantùm, ſi res ſit cōmunis. & ita aduerſus Labeo- B nis ſententiam receptum eſt. Poſſet tamen quis pro Labeone ſic arguere, vt qua ratione legatum rei alienæ in totum valet, teneturq; hæres redimere [q], eadem & pars aliena rei communis debuerit redimi, & in totum valere legatum. nam & quis legando Stichum, vel fundum, vel quid ſimile, intelligitur totum legare [r]. Nec obſtat conditio *Si meus erit*. quia ſi commune eſt, vtiq; & ſuus eſt [s]. verba ergo conditionis non repugnant [t], verba diſpoſitionis conueniunt. Sed C † tamē aliter cæteris viſum eſt: quia clauſula iſta 2 *Qui meus erit, cùm moriar*, intelligitur, quatenus meus eris [u]. Vnde apparet Stichum non integrè legatum, ſed quatenus foret teſtatoris, ſicq; conditio, quæ aliàs diuiſionem recipere non ſolet [x], tamen hoc caſu propter verba teſtatoris, ſcinditur, ſicut & quandoq; propter eius mentem [y], quandoque propter rei naturam [z]. qua de re infrà. Sanè † ſunt aliquot caſus, quibus nec totū, nec pars 3 debetur, & ſic neutri ſententiæ eſt locus. Primus D eſt, quem hîc Raph. refert, cùm teſtator non de ſuo Sticho, ſed alieno locutus eſt: putà, Stichum, qui Titij, cùm morietur, erit, lego. ſi pro parte tātùm ſit Titij, nihil debebitur, tanquam tunc non ſubſit ratio, cur à regula recedamus, & conditionem ſcindamus, cùm aliàs conditio debeat ſpecialiter adimpleri [a]: ſicque non tenebitur hæres vllam partem redimere, ſed legatum non valebit [b]. Et ratio differentiæ inter ſuum & alienum hæc eſt, quòd in alieno conditio merè volunta- E ria eſt, ideo præciſè obſeruanda: in ſuo videtur aliquatenus neceſſaria [c]. quod enim ſuum non eſt, ad alium transferre non poteſt, licet æſtimationem poſſit [d]. at æſtimatio à re ipſa plurimum differt [e], ſicq; defendi hæc opinio aduerſus Alexan. & Iaſ. cæteroſq; Recentiores poteſt, qua tamen in re amplius eſt deliberandum, & fortè Labeonis ſententia hoc caſu probabilior erit. Alter eſt, cùm teſtator, quæ vxoris cauſa parata ſunt, legat. non enim intelligitur de his, quæ promiſcui, F ſeu communis vſus gratia parauit [f]. Ratio eſt, ſecundum Caſtr. Aretin. & Alex. quia ſi legādo ſeruos, intelligitur legare eos, qui in totū ſunt ſui, multò magis ſi pro parte duntaxat ſunt ſui [g]. Sed qui legat vxori, quæ pro ea parata ſunt, non videtur etiā legare, quæ pro ſe cōmuniter ſunt parata. Vnde ſequitur, vt ſi legaſſet, quæ ſui vſus cauſa paraſſet, etiam ea debeantur, quæ pro ſe & vxore paraſſet. Sed hæc ſententia dubia eſt, nec Baldus, aut Recentiores eam probant [h]. An ergo verius eſt, quod alibi Baldus tradidit, quòd vſus eſt indiui-

q l. cùm rem alienam. C. de legat.
r l. Titia. ii. §. Seia liberti. ff. ti. i.
s l. illud. de ritu nup. l. cætera. §. ſi duob. ff. eod. l. ſi quis ſeruos. ff. ti. ii.
t l. ii. de cond. inſtit.
u ff. l. proxima.
x l. cui fundus. de condit. & demon.
y l. ſi ita fuerit ſeruus. de manu. teſt.
z d. §. Cato. l. v. §. fi. de verb. oblig. l. alimenta. §. fin. de alimen. & cib. leg.
a l. qui hæredi. l. Mæuius. de cond. & demonſt.
b l. vnum ex fam. §. ſi rem. ff. tit. i.
c l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſth. vbi Bart.
d d. l. cùm alien.
e l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſſ.
f l. legatis vxori. ff. tit. i. l. hoc legat. ff. tit. ii.
g l. ſi quis ſeruos. ff. tit. ii.
h Bald. l. i. q. vlt. de ſtat. hom. Rui. hic.



diuiduus, nec quotas vlla partes recipit [a]? Meritò ſi legat ea, quę pro vſu vxoris parata ſunt, nō poteſt intelligi de his, quæ etiam mariti vſui cedunt, ſeu communia ſunt [b]. Sed & hoc non ſat firmum eſt. cùm enim vſus in ſolidum quoq; vxoris ſit [c], nihil impedit voluiſſe teſtatorē etiam res communis vſus cauſa paratas eam habere, cùm verum ſit, ſolidum vſum eam habuiſſe. Sciēdum itaq; pro vxore illam ſubeſſe rationē, quòd & ipſa ſolidum haberet vſum: contra eā verò illud facere, quòd maritus quoq; pariter in ſolidum vteretur. Cùm ergo non recipiat res diuiſionem, in pari contentione potiùs ad vſum mariti attendimus, tanquā potentiorē, vt mulierem excludat [d]. Nam etiam cauſa, per quam legatum reſtringitur, regulariter potior cēſetur [e]. Enimuerò ad hāc rē facit, quod aliqui hîc ſentiūt, ſi teſtator eiuſdē nominis duos habēs fundos, alterum omnino proprium, alterum cum alio communem, ſic legauerit, *Fundū Cornelianum, qui meus erit, cùm moriar, do, lego*, communem non deberi [f], ſed eum duntaxat, qui integer ſuus ſit, ſicq; legem noſtram limitari. quę ſententia probabilis eſt. Cæterùm & cùm teſtator ſeruum reipublicæ ſuę, vel collegio vendidiſſet, legatum non deberi conſtat, nullumq; legi noſtræ eſſe locum. Cùm enim pluribus commune eſt, vt vniuerſalis, non cenſetur commune eſſe [g], vt hîc inquit Bartolus, niſi diſſoluto collegio, vel ipſo excluſo res ei iterum reſtituta eſſet [h]. quod quando fieri debeat, alibi docui [i]. Sanè cenſuit Bartolus, ſuprà ſcriptam concluſionē non ſimpliciter ex proprietate ſermonis defendi, ſed potiùs propter mentē teſtatoris, exiſtimátq;, quod † com- 4 mune eſt, meum dici, non vi ſermonis, ſed interpretatione legis [k]. Vnde qui iurat ſuum nō eſſe, non cenſetur peierare, ſi res communis ſit [l]: & alibi lex ait, nemo dicat ſuum eſſe, quod commune eſt [m]: & alibi, talem non dominum, ſed pro domino eſſe videri, ait [n]. ſuadetq; hoc ratio, ſi quidē appellatione rei, de tota intelligimus, non autē de parte [o], & qui Stichum legat, totū legare intelligitur. quod infrà latiùs explicabimus [p]. 5 Quòd ſi † pars quandoq; intelligitur, hoc aut propter vim verborum eſt, vt in lege noſtra propter dictionē *Qui meus*, id eſt, quatenus meus [q]: aut quia de partibus loquimur, quę totum conſtituunt [r]. aut quia ex ſimilitudine rationis de toto ad partem argumētamur [s]: aut quia natura rei, quę diuiſionem non patiatur, nos ad hanc trahit interpretationē. quid enim, ſi res in totum, ſeu in ſolidum ſit communis [t]? Vnde cùm ius patronatus 6 ſit indiuiduū [u], nos poteſt negari, quin † libertus mihi cōmunis, libertus meus ſit [x]. Sic legatū vxori, quę vſus ſui cauſa parata ſunt, non cōplectitur cōmunia ſibi cū viro, quia & vir ſolidū vſum, & quidē potentiorem, habet [y]. Sic ſocius domū cōmunem inhabitans, abſenti ſocio quicquam pēſionis nomine ſoluere non tenebitur [z]. cùm enim vſum in ſolidum habeat, & ſecundum rei naturā re ipſa vſus ſit [a], nihil dicitur à ſocio percepiſſe, qui per concurſum habitandi nullam ſibi partē fecit [b], quicquid inanibus argumentis aliqui cōtrouertant [c], quorum tamen ſentētia defendi in fructibus naturalibus poſſet. Vnde qui fundum cōmunē inuito ſocio coluit, huiuſmodi fructus reſtituere cogetur [d]. Sed quid, ſi ſocius domum communem ſolus locat? & ſi ſolita erat locari, nō eſt dubium cogi alium rē ratam habere, dum vtiliter geſſerit. quæ receptiſsima eſt ſētentia [e]. quòd ſi locari non cenſueuit, videtur ſecus, ſed ſimpliciter condemnari diſſentientē in id, quod ſocij intereſt, qui eius cauſa damnum facit [f]. nec enim cogitur quis ratum habere, quod ſe inuito geſtum eſt [g]. Quid ergo ſi vnus mihi, alius alteri locari velit? & officio iudicis ad concordiam cogendos Baldus cēſuit [h]. quæ ſententia certa eſt, ſi timor rixarum ſubeſſet [i]: aliàs non videtur id remedium competere, cùm huiuſmodi diſcordia non alteri, ſed B ipſis mutuò diſſentientibus ſolùm damnoſa ſit [k]. Angelus eius locationem attendendam [l], qui vtiliùs agere vult, quique honeſtiori viro locat. Sed Ruin. contrà. nec enim ideo ius ſocij lædi debet, quòd alius honeſtiori locet [m]. Mutuò ergo potiùs ſe hoc quoque caſu impedient. Ego, ſi res commodè pro ſua cuiuſq; parte pro indiuiſo locari poſſet, putauerim alterum non debere ius alterius attrectare [n], ſed duntaxat pro ſuo iure locare, vt eodē modo fruatur conductor, quo ipſe C dominus [o]. quòd ſi id fieri non poſſet, ſatis putarim officio iudicis diſcernendum, quod inter ſocios diſcordes exhibetur [p]. Sed quid, ſi ſocius ipſe malit inhabitare, & penſionem adferat, quam alius à quolibet percipere poſſet? & pręferendum hunc, qui habitare velit, Socin. reſpondit [q]. quæ ſententia licet æquitatē habeat, iure ſtricto deficit. nec enim cogor facere, quod tibi prodeſt, & mihi non nocet [r], nec quicquam me inuito in re communi nouandum eſt [s]. Exſtimo itaq; hoc D arbitrio iudicis relinquendum, qui tamen illius in re ruſtica oraculi ſit memor, Qui finitimo fundum locat, aduerſus ſe lites collocat.

a l. vſus pars. de vſu & habit.
b Bar. l. Quintus. ff. de auro & argē. leg.
c Bar. l. 4. §. Cato. q. 6. de verb. obl.
d arg. l. ſi ſponſus. §. i. de don. inter uir.
e l. ſi fuerit. de reb. dub. l. nummis ff. tit. 2.
f arg. l. hoc legatū. & d. l. Quintus.
g l. in tantum. §. i. de rer. diuiſ. l. ſed & ſi hac. §. qui manumittitur. de in ius voc.
h l. i. in fin. de col. leg. illic.
i l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct.
k gl. l. id, quod noſtrum. de reg. iur.
l l. pupillus. in fin. de verb. ſignif.
m c. nulli. §. i. 12. q. i. c. ſicut 47. diſt.
n l. extraneo. §. i. de quæſt.
o l. de pupillo. §. qui nuntiat. de no. oper. nun. l. ſi in rem. de rer. uend.
p ff. §. ſeq.
q d. l. 2. de cond. inſtit.
r l. ſi quis cū totū. de except. rei iud. Doct. l. i. §. ſi ſtipulati. de verb. obl. l. qui ſeruū. §. fin. de interrog. act.
s l. quæ de tota. de rei vend. l. ita vt omnes. in fin. mād. Iaſ. l. ait prætor in princ. de iureiur.
t l. legatis. l. Titia. i. §. i. ff. tit. i.
u l. communis. de in ius voc. l. fin. de iure patron.
x l. illud. de rit. nupt.
y d. l. hoc legatū. vt ſ. oſtendi.
z l. duo. de acqu. hæred. a l. Sabinus. communi diuid. b l. i. §. antep. uerſ. quia ſermo teſtatoris. C. de cad. tollend. c Ruinus hic.
d l. ſi quis putans. §. i. com. diuiſ. gl. Bar. & Salic. l. iubemus. 2. C. de ſacroſanct.
e Bart. l. hæc diſtinctio. §. cū fundum loc.
f l. hæredes. §. ſi incerto. fam. erciſ. Bald. c. i. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſ. feud. contro. fuer.
g l. ſi. C. de nego. geſt.
h Bal. c. cū omnes de conſtit.
i l. æquiſsimum. de uſufr.
k l. itinere. de ſeruit. ruſt. præd. & l. cū Stichus. de ſol.
l l. i. C. qui teſta. fac. poſ.
m l. id, quod noſtrum. de reg. iur.
n l. nemo ex ſociis. pro ſoc.
o Bal. d. §. ſi quis de manſo. & d. l. i.
p d. l. hæredes. §. ſi incerto. & l. ii. §. ex his, ubi dixi, de verb. oblig.
q d. l. Sabinus. & d. l. ſtipulatio. §. fi. de noui oper. ſecūdum intellectū Bar. hic.
r l. binas de ſer. urb. præd. Bar. l. ii. in princ. ſol. matr.
s l. dudum. C. de contrah. emp. l. nemo ex ſociis, pro ſoc.

L. 5. Serui electione. §. Cū fundus.

¶ Cùm fundus [a] cōmunis legatus ſit nō adiecta portione, ſed A MEVM nominauerit, portionem deberi conſtat.

2 *Legatum in dubio de tota re intelligitur: niſi ob adiectionem dictionis Meus, vel alia dē cauſa, contrarium dicendum ſit. 7.*
4 *Rei alienæ legatum non ſemper tenet.*
5 *Seruitus prædiorum non habenti fundum dominantem non acquiritur.*
6 *De augmento in re contingente iudicatur tāquam de re ipſa.*

§. CVM FVNDVS [a]. ¶ In † dubio (inquit Bar.) a 1 quis legando rem, videtur id ius legare, quod in re habet, ſicq; poſt eum pleriq; hoc reſpōſum interpretati ſunt. Sed ego id ſequi nullo modo poſſum, cùm manifeſtè Iuriſconſultus ſentiat contrarium, niſi dictio *Meum*, adiecta ſit, quod pronomen poſſeſsiuum eſt, & diſpoſitionem ipſam reſtringit, vt ſuprà vidimus [t], vt meritò tunc pars F tantùm debeatur, quę teſtatoris ſit, hicque verus eſt legis noſtræ intellectus, quem Accurſ. approbauit. Vtereſq; tandiu ſecuti ſunt, quandiu non fuit à Dino, Bartolo, aliiſq; poſterioribus ſubuerſus, qui rationem legis, quę pronomini poſſeſsiuo manifeſtè innititur, negligunt, idemque eſſe aiunt, etiam ſi dictio *Meus*, adiecta non eſſet. Conſtituenda ergo aduerſus iſtos eſt concluſio, vt † in a dubio quis legando rem totam legaſſe, non autē ius, quod in re habet, videatur. nec enim temerè à verbis recedendū eſt. At ſuprà diximus appellatione

t l. legata. in fi. de ſupel. leg. l. qui habebat. ff. tit. ii.

tione rei de tota intelligi [a], & eum, qui fundũ legat Tuſculanum, de integro fundo locutum cenſeri [b], & qui vltimum decedentẽ grauat, vt prædium reſtituat, non de ſua tantùm parte, ſed etiã cohæredis intelligi [c]. Et cùm alioquin magna ſit ſermonis improprietas, vt qui Stichũ legat, credatur dimidium Stichum duntaxat legaſſe, cõſequens eſt, vt ex vi verborum totus fundus legatus intelligatur [d], hæresq́; ipſe teneatur ſocij partẽ redimere [e]. Sicut & videmus legato fundo, cũ ius vſusfructus alienus ſit, cogi hæredem fundũ integrum dare, & vſumfructum redimere. quod lex apertiſsimè indicat [f], licet eã ſuis diuinationibus Doctor. ſubuertant. Sic & re legata, quæ alteri pignorata ſit, tenetur hæres luere, & liberam legatario dare [g]. idq́; procedit, etiam ſi non ideo res tota poſſet auocari, vt quia pars rei indiuiſæ tantùm pro dote eſſet obligata [h]. Sic ſi teſtator, cui Stichus, aut Pamphilus diſiunctiuè debebãtur, vni leget Stichum, alteri Pamphilum, non cẽſebitur ius ſuum tantùm legaſſe, ſed hęres vni eũ præſtabit, quem elegerit, alteri æſtimationem [i]. Sic qui duos ex tribus hæredibus grauat ad præſtandum fundum, non pro portionibus hæreditarijs, ſed in totum grauaſſe cenſebitur [k]. Vnde & videmus, ſi quis Titio & Seio fundum legauerit, cenſeri eos re coniunctos, & ſic vtrunq; ad ſolidum à principio vocari [l], idq́; non obſtãte copulę natura, vt infrà videbimus [m]. Nec me mouẽt Bartol. & cæterorum rationes, quatenus pręſupponunt legato fundo ſimpliciter partẽ teſtatoris ſolam deberi. Reſpondeo, ſi pars teſtatoris talis ſit, vt integrum fundum cõtineat, tunc verba nõ repugnarent: veluti ſi teſtator dominus ſit vtiliter, putà emphyteuta, alius verò directò [n]. rectè enim perpetuarius fundũ appellat ſuum [o]. Idẽ, cùm de re tractaretur, quæ quidem cõmunis eſſet, ſed vtriuſq; in ſolidum, quod ſuprà dixi [p]. Idẽ, cùm ius teſtatoris, quamuis perſonale, ad totam rem competebat [q]. Quòd ſi eodem iure quilibet partem indiuiſam habeat, verba repugnarẽt, ſi pars ſola ei daretur, cui fundus legatus eſt, meritò à verbis non recedemus [r]. Et quamuis non facilè præſumamus iniectum hæredi grauamen, vt quicquam redimat [s], tñ cùm verba clara ſint, non attendemus ad coniecturas [t]. Nam & pro valore legati præſumimus [u], & tamẽ ſi verba clara ſint, talẽ pręſumptionẽ negligimus, vt cùm teſtator legat vſumfructum, quem habet in fundo Seiano [x]. nec enim vſusfructus legari poteſt à fructuario [y]. Et ſi hæres mortuo teſtatore redimeret, alius eſſet vſusfructus, nõ autem is, quem teſtator habebat [z]. Potiùs ergo legatum eſt nullum, quàm vt à verbis recedatur. Vnde dubium eſt, quod alibi tradiderunt, & reſponſum extat, cùm teſtator vxori vſumfructum reliquiſſet, & alienationem prohibuiſſet, videri proprietatem relictam [a], ne prohibitio alienationis inutiliter facta videatur [b]. Ego non temere vſumfructum in proprietatem vertẽdum arbitror, nec à verbis recedendum [c]. Adnotandi † tamen ſunt aliquot
3 caſus, in quibus noſtra ſententia etiam conſenſu cæterorum locum habet. Et in primis cùm teſtator legaſſet totum, vel omnem fundum, tũc verba, tanquam clara, ad partem non poſſent referri. Hoc enim fert natura vniuerſalis ſermonis [d], & quia aliàs nihil operaretur, quod credendũ non eſt: & ita Bartolus tradidit, quem cæteri ſequuntur, verumq́; eſt, niſi & hoc caſu adie-

a l. defenſor. § i de interrog. act. l. ſi dictum. § in ſtipulatione. de euict.
b l. Titia. i. § ȷ̃. tit. i.
c l. Titia. ii. § Seia libertis. ȷ̃. tit. i.
d l. non aliter. ȷ̃. tit. ii.
e l. cùm alienam C. eod.
f l. Mæuius. § penul. ȷ̃. tit. i.
g l. ſi res obligata ȷ̃. eod. l. prædia. C. de fideicom.
h Doct. l. ſi dom. § i. ȷ̃. eod.
i l. ſi ſic. § fin. l. ſi Titius. ȷ̃. tit. i. cum gl.
K l. cùm quaſi. § ſi plures. de fideicom. lib. Pet. Con. Alber. l. vnica, § ſin autem ſub conditione. C. de cad. tollen.
l l. triplici. de verb. ſig.
m l. re coniuncti. de leg. iii. Alex. l. planè. § i. ȷ̃. eod.
n d. l. ſi domus. § fin.
o l. locorum. C. de omni agro deſer. lib. xi.
p d. l. illud. de rit. nup. & § § prox.
q l. apud Iulian. § idem Iulian. ȷ̃. eo. vbi Iaſ.
r l. non aliter. ȷ̃. tit. ii.
s l. vnum. § ſi rem ȷ̃. tit. i.
t d. l. vnum. § quid ſi talia. vbi Bart.
u l. quoties. de reb. dub.
x l. quod in rerũ. § i. ȷ̃. eo. l. Sticho. de vſufru. leg.
y l. vxor. C. eod.
z l. ſtipulatio iſta, habere. § ſi quis ita. § ſeq. de verb. oblig.
a l. Proculus. de vſufru. vbi Bald.
b Comenſ. conſ. cxx. Barb. conſil. lxiiii. in ii.
c d. l. quod in rerũ. § i. Socin. cõſ. cxxxi.
d l. Iulianus, in princ. ȷ̃. tit. ii. Ray. Alex. Iaſ. l. poſt dotem. ſol. mat. in iiii. intellectu.

cta eſſet dictio *Meum*. reſtringit enim priorem generalitatẽ [e], quod & Soc. hîc cenſuit, non autem ſimpliciter rem demonſtrat. Sed & ſi fundus cõmunis teſtatori cum hærede ſit, receptior eſt ſententia totum deberi [f], cùm non minùs de re hæredis videatur diſpoſuiſſe teſtator, quàm de propria fecerit [g]. quod & Bartolo viſum eſt, & ex generali regula ſatis probatur, licet nulla lex ſpecialiter hoc diceret, quicquid Soc. hîc controuertat.
A Sanè ſuprà diximus, nihil dubium eſſe, quin totus fũdus debeatur, quàmuis à teſtatore pignori datus fuerit. tenetur enim hæres luere [h]. Sed quę eſt ratio? an quòd receptũ eſt, quia per hypothecariam actionem potuiſſet tota res legatario auferri? ſicq́; legatum redderetur prorſus inutile [i]? quod non probo. nec enim vt legatum vtile fiat, amplius videtur teſtator legaſſe, quàm quod ſui iuris eſt [k]. nã & ſatis vtilitatis ei conceditur, qui rem multi pretij pro modico luere poſſit, quan-
B do pignorata eſt [l]. Adde, quòd & potuit taliter pignus eſſe cõtractũ, vt tota res auferri nequeat. quid enim, ſi pars pro indiuiſo tantùm ſit pignorata? an ergo verius, quia cùm actio perſonalis in hæredem tranſierit, ipſe luere debeat, cùm aliàs, niſi hoc faciet, ſit in culpa [m]? Sed & hęc ratio non ſatis placet, quia piſtilli more conuertitur. Si enim cẽſeretur teſtator id ſolum ius legare, quod habet, iam nulla eſſet hæredis culpa, ſed ſibi imputare legatarius deberet, ſi ipſe non lueret, tan-
C quam id ſibi iuris tali legato competat. Cęterùm & cùm regula generalis ſit, rei alienæ legatũ valere, hæredemq́; ad luendum cogi [n], conſequẽs eſt. vt ſi teſtator credidit rem in totum eſſe alienã, quæ ex parte ſua erat, & nihilo minùs eam legauit, teneatur hęres eam redimere, quatenus erat aliena, & integrã ſoluere. quod Caſtr. & Alexander, aliique Recentiores aduerſus Socin. docuerunt. Quatenus enim res eſt aliena, & veritas & opinio teſtatoris adiuuat legatum, vt nulla
D cauſa ſit, cur ea pars non debeatur: quatenus verò eſt teſtatoris, veritas præualere debet [o], quia qua ratione noluit legare alienam, veriſimiliùs, & propriam [p]. Quid † ergo in caſu contrario, 4
ſi teſtator credebat totam rem, quam legauit, eſſe ſuam, cùm eſſet communis? Et ſi relicta ſit extraneo, omnes conſentiũt partem alienam non deberi [q]: ſi verò cõiunctæ perſonæ legatũ ſit, Caſtr. & Socin. idem cenſuerunt. ſatis enim eſt, poſſe in alia parte legatum cõſiſtere. quod & Alexander
E alibi tradidit [r], licet Raph. in hoc diſſentiat, & fortè rectiùs [s]. Hinc infertur, vt ſi teſtator rem legat, in qua nullum dominij ius habeat, ſed nudã tantùm poſſeſſionem, teneatur hæres emere, & ius transferre, vt perinde ſit, ac ſi rem ſimpliciter alienam legaſſet [t]. quia legando rẽ, teſtator dominium ipſum intellexit, non aũt ſimplicẽ poſſeſſionẽ, quæ ab ipſa re plurimum differt [u]. quicquid hac in re controuertat Ruin. Idemq́; dicendum, ſi teſtator ius hypothecæ tantùm in fundo
F legato haberet, vt Caſtr. hîc tradit. aliud enim eſt res ipſa, aliud pignus in re. vnde verba nullo modo conuenire pignori poſſunt [x]. Et licet pleriq; aliter ſentiant [y], tanquã videatur teſtator ius retentionis legaſſe, donec ſibi pretium reſtitueretur [z], tamen ſuperior ſententia verbis teſtatoris magis quadrat. Enimuerò quoties ius teſtatoris tale eſt, vt legatario competere non poſſit, tunc eſt indubitatum, rem ipſam totam deberi, non autem tale ius: vt † ſi alicui extraneo legem 5

e d. l. legata. d. l. qui habebat. vbi Bar. ȷ̃. tit. ii.
f l. cùm filius. § dominus. ȷ̃. tit. i.
g d. l. vnum. § ſi rem.
h d. l. ſi res obligata.
i d. l. ſi domus. § i. vbi Bart.
K d. l. quod in rerum. § i.
l l. Paulus. § fin. quib. mod. pig. ſol.
m Ang. Raph. Paul. Alex. d. l. ſi res.
n d. l. cùm alienã. gl. l. nuper. verb. conditionem. ȷ̃. tit. ii.
o § ſi quis rem ſuam. Inſt. de leg.
p arg. l. quoties. § i. verſic. ſed ſi. de hær. inſt.
q d. l. vnum. § ſi rem.
r Alex. l. ſeruum filij. § i. ȷ̃. eod.
ſ d. l. cũ alienam.
t d. l. cũ alienam. Imol. & Alex. d. l. ſi domus. § ſi.
u l. ſi duo. in fi. uti poſsid.
x arg. c. quid aũt. de iure patro. ubi Abb. in fin.
y Alex. d. l. ſi domus. in fi. & conſ. 47. in iii.
z d. l. Iulianus, Bar. l. fideiuſſor obligari. de fideiuſ.

fundum



fundum ſeruientẽ, non intelligor legaſſe ius ſeruitutis fundo meo dominanti debitæ, vt Caſtr. hîc ait: ſiue, quia legatario, qui fundum dominãtem non habet, ſeruitus hęc acquiri non poteſt [a]: ſiue, quia tale ius non dicitur teſtatoris, ſed fundi ipſius dominantis [b]. Quòd ſi legatarius ipſe eius fundi eſſet dominus, legatum non valeret, adeò vt nec æſtimatio deberetur [c]. Illud quoque cenſuit Bart. ſi teſtator ſpecialiter tot iugera talis fundi reliquerit, non partem deberi, ſed integrum numerũ, tanquam verba hoc caſu certiora ſint [d]. Quod intelligunt alij, niſi fundum ipſum legaſſet adiecta demonſtratione tot iugerum, quod Socin. hîc tradit [e]. Sed quid, ſi teſtator, qui fundum legauit, deinde effectus eſt reliquæ partis dominus, an tunc totus debebitur? & ſi illa pars iure cuiuſdam acceſsionis ſit ſuæ adiuncta, omnes conſentiunt totum deberi [f]. Addit Iaſ. cùm legatus ſit fundus, & ſic res integra, etiam ſi teſtator partem communem emat, videri augmentum per quandam acceſsionem fieri, & ideo indiſtinctè totum legatario deberi [g].
6 cùm † enim augmentum ipſa in re fiat, de eo, ſicvt de re, iudicatur: ſecus, ſi circa res diuerſas, & ſeparatas fieret [h]. quę ſententia noſtro in caſu vera eſt. Bartolus tamen ſecũdum aliquos videtur diſſentire, expreſſeque Rapha. & Alexandro cõtradicit. ſed ego Bartolum loqui intelligo, quando teſtator adiecit dictionem *Meum* [i]. tunc enim legatum eſt limitatum propter poſſeſsiui pronominis vim. ideo ſi quid noui ematur, res diuerſa videtur, excepto, ſi hæc emptio ex cauſa neceſſaria adiudicationis facta ſit [k]: quia tunc, ſicvt per adiudicationem diminuto legato æſtimatio legatario ſoluenda eſſet [l], ita aucto ipſe eam ſoluere debet, & totum fundum habere. quod Raph. tradit, & Iaſ. Socinusque declarant, argumentiſque diſſentientium reſpondent. Sed ego diſtingui debere arbitror, vt ſi adiudicatio ipſi legatario facta eſt, ſuprà ſcriptam exceptionem ſequamur. Idem ſi ipſi teſtatori, qui pretium refuderit. debet enim legatarius id hæredi reſtituere, ſi ei legatus ſit fundus , adiecto pronomine *Meus*. quo caſu Bartol. loquitur . Quid ſi ſimpliciter legatum relictum ſit? putarim nec pretium quidem à legatario poſſe per hæredem repeti, ſicq́; Bald. Alexan. Ruin. & aliorum contradicentium
7 ſententiam intelligendam. Videamus † nunc caſus, quibus non integer fundus, ſed pars teſtatoris tantùm debetur. Et in primis hic eſt diſertè expreſſus, quando teſtator adiecit pronomen *Meum*, quod legatum reſtringit ad ipſius teſtatoris partem [m]. Vnde annotat hîc Raph. demonſtrationem, quæ pro parte falſa ſit, eatenus legatum vitiare: qua in re aliqui diſſentiunt [n], cùm dictio *Meum*, non ſimplicem vim demonſtrationis, ſed & reſtrictionis habeat. qua de re, alibi [o]. Alter eſt, cùm teſtator non ſpecialiter fundum legaſſet, ſed indefinitè locutus eſſet. tunc enim indefinita locutio ad partẽ ſuã reſtringeretur [p]. etenim indefinita in diſpoſitione hominis vniuerſali non æquipollet, qñ aliqua ratio hoc diſſuaderet [q], vt quia diſpoſitio hæredi noceret: aliàs, ſi nemini noceret, ſecus eſſet [r]. quod Bartolus hic adverſus Dyn. docet. & maximè verum in prætorijs ſtipulationibus eſt, quæ ſecundum prætoris mentem reſtringuntur [s]. Tertius eſt, cùm teſtator, qui fundi Corneliani quartam partem tantùm habebat, dimidiam legaſſet. intelligeretur enim ſecundum Bartol. dimidiam dimidiæ,

a l. i. l. ſi. ff. commu. præd.
b l. qui aliena. in fi. de neg. geſt. Bart. l. i. verſ. quęro. quid de quaſi poſſeſsione. de acquir. poſſeſ.
c d. l. Mæuius. § fundo. in fi. vbi Bart. Abb. in c. ſi. quod autem. & c. ſi. de iur. patron.
d l. Iulianus § ſi Titius. de act. empt. Canon. c. per tuas. de donat.
e Bal. rub. C. de contrah. emp. q. xxii.
f l. ſi ex toto. in princ. ȷ̃. eo.
g l. quod in rerũ. § ſi quis poſt ȷ̃. eo. l. cùm fundus. ȷ̃. tit. i vbi Bart.
h l. ſi ita. vbi Bar. de auro & arg. leg. l. ſin § i ȷ̃. tit. i.
i Bart. l. ſeruum filij. in princ. Din. Angel. Bald. Imol. Paul. Ruin. hic.
K d. l. Iulianus. § idem Celſus.
l l. fideicommiſſa. § ſi rem. ȷ̃. tit. ii.
m l. nuper. in fin. ȷ̃. tit. ii d. l. legata in fi. d. l. ſi ita. & d. l. qui habebat.
n arg. l. ſi diuortio. de verb. oblig. Iaſ. hic, & Ruin.
o Soc. l. demonſtratio. ȷ̃. de cond. & demon.
p l. fundus, qui de fund. inſtruct.
q l. ſi pluribus. vbi Bart ȷ̃. tit. i.
r l. ſtipulatio. § fi. de oper. no. nunt.
ſ l. in conuentionalibus. de verb. oblig. Alber. Beſut. Iaſ. hic.



L. 5. Serui electione. §. Cum fundus.

id eſt ius ſuum, tantùm legaſſe, vt quod de toto dicimus, idem & de parte ſentiamus [t]. quam ſententiam cæteri adverſus Aretin. ſequuntur, et videtur minùs impropria hęc eſſe locutio, quàm cùm dictio *Fundus* reſtringitur, cùm poſsit intelligi dimidia fundi ipſius teſtatoris tanquam teſtator partem ſuã ſeparatim pro toto acceperit [u]. cuius rei aliqua extant exempla [x], idque & ego ſequor, ſi aliquæ coniecturæ hanc teſtatoris mẽ-
A tem arguant. Alius eſt caſus, cùm teſtator legauit fundum ſuum, cuius partem actione mandati alteri præſtare tenebatur, eratque ipſe præſtiturus, ſi vixiſſet. tunc enim ſola pars, quam ſibi retenturus erat, in legato cõſeqitur [y], quod propter mentem teſtatoris inductum eſſe Raph. ait, cuius iudicium evidens ex diuiſione regionum perpenditur. Ego id etiam pronomini tribuo, quod ſuprà diximus reſtrictionis cauſã adiici ſolere: idemque, ſi aliæ coniecturę hoc ſuadeant [z].
B Nec me mouet, quòd tali legato id vinum deberi lex ait, quod parte precij recepta venditum erat [a]: quia actio, qua teſtator tenebatur, ineffícax erat, niſi reliquo pretio oblato [b]. Meritò de vino illo iudicamus perinde, ac ſi venditum adhuc non fuiſſet: ideoque lex hæredes grauat, vt ipſi contrariam voluntatem oſtendant, quia generalitas verborum contra eos ſtabat. Eſt & alius caſus, cùm pars teſtatoris toto fundo contineretur, poſſentq́; verba etiam propriè intel-
C lecta de ea accipi, vt cùm emphyteuta legat fundum ſuum [c], quod ſuprà docui. Qua ratione & idem conſequens eſt, cùm è contrario dominus fundum emphyteutæ legat [d]. nam intelligi pleno iure legatus nõ poteſt, cùm vtile, dominium ille iam haberet [e]. cenſebitur ergo duntaxat reliquiſſe directum, & ſic ius ſuum tantùm. Quod & in donatione receptum eſt [f]. nam & quoties aliàs actus eſſet omnino nullus, ſit interpretatio vt ius ſuum datum intelligatur [g], niſi verba nul-
D lo modo tali interpretationi convenirent [h]: vel, niſi manifeſtè vi verborum appareat actum eluſorium fieri, vt cùm quis legat vſumfructum, quẽ habet. quod hîc quibuſdam caſibus Ruin. diſtinguit [i]. Sed & cùm pater ſeruum filij caſtrenſis peculij legat, non videtur niſi reſpectu iuris ſui legaſſe [k]. vt, ſi viuo patre filius inteſtatus decedat, legatum confirmetur, aliàs non valeat. non enim cenſetur rem alienam legaſſe [l], cùm peculium filij non dicatur patri alienum [m]. nec rurſus
E ſuum, quia filij peculiaris eſt [n]. intelligitur ergo ſolam ſpem in legato deductam, quæ ex caſu ad eventum deduci poſsit [o]. Quæ ſententia minus difficultatis habet, cùm huiuſmodi ſpes certa eſt. quod Bald. tradidit [p]. Cæterùm & cùm teſtator credebat rem in totum eſſe ſuam , quæ pro parte tantùm ad ſe pertinebat, clarum eſt eã partem duntaxat deberi, ſi tamen extraneo relicta ſit [q]. qua de re ſuprà. In contractib. quoq; traditum vulgò eſt, cẽſeri alienantẽ de iure ſuo dun-
F taxat conſenſiſſe [r]. Quod intelligendum eſt, ſi emptor ſciuit, quale id ius eſſet. ſi enim ignoraſſet, non debet decipi [s]. Item intelligendum, niſi verba clarè & expreſsè oſtenderẽt id actũ, vt res ipſa præſtaretur integra , non autẽ ius in re tantùm [t], qđ ex qualitate pretij dignoſci poteſt [u]: vel ſi res tota tradita ſit. arguit enim traditio ſubſequẽs, qđ prius ſit actum [x]. quod hîc aliqui ſcripſerunt [y]. Sed & qui pleno iure eſt dominus,

t l. quæ de tota. de rei vendic.
u l. planè. in ff. ȷ̃. eod.
x l. Lucius. in princ. cum gl. ȷ̃. eo. Iaſon l. ait. in prin. de iureiuran.
y l. qui concubinam. § qui fundũ. ȷ̃. tit. ii.
z l. pen. de dot. pręleg.
a l. prædia § liberto. de fund. inſtruct.
b l. Iulianus § offerri. de act. emp.
c d. l. ſi domus. in fin.
d d. l ſi domus. § fin i. reſp.
e d. l. Mæuius. § penul.
f l. prædium. C. de loc. præd. lib. x ubi Bart.
g c. paſtoralis. de donat.
h d. c. quod autẽ.
i d. c. quod in rerum. § i.
k l. ſeruum filij. in princ. ȷ̃. eod.
l d. l. cùm alienã.
m l. hæreditate. § pater. de caſt. pecul.
n l. ii. C. de caſt. pecul. lib. xii.
o l. ſi. ȷ̃. de caſt. pec.
p l. antepenul. de vſuf. vbi Bald.
q d. l. vnum. § ſi rem.
r l. qui tabernas de cõtrahẽ. emp. Alex. d. l. ſi domus. § fin.
s l. ſi. verb. [illegible] ſcienti. C. de com. re alic. Bart. l. tabernam. de pig.

t d. l. fin. & l. Sticho de vſufruc. leg. vbi Doct. u Bar. l. ſi quis domũ §. huic ſubiungi. ff. loc. l. i. de reb. dub. x l. quędſi. de rei vẽd. y Ruin. hic.

Z

licet ſub cōditione grauatus reſtituere, ſi rem etiam ſcienti ſimpliciter vendat, nō ius ſuum, dubiumque euentum cenſetur vendidiſſe, ſed ius plenum atq; perpetuum, ideoque eueniente cōditione reſtituet pretiū [a]. Sed quid, ſi teſtator legato fundo adiecerit, quibus finibus contineatur? & Bal. cenſuit adhuc ſuprà ſcriptis caſibus partē deberi, quia adiectio finium non auget legatum [b]. Quod verum eſt, ſi fundus ſit pro indiuiſo cōmunis, cùm huiuſmodi fines etiam ſoli parti teſtatoris cōueniāt. Nec me mouet, q̄ comprendi videatur, quicquid intra illos fines eſt [c], quia verū hoc eſt, quatenus teſtator intra eos fines poſsidet, non quatenus alius, vt Alexan. reſpondit [d]. Quòd ſi fundus iam diuiſus eſſet, aliud iuris eſt, vt Aretin. hîc tradit.

a l. ſi §. fi. C. cō. de leg.
b Bal. l. i. C. qui e ſt. fac.
c l. ædc. §. de con trahen. empt. Bal. rub. C. eo c x i i.
d conſil. iiii. ponderatis. iii. vol.

## LEX VI. IVLIANVS LIBRO XXXIII. Digeſtorum.

STICHVM, QVI MEVS ERIT, CVM MORIAR, HAERES MEVS DATO, magis conditionem legato inieciſſe, quàm demonſtrare voluiſſe patremfamilias apparet: eò quòd ſi demōſtrandi cauſa hæc oratio poneretur, ita cōcepta eſſet: † STICHVS QVI MEVS EST, non, QVI MEVS ERIT. Sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit: vt ſi totum alienauerit, legatū extinguatur. ſi partem pro ea parte debeatur, quæ teſtatoris mortis tempore fuerit.

## LEX VI.

1 *Clauſula,* QVI MEVS, *pro adiecto verbo effectum parit.*
2 *Relatiuum verbo præſenti additum interdum demonſtrationem, interdum conditionem deſignat: futuro, conditionem.* 5.
7 *Per relatiuū futuro verbo adiectum, aliàs tacita, aliàs expreſſa cōditio notatur. eiusq; rei applicatio et vſus.* 8.
10 *Conditionis definitio, & effectus.*
11 *Fallentiæ ad regulam, quòd conditio reddat actum indiuiduum.*
12 *Interpretatio & vſus verborum conditionalium, Si eſt, Si non erit, etc.*
13 *Alienatione partis interdum amittitur totum.*
14 *Vaſallus & emphyteuta ob alienationem partis nō priuantur re tota.*

a
1 STICHVM QVI MEVS [a]. ¶ Hæc † clauſula, *Qui meus eſt*, demonſtrationem inducit: Qui meus erit, conditionem. ideo pars alienata nō debebitur, & cōditio in parte remanente exiſtet. nec hoc caſu diſtinguetur, alienatio ſit ex neceſsitate, an voluntaria facta [e], cùm cōditio deficiat: ſecus eſſet, vbi cōditio nulla adiecta ꝓponeretur. tūc. n. ei diſtinctioni eſſet locus [f], non legatis tm̄, ſed etiam in donatione cauſa mortis. quod Din. cēſuit, & Iaſ. diſputat, & ego indubitatū eſſe cēſeo [g]. Hincq; apparet, tres
I. concluſio. hac ex lege cōcluſiones accipi, quas ſingillatim
2 explicabo. Prima eſt, Relatiuum † adiectū verbo præſenti, demonſtrationē tantùm inducere [h]. nō enim cōditionē inducit, cùm ea nō ad preſens [i], ſed ad futurū referatur. Sequitur ergo, vt dūtaxat rem demōſtret. idq; verū eſt, ſi certo corpori ad-
I. iectum ſit. Quid ergo, ſi incerto? putà, *Lego omnes veſtes, quæ meæ ſunt, vel fuerūt?* & videtur conditionē induci, quę legatū reſtringit [k], adeò vt ſi quę meę non ſint, nō debeātur: cùm aliàs ſecus eſſet, ſi ſim
3 plex demonſtratio induceretur. nec † enim falſa demōſtratio legatū vitiat [l]. ſicq; Caſtr. Alex. Iaſ. hîc tradiderunt, quæ ſentētia vera eſt [m]. Nec me mouet, quod Pomponius ait, id non poſſe fortiter defendi [n], q hoc refertur ad id, quod dixerat demōſtrari veſtē, quę mea erat. nec enim prefractè id intelligendū eſt, ſed etiā ſi mea nō eſſet: dū tn̄ bona fide poſſeſſa nihilo minùs debebitur [o].

e l. ſcribit. in fin. de aur. et arg. leg.
f l. fideicōmiſſa. §. ſi rem. ꝟ. tit. ii.
g l. Marcellus. §. Paulus. de don. cau. mor. vbi Ro
h Bar l. omnes populi. de iuſt. et iur. text. hic.
i l. cùm ad præſens. ſi cer. pet.
K l. nuper. verſ. ſi verò incertum. ꝟ. de leg. iii.
l §. huic proxima. inſt. eo. l. falſa. ff de cōd. et dem.
m l. Quintus. ꝟ. de ... arg. leg.
n l. nuper. verſ. ... non puto.
o l. ſeruos. eod. tit.

Sed quid, ſi talis demōſtratio ſubſtantię rei legatæ cohæreat? & tunc quoq; deficere legatum o-
mnes ſentiunt, vt ſi lego tibi x, quæ Titius mihi debet. ſi enim Titius nil debeat, illuſorium eſt legatum [p]. qua de re alibi. Quod & ad relatiuū quātitatis ꝓduci poteſt, quoties ea quantitas ſubſtantiam reſpicit, ſicvt pretiū in; emptione [q]. II.
Qua ratione & illa inſtitutio ex partibus, quas adſcripſi, ſimplicem demonſtrationem non cōtinet, ideoq; nulla parte adſcripta inanis eſt inſtitutio [r]. cū † enim demonſtratio ſit quædā ex inſtantibus, vel preteritis noticia ei rei adhibita, quæ iā facta eſt [s], ſuprà ſcriptis verbis inſtitutio non dicitur facta iā eſſe, ſed fieri, ideoq; partes qualitatē quādam reſpiciunt ſubſtantiæ cohærentem: qua deficiente & inſtitutio deficit [t], tāquam illuſorium actum facere teſtator voluerit. quod infrà attingemus. III. 4

p l. ſi ſic. §. i. ꝟ. eo. l. legaui. de lib. leg. Fel. c. ſuper litteris de reſcrip.
q l. ſi quis fundum. de contrahē. emp.
r l. ii. de hæred. inſt.
s Bart. l. demonſtratio. de cond. et demonſt.
t l. circa. verſ. ex his. in fi. ibi. nulla. §. de hær. inſt.

Sequens concluſio eſt, Relatiuum † adiunctū verbo futuri tēporis, conditionē inducit: reprobataq; eſt Labeonis ſententia, qui demonſtrationē tantùm induci affirmabat [u]. Atqui licet poſt euentum conditionis demonſtret, tn̄ ab origine conditionem inducit [x]. ſicvt † & conditio inducitur per diſtributiuum *Quiſquis*, futuri temporis verbo iunctum [y]: ſiue ad perſonas referatur, ſiue ad res ipſas [z]: ſiue verbo optatiui modi adijciatur [a], ſiue futuro ſubiunctiui [b]. Idemq; † in relatiuo non ſubſtantię, ſed qualitatis [c], quod Iaſon hîc docet, & receptiſsimū eſt [d]. Sed nunqd huiuſmodi cōditio tacita ſit, an expreſſa? & Doctores ſentiunt tacitā videri. quod enim ad proprietatem ſermonis attinet, dictio *Qui*, principaliter refert, non aūt ſuſpēdit: & ideo lex tali caſu non eſſe adſcriptam conditionem, ſed ineſſe ait [e], & alibi quaſi tacitè cōditionē incertā exiſtimat [f]. quod tn̄ aliquo modo expreſſa vi verborum eſt, talis conditio impediet trāſmiſsionem [g]. & hæc quidem vera ſunt, cùm certo corpori adiecta eſt huiuſmodi clauſula. Quòd ſi incertum corpus reſpiciat, tunc etiam expreſſam conditionē induci Oldr. quodam reſponſo cenſuit [h]. At alij Recentiores hic expreſsiùs induci conditionē, quoties de certo corpore agitur. exiſtimant, vt in lege noſtra [i], quàm ſi de incerto. Sed à receptiore ſententia recedēdum non eſt: quia licet lex dicat nihil hęc intereſſe, verumq; id reſpectu effectus ſit, tamen adiectionem relatiui non ſimpliciter cōditionem, ſed pro conditione eſſe ait [k]. quæ verba tacitam quandam interpretationem arguunt [l]. Cæterùm † quib. caſibus expreſſa conditio interpretatione reſtringitur, vel infirmatur, ijſdem etiam hanc tacitam, quæ ex relatiuo oritur, arctari corrigiq; conſtat. cuius rei non pauca adduci propter voluntatem defuncti exempla poſſent: Velvti cùm teſtator in caſum conditionis duntaxat prouidit, quia illum ſolum euenturum credebat, non idcirco excludetur alius, vt ſi credens omnino ſe tunc moriturum, inſtituerit filium, qui ſibi poſt mortē naſcetur. ſuccedet enim quamvis ſe viuo natus, nec cōditio efficax

II. concluſio.
5
u d. l. nuper in fi.
6
x l. Quintus iii. §. fi. de aur. & argen.
7
y l. qui liberis. in prin. de vulgar.
z l. qui Romæ. §. Augerius. de verb. oblig.
a l. cùm certus. de vin. oleo; leg. l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. emp.
b l. ſi. §. ſed & ſi cuis. C. com. de leg.
c l. ſi Titius. §. cùm ita. ꝟ. tit. i. vbi Bal. & Imol.
8
d l. ſi quis fundum. de contrahē. empt. vbi Doct.
I.
e l. i. de cond. dem. d. l. ii.
f l. cùm illud §. i. quādo dies leg.
g l. cùm quidam ita. circa med ꝟ.

tit. i. verſ. planè. h conſil. cxxvi. i verb. magis. Rui. hic. K. d. l. nuper. in fin. l gl. l. mercis. de verb. ſignific.

erit.



erit [a]. quæ ſententia recepta eſt, habetque æquitatem, tametſi verbis legum non ſatis quadret [b]. Certior eſt, ſi dixiſſet teſtator, ſi filius intra decē menſes poſt mortem meam. etc. Intra decem mēſes enim ſignificat in x. menſes, id eſt, vſq; ad decimum menſem [c].
STICHVM, aliàs. Qui autem naſcitur viuo teſtatore, verū eſt eſſe natum intra eum terminum, qui à die teſtamenti incipit. & decimo mēſe poſt teſtatoris mortem finit. quod
II. alibi docui. Aliud eſt exemplum, cùm Stichum ſeruum, qui meus erit, cùm moriar, hæredem & liberū eſſe iuſſero. Si enim interim manumittam, nihilo minùs, quamvis defecta cōditione, ſuccedet [d]. idque propter mentem meam; qui manumittendo libertatem in eius commodum accelerare volui, non vt ei damnum facerem. Vnde illis verbis *Si meus erit*, videtur expreſſum potiùs, quod tacitè inerat. vt enim alienus liber non fuiſſet, neque ſibi, ſed domino hæreditatem acquiſiuiſſet. [e] Qua ratione & idem tra-
III. ditū eſt, cùm quis promiſiſſet tibi x, qua die petieris, hîc nulla eſt conditio, ſed videtur expreſſum, quòd tacitè inerat [f]. nec enim homines ſoluūt, niſi interpellati, quod aliqui Veteres docue-
IIII. runt. An quia petitio hæc non obligationis ſubſtantiam, ſed executionem reſpicit? quod Bart.
9 mavult. Is † autem actus conditionalis efficitur, cuius ſubſtantia interim ſuſpenditur, non cuius executio. Vnde receptū eſt, relatiuū verbo executiuo adiectum, actū principalē non reddere conditionalē [g]. qua de re alibi diffuſiùs tractaui. Eſt
V & aliud exemplum, cùm teſtator, *Lego*, inquit, *centum, ſecundum conditionem, quam infrà ſcribam*, nulla ſcripta, legatū purè debetur [h]. Cuius rei illā eſſe aiunt rationem, quia cōditionis huius implemētum cùm à mera teſtatoris voluntate pendeat, ſi deinde nihil adſcripſerit, videtur mutaſſe voluntatē. & adiectionē conditionis ſuſtuliſſe: qđ Im. Soci. Iaſ. crediderunt [i]. Ego conditionem qualitatem quādam eſſe ſcio, quę ſi actui perfecto nō adiiciatur, ſiue per pœnitentiā, ſiue per obliuionem ſiue per teſtatoris incuriam, non ideo vitiat actum ipſum, qui iam ex ſe perfectus eſt [k]. Quòd ſi non teſtatoris factum reſpiceret, ſed tertij alicuius ſecus eſſet [l]. Idem ſi non eſſet perfectus actus, vt quia incertitudo perſonarum ſubeſſet [m]. tunc enim res in ſubſtātia ipſa deficeret [n]. Sed & ſi aliàs conſtet voluiſſe teſtatorē omnino conditionem apponere, & per errorem omiſiſſet, receptum eſt vitiari inſtitutionem [o]. Idemq;, ſi ſtricti iuris regulas putarem, ſi conditio illa rem ipſam diſtribueret. videtur enim quodammodo ſubſtantiæ cohærere, vitiareturq; ideo actus, qđ Marcellus cēſuit, niſi q̄ illa alia opinio quadam ex æquitate inſtitutionis ſuſtinendę fauore prę-
VI valuit [p]. Vnde ſi inſtituam Titium ex partibus, quas adſcripſero, nullis adſcriptis valebit inſtitutio [q], quoniā conditio illa *Quas adſcripſero*, non inſtitutionē, ſed partes reſpicit. & inſtitutio pura remanet. relatiuum enim cōditionem ſuo antecedenti adiicit, vt ſi antecedat ſubſtātia, actus ſit cōditionalis [r]: ſi qualitas, illa duntaxat ſuſpēdatur, quod Bart. rectè docuit [s], & adverſus Aretin. cæteri tradiderunt. Sed cur non idē eſt, cùm

a l. ſi. C. de poſthu. hæred. inſtit. Alex. & Iaſ. hic.
b l. commodiſsimè. de lib. et poſthu.
c l. ſi quis ſic. de verb. ſig.
d l. talem. in fin. de hæred. inſt.
e l. ſi in diē. in fi. de cond. & dem.
f l. ſi x. cùm petiero. l. ſi ita quis promiſerit. de oblig. d. l. ſi in diē. §. ſi. de condit. & dem. Iaſ. hic.
g l. ſi Titius mihi. §. cùm ita. ꝟ. tit. i. vbi Bal. & Im.
h l. pen. C. de inſt. & ſubſt.
i Imo. l. cùm pater §. vicos. ꝟ. tit. i.
K Bart. l. ita ſtipulatus. i. opp. ꝟ. de verb. oblig.
l l. ſi ita coitu. pro ſocio, vbi Fulg.
m l. qui plures de vſuf. leg.
n l. ſi is, qui de teſta.
o l. quoties. §. tantundem. vbi Bart. eo. tit.
p l. ii. de hæred. inſtit. & l. ſi quis ita ſcripſerit. eod. tit.
q l. qui plures. de vſufruct. leg.
r Bart. l. i. q. v. de cond. & dem.
s Rom. conſil. ccxxxviii. ad fin. & ccxlx.

præteriti temporis verbo vſus eſt teſtator, putà *Inſtituo Titium ex partibus, quas adſcripſi, vel adſcripſiſſem* [t]? Reſpondeo, cùm futuri temporis verbo vſus eſt, arguitur teſtatoris pœnitentia, vel obliuio, quæ actū perfectum nō debent perimere: at cùm de præterito quis loquitur, nihil aliud argui poteſt, quàm q̄ actum voluerit illuſorium facere [u]. nec enim credibile eſt lapſum eū memoria in re, quæ incontinenti præceſsit [x]. Quod dictum eſt, ſi ita ſit inſtitutus, ſit hęres ex partibus, quas adſcripturum ſe dixerit, nullis poſtea adiectis; inſtitutio pura eſt, & nihilo minùs valebit, idque colligi poterit ex ſententia Herennij Modeſtini ſuperiùs adducti. ſublata enim qualitate adiecta, non evaneſcit actus. Sed adverſus ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſubſiſto, adducoque id, quod ait Paulus [y], exiſtimans teſtamentum non probata qualitate nullius momenti eſſe: veluti, *Inſtituo Aureliū, ſi filiū meū ſe eſſe probauerit*, Filius ſub ea conditione (inquit Paulus) non poteſt videri inſtitutus. Hanc antinomiam diluere videtur acutiſsimi vir ingenii Papinianus, inquiēs, falſam cauſam non obeſſe, quia ratio legandi. Legandi aūt verbum latiſsimum eſt. nam & ad inſtitutiones hæredum pertinet, idq; ex verbis legis duodecim Tabularum manifeſtò liquet apud Modeſtinum: VTI QVIS LEGASSIT REI SVAE ITA IVS ESTO, Legato non adhæret. Sanè ſi probaretur teſtatorē aliàs inſtitutum non fuiſſe, exceptione doli ſubmoueretur inſtitutus, ſicvt in ea re teſtis Papinianus [z]. Conditionis aūt eam eſſe naturam exiſtimat Florentinus, vt futuram rem oſtendat, quod & ex definitione eius colligitur. Definit † autem eandem Accurſius, vt ſit quædam legati ſuſpenſio, cuius de futuro defectus, ſeu confirmatio pēdet. Huius definitionem probat Azo in Summa C. de condit. inſert. Bartolus [a] verò improbat aliam, his verbis ſubnectens: Conditio (inquit) eſt futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpēditur. Hæc definitio à Doctoribus cōmuni calculo recepta eſt. Nam & effectus conditionis eſt ſuſpēdere actus. Vltima eſt concluſio, qua hîc traditur, ſufficere ſi conditio pro parte duntaxat adimpleatur. quæ ſententia in caſu legis noſtræ vera eſt. Cæterùm contraria regula conſtituenda eſt, vt conditio pro parte adimpleri, aut ſcindi nequeat [b]. Vnde ſolet dici conditione actum reddi indiuiduum, qui aliàs ſeparationem reciperet [c]. Cuius rei ratio illa eſt, nempe ius verborum, à quibus non temere recedendum eſt, præſertim in conditionibus, quæ propriè & ſtrictè accipi debent [d]. Quod autem dē re dicitur, non niſi impropriè ad partem traheretur, vt ſuprà dixi [e], & argumentum de toto ad partem non vi ſermonis, ſed extenſiuè per ſimilitudinem rationis procedit [f]. Hinc eſt, quòd ſiue in dando, ſiue in faciendo conſiſtat conditio, ſemper indiuidua eſt, vt hîc Bartolus ait [g]. Idem eſt, ſiue in poteſtatem alicuius conferatur, ſiue in aliquem evētum [h]. ſubeſt enim ſemper eadem ratio. Non † tamē perpetua eſt ſuprà ſcripta regula. Et in primis non procedit in caſu legis noſtræ, cùm teſtator legauit Stichum,

L. 6. Stichum, qui meus.
t d. l. ii. & l. clemens. in fi. eod. tit.
u l. non ſolùm. in fi. de act. et oblig.
x l. nam ad ea. de cond. & demonſt.
y l. Lucius. de condit. et demon.
z l. cùm tale. §. falſum. ff. eod.
10
a l. i. ff. eod.
III. concluſio.
b l. cui fundus. de cond. & dem.
c l. v. §. fi. de verb. oblig.
d l. Mæuius. l. qui hæredi. de cond. & demon.
e l. prox. §. i.
f l. quæ de tota. de rei. vend.
g d. l. cui fundus. l. pen. C. de cond. inſtit.
h l. qui duobus. de cond. & demon.
I.
11

qui meus erit, etc. & ratio eſt propter naturam dictionis *Meus*, quæ eſt poſſeſsiua, & dominium ſignificat[a]. Vnde ſicvt dominium diuiſionem recipit[b], ita etiam hæc conditio, quæ ad illud refertur? quod verum eſſe Raph. ſentit[c], cùm quis rē propriam legat. talis enim conditio quodammodo neceſſaria eſt, cùm nō facilè quiſquam res alienas leget. Quòd ſi conditio voluntaria eſſet, tunc non diuideretur, vt ſi lego Stichum, qui Titij erit. qua tamen in re Alexander, alijq; Recen- A
II. tiores diſſentiunt[d]. Bart. ideo ſcindi conditionem ſuprà ſcriptam cenſuit, quia in ipſa re, ſeu circa ipſam eſt implenda. Quoties ergo & conditio & diſpoſitio circa idem adhibetur, toties & diuiſionem recipit[e]. Sicvt enim diſpoſitio ſui natura ſcindi poteſt: ita & cōditio, quæ eiuſdem rei ſit. Vnde illa conditio, Si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, intelligitur, quatenus non valet, quod frequentiùs receptū eſt[f].
III. Quid ergo dicemus in inſtitutione? putà Stichus B
ſi meus erit, cùm moriar, hęres eſto? & videtur adhuc intelligendum, *Si*, pro, *Quatenus*, vt ſi pro dimidia tantùm ſit alienatus, ſit hęres pro dimidia iure inſtitutionis, pro alia verò dimidia iure accreſcēdi, quia nemo pro parte decedere teſtatus poteſt, quod Ruinus cenſuit. quę ſententia vtilis in teſtamento militis eſſet. Sed ego potiùs in totum hæredē ex inſtitutione putauerim, quia lex ſimpliciter dicit, non deficere conditionem[g], vt ſuprà ſcripta verba intelligantur, quatenus ſit meus, vel pro parte ſit hæres in ſolidum, fietque C hæc interpretatio propter naturam rei, ne videa-
IIII. tur quis pro parte teſtatus. Nā & ex natura rei ſcindi conditionem illud argumento eſt, quòd evicta re pro parte, committitur ſtipulatio duplæ pro ea parte tantùm. Et ſtipulatio pœnalis ſub cōditione, Si res evincatur, intelligetur, quatenus res evincitur, quod Bartol. cenſuit[h], & tamen conditio rem ipſam, diſpoſitio pœnam reſpicit. Sed reſpondendum eſt, id propter naturā rei eſſe, ſecundum quam non videtur venditor ſe D amplius obligaſſe, quàm evictum fuerit[i], ne aliàs emptor pro parte non evicta & rem & pre-
V. tium habeat[k]. Qua † ratione & cùm iudex,
12 Condemno, inquit, ſi eſt probatum, intelligitur, quatenus eſt probatum[l]. Ea enim eſt actus natura, vt ſententia ſecundum probationes declaretur[m]. An hoc ideo eſt, quia hæc verba conditionalia non ſunt, cùm ad præteritum referantur? quod Iaſon credidit. Vnde & in legato eorum, quæ vxoris cauſa parata ſunt, non cōpræn- E duntur, quæ pro parte, ſeu communiter parata erant[n], quia propriè conditio non eſt, cùm ad tēpus lapſum trahatur. Sed hoc alia ratione inductum eſt, nempe quia vſus indiuiduus eſt. Vnde ſi de re diuidua tractaretur, vt de alimentis, ꝓpter eorum naturam aliud eſſet[o]. Adde, quòd & ratio, quę iubet conditionem propriam ſcindi, eadem & in impropriam debet diuidere. Sentit & hoc Bartolus in quæſtione, Si non valet, etc. Etenim id verbum præſens eſt, propriè F
VI. conditionem non inducit. Sanè ex quadam æquitate ſcindi quoque poſſe conditionem, receptum eſt eo exemplo, Promitto amplius non agere, & ſi egero, promitto centum. Si pro parte actum ſit, pœna duntaxat pro parte committetur[p]. iniquum eſt enim te integram pœnam cōſequi, cùm exceptione conventionis potueris agentem ſubmouere[q]. quòd ſi exceptione tutus non fuiſſes, id eſt, rem ipſam nō haberes, ceſ-

a l. ſeruos ꝗ. tit. ii. l. ſi ita. vbi Bar. de aur. & arg. leg.
b l. ii. §. i. de verb. oblig.
c Raph. Alex. cæteri ꝗ. prox. §. i.
d ſ̄ l. prox. §. i. vbi Rapha. Alex. cæteri.
e d. l. ſcribit. in fi. et ſ̄. l. prox. §. fin. & l. qui quadringenta. §. quid ergo. vbi Alex. ad leg. Falcid.
f Bart. l. i. q. ix. ſ̄. tit. i. Dec. conſ. cxcvi.
g l. ii. de condit. inſtit.
h Bart. l. i. de euict.
i l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. de Edil. edict.
k arg. l. in executione. §. pen. in gl. de verb. oblig.
l Bar. l. ait prætor. §. i. de re iud.
m Corn. conſil. xxiii. lib. iiii.
n l. hoc. legatum. de leg. iii.
o l. alimenta. §. fi. de alim. leg. Bart. l. Quintus. ꝗ. de auro et arg. leg.
p l. iiii. §. Cato. de verb. oblig.
q arg. l. i. §. ſi debitori. ꝗ. vt in poſſeſ. leg.

VII. ſat æquitas, committiturque in ſolidum pœnalis ſtipulatio, quod alibi declaraui[r]. Huc pertinet, quòd ſi plurium ſeruorum nomine in iudicio ſiſtendorū pœna promiſſa ſit, vno non ſtato, conditio eatenus ſcinditur, vt reſpectu aliorum tutus exceptionis promiſſor pro rata pœnæ ſit[s]. quod quadam æquitate in ſtipulationibus neceſſariò contractis, & ad iudiciorum pręparatoria pertinentibus indultum eſt. alioquin ſi extra iudicium ageretur, vel ſtipulatio non vna, ſed coniunctim concepta eſſet, nullus exceptioni
VIII. daretur locus, nec diuideretur conditio[t]. Exiſtimarim quoque propter vim verborum eo exemplo ſcindi conditionem, cùm teſtator vxori vſumfructum legauit, ipſa ſtāte in habitu viduali, ſcindetur conditio pro temporis rata, quo vidua fuit, vt eatenus lucretur vſumfructum[u]. Quòd ſi deinde nubat, non reſtituet percepta, tanquam defecerit cōditio[x], quoniam verbum *Stare*, tractum temporis habet[y]. quod ex facto obtentum vidi. Nam & cùm teſtator conditio-
IX. nem dandi pluribus perſonis à principio apponit, videtur ipſe eam ſcindere, vt quilibet partē ſuam cōſequatur, ſi conditioni pro parte ſua paruerit[z]. idque certiùs dicendum eſt, ſi ipſe teſtator ſeparatim eas conditiones adſcripſerit[a]. Idemque, ſi ſeruo plurium ſint adiectæ. ſcinditur enim conditio ſecundum dominorum perſonas[b]. Idemque quoties vni totum relictum eſt, cùm partis duntaxat capax eſſet. ſcinditur enim dandi conditio pro rata, quatenus eſt capax[c]. Sed & generaliter probandum eſt ſcindi conditionem ijs caſibus, quibus pluralis numerus in ſuos ſingulares reſoluitur[d]. ad quod diſcernendum coniectura voluntatis, vel rei ipſius qualitas multum confert[e]. Quòd ſi con-
X. ditio vnum duntaxat reſpiciat, id eſt, ab vno implenda ſit, adhuc ex cauſa, quæ ſuperveniat, ſcindi poterit, vt quia deſierit pro ſolido poſſe adimpleri[f], vel conditio reſpectu certæ commoditatis adiecta ſit, quæ deinde ſit imminuta[g]. nam & hoc ex ſententia teſtatoris procedit[h]. Sanè quod dixi conditionem non ſcindi, nihil impedit, quin, ſi indiuidua ſit, ab vno tantùm implea-
XI. tur: iſq; ſolus implementi commoditatem conſequatur, cōiuncto, qui negligens fuit, excluſo[i]. quod iure veteri cautum erat, & Iuſtinianus quoque ſanxit[k]. quòd ſi diuidua conditio ſit, nihilominùs ſaluum eſt adimplenti ius accreſcendi[l].

Addit Bartol. hîc cōditionem, quę in alterius conditionis diuiduæ defectum confertur, eodē modo ſcindi poſſe, quo & prior poterat. Vnde ſi
XII. lex municipalis in contractibus mulierum conſenſum duorum agnatorum requirat, ſi eos habuerit, & ſi non habuerit, duorum cognatorum intelligentur illa verba, ſi non habuerit, id eſt, quatenus non habuerit: & ideo ſi vnus tantùm agnatus adſit, ille auctorabitur adſumpto[m] cognato. Cùm enim circa idem conditio & diſpoſitio auctoritatis agnatorum verſetur, poterit conditio ſcindi[n]. Ergo & ſubſequens de cognatis ſcindetur[o], quamvis conditio hoc caſu circa aliud ſit, quàm diſpoſitio, veraque eſt hæc ſentētia & communiter recepta[p], quam & ego ſequor, non tam ſuprà ſcripta Bartol. ratione motus, quàm quòd de legali conditione hîc agitur, in qua ex vulgata regula, de toto ad partem argumentum valere debet, quoties ſubeſt

r l. v. §. fi. l. in executione. §. pen. de verb. oblig.
s l. ſi ſeruus. §. i. ſi quis cau.
t l. ſi is, qui ducenta. §. cùm ita. de reb. dub.
u Curt. conſil. xiiii. & ſeq. Bart. l. Titia teſtamento. §. fin. q. pen. ꝗ. tit. i.
x l. cùm filius. §. qui mutianā ꝗ. tit. i. vbi Raph. auth. cui relictum. C. de ind. vid. tol.
y Ioan. And. c. mutare. de reg. iur. in vi. c. quoniā. Abbas. in gl. i. vbi Abb. de eſſic. deleg.
z d. l. cui fundus. ii. reſponſ. ſi quis legata. in fi. eo. tit.
a l. falſa. de cond. & demonſt. l. ii. in fi. de cond. inſtit.
b l. qui hæredi. §. ſi duorum. de cōd. inſtit.
c l. ei, qui ꝗ. de don. cauſa mort. l. Plautius. §. i.
d l. falſa. in fi. de condit. & demōſt. d. l. ii. §. fi. de cōd. inſtit.
e l. ſi ita. ii. §. quæſtio de manumiſ. teſt.
f l. pen. ii. reſpon. de cond. & demonſt.
g l. Plautius eo. tit.
h l. qui hæredi. §. ſi pars. eo. tit.
i d. l. ſi ita. ii. in princ.
K d. l. pen. de cond. inſer.
l d. l. ſi quis legata. in fi.
m arg. §. quod actum in auth. de nō alien. Bal. c. i. quid ſit inueſtit.
n l. qui quadringenta verſ. quid ergo. vbi Aelx. ad leg. Faſcid.
o arg. l. aliquando. de condit. & demonſt.
p Doct. hic, & in c. quoties de teſtib.

eadem



eadē ratio[a], & quod de plurali dicitur, in ſua ſingularia reſoluatur[b]. Et vt lex ſecundum caſum poſsibilē, quatenus fieri poteſt, intelligatur, qđ alibi Bart. tradidit[c]. Vnde parū me mouet, quod adverſus Bar. hîc aliqui adducunt, quòd ſtipulatio pœnalis collata in contrariū caſum ſtipulationis diuiduæ præcedentis ſcindi non poteſt[d], & tn̄ prior ſcindit. Reſpōdeo, nec priorem quidem ſcindi, qa propter vim verborum ſtipulationis pœnalis, effecta eſt indiuidua: ſecus in conditione legali, quæ adhuc diuidua manſiſſet. Hinc infertur, vt cōiunctim pluribus hæredibus facta vulgari ſubſtitutione, aliquo dimittente potior ſit cohæres, ne conditio illa ſubſtitutionis, *Si hæredes non erunt*, ſcindatur[e], quod receptior habet B ſententia. Cuius rei illa eſt ratio, quia verba inſtitutionis, *Titius & Seius hæredes ſunto*, etiam in ſenſu ſingulari, non tantùm compoſito, cōiunctam habent, ſatiſq; mēti teſtatoris ſit, ſi vel vnus adeat[f]. aliàs non, niſi vterque ſimul, adire poſſet[g]. Accipiantur ergo illa verba, *Si hæredes non erunt*, nec ſimul, nec ſingulariter, cùm ſubſtitutio in contrarium inſtitutionis caſum conferatur, & ab ea in-
XIII. terpretationem capiat[h]. Quòd ſi non coniun- C ctim, ſed ſeparatim facta ſit ſubſtitutio, tunc ſcindetur conditio propter vim verborum, & ſubſtitutus cohæredem excluderet[i], & dicitur ſeparatim facta, etiam ſi vni ſeruo communi pluriū dominorum ſit facta[k]. Cùm enim perſonā plurium repræſentet, cenſetur perinde, ac ſi ſeparatim cuilibet domino datus eſſet ſubſtitutus[l].
XIIII. quam materiam alibi latiùs tractaui[m]. In fideicōmiſsis quoq; receptum eſt ſcindi conditionē, vt ſi dictum ſit, *Si Titius & Seius ſine liberis deceſſerint, reſtituant Sempronio*, vel altero decedente, admittatur Sempronius[n]. quia videtur teſtator fidē ſin- D gulorum in ſua cuiuſque parte ſecutus, & cōiuncta ſeparato ſenſu, non aūt compoſito accipitur, quod alibi declaraui[o], vt quilibet in ſua parte ſit grauatus, nec enim onus vnius alteri iniunctū fa-
XV. cilè credendum eſt. Sed † pone, teſtator inſti-
13 tuto hærede addidit, ſe ea conditione facere, ne hæreditatem alienet, & ſi fecerit, ſit priuatus, & hæreditas ad Zenonem pertineat: alienauit hæres certam partem, an cadat in totum? & Angelus cadere reſpondit[p], quia ademptum ſub conditione, videtur ſub cōtraria conditione datū[q]. conditio aūt ſcindi non poteſt. Quæ opinio certa eſt, ſi ſcriptum proponatur, ne quid alienet[r]. Sed cùm prohibitio de tota loquatur[s], non videtur partē alienando in totum puniēdus, ſed ꝓ ea parte tātū. qđ Iaſon cēſuit, vt hęreditas, id eſt pars hęreditatis[t], alienata dūtaxat ad hoſpitale pertineat. Nec obſtat, ꝙ cōditio ſcindi nō debeat, quia cùm cōditio & diſpoſitio de eadē re cōceptæ ſint, ſicvt diſpoſitio ad partem quoque refertur, ita & conditio, quæ in contrariū eius caſum requiritur, vt ſuprà dixi[u]. tametſi & illud dici poſsit, quod in pœnā ademptum eſt, non vi-
XVI. deri ſub contraria conditione datum[x]. Cæterùm ſuprà ſcripta ſententia in verbis legis certior eſt. traditū enim eſt, eum, qui pro parte adverſus legis præcepta facit, in toto haudquaquā
14 puniri[y]. Vnde † emphyteuta partem inconſul-



a l. qui ſcit. §. i. de vſur. Bart. conſil. x.
b d. §. fi. Dec. cōſil. 50.
c arg. l. ii. §. homines. vi bonor. rapt.
d l. v. §. fin. de verb. oblig. Bart. iiij. §. Cato. viii. oppoſi. de verb. oblig. vbi dixi.
e l. quamuis. C. de impub. Alex. conſ. xxxviii. Iaſ. hic.
f l. filio pater. ꝗ. eod.
g l. pen. in fi. de iniuſt. rup.
h d. l. ſi is qui ducenta. §. fi. l. C. de impuber.
i l. æquiſsimum. §. ſi duo. de ſecund. tabul.
k l. fi. in princ. de vulg.
l l. & Proculo. ꝗ. tit. i. & d. l. qui hæredi. §. ſi duorum.
m l. i. de vulg. vbi Doct.
n l. Lucius. §. Caio. ad Trebel. l. ſi. §. filiū ꝗ. tit. i.
o l. hæredes. §. cùm ita. ad Treb.
p Ang. conſ. clxviii. Iaſ. l. ſi ita quis ſtipulatus. §. ea lege. in fin. de verb. oblig.
q l. aliquando. de cond. & demonſt.
r l. ſi is, qui ducenta. §. vtrùm. de reb. dub.
s l. Titia. i. §. i. ꝗ. tit. i.
t l. Lucius Titius. vbi. Bald. ꝗ. eod. Iaſ. ait. prætor. in princ. de iureiur.
u Ruin. ſuprà l. prox. §. pen. in fi.
x Bart. l. i. §. item ſi ita. ad l. Falcid.
y l. in depoſiti. ff. depoſit. Paul. Aret. Mod. d. §. Cato in v. oppoſ.

to domino alienans, ab ea tantùm cadit[z]. Quod & in cliēte fiduciario certum eſt[a]. Idem in vno ex pluribus emphyteutæ hæredibus, qui in re malè verſetur[b]. ſolus enim cadit, vt alibi cenſui[c], quia conditiones legales ſcinditur, ne quis ſupra delictum plectatur[d]. quòd ſi in totum peccarit, ſecus eſt[e].

## LEX VIII.

### POMPONIVS LIBRO II. *ad Sabinum*.

SI ex toto fundo legato teſtator partem alienaſſet, reliquam duntaxat partē deberi placet: quia A † etſi adiecisſet aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet.

## LEX VIII.

1 *Augmentum aliàs regulatur ſecundum rem principalem aliàs non.* 2.

3 *Ducatus additus regno, an regatur ſecundum cōſtitutiones regni.*

5 *Idem iuris de toto quoad totum, quod de parte quoad partem.*

*Fallit hæc regula aliquot caſibus.* 6.

SI EX TOTO FVNDO[a]. ¶ Nota, quòd † augmentum veniens ad rem principalem, regulatur ſecundum ipſam: facit l. inter ſocerum. §. cùm inter. ff. de pactis dot. l. etiam. C. de iure dot. Et circa hoc diſtinguendum eſt. aut illa res accedit vniuerſali, putà fundo, doti, & ſimilibus: & tunc regulatur ſecundum illam. C imò cēſetur eadem, quod principale, vt hoc textu, & d. l. etiam. niſi ſit diuerſæ naturæ, quia tunc regulatur, ſed non cenſetur eadem, l. item fundi. §. ſed ſi metalla. ff. de vſufruct. facit l. iij. §. hæc verba. in fin. vbi Baldus, ff. de negot. geſt. Si verò loquimur in re particulari, non vniuerſali, aut augmētum eſt diuerſæ naturæ, & non regulatur ſecundum eius naturam: caſus eſt d. §. ſed ſi metalla. Idem eſt, ſi res ſit addita de iure ſpeciali, vel de conſuetudine: Abbas in c. ſcriptum. de elect. Felin. in c. verum de for. compet. in c. cùm olim. de D maiorit. & obed. aut augmentum eſt ſimilis naturæ, & venit, l. ſi cōvenerit. §. nuda. ff. de pig. act. Nec huic mēbro obſtat l. qui duo prædia. ff. de ſeruit. ruſt. præd. quia ibi illud iter retentū nō eſt augmentum, ſed potiùs quoddam conſequens: facit c. fi. §. j. de conceſ. præbend. lib. vj. & l. vacuę. ff. de evict. nam nec ibi eſt augmentum. Et circa iſtud not. vide aliquas deciſiones Panorm. in c. non ſatis. de ſimon. Dec. in conſilio cxl. in ij. dub. Paul. Caſtrenſ. in l. j. ff. de iudic. Bald. in l. v- E trùm. in addit. ff. de petit. hęredit. Bald. Angel. & Aret. in l. in teſtamēto. ff. de vulg. & pupil. Card. in cle. ſtatutū. in iii. oppoſ. de elect. Limita † regu- 2 lam principalem, vt non procedat in alluuione Bartol. in tractatu Tyberiadis, in verbo, acquiritur. Sed cōtrarium conſuluit collegium Papienſe, in conſilijs domini Franciſci Curtij, conſ. lvj.

Secundò limita, quando non procedit eodem iure, vt per Abbat. in d. c. ſcriptum. dixi ſ̄. & Socinus hîc. Tertiò limita in materia odioſa: Hoſtien. Io. Andr. & Panormit. in c. cùm capella. de F priuileg. & ad ſuperiora vide Ludo. Rom. in l. ſi aliena. §. j. ff. de vſucap. & l. eos. C. de vſur. vbi Doctor. Item vide gl. in c. quo iure diſt. viii. & omnino vide Iaſ. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi procurator. ff. de iureiur. & quæſtionem per Bald. in tit. de milit. vaſal qui arma bel. depoſ. in vſib. feud. Circa tamen iſtam regulam augmentum regulatur ſecundum naturā eius, cui accedit. Bartol. in l. ſi convenerit. §. ſi nuda. de pig.



L. 8. Si ex toto fundo.

z Iaſ. l. fi. verſ. xiii. de iure emphyt. Moder. d. §. Cato in v. oppoſit.
a c. i. de uaſal. qui contra conſt. Loth. etiamſi, aliàs.
b auth. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. Bald. l. ædem. C. loc. l. cum eiuſdē. ff. de Aedil. edict.
c d. §. Cato. v. oppoſit.
d l. reſcriptum. de iis, quib. vt indig. Bald. conſ. cc. cxxxvii. in i.
e l. quidam. §. donationem. de don. vbi Bartol. Raph.

1
2
Notab. I.

act.colligit optimas deciſiones,quas accepiſſe ſe refert ab antiquo iuris noſtri interprete Gulielmo de Cuneo.
3 Si † vnus comitatus,aut ducatus additus fuerit regno , an talis comitatus debeat regi ſecundum leges, mores, conſtitutiones & ſtatuta illius regni? Gulielmus apud Bartol.vbi ſ.diſtinguit, aut adijcitur regno acceſſoriè, ita quòd ſit vnum regnum cum primo:& tunc regulatur ſecundũ regulas eius,cui accedit,iiſdemq; priuilegijs gaudet.Hoc probari dicit in c.imperialem.§.præterea ducatus. de prohib. feudi alien. per Federic. in vſib.feud.allegat gl.in c.j.extrà,ne ſede vac.vbi gl.dicit,quòd vnitũ adſumit naturam eius,cui vnitur.citat d.gl.c.recolentes.§.cæterùm.de ſtatu monach.& canonic.regul.vbi text. eſt ad hoc expreſsiſsimus. Cæterùm(inquit ibi Romanus pontifex) domus illæ,quæ de alijs inſtitutionibus ad veſtrum ordinem ſe tranſtulerint, veſtris omnino ſe ſatagant conformare. Aut non adijcitur acceſſoriè:& tunc ſecus dicendũ cenſet Bart. de hoc caſum eſſe dicit in l.ſi quãdo.C.de appel. & pro hoc vide Alexand. in conſil.cli.volum.ii.
II. ¶ Nota præterea iſtum textũ ad alium effectum
4 nempe † idem iuris eſſe de diminutione , quod
III. de augumento. ¶ Nota tertiò,legatum,pro parte alienatũ,pro parte tacitè adimi:& facit l. rem legatã.§.j.de alim.leg.cum ſimilib. Idem iuris eſſe poteſt,ſi totam rem legatam alienaſſet. Nam
5 † idem iuris eſt de toto, quo ad totum,quod de parte,quo ad partem:text.eſt in l.quæ de tota.in princ.ff.de rei vendic. & l.an pars. ff. pro derelicto.l.qui ſcit.& ibi hoc not.gl. Accurſij,ff.de vſuris,l.ſi ſeruus eius, qui capere. reſponſ.fin. ff. de acquir.hæred. & l.ſi duo,pluréſue.in fi. ff. de adminiſtr.& pericul.tut.l.in ratione.§. prorſus. ad l.Falcid. & l. iuriſgentium.§. adeò. ff. de pact.& vide Bald.in l.ii.C.de non numer. pec. Valet enim argumentum de toto ad partem, & de genere ad ſpeciem. ¶ Et ex his, quæ ſuperiùs citauimus,liquidè conſtat, quod iuris eſt in toto quo ad totum,idem in parte eſſe quo ad partẽ. Hæc
6 † tamen regula fallit multis modis. Primò limitatur,vt non procedat,vbi eſt diuerſa ratio:gl.in l.qui hominem.in princ.ff.de ſolut.gl.ſuper verbo,Titio.Nam ſi quis(inquit ibi Accurſius) mihi hominem debeat,& in ſolidum ſoluerit, liberatur in ſolidum: ſin autem pro parte,non item. Idem eſt in rebus indiuiduis:text.& ibi communiter omnes,in l.ii.§.& harum.ff.de verb. oblig. Pro hac prima limitatione eſt gl. in l.cùm de indebito.§.ſin autem is,qui.verſ.ſi autem pro parte.gl.in verb.omnino.ff. de probat.allegatur ibi textus in l.Papinianus. §. ſed nec impuberis.in fin.ff.de inoffic.teſt.qui text.hoc manifeſtè probat. Hanc quoque fallentiam adducit & ſequitur Alex.in conſ.cccxxxvii.gl.c.in vna.de rebus eccleſ.alien.vel non,extrà.Secundò ſunt, qui limitent hanc regulam non habere locum, quando totum & pars deferuntur iure:Franciſc.Curt. conſil.clxiii. Tertiò reſtringitur in odioſis: Iaſ. in l.ſi legetur.ff.de leg.j. Nam odia reſtringi, fauores conuenit ampliari,vt eſt in regula iuris, l. cùm quidam filiam.§.fin.& lib.& poſthum.c. odia.de regul.iur.lib.vi.& ibi Dinus. Alias ſex limitationes ponit Iaſ.de Maino in l.qui ſine. ff. de condict.ſine cauſa.Multipliciter quoque limitat hanc regulam Bart.Socinus in tractatu fallentiarum. Item regula non procedit è conuerſo:Bart.in d.l.an pars . Quod autem in hac noſtra lege dicit Põponius, *partem alienaſſet*, etc. animo adimendi cenſet Accur. cuius ſententia verã eſſe creditum eſt:pro qua eſt text. in l.fideicommiſſa. §.ſi rem.ff.de legat. iii.Si rem ſuam(inquit ibidem Vlpianus)teſtator alicui legauerit, Mæcianus putat fideicommiſſum peti poſſe,niſi probetur adimere ei teſtatorem voluiſſe.Nam non præſumitur mutata voluntas,vt ex eo tex.colligitur: tradunt Canoniſtæ in c.j.de iis,quæ vi metúſue cauſa fiunt.

## LEX XI.

PAPINIANVS libro IX. *Quæſtionum.*

A CVm filiofamilias[a], vel ſeruo alieno legatum , vel hæreditas datur ,

## LEX XI.

- B 1 *Ratio dubitandi & decidendi in caſibus textus.2,3.*
- 4 *Dictio omnino,pro:ſine dubio.*
- 5 *Fideicommiſſum conditionale non niſi aliquot caſibus tranſmiſsibile.*
- 7 *Grauatus conditionaliter lucratur fructus.*
- 8 *Conditioni per æquipollentia interdum ſatis fit.*
- 9 *Quomodo pater vel dominus onere reſtituendi grauetur.*
- 10 *Cui nihil datur,rogando non obligatur: ſicut nec is qui pecuniario commodo nullo ex teſtamento fruitur. 12.interdum contrà.14.*
- C 15 *Filius inſtitutus, nomine hæres , pater effectu,niſi expreſsè certa perſona electa ſit.18.*
- 17 *Naturaliter conſiderata facti ſunt.*
- 19 *Filio vel ſeruo non adeunte,pater vel dominus excluditur.*
- 20 *In aduentitijs filius nomine & re hæres.*
- 23 *Pax ob occiſum aliàs cum filio,aliàs cum patre ineunda.*
- 25 *Fideicommiſſum purè relictum tranſmittitur:hæreditas non:& vtriuſque rationes.26.*

D CVM FILIOFAMILIAS[a]. ¶ Pater fideicommiſſo à teſtatore grauatus,aduerſus quidem extraneos Falcidiam deducit, aduerſus verò filium non deducit,quia ex perſona filij,& ſic tanquam hæres,erga eum grauatus non intelligitur, cùm non poſsit filius videri idem & creditor et debitor eſſe[a].vnde & mortuo E ante diem fideicommiſsi filio, nihil tranſmittitur,cùm aliàs mortuo ante diem fiedicommiſsi ipſo hærede, non tamen extinguatur fideicommiſſum[b]. Et quod in filio dicitur,idem in ſeruo dici poſſe creditum eſt . Prima † dubitatio,an filio,ſeu ſeruo inſtituto,vel aliàs honorato poſſit pater,aut dominus grauari fideicommiſſo? & videtur non poſſe : quia ipſi non dicuntur iudicio teſtatoris quicquã conſequi[c]: ergo nec grauari debent[d]. Contrarium hîc reſpondet Papinianus,quia vt grauari poſsint, ſufficit commodum eos ex teſtamento per filii,aut ſerui perſonam conſequi[e]:ſatiſque videntur iudicio teſtatoris vacati, ſaltem tacito[f], cùm ſciret teſtator lucrum ad eos perventurum , ſi hæredes ſcripti de eorum poteſtate nõ exiiſſent[g]:ſecus, ſi exiſſent:tunc nulla pro eis eſt tacita voluntas . Sed quid,ſi grauentur ipſiſmet, filio, vel ſeruo reſtituere ? & videtur illuſorius iuſſus,cũ illico facta reſtitutione,dominium in patrẽ, vel dominum reuerteretur[h]. Qua ratione fideicommiſſum

hære-

2 Epitome.

Hypotheſis.

Dubium I.

1

a l.legatũ. ii.§.l.§.j.eod.
b l.legato.de cõd.& demonſt.
c l.qui liberis.§.hæc verba.de vulgar.
d l.ab eo. C. de fideicommiſ.
e l.i.§.pen.§.tit.ii.
f l.conſciuntur.de iure codicil.
g arg. l. ſed & ſi c.§.tit.ii.
h l.placet.de acq.hæred.l.qui ſi c.de ſolut.



hæredi à fideicommiſſario incontinenti reſtituendum, nullius eſt momenti[a]. Sicut & fideicommiſſum patri à filio hærede inſtituto præſtandũ, ſi tempore aditæ hæreditatis in eius poteſtate ſit[b]. Sed tamen & in hoc contrarium hîc deciditur.valet enim fideicommiſſum,quia teſtator videtur iuſsiſſe in eum caſum reſtitui, quo filius, vel ſeruus ſui iuris effecti ſint[c]. quæ poſt Bartol. receptior eſt ſententia[d].Cùm enim eos inſtituerit, & fidei patris, vel domini commiſerit, vt eis A reſtituant, arguitur enixa mens defuncti, omnino id valere volentis, quod Alex. Iaſonque cenſuerunt,cùm ſecus eſſet, ſi inſtituti non fuiſſent. non enim tã efficax mentis coniectura ſumi poſſet[e],quę ſententia certior eſt,vt Old.ait,quoties vſus teſtator eſſet verbis, quæ tractum haberent[f]:putà,*Facias,vt ad filium perueniat*[g]:vel,*Cura,vt filio reſeruentur*[h]:vel, *Cùm liberi erunt,reſtituas*[i]. Quod & de ſimilibus clauſulis eſt dicendum[k]. Nec me mo- B uet, quòd regulæ Catonianæ locus ſit, etiam in his fideicommiſsis,quę tacita conditione relicta ſunt[l]: quia de conditione intelligitur, quæ ex diſpoſitione legis proueniat,non quę ex teſtatoris mente[m].ea enim impedit, ne ante eius euentum dies fideicommiſsi cedat[n]. Cùm ergo fideicommiſſarij ſui iuris erunt, dies fideicõmiſsi cedet, ſiue id fiat voluntate domini eos manumittentis[o], ſiue quia ſeruus etiam inuito domino libertatem conſequetur[p], vel filiusfamiliâs di- C gnitatis augmento , vel aliter, de poteſtate exeat[q]:idem, ſi pater moriatur[r]. Ego principaliter de hac re à Iuriſconſulto non dubitari ſcio,& ideò arbitror generaliter quæſtionem eius intelligẽdam,in caſibus,quibus tale fideicommiſſum vtile eſſe poſsit[s], quod & Raph. cenſuit.Siue ergo in ſuprà ſcriptis,ſiue quia expreſsim ſub conditione, vel in diem fideicommiſſum fuerit[t],locus erit legi noſtræ. & ideo ſimpliciter ſcriptum eſt,fideicõmiſſum relinquitur, intelligo ego his modis & caſibus,quibus relinqui poteſt[u]. Quid D autem iure nouiſsimo ſit ſtatuendum,quo filiusfamiliâs aduentitia ſibi acquirit, infrà attingemus.
Dub.II. 2 Secunda † dubitatio, an pater grauatus reſtituere filio,quartam deducet? & videtur,quia aduerſus extraneum deduceret[x], ergo & aduerſus filiumfamiliâs. lex enim ait, cùm filio reſtituere pater rogatur,perinde S.C.Trebelliano locum eſſe,ac ſi extraneo reſtituere deberet[y].Nam & videmus eum , qui tanquam hæres non reſti- E tuit,tamẽ Falcidiam detrahere, vt eùm pater iure peculij bona occupauit[z].Sic & bonorum poſſeſſor,tanquam hæres grauatus non cenſetur, & tamen quartam deducit[a].Aliud tamen Iuriſconſulto viſum eſt,quia is ſolùm quartæ deducendę ius habet, qui loco hæredis eſt[b],vel, qui loco hæredis eſt[c]. Ideo enim ſenatuſconſulto permiſſa eſt hæc deductio , vt inſtituti hæredes ſpes eius mercedis allecti hæreditatem adirent, nec irritum effici teſtamẽtum paterentur[d]: F quo caſu & fideicommiſſa iuris regula confirmarentur[e].Quæ ratio in hæredibus tantùm locum habet : at in caſu noſtro pater erga filium teneri tanquam hæres non poteſt, quia ad ea tanquam hæres tenetur,quæ in ſe per filii organum, qui ipſe ſcriptus eſt,transferunt, vt hîc probatur[f]. At hæc obligatio in perſona filij conſiſtere non potuit, ne idem ſibi & debitor & creditor videretur[g]. Quæ ſententia & Iuriſconſulti ratio etiam hodie in profectitiis procedit,licet Bartol. aliter exiſtimauerit[h], legiſque noſtræ generalitatem

a l.ſi creditori.in ſi.§.eod.
b l.ſi filio.l.quæſitum.§.eod.
c l. epiſtolam.in ſi.ad Trebel.
d Bart. hic. verſ. oppono. contra hoc.
e §. an ſeruo. Inſtit.de leg.
f l.fideicommiſſa.§.ſi filio.§.tit.ii.
g l. vbi purè.§. ad Trebel.
h l. filiam.de aur. & arg.
i l. quidam ita.§. l.ad Trebel.
k l.ſi legatarius.in f.§.tit.ii.
l l. ſi domino Stichus. vbi Bartol.§. eod.
m l.ſeruum filii. in princ.§. eo. Iaſ. hic.
n l. conditiones extrinſecus. de cõdit.& demonſt.
o gl.hic.i.intellectu.
p l.i.C. quibus ex cauſ.ſeruit.pro præm.liber.accip.
q auth.ſed epiſcopalis.C.de epiſc.& cler.
r d.l. ſi legatarius.in ſi.§.tit. ii.
s l. ſi teſtamento.de teſtam.
t gl.ii.intellectu.
u d.l. qui teſtamẽto. de teſtam.
x l.Neſennius.§. ſeruo.ad l.Falc.
y l.i. in prin.verſ. ſed idem.ad Treb.
z l.filiusfamilias. §.ad l.Falc.
a d.l.i.§ bonorũ.
b l. lex Falcidia. §.ſi ad l Falcid.l. mulier.§.fin. ad Trebel.
c d.§. bonorum. d.l. filiusfamilias.
d gl.§.his igitur. auth. de hær.& Falc. verſ.ideo plene.
e §.ſed quia.Inſt. de fideic. hæredit.
f l. qui hominem §.quidam filium. de ſolut.
g d.l.legatum.§.i.
h Bartol. hic in i. q.ii.

Cũ filiofamilias.

nullo colore violauerit, aduerſus quem & Veteres omnes,& poſt eum Imol. Soc.Lanc. & Clau. cum alijs Recentioribus rectè cenſuerunt.Igitur filio pater non poteſt tanquam hæres obligatus videri,nec(quod ad filium attinet) ratio vlla deducendæ quartę ſubeſt.quamvis enim pater iuſſum adeundi cauſa filio facere recuſet[i], hacque ex cauſa cogi non poſsit[k],non tamen irritum efficietur teſtamentum , ſed in pendenti erit, cùm ſubſit ſpes filium ſui iuris effici poſſe[l].Quod ergo hic dicitur,patrem, cùm ex perſona filij obligatur,quartam deducere,intelligendum eſt,cùm tanquam hæres obligatur , non quando tãquam quilibet, qui ex teſtamento commodum conſequetur[m].Cùm enim filiusfamiliâs ſcriptus ſit hæres,& ab eo omnia iura in patrem tranſeant,cenſetur pater repræſentare filium,& eius loco omnino ſubrogari[n].vnde ex perſona filij obligari idem eſt,quod tanquam hęres obligari[o]. Quòd ſi non tanquam hæres ſit obligatus , quartam non deducet: quod primi fideicommiſſarij exemplo oſtendi poteſt,qui erga ſecundum nihil detrahit[p]:itemq; cuiuſcunq; hæredis, qui tanquam non hæres ſit rogatus,quod Alexander tradidit[q]. Sicque verba hæc ex perſona filii intelligenda ſunt, non , vt aliqui interpretantur, ex perſona , id eſt obligatione filij.hoc enim omnino non quadrat[r],cùm filius ipſe obligatus non ſit,quia omnes actiones ſtatim in patrem tranſeunt, qui ipſe tanquam hæres tenetur. Hinc apparet, patrem,cui hæreditas per filium eſt acquiſita,ipſum iura omnia directa habere,& erga omnes tanquam hæredem teneri[s], tametſi filius nudo nomine hæres dici poſsit[t], quia origo acquiſitionis ab ipſo cœpit[u].Cuius rei aliquot effectus infrà attingemus[x].Vnde etiam ſequitur, quamuis etiam contradicente filio, poſſe patrem hanc quartam aduerſus exterum deducere[y]:& quanquam tempore reſtitutionis extraneo faciendæ filius ſui iuris ſit, quartam tamen patri deberi[z].Quòd ſi extraneus ante conditionis euentum mortuus ſit,fideicommiſſum patri remanere , non autem filio deberi, quicquid hac in re aliqui comminiſcantur[a].

Dub.III. 3 Vltima † dubitatio:Finge filium hunc inſtitutum, cui fideicommiſſum poſt mortẽ patris debebatur,viuente patre deceſsiſſe , an id iuris filij in ſuos hæredes tranſmittet, an verò fideicommiſſum patri remanebit? & lex ait, omnimodo patri remanere: quoniã fideicommiſſum ex perſona patris vires recipit. Quæ ratio obſcura pleriſque viſa eſt, adeò vt intellectus hæc ex cauſa pluribus modis varietur. conſtat enim fideicommiſſum relictum poſt mortem hęredis,tanquam conditionale , nec ab extraneo quidem tranſmitti[b]. Ergo in caſu noſtro pater omnimodo fideicommiſſum retinere debuit, non ſolùm à filio, ſed etiam ab extraneo : & tamen lex videtur differentiam inter hos caſus conſtituere. extraneo enim fideicommiſſum ex perſona filij deberetur, filio verò ex perſona patris. Accurſ. primùm fatetur idem in filio , quod in extraneo, eſſe,& ſubaudit dictionem *Maximè*: ſicque † dictionem *Omnino*,accipi pro eo, quod eſt ſine dubio[c]. 4
Quem intellectum & ipſe ſequor, ſed aliter declarando , ſi quidem verum eſt, fideicommiſſum conditionale, decedente ante conditionis euentum creditore,nõ tranſmitti:decedente verò debitore, tranſmitti[d]. Igitur ſi fideicommiſſum ex perſona filij deberetur, mortuo filio tranſmitti debuiſſet : quia filius eſt hæres ſcriptus , & ab-

i l.ſi quis mihi. §.iuſſum. de acq. hæred.
k l. cogi.§.ſi pater.ad Trebel.
l l.is.qui hæres.§. ſi.vbi not. de acq. hæred.
m l.Neſennius.§. ſeruo. ad leg. Falcid.
n l.à patre.§.tit. ii.Iaſ.d.l.ab eo.
o l. ſi patroni.§. qui fideicommiſſariam.ad Trebel.
p d.l.i.§.inde Neratius.
q d.l.mulier.§.ſi.
r d.l.ſi alienum.
s d.l.i.§. ſi filio.
t l.tutor.vlt.de tutel.& rat.diſt.
u d.§.filium.
x l.qui hæredi. de condit.& demonſt. l. qui liberis.§. hæc verba. de vulg.
y arg.l. filius paciſcendo. C. de pact.
z arg.l.fin.§.C. de emancip. liber.
a Caſt. Aret. hic. verſ.fi.
b l.iiii.quando dies.leg.l.i.§.ſin autem ſub conditione.de caduc. tol.C.
c l.rem legatam. de adim.leg.
d d.l. legato. & l. hæres meus. de cond. & demonſt.

hęrede fideicommiſſum debetur. Si verò ex per-
ſona patris tantùm deberetur, quia filius ſolùm
creditoris perſonam ſuſtineret,non debuit tranſ-
mitti. Nec dubito, quin hæc fuerit Iuriſconſulti
mens, quam & Beſut. & Socin. hîc tradiderunt.

**fideicõmitti a † patris vel domini poteſt: ac tunc demũ ex perſona ipſorum fideicom miſſum vires capit, cùm ipſis, per quos cõmodũ hæreditatis vel legati patri domi noue quæritur, fideicõmiſſum relinquit.**

† patri, vel domino poteſt, *aliàs.*

Accurſ. deinde aliã
adducit interpreta
tionem,vt pater fi-
deicommiſſum re-
tineat,ſi filio facien
da ſit reſtitutio,isq́;
præmortuus ſit : ꝗ
ſi extraneo fieri de-
beat,non retineat, cùm ſcilicet extraneus ſuper-
ſtes fuerit. Sed quia facti poſitionem, non iuris
mutat hic intellectus,cùm tamen ratio Iuriſcon-
ſulti inferat eadem in facti ſpecie, aliud iuris in-
ter filium & extraneum eſſe omnes ferè repro-
bant. Ex ſententia tamen Paul.Caſtr. Aretin.&
Iaſ. aliter declarando defendi poteſt,vt differen-
tia in hoc cõſtituatur, quòd ſi extraneo relictum
ſit fideicommiſſum,& is ante diem deceſſerit,nõ
tamen omnimodo patri remaneat: ſed diſtin-
guamus,an filius ſit adhuc in poteſtate, & rema-
nebit:an ſui iuris,& ipſi filio caduci fideicommiſ
ſi lucrum accedet.Sed hanc interpretationem e-
go probare non poſſum. verbis enim legis non
quadrat, quibus nulla mentio habetur, an filius
ſui iuris effectus ſit. Non quadrat etiam regulis
iuris. cùm enim pater ipſe grauatus ſit [a], condi-
tioque defecerit, nulla eſt ratio, cur ſibi aufera-
tur [b], & in lucro quæſito damnum ſentiat. quid
enim ſperet filius,cùm patri omnia ſint acquiſi-
ta,fideicommiſſumq́; non ſibi, ſed extraneo fue-
rit relictum [c] ? ſuprà vidimus [d] nullum illi ius in
quarta eſſe,quã pater ab extraneo deducit,quod
in lege noſtra Iulianus ſentit. Multo minùs in i-
pſo fideicommiſſo erit, cùm ſub eadem condi-
tione vtrunque debeatur. Tertius ergo fuit
Barto.& quorundam aliorum intellectus.ſcien-
5 dum enim eſt , conditionale † fideicommiſſum
non tranſmitti, niſi quibuſdam caſibus. Primus,
cùm debitor, tanquàm nudus miniſter, electus
eſt [e].Alter,cùm dilatio conditionis fideicommiſ
ſarij ipſius cauſa adiecta eſt [f].Tertius, cùm mens
teſtatoris fuit, vt tranſmiſsioni locus eſſet [g]. Vi-
detur ergo in filij hæredes debuiſſe ex horum ca
pitum aliquo tranſmiſsionem fieri.Sed tamen ij
caſus in præſenti quæſtione locum non habent,
& ideò omnimodo pater fideicommiſſum reti-
nebit.non enim tanquam nudus filij miniſter ro
gatus cenſeri poteſt, cùm ex perſona filij non ſit
obligatus. Rurſus non poſſumus dicere fauore
filij directam diem: quia vno in caſu tantùm de-
betur fideicommiſſum, nempe poſt mortem pa-
tris, cùm tamen alios quoque caſus veriſimiliter
expreſsiſſet teſtator, ſi ad filij fauorem attendiſ-
ſet. Ergo credendum fauore patris potiùs adie-
ctam dilationem [h]; & ideò nihil in filij hæredes
tranſmitti. Sed & ſi aliquæ coniecturæ eſſent,
quibus ſuaderetur voluiſſe teſtatorem in filij hæ
redes tranſmiſsionem fieri,non deberent eæ pa-
tri nocere, quin ipſe potiùs præferretur. quod a-
liàs docui [i]. Et ſanè defendi hæc interpretatio,
vt Alex.in.oſtendit,poſſet, ſed non ſatis commo
dè. reſpectu enim extranei non procederet, niſi
variata facti ſpecie, vt Iaſ.oſtendit. Mihi quoque
6 probari non poteſt, quia † ratio per Iureconſul-
tum adducta non quadrat, dum ideò retineri fi-
deicommiſſum ait, quia ex perſona patris vires

a l. ſi alienus.ff.tit.i.
b l.ſi quis Titio.de leg.ii.
c d.l.fi.C.de emã.c.p.lib.
d verſ. denique.
e d.l.ſi quis Titio.
f l.ſi filia.§.alum no.ad Trebel.l.Firmio.§.i.quando dies leg.
g l.Lucius.ii.de hæredib.inſtit.
h gl.ſi.l.cum,qui.§.ac an.leg.
i lib. Parad.v.c.xiiii.

recepit. quæ verba ſimpliciter ſignificant,cenſe-
ri eum non tanquam hæredem grauatũ,ſed tan-
quam patrem,vt ſuprà oſtendi. Aliter igitur Ia-
cobus ab Arena cenſuit, loqui ſcilicet Iuriſcon-
ſultum de fructibus, quos pater per illa verba,
*Quicquid ad eum per-*
*uenit*, tenetur filio re
ſtituere [k] : valetque
fideicommiſſum ex
perſona ſua, id eſt,
ex voto ſuo. cupie-
bat enim filio reſti-
tuere,ſi vixiſſet [l].
Qui intellectus verbis legis, vt omnes fatentur,
non conuenit: & eo ſolùm caſu, tanquam verus,
in iure defendi poteſt, quo conſtet dilationem
fideicommiſsi fauore filij, non autem patris fa-
ctam [m]. quod in dubio non eſt credendum [n]. Et
ideo regulę ſtandum eſt,vt † grauatus reſtituere, 7
non teneatur ad fructus,quos ante euentum con
ditionis percepit [o]. ſi enim teſtator ad fauorem
ſolius filij attendiſſet , vtique non tantùm poſt
mortem patris,ſed quandocunque ſui iuris effe-
ctus fuiſſet,reliquiſſet [p]. Nec obſtat, ſi diceretur,
eum, qui filiofamiliâs poſt patris mortem relin-
quit,cenſeri etiam in eum caſum reliquiſſe, cùm
de poteſtate non per mortem, ſed per emancipa
tionem exijſſet [q], tanquam conditio hæc neceſ-
ſaria ſit, quam † conſtat ex æquipollentibus im- 8
pleri poſſe [r]. Reſpondeo enim in caſu noſtro a-
liud receptum eſſe [s], in quo non extraneus, ſed
pater ipſe filio reſtituere rogatus eſt [t].Conſtat e-
nim contentum fuiſſe teſtatorem , vt hæreditas
patri interim acquireretur: quod ſecus eſt, cùm
extraneus rogatus proponitur. Apparet igitur fa
uore patris dilationem adiectam, vt interim ipſe
frui fideicommiſſo poſsit [u].

FIDEICOMMITTI a. ¶ Cùm † Pater, vel do- 9
minus ex iudicio teſtatoris hæreditatem hanc
non conſequatur [x], quomodo ab eis dari fidei-
commiſſum poteſt [y]? ſed reſpondet Aretin. in fi-
deicommiſſo, quod extraneo datum ſit, nullam
ſubeſſe difficultatem: quia pater, vel dominus il-
lud ex filij, vel ſerui perſona præſtet, vt hîc dici-
tur. cenſetur enim fideicommiſſum priùs filio,
vel ſeruo iniunctum , & hæreditate cum eo one-
re patrifamiliâs lucrifieri [z]. ſed reſpectu fideicom
miſsi, quod ipſi filio relictum ſit, maior eſt diffi-
cultas. quomodo enim vt pater rogari potuit,
qui non certo iudicio teſtatoris vocatus eſt [a]?
Et communiter reſpõderi ſolet, quamuis expreſ
ſo iudicio quis vocatus non ſit, dum tamen non
fortuitò, ſed quòd ex præſenti ſtatu aliquam cer
titudinem haberet, grauari poſſe [b]. quapropter
poterit pater, cui ex perſona filij inſtituti hæredi
tas acquiritur, grauari. habet enim ex tacita vo-
luntate defuncti [c]. qui ſi voluiſſet filium inſtitue-
re, poterat ſub conditione, cùm ſui iuris eſſet,
quo caſu nihil fuiſſet patri acquiſitũ. quod cùm
non fecerit, ſatis mens & affectio teſtatoris er-
ga patrem arguitur. Cæterùm vt hic tractatus
meliùs percipi poſsit, conſtituenda in primis eſt
regula, Vt † ab eo, cui teſtator nihil reliquerit, le- 10
gari, aut fideicommitti nequeat [d]. non enim re-
cipiendum eſt, vt cui nihil dederis, eum rogan-
do obliges [e]. Fortiùs † cenſent Doct. etiam ſi ali- 11
quid ei reliqueris, non tamen vltrà grauari quen
quam poſſe, quàm eius rei ſit æſtimatio, quæ re-
licta proponitur [f]. Vnde ſi quis ex mandato te-
ſtatoris fideiuſſerit [g], & ex ea fideiuſsione plus
ſolue-

k l. in fideicommiſsi.§.cùm Polidius.de vſur.
l l.ſcripto.in fin.vnde lib.
m l.ſi ita relictũ.§.Pegaſus.de leg.ii.l.liberto.§.filius.de ann.leg.
n gl.d.l.eum,qui.
o l.quoties his verbis.de leg.iii.dixi l.centurio.de vulg.
p Bart.hic,vlt.oppoſ.
q l.mulier.ff.ad Trebellia.
r l.iii.C.de inſtit.& ſubſt.
s Bart oppoſ.fin.vbi Paul. Aret.& Iaſ.
t arg.l.fideicommiſſa.§.ſi cui ita.ff.tit.i.
u d.§.ſi cui ita.
x l.qui liberis.in fi.de vulgar.
y l.i.b eo.C.de fideicom.
z l.Neſennius.§.ſeruo.ad leg.Falcid.d.l.ſi alienus.ff.tit.i.
a arg.l.iii.§.hoc autem.de leg.præſt.l.legatum.de adim.leg.
b l.v.l ſeq.ff.tit.ii.
c l.ſi paterfamilias.de hæred.inſtit.
d d.l.ab eo.l.i.§.ſciendum.ff.tit.ii.
e d.l.vi.in fi.
f l.filiusfamilias.§.apud Marcellũ.ff.eo.vbi gl.
g l.tribus.de vſufr.ear.rer.



ſoluerit,quàm à teſtatore fuerit conſecutus,poſ-
ſe eum repetere,Bald.Pontanusque tradiderũt [a].
Et ego verum arbitror, quoties repetenti nõ ob-
12 ſtaret exceptio non confecti inuentarij. Sed † &
ſi quis commodum aliquod ex teſtamento con-
ſecutus eſt, quod pecuniarium non ſit, conſtat
grauari non poſſe [b]. Vnde reſponſum ab aliqui-
bus extat, eos, quibus ius patronatus in aliqua
ædicula relictum eſt, fideicommiſſo fruſtrà one-
rari [c]: & quamuis alendus ſit ab ædiculæ ſacerdo
te inops patronus [d], tamen hæc vtilitas non ex
teſtatoris, ſed legis diſpoſitione procedit. Vnde
non ideò magis nõ videtur iſte pecuniario com-
modo locupletatus [e]. Sed & illud conſtat, à ſub-
ſtituto exhæredati nihil legari poſſe [f]. cuius rei
variæ adducuntur rationes, quas Iaſo.confutat.
Ego arbitror, ſicut ab exhæredato legari non po
teſt,quia nihil ei relictum eſt, ita nec ab eius ſub-
ſtituto,qui eum repræſentat, poſſe [g].Nec obſtat,
quòd quamuis ex hæredato legatum ſit, adhuc
non poteſt [h]. Reſpondeo, iure veteri à legatario
legari non poterat, ſed ſolùm ex quadam æqui-
tate fideicommitti [i], cui æquitati non exiſtima-
uit locum relinquendum eſſe, cùm ex hæredato
quis eſt ſubſtitutus. odio enim talem patris vo-
luntatem lex inſequitur. Vnde ſi non titulo lega-
ti,ſed hæreditario aliquid ei pater reliquiſſet,vt
quia filium exhæredatum ſubſtituiſſet,primo hę
redi non ſolùm ab eo, ſed etiam ab eius ſubſtitu-
to valeret fideicommiſſum [k]. Dixerit aliquis,
cur legatum ab exhæredato relictum valet [l], ab
eius ſubſtituto non valet? Reſpondeo,filius le-
gatum iudici teſtatoris conſequitur : ſubſtitu-
tus verò non ad illud, quod particulare eſt, ſed
ad ius vniuerſum iudicio teſtatoris vocatus cen-
ſetur, ideoq́; tanquam legatum iudicio teſtato-
ris non habeat, præſtare non tenetur [m]. quæ in-
terpretatio propter odium aſſumitur [n].Sed cùm
ab aliquo relinquitur,qui honoratus non ſit, cur
vt legatum ſuſtineatur, non ea fit interpretatio,
vt ab hærede potiùs legatum videatur [o], illum-
que tanquam executorem nominatum? Et ar-
bitror hanc interpretationem non fieri, quia nõ
præſumitur ſuæ voluntatis alium executorem à
teſtatore deſignari, quàm hæredem,niſi nomina
tim teſtator aliud expreſſerit [p], vel aliquæ con-
iecturæ vrgeant,vt quia à tutore, ſeu adminiſtra-
tore relictum ſit [q]. Sed cur ex tali grauamine
non conijcimus mentem teſtatoris,vt legare ve-
lit? id enim neceſſariò antecedit [r]. Sed reſpon-
dendum eſt,ex teſtamento non deberi,niſi quod
aliquo modo verbis ſignificatum eſt [s].At ex gra-
uamine nullo modo commodum ſignificatur [t].
Et ideò tradidit Bartol. ex conſecutiuis,quæ di-
minutionis cauſa inducta ſunt, nunquã augmen
ti coniecturam aſſumi [u].veraque hæc ſunt,etiam
ſi quis in re hæreditaria grauatus ſit [x], quicquid
hac in re comminiſcatur Aretin. niſi aliæ conie-
ctură accederent,quod infrà oſtendam.reperiun
tur enim aliqui caſus, quibus ab eo,qui honora-
tus prima fronte non videtur, valet tamen gra-
uamen, vt quia vel vis verborum [y], vel efficaces
aliquæ coniecturæ ſuadeant, non ſolùm graua-
tum, ſed honoratum quoque eum cẽſeri.vt cùm
teſtator pluribus hæredibus inſtitutis, eum, qui
nouiſsimus deceſſerit, in tota hæreditate gra-
uat [z]. videtur enim præmorientium fidei com-
miſiſſe,vt nouiſsimo reſtituatur, cùm aliàs in to-
ta hæreditate grauare eum non potuiſſet. Qua
ratione & ex grauamine capitur præſumptio le-

a Roma.ſingul.decexvi.Moder.l.ſi fideiuſſor.ff.cod.
b l.planè.ii.§.fi.ff.eo.
c arg.gl.l.ſi patroni.de oper.libert.
d xvi.q.vii.c.cuicunque.ii.
e arg.l.iii.§.ſi rẽ.ff.tit.ii.
f l.fi.ff.tit.ii.
g l.qui fundum.§.pen.ad leg.Falcid.verſ.eſt igitur.
h l.miles ita.§.ſi miles.de teſtam.mil.l.cùm quidam.C.de lega.vbi Iaſ.
i Inſti.de ſingul.reb.in princ.
k d.l.qui fundũ.§.pen.ibi, ſed legatum.& l.antepenult.ff.eo.
l l.cohæredi.§.cùm filiæ.in fin.de vulg.
m arg.l.i.C.de euict.
n l.cùm quidam.de lib.& poſthu.
o l.ſi ſeruus legatus.§.pen.ff.eo.
p l.Theopompus.de dote præleg.vbi Bart.
q l.peto.§.mater ff.tit.i.d.l.v ff.tit.ii.gl.l.alio.de alim.& cib.leg.
r l.illud.de acq.hær.l.Paulus.de vſufruct.Bart.l.ex hac ſcriptura.de donat.
s l.quidam cùm filium.de hæred.inſtit.
t l.legata.ff.eo.
u l.cùm tale.§.ſi.vbi Bart.de cond.& demonſt.
x l.ex facto.i.l.hæreditas ad Statium.de hær.inſt.vbi Doct.
y Bart.d.l.cùm tale.§.ſi.
z l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.tit.i.vbi Caſt.

gati,cùm aliqua alia coniectura id ſuadeat: vt in L.ii.
lege noſtra, in † qua pater erat grauatus filio re- 13
ſtituere,quamuis ipſe inſtitutus non eſſet,tamen
valet grauamen,quia tacito iudicio teſtatoris vi-
detur honoratus, qui ex præſenti ſtatu ſciebat
fore,vt per filium ei hæreditas quæreretur,quod
ſuprà vidimus [a]. Nam & Bartol.cùm teſtator fi-
deicommiſiſſet,ſi hæres ſine filiis decederet, vel
filij filiorum ſine filijs, cenſuit non videri nepo-
tes in ſola conditione poſitos eſſe [b], ſed potiùs
propter onus adiectum ad fideicommiſſum vo-
catos [c].quam ſententiam non pauci ſequuntur.
Sed & per argumentum à contrario ſenſu,vt qui
vnum dicit, aliud excludat [d], probabilis conie-
ctura ſumitur hac in ſpecie: Teſtator ſeruo ſuo li-
bertatem legauit,ſi rationes reddidiſſet,& ſi hæ-
redibus centum intuliſſet. videri enim legatum
peculium,lex ait [e]. Cùm enim peculium ple-
runque ſeruum ſequatur [f], ſi ex eo ſola centum
hæredi dari teſtator iuſsit, ergo reliquum ſeruo
remanere voluit [g]. Ego alia ratione legati con-
iecturam hoc in caſu confirmari cum Raph. [h] ſen
tio.cùm enim voluerit teſtator rationes reddi,&
ſic reliqua ſolui [i],& centum inferri, conſequens
eſt,vt peculium ad eum pertinere voluerit. Cur
enim æs alienum peculij voluit ſeruum ſoluere,
niſi eidem peculium legaſſet? iniquum enim eſ-
ſet,ſi onera ſeruus ſubiret, niſi commoda quoq́;
ſentire eum dicamus. Illud quoque receptiſsi-
mum eſt,grauari † eum poſſe,cui nihil reliqueri- 14
mus, dum modò per mediam perſonam è nobis
conſecutus ſit [k]. Vnde filio,vel ſeruo inſtituto pa
trem, aut dominum grauari poſſe hîc dicitur [l].
ſic hæredem hæredis nomine appellatiuo gra-
uare poſſumus [m]: & ille enim iudicium teſtato-
ris in genere habet [n], licet nominatim, ceu certã
perſonam, grauare non poſsimus. Cùm enim
in conditione ſit poſita, nihil ei relictum videri
poteſt: hæres verò in genere, non poteſt in con-
ditione poſitus videri,cùm conditiones incertæ
ſint. At alicui fore hæredem non eſt incertum.
quiſque enim cum hærede moritur [o], ſaltem fi-
ſco, quem conſtat grauari poſſe [p]. Vnde nihil re-
fert, quòd poſsit primus hæres ſcriptus ſibi reli-
cta bona alienare, & ad hæredem ea non tranſ-
mittere [q]: quia non tamen ideo minùs dicetur
habere hæredem, qui ad legata primi teſtatoris
tenebitur [r]: nec alienatio poſt eius mortem fa-
cta legatarijs nocebit [s], quicquid hac in re con-
trouertat Socin. quem cæteri damnant. Sed
quid,ſi nominatim hæredẽ hęredis teſtator gra-
uet, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, Titium fi-
lium hæredis mei? & Beſutius Deciusque vale-
re fideicommiſſum cenſuerunt [t], idque legis no-
ſtræ argumento, vbi pater inſtituto filio graua-
ri poteſt. Sed id non multum coloris habet,cùm
filius non poſsit prohibere, quo minùs patri ſta-
tim quæratur: ſed primus hæres ſequentem ab
inteſtato ſucceſſurũ excludere arbitratu ſuo po-
teſt.meritò ergo pater aliquo modo teſtatoris iu
dicium habere dicitur,legitimus non dicitur:vn
de grauari nequit [u]. & hæc aduerſus Beſut. rece-
ptior eſt ſententia [x]. Sanè licet ſuprà dixeri-
VIII. grammate aut laudatus, aut vituperatus? Sed quid, ſi leget ſacerdotibus quid annuum, adiecto, pro tot miſsis celebrandis? Et Innoc. atque Imol. non poſſe id fieri cenſuerunt [b], cùm nemini liceat ſacris operari accepta mercede, etiam ſi ſponte detur [c], ne valeat teſtatoris iuſſus aliquid illicitum inducens [d]. Quæ ſententia defendi poteſt, ſi ſacerdotes ipſi pacto ad id faciédum ſe obligarent [e], vel principaliter ea intentione operarentur, vt pecuniam lucrifacerent [f]: alioquin valere legatū verius eſt, nec ſymoniaci ambitus cri-
IX. men contrahi [g]. quod & Recentiores aliqui hîc tradiderunt. Sed quid, ſi grauatus ſit hæres certam partem hæreditatis reſtituere, ſi contingat eum ſacerdotium vſque ad talem reditū conſequi? & reſpondit Iaſ. non valere [h]: tum, quod huiuſmodi beneficia, ceu res ſacræ, in commercio non ſunt [i]: tum, quòd ſymoniaci ambitus
X. materiam hæc iuſsio præſtaret [k]. Sed an teſtator ſtatuere poſsit, ne epiſcopus in legatis pietatis cauſa relictis ſe ingerat? & conſtat non poſſe [l], ſicvt nec iuribus epiſcopalibus derogare, vt ſi certum modum celebrandi indicat [m], vel quotidie de alicuius diui memoria agi velit [n], vel iubeat vt epiſcopus ad ædicula ſua ſe abſtineat, aliàs velit pro fundata atq; dotata nō eſſe. prohibita hæc ſunt, & pro non ſcriptis habentur [o].
XI. Cæterùm prorogare terminum executoribus etiam vltra annum, non ad ius epiſcopi pertinet, ſed ad bonorum diſtributionem, quam arbitratu ſuo moderari teſtator poteſt, quod Bald. reſpondit [p]. Qua ratione poteſt teſtator diſponere, vt hæredi liceat Falcidiæ legis beneficio vti, & in his, quæ ad pias cauſas ſunt legata [q]: quod Soc. reſpondit [r]. poteſt idem mandare, ne epiſcopus ad xenodochium manus adijciat, in
XII. quo tamen nulla ſpiritualia tractentur [s]. Sed
21 † dubitat Iaſ. quid iuris, ſi ex conſuetudine ſolus primogenitus ſuccedat, an pater poſsit teſtamēto ſuo id ius tollere? & conſtat adverſus feudi naturam non valere teſtatoris diſpoſitionem [t]: ſed in propoſita quæſtione ſciendum eſt, eam cōſuetudinem adverſus ius commune eſt [u], & ideo ſtrictè intelligendam. Nec eſt verum, adiuuari eam, vt quidam ſcribunt, iure diuino. non enim eo iure ſolus primogenitus in hæreditate ſuccedit, ſed paucis duntaxat commoditatibus præcellit [x], quas inter non eſt ſolida ſucceſsio. Igitur cùm hæc conſuetudo ſtrictè interpretanda ſit [y], conſequens eſt, vt ſi probetur ab inteſtato ſemper ſucceſsiſſe primigenium, non tamen trahatur ad cauſam teſtamenti, quin pater aliud diſponere poſsit, ſi velit. ſunt enim hæ ſucceſſionum ſpecies diſtinctæ [z]. vnde conſuetudo in vna ad aliam non extendetur. Rurſus cenſet Bald. etiam ſi ea conſuetudo generaliter inva-

**teſtamento locum habeant: quia nec tēpore, aut loco, aut conditione finiri obligatio hæredis legatorū nomine poteſt.**

luerit, tamen ei locum non eſſe, cùm primogenitus ipſe vitio naturali & perpetuo inhabilis eſſet. conſuetudo enim ad hunc caſum contra voluntatem teſtatoris trahenda non eſt [a], et ideo poſſet pater tali caſu regnū ſecundo relinquere. Quòd ſi impedi-
A mentum temporarium ſit, ſecus eſt. Tunc enim primogenito curator dandus eſſet [b]. Idem, ſi pater nihil diſpoſuiſſet [c]. Sed † quid, ſi primoge- 22
nitus cauſam ingratitudinis erga patrē commiſerit, an priuari poterit? & Mart. Laudenſis [d], poſſe ex omnibus cauſis cenſuit, ex quibus & legitima priuari quilibet filius poteſt. Quam ſententiam ego probo, quoniam conſtat legitimam filio iure naturæ efficaciùs deberi, quàm regnum iure conſuetudinis primogenito. Vnde poteſt
B pater primogenitum regno priuare, ſi eius vota non impleuerit [e], & tamen legitima non poteſt [f]. Sed quid, ſi ex duobus filijs non conſtat, vter ſit primogenitus? & poterit tunc pater regnum, vtri voluerit relinquere, quod aliqui hîc exiſtimarunt: inteſtato verò decedenti vterque ſuceedet [g], quod & Curtius reſpondit [h]. Sed de hoc iure primogenitoum nos plura Parergôn libro viij. cap. xv.

LOCVM HABEANT [a]. ¶ Quoties † ergo a
C leges publicum ius reſpiciunt, quod ipſius teſta- 23
toris cauſa inductum non ſit, non poteſt eis renuntiari. Quod pluribus quæſtionibus Doctores hîc examinant. In primis, cùm teſtator non I. quæſt.
adhibito ſolēni teſtiū numero iubet nihilo minùs teſtamētum valere, fruſtrà id agi: quia numerus [i] teſtium iure publico inductus eſt, cui teſtator derogare non poteſt. Sed nunquid ad probationem hi duntaxat pertineant, an etiam ad ſolennitatem? & cōſtat teſtes in omnibus contra-
D ctibus, cæterisque actibus requiri principaliter probationis faciendæ cauſa [k]: & ideo credendum eſt, in teſtamentis quoq; ad probationem pertinere, quod Bart. ſenſit [l], & plurimis legibus ꝓbatur [m]. Cæterùm † amplior numerus re- 24
quiritur, ne vlli falſitati locus eſſe poſsit [n], quæ (vt inquit Bald.) faciliùs in teſtamentis fieret, cū is, de cuius re agitur, in rerū natura amplius non ſit [o]: & ideo hoc reſpectu ad ſolennitatem quoque pertinere dicunt [p]. Vnde teſtamentum, in-
E quit lex, eſt iuſta ſententia [q], id eſt, ſolennis & perfecta. Rurſus ſi teſtamentum ſeptē ſignis teſtium ſubſignatum non ſit, lex ait imperfectum eſſe [r], & non niſi enuntiationis cauſa & abvſiuè teſtamentum dici [s]. Idem ſi in teſtamento nō adfuerit ſtatutus numerus, conſtat iure non valere [t]. Apparet ergo non ea ratione ſolùm infirmari, quia deficiat factum, id eſt, probatio [u], ſed etiam, quia deficit ius, à quo teſtamenti ſubſtantia procedit, & ideo alibi loquitur hoſce teſtes
F ad efficiendam voluntatem adhiberi [x]. Igitur I.
ſciendum, ſi teſtamentum legitimum numerum teſtium non habeat, iure noſtro nullum eſſe: imprimis, quia deeſt probatio, deinde & ſolēnitas. Quod tamen quibuſdam modis declaratur: & primò, vt ſit nullum iure ciuili propter defectum ſolennitatis, ſed tamen iure naturæ valeat. Defectus enim ſolennitatis obligationem naturalem non impedit [y]: & † ideo obligationem 25
naturalem tale teſtamentum pariet [z]. quę magis recepta videtur ſententia [a]: idq; certiſsimum eſt,

quoties

a xiii. q. ii. c. qui diuina. c. vbicunque. Alex. l. ſi cùm do. † m. §. ſi maritus. ſol. mat.
b Innoc. c. iii. ne prælat. vic. ſuis. Imol. c. ſignificatū. de præbend.
c c. eos. c. emendari. i. q. i.
d l. ſi quis inquilinos. §. fi. ĵ. eo. l. i. C. de his, qui pœno.
e Doct. d. c. ſignificatum.
f gl. c. i. de cler. non reſid. in vi.
g c. ſi. de teſtam.
h Iaſ. conſ. clx. ii.
i §. idem iuris. Inſtit. de inutili ſtipul.
k c. veniens. i. extrà. de teſtibus Doctor. c. cùm eſſent. de ſymoni.
l auth. licet. C. de epiſc. & cleric.
m d. c. ſignificatum. vbi Abb. c. cùm dilectus. de conſuct.
n c. conſuluiſti. de celebrat. miſ. c. præterea. ii. de iure patro. & utrobique Abb.
o Bart. l. quoties §. fin. de adminiſt. tutor. Felin. c. cùm venerabilis. de except. Dec. cōſil. cxxi.
p Bald. conſil. ccci. cōſtitutio. in ii.
q auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.
r conſil. xlviii. in i.
s Cardi. d. cle. quia contingit.
t c. i. dè ſucceſ. feud. in vſib. feud.
u l. maximum. vitium. C. de lib. præter.
x gloſ. c. periculoſum, vii. q. i.
y Abb. c. i. de relig. domib.
z gl. Bart. l. i. in princ. de contra tab. Iaſ. l. i. ij. notab. C. eod.

a Bald. auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.
b c. grandi. de ſuppl. negl. prælat. in vi.
c Bald. proœmio Gregorian.
d in tractat. primogenituræ. in ii. part.
e c. licet. de voto.
f §. ſi quis verò non implens in auth. de hæred. & Falcid. vbi Doct.
g l. ſi fuerit. vbi Socin. de reb. dub. Felin. c. capitulū. de reſcript.
h conſil. lxviii.
i Bart. i. oppoſ.
k Bald. c. i. quid ſit inueſtit.
l Bart. cùm quis C. de iur. & fact. ig. in. l. i. de cōdit. indeb.
m l. curent. ff. de teſtib.
n l. ſi. verſ. l. etenim. C. de fideicōmiſ.
o Bald. c. ii. de contro. inueſt. inter dom.
p l. ſi unus. C. de teſtam.
q l. i. ſ. de teſt.
r l. ſi quis legatum. ii. reſponſo. de falſ.
s l. ii. §. i. quemadmod. teſt. aper.
t l. iubemus. §. hac conſultiſsima. C. de teſtam.
u l. duo ſunt. de teſt. tut.
x l. dictantibus. C. de teſtam.
y l. obligari. §. tutor. de auct. tut. l. i. de nouat. in fi.
z l. in teſtamento. de fideicom. liber.
a gl. d. l. cùm quis. & d. l. de cond. indeb. vbi Doct.



quoties aliquis hęredis conſenſus argui poteſt [a]: vel, cùm hæres ipſe veritatis conſcius eſt [b]. tunc enim etiam denuntiatione Euangelica aduerſus eum ſuccurreretur [c]: vel, cùm teſtator non adhibuit ſolennitatem, quia non potuit [d], ſeu neſciuit [e]: vel, cùm aſſeritur eum legati, aut fideicommiſſi facti pœnituiſſe [f]. leuior enim ſolennitas atque probatio hoc caſu requiritur, quàm ſi de hæredis inſtitutione ageretur [g]. Quibus caſibus exceptis verior videtur Petri, Cini, aliorumque opinio naturalem obligationem oriri negantium: quia qui ſolennia non ſeruat, videtur illuſorium actum voluiſſe facere [h]: & quia teſtamentum actus iuris ciuilis eſt [i], quem lex naturalis non vltrà approbat, aut fouet, quàm ab ipſo iure ciuili ſit inductus [k]. Hincque eſt, quòd nulla retentio conceditur [l], & quod ſolutum eſt, tanquam per errorem ſolutum repetitur. quòd ſi cō-
II. ſtaret nullum fuiſſe errorem, ſecus eſt [m]. Rur-
26 ſus † ſuſtinetur ea voluntas, quamvis non ſolennis, quatenus fieri poteſt, ſi ſaltem tot teſtes adfuerunt, qui codicillis ſufficiant [n]. Quod intelligendum, cùm conſtet voluiſſe teſtatorem ſaltem in vim codicillorum valere [o], ſeu ex magna dilectione id præſumitur [p], vel ſi teſtator ex imperitia peccauit [q], cui lex faciliùs indulget: quia tunc voluntas non eſt dubia [r], neque poteſt præſumi voluiſſe eluſorium actum facere [s], vt ſuprà dixi. Hinc eſt, quòd huiuſmodi diſpoſitio, quamvis imperfecta, ſufficit, vt traditio atque executio ob eam cauſam ſecuta præſumatur. videtur enim actus in executione tituli præcedentis factus [t], etiam ſi ille titulus nullus eſſet, & de facto tantùm procederet, quod Socin. reſpondit [u]. nec enim dubium eſt, etiam ex actu nullo voluntatem declarari [x]: prę-ſtat etiam iuſtam cauſam ſtipulationi, ne adverſus eam ſit exceptioni doli locus [y]. Sed quid, ſi hæres confiteatur conditum eſſe teſtamētum, ſed minùs ſolenne, an conveniri poterit? & receptum eſt non poſſe [z]. quia adhuc ſubeſt præſumptio legis falſitatem metuentis, vel ſuſpicantis voluiſſe teſtatorem actum illuſorium, vt dixi, fa-
III. cere. Excepit tamen Iuſtinianus vnum caſum, nempe cùm teſtator ipſe hæredem rogauit, vt fideicommiſſum reſtitueret, & huius rei hæres cōſcius delato ſibi iuramento affirmauit ita eſſe, hoc caſu reſtituere tenetur [a]. Cùm enim nulla ſuſpicio falſitatis hîc eſſe poſsit, quia iurat hæres de eo, quod ipſe à teſtatore audiuit, & in quo fidem ſuam ſecutū eſſe teſtatorem ſciebat, ceſſat omnis ratio [b]. Cur fideicommiſſum valere non debeat. Conſtat enim etiam circumſcripta Iuſtiniani conſtitutione denuntiationi Euāgelicæ hoc caſu locum fuiſſe [c]: quoniam habet hæres conſcientiam læſam, cùm ipſe actui interfuerit [d]. meritò ergo ſpeciale eſt hoc caſu, vt ad
IIII. ſolennitatem non attendatur: Addit Bartol. idem eſſe, cùm teſtator nomine fideicommiſſarij ſibi ab hærede promitti fecit. tunc enim videtur pro fideicommiſſario contraxiſſe: & ideo hęres tanquam ex contractu tenebitur [e], quamvis ſolennia teſtamentorū non interuenerint. Quæ ſententia verbis legum non probatur. nulla enim in eis eſt mentio contractus, ſed ſolùm vltimæ voluntatis, nec vllum verbum, quòd hæres

**L. 55. Nemo poteſt.**

teſtatori promiſerit, aut quòd ſaltem ſolennia contractuum intervenerint: oſtendique ego aliàs, iure noſtro poſſe teſtatorem aut legatario, aut fideicommiſſario ſtipulari [f]. quod Paradoxorum libro primo, cap. iiij. diſputatū extat. cō-
ſtat † enim nec hæredem legatario ſtipulari poſ- 27
ſe [g], vt meritò nec teſtator poſsit [h]. nam nec promiſsio hæredis, quæ teſtatori facta ſit, actionem parit, niſi iuramentum adiectum proponatur [i].
A Augent id Bartol. commentum notabiliter aliqui, nempe vt cùm hoc caſu fideicommiſſum ex contractu debeatur, ſufficiat, ſi duobus teſtibus probetur [k]. Quam ſententiam Iaſ. Ruin. alijque Recentiores rectè improbant. ſubeſt enim ſemper ratio illa, ne falſitas committatur [l], cui apertiſſima eſſet via, ſi duo teſtes ſufficerent. Et licet contractus in teſtamēto deſcripti ex propria natura cenſeātur [m], tamen hoc non procedit, cùm contractus de ipſa hæreditate, aut parte hæredi-
B tatis eſt, quod Petr. Beſut. docuit [n], & ſentit Bal. qui talem contractum non minùs ex teſtatoris ſententia reuocabilem eſſe, quàm teſtamentum ſcripſit [o]. eſt enim ipſius teſtamentariæ diſpoſitionis executiuus. vnde ea ſublata & ipſe tolli debet [p]. Sed finge: duo fratres proteſtati ſunt mentem patris ſui fuiſſe, ne bona ſua perpetuò alienarentur, ideoque fideicommiſſum induxiſſe in caſum alienationis, an nocebit in his, quæ deinde emerunt? & ſi mutuò ſe obligaſſent ad
C non alienandum, certum eſt. valere promiſſionem [q], vt tamen non impeditur dominij tranſlatio [r]. Maior eſt difficultas, cùm verba obventionem inducunt [s], an obligētur ipſi, & an probatio, quæ contra auctorem ſufficit, eadem & emptorem adficiat [t]? & videretur non obligari: quia Bartolus hîc ſpecialiter id inductū à Iuſtiniano eo caſu tradit, quo teſtator hæredis fidem ſit ſecutus, eique iuſiurādum legatarius obtulerit [u]. Regulariter ergo huiuſmodi confeſſiones fideicommiſſum non probant [x], cùm id
D non à partium, ſed à teſtatoris voluntate iureq; publico pendeat [y]. & hoc verius videtur, niſi appareret obligationem naturalem, id eſt teſtamentum imperfectum, ſaltem receſſiſſe [z]. Sanè & quandoq; lex ſpecialiter ſolennitatem relaxat, vt inter liberos [a], vt in teſtamentis militum [b]. Sed & inſtituta eccleſia receptum eſt ſufficere duos teſtes propter Euangelicā regulam, In ore duorum, etc [c]. Sed ego ad denuntiationem Euangelicam duntaxat pertinere Pon-
E tificis reſcriptum aliàs exiſtimaui [d]. Hincque infertur, poſſe † per ſtatutum ciuitatis induci, vt 28
teſtamentum adhibitis duobus tantùm teſtibus valeat [e]: ſicvt & induci poſſet, vt teſtator directò poſt pupillarem ætatem ſubſtituere poſsit, quod Bartol. tradit [f]. Quid ergo, ſi ſtatutum cōcedat teſtādi licentiam ſecundum iuriſgentium regulas, inobſeruata iuris ciuilis ſolennitate? Et puto idem, vt ſufficiant duo teſtes, quod exem-
F plo militis probatur [g]. Et ſentit hîc Bartolus, quòd produci poteſt, etiam cùm ſtatuto dicitur, vt vltimę voluntates ſecundum bonum & ęquū executioni mittātur, quoniam lex æquitatis ratione teſtamenta non ſolennia ſuſtineri ait [h]. Vnde ſubiecit Cornæus, iudices, qui ſecundum æquitatem cognoſcunt, poſſe talia iudicia pro legitimis habere. Cui ego conſentio, ſi timor falſitatis ceſſet, vt quia hæres præſens fuerit, &

a l. ii. C. de fideicommiſ. l. fideicōmiſſum. ſ. de condict. indeb.
b l. fi. C. de fideicommiſ.
c c. nouit. extrà, de iudic. l. generali vbi dixi, de ſacroſanct. eccleſ.
d l. ſi. C. de teſt.
e l. codicillis. in fi. ĵ. tit. i.
f l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſsis.
g l. militis. §. ueteranus. de teſt. milit.
h l. an inutilis. de acceptil. l. quia ratio. de cond. inſtit.
i c. ius Quiritiū. i. diſt.
k l. pen. in fi. de ſolut.
l d. §. veteranus. d. l. ſi. poſt diuiſionem. C. de iur. & facti ig.
m d. l. ii. d. l. fideicommiſſum. de cond. indeb.
n l. codicillis. §. fi. ĵ. tit. i.
o l. non codicillum. C. de teſtam.
p Math. not. xli. Soc. l. cùm auus.
q d. l. codicillis.
r Iaſ. l. eam, quā. iii. not C. de fideicommiſ.
s l. non ſolùm. ĵ. tit. de act. & oblig.
t l. quædam. de rei vendic.
u Soc. conſ. xiii. iiii. uol. d. l. ii. d. l. in teſtamento.
x l. fi. de rebus cor. l. ſi auia. C. de iure delib. l. qui à patre. de confir. tut.
y d. l. fideicommiſſum. de cond. indeb.
z l. ii. C. de ſecundis tab.
a §. fi. Inſtit. de fid. hæred. verſ. quod nihil tale.
b l. fi. C. de fideicommiſ.
c d. c. nouit. Bartol. extrauag. ad reprimendum. verb. denuntiationē.
d Anchar. c. poſſeſſor. de reg. iur. in vi. dixi d. l. generali.
e l. quidam cum. de hæred. inſtit. l. ſpadonum. §. i. de excuſ. tutor.

f l. continuus. §. fi. de verb. oblig.
g l. huiuſmodi. in princ. vbi. Bart. ĵ. eod.
h Bart. l. cùm quis decedens. in princ. ĵ. tit. ii. verſic. item ab illo legatario.
i l. cùm pater. §. filius matrē. ĵ. tit. i.
k l. ubi numerus. ff. de teſtib. Imol. Alexan. Crot. hîc Cæpol. caut. cxxix.
l d. l. fi. verſic. lex etenim.
m l. fi. de reb. cer. d. l. cum quis decedens. §. codicillis. vbi Bart. Iaſ. l. cum antiqui. C. de teſtam.
n in l. hæredes palā. in fi. de teſt.
o l. fi. C. de don. cauſ. mort.
p Bald. c. ex literis. in fi. de conſuetud.
q Oldrad. conſ. cxxxix. Alexand. lxxxiii. in ii. xxviii. in iii.
r l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.
s Bartol. conſ. ccxii. dixi in l. pactum. quod dotali. C. de pactis.
t l. ſi ſuperatus. de pignor.
u d. l. fin.
x l. cum falſa. C. de iur. & fact. ig. vbi Bart.
y d. l. cum quis decedēs. in princ. ĵ. tit. ii.
z l. cum teſtamētum. vbi gl. C. de iur. & fact. ig.
a l. hac conſultiſsima. §. i. C. de teſtam. l. ii. ſ. de iniuſt. rupt.
b l. i. de teſtam. milit.
c c. cum eſſes. de teſtam.
d l. generali. C. de ſacroſan. eccleſ.
e l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. Bart. l. cunctos populos. de ſum. trinit.
f Bart. l. centurio. de vulg.
g l. i. de teſtamen. milit.
h d. l. fi. vbi Bal. & Corn. C. de fideicommiſ.

aliàs denuntiationi Euangelicę eſſet locus. Nec enim facilè credendum eſt talem ſolennitatẽ ſtatuto ſublatam eſſe[a]. 

**II. quæſtio.** Secunda quæſtio eſt, quid

29 † iuris in cautione, quam fructuarius præſtat, an teſtator eã poſsit remittere? & conſtat non poſſe[b]. ſi enim de ea loquamur, quæ pro vſufructu rerum conſumptibilium præſtatur, non videtur remitti poſſe[c], tãquam ea ad ſubſtantiam ipſius vſusfructus pertineat[d]. ſi verò de alia, quæ generaliter à quolibet fructuario præſtanda eſt, de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & rem finito vſufructu reſtitutum iri, idem eſt[e]: quia talis cautio habet incluſam clauſulam, Dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe[f], quæ doli mali remiſſio ad delinquendum inuitaret[g]. & ita conmmuniter reſpondent Doctores. Sed ſi hoc ita eſt, cur hæres ipſe eam remittere poteſt[h]? & difficilis eſt extricatio. Probabiliter tamẽ dici poteſt, fructuarium hæredis ipſius proprietarij procuratorem in rem ſuam cenſeri[i]. At cùm dominus procuratorem à cautione liberat, non cẽſetur doli mali occaſionem illi præſtare, cùm in volentem & ſcientem non committatur dolus[K]: & cùm ipſe viuat, qui ſtatim providere poterit[l]. quę ratio in teſtatore ceſſat. Hincque conſequens eſt, vt teſtator in his, quæ futurum dolum in re hæredis reſpiciunt, non idem iuris habeat, quod hæres ipſe, qđ & Bartolus alibi ſentit[m]. 

**III. quæſtio.** Tertiò quæ-

30 ritur, an † teſtator quartam, quæ ex lege Falcidia retinetur, remittere legatarijs in damnum hæredis poſsit? & iure veteri conſtat non potuiſſe[n]. legi enim prohibitiuæ renuntiari non poteſt[o]: & lex ait, Falcidiam adverſus teſtatoris voluntatem, induci, idque ad fauorem publicum pertinet[p], qui in conſeruatione teſtamentorum vertitur, nec irrita efficiãtur[q]: qui licet in conſequẽtiam accedat, & ideo mitti poſſe videatur[r], tamen pro principali in materia diſpenſationis eſt[f], cùm lex poteſtatem teſtatori vſque ad dodrantem diſponendi ſolùm permittat[t]. Hodie verò lege Iuſtiniani aliud inductum eſt, poteſtque teſtator expreſsim Falcidiæ deductionẽ hęredi prohibere[u]. & ideo hæc deductio hodie adverſus expreſſam teſtatoris mentem non eſt, ſed adverſus tacitam tantùm[x]. Cuius rei rationem hanc reddidit Bartolus, nempe quia hodie periculum non eſt, vt teſtamentum efficiatur irritum[y], cùm repudiante hærede ius ad alios in teſtamento honoratos gradatim devoluatur[z], qui ipſi adire debent, & eorum aditione confirmabitur teſtamentum, legataque debebuntur, quæ aliàs non aditas hæreditate corruiſſent. Vn-

31 de † apparet nec hodie quidem valere legata, niſi adita ſit hæreditas: & ideo ſi teſtator diſponat, vt legata debeantur, etiam non adita ex teſtamẽto ſuo, vel ab inteſtato hæreditate, fruſtrà diſponeret[a]. quæ mihi receptior videtur ſententia, quamque hîc Alexander optimè defendit, & veram eſſe exiſtimat, etiam ſi de libertatis legato ageretur, tãquam nec illud quidem habeat effectum, niſi hæreditate demum adita[b], quòd ſaluo adiectionis beneficio ex diui Marci reſcripto intelligendum[c]. Nec me mouet Iaſ. argumentum in eo ſatagentis, vt oſtendat diſpoſitionem Iuſtiniani, quę legis Falcidiæ deductionem prohiberi poſſe conſtituit, ad hunc quoque caſum

a l. ſi quando. in prin. C. de inoff. teſtam.
b l.i. C. vſufruc.
c d l.i.
d l.ii. de vſufruc. ear. rer.
e l. pen. C. vt in poſ. leg.
f l. v. in princ. vſufr. quemad. cau.
g l. conuenire. de pact. dot.
h d. l. pen. uerſ. ex teſtamento. gl. d. l. i.
i l.i. l. ſeq. vſufr. quemad. cau. l. i. in fi. de oper. noui nunt.
K l. cùm donationis. C. de tranſact.
l l. hoc amplius. §. ſi. de da. infect.
m gl. d. l. i. Bar. l. damni. §. Sabini. de dam. infect.
n l. quod de bonis. §. i. & fi. ad leg. Falcid.
o gl. l. i. C. ne fideiuſ. dot. in fi.
p l. Titia in fi. ad l. Falcid.
q l. uel negare. quemad. teſt. aper.
y Bar. l. ius publicum. ſ. de pact. & l. i. ſol. matr.
s gl. l. illa inſtitutio. de hær. inſt.
t l. i. in prin. ad l. Falcid.
u l. ſi verò expreſsim. in auth. de hæred. & Falcid. auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.
x c. Rainaldus. in fin. vbi Abb. de teſtam.
y l. ſi nemo. de reg. iur. l. eam, quam. C. de filio §. i. de hære. inſtit. c Inſtit. de

fideicommiſ. z auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ. a g. l. qui dibus inſtit. vbi Imol. b l. mulier. §. ſi quis hæreditarium. de cond. eo. cui liber. cauſ. in princ.

extendi[d]. quia vt id verum ſit, tamen † ſemper 32
adeunda eſt ordine ſuo hæreditas ab his, qui in ea lege vocati ſunt[e]: quod Ruinus, Crotus, cæteri Recentiores hîc rectè cenſuerunt. Dixerit fortaſſe Iaſon teſtatorem, qui ita diſpoſuerit, videri licentiam legatariis dediſſe, vt ipſi recuſantibus hæredibus adeant, particularibusque legatis accreſcat vniuerſitas[f], propter teſtatoris mẽtem[g]. Sed † quid in quarta reſpondebimus, 33
A quæ ex ſenatuſconſulto Trebelliano deducitur? & Bartolus hîc non poſſe à teſtatore eius deductionem prohiberi cenſuit[h]: quia lex correctoria de Falcidia vbiq; loquens, ad hanc quartam extendenda non videtur. nam & receptum eſt, fideicommiſſa vniuerſalia ea lege non ſuſtineri, ſi hęreditas ab hęrede ſcripto non adeatur. quod Iacobus Beluiſius receptiore ſentẽtia tradidit[i], cùm alio remedio fideicommiſſario conſulatur, vt ſcilicet hæredem ad adeundum cogat[K]. Alij
B tamen aliter: qua de re nos alibi[l]. Illud crebriùs receptum eſſe conſtat, in filijs primi gradus etiã hodie nullam eſſe hanc teſtatoris prohibitionem[m]. quod eleganter Baldus cenſuit, & receptius videtur[n]. Quod tamen Caſtrenſ. intelligit, cùm vna duntaxat quarta deduci poteſt, vt quia eodem tempore deductio facienda ſit[o]. Sed certè lex loquitur in fideicommiſſo cõditionali: quo caſu duas quartas deduci poſſe receptũ eſt[p]: Ego, cùm reſtitutio vel filijs, vel nepotibus
C teſtatoris facienda eſt, vnam duntaxat quartam deduci arbitror[q], & videri teſtatorem voluiſſe legitimam Trebellianicę imputari[r], & ideo de rebus hæreditarijs accipi[f]. Quid, ſi † filius no- 34
thus ea conditione natalibus reſtitutus ſit, ne quid adverſus voluntatẽ patris accipiat, an deducere quartã ex Trebelliano poterit? & Deci. reſpondit poſſe[t]: quia prohibitus accipere, non cenſetur vetitus retinere[u]. Quam ſententiam ego ſequi non ſoleo[x]. onus enim fideicommiſsi
D ab ipſo principio ſucceſsionem minuit[y]. Nunquid † autem hęc deductio in codicillis quoque 35
prohiberi poſsit? à Baldo conſultum extat non poſſe. nos alibi diſputauimus[z]. Quartò quæ- **IIII. quæſt.**
ritur, an † ſtatuto teſtamẽti inſinuationem requi 36
renti renuntiari à teſtatore poſsit? & communiter traditum eſt non poſſe[a], quia † legi prohibi- 37
tiuæ renuntiari non poteſt[b]: & quia id ſtatutum videtur factum cauſa evitandarum falſitatum[c], quas non ſeruatis ſolennibus perpetratas pręſu-
E mit[d], quæ cauſa publicũ fauorẽ reſpicit. Quid, ſi ex lege municipij aliquod vectigal imponeretur[e], vel ideo apud archiuum inſinuari municipes velint, vt ſciant, cui patrimonialia munera indicantur[f]? pertinent omnes hæ cauſæ ad ius publicum, quod quidem volũtate teſtatoris inverti nequit. Quid, ſi etiam cauſa legitimi hæredis factum ſit? à quo nolit lex ſpem ſucceſsionis aliter, quàm inſinuatis profeſsionibus, auferri[g],
F vel iubeat apud officium cenſus deſcribi, vt ſciri poſsit, an bona fideicommiſſo alicui ſubijciantur, ne emptores ignari defraudẽtur[h]. Et quod de teſtamento dicitur, idem in donatione eſt, cuius inſinuatio neceſſaria eſt[i], ne aut ipſi contrahentes decipiantur, aut creditores etiam futuri, néve cum eo tanquam diuite cõtrahant, qui clã

d Iaſ. l. eã, quam. C. de fideicommiſ. verſ. x. caſus.
e d. authen. ſed cùm teſtator. d. auth. hoc amplius.
f d. auth. hoc amplius.
g l. i. §. ſi ex fundo. ſ. de hæredib. inſtit.
h l. ſi, ut allegas. C. ad leg. Falcid. d. l. Titia.
i Iaſ. d. l. eam, quam. in iiii. caſu, in fi.
K l. ille, à quo. §. fi. ad Trebel. & l. cogi. eo. tit.
l Doct. l. Marcellus. ad Trebel. dixi Paradox. lib. v. cap. xix.
m l. iubemus. in princ. C. ad Trebel.
n Deci. conſil. lxxxi. ccxviii.
o Deci. conſil. ccccclxxx. et lxxxi.
p l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoffic. teſt.
q d. l. iubemus. verb. dodrans.
r l. ſi debitor. ſ. ad l. Falcid.
s l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſt.
t Deci. conſil. cclvii.
u e. intelleximus. de iudic. Bened. Capra de Peruſ. conſ. xix.
x ſ. in rub. de lib. & poſth.
y l. i. §. ſi hæres precepto. ad Trebel.
z l. licet. C. de pac. ubi dixi.
a l. conſulta. C. de teſta.

b gl. l. i. C. ne fideiuſ. dot. c l. comparationes. C. de fid. inſt. in auth. ut in gl. magna. d arg. gl. vbi Bart. C. de fid. inſt. lib. x. e l. i. in princ. de ead. tol. f l. immunitates. C. de agric. & cenſ. lib. xi. g arg. l. nec enim. §. præterea. de adopt. h l. teſtamenta, l. conſulta. C. de teſta. l. ſi. §. fi. de leg. ii. i Bart. l. Modeſtinus. de donat.

deſti-



deſtinis donationibus patrimonium iam exinaniuerit[a]. Sed † an iuramento confirmetur? & re-
38 ſpectu donationis cõfirmari verius eſt & receptius[b], reſpectu verò creditorum, ſecus eſt[c]: quod alibi attigi[d]. Nec diſtinguendum hoc caſu videtur, an donatio ipſa ſit iurata, an inſinuationi cũ iuramento renuntiatum. ſemper enim ſubeſt ea-
39 dem ratio. Sed † quid, ſi inſinuatio ex forma ſtatuti non ſit neceſſaria in ipſo actu, ſed ſufficiat, ſi poſt aliquod tempus celebretur? & hoc caſu receptior eſt ſententia, iuramento non confirmari[e]. cùm enim donationis infirmitas culpa donatarij proveniat, qui intra legitimum tempus nõ ſit profeſſus, non videtur id vitium iuramẽto emendari[f]: qa ſolet iuſiurandũ rebus ſic ſtantibus intelligi[g], vidiq; ſæpiſsimè ita ex facto reſponſum. quod Crotus & cęteri Recentiores hîc probant. 

**V. quæſt.** Quintò quæritur, an † poſſit teſtator fa-
40 cere, vt in fideicommiſſarium actiones abſq; reſtitutione tranſeant? & conſtat ex legis noſtræ regula, non poſſe. alioquin non fuiſſe ſenatuſcõſulti Trebelliani proviſio adeò neceſſaria[h]. Po-
41 teſt † tamen fideicommiſſario concedere, vt propria auctoritate bona appræhendat[i], transfereturque particularium rerum dominium. quod Ruin. cenſuit. Vnde conſequens eſt, vt idem iuris concedere legatario quoque poſſit[K]. Nec videbitur hoc caſu legatarius cum vitio rem habere, nec interdicto Quorum legatorum, poſſeſſionẽ reſtituere cogetur. Sicvt enim ex contractu fieri poteſt, vt propria auctoritate quis poſſeſsionem ingrediatur[l], ita & teſtamento debet id teſtator poſſe. Nec videbitur hoc caſu legatarius in ſua cauſa ius dicere[m], ſed voluntatem teſtatoris exequi, ſentiuntque omnes poſſe id non expreſsim ſolùm, ſed etiam tacita voluntate induci. cui rei aliquot adducuntur exempla. 
I. Et in primis ſi teſtator hæredi iuſſerit, ne legatarium in poſſeſ-
II. ſione prohibeat, ſeu ne tali domo arceat[n]. Sunt & qui idem ſentiant, ſi dixerit, vim fieri illi in tali re veto[o], vt Baldus, Roma. Alexander & alij tradiderunt. Ego verò dubito: quia qui agit interdicto Quorum legatorum, non dicitur cuiquam vim facere[p]. Vnde videtur teſtator de vi intellexiſſe, quę contra ius & de facto fieret[q]. non enim per huiuſmodi verba credendum eſt
42 voluiſſe teſtatorem iuri derogare[r]. Vnde † qui grauatus eſt vxorem non inquietare, ſeu moleſtia afficere, ab eis tantùm abſtinere debet, quæ contra ius & malo animo inferrentur[s]. Verius eſt igitur, his verbis interdictum adipiſcendę nõ impediri. Quòd ſi Falcidiæ locum eſſe non allegetur, promptius eſt vt eo caſu communem ſententiam ſequar, quæſtionemq;, momenti ſopitam credam. nam & is, cui per vẽdicationem vel ſinendi modum legatum erat, propria auctoritate accipere poterat, vt Caius ait[t]. Et tamen
III. ſi Falcidiæ locus eſſet, interdicto tenebatur[u]. Idem cenſuit Iaſon cùm teſtator iuſsiſſet, vt fundus liberè legatario relinqueretur. dictio enim *Liberè*, videtur intelligenda, vt eo nomine inquietari quis non poſsit, quia licentiam non acceperit: idque Pontificij varijs in locis tradidere poſt gloſſema[x] Ioannis Andreæ Bononienſis. Quæ ſententia probabilis eſt, niſi cùm veriſimile ex cõiecturis eſſet, intellexiſſe teſtatorem, vt res nemini obligationis, aut ſeruitutis iure affecta traderetur[y]. quod ex facto Raph. Com. reſpondit,

a arg. l. data. l. donatio. C. de donat.
b Alex. conſ. lxxxiii. in fi. & clvii. in fi. ii. uol.
c c. cùm cõtingat. de iureiur.
d not. l. pacta, quæ contra. C. de pact.
e Franc. Cur. conſ. lxvii. in fin. & ſeq.
f arg. c. ad noſtrã. ii. de iureiur.
g c. cum inter. de renunt. l. ſi. ff. qui ſatiſ. cog.
h Bar. l. qui ita. §. i. ad Trebel. ii. oppoſ.
i l. Paulus reſpõdit. ad Trebel. vbi Doct.
k l. Titia. §. i. ſ. tit. i.
l l. iii. C. de pig.
m l. i. in princip. ff. quor. leg.
n Ang. l. hac ſi res. de rei. vend. Deci. conſ. cccc-xxiiii.
o arg. l. pe. §. i. de acq. poſ. Rom. ſing. lxxxix.
p l. i. §. ſi quis, de uia public. l. i. §. fi. ut in flu. public.
q gl. c. i. uerb. inferatis. de ſta. monach.
r l. factum. §. i. de reg. iur. l. ſi præſes. de pœn.
s gl. l. ſi ſeruum. §. prætor. de acq. hæred. Alex. d. l. quod de bonis. §. i.
t Bart. l. ſi. C. com. de leg.
u l. i. §. quia uerò. quor. leg.
x gl. c. cùm plures. uerb. liberè. de offic. deleg. in vi. y l. Mæuius. §. fundo. de leg. ii. Raph. conſil. cxiiii. Antonius.

& Crot. Ruinusque ſequuntur. Idem, ſi teſta- **L. 55. Nemo poteſt.**
tor rem legatam precariò legatarij nomine ſe tenere conſtituiſſet. quamvis enim in re propria precarium non valeat[z], tamen declaratur teſta-
toris mens ei poſſeſsionem acquiri volentis[a]. **IIII.**
Nec dubium eſt, quin poſsit teſtator legatario poſſeſsionem etiam viuens tradere[b]: quod Bal. & alii Recentiores prodiderunt. Idem cen-
ſuit Bartol. quem cæteri ſequuntur, cùm † teſta- **V.**
A tor inſtitutis filiis vxorem dominam maſſariam 43
fructuariamq; reliquit[c]. nam propter verbum *Dominam*, videtur ei licentiam dediſſe, vt ex conſuetudine Bulgari propria auctoritate poſsit alimenta accipere[d]. Cui ſententiæ conforme eſt, quod ex facto Dec. reſpondit[e], quoties teſtator propter hęredis ætatem alium adminiſtratorem reliquit, eiq; legat, videri conceſsiſſe, vt ſibi ipſi ſoluere legatum adminiſtrator poſsit[f], ne ei ꝓhibitum videatur, quod erga alios eſt mandatũ.
B Vnde conſequens eſt, vt idem ſit quando is le- **VI.**
gatarius executor quoq; relictus eſt, vt Io. And. Alex. Iaſ. cæteri exiſtimarunt[g]. Amplius Deci. prædicto reſponſo procedere quoque ait, tametſi plures executores teſtamento ſcripti ſunt[h], nihilo minùs poterit is à ſeipſo legatum accipere. Sed quid, ſi legatarius dubitans, ne hęres rem legatam ſibi tradere detrectet, adhibito executoris conſenſu accipiatur? & puto id licere[i], dummodò bona fide id fiat, id eſt, non excedãtur à te-
C ſtatore præfixi limites, ſed ád vnguem obſeruẽtur. Quòd ſi hæres probabile damnum alleget, quod ſibi adverſus legis, vel teſtatoris mentem inſtigatur, ſecus eſt[k]. Idem cenſent omnes, quoties teſtator nõ ſolùm rem Titio legauit, ſed
in ea ſe hæredem eum inſtituere adfirmauit. ad- **VII.**
iecto enim hæredis, indicat datam ei licentiam,
vt à ſeipſo accipiat[l]. Sed quid, ſi teſtator pro- **VIII.**
hibuerit fundi alienationem, quia voluerit in familia perpetuò remanere, an cenſeatur in caſu a-
D lienationis manus iniectionem proximiori conceſsiſſe? & putarim cenſeri[m], licet in contracti-
bus aliud ſit[n]. Sanè illud dubium non eſt, hanc **IX.**
rei appræhendendæ facultatem ab ipſo hęrede cõcedi legatario poſſe, non ſolùm expreſsim, ſed etiam tacitè[o], vt ſi ſciens rem ab eo apprænſam, nullam ei controverſiam longo tempore mouerit[p]: vel ſi vnà cum eo de re legata in inſtrumento erga aliquem quicquam egerit[q], quod & aliis
coniecturis elici poteſt. Sunt & qui putent hæ- **X.**
E redem, qui verbo fideicõmiſſum reſtituit, videri licentiam fideicõmiſſario dediſſe, vt propria auctoritate poſſeſsionem naturalem appræendat[r].
Sextò, in ea quęſtione hęſitatum fuit, an † remit- **VI. quæſt.** 44
tere teſtator inventarii confectionẽ poſsit? & ſi de inventario loquamur, quod hæres facit ne ſupra vires hæreditarias creditoribus & legatariis teneatur[f], cenſent Doct. non poſſe, creditorum reſpectu. non enim illorum cauſam facto teſtatoris deteriorem fieri æquum eſt. reſpectu verò le-
F gatariorum magna eſt altercatio: Iac. & Crot. idem eſſe cenſent[t], Bald. & Caſtr. variarũt, & Alex. Aretin. cæterique Recentiores malunt valere remiſsionem[u], purgarique præſumptum dolum[x] per teſtatoris iuſsionem[y]. Ego poſſe teſtatorẽ conficiendi inventarij neceſsitatẽ hęredi remittere ſatis arbitror, non tñ liberari, quin etiã

z l. neque pignus. de reg. iur.
a l. ſi. de reb. cor.
b l. Lucius. ſ. tit. i.
c Io. And. in Spec. qui filij ſint leg. §. i. Ang. l. i. ſ. rer. amot.
d Bart. d. l. Titia.
e Dec. conſil. ccccxviii.
f l. fiſtulas. §. fundũ. de cõtr. empt.
g in d. l. non dubium.
h c. ſi. de teſtam. in vi.
i d. §. fundum. l. ſi quis prohibuerit. de Public. act.
K Bart. l. alio. de ali. leg.
l Bart. l. ex facto. ſ. de hæred. inſtit.
m gl. auth. vt de cætero. uerb. licẽtiam, Doct. l. ſi ita quis. §. ea lege. de verb. oblig.
n Bart. d. l. iii. §. iiii. C. de pig.
o Decius. conſil. ccccxviii.
p arg. l. ſi. C. com. diui. vbi not.
q l. cum pater. §. libertis. de leg. ii.
r Bart. l. cum iure deliber. ubi cum tale. §. tuis. ſ.
y l. qui cùm mai-

ſolus. ad fin. de uſucap. Lancelot. l. centurio. de uulgar. s l. fin. C. de Bald. t arg. l. pen. C. ut in poſ. leg. Acchar. conſil. ccclxv. u arg. l. de cond. & demon. x §. hinc nobis. in authen. de hæred. & Falcid. or. §. fi. de bon. lib.

erga legatarios in ſolidū teneatur. quod Ancha.
reſpondit, niſi & hoc teſtator expreſsim dixerit.
cùm enim legando videatur affirmare hæredita-
tem ſuam ſufficere ſoluendis legatis, non debet
hæc remiſsio hęredi adverſus teſtatoris affirma-
tionem prodeſſe, niſi formam legis ſeruet, id eſt,
inventarium conficiat. Hincq; apparet poſſe te-
ſtatorem fideicōmiſſario inhibere, non ſolùm ne
cautionem aliquam ad hærede accipiat, ſed etiā
ne eum ad conficiendum inventarium cogat [a],
alioquin poteſt fideicommiſſarius cogere hære-
dem, vt illud faciat, ne res intervertantur, & vt e-
veniente conditione citra alias tricas poſsit li-
quere, quatenus reſtituendum ſit [b]. Et hinc in-
fertur, valere quoque remiſsionem inventarij,
quam tutori teſtator facit, non ſolùm quādo ex-
preſsè ei prohibuit, ne faceret [c], quod Aret. Cro-
tusq; hîc tradiderunt: ſed etiam, ſi ſimpliciter fa-
cta eſt remiſsio [d]. quod rectè & ex cæterorū ſen-
tētia Iaſ. docuit. ſubeſt enim ſemper illa ratio, vt
remiſiſſe cōtemplatione pupilli videatur, cuius
patrimonij ſecreta noluerit aperiri [e]. Nec acci-
pienda eſt præſumptio, qua actus ſubverteretur,
ſi ſolius tutoris cauſa, qui fraudem facere poſſet,
id actum diceremus: non eſt id veriſimile, cùm
ſemper præſumamus patrem vtilius filio conſi-
liū approbaſſe [f]. Vnde ſi iudex viderit magis ex-
pedire pupillo, vt inventarium conficiatur, pote
rit adigere tutorem ad illud conficiendum [g], vt
hîc omnes tradunt. Quod intelligēdum, cùm ta-
lis cauſa ſubeſt, quā ſi teſtator ſciuiſſet, veriſimi-
le ſit non fuiſſe eam neceſsitatem remiſſurum [h].
Licitum enim iudici eſt, vt à iuſſu teſtatoris rece
dat, quoties eum ex tali cauſa non ita iuſſurum
fuiſſe arbitratur [i]. Idem generaliter, quoties cō-
ſtaret teſtatorem malo conſilio vſum, ſi tamen ę-
tate minor ſit [*], vel ſi de publico fauore aga-
tur [l]. Non enim (vt ait Triphonius [m]) debet iu-
dex ſequi voluntatem teſtatoris, aut ſcripturam
teſtamenti, vel codicillorum, ſed pupillorum v-
tilitatem potiùs: alioquin non temere debet iu-
dex ab eo recedere, quod in re ſua teſtatori pla-
cuit [n].
VII. quæſt. Quærit idem, an exceptioni ſimula-
tionis contractus renuntiare partes poſsint? Sed
hanc ego quæſtionem alibi à me diſputatam hîc
omitto [o], quòd ad legis noſtræ materiam, quæ
VIII. quæſt. de teſtatoribus loquitur, nihil pertineat. Me-
liùs ergo ad propoſitum argumētum ea quęſtio
facit, an poſsit teſtator ſicvt alienationem, ita &
rei ſuæ vſucapionem prohibere? & non dubita-
uerim poſſe [p], quod alibi attingemus. Vnde ſatis
apparet, principaliter fauore publico vſucapio-
nem inductam non eſſe, alioquin ei nec à teſtato
re quidem impedimentum afferri vllū poſſet [q],
ſenſitq; id Din. & non pauci alij, qui pacto renū-
tiari poſſe præſcriptioni exiſtimarunt. ſed Bar-
tolus contrà cenſuit, quam ego quæſtionem a-
pud Pontifices diffuſiùs diſputaui [r]. In præſen-
tia id ſolùm dicam, nullum hac in re eſſe operæ-
45 pretium. ſi † enim de præſcriptionibus x. vel xx.
annorum loquamur, quæ bonam fidem requi-
runt [s], dubium non eſt tali pacto eas impediri,
cùm in mala fide conſtituat poſſeſſorem, idque
Bartol. hic fatetur [t]. quod ſi de pręſcriptione lo-
quamur, quæ in odium non petentis introducta
eſt, trigintaq; annis perficitur, nec bonam fidem
requirit, probabilis fuiſſet olim quæſtio [u]. ve-
rùm hodie cùm in ea quoq; neceſſaria ſit bona fi
des [x], apparet idem, quod in alijs eſſe. Meritò i-
gitur dicēdum eſt, id pactum ſaltē obliquo du-

a arg. d. §. Titius. b arg. l. i. §. pe. de vēt. in poſ. mit. Alex. conſ. lviii. iii. vol. Lancelot. d l. centurio. c l. fin. C. arb. tut. Ioan. And. in Spec. de tutor. §. generaliter. verſ. hoc autē. Ang. §. præterea. ii. Inſt. de excep. Salic. d. l. fi. d gl. l. tutores, verb. publicatum. C. de adm. tut. e l. ii. C. quand. & à quibus quar. pars. f l. nec in ea. §. i. de adult. g l. in confirmādo. cum ll. ſeq. de confirm. tut. h Raph. Corn. auth. contra. C. ad Treb. i Aretin. conſil. xxii. k l. iii. §. quamuis de admin. tut. l l. vtilitatem, §. de confir. tut. m l. i. i. reſponſo, vbi pupil. educ. n l. pe. §. de cur. fur. in fin. o dixi l. cum ea. C. de tranſact. & in c. cum cōtingat. de iureiur. p l. ii. C. de vſuc. pro empt. Bart. l. vbi lex §. de vſu. l. fi. §. pe. C. com. de leg. q l. quod de bonis. §. i. §. ad l. Falcid. r in rub. extrà, de præſcrip. s l. hoc autem. de ſer. ruſt. præd. t l. i. ff. de vſucap. u l. iiii. §. ſi viam. de uſucap. x c. fi. de præſcrip.

A
B
C
D
E

ctu impedire, quo minùs ſit vſucapioni locus:
quod & Fabianus cenſuit [y], & Recentiores hîc
probant [z], & ex facto Fulg. Siculusq; reſponde-
runt [a]. Quibus autem verbis cęnſeatur id actum,
ne vllo tempore præſcribatur, hîc aliqui diſpu-
tant, & nos alibi attigimus [b], habebitque vires
hæc cōventio non ſolùm adverſus principalem,
ſed etiam adverſus quemcunque, qui ab eo cau-
ſam habuiſſet [c], quatenus tamen vellet auctoris
ſui adminiculis, id eſt eo titulo, ſe adiuuare [d].
Vnde ſi de ſeruitutum vſucapione ageretur, ſe-
cus eſſet, cùm † in earum præſcriptione titulus 46
non ſit neceſſarius [e]. quod Bart. hîc ſentit, & alij
probant. Poſtremò quærit Bart. an † pacto ca- IX. quæſt.
ueri poſsit, vt à ſententia arbitri appelletur? ete- 47
nim ſciendum eſt, à ſententia arbitri non appel-
lari. cuius rei illā rationem lex adducit, quia nec
iudicati actio inde præſtari poteſt [f]. cùm enim
iure publico ſententia à magiſtratu lata in rem
iudicatam trāſeat, executionemq; mereatur, in-
uenta eſt appellatio, quę interim pronunciatum
impediat [g]. nec enim ſimplici contradictione
poteſt victus ius publicum impedire, ſed opor-
tet, vt appellationis remedio vtatur. Cùm ergo
ſententia arbitri ea ratione in iudicatū nō tranſ-
eat, quia priuato iuri innititur [h], meritò inanis &
ſuperflua tali caſu eſſet appellatio, vt me parum
mouerint quædam Iaſon. argumenta quoſdam
caſus referentis, quibus appellatio conceditur,
cùm tamen actio non detur [i]. alia enim ratione
in illis non datur actio, quàm quòd priuato con-
ſenſu iudicium conſiſtat. Excipiuntur † à ſuprà 48
ſcripta concluſione quinq; caſus, quibus appel-
lationem concedi Bart. cenſuit. Primus eſt, cùm I.
compromiſſum abſq; pœna factum eſt: quo caſu
lapſis x. diebus lex actionem in factum ex lauda
tiuo cōcedit [*]. cum enim à ſententia, vnde actio
non quidem orta, ſed oriri ſperatur, licita ſit ap-
pellatio [l], conſequens eſt, vt hoc quoq; caſu idē
dicamus. Sed hanc opinionem Doctores cōmu-
niter improbant, quia lex actionem non conce-
dit, niſi ex ſententia, quæ non diſpliceat parti-
bus [m]. at propoſita appellatione ſatis oſtenditur
ſententiam nō placere, ideoq; appellari iudicē,
qui corrigat, quòd iniuſtè actum eſt [n]. Quòd ſi
homologia acceſſerit, non poterit amplius ap-
pellari, ne circa eandem rem approbatio impro-
batioq; vertatur, licet circa diuerſa quandoq; id
tolerari poſsit [o]. Addo ego, actionem, quam poſt
decem dies lex concedit, nō ea cauſa dari, quòd
iure publico ſententia in iudicatum tranſeat, a-
liàs non ſimplici contradictione, ſed appellatio-
ne opus eſſet, vt meritò ratio prohibitiua adhuc
militet: ideoq; ſimpliciter non actio iudicati ap-
pellatur, ſed generali nomine in factum [p]. nam
& haudquaquam veriſimilis eſt Bart. interpreta
tio, qui ſi victus ante decem dies appellat, exiſti-
mat ita accipiendum, Approbo ſententiam tan-
quam latam, Appello tanquam non bene latā [q].
nam hac ratione cēſentur hîc viam elegiſſe ſibi
deteriorem [r], & fieret adverſus ipſum in re am-
bigua interpretatio [s]: qui ſi ſimpliciter contra-
dixiſſet, tutus erat: nunc quia appellauit, ad ob-
ſeruationem fatalium tenebitur, aliàs in iudica-
tum tranſibit [t]. Alter eſt caſus, cùm pacto quidē II.
compromiſſum eſt, adiectaq; per ſtipulationem
pœna, ſed actum, vt rato manente pacto pœna cō
mittatur. tunc enim, inquit Bar. videntur duo cō
promiſſa eſſe, alterum pœnale, alterum abſq; pœ
nā [u]. At ſuprà vidimus ex eo, quod ſine pœna eſt,
poſt

y Fabian. trac. de emp. q. vij. verſic. xxx. z Ruin. Crot. hic. a Fulg. cxxiij. Barb. li. i. b l. petens. C. de pact. c auth. malæ fidei. C. de præſcrip. long. temp. d Bal. d. auth. Alex. l. Pomponius. §. cùm quis. in vlt. limit. de acquir. poſ. e l. ſi quis diuturno. de ſeruit. f d. l. i. C. de arbit. g l. in fi. ad Turpil. h l. priuatorum. C. de iuriſ. om. iud. i l. cùm antea. C. de arbit. K d. l. cum antea. C. de arbit. l l. ii. §. biduum. quan. appel. ſit. m d. l. cum antea. in princ. n l. i. de appel. o l. iii. §. falſus. rem rat. hab. p gl. d. l. pen. verb. nomine. q d. l. §. falſus. r l. iii. ſuprà, de teſtam. mil. s l. ſi quis intentione. de iudic. t Bald. Paul. Caſtr. l. i. C. de arbit. u gl. d. l. ii. de arbit.



poſt homologiam dari actionem [*], & conſequē-
tèr appellari quoq; poſſe. Sed ſuprà cōcluſimus
haudquaquam permitti appellationē: nunquid
verò actio detur, articulus eſt dubius. Verùm e-
go ſententiam Bartoli ſequor, quæ receptior
eſt [a]. apparet enim ex tali clauſula manifeſta cō-
promittentium mens eſſe, vt per adiectionē pœ-
næ non minuatur laudatiui effectus, ſed augea-
tur potiùs: eſtque actus per huiuſmodi clauſulā
efficacior, quàm ſi ea non adiecta per ſtipulatio-
nem quoque compromiſſum fuiſſet. tunc enim
altero cōtentus eſſe ſtipulator deberet [b], vel pœ-
na, vel eo, quod conſecutus actione ex ſtipulatu
eſſet, quæ ad id, quod intereſt, competit [c]. Vnde
tunc ex ſententia arbitri nec actio, nec exceptio
III. oritur: quod Bart. Fulg. cæterique tradiderunt.
49 Tertius † eſt caſus, quando auctoritate ſtatuti a-
ctio laudatiuis tributa eſſet: tunc proculdubio
appellari poſſet. quæ ſentētia receptiſsima eſt [d].
egoq; eam ſequor, quoniam lex actionē ſtatim
concedens, videtur iuris publici fomētum illis
addere, ne in priuati conſenſus finibus conſtitiſ
ſe res videatur. Qua ratione & ab executore quā
doque appellatur [e], qui licet iuriſdictione careat
auctoritate tamen ius dicentis exequitur [f]. Nec
me mouet, quòd hac ratione ſtatutus eo indu-
ctum, vt maiorem vim laudatiuis tribuat, in con-
trarium verteretur. ſi appellationem cōcederet,
vbi aliàs eſſet vetita [g]: quia hoc ex quadam con-
ſequentia procedit, quæ ex legis veteris æqui-
paratione propter extenſionem paſsiuam indu-
citur [h]. Vnde infertur, vt condictio ex ſtatuto,
quæ hoc caſu pro ſententia arbitri detur [i], natu-
IIII. ram actionis iudicati aſſumat. Quartus eſt caſus,
cùm arbiter non pacto priuatorum, ſed à iudice
datus eſt [k]. quod quomodo fiat, aliàs docui [l]. I-
dē, ſi à lege iuſſus eſt [m], vt cùm neceſſariò auctori
tate ſtatuti electus eſt, putà inter conſanguineos
vel vicinos. Sunt & qui auctoritate iuris Pontifi-
cij confirmari arbitrorum notionem putent [n], &
ideo eo iure indiſtinctè appellari. quod hîc Ale-
xand. docet. iure enim Canonico à quolibet gra
uamine conceditur appellatio [o], & vel ex pacto
nudo agi poteſt [p]. ego non de appellatione, ſed
reductione quadam ſenſiſſe Pontifices arbitror.
V. Quintus † eſt caſus, quoties pacto convenit,
50 vt ab arbitro appellari poſsit tali caſu, ſi laudati-
uum ſit tale, quod actionem pariat. Res eſt clara,
quia pactum cum iure communi concordat [q], ſi
non pariat, ſed ſolo pœnæ metu ei ſtetur. erit ta-
men appellationi locus, non quidem propriè,
niec enim reſcindere iudicatum poteſt [r], cùm ni-
hil ſit iudicatū, ſed impropriè, vt appellatio pro
quadam reſpōſione, ſeu ad ſuperiorem magiſtra
tum reclamatione accipiatur: ſecundum quā in-
terpretationem & Bartol. ſententia in primo ca
ſu defendi poteſt. nā & quod alibi Bart. ait ab ar-
bitratore appellari poſſe [s], ſic intelligēdū exiſti-
mo, vt non de appellatione ꝓpriè accipiatur, ſed
de reclamatione quadā extraiudiciali, quæ vim
51 remiſsionis habet. etenim † reductio ad arbitriū
boni viri et appellatio æquiparantur, ſimilesq;
ſunt [t]. Sed nunquid valeat pactum, per quod
huiuſmodi reductioni renūtietur? & ſi allegetur
dolus arbitratoris, qui expreſsè vel re ipſa, putà
enormiter, læſerit, aiunt omnes non valere [u],
quia dolo futuro renuntiari non poteſt, eſ-

d. l. pen. a in l. a'c prætor. de rē iud. b l. prædis. de act. empt. l. cum proponas. de trāſact. c l. diem præferre. §. fi. de arbit. Fulgoſ. d. l. pen. d gl. d. l. ii. arbitro qui ſatiſd. cog. Felin. c. ex tenore. de reſcrip. uerſ. fall. vii. e l. ab executione. C. quorum appel. f c. ſuper. quæſtionum. de offic. deleg. g l. legata inutiliter. §. eo. h l. cum ex oratione. in fin. de excuſ. tut. Bald. l. quod fauore. opp. vii. C. de legib. i l. i. §. de condic. ex leg. k d. l. arbitrio. in fi. à. quib. app. non licet. l lib. ii. Paradox. m l. fi. C. de iudic. ubi Doct. c. ab arbitris. de offic. deleg. in vi. n gl. ii. quæſt. vi. à iudicibus. c. ii. de arbit. o c. omnis oppreſſus. ii. quæſt. vi. p c. i. de pact. q l. ſi ita ſtipulatio. de verb. oblig. r d. l. i. §. fi. ad Turpil. s l. fi. de app. recip. t l. non diſtinguemus. §. cum quidam. de arbit. u Bart. l. ſocietatem. §. arbitratorum pro ſocio, Din. reg. ſcienti. de reg. iur. lib. vi.

A
B

ſetque id quoddam incentiuum ad delinquen-
dum [x], nec adhuc inventa eſt probabilis caute-
la, qua pactum ſuſtineri poſsit [y]. Putarim † ta-
men obliquo ductu impediri hanc reviſionem
poſſe, vt ſi actum ſit, ne reductio impetrari poſsit
niſi priùs depoſitis penes ſequeſtrum cētum au-
reis, qui lucro victoris cedant [z], idque exemplo
ſponſionis & ſacramenti, quæ in vſu apud Vete-
res erant, vt ex M. Varrone & M. Tullio in To-
picis dicimus: Vt ſi conuenerit per huiuſmo-
di petitionem non tardari laudatiui executio-
nem [a]. Sic videmus in iudicio poſſeſſorio o-
lim factum fuiſſe [b], vt ſi pro poſſeſſore arbitrator
iudicauerit, videtur tunc æquius, vt victus de do
lo, quæ arbitratorem agat [c], quàm vt victor ad-
verſas promiſsionem inquietetur. nec enim im-
moderatè læditur, qui ſaluam actionem con-
tra arbitrium habet [d], quique non eſt priuatus
poſſeſsione, quàm non habebat, nec dolus im-
punitus manet. Cùm ſalua contra doloſum ſit
notio, vt ſi ante prolatam ſententiam partes pro
teſtentur ſcire ſe, quod pronuntiaturus ſit arbi-
tror, omneque illud approbent [e]. nec enim ſciē-
ti ſit dolus [f], confeſsioque ſcientiæ illis præiu-
dicat [g], niſi probetur contrarium, id eſt, non o-
ſtenſum, neq; relatum priùs fuiſſe illis laudati-
uum, quàm pronunciatum fuerit.

L. 55. Nemo poteſt. I. 52 II. III. IIII.

x d. l. conuenire. y Cæpol. cxc. vii. Ferrar. viii. z gl. verb. nomine. d. l. cum antea. a c. debitores de iureiur. l. i. §. & parui. vbi Bart. quod vi, aut clàm. b l. i. C. ſi de mo. poſ. fue. c l. fi. ſi menſor falſ. mod. l. pe. C. de pact. d l. arbitro. §. pe. de dolo. e l. i. §. ſi quis ante. à quib. ap. non lic. vbi Ang. Perig. f c ſcienti. de reg. iur. in vi. g l. i. C. de conf. not. l. ſi dari. de verb. oblig. vbi divi.

LEX CXIIII. *Filiusfamiliâs. §. Diuit. ij.*

C

1 *Alienatio cum cauſæ expreſsione prohibita valet.* 7, 8.
3 *Prohibitio alienationis non impedit publicationem.*
6 *Publicatis bonis extinguitur vſusfructus.*
9 *Alienationis prohibitio aliquot caſibus tenet, præſertim adiecta pœna.* 10.
12 *Prohibitio, cui adiecta eſt conditio, valet.*
13 *Filius ne intra certum tempus legitimam alienet, prohiberi poteſt, niſi in aliquot caſibus.*
D 20 *Par taciti & expreſsi virtus.* 23.
21 *Præceptum de non alienando debet certæ perſonæ contemplatione fieri.*
22 *Emphytheuta meliorationes fideicommiſſo ſubijcit.*
24 *Neceſsitas excuſat alienantem: item auctoritas iudicati.* 25.
27 *Alienare prohibitus dotem conſtituere nequit, niſi interdum.* 28.
29 *Fidecommiſſarius vxore grauati potior.*
E 30 *Præceptum detractioni legitimæ non nocet, nec Falcidiæ,* 33. *nec eccleſiæ:* 34. *ſed bene perſonis eccleſiaſticis.*
35 *Pactum de non alienando non impedit dominij tranſlationem.*
39 *Sententia non obſtat alienationi.*
40 *Alienationis appellatione comprehenditur hæredis inſtitutio.*
42 *Vetitus vendere nec aliter alienare poteſt: ſecus, quo ad donationem.* 44.
F 45 *Filijs alienare prohibitis, non extenditur ad nepotes.*
46 *Pœnalia & odioſa ſtrictè interpretanda.*
47 *Fideicommiſſi onere non tenetur nepos.*
48 *Prohibitione in rem facta venit nepos.*
51 *Interdum prohibitio ad hæredem hæredis porrigitur.*
52 *Familiæ nomine deſcendentes in futurum comprenduntur.*
53 *Prohibitione quando fideicommiſſum inducatur, ad verborum conceptionem attenditur.*
54 *Alienatio complectitur vſucapionem.*

a §. DIVI [a]. ¶ Nuda prohibitio alienationis
1 nō valet: ſecus, ſi † ex cauſa & reſpectu certę perſonæ: quo caſu fideicommiſſum inducitur, citra tamen creditorum teſtatoris, aut fiſci præiudicium. Sed nūquid, ſi poteſt ex alijs bonis eis ſatis fieri, adhuc hæc prohibitioni ſubiecta in fideicommiſſi everſionem accipiant? & ſi hypothecam non habet, conſtat non poſſe [a]. ſi verò habeant, & iure creditoris accipiant, ſeu vendant, ſecus eſt [b]. Sed an hæres loco horum bonorum teſtator fideicōmiſſarijs tantundem præſtare? & ſi fideicōmiſſum ad piam cauſam pertineat, non eſt dubium teneri [c]. Idem tamen putauerim etiam erga quemlibet alium, cùm ſit, quod imputetur hæredi, qui rem non luerit [d]. Conſultius tamen erit fideicōmiſſario, ſi hæredem cogat ad cauendum ſe conditione eveniēte rem reſtituturum [e]. quæ cautio inducit, vt cogatur hæres ad luendum, nec ſinendum, vt poſsit iure creditoris res vēdi. Et ex his ſequitur, vt † cùm filius pro legitima hypothe-
2 cam nullam habeat [f], non poſsit ad huiuſmodi bona manus extendere ſi tamen aliunde ex ſubſtātia patris habet, quod portioni ſuæ ſufficiat [g]. ſolùm ergo extēdet, quatenus alia bona non ſufficiant, quod & Caſtr. reſpōdit, & Iaſon hîc probat [h]. Sed quod de fiſco dicitur, maiorem habet dubitationem, quomodo intelligendum ſit. & Accurſ. ſimpliciter ait, non nocere fiſco hanc ꝓhibitionem, cùm ei aliquid ex cauſa tributorum vel alia debetur, intelliguntque aliqui de alia ſimili, non ſi ex cauſa delicti: qui ſenſus reddit ſuperfluam fiſci mentionem. cùm enim dictio *Creditorum*, quemlibet comprehendat, qui creditor ſit, ſiue ex oneroſa, ſiue ex lucratiua cauſa [i], ſatis fuiſſet eorum facere mentionem. Vnde fortè verius eſt hîc probari bona † à teſtatore vetita alie-
3 nari, propter delictum tamen publicari poſſe. quia non eſt veriſimile teſtatorem appellatione alienationis de hac neceſſaria intellexiſſe [k], ſicut nec de ea intelligitur, quæ per ſucceſsionem ab inteſtato fit [l]. Vnde quibus caſibus extraneus ab inteſtato adverſus hanc prohibitionem admitteretur, ijſdem videtur etiam fiſcum admittendum [m]. Suadet hoc & ratio legis noſtræ, quatenus prohibitionem dicit non valere, quia non licet teſtatori talem legem dicere, vt meritò huiuſmodi præceptum fiſco præiudicare non debeat ob delicti correctionem bona publicantis [n], non vt commodum fideicommiſſario faciat. Nec hîc vllum eſt fideicommiſſarij præiudicium [o], cùm conditio fideicommiſsi non evenerit, quæ de alienatione intelligitur, non ex neceſsitate legis, ſed per indevotionem facta [p]. nam & fiſcus pro eo tempore ea bona retinebit, quo reus ipſe tenuiſſet ſaluo deinceps iure fideicommiſſarij [q].
4 Qua † ratione & feudum antiquū publicari poſſe Pont. Imol. Alex. cenſuerunt, nec probabile eſſe proximi agnati præiudicium [r]. Nam & fideicommiſſo expreſſo dubium non eſt eatenus cōfiſcationi locum eſſe, quatenus reus viuat [s], & tamen in eo tacita ſubeſt alienationis prohibitio, vt meritò idem & in expreſſa credendum ſit, cēſuitq; hoc diſertè Paul. Caſtren. & Ruin. hîc, et quandoq; Pontanus [t]: ſenſit & Oldradus [u]. Idem & videtur tradidiſſe Iacobus Arenæus, dum † ꝓ-
5 hibitionem alienationis non cōprændere eam ait, quę ex delicto fieret, quia à lege fit [x]. Quam ſentētiam nec Bart. imꝓbat [y], niſi cùm is, cuius fauore facta erat, cōmodum præſens capiebat, vt maritus in dote vxoris [z]: vt pater, qui vſumfructū in bonis filij habet [a]. at in caſu noſtro fideicōmiſſarius cōmodum pręſens nō habebat, ſed habiturum ſe ſperabat. Non me latet ab Alex. aliud diffuſè reſponſum extare [b], tāquam fiſcus omnino etiam viuente reo ſit excludendus [c]. Quæ ſententia defendi poteſt in caſu ſuo, in quo propter verba exuberantia teſtatoris res ad extraneos ab inteſtato tranſire non potuiſſet [d]. Item defendi poteſt, cùm teſtator dixiſ-
C ſet *Commendo tibi tales ſeruos, ne alicui alij ſeruiant* [e]. videtur enim ijs verbis non tam alienationem ꝓhibuiſſe, quàm commoditati ipſorum ſeruorum proſpexiſſe [f], cui locus eſſe debuit, tametſi neglectus non fuerit teſtatoris iuſſus, vt quia alienatio ex neceſsitate per confiſcationē ſit facta [g]. Cùm enim iuſſerit, vt nemini ſeruirent, & ſolum hæredem exceperit, conſequens fuit, vt fiſcus ex regula excluderetur [h]. Adde, quòd nihilo minùs illi ſerui in fiſcum tranſeunt, licet eos manumittere teneatur [i], cùm tamen conſtet rē à teſtatore
D prohibitam alienari, ſi cōtrà fiat, in emptoris dominium non tranſire [k], in hocque prohibitio alienationis ſerui ab aliarum rerum prohibitione diſtat: quod infrà attingam [l]. Sanè † publica-
6 tis cuiuſq; bonis extingui vſumfructum conſtat, non autem ad fiſcum, donec reus viuat, trāſire [m]: qa hoc caſu de iure merè perſonali agitur, quod nec ad hæredem quidē tranſit, nec ſeparari à perſona poteſt [n]. Sed quid, ſi teſtator expreſsim prohibuerit, ne bona in fiſcum tranſeant, ſed delin-
E quente hærede ad familiam pertineant? & ſatis crediderim excludi fiſcum [o]. potuit enim teſtator rei ſuæ hanc legem imponere [p], nec ipſe fraudem fiſco facere videtur, qui nihil deliquit: imò delinquentem hæredē, quod in ſe eſt, bonis ſuis priuat, & ad alium transfert [q]. qua de re alibi [r].

NEC CAVSAM EXPRIMVNT [b]. ¶ Pro- b
7 hibitio † ergo alienationis abſque cauſa non valet [f]. Cuius concluſionis duplex hîc adducitur
F ratio. Prima eſt, quia videtur id pręceptum eſſe nudum, vt quod non cauſa adſtringendi hæredē factum ſit, ſed ei potiùs conſulendi [t]. vnde † tā-
8 quam conſilium non obligat, quia poterit hęres fauori ſuo renuntiare [u]. ex hac tamē ratione videretur non eſſe nullius momēti pręceptum, vt hîc dicitur, ſed in ſpeciem ſaltem prima fronte valere, donec ei fauori hæres renūtiauerit [x], idq; maximè in prohibitone alienationis rei anima-

LEX CXIIII. MARTIANVS LIBRO VIII. *Inſtitutionum.*

A FIliusfamilias miles, etc.

¶ Diui [a] Seuerus & Antonius reſcripſerunt, † eos qui teſtamēto vetāt quid alienari, nec cauſā exprimunt [b], propter quā id fieri velint: niſi invenitur perſona cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitū eſt, nullius eſſe momenti ſcripturam, quaſi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem teſtamento non poſsint di-
B cere.

Marginal notes, page 1123: a l. pater filium. in princ. verſ. ſi non erit .ff. tit. ii. Bald. l. ſi .§. & ſi præſtatam. q. iiii. C. de iure delib. b l. i. C. deb. vend.pig. — eorum, *aliàs.* — c l.legatum .ff. de vſuſr. leg. Bald. l. ſi. C. ſi. aduerſ. vend.pig. d l. ſi res obligata .ff. eod. l.ii. vbi not C.ad l.Falcid. e l. hæc ſtipulatio .ff. vt leg. nom. cau. f Socin. l.ſi ex toto .ff. eod. g l.ſcimus.§. repletionem. C. de inoffic.teſtam. h Iaſ. vlt. notab. hic. i l. creditores. cum ſeq. de verb. ſig. K l. peto .§. prædium .ff. tit.i. l l. cùm pater .§. cùm inter de leg. ii. l.iiii .ff. de iur. pat. §.i. in auth. de alien. & emphy. Bar. d. l. peto .§. fratre. n l.conuenire. de pac.dotal. o Bar. l.eum.qui. de interdic. & releg. p d .§. prædium. d .§. cum inter .§. pe. in auth. de reſtit. fideicom. ibi, non ipſius, ſed nouellæ legis facto. q arg. c i .§. ſi. de cap. Corrad. in vſib.feud. r Alex. l. ſi finita .§. ſi de uectigalibus. de dã. infect. verſ. ii. etiam in contrarium. s l.Statius.§. Cornelia. de iure fiſci, l.cùm pater.§.hæreditatem .ff. tit.i.

Marginal notes, page 1124: t Rom. l. ſi conſtante .§. ſi. ſol. mat. u Oldr. conſil. xvii. x l.ii. ff. de reb. cor. y Bart. l. ſi quis in tantam. C. unde vi. et d.§. ſi de vectigalibus. z l.quinque l.ſeq. de bon. damnat. a l.fin.§. filijs. C. de bon. quæ lib. b Alex. conſil. xxiii. in. i. Moder. hic, & .§. quoties. l. ſi conſtāte. ſol. mat. c arg. l. imperator. de fideic. lib. vbi Bar. d d.§. cum inter. d.§.pe. e d.l.imperator. f l. generaliter.§. ſi petitum. de fid. libert. Rom. d.§. fin. g l.rogo.§.fin. de fid.lib. idcto. d.§. prædium. h l. nam. quod liquidè .§. fin. de pe. leg. Doct. l.in ijs.ff. de leg. i l. i. C. de ijs, qui à non dom. k l. cùm pater .§. libertis .ff. tit.i. pe. to.§. fi. l pater.§. filiam .ff. tit.i. l .ff. ſeq. regula, verſ. quinta limitatio. m Bal. Salic. l.i. C. de bonis lib. n .§. finitur. Inſtit.de vſufr. o arg. l. ſed ſi mors .§.i. de don. inter vir. p arg. l. codicillis .§. matre .ff. tit.i. q l.non impoſsibile. vbi Bal. ſ. de pact. r l. poſt contractum. vi. præſumpt.de donat. s l. pater .§. lu-ii. u l. poteſt. C. de pact.

lius Agrippa .ff.tit.i. t l. ii .§. fi. mãd. l. cùm pater .§. mando. de leg. .ff.ad l.Falc. l. ii. vbi Salic. C. qui ad lib. peruen. x l. ſi quis in conſcrib.

tæ



tæ dicēdum [a]. Alia ergo eſt efficacior ratio, nempe quia ius teſtādi, id eſt, de re ſua diſponendi in caſu, quo ſua non ſit, ex diſpenſatione legis procedit [b]. quod maximè in fideicommiſsis locum habet. Vnde ante diuum Auguſtum nullus eis locus erat [c]: is igitur ea admiſit, quoties teſtator aliquid in cōmodum alicuius ſtatueret [d]. Cùm ergo quis prohibet rē alienari, nihil agit, vt qui hæredi noceat, dum effectum dominij illi impedit [e], & cuiquam non proſit, meritò hîc dicitur,
I. non poſſe teſtatorem hanc rei ſuæ legem impo-
9 nere, ſed nullius momenti eſſe. Et † ex his ſequitur, vt vbi prædictis rationibus locus non ſit, ſuprà ſcripta concluſio non procedat. quod varijs ſpeciebus Interpretes hîc oſtenderunt. Et in primis ſi teſtator prohibuerit rē alienari, quæ aliàs etiam iure cōmuni nō poterat, valebit præcēptum, vt nec in caſibus quidē exceptis alienari poſsit [f]. non enim dicitur prohibitio nuda, cùm habeat cauſam à iure communi, quæ præ oculis teſtatoris fuiſſe creditur [g], extenditurque ad caſus exceptos, vt aliquid operetur [h], & quia lex facillùs diſpoſitionem ſuam limitat, quàm teſtatoris [i]: tametſi hac in re friuolè diſſentiat Crotus. Nam & Salicetus, ſi in traditione fundi dotalis cōventum ſit, ne alienetur, tale pactum interpretatur etiam in caſibus, quibus alienari aliàs potuiſſet [k]. Sanè cenſuit Aretinus, rem eccleſiæ tali lege datam, adhuc alienari poſſe, cùm manifeſtā vtilitatem ea alienatione conſequeretur [l]. Sunt, qui idem ſentiant, cùm vrgente neceſsitate fieret alienatio [m]. Sed hic articulus valde controverſi iuris eſt, quod Alexander oſtendit. Ego ſtatui coniecturali locum hîc eſſe arbitror, vt attendamus, an veriſimile ſit voluiſſe eum, qui dedit, prohibitioni locum eſſe, etiam ſi maximum eccleſię lucrum impediretur, etiam ſi ardua neceſſitas id iuberet [n]. Sed quid, ſi iuris communis ſolennitas indulgentiā Pontificis remiſſa ſit? ſunt enim pleriſq; in locis hoſpītalium præfecti, quibus permiſſa eſt alienatio. Et putarim hoc caſu ſatis eſſe, ſi prohibitio ſecundum ius commune
II. intelligatur [o], vt ex evidenti vtilitate, vel neceſſitate celebrari alienatio poſsit [p], Rurſus valet præceptum, quando aliquibus verbis conſtaret prohibitionem fauore cohæredum factam eſſe, vt quia pluribus inſtitutis vetuiſſet domos ſuas alienari, & adieciſſet manere eas firmas & liberas illis velle [q]. adiectio enim illa indicat voluiſſe teſtatorem eos mutuo fideicommiſſo onerare [r], ſicut ſi adieciſſet, vt in familiā remaneant [ſ]. Quòd ſi nihil prohibitioni adiectū ſit, cēſet hîc Accurſius præceptum eſſe nudum [t], nec idcirco ſuſtineri, quòd pluribus factum ſit: quam ſententiam omnes ferè hîc probant. Quod & procedere cenſuit Bartolus, ſi dictum eſſet, vt ſucceſſioni ſuæ reſeruarent. cùm enim poſſunt ſibi eligere, quos hæredes velint, nullum eſt fideicommiſſum [u]: ſecus, ſi iuſſiſſet res certis perſonis reſeruari [x]. Idem credendum, cùm teſtator vni hæredi prohibuit alienationem, & ſubiecit, ſi contrà faceret, eum ſe priuare. videbitur enim fauore cohæredis hoc eſſe factum [y]. Fortiùs reſpondit Angelus [z], ſi cohæres non ſit, adhuc ſubſtitutum, vel alios vocari ſecundum nouellæ legis ordinem [a]. Quæ ſententia receptior videtur [b]: tametſi idem Angelus hac in quæſtione ſibi ipſi parum conſtet, vt qui alibi reſponderit, præceptum, ceu nudum, non valere [c], quem Iaſon hic ſequitur [d]. Sed ego priorem ſententiam probo: ſi quidem receptiſsima eſt concluſio, cùm teſtator ſimpliciter alienari prohibet, non videri hoc contemplatione cohæredis, vel alterius facere. quia capi potiùs ea interpretatio debet, quòd ſolo fauore prohibiti hoc fecerit [e]. vnde ille fauori ſuo renunciare poteſt. At cùm addidit hæreditatis priuationem, ſatis indicat ſe nō id iuſsiſſe,
A vt ipſi prohibito conſuleret, ſed vt potiùs cohæredi, vel alijs ex teſtamento vocatis [f]. igitur ſeruandum eſt pręceptum. Sed quid, ſi nemo ex teſtamento vocetur, an legitimo erit locus? & videretur idem eſſe, propter legis nouellæ ordinem [g]. Sed tamen fortè contrarium eſt verius, vt hoc caſu defendi poſterior hæc Angeli ſententia poſsit, quia non facilè credendum eſt, eum, qui teſtatus eſt, legitimo providere voluiſſe [h], niſi expreſsim eius mētionem fecerit [i]. Addit Ang.
B quia hoc modo decederet, pro parte tēporis teſtatus, pro parte inteſtatus. quod contrà iuris regulas eſt [k]. Quam rationem ego non probo, quia priuatio hæc titulum hæreditatis non infirmat, ſed bona iure fideicōmiſsis devoluit [l]. idque Bart. affirmat, dicens hæreditatē illi reſtitui debere, citatq; optimam legem. Et ex his generaliter inferri poteſt, quotieſcunq; † adiecta prohibitioni ſit pœna, valere pręceptum [m], tuncq; nō cenſeri nudum. videtur enim teſtator auferre cō- III. 10
C trà facienti, & transferre in cohęredem, vel deinceps vocatos [n]. Quæ † ſentētia receptiſsima eſt, 11
quamq; & nos probamus [o], dum modò de pœna intelligamus, qua quod relictum eſt, in aliū trāſferatur [p]. Quòd ſi pœna extrinſecus acceſſerit, ſecus eſt, vt cùm teſtator prohibet fundum alienari ſub pœna mille aureorum dandorum Titio, tunc nō poteſt videri fundum ipſum in Titium translatum eſſe. eius enim reſpectu præceptum eſt nudum, licet pœna ipſa committatur [q]: quod
D Rapha. & Iaſ. docuerunt. Cenſuit tamen Bal. niſi pœna ſoluatur, locum eſſe fideicōmiſſo [r]: quod non puto verum, licet Ruin. hic eum ſequatur [s]. Idemq; dicendum eſt, ſi teſtator ſimpliciter prohibuerit alienationem, ſubieceritque, ſub ea pœna, vt actus ſit nullus [t]. cùm enim rē ipſam in alium non tranſtulerit, apparet ad ſolum prohibiti fauorem adtendiſſe. vnde adhuc nudum erit præceptum, tametſi aliter à Cornæo reſponſum extet [u]. Sed quid, ſi teſtator inſtituto filio pro- IIII.
E hibuit ei alienationem vſque ad xxx. annos ſub pœna hæreditatis ad Zenonem confeſtim transferendæ, an ſi vſque ad legitimam alienauerit, locus erit pœnæ? & non putarim generali hac prohibitione actum, vt nec legitimam quidem alienare poſsint [x]. ſicut nec per generalem approbationem teſtamenti cenſetur filius fideicōmiſſo acquieuiſſe, quatenus legitimam ſuam reſpiceret [y], nec miles fideicommiſſo generali cenſetur filium in ea parte grauaſſe, quamvis poſsit, ſi
F velit [z]. quod communi calculo receptum eſt. & nos alibi diſputauimus [a]. Quòd ſi ſpecialiter etiam de legitima teſtator egerit, maior eſt dubitatio. videtur tñ valere præceptum perinde, ac ſi dictum eſſet, ſi filius legitimam alienauerit, relinquo cętera bona hoſpitali [b]. Quod Rapha [c]. & Opizoni viſum eſt [d], & reſpōdit Caſt. [e]. id enim non eſt onus legitimę imponere. vnde quatenus in ea eſt, valebit alienatio: ſed de eo, quod liberæ

L. 114. Filius familias.

Marginal notes, page 1125: a d.§. ſi petitum. & §. cæterùm. b gl. l. illa inſtitutio. ſ. de hæred. inſtit. c Iuſt. t. de fid. hæred. in princ. d .§. Quintus. de ann. leg. e Bart. l. ſi quis .ff. de acq. poſſ. ... ſanctiſsimas. in auth. de alien. & emphy. Bald. Raph. Imo. Alex. Mod. g Bart. l. hæredes .§. cum ita. ad Trebel. h l. ſi quando ſu... i gl. l. i. C. ſi aduerſus. vend. Ial. l.i.§. nunciatio verſ. iii. de oper. no. nunt. k Salic. l. ea quidem. C. de cond. ob.cauſ. Socin.conſil. lxxv. l Aret. conſil. xxii. m Io.And. c. verum de cond. ap. poſit. n l. in confirmando, cum l. ſeq. de confir.ut. o arg. c. ad audientiam. de cler. non reſid. p Bald. l. quoties. C. de fidei commiſ. q l.pen .§. Inſtitutio. de leg. ii. vbi gl. verb. filijs. & ibi.Imol. r l.pater .§. quindecim .ff. tit.ii. s l. cum pater .§. libertis .ff. tit.i. t gl. l. i. & gl. in d.l.quoties. u d. l. pater .§. pe. vbi Bart. x d. l. pater in princ. y l.peto.in princ. .ff.tit.ii. Bar. l. vxorem .§. hæres .ff. tit.ii. z Ang. conſil. clxviii. a .§. præfatæ in auth. de nupt. b Bar. l. paterfamilias. q. vlt. de hæred. inſtit. Rui. hic.

Marginal notes, page 1126: c Ang. conſil. cliiii. d verſic. ſeptimò limita. e gl. Bar. hic. f d .§. præfatæ. g Bal. l. q. vj. et q. xi. C. de iis, quæ pœn. nom. h l.iiii. in fin. ſ. de cond. inſtit. d. l. Quintus. ver. aliter atque l. Mutianæ. in fi. de cond. et dem. Bar. leg. is, cui. eo. i d. l. peto. in fi. ptin. K l.miles ita .§. & quia. de teſta. mil. l Bar. d. l. paterfamilias. pen. quæſt. m l.i.C. de iis, quæ pœn. nom. §. inſtit. eo. n d. §. præfatæ. Bart. d. l. paterfamilias. in fi. o l. fin. pe. reſponſ. C. de verb. ſig. Alex. conſil. lvii. in ij. p l.i. C. deb. uen. pig. ibi, vt fieret. q l. quidam cùm filium. vbi Bart. de verb. oblig. Iaſ. hic. verſ. ſeptimò limita. r Bald. d.l. ſi. et. s Rui. Cro. hic. t l.ſenatus de contrah.empt. u Corn. conſil. cclviii. in i. x arg. l. ſi quando. in fi. C. de inoffic.teſt. y Anch. conſil. cli. plura. z l.Papinianus.§. Papinianus. ſ. de inoffic. teſtam. a in l. centurio. verb. directò. de vulg. b arg. .§. ſi. inſtit. cod. gl. .§. probimus. in auth. de ...

trien. & ſemiſ. c conſil. xxvii. d Opi. Duran. trac. de arte teſtã. tit. v. caut. e conſil. lxxvii. in i. viſis & conſideratis.

facultati teſtatoris permiſſum eſt,id eſt, de reliquis bonis arbitratu ſuo diſponere [a]. Ego tamen vereor, ne hæc ſententia vera non ſit. ſicvt enim non poteſt aliquo onere pater legitimam grauare [b],ita nec adiecta conditione id facere per indirectum poteſt [c],& maximè metu pœnæ [d], vt meritò Put.Aret.Rui.hac in re à Caſtrenſe diſsidentes ſequar [e].
V. Ex ſuprà ſcriptis conſequens eſt,
12 vt videamus,quid † iuris, ſi prohibitio alienationis in cõditione poſita ſit? & valere iuſſum receptum eſt [f], habetque conditio vim cauſæ: quod pluribus exemplis Iaſon oſtendit [g], pręſumiturque conditio cauſa principalis legati eſſe: vnde ad eius euentum ſolum attendimus [h]. Sed hæc ſentẽtia non videtur mihi ſat probabilis: & quãuis duobus modis intelligi poſsit, vterq; tamen ambiguus eſt. Et in primis, ſi proponamus prohibitionẽ diſpoſitiuè factam, illiq; adiectam cõditionem:vt,prohibeo domum alienari, ſi nauis ex Aſia venerit,non eſt ratio, cur valere debeat, cùm diſpoſitio, cuius conditio nondum euenit, non ſoleat eſſe efficacior,quàm pura [i]:ſubeſtque adhuc illa ratio,quia nulla perſona eſt, cuius reſpectu teſtator ita ſtatuiſſe videri poſsit. Quòd ſi intelligamus,quando ipſius alienationis prohibitio in conditione poſita eſt, provt intellexiſſe videtur Doct. adhuc dubitabilis eſt quæſtio,cũ quod in conditione eſt,non ſit in diſpoſitione [k], & quòd diſpoſitiuè fieri prohibetur, nec in conditione quidem apponi vtiliter poteſt [l]. Sed tñ hoc haud multum me mouet. Si.n. cõditio hæc, aut cõtra bonos mores, aut cõtra ius publicum eſſet,vtiq; ratione ſuprà ſcripta, invtilis eſſet [m]. ſed cũ non valeat tale pręceptũ, vel quia nemini ꝓdeſt,vel qa pro cõſilio eſt, nihil impedit quin in conditione,ſicvt quodlibet aliud factum, poni poſsit [n]. Accipitur autem illa conditio, *Si non alienaueris*,quia negatiua eſt,pro eo,quod eſt, *Si caueris de non alienando* [o]. Vnde ſi non ſit cohæres, cui caueatur, pro non ſcripta eſt [p], & ratio legitimi hæredis nulla habetur,quia eius contemplatione non videtur teſtator conditionem appoſuiſſe:quod ſuprà docui [q];& Bar.ibi docet [r], ſed ſolius cohęredis ſcripti. Qua ratione ſi teſtator pluribus hęredibus inſtitutis vni prohibuit fundi alienationẽ,videtur alijs prouidere voluiſſe, nec præceptum eſſe nudum,cùm ſecus ſit, ſi ſolos ſit hæres ſcriptus. qua in re Raph.ibi diſſentit. Sanè quoties teſtator fauore hæredis inſtituti alienationem prohibet non ipſi,ſed eius adminiſtratori,valet tale præceptum.Vnde ſi pater prohibuerit tutoribus,ne ſeruos alienẽt, addideritq;, quia pupillis ſuis velit remanere propter perfectæ artis notitiam, non poterunt tutores eos alienare [s]: ipſi verò pupilli,cùm erunt legitimæ ætatis,poterunt,ſicvt & aliàs fauori ſuo renuntiare poſſunt.Sed an idem ſit, ſi ipſis pupillis id pręceperit? & Caſtr.idem eſſe reſpõdit. quod &
VI. Bart.& alij hîc ſentiunt. Addit idem Caſtr.va-
13 lere † huiuſmodi prohibitionem etiam in legitima,ſi filijs ad certum tempus facta ſit,putà vſque ad xxx.annos [t], tanquam teſtator id onus adiecerit in eorum fauorem [u], quia non confidit iudicio eorum,quod ante illud tempus non exiſtimarit ſatis firmum [x]. Quam ſententiam omnes Recentiores amplectuntur, ſatq; probabilis eſt, exceptis tribus caſibus.Primus,cùm teſtator vltra tempus xxxv. annorum prohibitionem extendiſſet.cùm enim lex poſt id tempus quemlibet ſani iudicij eſſe præſumat, non videtur aſſertioni paternæ ſtudium, niſi aliqua coniectura accedente [y],quod alibi docui [z]: aliàs non ſolùm temporaria,ſed etiam perpetua prohibitio valere deberet,tanquam eius iudicio diffidiſſet teſtator,quod credendũ non eſt [a]. Secundus eſt,cùm pater ad tale tẽpus non quidẽ prohibuiſſet alienationem aliquarum rerũ, ſed abſolutè interdixiſſet filio adminiſtrationẽ bonorũ,etiã dato illi curatore, vel conſultore nõ competit patri tale ius [b],vt idem Caſtr. reſpondit [c]. Tertius caſus, cùm pater in caſum alienationis alios vocaſſet, quos non grauaſſet quicquam filijs dare. ſatis enim ex textu oſtenditur noſtro, non fauore filiorum, ſed fidecommiſſariorum ſuſtineri prohibitionem:& ideo non eſt credendum,id onus ad legitimam produci debere [d]: aliàs ſequeretur, fauorem hunc, ſeu conſilium patris in eorum odium verti,vt legitima quoque priuentur, nedum bonis cæteris. ſicq; indevotio acriùs ab indulgẽte patre puniretur,quàm ab irato,vt meritò ſentẽtia Caſtr.hoc caſu reijcienda ſit [e]. Cæ- VII.
terùm valet etiã alio caſu,quamvis nuda enũciatio prohibitionis eſſet, & quidẽ conditionaliter prolata,non vt ideo trãslatio dominij impediatur [f],ſed vt quis cõpellatur ad cauendũ ſe nõ alienaturum,vt illo exẽplo,cùm legato fundo Titio adiectũ eſt,ſi Titius eum alienauerit, illũ fundum hæres meus Seio dato [g]. poterit enim hæres exceptione doli ſe tueri, ne fundum tradat, niſi cauerit Titius ſe eum non alienaturũ: quia veriſimile non eſt voluiſſe teſtatorem,vt ex facto legatarij grauetur hæres [h], vt quamvis onus adiectum ſit hęredi,non tamen videatur teſtator ei remediũ cautionis præripuiſſe. Sed quid in dubio? an onus hęredi iniunctum cenſebitur, an legatario? Imo. cenſet hæredi [i]: contrà Crotus & Recentiores,quos ſequor,vt ei,qui contrà fecit, potiùs indevotio noceat,ne hæres alienæ culpæ VIII.
pœnam luat [k]. Sed † quid,ſi ſeruus ſimpliciter 14
prohibeatur alienari, an valeat tale præceptum? & conſtat valere,nec abſq; cauſa cenſeri, ſed fauore ſerui, ne duriorẽ ſeruitutem experiatur [l]. Sed nũquid,ſi alienetur,teneat alienatio, id eſt, dominium tranferatur? & conſtat transferri. ſuſtinetur enim tale pręceptum ex ea cauſa, quia ſi hæres cõtrà faciat,videtur teſtator fideicommiſſariam libertatẽ illi reliquiſſe [m]. Vnde cùm fideicõmiſſum de manu alterius accipiatur, & etiam hodie fideicommiſſaria libertas ipſo iure effectũ non habeat [n], tranferretur quidem dominium, ſed omnino manumittendus erit ſeruus [o]. Inferuntq; hinc Doct.valere iuſſum teſtatoris,qui hęredi prohibeat,ne vaſallos ſibi ſuiectos alienet, tanquã videatur eorũ cõtemplatione ſcripta hęc prohibitio. Sed qd, ſi nihilo minùs alienẽtur an cẽſebũtur à clientelari iure liberi? et negat Raph. Rui.Cro.non enim exorbitãtes leges,quæ de fauore libertatis loquuntur, ad hunc caſum videntur producendæ,in quo minor eſt ratio, cùm veriſimilius ſit fauore hæredis factam huiuſmodi prohibitionem, quàm ipſorũ. quod in ſeruis eſt contrà [p], hancque ſententiam & ipſe probo. Si tamen appareat fauorem ipſorũ factam prohibitionem,vel ſi alienatio in ijs caſibus facta eſt,qui etiam iure communi vetiti ſunt [q], quoſque ego alibi collegi [r], ſatis defendi poteſt videri liberatos, quod Iaſ. hîc, Crotuſque tradiderunt.nam tũc concurrit prohibitio legis cum pręcepto teſtatoris,quod ſuprà oſtendi efficaciùs operari [s].

a arg. l. ſi quis curialis. vbi Bald. C. de epiſ. & cler. l. Titio. §. i. de cõd. & demon. Oldr. conſ. xvi.
b l. omnimodo. l. ſi quando. C. de inoff. teſtam.
c arg. l. Seius & Augerius. ad l. Falcid.
d d. l. Titio. §. ii. l. i. §. quæ onerandæ. quar. rer. act. vbi Bart.
e Ruin. conſil. xviii. Put. hic.
f l. iii. §. fin. de cond. inſtit.
g l. à Titio. de verb. oblig.
h Bar. l. ii. §. Titio. de donat. & de mõſtratio. in prin. de condit. et dem.
i l. fin. §. i. de vulg.
k l. ex facto. §. i. de hæred. inſtit.
l d. l. Seius & Augerius. §. I. prox. §. fin.
m l. ſi rem meã. vbi not. de verb. oblig.
n l. Mauius. de condit. et demon.
o l. Mutianæ. de condit. & demõſt.
p l. Mulier. in i. de condit. inſtit.
q arg. d. l. peto. in fi. princ. d. l. Quintus.
r d. l. iiii. in fi.
s l. ii. vbi gl. Bal. Salic. Paul. C. de vſuc. pro empt.
t Caſtr. d. conſil. lxxvii. in i.
u l. filiis matrem. vbi Bald. Salic. C. de inof. teſta. l. multi. §. de lib. & poſth. l. cùm ex filio. vbi Bart. de vulgar.
x Ang. l. quoties. C. de fideicõmiſ. Pie. l. in quartam. à l. Falcid. Lãcel. l. Cæſurio. Ferrar. [illegible]ant. xxx.
y l. ſi fortè. vbi Bar. de caſt. pecul.
z in l. cùm proponas. C. de pactis.
a d. l. omnimodo. d. l. quoniam in prioribus.
b l. quidam decedẽs. §. i. de admi. tut. l. ſi furioſo puberi. re. de cur. fur.
c Caſt. conſi. cxxvi.
d arg. l. cum quidam. C. de legat.
e Aret. conſil. cviii.
f l. ſi Stichus. de man. teſt.
g l. iii. §. ſi quis ita. de adi. leg.
h arg. l. paterfamilias. teſtamento de hæred. inſtit.
i l. ſi ſeruus. §. qui ſmargaritas. ſ. eod.
k d. l. paterfamilias. teſtamẽto.
l l. generaliter. §. ſi petitũ. de fid. libert.
m l. cum fidei. l. ſeq. l. rogo. eo. tit.
n Doct. d. l. i. ſ. eod.
o l. imperator. de fid. lib.
p d. §. ſi. petitum.
q c. i. §. ex eadem. de leg. Corrad. in vſib. feud.
r l. debitorum. C. de pact.
s d. §. ſanctiſsimas. C. de ſanctiſ. epiſ.

Addit



IX. Addit † Bartol. ſi præceptum fauore legatarij
15 factum ſit, deque hæredis manu legatum præſtetur,poſſe eum à legatario cautionẽ exigere rem traditam alienatum non iri [a]. Quam ſententiam nõ pauci improbant,cùm parum referat,accipiatur legatum de manu hęredis, an non. ideoq; reſtringunt, quoties præceptũ illud propter perſonæ qualitatem tacitã cauſam habet [b], vt quia alũnus minùs induſtrius, qđ Imol.Paulus, Alex. atque alij cunſuerunt,placetque mihi hæc interpretatio, vt in Papiniani reſponſo eundem intelligamus fuiſſe Titium & fratris filiũ. Poteſt & Oldr. Albericiq; intellectus approbari, vt in eo aduerſatiua *Sed ſi*,vim repetitionis ſecundum naturam ſuam habeat [c], ſicq; caſum fingamus: Legauerat teſtator Titio centum, vt fundum emeret, vnde alumno proſpectum de alimentis eſſet: igitur hæres cum Titio fundum dabit, ab eo cautionẽ exiget,ne fundus alienetur,quia debet is,cui ſub modo legatum eſt,cauere de eo adimplendo [d]: aliàs ab alumno inquietari poſſet, ꝙ nõ iuxta voluntatem teſtatoris ſibi eſſet proſpectum [e]. quo caſu hæres ſibi actionem ex cautione cedendo liberaretur. Et ex eo intellectu ſequitur, vt pręceptum non alienandi, quamuis tacitum & ſubauditum, valeat, quantum ſit exigendæ cautionis reſpectu, quãuis fauore alterius, quàm eius, cui
X. factum eſt,emanauerit. Subiiciunt † rurſus Doct.
16 valere præceptum non ſolùm, quãdo fauore certę perſonæ factum eſt,ſed etiam ſi odio. quod in prohibitione alienationis rei animatæ certum eſt [f]. Idem in alia re Bar. ſentit,vt ſi teſtator vetet, ne domus ſua vllo tempore perueniat ad Caiũ [g]. Quod intelligit Crotus, dum tamẽ illud odium culpa teſtatoris non prouenerit [h]. Ego id nihil referre arbitror, cùm hac in materia ad mẽtem teſtatoris attẽdamus, qui tali diſtinctione in odio ſuo non vtitur [i]. Verius ergo eſt, eo ſolùm caſu non procedere,quando non extat, qui reuocare poſsit [x],cùm enim in dubio ius reuocandi ad hęredem pertineat [l], finge ipſum hæredẽ alienaſſe, ſeu contrà feciſſe, quis reuocabit? ſi verò extet,ꝗ hoc caſu ex mente teſtatoris vocatus ſit, tunc cõmunia ſententia vera eſt.& ita Scęuola loquitur, quod oſtendunt verba teſtamẽti. Habet enim filios ſororum,&c. [m]. nec putarim ego id ius ad vſque legitimos hęredes extendendum, qui incerti ſunt [n],quorum teſtator non videtur rationem habuiſſe [o],cùm prohibitio alienationis tum demũ valeat, cùm fauore certæ perſonæ facta ſit [p]. Quòd ſi qui caſus ſunt,quibus ratio legitimi hęredis habetur, hoc non eſt, cùm de perſonis tractamus, ſed cùm de portionibus, quæ portionẽ
XI. ſequuntur [q]. Illud non omittendum, quod ex facto reſpondit Bald. licet præceptum nudum nullius momenti ſit, ſi tamen is,cui conſultũ voluit teſtator, velit conſilium ſequi, ſecus erit [r], cõpetetq; ei hoc nomine exceptio, quoniã talis ꝓhibitio ſine cauſa, licet actioni non ſufficiat, tñ ſufficiat exceptioni,cùm exceptio etiam abſque cauſa valeat,& in iudiciũ deduci poſsit [s]. Vnde

**Quod ſi liberis [d], aut poſteris, aut libertis, aut hæredibus, aut aliis quibuſdam perſónis conſulentes, eiuſmodi voluntatem ſignificarent: eam ſeruandam eſſe. ſed hæc neque creditoribus, neq; fiſco fraudi eſſe. Nam † ſi hæredis, propter teſtatoris creditores bona vænierũt, fortunam cõmunẽ fideicõmiſſarij quoq; ſequunt̃.**

† ſi teſtator prohibuerit diuiſionem ad certum tempus hæredibus ſuis,valeat pręceptum,ne is, qui ei parére velit, inuitus ad dirimẽdam ſocietatem cogatur [t]. non nouum eſt æquitate exceptionis aliqua defendi, quę alioquin, quod ad actionem pertinet, non ſuſtinerẽtur [u]. quod ſuprà in Rubrica docui. Addit † Alexander, generaliter huiuſmodi præceptum valere, quando temporariũ eſt: ſecùs,ſi perpetuum. vnde ſi teſtator dicat, prohibeo talem fundum intrà decennium alienari,valeat prohibitio [x]. Sed huius ego rei rationem nullam video.cùm enim non ſit qui rem alienatam auocet,quia contẽplatione certę perſonę non ſit facta prohibitio,non eſt à regula recedendũ [y], quod & aliqui hîc cenſuerunt [z]. Nec Vlpiani reſponſum obſtat [a], quin apud eum non de pręcepto,ſed de conditione agitur, quę qualiſcunque eſt,adimpleri debet [b]. quod ſuprà docui.

L. 114. Filiusfamilias. §. Diui. ij.
17
XII.
18
† ſi propter hęredis creditores teſtatoris bona vænierint, *aliàs*.

QVOD SI LIBERIS *d*. ¶ Quoties † ergo a
contemplatione certæ perſonæ facta eſt huiuſ- 19
modi prohibitio, tunc valet ſecuta alienatione in vim fideicõmiſsi,vt hîc dicitur. Amplius cenſent Doct.etiam ſi teſtator nõ expreſſerit, cuius contemplatione pręceperit,ſi tamen de cauſa ta- 20
citè appareat,idem eſſe [c], Par † enim virtus taciti & expreſsi eſt, fideicommiſſaq; non expreſſa tantùm,ſed etiam ex tacita voluntate plerunque præſtantur [d], vt ſi prohibeat turrim alienari, quæ ſoleret eſſe gentis ſuæ præſidium & aſy-
lum [e] Quod exemplum ego defendi poſſe ar- I.
bitror, cùm alienationem eius extra familiam prohibuiſſet: aliàs ſi ſimplex fuerit prohibitio, (vt ipſi loquuntur) non videtur præceptum valere, quin fauore ſuo renuntiare hęres poſsit. nã & ſi fundum,in quo ſuę,aut maiorum ſuorum reliquię ſint,prohibeat alienari, non tamen præceptum valet [f], quamuis probabilis ſit teſtatoris hac in re affectio [g]. Vt ergo † præceptum valeat, 21
non quælibet cauſa ſufficit, ſed quæ contemplatione certæ perſonæ facta ſit, de qua perſona oportet vt aliquo modo conſtet,vel nutu. ſi enim omnino omiſſa ſit eius mentio, nec fideicõmiſſum tenet [h]. Vnde cauſam illam,quia res maiorũ fuit,vel quia mihi à Principe donata,nõ arbitror ſuſtinendæ prohibitioni ſufficere, niſi nominatus ſit,qui in eum caſum rem auocare poſsit, qcquid hîc Recentiores cõminiſcantur. Subiici- II.
tur in textu noſtro, huiuſmodi prohibitionẽ nõ nocere creditoribus, aut fiſco. quod ſuprà à nobis declaratum eſt. Sed nunquid emphyteuta poſsit in teſtamento prohibere, ne res emphyteutica alienetur? & videretur non poſſe, quia id in damnum domini eſſet, cui ſpes quandoq; recipiendi laudatiui perimitur [i]. Sed tamen nõ videretur hęc cõmoditas perpendẽda, cùm hac lege contractus celebratus ſit,vt perpetuò apud emphyteutam eiuſq; hæredes remaneret [k]. Vn-
de Doctores ſimpliciter aiũt,licere † emphyteutę 22

a l. Titio. centũ. in princ. de cõd. & dem.
b gl. Im. Paul. Alex. Mod. hic.
c Bal. l. omnes populi. de inſt. & iur.
d l. ſi tibi legatum. ĩ. tit. ij. l. quibus. §. fi. ubi Bar. de cond. & dem. l. ij. C. de iis, quæ ſub mod.
e l. ſi ſeruus. §. margaritam. in prin. ſ. eod.
f d. §. ſi petitũ. uerb. coercere- tur. l. ij. C. de his, qui poſ. ad lib.
g l. codicillis. §. mater, ĩ. tit. j.
h arg. l. cũ ſecũdis. §. quoniam. ubi Bar. ĩ. de iis, quib. ut indig.
i l. athletæ. cum gl. uerb. facta. de excuſ. tut. Iaſ. l. ſi filiam. in j. C. de inof. teſt.
k d. l. quoties.
l l. cũ ſub hac conditione. de cõd. & demõſt. Bar. hic.
m arg. l. fideicõmiſſa. §. hæc uerba. ĩ. tit. ij.
n l. qui liberis. §. hæc uerba. de uulg.
o d. l. Quintus. l. Mutianæ. d. l. iiij. §. fi. ubi Bar.
p d. l. pater. §. pen.
q l. is, qui de cond. & dem. §. prefatę. in auth. de nupt.
r arg. d. l. ij. C. qui poſſ. ad lib. & d. §. ſi petitũ. uer. eo etenim.
s j. tale pactũ. de pact. l. non ſolùm. §. ſi libertatibus. de liber. leg.
t l. 4. in princ. de condit. inſtit.
u l. ſi periculũ. ubi Bart. de pe. leg. l. emptor. in fi. de rei uend. l. Neiennius ad Leg. Falcid.
x d. l. iiij. ubi Bal. Ang. & qđ not. Alex. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. de condic. ind.
y d. l. Mutianæ. in fin.
z Ruin. col. 16.
a d. l. iiij.
b d. l. Mæuius.
c glo. l. quoties. C. de fideicom. Bart. hic. 4. opp. in fin.
d l. & in epiſtola. ubi Doctor. C. eod. tit.
e Cin. Bal. Fulg. d. l. quoties. Alex. Mod. hic.
f l. pater. §. Iulius Agrippa. ĩ. tit. ij.
g l. ſi in emptione. ff. de minor.
h l. quidam cũ filium. ff. de hæred. inſtit. ubi Bal. Imol.
i c. j. ubi Bald. de alie. feud. Spec. tit. de loc. §. nunc aliqua quæſt. cxvj. gl. l. ſi ita ubi Mod. de uerb. oblig.
k arg. l. j. de iur. dot.

meliorationes ſuas fideicommiſſo ſubiicere [a].

III. Difficilior eſt quæſtio, quid, ſi teſtator ſic conceperit verba, *Si Titius hæres alienauerit domũ, eam Sempronio do, lego?* & receptum eſt nihilo minùs alienari poſſe, & Titium in emptorem dominium transferre: quia cùm conditio per futurum ſubiunctiui concepta ſit, non eſt locua translationi legati, niſi quo tẽpore alienatio iam perfecta fuerit, & ſic dominium iam in aliunt tranſierit [b]: vnde teſtator de re ſua diſponens in tempus, quo aliena ſit, non potuit alienationem impedire, ſed ſolùm hęredem, vel Titium grauare ad rei ipſius æſtimationem [c]: itemq; ad illud, quod fideicommiſſarij intereſſet [d]. ſecus eſt, ſi alienationẽ ipſam prohibuerit, antequam res aliena fiat: quia tunc dominij translationem impediret [e], vt quia futuro indicatiui vſus eſſet, *Si Titius alienabit,* &c. id enim futurum neceſſariò perfectionem actus nõ indicat [f], & ideo ex mente teſtatoris fit interpretatio, vt cùm alienare Titius incipit, in pœnam cadat [g], & in Sempronium legatum transferatur [h]. Quod & arbitror procedere, ſi dictum ſit, Si contingat, vel contigerit eum alienare. quod Salicet. cenſuit [i], tametſi aliter diſtinguat Claud. Idem eſt, ſi teſtator præcedente diſpoſitione iuſſerit rem non alienari. quamuis enim ſubiunxerit, *Et ſi alienauerit,* &c. per futurũ ſubiunctiui, tamẽ propter præcedentem diſpoſitionem cenſetur in tempus, quo res eſt hæredis, vel legatarij diſpoſuiſſe [k]. & ideo translatio dominij in emptorem impeditur [l]. Quod in contractibus quoq; procedit, dum tamen clauſula conſtituti adiiciatur. quod alibi Bartol. docuit [m]. Sed quę eſt ratio, vt non idem interpretemur, quando teſtator in conditione ſolùm alienationem poſuit per futurum ſubiunctiui? Et putauerim id eſſe, quia cõditiones non diſponunt, neque adeò teſtatoris mentem arguunt, vt ſufficiat prohibitioni, ſeu fideicommiſſo [n]. vnde nec fauore quidem libertatis hoc inducitur [o]. Quo argumento crediderim ne in ſubſidium quidem, cùm indevotus ſoluendo æſtimationi non eſt, poſſe emptorem conueniri [p], aliàs eadem æquitate ſtatuendum fuiſſet, vt ſeruus libertatem acquireret. quod manifeſtè falſum eſt [q]. Et ex his infert Bart. & cæteri, non adeò efficacem eſſe tacitam prohibitionẽ, ſicut

23 expreſſam [r]. Sed ego accepi, parem † eſſe taciti & expreſsi vim [s], ſi tamen illud tacitam ſatis appareat. In caſu enim noſtro nec tacita quidẽ prohibitio ſubeſt, cùm ſolùm verbis cõditionalibus de ea conſtet [t]. nam & in fideicommiſſo ante euentum conditionis nulla eſt prohibitio tacita. meritò alienatio tantiſper valet, dum conditio eueniat. ante enim conditionis euentum nõ eſt legatario eius vendicandi [u]. Vnde ſuprà ex multorum ſententia cenſui bona expreſsim alienari prohibita penes fiſcum remanere, ſicut ſi ſimplici fideicommiſſo ſubiicerentur [x], tametſi aliud Alexandro viſum eſſet. Nam & aduerſus Iaſon. receptius eſt, ſicut dos de fideicommiſſo pręcipi poteſt [y], ita & de bonis, quæ expreſsę prohibitioni ſubiiciuntur. quod infrà attingemus. Quo fit, vt nec illorum ſententiam probem, qui cùm ſuccurratur emptori, à quo iuſta ignorantia res fideicommiſſa empta ſit [z], negant ei ſuccurri, qui rem emerit expreſsim alienari prohibitã [a]. Sed hæc commenta aduerſus regulas iuris ſunt,

a Bart. l. ſi domus §. fi. ſ. eod. Bal. conſ. lx. uol. ij. Alex. conſil. cxx. in j.
b l. Stichus. ſeruus. ff. de ma. teſt. l. ſi quis. ſtipulatus ſit Stichum. de uerb. oblig. ubi gl.
c d. l. 3. § ſi quis ita. de adim. leg. l. non dubiũ. in fi. j. tit. ij.
d l. quidam ita teſtamento. § fi. ff. ad Trebel.
e l. quidam teſtamento. ff. de fidei. lib.
f Bart. l. qui abſenti. § j. de acq. poſſeſ.
g l. interdum. in princ. ff. quibus mod. uſufru.
h l. fi. C. de leg. Raph. l. peto §. fratre. j. de leg. ij. Ruin. hic.
i Salicet. l. ea lege. C. de cõd. ob cauſ.
k d. l. codicillis. §. inſtituto. d. l. pater. § xv.
l gl. d. l. Stichus. Aret. conſi. 18. Decius. 182. Moder. hic.
m Bart. l. qui abſenti. § j.
n gl. l. Lucius. ij. de hær. inſtit.
o d. l. Stichus.
p l. planè. ij. § j. ſ. eod.
q d. l. Stichus.
r gl. l. cũ pater. § libertis. j. tit. j.
s d. l. quidam teſtamento. d. §. ſi petitum.
t l. ex facto. j. ſ. de hæred. inſt.
u l. ſeruo legato. § j. ſ. eod. l. fi. § pe. C. com. de leg.
x d. l. Stratius. Ruin. hic.
a Alex. l. Marcellus. § res, quæ. ad Trebel. § Cornelio Ang. l. Papinianus. § meminiſſe. de inof. teſt. Paul.
y auth. res, quæ. C. comm. de leg.
z l. fin. § fi. j. tit. j. Ruin. hic.

& nullis legibus probãtur, cùm ex textu noſtro conſtet, eum, qui in caſum alienationis vocatur, nihil aliud, quàm fideicommiſſarium eſſe, & ſuprà ſcripto caſu ſemper eadem ignorantiæ ratio ſubſit. Sanè quod dixi ante euentum cõditionis non eſſe legatario ius vendicandi, cum iudicio accipiendũ eſt. nam ſi teſtator prohibuerit hæredi alienationẽ, & ſubiecerit, quia volo poſt mortem eius ad familiam pertinere, adhuc ſtatim admitti familiam, nec mortem expectari Caſtrẽſis (A) hìc cenſuit. dilatio enim mortis à teſtatore adiecta in fauorem emptoris, vel hæredis contrà facientis non fuit: & ideo familia interim excludi nõ debet [b], quicquid aliter hac in re Ruinus tradiderit [c]. IIII. Sed nunquid ſicut rei ſuæ ex cauſa poteſt teſtator alienationem impedire, ita etiam rei, quæ hęredis ſit, poterit? & receptum eſt, non poſſe eum facere, quin ſi hæres rem ſuã alienet, valeat contractus, dominiumq; transferatur [d]. (B) quamuis enim poſsit quis de re hæredis perinde, ac ſua, diſponere [e], id verum eſt, vt diſpoſitio ipſa ex ſe valeat, ſaltemque condemnatio in æſtimatione fiat, non vt translatio dominij impediatur, quod ſemper penes hæredem fuit [f]. Speciale tamen in ſeruo eſt, vt non ſolùm proprium, ſed etiam hæredis poſsit teſtator prohibere, ne manumittatur [g]: idque etiam tacitè, putà alteri per vendicationem legan do [h]. faciliùs enim impeditur manumiſsio, quàm cęterarum rerum a(C)lienatio [i]. Sunt tñ, qui adhuc poſſe hunc ſeruum ab ipſo hærede manumitti cenſuerint [k], iureq; eum fieri liberum: quia lex non videtur eo in caſu loqui, quo ab ipſo hærede domino ſuo ſit manumiſſus. verbum enim *Fuerunt*, in ea lege poſitum, indicat tum, cùm manumitteretur, dominum non fuiſſe [l]. quam ſententiam ego nõ probo, nec enim menti Iuriſconſulti cõuenit. V. Amplius cenſent Doctor. præceptum id interdictæ alienationis ad eam non trahi, quæ ex cauſa nõ (D) voluntaria fieret [m], valebit etiam alienatio ſaltem ad tempus, id eſt, quandiu debitor ipſe, ſeu etiam eius hæres non extraneus retinere poſſet [n]. 24 cuius rei eſt ratio, quia † non contemnit iuſſum teſtatoris, qui ex neceſsitate ad alienandum cogitur [o]. declaratio I. Quod intelligendum, quoties alienatio fauore alterius perſonæ prohibita eſt, quæ in alienationis caſum ad fideicommiſſum vocetur. ſed ſi ipſius rei fauore prohibita ſit, ſecus eſt, vt cùm teſtator prohibet, ne ſer(E)uus alienetur, non poterit à creditoribus hæredis interim poſsideri, qa ſua intereſt, ne alterius ſeruiturẽ experiatur [p]. Qua ratione publicatis ex delicto bonis ſtatim manumittẽdus eſt [q], licet aliæ res non priùs in reſtituẽdæ, quàm reus ipſe fuiſſet reſtituturus [r]: quod ſuprà docuimus. II. Addit Alexãder, ſi alienatio ex cauſa neceſſaria fiat, ſed tamen propter delictum hęredis, eius mortẽ non expectari, ſed ſtatim fideicommiſſo locum eſſe [s]: quoniam neceſsitas, quæ culpa ipſius hæ(F)redis prouenit, nullum meretur fauorẽ [t]. Quam ſententiã ſuprà non probaui. nec enim hęc dilatio fauorem hæredis delinquẽtis reſpicit, ſed fiſci, in vltionem vindictam delicti [u]. III. Sed quid, ſi teſtator prohibita alienatione, exceperit cauſam redemptionis ab hoſtibus, & diutinę ægritudinis, an exceptiones eæ firmabũt regulã prohibitionis, etiam ex cauſa non voluntaria & tẽporali? & ait Ruinus [x] ſe reſpondiſſe non confirmari, quin alienatio hæc temporaria, quæ

b l. à filia. § alieno. ad Treb. l. liberto. § fin. de ann. leg.
c Ruin. hic.
d l. ſi qui inquilinos. § j. ſ. cod.
e l. unum. § ſi rem. j. tit. j. Bar. l. nemo. 4. opp. ſ. eod.
f l. ſi hęredis ſeruus. ſecundum Azo. intellectũ. ſ. eod. l ſi tibi. § ſi fundus. ubi Bart. ſ. eod.
g l. ſi quis ita. § quòd cõſtitutio de man. teſt.
h l. hæres ſeruũ. ff. qui, & à quib. dixi ſ. in rub.
i l. pe. C. ſi mãc. ita fuer. al. cũ gl.
k gl. l. ſeruum. j. de man. Iaſ. j. lectura.
l d. § quod conſtitutum.
m l. alienationes. ff. famil. erciſ.
n l. peto. § prædium. ubi Caſt. j. tit. j.
o l. ſenatus. in princ. ubi Iaſ. ſ. eo. l. ſi fideiuſſ. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. cog.
p l. rogo. in fin. quidam. de fid. lib.
q d. l. imperator.
r l. Statius. § Cornelio. de iure fiſci.
s Alex. conſil. xxiij. in j.
t l. etiam. § j. ſol. matri. Angel. auth. res, quę. in fi. C. comm. de leg.
u d. § Cornelio.
x Ruin. hic.

ex cau-



ex cauſa neceſſaria fiat, ſub regula non compræhenditur [a]. exceptio autem licet regulam declaret, eam tamen non extendit, augetve [b]. quæ ſententia habet rationem. VI. His conſequens eſt,

25 vt † tale præceptum nec eam alienationem impediat, quæ auctoritate rei iudicatæ fiat, vt cùm quis rem illam ab hærede vendicaſſet, obtinuiſſetque [c]. cùm enim fideicommiſſario ius ex ſola alienatione quæratur, & hæres non ſponte alie(A)nauerit, propter neceſsitatis excuſationem nullum ius fideicommiſſario tali actu quęritur, meritò nec citandus eſt [d], vt cõmunis ſe habet ſententia. [e] quòd ſi dolo, aut colluſione vſus hæres proponatur, ſecus eſſet. Videtur etiam colluſiſſe, qui non curauię iura ſua exhibere [f]. Hoc ergo caſu procul dubio admitteretur fideicõmiſſarius [g], quia tali ſententia contra prohibitionem alienationis à teſtatore factam lata, tunc non præiudi(B)cabit [h]. Exiſtimauerim quoque indiſtinctè eum admittendum, quoties caſus fideicommiſsi etiã citra eam alienationẽ eueniſſet, vt quia mortuus eſſet hæres, à quo res vendicata fuit [i], vel quia cauſa prohibitioni adiecta præciſum fideicommiſſum ſimplex induceret [k], quod infrà attingemus [l]. Et hoc caſu defendi Bartol. hìc poteſt, vt ſententia aduerſus hæredẽ lata, tunc non præiudicet fideicommiſſario non citato [m], quoties ipſius fideicommiſſarius pręſens in iudicium deducitur. Sed & cenſent Doctor. admitti eum ad (C) appellandum debere, ſi habita ſententiæ notitiã id elegerit [n], intereſt enim ſua ius ſuum ad liquidum deducere, nec antè quàm ſibi edãtur ſententia, currit tempus [o]: quod Alexander hìc tradit, & ego verum arbitror iis caſibus, quibus fideicõmiſſarius aliàs admitteretur, putà, quia colluſio, iniuria, vel contumacia argueretur [p]. Addit Crotus, vt fideicommiſſariis noceat ſentẽtia, ſaltem generali proclamatione citandos eos eſſe [q]. Quæ ſentẽtia ratione eorum vęra eſt, qui omnes ſunt in pari gradu [r]: ſed in caſu noſtro non vide(D)tur vera, cùm ſatis ſit aduerſus hæredem, qui primus & potior eſt, agi [s], vt ſequentes excludantur, ne cogatur actor de eadem re ſæpiùs ſubire iudicium [t]. Cenſetur enim præcedens reſpectu ſequentium eſſe principalis, & eis præiudicat [u], dum tamen bona fide egerit, id eſt, non per iniuriam iudicis, vel contumaciam, vel colluſionem ſit victus [x]. ſecundum quam ſententiam & Baldi reſponſum accipiendum eſt [y]. qua tamen in re (E) amplius deliberãdum. Doctor. enim ſimpliciter aiunt hanc citationem per edictum eſſe neceſſariam, nec aliter diſtinguunt [z]. Ego crediderim, quatenus primus, qui ſuccubuit, fuiſſet habiturus, ſi vixiſſet, eatenus ſequentem excludi [a]: deinde audiendum ex præſenti iure fideicõmiſſarium, nec ante id tempus etiam ſi per proclamationem citatus ſit, præiudicium ei velle fieri [b]. Fortiùs ſunt, qui autument, ſi ſententia irreparabile damnum inferret, omnino etiam citandos eos, quorum principaliter nõ intereſt, aliàs ipſo

VII. iure nullam eſſe [c]. Cæterùm † & illud rece-

26 ptiſsimum eſt, vt ſi alienatum ei fuerit, qui non ſit teſtatoris iuſſu prohibitus, valeat deinde ab eo in quemcunq; alium facta alienatio [d]. Quod non ſolùm in ea parte procedit, quam quis ſuo nomine conſequitur, ſed & quam iure accreſcẽdi nactus fuerit. eiuſdem enim naturę ea quoq; portio eſt [e]: ideo nec illam quidem poterit alij

a d. § prędium.
b l. generalis. § uxoris. de uſufr. leg. ubi Bar. Bal. conſ. xx. in ij.
c l. iij. § itẽ quęri. de reb. eor.
d l. ex cõtractu. de re iud. l. non ſolùm. § quæritur. de procur. l. j. § pen. de uen. inſpic. l. ſi inſpecta. de inof. teſt.
e Bart. l in diẽ. de aq plu. Alex. conſ. 86 156. in ij.
f Dec. conſil. ccvj. Feli. c. lator. de re iud.
g l. ſi ſeruus plurium. § j. ſ. eo.
h l. ſi ſponſus. § ſi uxor ij. de do. inter uir. Bar. et Bal. Alex. 82. in iij.
i d. § prędium.
k Moder. l. qui Romæ. § qui co hæredes. de uer. oblig.
l j. uerſ. xix.
m l. ſæpe. de re iudic gl. l. j. C. ad l. Falcid. l. ſi patroni. in fi. ad Trebel.
n Doct. c. ſi uaſallus, ult. ſi de feu. defunc. conten. ſit. Alex. conſil. lxxxiiij. in iij.
o l. j. C. de tẽp. appel.
p d. l. ſi ſeruus plurium. § j.
q l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.
r Alex. l. de unoquoq. ad fin. de re iud. Dec. conſ. 445.
s d. l. ex contractu. Iaſ. l. decem. de uerb. oblig.
t l. ſingulis. de except. rei iudic.
u l. ſi portioni. § fi. ubi Bald. ad Trebel.
x d. § j.
y Bald. conſil. 334. in ij.
z Alex. d. l. de unoquoq. in fi.
a d. § prędium.
b d. l. ſæpe. ubi Alex. l. requiſito. Abb. c. cũ ſuper. de re iud.
c Felin. c. exhibita. de iudic.
d l. pater. § quindecim. j. tit. ij.
e l. ſi in teſtamento. ubi Ang. & Mod. de uulg.

vendere, quàm perſonæ permiſſę. L. 114. Filiusfamiliâs. §. Diui. ij. Sed quid, ſi is prohibitus aliis vendere, in caſu permiſſo, putà colliberto vẽdat, deinde redimat ab eo, an poterit poſteà liberè cuicunq; diſtrahere? & putauerim poſſe [f]; niſi tamẽ fraus arguatur, vt hìc Bartolus ſentit [g]. ſicq; prohibitio hæc perſonalis, quam teſtator fecit, ad eum caſum nõ trahetur, cùm prohibitus alienare alio iure, quàm à teſtatore, rẽ ipſam conſecutus eſt. Quòd ſi liberè col(A)liberto non vendidiſſet, ſed ius aliquod, putà luendi, in re ipſã retinuiſſet, ſecus eſſe arbitrarer [h]. faciliùs enim tunc fraus præſumeretur. Procedunt autem ſuprà ſcripta in prohibitione pſonali: ſecus, ſi in rem ſit, vt quia præcepto addiderit, ſe nolle rem extra familiam alienari, vel ſe velle, vt ea bona in familia remaneant. qua de re infrà. tunc enim indiſtinctè regulæ legis noſtræ locus eſſet, vt alienatio non valeret [i]. VIII. Sed quid, ſi ſu(B)prà ſcripti liberti in diuiſione bonorum mutuã ſibi licentiam alienandi dediſſent etiam Repub. Tuſculanorum conſentiente? & dubium non eſt poſſe eos dictę prohibitioni mutuo conſenſu renuntiare [k], cùm non ſubſit deinde perſona, quæ reuocare poſsit [l]. Ex facto tamen Bald. Deciuſque reſponderunt, tali diuiſione non videri actum [m], tanquàm hęc diuiſio cenſeatur facta, ſalua ſemper vetere cauſa [n]. Ego arbitror emptorem, quia fiducia talis conuentionis emerit, ſecurum eſſe [o], dominiumq; in eum translatum cen(C)ſeri, licet ſalua poſsit eſſe aliquo caſu fideicõmiſſariis actio ad pretium aduerſus venditorem [p]. qua de re alibi [q]. I. Sed † an poterit hæres alie-

27 nare vetitus, dotẽ filię in iiſce bonis conſtituere? & dicendum eſt, regulariter non poſſe [r]. à volũtate enim teſtatoris temerè recedendum nõ eſt. quod maximè locum habet, ſi alia adſint bona, vnde dos dari poſsit [s]. II. Idem, ſi ex ſolis fructibus poſsit ei oneri ſatisfieri [t]. qua de re legitimæ, vel Trebellianicæ fauorabilior eſt cauſa, (D) quàm dotis [u], idq; propter teſtatoris mentem, quæ generalitate verborum depræenditur. III. Sed & ſi prohibitio per cõtractum ſit eo caſu tantùm quo translatio dominij impediretur, conſtat nõ poſſe dotem ex bonis dari [x]. imputandum eſt. n. contrahẽti, cur cauſam dotis excipere non curauerit [y]. IIII. Idem & multò fortiùs dicendum, quoties teſtator diſertè expreſſerit nolle ſe bona ſua ex cauſa dotis alienari. poteſt enim legẽ hanc rei ſuæ imponere, quod Alex. reſpondit [z]. V. Idem (E) credendum, quoties dixiſſet nollet ſe dicta bona quoquo modo alienari [a]. VI. Et proculdubio pro regula hoc affirmandum eſt in fideicõmiſſo, qđ extraneus, id eſt, is, qui aliàs ad dotandum non teneretur feciſſet [b]. IX. Excipiuntur † à prædicta

28 cõcluſione tres caſus. Primus eſt, vt cùm hæc alienatio ex quadã neceſsitate dicatur fieri, poſsit grauatus, quamuis extraneus hęres, durãte vita ſua id facere [c], vt ſcilicet dos ad tẽpus vitę cõſtituat [d], vltrà nõ valeat. Alter eſt in muliere grauata (F) tali fideicõmiſſo. videtur. n. mẽs patris ea fuiſſe, vt filiã nõ impediret, quo minùs nuberet dotẽmque marito daret [e]: imò ſi pater nominatim egiſſet, fruſtra iuſsiſſet, cùm teneatur eã dotare [f], & ideo dos loco hæris alieni ſit [g]. qđ, vt hìc dicitur,

f l. ſi à me. ff. ad leg. Falcid.
g l. nuda. de cõtrah. emp. l. emptor. de aq. plu. arc.
h arg. l. uoluntati. ſ. qb. mod. pig. Dec. conſil. lxxxviij.
i Bart. d. l. peto. § fratre. uerſ. uenio ad quartũ. j. tit. j.
k nihil. § j. ſ. eod. d. l quoties. C. de fideicõmiſ.
l l. qui ſolidũ. § pen. j. tit. j.
m Bald. conſil. 85. in ult uolu. Dec. d. conſ. 88.
n gl. l. ſi familię. C. famil. erciſc.
o c. j. § Titius. fi. ſi de feud. defunc. contẽ. fue.
p l. ſi fundum per fideicõmiſſum. ſ. eod.
q Bart. l. qui Romæ. § duo fratres. viij. q. de uerb. oblig.
r c. j. § donare. qual. olim. feu. ubi Bald.
s Iacob. Salic. l. uoluntas. C. de fideicommiſ. Alex. hic.
t mulier. § pe. ad Trebel.
u l. ſcimus. § repletionẽ C. de inof. teſt. l. iubemus. C. ad Trebel.
x gl. l. nulla C. de iur. dot.
y l. ueteribus. ff. de pact.
z Alex. conſ. lvj. in j.
a l. quidam. cum gl. de fideicom. lib.
b gloſ. l. à filia. in princ. j. ad Trebel.
c d. l peto. § prædium.
d c. nuper de don. inter uir. Ruin. hic.
e d. l. mulier. § pen.
f d. l. qui liberis. de rit. nupt.
g d. l. à filia. in fin. in princ.

priùs deducendum eſt. Si tamen ex fructibus, vel
legitima ſua dotari poteſt, non debet fideicómiſ
ſum diminui[a]. Tertius eſt caſus, cùm hęc aliena-
tio ſecundum Nouellam Iuſtiniani conſtitutio-
né fieret[b], quę ſimpliciter in bonis loquitur reſti
tutioni ſubiectis. At cui dubium eſt, bona, quá-
uis expreſsim alienari prohibita, propriè dici
reſtitutioni ſubiecta eſſe? in noſtro certè contex-
tu & id fideicómiſſum appellatur[c], vt inanes ſint
A Recentiorum altercationes differentiá inter ex-
preſſam hanc & tacitam prohibitioné, quę ex fi-
deicómiſſo oritur, cóſtituentiú, quam etiá ſuprà
confutaui. Nec dubiú eſt, quin ea cóſtitutio non
ſolùm procedat, cùm de danda dote agitur, ſed
etiam cùm de reſtituéda. quod & vulgò receptú
eſt[d]. Si quis aút eam conſtitutionem diligenter
perpéderit, id ſolùm innouat, vt per fideicómiſ
ſum, ſeu prohibitioné alienationis dotis datio,
ſeu reſtitutio non impediatur, quo minùs, qua-
B tenus dos legitimam excedit, de eis bonis acci-
piatur. Quod arbitror procedere, etiá ſi fideicó-
miſſum dotis datione ſit antiquius. cùm. n. de
eo tantùm lex loquatur, cui debet legitima, in-
nitaturq́; præſumptioni, tanquam generali fidei
cómiſſo, teſtator non videatur prohibuiſſe, quin
tantum legitimæ addi poſsit, quod doté æquet,
ſatis indicatur eatenus præferri fideicómiſſario
mulierem. quo caſu aliquorum ſententia defen-
29 di poteſt[e]. Sed † quid, ſi filius legitimam ſuam
C prodegerit, ita q̃, dos reſtitui vxori ſuæ nequeat,
niſi ex fideicommiſsi bonis? & hoc caſu nulla eſt
ratio, cur legitima iterum in fideicommiſſo ac-
cipiatur, vt ſolui mulieri poſsit. ſibi enim illa im
putet, quæ conditionem mariti non eſt perſcru-
tata[f]. quod Angel. & Iaſ. cenſuerunt[g]. æquum e-
nim eſt, vt fideicómiſſarius tempore prior ſit, &
iure potior. nam lex Nouella mulieré fideicom-
miſſario in eo tantùm præfert, q̃, legitimæ addi-
tum æquare dotem poſsit. Suadet id & ratio: vt
D enim ponamus id fideicómiſſum à ſocero indu-
ctum eſſe, non debet aduerſus eius prohibitioné
ius fideicommiſsi ſubuerti. quamuis enim cogi
poſsit ſocer, vt nurui pro reſtitutione dotis ca-
ueat[h], ſi tamen ipſe dotem non recepit, nec cu
rare potuit, quo minùs filius eam cóſumeret, ſe-
cus eſſe conſtat[i]. nec dubito, quin vera Iuſtinia-
ni mens hæc fuerit, quam (quantum video) Re-
centiores interpretes non ſint adſecuti. Sed nú-
quid eius conſtitutionis priuilegium in dote dú
E taxat confeſſa locum habeat? & receptum eſt nó
habere[k]. ſatis enim fuit, ſi mulieri ſuccurreretur,
ne damnum faceret, non aút debuit ad lucrú ad-
mitti cum fideicómiſſarij iactura. Et hęc quidé
X. in dote procedunt. Sed † quid in legitima, quæ
30 filio debetur, an accipi ea ex bonis alienari pro-
hibitis poterit? & dicendú eſt poſſe. ſicut enim ta
lis prohibitio creditoribus nó nocet, nec fiſco, vt
hîc dicitur, ita nec filiis nocere debet, qui quod
ad legitimam attinet, creditores céſentur[l]: idq́;
F hîc omnes fatentur, & nos ſuprà nó vno in loco
probauimus. q̃, enim quis alienare nó poſsit, o-
nus eſt, ideo de legitima reiicietur[m]. Sunt tamé,
qui exiſtiment hoc non procedere, cú hæc pro-
hibitio ad tempus facta eſt, vt filio ipſi pater con
ſuleret, ne temere alienaret. quod quomodo de-
fendi poſsit, ſuprà demonſtrauimus. Certior il-
la eſt limitatio, vt non p̃cedat directa cócluſio,
quoties filius poteſt ex aliis bonis, quá quę pro-
hibitioni ſubiiciuntur, legitimá accipere: quod
Caſtr. reſpondit[n]. & cæteri vno ore probát, cùm

a d. §. pen.
b in auth. de reſtit. & ea quæ.
c d. l. peto. §. fratre. d. l. cú pater. § libertis.
d Doct. authen. res, quę. C. com. de leg.
e Anan. conſil. lxj Soci. xxxiij. in iij. Bald. Paul. d. authen. res, quę. Crotus hîc.
f l. qui cum alio. de reg. iur.
g Iaſ. d. auth. res, quæ.
h d. l. q liberos.
i Bart. & Doct. l. ſi cú dotem. §. tráſgrediamur. ſol. matrim.
k gl. in §. ſancimus. uerb. augmentum. ubi Ang. & Bal. not. in tract. dot. vj. parte, priuil. 13.
l l. Papinianus. §. ſi quis impubes. de inof. teſt.
m l. fœminæ. §. illud. §. fi. C. de ſecund. nupt. d. l. quoniam in prioribus.
n Caſtr. conſil. xvij. in cauſa, quæ utitur Parmæ.

enim hypothecam pro legitima filius nullá ha-
beat[o], debet priùs in aliis bonis ſolutioné pro-
curare. vnde nec in rebus alteri legatis quicquá
hoc nomine deducet, ſi aliunde habeat, quod le
gitimę ſufficiat[p]. Sed & ſi non habeat, non ta-
men ab vno tantùm accipiet, ſed pro rata ab vni-
uerſis[q]. Quòd ſi dicto caſu ex bonis prohibitio
ni alienationis ſubiectis alienauerit, illa in pri-
mis ſibi in legitimam imputabútur[r]. Addit Cro-
A tus, ſi teſtator alienationem extra familiam pro
hibuerit, in familia verò permiſerit, & filius ali-
cui ex familia donauerit, quod donatum eſt, illi
in legitimam imputari: reſpódetq́; Soc. rationi-
bus, quibus contrarium ex facto reſponderat[s].
Ego veriorem Socin. ſentétiam arbitror. is enim
donatarius non à filio, ſed ab ipſo teſtatore, tan-
quam in executionem fideicómiſsi electus, ha-
bere rem videtur[t], vt meritò nó ſit filiæ legitimæ
imputanda[u]. Sed † quid de quadrante Trebel XI.
B lianico dicemus? & ſicut conſtat de re immobili 31
alienari per legatarium prohibita, non deduci
Falcidiam[x], ita & in quarta Trebelliano receptú
eſt. quod Bald. Ang. Pont. Aret. reſponderunt[y],
& Recentiores hîc ſequuntur. Sed quæ ratio eſt
ſuprà ſcriptæ cóclusionis? & conſtat hodie teſta-
toré Falcidiam impedire, ſi expreſsè hoc faciat[z].
videtur auté expreſsè facere, qui certi prædij a-
lienationem legatario prohibet, vt ad ſucceſſo-
res eius tranſeat. ſi enim hæres in eo quartá reti-
C neret, iam prædium non tranſiret, ſed pars[a]. ete-
nim rei immobilis appellatióe de tota intelligi
tur[b], operaturq́; hoc voluntas teſtatoris, etiá ſi
præceptum alioquin eſſet nudú[c], tametſi Caſtr.
hoc caſu non ſufficere, ſi præceptum ſit nudú, ar-
bitretur. quod non probo[d]. Hincq́; † apparet, 32
aliud eſſe, cùm prohibitio alienationis non lega
tario, aut fideicómiſſario, ſed hæredi ipſi adiecta
ſit. deducet enim nihilo minùs Falcidiam de le-
gatis, & conſequenter Trebellianicam quoq́; de
D fideicómiſſo vniuerſali. non enim poteſt videri
hæres alienare, qui deducit, vt ſibi retineat[e], &
lex nouella exorbitans, quę in fauorem honora
ti aduerſus alium lata eſt, non videtur extenden
da, vt cótra ſeipſum operetur[f], cùm faciliùs per-
mittatur retentio, quá concedatur petitio[g]: &
hoc maximè in Trebellianica dicendum, quę de
vniuerſitate accipitur. nomé aút Vniuerſitatis,
ſaluum remanet etiam parte deducta[h], licet nó
idem ſit in nomine certæ rei immobilis, vt ſuprà
E dixi, videnturq́; ita ſenſiſſe Bald. Aret. Curtius[i],
licet alij aliter[k]. amplius ergo deliberandum.

Sed † quid, ſi teſtator prohibuerit alienari in ec XII.
cleſias, qui velit ſemper eſſe ſecularium? & vide- 33
tur hanc prohibitionem pro non ſcripta haben
dam fauore eccleſiæ[l]. nam & receptum eſt, non
poſſe patrem minus ei filiæ relinquere, quæ mo
naſterio nomen dederit, quàm ei, quę nupſerit[m].

Nec obſtat, quòd valeat pactum, ne bona in declaratio. I.
eccleſiam deueniát: quia hoc verum in eo, cuius
F intereſt, ne ſibi vicinus, qué nolit, adiungatur[n]: II.
Vel, ne in potentioré res ſua tranſeat[o]: Vel a- III.
liàs propter priuilegia eccleſię eius conditio fiat IIII.
deterior[p]: Vel cùm reſpectu eccleſiæ ceſſaret
ratio conceſsionis[q]. ſecus in caſu noſtro, in quo
videtur argui teſtatoris quædam impietas[r], &
deſcendentium à cultu diuino tacita retractio. V.
Putarim tamen, valere † prohibitioné, quę non 34

o Socin. l. ſi ex toto. ſ. eod.
p Alex. l. nó amplius. §. fi. ſ. eod.
q l. ij. C. ad leg. Falcid.
r Ang. Alex. l. in quartam. ad leg. Falcid. l. Marcellus. §. res, q̃ ad Treb.
s Soc. conſ. cclj.
t d. l. Marcellus. §. res, quæ. in fi.
t l. uni. in prin. & §. j. ſ. tit. j.
u l. pater filię. ad leg. Falcid. ubi Paul. & Alex.
x §. fi. in auth. ut ſponſ. larg. auth. ſed & in ea. C. ad leg. Falcid. ubi Bald.
y Rom. conſil. ccviij. Aretin. xxxvij.
z auth. ſed cú teſtator. C. eod.
a l. Titia. ij. §. Seia libertis. tit. j.
b l. Titia. j. §. j. ſ. tit. j.
c l. pater. §. pen. ſ. tit. ij. ubi Bar.
d Paul. d. auth. ſed & in ea.
e l. alienationis. de uerb. ſig.
f arg. l. inquiſitio. C. de ſolut.
g c. intellexi. mus. de iudic.
h gl. l. Titia. ubi Alexan. ad leg. Falcid.
i Bal. conſ. 498. i. Ar. xix. Curt. Iun. cxvij.
k Pariſ. conſil. xciij. in ij.
l §. ſed & hoc preſéti. in auth. de ſanct. epiſc. Alex. conſ. 160 in iiij.

m l. Titia ſi non. ff. de condit. & demóſt. n l. fi. C. de pact. inter empt. & uédit. o gl. l. ſi ita. §. ea lege. de uerb. oblig. p c. pe. de decim. q c. unico. §. qui clericus. ſi de feu. defunc. cóten. fue. r c. fi. de imm. eccl. in 6.

eccle-



eccleſiam, ſed perſonas eccleſiaſticas ſummoue-
ret ſuo nomine ementes. quod Diuus Hierony-
mus in epiſtola ad Nepotianú probat, & nos a-
libi tradidimus[a]. Sed quid in lege municipali
dicemus, quæ ciuibus interdicit, ne his, qui non
ſunt ſubiecti, bona immobilia alienent? & Oldr.
Bar. cæteriq́; exiſtimarunt, quod ad eccleſias at-
tinet, non valere ſtatutum, tanquam aduerſus li
bertatem eccleſiaſticam ſit[b], & tanquam id diſ-
ponere legiſlatores non potuerint. Sunt tamé,
qui contradicant, vt Butrig. & Bal. & Iaſ.[c] quod
& diffusè à Cyrillo Homodæo diſputatum ex-
I. Arg. tat[d]: Quoniam talis lex fauore publico lata eſt,
vt ad eos bona tranſeant, qui muneribus ſubeun
dis cogi facilè poſsint[e]. quod in eccleſia nó eſt[f].
II. Et quia aliàs omnia latifundia in eccleſiá trans
ferrentur, quæ nunquam moritur, ſecularesq́; o-
III. neribus ſtrangularentur: quod Bald ait[g]. De-
bentq́; ciues rebus ſuis poſſe hanc legem impo-
nere, & circa iam acquiſita ſibi prouidere, quá-
IIII. uis in quęrendis eccleſiæ præiudicent[h]: Et qa
non conuenit eccleſiæ eam legem erga ſe repro-
bare, quam ipſa in ſeculares approbat[i]. non e-
nim eccleſia ſecularibus alienare poteſt, niſi cú
ſollennium obſeruatione[k]. idq́; hoc caſu Abb.
V. probat[l]. Nec quicquam hoc caſu videtur cle-
rici detrahi[m], cùm non de his ſpecialiter, ſed de
VI. omnibus non ſubiectis lex loquatur[n]. Quòd
ſi lex valet, quæ fauore filiorum alienatione in
eccleſiam prohibeat[o], quod Card. Abb. Ancha-
ranuſque reſponderunt[p], nec Felin. negat[q], cur
non & valere debet, cùm publicum fauoré prin-
cipaliter reſpicit? Nam & conſtat ante Con-
VII. ſtantini legem non valuiſſe, quod eccleſiis relin
quebatur[r]. Cur ergo hæc lex ſpecialis à ciuibus
lata valere non debet[s]? Sed hæc omnia argu-
mento vno verbo diluút Recentiores, Felin. Iaſ.
Crot. vt enim vera ſint, non tamen poſſunt ſecu-
lares etiam ex publicæ vtilitatis cauſa eccleſiis
lege ſua quicquam innouare, cùm extra eorum
iuriſdictionem ſint[t]. Sed tamen quicquid iſti
dicant, omnium vrbium obſeruatio aduerſus
clericos pro ſtatuto eſt: & cùm ſuprà hominum
memoriam ſemper ſic intellectum obſeruatum-
que ſit, veriſimile eſt conſenſu epiſcopi, & cæte-
torum clericorum eam legem inoleuiſſe[u], vt
propter tanti temporis curſum videantur o-
mnia ſolenniter acceſsiſſe[x]: credibileq́; eſt, eos
legi promulgandæ prohibitos fuiſſe, qui in po-
puli conſeſſu honoratiores ſunt. Et licet hîc Bar.
ſentiat non poſſe eos fauori ſuo renuntiare[y]: ta-
men verum ſit in priuatis: ſecùs enim epiſcopi li
centia[z]. cùm enim valeat pactú[a], cur non & ta-
lis conſenſus? maximè cùm conueniat ſacerdo-
tibus potiùs vendere & dare pauperibus, quàm
XIII. emere[b]: Sed † quid, ſi alienationis prohibi-
35 tio non in teſtamento, ſed per contractum facta
ſit? & conſtat eum, qui promittit, nó alienare id
quod facti eſt, promittere: ideo in id, quod inter-
eſt, ſolùm condemnatur[c]. translatio enim domi
nij non impeditur, quæ ſecundum iuriſgentium
regulas fit ex traditione cauſa dominij transferé
di facta[d]. Quòd ſi prohibitio in teſtamento fiat,
aliud eſt, quia lege XII. tabularum, quicquid te-

a in l. j. C. de ſacroſ. eccleſ.
b auth. Caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. Felin. c. eccleſia ſ. Mariæ. de conſtit.
c Bald. c. cleric. de iudic. l. j. C. de ſum. trinit.
d conſil. xxj.
e l. j. C. non lic. hab. met. lib. xj.
f auth. item nulla. C. de epiſcop. & cler. Bal. rub. de conſtit.
g c. ſuggeſtum. de decim.
h Bart. l. reſcripto. §. fi. de mú. & honor.
i l. j. inoff. quod quiſque. l. pe. C. de ſolut.
k auth. hoc ius. C. de ſac. ſanc. eccleſ.
l Abb. tract. ſtatut. ij. parte, quæſtio ij. in fi.
m d. c. fi. de im. eccleſ.
n l. in modicis. de cont. empt.
o c. quicunque. xvij. q. iiij.
p Card. conſil. xxlij. Abb. conſi. lxiij. & l. omnes populi. ff. de inſtit. & iur.
q Felin. ubi ſuprà.
r d. l. j. C. de ſacroſ. eccleſ.
s l. omnes populi. de inſtit. & iur.
t d. c. eccleſia. ſ. Mariæ.
u l. q in aliena. §. j. de acquir. hæred. x l. hoc iure. §. ductus. de aq. quot. c. ſuper qbúſdá. §. præterea. de uerb. ſig. y c ſi diligenti de foro compet. z c. non minus. extra, de imm. eccl c. aduerſus. eo. tit. a d. l. fi. C. de pact. int. empt. b Matheſ c. xix. arg. l. milites agrum. de re mil. c l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. l. ſi quis ita. §. ea lege. de uerb. oblig. l. pen. ubi gl. ſ. de pac. d l. traditionib. C. de pact.



Filiusfamiliâs.
§. Diui. ij.
Lim. I.

ſtator de re ſuá diſponit, pro iure eſt[e]: & ad tem
pus trahitur, quo alienatio fieret: vnde perinde
eſt, ac ſi titulus tunc nullus eſſet, non fit tranſla-
tio. Pactum ergo contrahentiú in perſonam eſt,
præceptum teſtatoris rem adficit. Sed † quid,
36 ſi pactum quoq́; rem adficiat? vt quia is, qui rem
alienare prohibuit, ius ſibi in ea re reſeruarit: &
tunc ceſſat ſuprà ſcripta ratio, meritò dominij
tráſlatio ex auctoritate Marcelli impediretur[f].
A Quod intelligendum, quando hoc nomine, ne
alienatio fiat, ius in re reſeruatum eſt. tunc enim
cùm res ipſa adfecta ſit, nec ſcienti, nec ignoran-
ti alienari poteſt: niſi tamen natura cótractus a-
liud ſuaderet, tunc poſt denuntiationem poſſet
dominus iure ſuo vti[g]. Idemq́; in creditore, cui
aliàs pignus inutile redderetur[h]. Idemq́;, quo-
ties paciſcentis non intereſſet[i]. In caſu enim
Marcelli plurimum intererat creditoris, ne ſibi
cum tertio poſſeſſore litigandum eſſet, idq́; ma-
B ximè hodie propter excuſsionis beneficium[k].

Sed an Proprietarius rem alienare poſsit, ſi cú
fructuario aliter conuenerit? & Bald. ait poſſe[l].
ius enim vſusfructus non tam in re, quàm in rei
ipſius fructibus conſiſtit, & ad ſeruitutem perſo
nalem pertinet. vnde impediméto tranſlationi
dominij eſſe non debet, tametſi pauci non ſint,
qui aliter ſentiant[m]. Ego putauerim tranſlatio-
nem quidem dominij non impediri, ſed tamen
non poſſe fructuarium durante iure ſuo ab em-
C ptore inquietari. habet enim exceptioné ex hoc
pacto, quo ſe tueatur[n], idq́; etiam aduerſus ſin-
gularem ſucceſſorem[o]. habet & confeſſoriam
actionem, quæ in ré eſt, & aduerſus quemlibet
ſucceſſorem competit[p]. vnde ſibi talis aliena-
tio nihil nocet. Sed quid in conductore, qui pa-
ctus eſt, ne durante luſtro locata alienaret, ſpecia
lemque hoc nomine hypothecam in re condu-
cta accepit? & conſtat non valere alienationem,
tutumq́; eum aduerſus ſingularem ſucceſſorem
D eſſe[q]. Quòd ſi duntaxat generali hypotheca bo-
norum locatoris ſibi cóſuluit, Imol. Paul. Alex.
cenſuerunt ſecus eſſe[r]. generalis enim hypothe
ca acceſsio quædam eſt perſonalis actionis, quæ
in id, quod intereſt, ſolùm committitur[s]. Et ha-
ctenus tantùm in pignoris inducit[t], pro eo ſci-
licet quod intereſt, non vt cótractus infirmetur.
id enim ſpeciali hypothecæ tantùm & quidem
iure exorbitanti conceſſum eſt, vt hoc caſu effi-
cacior ſit ſpecialis hypotheca, quàm generalis[u].
E quod & quibuſdam aliis caſibus traditum eſt[y].
habebit tamen conductor ex hypotheca gene-
rali retentionem, quod Bart. tradit[y], donec ſci-
licet id, quod ſua intereſt, ſibi ſoluatur: quo ſolu
to non poterit amplius rem retinere, quod ad-
uerſus Socinum eſt receptiſsimú[z]. Sane † tum II.
quoque ius in re reſeruatum videtur, cùm quis 17
promiſerit nó alienare, & ſi alienabit, q̃, bona ad
dantem reuertantur, conſtituentq́; eius nomine
in eum caſum poſsidere[a]. propter enim vim
F conſtituti, quod poſſeſsionem retrò transfert[b].
id inductum eſt, ex cuius poſſeſsionis traditióe
ſubſequitur dominij quoque translatio[c]. vnde
cùm is amplius dominus non ſit, in alium non
poteſt transferre, quod non habet[d]. Et ita ſe ha-
bet communis ſententia[e], quam Bald. Imol.
Iaſ. declarant, vt etiam abſque cóſtituti clauſula
procedet, quoties ei promiſsio facta ſit, cui abſ-

e §. diſponat. in auth. de nupt.
f l. ſi creditor. §. fin de diſtract. pig.
g l. fi. C. de iur. emphyt.
h l. iiij. de pig. act.
i l. pen. ubi Bar. de pact.
k auth. hoc ſi debitor. C. de pig.
l Bald. d. l. ea lege.
m Paul. d. §. ea lege Alex. l. qui abſenti. §. j. de acq. poſ. Fulg. conſil. ccxiij.
n l. j. §. quod autem. de ſuperfic.
o l. eorum. de dam. infec. l. j. in fi. ſi ag. uectig.
p l. uti frui. §. utrum ff. ſi uſufr. pet.
q d l. ſi creditor. §. fi.
r l. ſi filio. §. fi. ubi Alexan ff. ſolut. mat.
s l. qui fundum. §. loc. l. emptorem. C. eod.
t l. ij cú gl. C. de luit. dig. l. item. quibus mod. pig. ſol.
u l. j. in gl. uerb. pignori C. de neceſ. ſer. hered.
x gloſ. l. licet. C. qui pot. in pig. gl. § nos igitur. in auth. de non alie. uerb. tradere
y Bar. l. qui fundum. loc. Alex. d. l. qui abſenti. §. j. Caſt. d. §. ea lege.
z Socin. cóſ. xc. uol. 4. Ant. Fan. tract. pig. chart. ij.
a l. cú fideicommiſſum. cum l. ſeq. ff. de fideicom. lib. Bar. & Doct. d. l. qui abſenti. §. j.
b l. quod meo. de acq. poſ.
c d. l. traditionibus.

d l. traditio. de acquir. rer. do. e in d. l qui abſenti. §. fin. f in l peto. §. fratre. de legat. ij.

que traditione dominium quæreretur [a], vt œco-
nomo nomine eccleſiæ ſtipulanti [b], & ſi qui alij
ſpeciales ſunt caſus [c]. Sed & ſi quis promiſerit
non alienare, & in eum caſum cõſtituerit ſe alie-
no nomine poſsidere, ſecus eſt, cùm nihil actum
ſit de retrò transferendo in ſtipulatorem domi-
nio. vnde non poteſt impediri eius in emptorem
translatio, cùm conſtet traditione poſſeſsionis,
quamvis non vacuę, transferri tamen dominiũ [d].
Quid, ſi prohibita ſit in contractu donationis a-
lienatio, adiectumque, vt, ſi contrà fieret, actus eſ-
ſet nullus, & bona ipſo iure ad donantem rever-
terentur? & Iaſ. reſpondit alienationem non va-
lere, & dominij trãslationem impediri [e]. Sed e-
go ſemel atque iterum contrarium reſpõdi, quia
ſpeciale id in pacto legis cõmiſſoriæ & adiectio-
nis in diem eſt [f], quæ primum cõtractum reſcin-
dunt, inducuntque, nec à principio translatum
videri dominium. At hæc pactio nihil retrotra-
hit, ſed poſt donationem perfectam dominium-
que translatum contractum ſubſequentem alie-
nationis reſcindit, quod fieri pacto abſque con-
ſtituti clauſula nõ poteſt, vt ſuprà dixi, & Iaſ. ipſe
III. hîc ſatis oſtendit. Addit Bart. quotieſcunque
38 † alienatio irrevocabilis eſſet, promiſſorem præ-
ciſè teneri, vt pactũ ſeruet, & ab alienatione abſti-
neat, dominiumque tali caſu non transferri. Vn-
de videmus non poſſe ad libertatem eum ſeruũ
perduci, de quo actum eſt, ne manumitteretur [g].
Quæ ſententia communiter recepta nõ eſt: quia
videmus, ſi pacto cautum ſit, ne locus fiat ſacer,
nihilo minùs ſacrari poſſe, & promiſſorem in id,
quod intereſt, ſolùm obligari [h], & tamen locus
ſemel ſacer amplius profanari nõ poteſt [i]. Quid
ergo cenſebimus? & crediderim ſpeciale in ſer-
uis eſſe, vt maior ſit dominorum in his auctori-
tas, illique metu talis pœnæ fideliùs ſeruiant [k].
Vnde tali pacto lex Aelia Sentia mutabat condi-
tionem perſonæ eorum, vt nec dedititia quidem
libertas eis præſtari poſſet, quæ hodie ſublata
eſt [l]. Sed quid, ſi is, cui promiſſum fuit rem non
alienari, manus iniectionem ſibi retinuerit? & vi-
detur adhærere rei id pactum [m], & ideo aliena-
tionem impediri [n]. Quod certiùs procedit in
ſeruis hac lege venditis [o]. eorum enim fauorem
talis pactio maximè reſpicit [p]. Idem in eccleſia
procedit, cui abſque alia traditione dominium
acquiritur [q]. Addit Bald. [r], tali pacto ius pigno-
ris quæſitum videri [ſ]: ideo prohibita alienatio-
ne cum hoc facto non transferri dominium [t].
XIV. Ex ſuprà ſcriptis quoque ad eam quæſtionem
inferri poteſt, an ſi arbiter ex aliqua cauſa aliena-
ri rem prohibuerit, translatio dominij impedia-
tur? & conſtat non impediri [u]. cùm enim arbitri
omnem poteſtatem ex compromiſſo habeant [x],
videtur hæc prohibitio per contractũ, id eſt com
promiſſum, facta eſſe: & ideo alienationem non
poteſt impedire. Vnde ſolet dici, quicquid fieri
per contractum nequit, nec quidem arbitri ſen-
tentia fieri poſſe [y]. Nec refert, an homologia ac-
ceſſerit. adhuc enim in ſolam vim tranſactionis
valet [z]. Nec etiam refert, quòd ex ea daretur a-
ctio [a]., eſt enim talis actio perſonalis ex cauſa iu-
dicati deſcendens [b]: vnde ius emptoris impedi-
re non poteſt [c], quod alicui hîc adverſus Crotũ
rectè tradiderunt. Suprà ſcripta tamen conclu-
ſio intelligenda eſt, niſi compromiſſo acceſſerit
hoc nomine hypotheca eius rei, de qua agitur,

a Bal. Imol. d. §. fratre. 5. oppoſ. Iaſ. hic, & d. §. ea lege.
b l. fi. C. de ſacr. eccleſ.
c l. ſi ager. de rei uend.
d l. ſi fundum. ubi gl. de fund. dotal.
e Iaſ. conſ. ccxj. uol. ij. Sal. d. l. ea lege. opp. ij. poſt Bald.
f Bar. l. j. de donat.
g l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fuer. l. ſeru9 hac lege. de manũ. l. ille ſeru9. in fi. qui, & à quib.
h l fin. ubi glo. Bal. Salicet. C. de pac inter empt.
i l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. de uerb. oblig.
k l. fi. C qui nõ poſ. ad liber.
l l. j. C. de dedit. lib. tol. d. l. ea quidem.
m l. ſi quis ſub hac. ſ. de cõtrah empt.
n d l. ſi creditor. §. fin.
o l. unica, §. ſimiliq; modo. C. de Lat. lib. tollẽ.
p l. pen. in fin. ſ. de ſeru. export.
q gl. uerb. licentiã. in aut. ut de cætero
r Bal. l. iij. C. de pign.
ſ l. iij. in fi. ſ qui pot. in pig.
t d. l. ſi creditor. §. fin.
u c. Rainaldus. de teſtam.
x l. non diſtinguemus. § de officio de recep. arbit.
y Ang. conſil. 228. punctus talis.
z § ſi uerò. cũ gl. in aut ut diſfert. iud.

a gloſ. d. capit. Rainaldus. b l. cum antea, C. de arbit. c l. j. §. ſi hæ-
res pręcepto ad Trebel. j.

reſpectu [d], vt Alex. reſpondit [e]. Item intelligen-
da eſt, niſi is arbiter legis municipalis neceſsita-
te aditus ſit. tali enim caſu cenſeretur iuriſdictio-
nem à lege habere [f]: & ideo nõ minus eius prę-
cepto impediri alienatio poſſet, quàm iudicis
ſententia [g]. Sed † ego nec ſententia quidem iu- 39
dicis impediri alienationẽ poſſe arbitror. cùm
enim eius ſententia dominium abſque traditio-
ne transferri non poſsit [h], nec impediri quidem
A eius trãslatio debet. quod & receptius eſſe Alex.
hîc fatetur. Si tamen aliqua ex cauſa alienationẽ
lex impediat, vt prodigis & furioſis [i], vt his, qui
ſuſpecti ſunt, dum de adeunda hæreditate deli-
berant [k], vt ei, qui Reipub. obligatus eſt, & extra
territorium abiturus eſt [l], vt cùm lis de re ipſa
pendet, & iudex interim pręcipit non alienari [m],
vt cùm aliàs vitium litigioſi contrahitur [n]: his ca-
ſibus alienatio, ſeu dominij translatio impedi-
retur non tam iudicis ſententiâ, quàm ex præce-
B denti cauſa, quam ſubeſſe ſententia ipſa decla-
rat [o]. Vnde ſi ab aliquibus de re non alienanda
conventum eſt, non ideo arbitror alienationis
prohibitionem confirmari. quòd iudex tali con-
tractui auctoritatem ſuam præſtiterit, quicquid
Bald. Crotuſque exiſtimarint [p]. Quorum ſentẽ-
tia defendi tunc poteſt, cùm ex ſufficienti cauſa
ita conventum eſſet, putà quia faterentur ita ma
iorum ſuorũ teſtamentis cautum fuiſſe [q]. Cæ- XV.
terùm & ambigua eſt illa quæſtio, an prohibita
C alienatione, hęredis inſtitutio prohibita cenſea-
tur: & † certum eſt appellatione alienationis eam 40
quoque vi verborum comprændi, quæ per hęre-
dis inſtitutionem fit [r], ſicut & ea comprændi-
tur, quæ per ſucceſsionem ab inteſtato fit [ſ]. Et
ideo ſi quis Titio, aut Seio alienare prohibitus
ſit, nec quidem titulo hæreditario pervenire ad
eos ſinet [t]. tenetur enim curare, ne res ad perſo-
nas vetitas deveniat [u]. Idem, ſi teſtator aliena-
tionem prohibuerit, iuſſeritq; in familia rem re-
D linqui, non poterit extraneus ex teſtamẽto eam
in effectu habere, ſed tanquam per fideicommiſ-
ſum grauatus familiæ reſtituet [x]. Sed an in hoc
caſu filia admittetur? & conſtat filiam quoq; ex
familia paterna eſſe [y], & ideo nec ipſa à fideicõ-
miſſo excludetur, nec ſuccedere ꝓhibebitur [z].
quod & in ſorore receptum eſt [a]. Non tamen
perpetua eſt ſuprà ſcripta concluſio. ſiquidẽ tra-
ditum eſt, cùm † patronus petiiſſet, ne de nomine 41
familiæ fundus exiret, libertæ filium matri inte-
E ſtatæ in eo ſuccedere [b]. Cuius rei rationem non
eandem Doct. adducunt. Accurſ. eam eſſe ſentit,
quia filius libertę ſaltem lata ſignificatione ex fa
milia libertorum eſt [c]: videturque mens teſta-
toris eſſe, vt nec ipſe excludatur, ſicut nec mater
ſua, quamvis fœmina, non excluditur. Quod
Fulg. ex Veterum ſententia [d] reſpondit [e], quem
& aliqui ſequuntur [f]. durum enim eſſet matrem
admitti, filium verò adeò matri iunctum exclu-
di: quod & Bald. cenſuit. præſertim cùm teſtator
F de familia libertorum, non autem propria ſit lo-
cutus, vt & Raph. ibi perpendit: & hoc quidem
Veteres. Quorum tamen ſententia recepta non
eſt. nam Bart. cum pleriſque aliis ex eo reſponſo
generaliter adfirmãt, prohibita alienatione ex-

d d. l. ſi creditor. §. fin.
e Alex. conſil. lix. in v.
f l. fin. ubi Doct. C. de iudic.
g l. ſi ſciens. de contrahẽ. empt. Dec. conſil. xj.
h gl. §. fi. Inſt. de offic. iud. dixi. d. l. traditionibus. Docto. l. ex hoc iure. ſ. de iuſt & iur.
i l. is, cui bonis. de uerb. oblig. l. Iulianus. de cur. furioſ.
k d l. ſi ſciens. l. qui fundũ. § qui ſciens. de uſuca. pro empt.
l l. de pollicitationibus. in fin. de pollicit.
m l. creditores. in fin. de priuil. cred. d. l. qui fũdum. §. qui ſciẽs pro emp. l. fi. § ij. de dol. excep.
n l. j. ubi Bart. C. com. diuid. diuus. de pet. hęr.
o l. litibus. in fi. C. de agricol. & cenſ. lib. xj.
p Bal. d. l. fin. C. de pact. int. em. Crot. præced. q. j. lim.
q Dec. d. conſ. u dixi. l. nemo poteſt. ſ. eod.
r l. ſi quis prioris. § certum. C. de ſecund. nupt. l. ex hoc. §. alienare. de alienat. iud. mut.
ſ l. ſtatuliberi à cæteris. in fin. de ſtatulib. gl. l. quẽadmodũ. uerb. uendi. C. de agr. lib. xj.

t l. codicillis. §. matre j. tit. j. Bal. conſ. 83. ij. uol. u d. l. ſi ita quis. §. ea lege.
x l. peto. §. fratre. j. tit. j. y l. uoluntas. C. de fideicõ. Alex. conſ. 56. in j.
z gl. l. pater. §. Iulius Agrippa. j. tit. ij. a Curt. ſen. conſ. 64. b l. cũ pater. §.
cum inter. j. tit. j. c arg. l. fin. C. de lib. & eor. lib. d. l. cum pater. § libertis.
in fin. d gl. Petr. Bal. Alb. Imol. Raph. d. §. cum inter. Salic. l. ea lege. C. de
cond. ob cauſ. e Fulg. conſ. 117. f Socin. conſ. xliij. in iij. Dec. conſ.
xxiij. Crot. hic.

tra fa-



tra familiam, non cenſeri prohibitã eius hæredis
inſtitutionem, qui omnino ab inteſtato ſucceſ-
ſurus eſſet, ſicut eſt filius [a]. Quem intellectum e-
go Iuriſconſulti verbis magis quadrare arbitror.
cùm enim ſimpliciter petiiſſet teſtator, ne de no-
mine familiæ fundus exiret, ſiue ne fundus alie-
naretur, ſed in familia relinqueretur [b], non vide-
tur voluiſſe ſimplex fideicommiſſum in caſum
mortis inducere, ſed limitatum duntaxat in ca-
ſum alienationis [c]. Vnde qui ab inteſtato hære-
dem relinquit, non videtur contrà feciſſe [d], cùm
non ipſe, ſed lex eam hæreditatem deferat [e]. Sic-
vt nec, qui in vita prohibitus eſt alienare. pro-
pter enim certi temporis adiectionem non pro-
hibebuntur hæredem inſtituere [f]. Quòd ſi te-
ſtator vſus proponatur verbis non ſimplicem a-
lienationis prohibitionem, de qua Bart. loqui-
tur [g], ſed fideicommiſſum abſolutum etiam in ca
ſum mortis ſignificãtibus, vt quia dixiſſet ſe vel-
le vt prepetuò in familia remanerent, tunc hęres
ſiue ſcriptus, ſiue legitimus, qui ex familia nõ ſit,
II. reſtituere tenebitur [h]. Quod intelligendum,
non vltra tamen quartum gradum, vt mox dicã.
Idem cenſuit Iaſ. etiam ſi fideicommiſſum in ca-
ſum alienationis tantùm ſit, ſed prohibitio con-
cepta ſit verbis generalibus, vt quia dictum ſit,
ne quoquo modo domus alienetur, etc. videtur
enim etiam ſucceſsionem prohibuiſſe [i] quã ſen-
tentiam & Crotus ſequitur, & à communi opi-
nione non diſsidere arbitror [k], quicquid Angel.
Alexanderque quandoque reſponderint [l]. Sed
tamen his limitationibus obſtat, quia in caſu Iu-
ſtiniani prohibitio erat concepta verbis genera-
libus, & adiecta ratio, quę fideicommiſſo ſimpli-
ci ſufficiebat: & tamen ibi dicitur, non excludi
matrem, quę non tam ex pupillari ſubſtitutione,
quàm ex lege ipſa vocabatur [m]: niſi reſpondeas,
illud per modum allegationis dictum duntaxat
eſſe [n], deciſionem verò in eo fundari, quòd vltra
quartum gradum fideicommiſſum non extẽda-
tur, quando vltimus impubes deceſsit. Sed
III. quid, ſi prohibitus extra familiam alienare, præ-
termiſſo extraneo, qui ſibi inteſtato ſucceſsiſſet,
alium extraneum inſtituerit? & videretur nullũ
familiæ locum eſſe. cùm enim ea omnino ab ex-
traneo excluderetur, qui inteſtato ſucceſsiſſet [o],
ſua non intereſt, quòd alius fuerit inſtitutus [p].
quę ſentẽtia meritò Recentioribus diſplicuit [q]:
quia exiſtentia eius, qui non poteſt ſuccedere, id
eſt legitimi, nihil obeſſe ſubſtitutis debet [r]. Diſ-
plicet & mihi. prohibitus enim alienare, ab in-
teſtato hæredem habet, quia nulla eius indevo-
tio argui poteſt, cùm non ipſe, ſed lex hæredita-
tem eam tribuat, quod diſertè Iuſtinianus adfir-
mat [ſ], & alij quoque ſenſerunt [t]. Idemque, ſi eũ
inſtituat, quem lex omnino vocabat. non enim
peccat, qui legem ſequitur [u]. At ſi hæredem ex-
traneum inſtituit, quem lex non vocabat, mani-
feſtè teſtatoris volũtati aduerſatur. meritò imple
ta conditione, vocatur familia. nec enim tũc lex
in legitimum hæreditatem transfert, qui pręter-
miſſus eſt. legitimi igitur exiſtentia nihil opera-
tur, ſed perinde eſt, ac ſi in rerum natura non eſ-
ſet [x]. Sed magna eſt hæſitatio, quid, ſi teſtator
ſimpliciter prohibuerit bonorum venditionem,
an comprændatur omnis alienatio? & ſunt, qui
venditionis appellatione non contineri omnem
alienationem ex vi verbi exiſtimãt, ſed ſolùm ex
interpretatione, ſeu extenſione, quæ fieri ſolet,
quoties eadem ratio ſubeſt [y]. Ego ex vi verbi ge

a Din. Rain. Bar. Caſt. d. § cùm inter Alex. conſil. lvj. & lxxiij. in ij. Rom. 457. Mod. hic. & dict. §. ea lege.
b d. § fratre.
c l. vnum. §. qd ſi talia. j. tit. j. l. pater filium ad leg. Falcid.
d Bald. conſil. lxxxiij. ij
e §. nunc igitur. authen. de reſti. fideicom.
f l pater. §. fundum. j. tit. ij. Bal. conſ. 283. in ij.
g Bart. d §. ea lege. d. §. fratre.
h Soc. conſ. 251.
i gl. l. quidam teſtamẽto ff de ñ. lib. Aret l Pantonius. §. j. de ac. hæred.
k Card. conſil. cxxxv.
l Alex. conſ. 154. in ij. Ruin hic.
m d. §. nunc igitur.
n c. dilecto. de præbend. gl. l. j. C. quando non pet. par. vbi Iaſ.
o d. §. cum inter.
p Bar. l. ij. §. fin. de uerb. oblig. Ruin hic.
q Ruin hic.
r Bal. Modern. l. pe. C. de impu.
ſ d. § nũc igitur.
t Bal. auth. cõtra rogatus. C. ad Trebel. Butr. cõſ. 35. Aret. d. l. Pantonius §. j.
u l. nemo damnũ de reg. iur. l. Gracchus. de adult. C.
x l. j § ſi pater. j. de coniungẽ. cum emanc. lib. ubi Bart.
y Bal. Alexã. l. iuriſgentium. in prin. ff. de pact. Imol. l. in ædib. §. j. de don. Paul conſ. 175. ſuper.



neraliter accepti contineri potius arbitror [z], nec L. 114.
dubito, quin hæc cæterorum mẽs fuerit. vt enim Filiusfamiliâs.
Varro lib. II. Rei ruſt. oſtendit, appellatione em- §. Diui. ij.
ptionis & hæreditatis aditio, & mancipium, &
in iure ceſsio, & vſucapio cõtinetur, cùm domi-
nium legitimum iis modis transferatur. Cuius
rei illa eſt ratio, quòd Veteres omnes alienatio-
nes venditione vera, vel ficta, vel imaginaria ce-
lebrabant, vnde & teſtamenta per aſſem & librã
A cũ familiæ emptore fiebant [a]. Sic & adoptio, &
emancipatio [b], ſic & donatio, cùm quis rem ma-
gni valoris nummo addicebat [c], idemque in ſi-
milibus. Igitur in propoſita quæſtione ex com-
muni ſententia concludendũ eſt, prohibita † ven
ditione omnem alienationem prohibitam vide- 42
ri [d]. idque tum, quia verba generaliter accepta
hoc ſignificant: tum, quia & mens teſtatoris hæc
veriſimiliter eſſe præſumitur: qui ſi voluit, vt etiã
accepto pretio non alienaret, multo minùs id vo
B luit, eo non accepto [e]: & ideo nec permutatio
cõcedetur [f], nec hæredis inſtitutio, aut alia trãſ-
latio [g]. Proceditque hæc concluſio, etiã ſi teſta-
tor pœnam adiecerit. nec enim odium pœna ſuf
ficit, vt prohibitionem reſtringamus [h], & in pœ-
nalibus quoque verba generaliter accipiuntur,
quoties eadem ratio hoc ſuadet [i]. vnde lex pro-
hibens emphyteutæ meliorationes vendere, &
iubens domino quinquageſimam pretij, aut æ-
ſtimationis ſolui [k], habet locum etiam in donan
C te, aut legante, aut permutante. Præſtanda eſt e-
nim etiam hoc caſu quinquageſima, vt commu-
ni calculo receptum eſt [l]. Procedit rurſus etiam
in legibus municipalibus. & ideo ſi ſtatutum ſit
fundos territorij alienigenis non vendi, dubitã-
dum non eſt, nec donari quidem, aut alio titulo
transferri poſſe [m]. ratio enim ſtatuti eſt, vt poſſeſ-
ſores faciliùs cogi ad ſubeunda onera poſsint [n].
Cui rationi generaliter in omni alienatione eſt
locus, cùm exteri difficiliùs compellantur [o]. Cui
D conſentaneum eſt, quod ex facto Alex. reſpõdit,
cùm lex municipij venditionem prohiberet, etiã
locationem ad longum tempus, qua vtile domi-
nium transfertur, vetitam cenſeri [p]. Qua ratione
libro De verborũ ſignificatione, adverſus Vete-
res cenſui ſtatutum, quod venditioni reſiſtebat,
ad dationem quoq; in ſolutum referri debere [q]:
quia factum iudicis pro facto partis eſt [r], idque
quoties eadem ratio ſubſit: aliàs Veterum ſenten
tiæ ſtandum eſſet [ſ]. Excipiuntur † à prædicta 43
E concluſione tres caſus. Primus, cùm verbum Lim. I.
venditionis ex adiectione aliqua reſtrictũ appa-
ret, vt cùm lex non ſolùm venditionis, ſed etiam
aliorum contractuum expreſſam mentionem fa
cit [t]: putà donationis, permutationis. ex ſpecia-
li enim expreſsione generis nomen reſtringi-
tur [u]. Idemq;, ſi dictum de venditione ſit, quę iu-
ſto pretio fiat, pretij mentio indicabit ex vi verbi
de ſtricta ſignificatione agi [x]. quod hîc latiùs Iaſ.
attingit [y]. Tali ergo caſu non niſi per extenſio-
F nem ad cęteros contractus diſpoſitio ex rationis
paritate producetur, vt eatenus fiat extẽſio, qua-
tenus locũ habere poteſt [z]: quod ſuprà in alie-
natione emphyteuſis dictum eſt, in qua (quod ad
laudationem attinet) locus eſt legi, & in legatis,
& in donatione, & in permutatione, licet non
quo ad denuntiationem [a]. Idem, cùm lex ſepa-
ratim reſpectu cæterorum contractuũ loquitur,

z l. ſicut. §. cõditionis. ff. qb mod. pig.
a Inſtit. de teſta. in prin.
b §. ſi emancipatio. Inſtit. quib. mod. ius pat.
c l. ſi quis conduxerit. ff. loca.
d l. ſtatuliberi à cæteris in fin. de ſtatuli gl. l. ij. C. de uſuca. p empto. Doct. l. uolũtas. C. de fideicom. Fabian. in tract. uendit. ij. q prin.
e arg. d. l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit.
f l. cũ ij. §. pe. de trãſac. ubi Doct.
g Caſt. conſ. 75. ſuper primo uidet dicendum. in prin.
h l. pater. §. fundum. j. tit. ij.
i l. cũ lege. ubi Aret. ff. de teſtã.
k l. fi. C. de iure emphyt.
l Iaſ. d. l. fin.
m gl. d. l. quẽadmod. uerb. uẽd.
n l. de pollicitationib. in fin. de pollicit.
o Bart. l. reſcripto. ff. de mun. & honor.
p Alex. conſ. j. in iiij.
q l. Senatus. in prin. ubi Iaſ. ſ. e.
r l. j. C. ſi in cau. iud.
ſ Specul. tit. de empt. § nũc dicendum. Aret. conſ. cxxv. in ff. Alex. conſil. 76. uol. v.
t c. j. de his, quę fiũt à prælat. c. fi. de accuſ.
u l. doli clauſula. ff. de uerb. oblig.
x gl. l. j. uerb. agendo. ff. de ſu-
z l. j. §. j. ubi I in conuentio-

perſic. y & in l. ſi quis ante. in ult. not de acq. poſſ. Bar. ff. ad leg. Falcid. a d. l. fi. C. de iur. emphyt. ubi Iaſ.
tionib. ubi dixi, de uerb. ſignific.

vt in titulo de contrahenda emptione. Sunt, qui idem putent, cùm communis loquendi vſus ſolùm pro ſtricta ſignificatione eſſet [a]. Sed ego nõ arbitror ideo excludi etiam generalem ſignificationem, cùm vterq; ſenſus commodè accipi poteſt [b]: aliàs concluſio ſubuerteretur, quia vulgari ſermone *Vendere*, accipitur hodie in ſtricta ſignificatione [c].

II.

Secundus eſt caſus, cùm verbum venditionis propter rationẽ diſpoſitionis reſtringitur [d], vt cùm lex curialibus prohibet venditionẽ. A poterũt enim donare [c]. nam ratio prohibitionis fuit, nec accepto pretio in alienas regiones dilaberentur, & munera curiæ euitarent: quòd non eſt veriſimile eos facturos, ſi pretium habere non poſsint. Sic ſi prætor tutori permittit, vt fundum pupilli vendat, non tamen poterit duntaxat obligare [f]: quia quandoq; vtilior pupillo eſt expedita venditio, & quia forma decreti Prętorij ſeruãda fuit, qui veriſimiliter venditionem à cæteris cõtractibus diſtinxit, cùm lex hac in re cauſæ co- B gnitionem requirat. Sic reſpõſum extat, cùm teſtator xenodochij venditionem prohibuiſſet, nõ cenſeri permutationem vetitam, quæ meliorem hoſpitalis conditionem faceret [g]. Sic lex militibus emptionem prędiorum prohibens, non impediet, quin hæredes inſtitui poſsint [h]. ratio enim legis erat, ne ſtudio culturæ à militia auocarentur: quæ pari modo non ſubeſt, cùm quis ſuo contractu & pretio rẽ adeptus eſt, & cùm ex ſucceſsione habuit. fortuita enim illa ſucceſsio adfe C ctionem militis nullam arguit [i].

III.

Tertius eſt caſus in ſtatutis odioſis. in eis enim anguſtior ſignificatio aſſumitur [k]. Vnde ſi imponeretur vectigal animalia vendentibus, nõ cenſebitur etiam donantibus, vel permutantibus impoſitum [l]. Sunt & qui generaliter idem in qualibet materia, quæ à iuris communis orbita recedat, exiſtiment [m]. Sed hoc ab ea quæſtione pendet, an in exorbitãtibus à ſtricta ſignificatione ad latam fiat extenſio [n]. quam de verborum ſignificatione libro ſecundo latiſsimè explicui. Addit Baldus idem in quacunq; ſtricta materia reſpõdendum [o]: quod ego ſaluis ſuprà ſcriptis intelligendum arbitror, & ideo eius deciſionem ſimpliciter non laudo, qua tradidit in cõtractibus, quia verba ſtrictè accipiuntur, prohibita venditione de cæteris alienationibus actum non cenſeri [p]: quod defendi duntaxat in contractibus limitatis poteſt, qualis eſt mãdatum, quod certam formam continet [q]. Qua ratione mulier vendere & donare poteſt: fideiubere non poteſt, quòd hic caſus ſpecialiter ſenatuſconſulto exceptus ſit [r]. Sic & perſona ſi emere prohibeatur, nõ impedietur quin pignus accipiat, quia diſpoſitio limitata eſt [ſ]: cùm ſecus ſit, ſi res ipſa vendi prohibeatur, vel extra commercium conſtituatur [t]. Quod & in ſacerdotiis traditum eſt, quæ vendi nequeunt, ſed gratuita conceſsione conferri debent [u]. Quod & de magiſtratibus, qui ad ius dicendum pertinent, proditum eſt [x].

XVI.

44 Sed † an prohibita donatione, cenſeatur prohibita quælibet alienatio? & Alexander, Iaſonque diſtinguendum arbitrantur, vt in præcedenti quæſtione factum eſt. Ego ex vi verbi donationis appellatione alios contractus contineri nullo modo arbitror: & ideo vetita donatione, non ſequitur ſubmotum eſſe ius vendendi, vel alienandi permutatione, ſimilibuſque cõtractibus [y], cùm res ipſa, vel pretium loco alterius rei ſuccedat [z], vnde pauperior non ſit hęres, cui tali præcepto conſultum voluit teſtator [a].

a l. liberorũ. uer. quod tamen. ꝟ. tit. ij. Bar. l. ſi qd earum. eo. tit.
b d. l. cũ lege. gl. et Alex ꝟ. in rub. de iur. om. iud.
c Bar. d. l. ſi quid earum.
d d. l. ſicut. §. ſed ſi promiſerit. ubi Bart.
e l. fi. C. de prędec. lib. x.
f l. ſi pupillorũ. §. ſi prætor ꝟ. de reb. eor. Bar. l. alio. de alim. leg.
g l. Ita conſtante. ꝟ. de iur. dot. Caſt. cõſ. 269. in j.
h l. milites. j. in fi. de re mil. & l. ij. in prin. eo. tit.
i l. cũ hi. §. planè. de tranſact.
k Ioan. And. in Spec. d. §. nũc dicendũ. uerſ. ſed pone, ſtatutum.
l Bertachin. in tract. gabel. viij. parte, particula iij. q. iij. & ſeq.
m Aret. d. conſ. 225. Alex. lxxvj. Mod. hic.
n Bart. l. ſi conſtãte. ff. ſol. mat.
o Bal. l. uolũtas C. de fideicom.
p l. quicquid. ff. de uerb. oblig.
q l. cuicunq;. §. non. tamẽ. ff. de inſtit.
r l. j. ad S.C. Velleian.
ſ l. in quorũ. de pig. ubi Bart.
t l. fin. C. de reb. alien.
u c. j. extrà, de ſimon.
x in aut. ut iud. ſine quoq; ſuff.
y l. contra. §. fi. ꝟ. de pact.
z l. j. §. ſi mutuam. ſi quid in fraud. pat.
a l. ſi rẽ & pretium. ff. de pet. hæred.

Et rectè regula iuris concepta eſt, cui eſt ius donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſſe: at in eo, cui ius donandi non eſt, non dicitur ius quoque vendendi non eſſe [b]. Sed an ſaltem per extenſionum cenſebitur prohibita quælibet alienatio? & regulariter non putarim [c], cùm in diſpoſitione hominis fiat ſtricta interpretatio, & in materia ſtricta appellatio donationis neq; ad eam donationem trahatur, quæ impropria ſit [d]. A Si tamen prohibitio donationis ex cauſa facta ſit, quæ aliis contractibus conueniat, tunc ſecus eſſet [e], defendique Alexandri, Iaſoniſq; ſententia poſſet, vt quia prohibuerit donationem, quoniam volebat bona ſua perennare in familia [f].

XVII.

45 Conſequens eſt, vt videamus, an † prohibitio alienationis facta filiis, ad nepotes extendatur? & receptiſsima eſt ſententia, nõ extendi [g]. Quæ concluſio maximè procedit, cùm nominatim filij prohibiti ſunt [h], vel cùm ex eorum moribus B cõſtat habuiſſe patrem filiorum prodigalitatem ſuſpectam [i]. cùm enim huiuſmodi qualitas ad nepotes non tranſeat, non debet ad eos fieri extenſio [k]. Idem, ſi nepotibus teſtator nihil reliquerit. cùm enim prohibitio alienationis fideicommiſſum inducat, quod grauamen eſt, nepotes, quibus nihil reliquit, non poteſt teſtator grauare [l], quod Angelus rectè reſpondit [m], & Iaſon hîc ſequitur. non enim ex eo, quòd grauati ſint, videntur etiam honorati, vt communis ſe habet C ſententia [n]. Idem, ſi in caſum alienationis vocati ſunt nepotes. cùm enim fauore nepotum prohibitio filiis facta ſit, non eſt veriſimile eos quoque prohibitos. quod Alexander hîc cenſuit [o]. Sed ego ex communi ſententia generaliter puto cõcluſionem veram. cuius ea eſt ratio, quia fideicommiſſum hoc caſu inducitur in pœnam filij alienantis, & teſtatoris præcepto non parentis.

46 Vnde † cùm diſpoſitio hæc pœnalis ſit, cenſetur odioſa, ſtrictamque interpretationem recipit [p]. D Addit Salic [q]. ideo quoq; odioſam eſſe, quia liberam diſponendi facultatem domino in re ſua aufert, [r] id q; & alij probant [ſ]. Sed mihi prior ratio verior videtur, vtcunq; omnes conſentiũt, prohibitionem hanc alienationis odioſum cenſeri. Et licet Crotus hac in re velitetur, eius rationum diſſolutio difficilis non eſt [t]. Hincq; videtur inferendum, idem in fideicommiſſo eſſe, vt

47 † ſcilicet fideicommiſſum filio iniunctum, nepoti iniunctum non cenſeatur [u]. eſt enim fideicom E miſſum onus [x], vnde tanquam odioſum, non ſit in eius materia extenſio, vt appellatione filij nepos contineatur [y], vt Paul. Caſtrenſis, Curt. Decius, multique alij reſponderunt [z]. Quod videtur procedere etiam in caſu contrario, vt grauatus reſtituere filiis, non intelligatur grauatus erga nepotes. hîc enim de onere ſaltem ipſius grauati agitur [a]. Et videtur eſſe receptior ſententia [b], niſi tamen ex aliquibus coniecturis alia fuiſſe mẽs teſtatoris deprehendatur [c], quod Bal. F Alex. Iaſ. reſponderunt [d], quas tamen oportet probabiles eſſe, non quales Curt. Iunior commentus eſt [e]. ſunt enim admodum leues, & à nobis alibi reprobatæ [f]. In fideicommiſſo certè à communi aſcendente facto probabilis eſt coniectura, voluiſſe eum etiã filiorum appellatione

nepo-

b l. cui ius. ubi Din. & Abb. de reg. iur.
c c. fi. de accuſa ubi Aretin.
d l. j. ubi Bart. l. filiusfamilias. §. pari ff. de don.
e arg. d. l. ſicut. §. ſed & ſi gmiſerit. Ruin. hic.
f Bar. d. l. pater. §. fundũ. ꝟ. tit. ij.
g gl. §. nos igit. in auth. de reſt. fideicommiſ.
h l. Lucius. ubi Bar. §. j. ꝟ. tit. ij.
i arg. liberorũ. de uerb. ſignif.
k l. fi. C. de nat. lib.
l l. ab eo. C. de fideicommiſ.
m Ang. cõſ. vij
n l. in Cẽturio. ꝟ. de uulg.
o arg. d. §. non igitur.
p l. quòd ſi nepos. de teſt. tut. l. j. §. quare. ff. de uent. in poſſ. mit. l. Titius. in princ. de lib. & poſth.
q Salic. d. l. uoluntas.
r l. nõ uſque adeo. ꝟ. ſi quis à parent.
ſ Ang. d. conſ. 7. Paul. conſil. 38. dubium facit Alex. 46. 56. in 5. Soc. 13. 43. in 3.
t Ripa. hic.
u arg. §. cũ quis. ꝟ. hac lege noſtra, l. cũ uxori. G. quando dies. leg. ced.
x l. cohæredi. §. cùm filiæ. de uulg.
y l. lege Iulia. 45. Pariſ. conſil. conſil. 104. in 3. conſ. 357. uol. 4.
f l. inter ſtuprũ. ff. de rit. nupt. d. l. patri. de adult.
z Dec. con. 218. Curt. Sen. 86. in ij.
a d. l. quòd ſi nepotes. Bar. d. l. liberorũ.
b Soci. Corn. conſ. 199. in ij.
c d. l. liberorum circa med.
d Bal. Alex. conſ. 9. in j. Iaſ. conſ. 52. in iij.
e Curt. conſ. iij. & ſeq. §. fi. & in l. Herennius. ff. de uerb. fig.



nepotibus conſulere [a]: vt Franciſcus Accurſij reſpondit, & plerique ſecuti ſunt [b]. Quod videtur intelligendum, vbi onus aliquod filio non imponeretur, qui gradu proximior eſt [c]. non enim facilè capienda eſt cõiectura, voluiſſe patrem filio ſuo onus iniungere [d]. Sed & ſi de ſucceſsione directa tractetur, ceſſat ſuprà ſcripta ratio. ea enim non eſt onus, & ideo appellatione filiorum venient nepotes, quando teſtator in futurum euentum diſpoſitionem concepit [e]. & licet Alexã. ex A coniectura futuri euentus idem quandoq; reſpõderit in fideicommiſsis eſſe [f], tamen alij contrà dicunt, quos ego hoc caſu magis probo [g]. Nam & idem Alexander reſpondit, in ſubſtitutione compendioſa nepotem nomine filij contineri, quãdo ex ea directò ſucceditur. tunc enim de onere aliquo non tractatur [h]. Idem reſpondit, quãdo dubium non eſt, quin hæres ſit grauatus, ſed controuerſia eſt inter nepotes ex filiis præmortuis, qui cum patruis fideicõmiſſum petant. tunc B enim, quia quæſtio de onere nõ eſt, nepotes partem facere [i]. quod intelligit Aret. quando cauſa inteſtati cauſam teſtati adiuuat [k]. Vnde apparet aliud eſſe, ſi is, qui fideicommiſerat, fuiſſet extraneus, licet alij aliter reſponderint [l]. illud omnes fatentur, cùm grauatus eſt Titio reſtituere, ſi deceſſerit ſine filiis, relicto nepote liberari [m], cùm hoc caſu non de onere, ſed de liberatione agatur [n]. Adiicit Socin. relicto monachis prædio. C poſtquam Titius & eius filij deſierint viuere, expectandam quoq; nepotum mortem [o]. quod nõ puto verum: alioquin & pronepotũ cęterorumque deinceps mors eſſet expectãda, cùm ſi extenſioni ſit locus, nulla ratio magis ſit pro nepotibus, quàm pro cæteris [p]. Quod aduerſus manifeſtam teſtatoris mentem eſſet. videtur enim cohęrere perſonæ hæc conditio, id eſt, certam perſonam deſignare: & ideo non extendi [q], cùm tali caſu nec appellatio nepotis ad pronepotem trahatur [r].

Lim. I.

Sanè quod dictum eſt prohibita filiis D alienatione nepotibus interdictum non videri, procedit, cùm prohibitio perſonalis eſt: quòd ſi

48 † in rem facta proponatur, tunc ſecus eſt, nõ quia appellatione filij comprędatur nepos, ſed quia res ipſa penes quemcunq; cũ ſua cauſa remanet: vt ſi teſtator dixerit, prohibeo bona mea alienari extra familiam, tũc nec filius hæres inſtitutus, nec nepos alienabunt [ſ]. quod Alex. tradidit, & omnes probant. Ego ſubſiſto, quia hoc caſu non E prohibetur extraneus inteſtato ſuccedere [t]. Ergo apparet rem cum onere fideicommiſsi non tranſire, ſed eius indeuotionem requiri, qui à teſtatore ſit prohibitus.

II.

non tamen coactioni locum eſſe, ſi compromiſſo addita non ſit pœna [a], ne aliàs eius ſententia ſit illuſoria [b]. Quæ ratio iure pontificio nõ haberet locũ, cùm eo iure ex pacto nudo agi poſsit [c], quod Imo. cenſuit. Sed & hodie iure noſtro non procederet, cùm lege Iuſtiniani, compromiſsis pacto nudo conceptis, actio dari poſsit [d], quod hîc Alex. tradit. Ego non facilè legum correctionem amplecti ſoleo [e], & ideo non cogi etiam hodie arbitrum exiſtimo, qui probabiliter allegare poteſt ſe acquieuiſſe compromiſſo, quia ſperaret fore, vt partes requiſitæ pœnam adijcerẽt. vnde ex cauſa ſupervenienteoritur excuſatio propter V. compromiſsi naturam [f]. Sed quid in arbitratore reſpondebimus? & receptior videtur ſententia, cogi arbitratorem, quamvis pœna aliqua compromiſſo adiecta non ſit [g], quia ſententię arbitratoris ſtatur non metu pœnæ, ſed æquitatis ratione, vt Alex. hîc docet [h]. Ego teneri arbitratorem ad factum arbitror: & ideo ſi arbitrari nolit, in id, quod intereſt, condemnari [i]. Vnde conſequens eſt, vt præciſè cogi non poſſit [k]. eſt enim arbitrator, ceu quidam interpres, & medius ad componendas partes, eiuſque ſententia nihil ad iudicia pertinet, ſed ad contractus [l], in quibus regula eſt, in id, quod intereſt, fieri condẽnationem [m]. Quòd ſi qui caſus ſunt, quibus præciſè cogitur, hi ſpecialiter videntur inducti vel fauore redemptionis captiuorum [n], vel ob pias cauſas [o], vel propter pupillorum vtilitatem [p]. Non videtur autem multum poſſe actoris intereſſe, cùm potuerit arbitrator contra eum pronuntiare: quo caſu vtile ei fuiſſet arbitratorem non cogi, tantum abeſt, vt damnoſum ſit [q].

VI. Subijcit hîc Bartol. quoties arbitrium in legato conditionaliter eſſet requiſitum, quamvis arbitrator acceptauerit, non tamen cogi poſſe. nõ enim cogitur quiſquam conditionem adimplere [r], aliàs non eſſet conditio [s]. Quæ ſententia etiam mihi placet. teſtator enim cõditionem adijciendo, videtur rem in libera voluntate illius reliquiſſe [t], vt meritò cogi non poſsit. Imol. tamen, vt eſt apud Alexand. relatum, diſſentit [u], tanquam actus ille cenſeatur conditionalis vſq; ad arbitratoris acceptationem: ſicvt aliàs videmus aliquem actum conditionalem eſſe vſq; ad certum tempus, & interim rem eſſe in periculo [x], cùm fortè arbitrator non cogetur, & evenire poſſit, vt quamvis coactus, tamen arbitrari detrectet, & obduret: ſed ſatius eſt Bartolum ſequi E propter mentem teſtatoris, qui videtur ſubieciſſe liberæ voluntati ipſius, vt dixi.

II. quæſtio.
15 Sed † quo iure cogetur quis arbitrari? & Bar ſi ei ſit aliquid relictum teſtamento, & agnouerit legatũ, actione ex teſtamento cogi poſſe cenſuit [y]: aliàs talis actio non competeret adverſus eum, qui commodum pecuniarium non conſequitur [z]. Quod intelligo, vt etiam ea actione repeti, quod accepit, poſsit [a]. Si verò cogitur quis, vt quilibet ſubiectus, tunc non actione aliqua, ſed officio iudicis compelletur [b], vt ſuprà primo in caſu docui, idque etiam ſi commodum conſequatur arbitror, dum tamen non iuſſu teſtatoris, ſed iudicis [c]: poteritque & quandoque in id, quod intereſt conveniri, cùm quis obligauit ſe contractu ad arbitrandum [d], vt in tertio caſu à me ſuprà eſt traditum, & non diſsimili caſu alibi docuit Bart. Quòd ſi dolo detrectet, fortè actio doli dabitur [e].

III. quæſtio. Sed quid, ſi arbitrari nolit, an valeat legatum? & Accurſ. alibi valere ſentit, tanquam legatum nihilo minùs ſit purum [f]. quod verum eſt, ſi arbitrio talis legatum ſit: ſecus, ſi verba conditionaliter ſint prolata. comparatur enim hæc conditio *Si Titius arbitrabitur*, illi *Si aſcenderit in Capitolium*, in qua certum eſt non impleta conditione nihil deberi [g]. Sed † quomodo cenſebitur arbitrator hîc noluiſſe arbitrari? & diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus, cùm de ea ſpecie agitur, in qua arbiter cogi non poteſt, & quia donec vi- A uit, arbitrari poteſt, non cenſebitur nolle, niſi cùm morietur [h]. quod Raph. hîc fatetur, cùm cõditionaliter requiſitum eſt arbitrium. Ego idem ſentio, etiam ſi in vim ſeptimi caſus requiratur, dum talis mora arbitrio boni viri non repugnet: quod Accurſius hîc ſentit [i]. Humanitate tamen Iuſtiniani inductum eſt, vt legato ſeruo, quem Titius elegerit, non expectetur longior dies, quàm annus [k]: quia hoc caſu non tam ſubſtantia legati, quàm declaratio in arbitrium Titij collaB ta videtur. quæ ſententia receptior eſt [l], ne lex nouella extra caſum ſuum extendatur, & eas leges reſtringat, quæ ſimpliciter ſentiunt etiã poſt annum arbitratori ius eſſe iudicandi [m], huiuſmodique facultatem eſſe perpetuam [n]. ſicvt & mandati actio perpetua eſt [o], quicquid hîc Bartolus tradiderit. Alter † eſt caſus, cùm arbitrator cogi 17 poteſt. & tunc cenſebitur nolle, qui interpellatus & in mora conſtitutus fuerit [p]: ſiue, quia expreſsè negauerit ſe velle quicquam arbitrari [q], C non enim videtur vlteriùs admonendus eſſe [r]: ſiue præfixa ſibi à iudice die nihil ſtatuerit [s]. Quod procedere videtur, non ſolùm quando ad ſuum commodum arbitrari debet, vt Bart. cenſuit, ſed etiam ſi ad commodum alterius, vt ego ſentio. Generalis enim regula eſt, poſt conſtitutum à iudice diem in mora reum conſtitui [t], ſiue interpellatus in iudicio fuerit. talis enim interpellatio in mora conſtituit, non ſolùm ſi de electione perſonarum agatur [u], ſed generaliter D cùm iudicialis interpellatio ſemper ſoleat eſſe efficacior [x]. Poterit tamen is arbitrator moram purgare, vt quia adhuc lis non ſit conteſtata [y]: vel, quia res ſit integra, nec ius creditoris factum deterius [z]: vel, quia mens teſtatoris ſit, vt quandocunque arbitrari poſsit, donec viuat. tunc enim nec in mora quidem fuiſſe vnquam cenſetur, vt cùm ſcriptum eſt, Rogo, vt ſeruos, ſi de te promeruerint, dignos libertate exiſtimes [a]. videtur enim voluiſſe, vt ſeruus hẹredi paréret, dò E nec hæres viueret, quod Bartolus hic docet: nec promeruiſſe quis ante exitum poteſt cenſeri, ex veteri carmine, Alius de alio iudicat dies, ſupremus de omnibus, Plin. lib. vij. cap. xl. In contractibus verò quid ſtatuendum ſit, loco ſuo diximus [b]. Sed quid in ſtatutis? & videtur arbitrium in eis requiſitum magis ſecũdum vltimas voluntates intelligendum, quàm ſecundum cõtractus [c], quod Bald. reſpondit [d].

V. quæſt.
18 Sed † pone arbitratorem nolle arbitrari, quis erit adeũdus? & pro regula conſtituendum eſt, Bonum virum, id eſt iudicem, adiri [e], ſiue de eligenda re vel quantitate incerta agatur, vt in lege noſtra [f], ſiue de perſona eligenda, putà pauperibus alendis, vel captiuis redimendis [g]. Quod adeò eſt verum, vt terminus ſoluendi legata arbitraria à teſtatore præfixus, nunquam incipiat currere, niſi poſtquam iudex, qui adiri debuit, rem ipſam definiuerit [h]: quod Aretinus reſpondit [i].

LIII. In arbitrium.

IIII. quæſt.
16

a l. non diſtinguemus. §. i. de arbit.
b l. i. C. de arbit.
c c. i. de pact.
d l. cùm antea. C. de arbit.
e l. i. §. ſed & hoc ſtudioſum. C. de ue. ivr. enuc. dixi lib. vi. Parerg. c. xiiii.
f l. quæro. §. i. locat. c. cum inter. de renũt. ubi Imo.
g Bald. l. ſi. C. de contrah. empt.
h Bart. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. pro ſocio.
i l. ſi quis. ff. de re iud.
K gl. d. l. ſi. Rui. hic.
l c. Quintauallis. de iurciur.
m l. ſtipulationes non diuiduntur. de uerb. oblig.
n l. ſi quis. C. de donat.
o c. tua nos. de teſtam.
p d. l. ſpadonem. §. i.
q d. l. ſi quis ab.
r l. cum ab eo. ff. de contrahend. empt Feder. conſ. cel.
s l. ſi quis ſub. ff. ſi quis omiſſ.
t l. iii. §. ſi quis. ff. de adim. leg.
u arg. not. Cin. in d. l. fin.
x l. ille. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel.
y l. ſi. C. de don. quæ ſub. mod.
z l. planè. ii. in ſi. §. tit. i.
a d. l. ſi. de conf. tut.
b gl. d. l. nulli.
c d. l. iii. ubi Bar. de alim. leg.
d Bar. d. l. Firmio. §. i. quando dies leg.
e arg. l. ſi quis adſirmauerit. §. de dolo.



f gl. d. l. is, qui hæres.
g d. l. is, qui hæres.
h l. ita ſtipulatus, mag. de uerb. oblig. l. fideiuſſor obligari. §. fin. de fideiuſ.
i gl. uerb. mora. in ſi.
K d. l. fin. §. ſed & ſi quis. C. com. de leg.
l Doct. d. l. ſi quis arbitratu.
m l. noſtra, & d. §. quanquam.
n auth. ſi tamen. C. de appel.
o l. iii. C. de præſcript. xxx. annor.
p arg. l. ſi duo. §. ſi. ubi Barto l. de conſt. pec.
q d. l. ſi. §. ſed & ſi quis.
r gl. l. ex conſenſu. §. ſi. de app. Doct. c. i. de ſupplen. neglig. prælat.
s l. ſi tibi. l. mancipiorum. de opt. leg. l. iii. §. ſi ad diẽ de re milit. l. qui commeatus eod.
t l. Celſus. de arbit. l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. c. accepimus. ubi Felin. de fid. inſtr.
u l. cum quidã. ii. ỹ. eo.
x l. i. & ii. C. quãdo libel. prin. dat. l. ſi. de leg. cõmiſ. l. pacta nouiſſima. C. de pact. Bart. l. ſi ex legati. de uerb. oblig.
y l. ſi inſulam. de uerb. obligat. d. l. cum quidam.
z d. l. mancipiorum.
a l. ſeruos. ff. de man. teſt.
b d. l. ſi quis arbitratu.
c arg. l. ſi ita fuerit. §. conditionẽ de man. teſt.
d Bald. conſil. cccxx. uol. iii.
e l. continus. §. uol. iii. gl. d. l. nulli. xciiii.

cũ quis. de verb. oblig. l. in perſonã. §. i. de reg. iur. f Alex. conſ. xiii. h l. iii. §. ſi quis hæred. de ſtatulib. l. tali. ff. de iur. dot. i Aret. conſ.

Nec obſtat, quod leges dicant tale legatum arbitrio boni viri eſſe [a], quaſi ſentiát iudicem ſtatim adeundum, vt inutilis circuitus euitetur. Reſpódeo enim, non ideo minus húc in primis adeundum, cui teſtator partes cognoſcendi dedit [b].

I. Non † tamen perpetuum eſt, vt ſemper iudex
19 adeatur. Quid enim, ſi teſtator in liberam voluntatem Titij legatum repoſuerit? apparet tūc à perſona non eſſe recedendum, vt in principio legis noſtrę traditur. quod plerunque in contractibus obſeruari ſolet [c]. non enim poteſt iudex de his decernere, quæ non iuri, ſed liberæ volūtati ſubijciuntur [d], dum tamen quicquam dolo malo, aut contra ius gentium, vel naturalem æquitatem non diſponat [e], quod Aretin. cenſuit [f].

II. Huc pertinet, & cùm conditionaliter teſtator locutus eſt, vt in principio legis noſtræ. videtur enim in libera eius voluntatem cōtuliſſe. Quod intelligendum, cùm conditio tertium aliquem reſpicit, non ſi hæredem: tunc ad arbitrium boni
III. viri recurritur [g]. Quid rurſus, ſi tale arbitrium à lege ſit improbatum? tunc nec ei ſubrogatur iudex, ſed pro nō ſcripta eſt huiuſmodi adiectio [h], vt in cōditione *Si arbitratu Seij mulier nupſerit*. lex enim omnimodo matrimonia vult eſſe libera, adeò vt nec iudici permittat tale libertatem reſtrin
IIII. gere. Quid item, ſi de pœnæ commiſſione agatur? non enim pœna compromiſſo adiecta, quæ arbitratoris contemptum vlciſcitur, etiam ad iudicis perſonam eſt extendenda [i]. quod variis e
V. xemplis Doctores affirmant. Addit hîc Bart. quoties arbitriū in eo vertitur, vt res incerta ex certis eligatur, tunc nō ad iudicem recurri, ſed ius legatario ipſi competere [k]. Quod ſpecialiter humanitate Iuſtiniani inductum eſt, & quidem in re, quæ non arbitrij, ſed voluntatis eſt, & ideo ſecundum limites ſuos reſtringendum videtur, vt Raph. hîc tradit, nō autem extra illum caſum
VI. extendendum, vt Bart. credidit. Idem ſubijcit, cùm de incerta perſona ex certis eligenda tractatur, nec tunc iudicem adiri, ſed omnes vocatos cenſeri [l]. Cuius rei talis eſt ratio: Pone, teſtator iuſſit fundum dari libertis, quibus hæres volet. electio hæc relicta eſt hęredis ipſius fauore. quid ſi ſit negligens? cenſetur legatum ſimpliciter libertis relictum, omneſque ſimul admittuntur. ceſſat enim ratio fauoris, cùm hæres nihil decla
VI. quæſt. rauerit. Suprà ſcripta procedunt, cùm arbitra
20 tor detrectat arbitrari. Sed † quid ſi arbitratus ſit, & male? & idem receptum, vt iudex adeatur [m]. videtur enim teſtator ita mandaſſe, quia crediderit arbitrum rectè iudicaturum, nō quòd voluerit immodicè quenquam grauari [n], vt meritò, ſi id fuerit, recurratur ad iudicem, qui laudatiuum corrigat [o]. Quod ſi in cōtractibus bonæ fidei receptum eſt [p], in vltimis quoque voluntatibus obſeruabitur, quarum iudicia naturam bonæ fidei habent [q]: & ita omnium conſenſu receptum eſt. Quamuis ergo in conditione *Si Titius arbitrabitur*, eo detrectante à perſona non recedatur, vt in principio legis noſtræ proditum eſt, ſi tamen arbitretur, & iniquè, adeundus erit iudex qui malè conſtituta corrigat: fietque huiuſmodi correctio actione ex contractu [r], quæ nihil commune habet cum appellatione, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali. quod inter conſilia Calderini Ancher. rectè reſpondit [s]. quicquid hîc Imol. tra
VI. quæſt. diderit [t]. Quid verò in contractibus iuris ſit, ſuo
21 loco traditum eſt [u]. Sed † qualiter debebit hîc vir bonus arbitrari? & lex noſtra ait pro viribus

a d. §. quanquam. d. l. ſi ſic. in princ. & l. noſtra.
b l. cum pater. §. rogo. ff. eod.
c d. l. ſi quis arbitratu.
d d. l. cum quidā. in princ.
e l. creditor. §. Lucius. ff. mād. l. cum paterfamilias. de teſtam. milit.
f Aretin. c. ſuper his. char. pe. de accuſ. Bart. l. filiusfamilias. de donat.
g d. §. quanquā. d. l. ſi ſic.
h l. cum tale. §. ſcriptum de cond. & demonſt.
i l. mulcta. vbi Bart. de cond. & demonſt. Aret. c. ſuper his. extrà, de accuſat.
K d. §. ſed & ſi quis.
l d. l. cum quidā. l. ſi quis Titio. in fi. ff. eod.
m d. l. in perſonā. §. i. l. cōtinuus. §. cum ita. de uerb. oblig.
n l. ſi libertis ita. de oper. lib.
o l. unde ſi Neruæ. ff. pro ſocio.
p l. hæc uenditio. de cōtrahen. emp.
q l. in minorem. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.
r d. l. unde.
s conſ. ultimo, tit. de arbit.
t ar. l. non diſtinguemus. §. cū quidam. de arbit.
u de. l. ſi quis arbitratu.

patrimonij. potiſsima enim ſemper hæc eſt ratio, quæ modum facultatum reſpicit. Vnde quāuis relictum ob certam cauſam, putà dotis, alimētorum ſtudij, ita intelligatur, vt ei cauſæ ſufficiat [x], tamen reſtringitur, niſi facultates non ſuperſint [y]. Sic & alimentis Titij arbitratu legatis, ſecundum modum legatæ dotis, id eſt relictarū facultatum, fit æſtimatio [z]. Et quamvis aliàs teſtatoris & legatarij dignitas, charitas, neceſſitu
A do attendatur [a], tamen id ſemper intelligitur ꝓ opibus teſtatoris, &, vt in proverbio eſt, Meſſe tenus propria [b]. Quid ergo, ſi cauſa expreſſa non ſit? & ſatis eſt tacitè ſubeſſe, vel alioquin præſumi, vt in lege noſtra, cùm legatur pupillo arbitrio tutorum, præſumitur cauſa alimentorum [c], vel dotis [d]. Quòd ſi nō ſubſint ſigna probabilia pręſumptionis, videtur legatum propter incertitudinem vitiari [e]. Sed tamen, vt Raph. ait, huic opinioni lex noſtra in fine repugnat: &
B ideo credendum eſt non cenſeri incertum legatum, cùm declarari ab arbitro poſsit [f]. Sanè huius rei ſtatus coniecturalis eſt, & ideo certis regulis definiri non poteſt [g]. Rurſus dubitatur, VIII. quæſt.
an † arbitrari præſente hęrede, vel ſaltem requiſito quis debeat? & videtur non eſſe neceſſariam 22
citationem, quia talis actus non eſt iudiciarius [h], ſed potiùs quædam declaratio vltimæ voluntatis. vnde etiam in teſtamento fieri poteſt [i]: & quia laudatiuum etiam patre inuita fieri poteſt,
C igitur & abſente [k]: & quia ſatis eſt, quòd deueniat deinde ad eius cognitionem, cuius intereſt, etiam ſi ex poſtfacto [l]. nam & arbitrando quis adimplet conditionem. at eam adimpleri poſſe etiam parte abſente conſtat [m]. Sed & deportatus arbitrari poteſt [n], ad quem nō eſt veriſimile partes in inſulam acceſſuras. Poteſt quis & per epiſtolam arbitrari [o]. Sic & feriatis diebus nemo in ius vocatur, & tamen tranſactiones & laudatiua celebrari poſſunt [p], receptiorque hæc eſt ſenten
D tia. Bartolus tamen in arbitratore ad lites, ſeu ſuper contractibus neceſſariam eſſe citationem, vel partis præſentiam alibi diſputauit [q], quem paucis caſibus alij ſequuntur. Sed & in fine legis noſtræ cùm quantitas non eſt expreſſa, videtur admonendus hæres: quod idē Bar. hîc cenſuit [r], vt tamen ego arbitror, ad inſtructionem, non ad ſententiam. Quod generaliter videtur dicēdum, quoties qs de re arbitraretur, de qua inſtructus non eſſet, debet enim priùs inſtrui, & eos voca
E re, vnde admoneri poſsit [s]. Idemq́;, cùm de legati mutatione agitur [t], vel de rerum æſtimatione, quæ aliquo caſu reſtituendæ ſunt [u]. aliàs enim his, qui vocati non ſunt, nullum damnum infligi poſſet [x]. Qua ratione in venditione pignoris ſemper debitori denuntiandum eſt. ſubeſt enim incertitudo pretii, vnde lædi ille poſſet [y]. Idemque, cùm quis admonitus potuiſſet in ſuam ſententiam ipſum arbitratorem trahere [z], ſi tamen de damno vitādo is agat, non ſi ad lucrū
F adſpiret, vt hîc Bart. ait [a]. Idem in executore, qui habet à lege vendendi poteſtatem, intelligitur enim vocatis partibus [b]. Addit Bar. idem, & ſi haberet ab homine hanc poteſtatem, ſed non limitatam, nec omnino voluntariā. qua de re alibi [c]. IX. quæſtio.
23 Sed an à ſententia boni viri, ad quem recurſum eſt, licita ſit appellatio? & Bart. poſt Innoc. & Ioan. And. negat, cùm nec ab arbitratore quidem appellari poſſit [d]. Igitur nec à iudice, qui ei

bit. a l. unum ex familia. ff. eo. tit. b l. à diuo Pio. §. in uenditione. ff. c Bart. d. l. alio. d d. §. arbitrorum. Innoc. c. præſenti. de reſcript.

x d. l. ſi filiæ. ff. tit. i. l. quæro. de iur. dot.
y l. quidam in teſtamento. ff. eod.
z l. cum unus. §. fi. de alim. leg.
a l. ſi ſeruus plurium. in fi. ſ. tit. i.
b Alex. conſ. iii. in fin. uol. iiii.
c l. ſi cui. de ann. leg.
d l. cum poſt. §. gener. de iur. dot. l. ſi cui. de adim. leg.
e d. l. ita ſtipulatus.
f d. §. gener. ibi, arbitrio detracto.
g Bart l. fi. in prin. ip. ff. quod met. cauſ.
h d. c. Quintauallis.
i l. unum ex familia. ff. eod. l. pater filiū. ad l. Falc.
K l. qui poteſt inuitis. de reg. iur. l. iii. §. ii. de fid. lib.
l d. l. nulli. §. cum autem.
m l. ii. cum gl. de cond. & demōſt.
n l. cum pater. §. hæreditatem. i ff. eod.
o l. ii. ſi menſ. falſ. mod. dix.
p l. fi. C. de feriis.
q l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. oblig.
r arg. d. l. ſi quis arbitratu. & d. l. Theopompus. de dot. præleg.
s l. iii. §. ſed & ſi. ubi pupil. educ. deb.
t l. legatum. de uſuf. legat.
u l. hæc edictaſ. §. his illud. C. de ſec. nupt.
x l. i. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus, quàm per Falc.
y l. creditor. C. de diſtract. pig. Bart. l. alio. de alim. leg.
z l. ſed & ſi lis tres. l. ſicuti. de re iud.





ſubrogatus eſt [a]. quia natura ſubrogationis hoc ſuadet [b]: alioquin hæc trāſactio, quæ ad compendia litium inventa eſt, prolixiorem haberet moram [c], probaruntque non pauci, & quidem grauiores auctores hanc ſententiam, adeò vt aliqui communiter receptam exiſtiment, & in foro obſeruandam cenſeant [d]. Sed tamen & plerique alij ſtant contrà [e]. non enim facilè recedendum à regula eſt, quæ à ſententijs iudicum appellationes paſſim concedit [f]. Et licet ab arbitratore, ceu priuata perſona, appellari nequeat, tamē ſecus videtur à iudice, cuius ſententia ex iure publico, id eſt iuriſdictione, conſiſtit [g]: & ſicvt à iudice infirmante, vel confirmante trānſactionem, poteſt etiam ſecūdo appellari, nihil videtur obſtare, quin idem ſit in laudatiuo [h], quod quidem tranſactionis inſtar habet [i]. Et quamvis ab eo, cuius liberæ voluntati quid commiſſum eſt, appellari non poſſit [k], tamen ſecus eſt, ſi arbitrio tantùm ſit commiſſum [l]. At in caſu noſtro hæc reductio non ad liberam voluntatem pertinet, ſed ad eam, quæ legibus coarctata ſit. nam & ab arbitro traditum eſt appellari poſſe, quando tāquam iudex procedit [m]. Ergo multò fortiùs à iudice, quamuis ſit arbitro ſubrogatus [n]. conſtat enim eorum reſpectu, quæ ad ordinem procedendi referuntur, præſens tribunal, non autem primi iudicis conſiderari [o]. At facultas appellandi nō ad cauſæ merita, ſed ad proceſſum pertinere exiſtimatur: quod poſt Veteres Alex. hîc cenſuit. Sunt tamen, qui id ſolum procedere exiſtiment, cùm de appellatione ab interlocutoria agitur, non cùm à definitiua [p]. Item cùm iudex tanquā iudex procedit, vt ſecūdum iuſtitiam iudicet [q]. non cùm de arbitratoris facto inquirit, an pro ęquitate partium compoſitionem procurarit: qui noſter caſus eſt. ſatis enim eſt, ſi ſemel tantùm id permittatur [r], vt tandem ſit finis litium, ſecundum arbitrij naturam [s]: ſicvt videmus ab exceſſu executionis non niſi ſemel appellari, quod Nicolaus, Angeluſque cenſuerunt, & à Decio relatum extat [t]. Ego Bartolum ſequerer, cùm bonus vir, id eſt iudex, modico damno appellātem adfeciſſet. id enim ſecundum naturam arbitrij permiſſum eſt [u]: quod non vno in loco Bald. tradidit, & Pontanus reſpondit [x], itemque Alexan. [y]. Vnde conſequens eſſe videtur, vt idem cenſeamus, cùm iudicis ſententia laudatiuum arbitratoris confirmaſſet. ſatis enim inde apparet arbitri ipſius ęquitas, ideoque non putarem vlteriùs appellationi deferendum: quod Raph. hîc videtur ſenſiſſe, & Caſtr. reſpondit [z]. Fortiùs poſſet dici, etiam ſi non omnino conformes eſſent hæ ſententiæ, ſed ex ſecunda appareret non ſubeſſe enormem læſionem in prima, tunc cùm non arguatur arbitratoris culpa, non eſſe deferendum appellationi, id eſt, cùm non vltra tertiam partē eum iudex grauaſſet, vt Orianus diſtinguit [a]. Si enim ſupra tertiā partem grauaſſet, ſecus eſſet [b]: quod Bald. tradidit [c], dum tamen in appellatione hæc qualitas grauaminis vltra tertiam eſſet expreſſa [d]. Sed Aret. contrà [e]. cùm enim hæc ſit definitiua, non videtur neceſſaria qualitas, vel cauſæ expreſsio [f]. Sed (vt dixi) non propriè hîc cauſa ſecundum iuſtitiam definitur, ſed de facto arbitratoris quæritur, an ſecundum æquum & bonum partes compoſuerit. Exprimenda ergo

a in c. quoniam contrà. uerb. interlocutiones. uerſ. xv. de probat. b d. l. unde ſi Neruæ. c in l. i. C. de his. quæ pœn. nom. d arg. c. conſuluit. i. ubi Dec. de appellat. e Are. d. c. ſuper his. f l. ſcio. §. fi. de appel

a l. ii. §. equidem. ff. ad Tertyl. vbi Bart.
b l. ſi eum. §. i. ff. ſi quis caut.
c l. ii. in fi. C. de iuram. cal. l. i. C. ne lic. tert. prouoc.
d Alex. conſ. xix. in fi. in iiii. Anch. Cald. conſ. vlt. de arbit. Aret. c. ſuper his. de accuſ. Lanfr. Orianus tract. de arb. q. xxii.
e Alex. conſ. cvi. uol. iii.
f l. & in minoribus. C. de appel. c. bonæ. eo tit.
g l. i. §. ſolent. ubi Bart. ff. quan. app. ſit. Aret. d. c. ſuper his. de accuſ.
h l. i. C. ne lic. ter prouoc.
i gl. d. auth. vt differt. iud.
k Innoc. c. fi. de fer.
l l. ſi qua pœna. in fi. de uerb. ſig. gl. d. c. ſuper his.
m l. fi. C. de iudic. c. ab arbitris. de offic. deleg. in vi. Bart. l. fi. de app. recip.
n l. pen. iudic. ſol. arg. l. i. §. ſi quis autem de ſucceſ. edic.
o Bart. l. i. C. de ſum. trinit. Doct. rub. extrà, de conſuet.
p Peruſ. c. ſi duobus. §. fi. de appel Dec. c. eccleſia §. inane. de conſtit.
q auht. ut cum de app. in princ.
q arg. l. fi. §. & hæc iuidem. in fi. C. de iur. delib. & l. fi. ff. de bo. auct. iud. poſsid.
s d. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbit.
t Dec. c. nouit. de appel.
u l. ſi de meis. §. recepiſſe. in gl. de arbitr.
x Rom. conſil. cclxi.
y Alex. d. conſ. cvi. uol. iii.
z Caſt. conſil. clxiii. proponitur in facto. in ii. uol.

videtur qualitas grauaminis [g]. Idem Alex. reſpōdit [h], nec tunc deferendū appellationi, cùm ipſi arbitratori data eſſet libera poteſtas [i]. Sed hoc caſu nec quidem reductio peti poteſt: tātum abeſt, vt à iudice appellari permittatur [k]. Quòd ſi reductio ex cauſa conceſſa ſit [l], conſequens eſt, vt eadem ratione etiam appellationi ſit deferendum. Idem Alex. reſpondit, quoties lege municipali iudex omnino arbitratori ſubrogatus eſt,
A nullum appellationi locum, ſed Bar. ſententiam tunc certiſsimam eſſe [m]. Sed nunquid adhuc ab eo iterum fiet reductio? & alibi idem Alex. ſentit fieri [n]. qua in re amplius deliberandum. Tandem quæritur, an † propter arbitrium boni viri legatum interim incertum cenſeatur? & hîc dicitur, velvt certam eſſe quantitatē, pro viribus ſcilicet patrimonij. Inquit † tamen Accurſ. [o], non ideo rem liquidam eſſe, differriq́; ſolutionē, donec res liquida ſit arbitrio iudicis: dilatio tamen
B ſolutionis non facit, vt ideo cenſeatur obligatio habere conditionem, vel diem, ſed cenſetur pręſens. Vnde ſi ſtatutum ſit, vt inſtrumenta habeāt executionem paratā, & aliquis id, quod intereſt, promiſerit, erit locus executioni, & in iuditio declarabitur quantitas [p]: quod Bar. hîc tradit, & Alex. probat. cùm enim ſtatutum ipſis inſtrumētis vim rei iudicatæ tribuat, eodem modo ad liquidum reducentur, quo & res iudicata, nempe via executiua. ſicvt enim iure communi ſenten
C tia incerta poteſt in executionis iudicio declarari [q], ſicvt condemnatio ad fideicommiſſum præſtādum tenet, & in executione deinde quid in fideicommiſſo ſit, ad liquidum perducitur [r], ſicvt in interdicto adipiſcendæ ſit miſsio in poſſeſsionem ſententia iudicis, & res ipſæ per nuntium exequentem capiuntur [s]: ſic ſtante hoc ſtatuto videtur dicendum, vt executio ex inſtrumentis competat, & ſatis ſit deinde ea declarari [t], quamvis ſuper hoc, vtpote articulo inci
D denti, non ſit pronuntiandum [u]. Bald. tamen & Raph. hîc negant ſtatutum ad hunc caſum trahi [x], quia lex noſtra verbo improprietatis vtitur, velvti certam: vnde apparet propriè certam non eſſe [y], ideoq́; priùs ſententia iudicis declarandam [z]. Quam ſententiam etiam Iaſ. ſequi
26 tur [a], quia † executio nunquam concedi debet, niſi pro debito liquido [b]. quod & alibi Bartol. tradidit [c]. Sed vt fateamur id verum eſſe, nihil tamen impedit, quin via executiua competat e
E tiam hoc caſu, vt res ad liquidum perducatur [d].

Nec Bar. hac in re ſibi ipſi contrarius eſt, quic
27 quid Soci. Deciuſq́; reſponderint [e]. Defendi † tamen hęc opinio poteſt, quando verba ſtatuti nō ſimpliciter de inſtrumentis loquerentur, ſed de inſtrumentis certis, ſeu liquidis. non enim vi verborum comprænderetur, quæ in futurum liquida erunt [f]. Sed & inquit Imol. ſi declara II.
tio hæc altiorem indagationem requireret, non videtur tali ſtatuto locum eſſe. intelligendum e
F nim eſt ſecundum ius commune, vt iudiciū executiuum ea non comprændat, quæ altiore veſtigatione indigent [g]. Quòd ſi talis exceptio reum excludit, multò magis actorem, ne actori liceat, quod reo denegatur [h], & ſatis fauetur actori in certis, vel quamprimùm certificandis, abſq; eo, vt etiam tanta ambiguitas negligatur, quicquid Alex. hîc controvertat. Ego ſi ſtatutum ſimpliciter loquatur, Alexandrum ſequor: ſi de inſtrumentis liquidis ſit conceptum, Imolæ adhæreo.

de teſtamento ad Trebel. iii. §. ibidem. ad exhib. h l. non de et. de

L. i. In arbitrium.
g l. à ſententia. §. idem reſcripſit. de appel. Bar. l. fi. de appel. recip. Doct. l. cūm quædam. §. fi. de iuriſd. omn. iud.
h d. conſ. cvi.
i Innoc. d. c. fi. de fer.
K d. l. cum quidā. i. reſponſ. ff. eod.
l Bart. l. filiuſ. familias. de don.
X. quæſt.
24
m Alex. conſil. xix. uol. iii.
25
n arg. gl. d. c. ſuper his. Alex. d. conſ. cvi. uerſ. præterea. dictæ.
o gl. pen. hic.
p l. defenſionis. C. de iur. fiſc. Doctor. §. curare. Inſtit. de actio.
q l. ii. C. de ſent. quæ ſine cert. quan. l. i. de eden. Rom. conſ. ccxi. ult. dub.
r l. minor, cui fideicōmiſſum de minor. Alex hic.
s l. fi. C. de edic. diui. Adri. ubi Alex.
t Bar. l. iii. q. iii. C. de pignor.
u l. i. C. de ord. iud. ubi. not.
x arg. gl. pen.
y l. ii. §. ſed & illa de interdic.
z l. tutores à patruo. ſ. de confir tut.
a Iaſ. d. l. i. de edend.
b l. hæc autem. §. i. uerb. liquere. quib. ex cau. in poſ. i.
e l. proinde. §. notandum ubi Bar. ad l. Aquil.
d Benedic. Baz. ii. q. i. part. princ.
e Socin. conſil. lxxxix. iii. Dec. cccxxii.
f l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. de uerb. oblig.
g l. à diuo Pio. §. ſi ſuper. de re iud. l. ille, à quo. §. ſi reg. iur.

III. Cæterùm & ſuprà ſcripta concluſio procedit, cùm id, quod intereſt, inſtrumento promiſſum eſt: non, ſi quid fieri quis ſpoponderit. tunc enim id, quod intereſt, non ex inſtrumēto deſcendit [a], ſed legis diſpoſitione [b], ideoque verba ſtatuti ad ad hunc caſum non
IIII. trahuntur [c]. Sicvt nec cùm declaratio ea mixtim verbis inſtrumēti & teſtibus fit. nec eñ videtur ſtatutum de inſtrumento loquens ad hũc caſum mixtum
V. eſſe producendum: quod alibi diſputaui [d]. Sed & ſi ſtatutum diceret, vt tenor inſtrumenti haberet paratam executionem, nō videtur ex tenore inſtrumenti eſſe, quod deinde ad liquidum alia ratione deducitur [e]. Vnde tũc ſtipulatio pręſumpta in inſtrumento dotis non haberet paratam executionem. quod Alex. cenſuit, licet aliàs ſecus eſſet, ſi ſtatutum non de tenore, ſed de inſtrumento loqueretur [f].

a l. de iis, quæ in [...] ubi Bart.
b l. ſtipulationes non diuiduntur. & l. Celſus. de [...] oblig.
c Canon. c. trãſlato. de conſtit.
d l. certi condictio. §. quoniam. ſi cert. pet. uerb. ſic quærit.
e gl. l. inriſgētiũ. §. quod ferè. ubi Alex. in fin. de pact.
f arg. l. l. ſi duo. §. pen. de iureiur.

## LEX XXXII.

MODESTINVS *libro IX Regularum.*

Omnia quæ teſtamentis. etc.

### LEX XXXII. *Omnia quæ teſtamentis*, etc. §. *In fideicommiſſo.*

1 *Modus diiudicandi, quomodo in fideicommiſſo familiæ quiſque vocatus cenſeatur.* 2, 3, 4.
6 *Agnatio & proximitas in fideicommiſſo familiæ requiruntur.*
8 *Aliquot caſibus in fideicommiſsis ad hæredis non defuncti proximiores reſpicitur.*
9 *In feudis filius fratris cum patruo admittitur.*
11 *Quilibet præſumitur voluntatem ſuam ſecundum leges dirigere.*
12 *In libertorum ſucceſsione filius fratris patruo poſtponitur.*
14 *Perſonale grauamen extra perſonam non extenditur.*
15 *Explicatio & extenſio legati familiæ.*

a §. IN FIDEICOMMISSO [a] ¶ In † fideicom-
1 miſſo igitur, quod familię relinquitur, primò admittuntur, qui nominatim ſunt expreſsi, deinde qui gradu proximiores ſunt. Sed ſi familiæ relictum eſt quomodo quiſque cenſebitur nominatus? dictio enim *Familiæ*, collectiua eſt, quę omnes in vniuerſum cōplectitur [g], nō aũt nominatim.
I. Et † Doct. aliquot caſibus adſumi huius rei exē-
2 plum tradiderunt, vt cùm dictum eſt, *Lego familiæ meæ, ſcilicet Petro & Ioanni.* exiſtimauit Azo, Petrum & Ioannem priùs admittēdos. ſed certè hoc themate nullus alijs eſſet locus. quia dictio *ſcilicet* reſtrictiuè accipitur [h]. quod pleriq; omnes tradiderunt, cùm apparet ſpeciem poſt genus cauſa taxationis additam eſſe [i]. Ego defendi poſſe exiſtimo his caſibus, quibus conſtaret genus à ſpecie non reſtringi, vt ſi dixiſſet, *Lego familiæ meæ, ſcilicet Petro & Ioanni & alijs* [k], & ita arbitror intellexiſſe Azonē, vt Iacobus à Rauenna hîc tradit, quæ de-
II. fenſio probabilior eſt, quàm Imo. hîc. Quod tñ certiùs procedit, ſi expreſsè cauiſſet hoc modo, *Lego familiæ, & in primis Petro, & Ioanni.* tũc enim verba eſſent clara, nec quiſquam hac in re diſſentit.
III. Dubitabilior eſt alia poſitio, cùm dictum eſſet, *Lego familiæ, & Petro, & Ioanni.* etenim tum quoque nominatim expreſsi priùs admittuntur, tanquã plus dilecti cenſeantur [l], quod Bart. & Caſtr. & pleriq; hîc tradiderunt: at Bald. & Raph. contrà. videtur enim periculoſa hæc ſententia. nã quod in Euangelio dicitur, *Dicite diſcipulis & Petro*, facit quidē vt ſpecialiter dilectus videatur Petrus, ſed

g l. fi. C. de uerb. ſignif. ubi Bald.
h l. ſi pluribus. ſ. tit. i. ubi Aretin. Dec. c. ex literis. vi. not. de probat.
i l. legata. ff. de ſup. leg. Bartol. l. quæſitum. §. fi. de fund. inſt.
K l. quidam. ff. de reb. dub.
l arg. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. l. qui liberis. §. hęc uerba. de uulg.

¶ In fideicommiſſo *a* quod familiæ relinquitur: hi ad petitionē eius admitti poſſunt, q nominati ſũt:

A tñ ſimul cum diſcipulis [m]. Ergo & hoc caſu ſimul cum familia viderētur iſti admittēdi [n], maximè cùm ſecundum ordinē literæ priùs nominata ſit familia [o]. Nam & ſatis eis proſpexiſſe cēſeretur teſtator, ſi ſecũdum regulam ipſi in viriles, familia in aliam tertiam partem vocaretur [p]. qua de re alibi diſputaui [q], & an in tertiã familię et ipſi ſint admittendi [r]? Imo. hanc vim dictioni *Familiæ*, tribuit, quæ quamvis ſit collectiua, tñ gradatim intelligitur [s]. Vnde poſtquam omnino gradus eſt faciendus, ęquiſsimum eſt ſpecialiter nominatos præferri. Quæ ratio non tñ caret ſcrupulo [t]. nam & dictio *Familiæ*, non ex proprietate nominis, ſed ex coniectura
B mentis teſtatoris gradatim accipitur. quod Socinus reſpondit [u]. Raph. hîc † intelligit legem noſtram, cùm teſtator hæredem grauauit, vt in familia relinqueret, admittũtur priùs, qui ab ipſo hærede ſunt nominatim electi, etiam ſi gradu remotiores [x]: faterurq; Raph. eis extinctis propter legis noſtræ verba proximiores uocari. quod falſum eſt [y], niſi proponas verba in rem concepta eſſe [z], vel tractum in futurum habere: putà, *Peto ne alienetur extra familiam*: vel, *vt in familia remaneat* [a];
C quod ipſe ſentit, verumq; eſt, ſed legis noſtrę verba reſtringit. Planiùs ergo videtur poſſe accipi, ſi ſcriptum ſit, *Hæres meus fundum reſtituas Petro & Ioanni, eorumq; familiæ.* cùm enim eadem ſit ipſorum, quæ teſtatoris familia, nihil refert, dixerit *Eorũ*, an *Noſtræ Familiæ*, vel ſimpliciter *Familiæ*, ſemper enim videntur præferendi, tanquam non ſui ſolius, ſed etiam nominatorum contemplatione teſtator familiam vocauerit [b]. Adnotant igitur Doct. in † fideicōmiſſo familiæ priùs eos admit- 4
D ti, qui nominati ſunt: Maximè, ſi hoc expreſſerit I.
teſtator. Idemq;, ſi non expreſſerit: quia nomina II.
tio ſpecialem dilectionem arguit. vnde tãquam III.
magis dilectus talis præfertur [c]: Idq;, etiã ſi adiecta ſit dictio *Scilicet*, ſecundùm Azonem: quæ licet aliàs ſit taxatiua [d], tñ propter adiectionē dictionis *Et cæteris*, non repugnat huic interpreta-
tioni. Idemq;, etiam ſi ſecundum ordinem lite- IIII.
ræ nominati ſint familię poſtpoſiti. ſecũdũ Bar. intellectum: quia præſumptio ex nominatione
E oriens efficacior videtur ordine literæ. [e] Idem- V.
que, ſi hi nominati aliàs poſteriores ſint in gradu. lex enim noſtra ſatis ſentit adhuc præferri, vt præſumptio charitatis oriens ex nominatione præualeat. vna enim præſumptio aliam tollit [f].
Quod adeò procedit, vt vno ex nominatis defũ- V I.
cto alius nominatus in eius fideicōmiſſo cæteris præferatur [g]: quia (vt hîc dicitur) familia nō admittitur, niſi poſt nominatos omnes extinctos. quod Caſtr. hîc notat, videturq; hoc caſu ſubſti-
F tutio poſt mortem omnium facta intelligi, vt illi
inter ſe invicem ſubſtituti cenſeãtur [h]. de qua re VII.
alibi [i]. Idemq;, ſi nominatio ſeu electio ab hęrede ipſo facta ſit [k], ſecundum Raph. Comenſem
qui & ex facto ita reſpondit [l], licet non conve- VIII.
niat hoc legi noſtrę, quę de nominatis ab ipſo teſtatore videtur intelligenda [m]. Addidi ego idem eſſe, cùm teſtator priùs nominatis aliquibus fa-

m gl rub. C. de ſeruit. l. item hoc edictum. de iniur.
n l. ea tamen. ff. tit. i.
o l. quoties. ff. de uſufr. l. generaliter. §. quid ergo. de fideic. libert.
p l. antepen. §. Lucius. i. ff. eod. l. qui cum plures. ff. de uulg.
q in l. re coniuncti. ff. tit. i.
3
r l. iiii. ff. de ſtip. ſeruor.
s d. l. fin.
t l. is, qui cùm plures. ff. tit. i.
u Socin. conſil. xxxvii. in iii.
x l. unum. §. i. ff. eod.
V.
y l. pater. §. quin decim. ff. tit. i.
z l. peto. §. fratre. ff. eod.
a d. l. unum §. quòd ſi talia.
b arg. l. filiofamilias. de cond. et dem. Bald. conſil. cccxci. uol. iii. Fulg. xvii. in fin.
c arg. d. l. Publius. in fi.
d Aret. l. ſi pluribus. de leg. i.
e arg. d. l. quoties
f l. diuus. de in integ. reſtit.
g Socin. conſil. & l. Gallus. §. i. uerſ. quartus caſus. ſ. de uulg.

Anch. xxxvii. Rom. cccxlviii. & l. penul. h Alex. l. ſi pater impuberes. i l. poteſt. l. ſeq. ubi dixi, eo. tit. K d. l. unum. §. i. l conſil. cxiii. in teſtamento. ubi Bart. de aur, & arg. leg. fin. m l. cùm in

miliam



miliam vocauiſſet: quia poteſt intelligi non ſolùm reſpectu ſui, ſed etiam contemplatione nominatorum eam vocaſſe. Vnde nominati præ-
IX. feruntur, ſecundum ſuprà ſcripta. Sed quid, ſi nomine appellatiuo ſint vocati? putà *Reſtituas fratribus meis, vel filijs tuis & familiæ?* & videtur idem eſſe [a]: quia di-
eo, alias. ctio *Fratrib.* vel *Filijs*, habet vim nominis proprij [b]. vnde vi-
X. dentur iſti præferendi [c], idque ex legis noſtrę regula, quod & Ang. & Alex. reſponderunt [d]. Quo exemplo traditum eſt, inſtituto fratre & eius liberis, primò vocari fratrē ipſum [e], nec liberis eſſe locum, donec frater ſit ſuperſtes [f]. Vnde cùm teſtator nominatim inſtitutis filijs ſubieciſſet, *Si quis eorũ deceſſerit, ſubſtituo ei alios filios, & deſcendentes meos*, reſponſum à Ruino eſt [g], cũ, q ex filio natus
B ſit, cum patruo nō admitti, quia patruus per dictionē *Filios*, videtur nominatim vocatus: ille verò per dictionem *Deſcendentes*, cenſetur nomine collectiuo, ſicvt familiæ, duntaxat inuitari, idq;
I. argumento legis noſtræ. Quæ ſententia ambi-
5 gua eſt, cùm † verba potiùs ſecundum ordinem ſucceſsionis ab inteſtato ſint accipienda [h], vt infrà videbimus, ſecundum quam filij in locum patrum ſuccedunt [i]. Et veriſimile eſt, voluiſſe patrem æqualiter providere nepoti ex filio prędefuncto, ſicvt filio ſuperſtiti [k], videturq; tali caſu
C limitanda legis noſtræ regula [l]. Vnde cùm auus maternus à filia fideicōmiſſum reliquiſſet Titio, & deſcendentibus cæteris ex dicta filia, ſatis ſua det ratio, non eſſe præcipuam Titij cauſam, ſed cum fratribus ſimul admitti: quia coniectura mē-
II. tis æqualitatem inter nepotes inducētis videtur efficacior [m]. Maximèq; id credendum eſt, ſi eum nominaſſet, quia tunc ſolus ille natus eſſet, & alios dictione collectiua vocaſſet, non q, poſtpo-
D nere vellet, ſed quia nominatim vocare non potuiſſet [n]. Idemq; dicendum, quoties ſubeſſet certa ratio, cur teſtator aliquem nominaſſet, abſque eo, q, vellet eũ præferri: putà, *Reſtituas familiæ meæ, & Titio*, qui de familia tãtùm iure adoptionis eſſet. videtur enim facta eius ſpecialis mentio, nō vt filijs pręferretur [o]. ſed vt admitteretur, quam-
III. vis iura ſanguinis non haberet [p]. Sed & ſi nominatis ſpecialiter nō prorſus eadem res relinquatur, nulla eſt cauſa, cur ſint pręferendi, vt cùm ge-
E neraliter libertis legat habitationem, Pactiæ verò & Trophimæ diætas omnes, non pręferentur illæ nec quidem in habitatione, cùm ad res ſepa-
IIII. ratas à reliqua domo nominatæ ſint [q]. Idemque Accurſ. Bart. cæteriq; ſenſerunt, ſi hi, qui nominati ſunt, nō ex familia, ſed prorſus extranei eſſent. Vnde ſi teſtator relinquat legatum libertis, & libertabus, & teſtamēto manumiſsis, & Seiæ alumnæ, non tñ cenſetur alumnam prætuliſſe, ſed ſimpliciter in virilem partem vocaſſe [r]: quia Se-
F ia extranea erat, non liberta. Sed licet limitatio ſit vera [s], hunc tñ intellectũ ego nō pbo. pugnat enim cum ratione ibi poſita, ne nomine familię,
etc. ſolebantq; apud Veteres eæ alumnæ etiam
V. libertæ eſſe [t]. Putauerim igitur ibi Seiam non præferri, quia non ſub omni genere præpoſito continebatur. non enim teſtamento erat manumiſſa. Raph. nec quidē alios libertos habuiſſe teſtatorem ibi cōminiſcitur: quod diuinatoriũ eſt.

a Cur. Iun. l. fi. C. de ſucceſ. edic.
b l. Titius. de lib. & poſth.
c arg. l. hæredes mei. §. fi. ubi Alex. ad Trebel.
d Ang. conſ. ccv. Alex. cxxiii. in i.
e l. Gallus. §. i. de lib. & poſthu.
f Socin. d. l. Gallus. §. etiam. uerſ. tertia concluſio. et conſ. cxiii. in i.
g Ruin. d. §. i. l. Gallus & conſ. clxiii. in iii.
h Bart. d. l. hæredes. §. cùm ita.
i auth. ceſſante. C. de legit. hęre.
k gl. pe. hic. ubi dicam.
l arg. l. cùm auus. de cond. & demonſt. l. generaliter §. i. de inſtit. & ſubſt.
m arg. l. ut liberis. C. de collat.
n arg. d. l. Titius. §. i. de lib. tale. in poſth. de pactis. fin. de pactis.
o gl. §. cùm autē. uerb. quartam. in ſtit. de adopt.
p l. fi. C. de his, qui uen. ætat.
q l. codicillis. in prin. de uſufr. leg.
r d. l. antepen. §. Lucius. ubi Bar. ff. eod.

s d. l. qui cum plures. de uulg. l. fi. C. de impub. t l. liberto. §. largitus. ff. de an. leg. l. ſi quis alumnæ. C. de nupt.

aut poſt omnes eos *a* extinctos, qui † ex nomine defuncti fuerint A eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his

Sanè ſi teſtator non familiæ ſimpliciter reliquiſſet, ſed tribus nominatim, adiecto vt curarent, ne de nomine ſuo exiret, non ideo vocabitur gradatim familia, ſed ſatis erit quemlibet eorum eligere ex collibertis, & qui electus erit, cenſebitur potior alijs nominatim vocatis [u]. quod propter proprietatē ſermonis inductum eſt [x], & ſi neminē elegerit, omnes ſimul tam nominati, quàm alij qui in pari gradu ſint, admittentur: quoniam reſpectu ſecundi gradus illi nominati non habent præcipuam cauſam, ſed tanquam nomine familiæ cōpræhenſi admittuntur. Vnde apparet nominationem ſpecialiter reſpectu vnius gradus factã, non operari reſpectu alterius, in quo collectiua voce tantùm vſus ſit teſtator. Sed quid, ſi adiecta ſit
B dictio *etiã?* putà, *Reſtituas familiæ, & etiam Titio, & Seio?* & fortè nec hoc caſu procedet lex noſtra, quia dictio implicatiua *Etiam*, præſupponit familiam ſimul admitti, nec poteſt ad ordinem referri [y], tametſi Bart. in ſimplici copula aliter ſentiat [z].
Sed finge: aliquis ſtipulatus eſt emphyteuſim ab eccleſia pro ſe et Titio et alijs ex domo ſua, an Titius pręferetur? & Bal. hic negat pręferri, adeò vt nec ipſe quidem ſtipulator ſolus eam habere poſſit [a]: quia in contractibus ad proprietatem
C verborum attendimus nec mens ſolius ſtipulatoris attenditur, ſed etiã concedentis, qui de nominatione iſta non præſumitur curare [b]. Meritò ergo propter naturam copulæ omnes pariter admittentur [c]. Caſtr. tamen cōtrarium cenſuit, argumento legis noſtræ, ſed non videtur in contractibus habere locum [d]. Poteſt tamen Caſtr. ſententia defendi, ſi ſtipulatio non ſimpliciter his, qui ſunt de domo, ſed tanquam hæredibus concepta ſit [e]. neceſſariò enim tunc acciperetur
D ordine ſucceſſiuo: & ita arbitror eum ſenſiſſe [f].
Sed quid, ſi teſtator dixiſſet, *Lego Titio, & cuilibet ex* IX.
*familia mea* & Caſtr. reſpondit [g], omnes ſimul admitti propter vim diſtributiui nominis [h].
AVT POST OMNES EOS [b]. ¶ Id † regu- 2
lare eſt in fideicommiſſo familiæ, vt duo coniun- 6
ctim requirantur, quòd ſint ex nomine, id eſt agnatione defuncti, & quòd ſint proximiores in gradu. & hoc eſt, quod hîc dicitur, *Et qui ex his proximo*, etc. copula enim hîc ſenſu compoſito acci-
E pitur [i], vt † ex agnatis non omnes vocentur, ſed 7
qui ſint procreati in primo gradu, id eſt, qui ſint proximiores teſtatori, quod Oldra. Bal. Alberic. Raph. expreſsim hîc declarant, & Accurſ. Bart. Caſtren. ſatis ſentiunt. At Socin. quodam reſpōſo aliter interpretatur, vt ſcilicet copula, *Et qui ex his*, ſenſu ſingulari accipiatur, tanquam velit lex poſt nominatorũ mortem admitti eos, qui cùm mortuus eſt teſtator, erant de eius agnatione, & deinde eorum filios, ſeu proximiores [k]: ſecundũ
F quam interpretationem cenſuit ipſe in fideicōmiſsis ad proximitatem defuncti non eſſe reſpiciēdum, ſed eum admitti, qui ipſi hæredi ſit proximior. Quam ſententiam & neſcio qui ſecuti ſunt [l]. ſed leuis armaturæ milites, & non firmis rationibus. nec enim lex noſtra hũc intellectum pati poteſt, cùm falſum ſit, eum, qui de nomine teſtatoris mortis tempore fuit, admitti, niſi idē etiam ſit gradu proximior. proximitas ergo reſpectu ipſius accipitur, nō alterius, qui poſt eum velit ſuccedere: & ſic omnino copula hic ſenſu

L. 32. Omnia quę teſtamentis. §. In fideicōmiſſo.
VI.
u l. is, qui cum plures ff. tit. i.
x d. l. unum. §. i.
VII.
y l. qui ſe patris. ubi Dec. i. not. C. unde lib.
z l. ea tamen. ff. tit. i.
VIII.
a Curt. d. l. fi. nu. xiiii.
b arg. gl. l. nulla. C. de iur. dot. Bald. l. cùm acutiſsimi. in fi. C. de fideicom.
c l. ſi quis Titio. l. ſeq. de vſufr. accreſ.
d l. iiii. ff. de ſtip. ſeruor.
e l. Gallus. §. i. de liber. & poſthu. gl. l. ſi tibi. §. ſi pactus. de pact.
f Alex. conſil. cxxix. uol. v.
g conſ. ccclxxxiii. incip. notandum. in i.
h l. qui filiabus. §. i. ſ. tit. i. Bart. l. hoc articulo. de hæred. inſtit.
i l. ſi hæredi. plures. de cōd. inſtit.
K Socin. conſil. ccxlix. & d. l. ſi congnatis. in fi.
l Rubæus conſ. xxxix. & ſeq. & lxxxii. Curt. Iun. conſil. cxxxiiii. cxxv. Soci. Iunior. cxxvi.

compoſito accipitur.nam & quorſum oporteret
mortis teſtatoris tempus reſpici,niſi ad eius pro
ximitatem reſpiceremus ? Sed & quomodo de
proximitate eius, qui poſt nominatos admiſſus
eſt,intelligemus,cùm lex diſertè dicat,poſt eum
neminẽ vltrà admitti,niſi ſpecialiter ad vlterio-
res voluntatem ſuam defunctus extenderit? qua
de re infrà.Verior itaque & receptior eſt ſenten-
tia,proximitatem hanc reſpectu teſtatoris con-
ſiderari [a]. cùm enim ex fideicommiſſo teſtatori A
ſuccedatur [b], atq; ab eo inuito , qui grauatus eſt,
extorqueatur,non eſt opus eius coniunctionem
ſpectari.nihil enim refert , quòd de illius manu
accipiendum ſit fideicommiſſum [c], ſentitq; hoc
Bar.qui in dubio intelligi de cognatis teſtatoris
tradidit [d]: idque,etiam ſi de hæreditate pupilli
agatur.ea enim ſecundum voluntatẽ patris ſub-
ſtituentis declaratur [e]. quod & receptius eſt [f].
Sed & ſi teſtator poſt ſubſtitutum ſimpliciter vo
cauerit proximiores , intelligitur ꝓximiores ſi- B
bi,non autem ſubſtituto [g]: ſecutique ſunt hanc
ſententiam Iaſon & Decius non vno in loco [h].
ſed & Ruin.docuit [i], cui ego magis in lecturis,
8 quàm in reſponſis adhæreo [k]. Videtur† tamen
Socini ſententia aliquibus caſibus poſſe defen-
I. di: Et in primis Bald.hîc eam videtur ſentire,
quando nominati deceſsiſſent , relictis deſcen-
dentibus.tales enim deſcendentes præferentur
alijs agnatis,quamvis proximioribus:vt ſicvt te-
ſtator prætulit nominatos ſpecialiter eos de ge- C
nerali nomine familiæ eximendo , ita etiam vi-
deatur eos prætuliſſe,qui ab ipſis deſcendunt [l].
Quæ ſententia ſecundum eum intellectum pro-
cedit,quem Bald.ipſe in ſecunda quæſtione im-
probat,& qui communiter non eſt receptus , vt
II. infrà dicemus. Certior eſt ille caſus,quando te-
ſtator Petro & Ioanni,& eorum familię legaſſet:
ex pronomine *Eorum*, ſatis indicatur mens eius
ad proximos eorum reſpicientis, non ad ſuos [m].
III. Idemque,ſi alijs verbis æquipollentibus vſus D
eſſet [n].Quod & tunc recipiendum eſt,cùm con-
iectura aliqua voluntatis hoc probabiliter indu-
ceret [o], vt cùm aliàs in parte filij ſui extraneum
nepoti præferret,non accipitur hæc interpreta-
tio [p]. cenſetur autem frater ipſi filio extraneus,
quantum ſit reſpectu nepotis : quia deſcenden-
tium eſt potior cauſa,quàm collateralium. Qua
ratione in caſibus quibus filius fratris cũ patruo
ſuccedit,apparet proximitatem grauati attendi
quod infrà tractabo. Cui non abſimile eſt,quod E
alibi traditur,ſecundum mentem teſtatoris libe
ros ſubſtituto præferri [q]: aliàs verò quãvis alio-
quin ab inteſtato ſuccederent,nõ præferri:quod
adverſus Imol. ſententiam Alexan. receptiſsi-
mum eſſe oſtendit [r]. Hinc apparet,ad coniun-
ctionem teſtatoris attendi, non ipſorum hære-
dum,niſi quatenus alia mens teſtatoris arguere-
tur.quod Corn.reſpondit [s]. qua de re loco ſuo
IIII. dicemus [t]. Nec illud dubium eſt, poſſe eum,
qui teſtatori proximior eſt, renunciatione,diui- F
ſione,pacto,poſteriorem alijs ſe quantum ſit fi-
V. deicõmiſsi reſpectu,facere [u]. quod mox decla-
9 rabo.Sed † quid in fiduciæ clientelaris , ſeu feu-
di contractu dicemus? & Calderinus reſpõdit in
his attendi ad proximiores primi clientis,nõ vl-
timi [x].quæ ſententia vera eſt, vt tamen filius fra-
tris ſimul cum patruo,quamvis aliàs proximio-
re, admittatur [y], & filius in locum patris , vel
aui,ſicvt & iure communi,ſuccedat [z]. quod Ca-

a l. peto. §. fratre. ubi Bart. in primis.uerb ꝗ.eo. d.l.ſi. C. de uerb. ſignific.
b d.l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg.
c d.l. cum pater. §.fidei hæredum. ꝗ.eod.
d Bart.d.l. ſi cognatis.i. q. i. Bar. l. re cõiuncti ꝗ. de leg.iii.
e Bar. l.ii. ſ. de uulg.
f Bart.l. Lucius. q.vlt. ubi dixi, eo. tit.
g l. ex facto. in princ. ubi Ripa, nu. xvi. ad Trebel.Alex.l.ſi cognatis.
h Dec. conſil. dxlvi. Iaſ. ccxv. i. clix.in iiii.
i in d.l. Gallus. §.i.
k d.conſil. xl. In conſ.Rub.
l arg d.l. Gallus. §.etiam ubi Bart.
m d.l. cum pater. §.pen. l. fin. ad Trebel. Bart. d.l. qui liberis.§. hæc uerba. de uulg.
n Iaſ. conſ. liiii. i.Ripa d.§.diui.nu xxxi.arg.l.cum pater §.pe.ꝗ.eo.
o Corn. ccxxx. litera. x. in iii. Anch.xxvii.
p l.cum auus. de cond.& demon.
q l. pen. C. de impub.
r Alex.d.l.hæredes.§. cum ita. uerſ.addatis.
s conſ.xx.vol.iiii. & cclxxvi. in iii.
x in d.§. cum ità
u arg. c. quamuis. de pact.in vi. Bar. l.i.§. qui habebat de contratab.
x Cald. cõſ.xiii. de feud. Bald.
z d.§. cum filius.

cxxxvii.uol.ii. y c.i. de ſucc. feu. c.i.§. his verò de grad. ſucceſ.

ſtrenſis & plerique alij reſponderunt [a]. Sed & ſi
ex diuiſione legitimè facta feudum antiquũ ad
vnum ex deſcendentibus pervenerit, donec fini
ta ſit eius linea,nõ admittetur alius:quamvis ſti-
piti ſit proximior [b]. Poſſunt enim diuidere de-
ſcendentes arbitratu ſuo etiam irrequiſito domi
no [c],& conſenſus ipſorum interim eis nocet, qa
per diuiſionem in alium transferendo videntur
renuntiaſſe [d],& feudum per ius accreſcendi in-
A tegrum alteri remanet. Vnde ſequitur,ei qui nõ
conſenſerit tali diuiſioni,nihil damni fieri, quin
ſi ſit proximior,admittatur [e]: quod arbitror ve-
rum,etiam ſi eius auctor conſenſiſſet, dum tamẽ
ipſe cum beneficio inventarij hæres fuerit, nec
ex hæreditarijs bonis conſequi ſuum poſsit [f].
In feudo quoq; hæreditario traditum eſt agnatũ
volentem ſuccedere oportere vltimi clientis hæ
redem eſſe. quod receptiſsimũ videtur [g]. Quòd
ſi hæres eſſe non poſsit,ſufficiet eſſe primi hære-
B dem [h],dum eiuſmodi ſit feudum,vt in eo iuri ac-
creſcendi ſit locus [i]. quod in paterno regulare
eſt [k]. Et quod in feudis dixi,etiam ad emphy- VI.
teuſim eccleſiæ videtur producendum.ſubeſt e-
nim eadem ratio, & hos cõtractus pro ſimilibus
Doct.noſtri habent.Vnde conſequẽs eſt, vt in ea
filius fratris ſimul cum patruo admittatur, vt re-
ceptior eſt ſententia [l], licet aliqui contrà dixe-
rint [m],& Raph.hîc variauerit. Qua ratione & fi-
lia fratris cum amita ſuccedet, niſi tamen verbis
C primæ ſtipulationibus aliter ſit proviſum [n], vel
diuiſione inter ipſos facta,vt mox dicã. Etenim
à Caſtrenſe apud Camertes deciſum traditur, fa
cta diuiſione non admitti proximiores primi ſti
pulatoris,donec linea alterius,ad quem ex diui-
ſione res pervenit,duret [o].Quod intelligendum
vt ſuprà in feudis dixi,vt non ideo excludatur ꝓ
ximior,qui diuiſioni non conſenſerit, quod re-
ſpondiſſe traditur Bal.cùm diuiſio eſſet nulla [p],
nec includatur in linea mulier, quæ ex lege mu-
D nicipali à maſculo remotiore excludatur [q]. Sed
quid,ſi non ſimplici diuiſione res ad vnum per-
venit,ſed expreſſa iuris competentis & compe-
tituri renuntiatione? & Pontanus reſpondit, e-
tiam finita linea non reverti emphyteuſim ad ꝓ-
ximiorem,nec in eius perſona amplius renouã-
dam [r]. Mihi non videtur renuntiationem em-
phyteutæ factam domino prodeſſe,ſed intelligẽ
dam,quatenus ille & proles ſua eam habere poſ
ſint [s]. Quid aũt ſit in emphyteuſi priuata,quam
E quis pro ſe & hæredibus ſit ſtipulatus,vel ab ec-
cleſia pro ſe & quibus dederit,alibi tractatur et-
enim defertur reliquæ hæreditatis exẽplo, cùm
ius hæreditarium [t]. Tertius fuit aliorum Ve-
terũ intellectus,vt † primò quidẽ vocẽtur nomi- 10
nati:quibus omnibus extinctis vocẽtur non ꝓ-
ximiores ſimpliciter teſtatori , ſed qui ꝓximio-
res ſunt ex ea ſpecie cognationis, ex qua erant il
li nominati,vt ſi nominati erant conſobrini, vo-
cẽtur alii ſobrini,vel eorum filij,excluſis patrue-
F lib.& hoc eſt qđ dicitur, *Et qui ex his proximo*,etc.
Quem intellectum Accur.non ſatis probat, Bal.
ſecunda queſtione negat eſſe verum,eſtq; cõmu
niter reprobatus:quia dictio illa *Eo nomine*,ſimpli
citer intelligitur de familia [u], non de ſpecie co-
gnationis , maximè cùm hoc iure nec cognati,
nec conſobrini appellatione familiæ continerẽ
tur [x]. Nec ſubeſt probabilis ratio,cur filij con-
ſobrinorum,vel cognati priùs vocẽtur, cùm ſint
remotiores gradu,quàm patrueles.Parẽtes enim
admittuntur,quia nominati ꝓpter preſumptam
adfe-

a Socin.conſil. cclii.
b c.i. de nat. ſucc.feud.
c c.i.§.præterea. de prohib. feud. aliẽ per Fed. Bar. l. qui Romæ.§. duo fratres. q. x. de uerb.oblig. Bald.l. voluntas C. de fideicom.
d c.i. de alien. feud.pater.vbi Bald.
e Bald. l. cum ſe patris.uerſic item quæritur ii.C.unde liberi, Cur. Iu. conſ.clv.Deci. clxxxv.
f l.ſi §. in computatione. C.de iur.delib.Alex. conſil. lx. in iii.
g Curt. Iun. conſil.viii & cxxxviii.& tract. feud. uerſ.iiii.
h Alex. conſil. xxvi.v.uol.Bru. xviii.& xxiiii.
i l.fundus ille. de contrah. empt.
K l.ſi mihi,& Titio.vbi Bar. &Doct.de uerb obli.
l Alex.l. Gallus. §.i.Corn. conſ. xxiiii. in ſi. uol.ii.
m Capra conſ.v.
n Corn.conſil. cxciiii.litera.E.
o d.c. i. de natur. ſucc. feud. Socin. d.l.ſi cognatis. Anchar. conſil. lxxx.in ſi.
p Corn. de conſ cxc.
q Corn.conſil. xlii.uol.iiii.
r Rom. conſ. xxii.
s c.i.de eo, qui ſi. fec.Bart. d.§. duo fratres.q x.
t Corn.conſil. cclxiii.in i.
u d.§.Lucius.d. §.fidei d.l.is, qui cum plures.
x l. pronuntiatio. §.ſi.cum l.ſeq. de uerb. ſig.l.i. unde cog.in auth.de hæred.ab inteſt.



adfectionem teſtatoris [a], quibus extinctis tan-
quam ſublato impedimento, debuit proximior
in gradu ſecundum regulas communes admitti.
qđ Din.Oldr.Iac.Alb.tradiderunt:& ideo Doct.
hunc intellectum reprobant,ſentientes proximi
tatem ſecũdum te-
ſtatorem perpendi,
non ſecundũ ipſum
grauatum.

primo † gradu [a] procreati ſint: niſi ſpecialiter [b] defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

† proximo, *aliàs.* PROXIMO GRA-
DV [a]. ¶ Veteres Co
dices habẽt primo gradu, quod idem eſt. Quan-
doq; tamen(inquit Accurſ.)qui ſunt gradu impa
ri,nihilo minùs æqualiter admittũtur [b], videtur
que ſentire in fideicommiſſo familiæ filios fra-
trum vnà cũ patruis admitti,quod Imo.& Caſtr.
hîc probant:& Bald.Alex.Aret.Soc.Corn.quan
doq; reſponderunt [c].etenim non temerè conſti
tuenda eſt differẽtia inter ſucceſsiones leges &
11 hominis,cùm † quilibet voluntatem ſuam mo- B
derari ſecundum leges intelligatur [d], & legalis
ſucceſſio ex tacita defuncti mente inducta ſit [e],
& alibi ſimpliciter dicitur,legatum familiæ gra-
datim intelligi, id eſt ſecundum ordinem legiti-
mę ſucceſsionis [f].Bald.tamen hîc & Rapha. ali-
ter cenſuerunt.cùm enim patruus ſit proximior,
non videtur cum eo admittendus fratris filius [g],
cùm maior affectio ſit erga fratrẽ,quàm erga fra-
tris filium:extantq; hac de re plurima Recentio-
rum reſpõſa,quæ referre nihil attinet. Ego à ſen C
tentia Accurſ. non arbitror recedẽdum,quoties
ſcilicet de fideicommiſſo aui,proaui , vel patrui
tractatur : quia in horũ ſucceſsione filius fratris
in locum parẽtis ſui ſuccedit [h]. quod ſatis ſentit
hîc Raph.& alibi Iaſ.& probat quãdoq; Decius,
aitque Corn.in practica ita eſſe ſeruandum: Cur
tius habere hoc plurimum coloris & fundamen
I. ti atteſtatur [i]. Quòd ſi de ſucceſsione alterius
tractetur,ceſſit ratio,quam pro Accurſio adduxi,
ideóq; tali caſu Bald.ſequerer,vt patruus filium D
fratris excludat,licet hac in re Alex.Dec.& pleri
II. que alij non ſatis ſibi conſtent [k]. Hincque con-
ſequens eſt,vt quãdo de his agimus, quæ non iu
re ſucceſsionis deferuntur,nec tunc quidem fra-
tris filius admittatur [l]: quod Bart. in quæſtione
Roberti Regis cẽſuit [m],& nos alibi docuimus [n].
In emphyteuſi tamen eccleſiæ,atq; etiam in feu-
III. dis ſuprà diximus cum patruo filium fratris ad-
12 mitti,ſicvt de iure communi [o]. In † ſucceſsio-
ne quoque libertorum,quæ proximis patronis E
defertur,conſtat filium fratris viuẽte patruo nõ
admitti [p].quod Bald.inductum putat [q],quia na-
turali ordine,non autem ſecundum legis inter-
pretationem defetur [r]. ergo, quia nulla ſangui-
nis coniunctio liberto cum patrono eſt,ideo or-
dinatam defuncti affectionem non conſiderari,
ſecundum quã nepotes loco parentum ſunt,ſed
duntaxat rigorem verborum inſpici,quę de pro
IIII. ximo loquuntur [s]. Nam & illud conſtat, ex ver-
bis teſtatoris quandoque fratris filium cum pa- F
truo nõ admitti,vt cùm ſpecialiter filios à nepo-
tibus diſtinxit. quod Raph. Alexanderque cen-
ſuerunt,certiſsimumque eſt , cùm in fideicom-
miſſo facta eſt vulgaris ſubſtitutio [t].Idemque in
emphyteuſi eccleſiæ aliqui reſponderunt [u]. ſpe-
cialis enim diſtinctio arguit noluiſſe teſtatorem
eos ſimul admitti [x]. ego tamen amplius delibe-

a arg. d.l. Publius.§. ſi.l. Lucius. §. quiſquis ꝗ. eo.
b auh. ceſſante. C.de legit. hær.
c Bal.conſ.ccclxxxviii. in iii. Alex.cõſ. lxxxviii. uol.i.et xxv. uol. iii.Aret. conſ. clxiiii. Soci.li.uol. iiii. Cor.xxxliiii.ii
d Bar. d.l. hæredes mei.§. cũ ita.
e l. conficiuntur. de iur.codicil.
f d.l.ſi.ubi Caſtrẽ.
g arg. l.iii .§. ſi duo.de leg. tut.l ſi libertus patrono. §.i.de bon.lib.
h §.cum filius.In ſtit. de hær. quæ ab inteſt. auth. poſt fratres. C. de legit.hæred.
i Iaſ. Curt. d.l. ii.C. de ſucceſ. edict. Corn. d.l.ſi. Deci. conſi.i. & ccxvii.
K Dec. cõſ. ccccxii. Soc. xiiii. uol. iii.Pariſ.xl. uol.ii. xviii. ii. Gozad. liii.uerſic.vi.
l l. utrùm.de lib.aſsig.
m d. auth. poſt. fratres. Dec.conſ. cccexliii.
n in l. re coniuncti.ꝗ.tit.i.
o d.c.i .§.his uerò.de grad. ſuc. & quo.fra. i. de nat. ſucceſ.feud. ubi Afflict. num.
p d.§.ſi duo. d.l. ſi libertus.
q B Id.d.§.ſi duo.
r Iaſ.d.l.ii.
s d.l.ſi libertus.§. i.
t d.l.hæredes mei .§.ſi.ubi Alex.Curt. d. l. ii.de ſucceſ. edict. Capra.conſ.v. u Alex. conſil. cxxix. uol. v.Cur.d.l.ii. x arg.l.clemens.de hæredib.inſtit.Dec. d.conſil.i.in ſi. Iaſ. l. ſi quis id, quod.de iuriſd.om.iud.

randum cenſeo.Sed quid, ſi teſtator ipſe expreſ
ſim vocaſſet proximiores de familia ? & videre-
tur nihil hoc referre. nam & lex ſucceſsionẽ de-
fert agnato proximo [y], & tamen filius fratris cũ
patruo admittitur [z]: & probabilis eſt [a] hæc ſen-
tentia [b],ne facilè vi
deatur teſtator ab
ordine legis receſ
ſiſſe [c]: quod ſimili
caſu Butrius reſpõ-
dit [d], & nos libro
primo De verb.ſignif.tractauimus. Sed tñ viden
tur aliqui Recẽtiores diſſentire propter vim ver
borum,quibus magis adhæremus in diſpoſitio-
ne hominis,quàm legis [e]: Idque maximè ſe-
cundum eos eſt dicendum, ſi adieciſſet teſtator
eos admitti ſalua gradus prærogatiua [f], vel ſi di-
xiſſet admittendos ordine ſucceſsiuo [g].Sed ego
nõ video,quomodo his verbis impediatur filius
B fratris, q licet ex perſona ſua ſuccedat,tñ gradũ
paternũ ingreditur [h]. vnde ſatis ſalua eſt gradus
prærogatiua.dixi autem ſecundum ſucceſsionẽ
inteſtati etiam hanc fideicõmiſſariam regi, & de
clarari [i]. itaque amplius deliberandum eſt. Et
proculdubio non excluderetur hîc fratris filius,
quando ſcriptum eſſet,vt aliquo decedente ſuc-
cedant proximiores ſui.Pronomen enim *Sui*, in-
dicat non proximitatem teſtatoris attendi, ſed
grauati [k],quod ſuprà dixi: at grauato proximior
C eſt ſuus filius,quàm ſit frater.Idem putarem,ſi di
ctum eſſet,ꝙ ſuccederetur in ſtirpes, non in capi
ta [l], apparet enim ſat apertè de mente teſtatoris
ad ſtirpem reſpicientis,quicquid aliqui hac in re
commententur [m]. Sed quid,ſit teſtator fideicõ
miſſum reliquit proximioribus ſuis? & tũc ꝓ-
pter vim poſſeſsiui pronominis ſit relatio ad tẽ-
pus vitæ teſtatoris, vt ſoli admittantur, qui tali
tempore eſſent ſuperſtites [n], excluſo filio ſoro-
ris præmortuæ:quod Bald.reſpondit [o],& ratio-
D nibus iuris conſentaneum eſt [p].
NISI SPECIALITER [b]. ¶ Tribus† modis in b
telligitur hic verſiculus. Aliqui enim,ſi nomina 13
ti ex cõſobrinis erant,eorum filios admitti cen-
ſebant,nec ad vlteriores,id eſt patrueles,tranſitũ
fieri. Sed hic ſenſus cõmuniter non approbatur,
& à nobis ſuprà confutatus eſt. Accurſius & alii
Veteres ſimpliciter accipiebant,vocari proximũ
quemque ſecundum regulam [q],niſi tamen teſta-
tor ſpecialiter præferri remotiores propinquio-
E ribus ordinaſſet.poteſt enim hoc facere.& ita Di
nus,Rainaldus,Iacobus,cęteri declarãt:qui ſen-
ſus verbis non valde cõvenit : aliud enim eſt ex-
tẽdere ad vlteriores,aliud priores excludere. E-
go arbitror tali fideicõmiſſo familiæ relicto, in-
telligi de his,qui proximi ſunt gradu ſecundum
tempus mortis tãtùm,nec gradatim hoc accipi,
vt deinde poſteriores admittantur, niſi teſtator
expreſſerit:putà,quia grauauerit hæredes nomi
ne appellatiuo [r], & ſi omnes in infinitum [ſ]:
F vel vſus ſit verbo habẽte tractum temporis, vt in
familia remaneat [t],quod Raphael hîc ſenſit: vel
imperſonaliter ſit locutus, *Ne exeat de nomine fami-
liæ* [u] ſeu, *Ne alienetur,ſed in familia relinquatur* [x]. cùm
enim ſit relictum familię,ſufficit,ſi ſemel id factũ
accipiatur , nec vltrà primi videantur grauati [y].
quod in relicto cognationi Accurſius hîc ſentit,
& Raphael probat:& poteſt eſſe ratio,quia fidei
commiſſum eſt onus , quod ſatis eſt , ſi ſemel
cenſeatur

L.32. Omnia que teſtamentis. §. In fideicõmiſſo.
V.
y Inſtit. de legi ag.ſucceſ. in i.& §.proximus.
z d .§. cum filius. d. auth. poſt fratres.
a Deci.conſil. cclix.
b Alex.conſ. cxxiiii.uol.vii.
c Bart.l. ut iuriſiurandi.§.i.de oper.liber.
VII.
d Butr.conſ.ii. de cõnſtit. Alex. d.cõſ.ii. lxxxviii.
e gl. l. ex facto. §.ſi quis rogatus. ꝗ.ad Trebel.
f auth. defuncto. C.ad Tertyl.Dec. conſ.ccccviiii.
g Deci. d. conſ.i. Pariſ.d.conſ.xl.
h l.ii.ubi Bart.C. de lib.preter.
i arg.d.l. conficiuntur.Imol hic.
k d.l.ſi ad Trebel.d.l.cum pater .§. penult. Alex.conſ.clxi.in vii.
VII.
l auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.Pariſ. conſil. xci.in ii.
m Pariſ.d.conſ. xl.
n l.ſi ita. de aur. & arg.leg.
o Bald.conſ. ccc clxxxviii.in iii.
p Alex.d. l. ſi cognatis.Iaſ.l.placet.de lib. et poſthum.
q d.l.peto.§. fratre.
r d.l. cum pater.§. fidei hæredum.ꝗ.eod.
s l.hæredis. de uerb.ſig.
u d .§. quòd ſi ta. in vi.

t §.nos igitur.aut.de reſtit.fid. d.§.Lucius. d.l.pater.§.fundum. lia. x d .§. fratre. y arg.d .§. quindecim.& c. non poteſt.de præb.

ceɳſeatur iniunctum[a]. Nec interpretandum eſt in alterius iniuriam, vt proximior cenſeatur grauatus reſtituere remotiori minus dilecto[b]. Vnde iuſſus vt relinquat in familia, nõ intelligitur grauatus in perpetuum, vt gradatim familiæ relinquat, ſed ſatis eſt, ſi ſemel reliquerit. euaneſcit enim deinde fideicõmiſſum[c],
14 ne † grauamen perſonale, extra perſonas porrigatur[d]. Et licet Doct. propter verba legis Iuſtiniani diſſentire videatur[e], tñ ego ſuprà ſcriptũ intellectũ in lege noſtra ſequor, quia diſertè Iuſtinianus caſum noſtrum excipit, dum ait, *Nulla ſpeciali adiectione ſuper certis perſonis facta*, etc. hoc enim caſu cũ nominatos ſpecialiter prætulerit, apparet non habitam iſtius gradus rationem. Et ſicvt fauor ſpecialis nominatorum non impedit, quin eis extinctis proximi ex familia vocentur, nec ſi deicommiſſum vlteriùs ad alios nominatorum extendatur, ita dicendum hiſce proximis, vt alterius fideicommiſſum non extẽdatur[f], niſi ſpecialiter ad vlteriores volũtatem ſuam defunctus ꝓrogauerit, vt hîc dicitur. Qua ratione cùm poſt mortem hæredis ſcripti iuſsiſſet teſtator hęreditatem devenire ad propinquiorem generis ſui, reſpondi, adverſus Bertrandum[g], fideicommiſſum ad vlteriores non extendi, niſi alijs verbis contraria defuncti voluntas argueretur[h]. etenim proximior vnius perſonæ nomen eſt, non autem collectiuum, ſicvt familia. Illud[i] fortiùs
15 ſentio, Iuſtinianum † quid nomine familiæ cõtineri voluerit, ſimpliciter conſtituiſſe: dum autem ſubijcit, eos ad fideicommiſſum gradatim vocari, non explicat, an ex vulgari[k], an verò ex fideicommiſſaria? videturque id reliquiſſe ex alijs legibus decidendum, nempè ſecundum ſuprà ſcriptam diſtinctionem[l], aliàs abſurdum eſſet cenſeri propriam prolem à teſtatore grauatam reſtituere affini, etiam affinitate extincta, vel liberto, niſi verba apertiſsimè tractum in futurũ habeant. Sed quod de fideicommiſſo familię hîc dicitur, an idem ſit in fideicõmiſſo facto cognatis, ſeu cognationi? & receptum eſt idem eſſe[m]. Et ideo quod hîc dicitur de tempore mortis, idẽ tradunt Doctores de tempore conditi teſtamenti. quæ ſubauditio ſat veriſimilis non eſt, cùm familia iuris ciuilis[n] nomen ſit, cognatio iuris naturalis[o]. Vnde pro regula conſtituendum arbitror, vt tempus mortis, quod hîc dicitur, perpendamus, ſed in cognatione tempus teſtamenti: qa tempus mortis non repugnat, cùm quamvis deinde quis emancipatus ſit, iura tamen naturalia retineat: & ideo cognatus dici ſaltem iure prætorio poſsit[p], licet non ciuili.

a d.l. unum. §. itaque.
b d. l. Publius. §. fin.
c d. l. filiusfamilias. §. cùm pater. l. pater filium. ad leg. Falcid.
d d.l. is, qui cùm plures. ubi dixit, curate rem, & ſic perſonaliter.
e d.l. fin. Pariſ. conſ. lxxii. in iiii. xxxvi. in ii.
f arg. not. per Bart. in d.l. Gallus. §. etiam ſi.
g conſ. xxxviij. in.i.uol.
h Ancha. conſil. xxvii. Deci. ccxxi. in ſi.
i l. fin. C. de uerb. ſignific.
K l. ut hæredib. ꝟ. eo.
l arg. l. qui teſtamento. de teſtam.
m d. l. ſi cognatis.
n l. tutelas. de cap dimin.
o l. i. & ii. unde cog.
p d. §. fratre. in ſi. l. iura ſanguinis. de reg. iur.

## LEX LXIX.
### PAPINIANVS LIBRO XIX. *Quæſtionum.*
### PETO LVCI TITI, etc.

LEX LXIX. PETO LVCI TITI.
§. Fratre.

2 *Textus intelligendus de familia teſtatoris.*
3 *Alienans in remotionem de familia, non contrafecit voluntati teſtatoris.*
4 *Hæredem extraneum inſtituens alienaſſe cenſetur: interdum contrà.*
5 *Satisfacto volũtati teſtatoris, electio etiam remotioris de familia ſuſtinetur: aliàs admiſsio gradatim fit.*
6 *Cautio de relinquẽdo in familia, præſtãda: eiusq; ratio.* 7.
8 *Petitio etiam perſecutioni conuenit.*
9 *Omiſſa cautio non repetitur.*
10 *Alia cautio de reſtituendo præſtanda.*
15 *Legatum familiæ etiam ad emancipatos pertinet, ſiue ante, ſiue poſt teſtamẽti factionem patria poteſtate ita exierint.*

¶ Fratre[a] hærede inſtituto petit ne domus alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur. ſi non

§. FRATRE[a]. ¶ Re † adverſus prę- a 1
ceptum teſtatoris alienata, admittitur proximus quiſque de familia gradatim, & cauet ſequenti: quæ tamen cautio ſi omiſſa ſit, non nocet, ſicvt nec emãcipatio. Referuntur autem poſt thema ſex dicta ſigillatim explicanda, Quod † dicitur, *Fratre inſtituto*, indicat, ſecus eſſe, ſi 2
extraneo inſtituto talis prohibitio adijciatur. tunc enim non poteſt de familia teſtatoris intelligi, ſed ipſius hæredis. Quamvis enim in dubio talem prohibitionem intelligamus de familia ipſius teſtatoris[q], vt Din. Petr. Rain. Bart. Raph. omnes hîc notant, tamen hoc caſu propter ſubiectam materiam fieret alia interpretatio, & de familia hæredis potiùs intelligeretur, adeò vt alibi Bart. cẽſuerit, tunc gradatim non admitti[r], ſed omnes ſimul[s]. qua de re alibi tractauimus. Quod ſubijcit, *Petijt, ne domus alienaretur*, indicat verba prohibitionis imperſonaliter proferri, & ideo in rẽ eſſe: vnde adverſus præceptũ fieri, quiſquis ex familia alienauerit. Hinc infrà dicitur, ſi domus ad exterum quandocunque pervenerit, fideicommiſſo locum eſſe. Quòd ſi prohibitio eſſet in perſonam, putà *Prohibeo fratri hæredi meo, ne alienet*, tunc quiſquis alius alienet, non cenſebitur contra teſtatoris iuſsionem facere[t], etiam ſi talem rem à ſocio prohibito ſit conſecutus[u]. Sed † quid, ſi hic frater familiam quidem alie- 3
nauerit, ſed neglecto proximo ad alium remotiorem tranſtulerit? & videtur non contrafeciſſe præcepto teſtatoris. reliquit enim in familia, & verba ſatis hanc interpretationem patiuntur[x]. nam & hîc dicitur, locum fideicommiſſo eſſe, ſi domus ad exterum pervenerit. hic autem nõ eſt exterus. Sentit hoc expreſsè Raph. ſatis enim eſt vni ex familia reliquiſſe[y]. Nã & Bartolus quoties prohibitio reſpectu perſonarũ, quæ admitti poſſunt, eſt limitata, & illis exceptis generaliter concepta, ſimpliciter cenſuit hæredis extranei inſtitutionem eſſe vetitam, quaſi ſentiens ſecus eſſe, ſi non ſit extraneus, licet remotiore gradu. quod ex facto reſponſum vidi.[z] Ego tamen dubito, quia Bartol. relinquendum eſſe ait hæredi legitimo. At iſte cùm ſit remotior, legitimus propriè nõ videtur[a]. Et cùm prohibitio in rem ſit cõcepta, videretur gradatim deferri debere[b]. quamvis enim ſimplex iuſsio, vt in familia relinquatur, non impediret vlteriorem eligi[c], tamen prohibitio in rem, ne domus alienetur, indicat mentem teſtatoris, vt ea gradatim ad proximiores devoluatur, ſicvt ſi paruiſſet teſtatori, id eſt, non alienaſſet nec inter viuos, nec per teſtamentum: & ſicvt ſeparatæ hæ clauſulę generali fideicommiſſo non ſufficerent, quia altera nudũ præceptum continet[d], altera ad alienationem in vita factam referri non poteſt[e], ita ſimul coniuncta non ideo iſtius inſtituti poteſtatẽ reſtringunt. Sed tamen à priore ſentẽtia, quæ receptior eſt, recedendum non eſt. q enim verba in rem cõcepta ſint, non ideo efficit, vt fideicommiſſum ſit ſimplex,

q l. vnum. uerſ. itaque. §. eod. Bart. hic in princ.
r Bart. d. l. ſi cognatis. in ſi.
s d. l. antepen. §. Lucius. i. ſecundũ communem intellectum.
t d. §. itaque.
u l. pater. §. quindecim. ꝟ. tit. i.
x d. uerſ. itaque. d.l. filiusfamilias. §. pen. ſ. tit. i. l. pater filium. ad leg. Falcid.
y Raph. hic, & l. ſi ita. §. ea lege. de uerb. ob. l. ſig. Salicet. l. ea lege. C. de cond. ob. cauſ.
z Deci. conſil. ccxviii.
a l. lege obuenire. de uerb. ſignific.
b d. l. fi. de uerb. ſignific.
c d. §. pen. d. uerſic. itaque.
d d. §. d'ui.
e d. §. quòd ſi talia.



paruerit hæres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero hærede[a] inſtituto deceſſerit: omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerunt. Quid ergo, ſi non ſint[b] eiuſdem gradus? Ita res temperari debet, vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus:

ſimplex, ſed duntaxat in caſum alienationis in extraneum[a]. Quæ tñ concluſio videtur limitanda, qñ concepta eſſent à teſtatore verba, *Ne fundus extra familiã alienaretur, & vt in familia remaneret*, quod non vno in loco reſpondit Socin.[b], ne iteratio illa familiæ ſit ſuperflua[c]. quæ ratio ſat fragilis eſt: nos alibi attingemus[d]. Rurſus limitãda videtur, quando per modum rationis dixiſſet, *Veto alienari, quia volo in familia remanere*. quod idẽ Socin[e]. & Deci. reſpõderunt[f]. ego alibi attingam[g].

a VEL EXTERO HAEREDE[a]. ¶ Qui † er-
4 gò hęredem extraneum inſtituit, videtur alienare. Alienationis enim nomen generale eſt, et quẽcunq; modum comprę̃dit, per quem res aliena efficitur[h], vt meritò etiam inſtitutio hæredis tali appellatione compræ̃datur. Quod maximè dicendum eſt in actu promiſsiuo. conceſſa enim alienatione, proculdubio hęredis inſtitutio permittitur, idq; non legitimi tantũ, ſed etiam extranei[i]. Quæ concluſio non eſt perpetua, ſed quibuſdam caſibus non procedit: & in primis, cùm prohibitio alienationis ad certum modum limitata eſt, qui inſtitutioni non conveniat, vt ſi lex ꝓhibet alienari in fraudẽ. qui enim teſtatur, et hęredẽ inſtituit, iure ſuo vtitur, et neminẽ fraudare cenſendus eſt[k]. Qua ratione & in prohibitione ſimpliciter facta idem eſt. Vnde lex Iulia alienationem fundi dotalis impediens, ad hæredis inſtitutionem non pertinet[l]. nec enim videtur voluiſſe hæredis inſtitutionem impedire, quæ ex quadam neceſſitate ſit, cùm omnino quis neceſſe habeat mori, & conſequenter hæredem habere, vt Bartolus hîc ait. An, quia huiuſmodi inſtitutio ius vniuerſale transfert, & multa ſub vniuerſitate tranſeunt, quę aliàs transferri non poſſent[m]? Subijcit tamen Bart. ad vltimas volũtates hoc caput nõ pertinere: quia in eis nõ valet prohibitio ſimpliciter facta, ſed oportet adiectam eſſe cauſam[n]. Ego nec in diſpoſitione quidem legis ſimplicem prohibitionem vllã eſſe arbitror, qa lex ſemper certam rationem habet, putà lex Iulia, vt cõſultum ſit dotibus, quarum fauor ad publicam vtilitatẽ pertinet. Sed in diſpoſitione teſtatoris non tam cauſa, quàm conſiliũ pręſumitur, niſi exprimatur. Quòd ſi pœna adiecta ſit, apparet nõ id actum eſſe, vt cõſulatur prohibito, & ideo tale præceptum valet[o], quod Raph. hîc tradit, & nos loco ſuo docuimus. Cęterũ et ſi prohibitio reſpectu certi tẽporis ſit limitata, vt quia quis ſit prohibitus, quoad viueret, alienare, non impeditur hæredem quemlibet inſtituere[p]. licet enim viuens hæredem inſtituat[q], tñ hæc inſtitutio duntaxat poſt mortem effectũ habet[r]. Sed quomodo ſuprà ſcripto caſu limitata eſt diſpoſitio ad vitã, cùm ſubiecta eſſet clauſula generalis? ita enim fiet, vt fundus de nomine noſtro nunquã exeat. Quę ratio generalis videtur limitationẽ hanc abolere[s]: & fatetur Bartolus clauſulã hanc generaliter accipi, ſi per modum rationis eſſet adiecta, *Quia volo, vt fundus*, etc. Sed ſuprà ſcripto caſu verba per modũ cuiuſdã enũtiationis futuri eventus prolata erant, & ſpẽ teſtatoris potiùs deſignabant, quàm diſpoſitionem[t]. Huc pertinet & cùm prohibita eſt alienatio, & in eius eventum certis perſonis, putà familiæ, relicta eſt. licet enim (vt hîc dicitur) non poſſit quis extraneum hæredem inſtituere, poterit tñ legitimum inſtituere, ſeu in eum ab inteſtato tranſmittere[u]. non enim ipſe contrafeciſſe iuſſui teſtatoris videtur, cùm nõ ipſe alienauerit, ſed lex, quæ ei mortuo talem ſuccedere iubet[x]. Vnde hoc caſu non cenſetur eveniſſe conditio fideicommiſsi, cùm nulla eius indevotio arguatur. Et hęc eſt receptiſſima opinio, adverſus quam tñ aliqui reſponderunt[y], vt apparet, non ſat rectè. Sed qd, ſi verba prohibitionis adeò generalia ſint, vt etiã cauſa inteſtati cõprændatur? & nihilo minùs admitti legitimum hæredem Alex. reſpõdit[z]. Sed & extraneum ex teſtamento tunc quoq; admitti idẽ cẽſuit: quam ſententiã ſuprà nõ probaui[a]. Quid ergo, ſi odio certæ perſonæ ea alienatio prohibita eſt? & tunc quia tenetur hæres curare, ne in eam res perveniat[b], nec quidem ſucceſsioni ab inteſtato erit locus[c]. quod Bart. tradidit. Ego ipſo iure adhuc locum eſſe ſucceſsioni arbitror: ſed rem iure fideicommiſsi repeti, & avelli ab eo poſſe magis ſentio, quando ſcilicet teſtator diſpoſuit, cui in eũ caſum dari velit. Vnde ſi lex municipalis vetat rem ei alienari, qui ſubditus non ſit, putauerim ipſo iure alienigenam ab inteſtato ſuccedere[d], licet auferri res poſsit. Ex teſtamento verò maior eſt difficultas, qa omnino excludi Bartol. adverſus Accurſ. ait[e], certumq; eſt, ſi res extra commercium poſita ſit[f]: aliàs ego Accurſium ſequerer, quia nulla indevotio arguitur ex eo, quòd quis teſtatur[g]. Vnde lex in eccleſiam, vel clericum prohibens meliorationes trãſferri[h], tãquam in potentiorem eos ipſo iure incapaces ex ſucceſsione non faciet[i], nec cõmittetur emphyteuſis domino, ſed ſatis erit, ſi ab eis quamprimùm in perſonam idoneã alienetur[k].

QVID ERGO SI NON SINT[b]. ¶ In hoc b
igitur fideicommiſſo cẽſentur hi, qui ex familia ſunt gradatim vocati. Quod regulare eſt, quando I.
contrà factum eſt prohibitioni alienationis, maximè in rem ſcriptæ, vt in caſu noſtro fuit[l], & ſuprà declaraui. II.
Idemq; tradunt Doct. in fideicommiſſo ſimpliciter familiæ relicto. tunc enim omnes gradatim ex lege Iuſtiniani admittuntur[m], quam & ſuprà explicui. Idemque, ſi III.
ſimpliciter deſcendentibus ſit relictum. intelligetur enim ſecundum gradus prærogatiuam[n]. I. Fallent.
Quòd ſi † hæres non cõtrà fecerit, ſed in fami- 5
lia reliquerit, ſecus eſt: quia ſatis eſt, ſi vel remotior fuerit electus[o], quod & ſuprà declaraui. Sed II.
& cùm aliqui nominatim ſunt vocati, illi omnino pręferendi ſunt, quamvis poſteriores alijs in gradu ſint: quod ſuprà traditum eſt[p]. In fideicõmiſſo quoq;, quod exterì alicuius familiæ, vel III.
deſcendentibus, vel cognatis ſit relictũ, Bar. credidit ad gradus proximitatem non attendi, ſed pariter omnes admitti[q]. quod certum eſt, ſi omnes ex ea familia ſint in eodem gradu[r], nec cuiquã imputari negligentia poſsit[ſ]. Item pro-

L. 69 Peto Luci Titi. §. Fratre hærede.

a d. l. cùm pater. §. cũ inter. ſ. eo.
b d. §. cohæredes. & conſ. xl. inter conſilia. Curt. Senenſ.
c l. ſi quando. ſ. tit. i.
d in d. §. fundũ.
e Socin. conſil. xliii. uol. iii.
f Dec. conſil. xxiii. xxxvii. & clxxxiii.
g in d. §. fundum.
h l. fi. C. de reb. alien.
i l. ſi quis prioris. §. certũ. C. de ſec. nup. d. l. vnum. §. ſi duos.
K l. ex hoc edicto. §. in hæredẽ. ſ. de alien. iud. mut. cauſ.
l l. i. ſ. de fund. dot.
m l. quædam. de acquir. rer. dom. l. in modicis. de contrahen. empt.
n d. §. diui. d. l. pater. §. Iulius. ꝟ. tit. i.
o ꝟ. fi. Inſtit. de legat.
p l. pater. §. fundum. ꝟ. tit. i.
q l. qui duos. §. i. de manu teſtam.
r Bart. conſ. lxxvi. l. ſi. in ſi. ubi dixi. C. de pact.
s arg. l. cum pater. §. dulciſsimis. ꝟ. eod.
t l. Iulianus. §. ex his. ꝟ. tit. i.
u d. l. cùm pater. §. cùm inter. gl. d. §. Iulius Agrippa.
x in auth. de reſtit. fid. ad ſi. Decius. conſ. ccclxxviii. Curt. Senẽſ. xlv. ult. dub.
y Socin. conſil. xliii. uol. iii. Deci. xxiii.
z Alex. conſil. clv. uol. ii.
a ſ. eo. l. filiusfamilias. §. diui. uerſ. xv.
b d. §. ea lege.
c d. l. codicillis. §. matre.
d gl. l. i. C. non lic. hab. lib. xi.
e Bart. d. §. ea lege, in ſi.
f gl. l. quemadmodum. C. de arg. & cenſ.
g d. l. ex hoc edicto.
h l. fi. C. de iur. emphyt.
i l. murileguli. ubi Bart. C. de murileg.
K Specul. §. nunc aliqua de locat. uerſ. cxvii. Alex. conſil. cxx. in i.
l d. §. quòd ſi talia.
m d. l. fin. C. de uerb. ſignif. gl. d. l. unum. §. itaque. uerb. uni.
n §. i. in auth. de hær. ab inteſt. l. ſi. C. de ſu's & legit.
o d. l. unum. l. filiusfamilias. ꝟ. cum pater. in ſi.
p d. §. in fidei. 3. is, qui cùm plur... miſſo. q Bar. d l. ſi cognatis. in ult. verb. d. l. antepen. §. Lucius. r l. ubi Bart. ſ. tit. i. s l. cum quidam. in ſin. ſ. eod.

babile

nec tamen ideo ſequẽtium[a] cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi debet: ſed ita ꝓximus quiſque admittendus eſt, ſi paratus ſit cauere, ſe familiæ domum reſtituturum. Quòd ſi cautio[b] non fuerit ab eo, qui primo loco admiſſus eſt, deſiderata: nulla quidem eo nomine naſcetur condictio: ſed ſi domus ad exterum quandoque pervenerit, fideicommiſſi petitio familiæ competit.

babile eſt, ſi relictum ſit alicuius familię extránei iam defuncti. Sed quid, ſi adhuc viuat? & videntur Doct. idẽ ſentire [a], vt tamen primò extraneus ille tanquam nominatus admittatur [b]. Ruin. tamen [c] cẽſet hoc caſu familiam gradatim vocari: quia lex de extraneo loquẽs inqt, familię ſuę acquirat[d]. Sed ego *Suæ* intelligo, id eſt, teſtatoris, nõ aũt hæredis grauari [e]. Sed & cùm teſtator ſe relinquere Titio fratri, & eius familiæ dixiſſet, ꝓximitas ab ipſo hęrede ducitur, non à teſtatore: quia non de ſua, ſed de hæredis familia eſt locutus [f]. Idemq; ijs omnibus caſibus eſt dicendum, quibus ſuprà cenſui nõ ad teſtatoris, ſed ad eius, qui fideicommiſſo eſt grauatus, proximitatẽ attendi [g]. Sed quid, ſi teſtator deſcendentes in ſtirpes inuitauerit, non in capita? & verba ſatis indicant, in ſua cuiuſque ſtirpe potiorem quemlibet eſſe, quamvis collegatarij reſpectu ſit remotior [h]. Quod arbitror adeò verum eſſe, vt etiam ſi dictũ non ſit, tamẽ talis cenſeatur fuiſſe teſtatoris mẽs & ideo nepos in patris grauati portione patruo præferatur [i].

a NEC TAMEN IDEO SEQVENTIVM.[a]

6 ¶ Cauere † ergo debet proximus quiſque ſe in familia relicturum. Nec intelligẽdum eſt hîc de cautione prętoria, vt fideicommiſsi nomine caueatur, de qua infrà extat integer titulus [k], quoniam illam cautionem exigit legati, vt fideicõmiſsi creditor, iſtam verò debitor. Nec etiam de cautione Mutiana intelligendũ eſt, quæ in cõditionibus de non faciendo à debitore exigitur [l]: D verùm non eſt de re alteri reſtituenda, ſed ipſi ſoluenti caſu, quo modus adimpletus nõ fuerit, vel conditio non obſeruata [m]. Intelligendũ ergo de alia cautionis ſpecie, quæ in fideicõmiſsis pręſtatur de re fideicõmiſſario ſecundum voluntatẽ teſtatoris in eventũ cõditionis præſtanda. Sed cur inventa eſt hæc cautio? videtur enim ſuperflua, cùm etiam ſi ſit omiſſa, non tñ damnum fideicõmiſſario inferatur, nec vẽdicatio ſibi denegetur. Sed ſciendum eſt, olim fideicõmiſſa perſecutione, id eſt officio iudicis, ſolũ peti potuiſſe [n], nec actionem in rem fideicõmiſſario datã fuiſſe, quia verba hęredem reſpiciebant, vt ipſe daret [o], non aũt teſtator dabat. Quod & in legato damnationes receptum erat [p]. non enim incontinenti dominium in legatariũ transferebatur: meritò expectanda erat hæredis manus [q], quod ſuprà de-

7 claraui [r]. Vnde † in fideicõmiſsis hęc cautio præſtabatur, vt magis iure ordinario, id eſt, actioni perſonali ex ſtipulatione deſcẽdẽte ageret, quã extraordinaria petitione, quæ ſola pro fideicõmiſsis cõpetebat [s]. Deinde cùm Iuſtinianus tres actiones fideicõmiſsis conceſsiſſet [u], qa rei vendicatio cœpit cõpetere minùs neceſſariæ, nunc ſunt huiuſmodi cautiones, quæ tñ abolitæ non ſunt: quia vendicatio, vt vberior, fauorabiliorq; eſſet fideicõmiſſorum natura, cõceſſa eſt [w]: & ideo ſaluum remanet ius vetus, poteſtq; adhuc peti cautio, ſi ita hęres elegerit [x]. Et ideo quod diſputat hîc Accur. hęredẽ alienare ꝓhibitum, ſi ex-

a Raph. Soc. d. l. ſi cognatis.
b d. §. in fideicõmiſſo. l. Gallus. §. i. de lib. et poſthu.
c in d. l. Gallus. §. i.
d d. l. fi. in fi.
e l. cùm in teſtamento. vbi Bar. de auro. & arg. leg.
f d. §. quòd ſi talia.
g d. §. in fideicõmiſſo. vbi dixi.
h auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.
i l. cùm auus. de cond. & demõn.
k ut leg. ſeu fideicommiſ. nom. caue.
l l. Mutian. ꝟ. de cond. & dem.
m l. quibus diebus. §. fi. de cond. & demonſt.
n l. pecuniæ. §. perſecutionis. de verb. ſig.
o Inſtit. de fid. hæred. in princ.
p l. Sempronius. de vſufr.
q l. Herennius. ꝟ. de vſur. l. Titius. de act. empt.
r §. tit. i. in rubric. Caius lib. ii. Inſtit. eo. tit.
s arg. l. in prouinciali. de oper no. nunt.
t l. i. C. commu. de leg. §. i. & ii. Inſtit. de legat.
u l. cum filius. §. varijs. §. eo.
x l. quotics. de act. & oblig.

tranenum inſtituat, nihilo minùs trãsferre dominium [y], iure antiquo verum eſt [z], & hodie quoque obſeruandũ, niſi fideicõmiſſarius vẽdicationem elegerit. quo caſu legi nouæ eſt locus [a]. Quod etiam in fideicõmiſsis vniuerſalibus ante reſtitutionem ꝓcedere arbitror [b], qđ Accur. quãdoq; tradidit [c]: nec aliud abſq; manifeſta legum violatione dici poteſt, quamvis Bar. indiſtinctè nõ tranſferri dominiũ cenſuerit, legis noſtræ argumẽto, quę ſecundũ eum ꝑmittit vendicationẽ illis de familia. Sed certè in lege noſtra nulla vẽdicationis mẽtio eſt, ſed ſimpliciter ſcriptum fideicõmiſſum peti. q, 8 † verbũ *Peti*, ad perſecutiones quoq; pertinet [d], vt rectè Rapha. hîc diſputat. Opinio tñ Bart. receptior eſt [e], & certior, cũ alio titulo, quàm inſtitutionis, hęres trãſferret. Prohibitio eñ teſtatoris prohibitioni legis comparatur, & dominij translationem impedit: licet in contractibus aliud iuris ſit [f].

b QVOD SI CAVTIO [b]. ¶ Omiſſa † igitur cau- 9

C tio nõ poteſt repeti ſiue quia hæc res admodum damnoſa fideicõmiſſario non eſt. olim enim ſupererat adhuc officium iudicis, hodie verò etiã rei vendicatio: item & olim & hodie poterãt fideicõmiſſarij ſibi cõſulere per cautionẽ prętoriã ex titulo, Vt legatorũ ſeu fideicõmiſſorum nomine caueatur, qđ hic Bart. tradit. ſiue, qa cùm non interſit hæredis ſoluentis, niſi propter conſeruationem voluntatis teſtatoris, ſola exceptio conceditur, nõ actio [g]. Sed cur non idẽ eſt in cautione, quæ pro vſufructu rerum mobiliũ præſtatur, vt ſi omiſſa ſit, amplius peti non poſsit [h]? & arbitror eam adhuc peti poſſe, qa ad ſubſtantiã vſuſfructus pertinet. vnde & remitti nõ poteſt [i]. qđ ſecus eſt in hac, quæ non ſubſtantiã, ſed faciliorẽ præſtationem reſpicit. Petr. Oldr. Alber. certum eſſe, cuius interſit cautionẽ vſusfructus peti, aiũt nempe ꝓprietarium: at in caſu noſtro incertũ eſſe, cuius interſit. Bart. tñ & Veteres ideo hîc non condici cautionem interpretãtur, quia de manu E extranei res vendicabatur, cuius nõ intererat rẽ ad familiã devolui, cùm ipſe nullo modo habere eam poſſet, vtpote extraneus. Quæ ſententia probabilis eſt, niſi quòd non explicat [k], quomodo ſtipulari id poſsit, quod dari ſua nõ intereſt [k], An ergo ſufficiet, quòd ſua interſit pro voluntate teſtatoris tuenda [l]? Rapha. intereſſe huius hæredis extranei ait, quia licet ſoluendo proximiori ſit liberatus ab eo, tamen non eſt liberatus ab aliis. cenſetur enim grauatus reſtituere gradatim. F Vnde ſi quãdocũq; cõtrà fiat, ſemper poteſt ex teſtamẽto conveniri [m], meritò cautionem poſtulare. Putat tamen ceſsione eum earum actionum liberari [n]. Quam ſententiam ego non probo, quia verba legis noſtræ indicant fideicõmiſſum ſoli primo hæredi haudquaquam iniunctũ fuiſſe, ſed ſingulis reſpectu ſequẽtis in gradu, vt ille grauatus cenſeatur, penes quem bona reperiũtur [o]: & ideo ſolutione ſuperiori facta, ille eſt liberatus, & ſequens cenſetur grauatus reſpectu proximioris, caſu, quo cõtrofaciat. Rogerius nõ hæ-

y arg. l. quædam. de acquir. rer. do.
z l. fin. §. ſed quia. C. cõmu. de leg. verb. ſecundũ ueterem.
a d. l. fin.
b l. ſi hæres inſtitutus. §. i. ad Trebel.
c gl. l. Marcellus. §. res, quæ. ꝟ. ad Trebel.
d d. l. pecuniæ. §. actionis. de verb. ſignific.
e Alex. l. Marcellus. §. res, quæ ad Trebel.
f d. l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. d. §. ea lege.
g l. emptor. §. ſi. de rei uẽd. dixi ſuprà in rub.
h l. hoc. ſenatuſconſulto. §. i. de uſufr. ear. rer.
i l. i. C. de uſuf.
k §. aliter. Inſt. de inutil. ſtipul.
l arg. l. ii. C. de iis, quæ ſub mod. l. Quintus uerſ. aliter ꝟ. tit. ii.
m l. ſi ſic ꝟ. tit. i. ubi Bart. & l. Marcellus. in fi. ad Trebel.
n l quod debetur. ꝟ. de pecul.
o l. codicillis. in princ. ubi Bart. de uſuf. leg. Bar. l. qui duos. de uulg. l. ſed. & ſi ſic ꝟ. tit. i.



Cautionem autem[a] ratione doli mali exceptionis puto iuſtè deſiderari: quamuis nemo alius vlterior ex familia ſuperſit. Si quidam[b] ſint poſtea emancipati: tractari poteſt, an hi quoque rectè fideicommiſſum petant. Et puto rectè petituros: quoniam familiæ appellatione perſonę hę quoque demõſtratæ intelligũt.

LEX LXXXIX.

A SCAEVOLA LIBRO IV. Reſponſorum.

Teſtamento * filium, etc.

¶ Maritus[c] vxorem ex aſſe hęredem inſtituit, cuius poſt mortem codicillos aperiri teſtator præcepit. B prædium hæreditarium vxor infructuoſum rationi ſuæ exiſtimans, vendidit.

hæredem, ſed ipſos fideicommiſſarios mutuò ſibi cauere interpretatur: vnde hanc cautionem Veteres vocarunt vicariam. Sed hæc expoſitio verbis legis omnino non conuenit, quæ ſatis indicant hæredi cauendum. Alij caueri ſeruo publico magis putauerunt, qui vtilem actionem familiæ acquirat [a]. quę interpretatio nec ipſa ſatis conuenit verbis legis, tametſi regulis iuris ſit conſentanea [b]. Ego intereſſe hæredis arbitror, quia finito fideicõmiſſo res ad eũ reuertatur, vt mox dicam.

a CAVTIONEM AVTEM[a]. ¶ Aduerſatiua hîc poſita indicat de alio capite cautionis Iuriſconſultum loqui, quàm de ſuperiore, in quo quis ſtipula-

10 tur rem in familia relinqui: in † hoc verò ſi relicta non ſit, ſtipulatur ſibi reſtitui [c]. Appellatur autẽ cautio ratione doli mali exceptionis, quia ſi iſte non relinquit, dolo malo cenſetur petiiſſe, ideoq; res illi reſtituenda eſt, à quo acceperit [d]. Vnde etiam ſi nemo vlterior ex familia ſuperſit, tamen præſtãda eſt talis cautio, quia intereſt ſtipulantis, vt ſibi reſtituatur, cùm ea lege ſoluerit, ne res extra familiam exeat [e]. Si ergo contrà fiat, in pari cauſa æquum eſt hunc dantem, qui primi & prædilecti eſt hæres, iure iſtius cautionis præferri [f]. quamuis ergo ſi non ſuperſit, qui vẽdicet, extinguatur fideicommiſſum [g], & tali caſu etiam in extraneum hæredem tranſeat [h], & quamuis duobus contrafacientibus potior ſit cauſa poſsidentis [i], tamen hoc non procedit, qñ primus beneficio cautionis ſibi prouidit. Quod ſi nõ fecit, ſibi imputet, prout hîc apparet, ſufficietque ęquitas hæc retentioni, non autem actioni [k]. Et ita videtur hic text. accipiendus, ſicut & ſuperius reſponſum, quo expreſsè dicitur interponi cautionem, ſi fundum, cùm morietur, in familia cum effectu non reliquerit, ipſi danti reſtitui [l]. Nam quod Accurſius ibi comminiſcitur, dãtem ipſum extraneum non fuiſſe, ſed de familia, diuinatorium eſt, & falſum. ſi enim fuiſſet de familia, non cogebatur quamuis proximiori præſtare [m], vt ſuprà dixi. Veteres tñ aliter interpretantur, & quia cautio, quæ committi non poteſt, interponi non debet [n], intelligunt ipſi poſſe cõmitti, quamuis nõ extet vlterior, quia ſaltem aliquis pari in gradu adſit [o], vel vlterior, licet nunc non extet extare tamen poſsit, vel quia dubitabatur, an extet [p]. Probabilis enim facti dubitatio efficit, vt interim omnino ſit cauendum [q]. Sed mihi mea interpretatio magis applaudit. cæteræ enim diuinatorię ſunt.

b SI QVIDAM [b]. ¶ Adnotandum hîc, in † fi-

11 deicomiſſo familię etiam emancipatos contineri. quod certum eſt, ſi ſaltem tempore teſtamenti emancipatus non erat. quod Bart. tradit, & dictio *Poſtea*, hîc in text. inducat [r]. Item certũ eſt iure nouiſsimo, quod ſublata eſt differentia emãcipationis & patriæ poteſtatis [s]. Vnde non videtur amplius referre, antè, vel pòſt ſit emancipatus. Et Iuſtinianus ſimpliciter in fideicommiſſo familiæ liberos vocat, non diſtincto in poteſtate, emancipati ſint [t]. Ego ſimpliciter arbitror hoc verum in fideicõmiſsis, in quibus mens teſtatoris naturaliter attẽditur; legis XII. Tabularũ rigore non obſeruato [u]. Et propterea in legibus municipalibus, quæ fauorabiles ſint, vt quia de cauſis inter agnatos cõpromittẽdis diſponant, reſponſum eſt, agnatos intelligi, etiam qui emancipati ſint [x]: Quod etiam in ſtatutis ad ſucceſsionem pertinentibus verũ eſſe exiſtimo: qa nec illa ad rigorem legis XII. Tabularum hodie reſpiciunt, ſed duntaxat ad lineę maſculinæ fauorem. quod Bald. ſentit [y], & vero C proprius eſt [z], licet Dec. aliter reſponderit [a]. Nam & in feudis, vt quis admittatur, eadẽ ratione nihil refert, ꝙ emancipatus fuerit [b]. in eis enim ad lineam maſculinam ſimpliciter attendimus [c]. Sed quid, ſi non ſolùm emãcipati, ſed etiam per arrogationem in alienam poteſtatẽ redacti ſunt? & videretur tũc omnino familiam mutari, & ius agnationis extingui [d].

a l. non enim l. ſeq de adopt.
b l. ſi rẽ pup. ſal.
c d. l. unum. §. ꝙ ſi talia. in fi.
d l. dolũ de doli except.
e arg. d. l. quib. dieb. §. fin.
f arg. not. per Bar. d. l. Gallus §. etiamſi.
g l. cũ pater. l. libertis. in fi. §. eo. l. quoties. C de fideicommiſ.
h l. qui ſolidũ. § penul. ꝟ. eod.
i l. iij. de cond. ob cauſ. l. militis §. pen. de teſta. milit.
k d. l. emptor. §. ancillam.
l d. l. quod ſi talia.
m d. l. unũ. §. j. n l. hæc ſtipulatio. § diuus. ut leg. nomi.
o d. §. libertis. l. Quintus. uer. aliter. de an. leg.
p l. ſi duo. ut leg. nom.
q arg l. ſi quis in cõſcribendo. in fi. C. de pact.
r d l. ſi cognatis.

L. 69. Peto Luci Titi. §. Fratre hærede.
s §. nulla in authen. de hæred. ab inteſt.
t d. l. fi. C. de uerbor. ſignif.
* teſtator, *aliàs.*
u l. tutelas. de capit. dimin. §. fin. inſtit de leg. ag. ſucceſ.
x Bal. Caſt. Moder. l. qui ſepatris. C. unde lib.
y Bal. l. fi. C. de emancip. liber.
z d. l. tutelas. uerſ. ex nouiſſimo.
a Dec. cõſ. xiij.
b Bald. Caſtr. Corn. aut. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.
c c. j. §. & ſi clitulus. de ali. feud. c. j. in fi. de nat. ſuc feud.
d l. pen. in fin. C de adopt.

LEX LXXXIX. *Teſtamento*. aliàs, *Teſtator*.

D *§. Maritus.*

1 *Explicata ratio alienationis in caſu textus validæ.* 2.
3 *Princeps auferens dominium, debet pretium offerre.*
4 *Feſtimatio loco rei.* 6.
5 *Hæres ſi eſt in ſoluendo, non datur contra emptorẽ ignorantem regreſſus in ſubſidium.*
7 *Perpetua fideicõmiſsi cauſa ſubſiſtẽte, nõ eſt textui locus.*
8 *Traditio tansfert dominum.*

§. MARITVS [c]. ¶ Fideicõmiſſum relictum co E dicillis, qui interim aperiri non potuerunt, rei fideicõmiſſo ſubiectę alienationem non impedit, ſed æſtimatio ab hærede debetur. Sed † quæ eſt huius ratio? & ſimpliciter hîc dicitur propter iuſtam vtriuſq;, tam venditoris, quàm emptoris, ignorantiam id induci: & ita etiam Din. Ray. Iac. Bart. Imol. cæteri ſimpliciter cenſuerunt. Sed hi non explicant, an quælibet iuſta ignorantia ſufficiat, an verò de ignorãtia ſecundum terminos legis noſtrę ſi accipiendum, id eſt, quæ ex ipſius F teſtatoris facto ꝓuenerit. ꝓhibuerat enim ipſa aperiri codicillos. Alex. & Soc [e]. mentẽ Doct. ſimpliciter accipiunt, vt quælibet ignorantia ſufficiat [f], dum probabilis ſit, putà quia in facto alieno, vel quia quis ſucceſſerit in locum alterius [g]. Idemq;, ſi ſciuerit quidem codicillorum diſpoſitionem, ſed crediderit excellẽti doctori, qui poſſe alienationem fieri reſponderit [h]. quod Claud. probat [i], & ex facto reſpondit Alexand [k]. Sed hæc ſententia dubia eſt, quia Bald. hîc & Raph. Comen. aliter ſentiunt, & alibi idem Bald. [l], qui

c
e in l. Marcellus. § res, quæ. ad Treb.
f l. pater filiũ. ꝟ. reſponſ. ꝟ. tit. j. c. j. de contr. inter do. & empt. Abbas conſ. in. q. 6 uol ij.
g l. ſi ꝟ. pro ſuo. Bar. l. qui Rom. § duo fratres. ꝟ. de uerb. oblig.
h Bar. l in bonorum. de bonor. poſſeſ.
i Claud. § res, quæ.
k Alexan. conſ. clxxxiij. ij.
l Bal. auth. res, quæ. C comm. de leg. in lectura noua Corn. conſ. 104. in ij. Iaſ. l fi. § ſed qa. C. cõmu. de leg.

de ignorãtia intelligendum exiſtimant, quæ facto teſtatoris provenerit.
I. Lim. Cùm† enim vetuerit
2 aperiri condicillos, ſatis declarauit mẽtem ſuam eſſe, vt adminiſtratio hæredi interim ſalua eſſet: & cùm caſus iſte ſit à regula communi exorbitans[a], non debet vltra verba propoſita extendi [b]. Fortiùs me illud mouet, ꝙ cùm ex fideicõmiſſo ius ad rem ipſam ſit quæſitum, ſpeſq́; ea probabilis ſit, nõ debet ignorãtia cõtrahẽtium ius alterius perimi [c]. præſtat enim ignorantia iuſtã excuſationem, ne quis damnum faciat, non autem vt alterius rem conſequatur[d].

> emptor quærit, an retractari hæc venditio poſsit poſt mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fideicommiſſum hereditas data depræhenderetur: an verò ſolùm quantitas pretij ab hærede vxoris fideicõmiſſariis debeatur. Reſpondi, propter iuſtam ignorantiam tam mulieris quàm emptoris, hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere.

Et quamvis oblatio pretij efficiat, ne damnum fideicommiſſarius feciſſe videatur [e], tamen hoc non ſufficit, cùm probabilis ſit allegatio rem ſuam vendicãtis potiùs, quam pretium [f]. Vude damnoſum dicitur reſcriptum, quo quis cogitur rem ſuam vẽdere, quamuis iuſto pretio, vt cõmunis ſe habet
3 opinio [g]. Et† regulariter non poteſt princeps dominium alterius auferre, licet quando poteſt, teneatur offerre pretium [h]. Puto ergo oblationem pretij in caſu noſtro ſufficere, quia teſtator prohibendo codicillos aperiri, non videtur voluiſſe alienationem impedire, & † cõſequenter propter eius mentẽ tali caſu loco rei pretium ſuccedet [i].
4 Et niſi ita ſentiamus, plurima fideicõmiſſa ſubverterentur, rebus ab his venditis, quorum ignorantia præſumeretur, vt quia aliàs ab inteſtato ſucceſſuri [k]: vel cùm ex teſtamento antiquitus facto ageretur [l]: vel quia venditor propter ætatem, ſexum, ruſticitatem præſumeretur neſciuiſſe [m]. Excluderetur enim tali caſu fideicommiſſarius oblato pretio: & tamen aliter obſeruari plerunque videmus, vt meritò ſuper hac Alexandri ſententia ſit deliberandum. Nec me mouet ratio hîc ſimpliciter poſita, *Propter iuſtam*, etc [n]. non enim profertur in formam regulæ, vt extendi vltra caſum debeat [o], ſed potiùs ſecundum terminos propoſiti thematis eſt intelligẽda [p]. ſit enim interpretatio, ne narratio facti otioſa videatur [q], quicquid Andreas Sicul. Cornæus & Corſetus
II. diſputarint [r]. Sed† quid ſi hæres, qui pretium
5 recepiſſet, non ſit ſoluendo, an ſaltem in ſubſidiũ admitteretur fideicommiſſarius adverſus emptorem? & Caſtr. Socin. Corn. reſpõderunt admitti [s], nec eſſe legi noſtræ locum [t]. quod Alexan. & Curt. Iun. probant [u]: & Socin. hac in re variauit [x]. etenim tunc in ſubſidium contra emptorem datur actio, quando venditor dolo egit, non ſi ignorans [y]. debet enim factum venditoris ipſi nocere, non autem emptori, qui cauſam oneroſam habet [z]. Quæ ſentẽtia & nobis placet, quia lex noſtra ſimpliciter loquitur, & hæredem tantùm onerat [a]: & quia videtur alienatio ex licentia teſtatoris facta, qui vetuit codicillos aperiri: vnde omnino tutus debet eſſe emptor [b]. Illud certiſsimum eſt, etiam ſi emptor non ſit tutus, licere tamen ei rem retinere, ſi pretium offerat, ꝓ vt auctori ſuo licuiſſet. quod Andreas Siculus tradidit [c]. Poteſt enim vti omnibus defenſionibus, quibus venditor, cùm cenſeatur procurator in rem ſuam [d], maximè propter clauſulas ceſsionum, quæ in inſtrumentis ſolent apponi.
III. Sed quid, ſi alienatio titulo lucratiuo facta ſit? & Rapha. non eſſe legi noſtræ locum cẽſuit, quæ exorbitãs eſt, & in vẽditione loquitur, & eũ obligat, qui pretium habuit. Sed Alexã. contrà, itémq; Soci. nam manumiſſio eſt titulus lucratiuus, & tamen manumiſſo ſeruo ab ignorãte fideicomiſſum lex ait ad pretium actionẽ ſupereſſe, non ad rem [e]. legis enim ratio eſt, ne factum hæredis alteri damnoſum ſit, quia ſibi imputare debet, qui alienauit, quamuis pretium non receperit. Mihi durum videtur, vt donans, qui evictionem præſtare non ſolet [f], de ſuo teneatur, cùm alienatio hæc irrevocabilis non ſit, ſicut manu-
IIII. miſsio [g]: & ideo Raph. ſequor. Sanè vt legi noſtræ ſit locus, oportet vtriuſq; ignorãtiam ſubeſſe, vt hîc diſertè dicitur [h]. Quòd ſi alter tantùm ignoret, ſecus eſt. lex enim noſtra extra fines ſuos ꝓducendo non eſt, vt ſuprà dixi. Nec obſtat, ꝙ ſi teſtator non cenſetur impediſſe interim adminiſtrationẽ hæredi, videtur ſatis eſſe, ꝙ hæres ignorauerit: reſpondeo, nõ cenſetur impediſſe reſpectu ignorantium, nõ aũt ſcientium [i], vtercunq;
V. eorum ſciuerit. Quod tñ in legato libertatis nõ procedit. etenim eius fauore, quamvis hæres ſciuerit, qđ in codicillis, tametſi nondũ apertis, cõtineretur, tñ libertas revocari non poteſt, ſed ad æſtimationem tantùm tenebitur [k]. Sed quam æſtimationẽ attendemus, an cùm alienatus eſt, an cùm fideicõmiſſarius aget? & ibi ꝓbatur ad tempus reſpiciendum eſſe, quo fideicommiſſarius
VI. agit: vnde præſtanda eſt æſtimatio hæreditatis, quæ interim ei potuiſſet obvenire. Sed quid. ſi res ab hærede hæredis vẽdita ſit, qui ipſe ignorabat, licet primus hæres ſciret? & Bald. reſpondit, ſcientiam primi nocere ſequenti [l], maximè ſi fideicommiſſum ad piam cauſam pertineret. non enim poteſt eius conditio mutari, & pro re
VII. pretium dari [m]. Sed an lex noſtra in fideicõmiſſo puro procedat? & Bald.[n] Imol. Aret. Alexan. Corn. Claud. non ꝓcedere exiſtimant, qa non tãta eſt ratio in puro, ſicut in conditionali, cùm in puro tranſierit incontinenti dominiũ in fideicõmiſſarium [o]: qđ non eſt in cõditionali. non debuit ergo alienatione interim facta perimi vẽdicatio rei ſuę illi acqſita [p]. Caſt. nihil referre cenſuit, cõditionale, an purũ ſit fideicõmiſsũ [q], cùm ſemper par ratio iuſtę ignorãtiæ adſit, quam ſolã lex noſtra perpendit. Quã ſententiã & Soci. probat in fideicõmiſſo vniuerſali, in quo dominium ante reſtitutionẽ nõ tranſit [r]: in particulari verò aliam ſententiã ſequitur. Ego iure Digeſtorũ nec in particulari qdem fideicommiſſo ante traditionem transferri dominium ſuprà cenſui [f]. Satius tamen eſt ſimpliciter communem ſententiam ſequi, quia in puro fideicommiſſo non videtur teſtator hęredi reliquiſſe adminiſtrationẽ, quãvis codicillos

a d. §. ſed quia.
b l ſi uerò. §. de uiro. ſol. matri. c c. j. §. adijcieba tur. de conceſ. ꝓbẽd. in 6 ubi Gemin. l. cũ filius. § in hac. de uerb. oblig. ubi dixi. d l. qui in alterius. de reg. iur. e l. quidã ita. in fi. uerſ. hoc amplius. ĩ. ad Treb. in gl in fi. ubi Imol. & Claud.
f l. antepen. C. de pact. inter empt.
g l. quoties ubi Doct. C. de precib. imper. offer.
h l. ſerui. C. quib9 ex cauſ. ſerui ꝓ pm̃. lib. Doct. l. fin. C. ſi contra ius. & c. quę in eccleſiarum de conſtit.
i l. ſi plurib. in fi. ſ. tit. j. l. non dubiũ. in fi. ĩ. tit. j.
k l. pen. in fin. ſi cert. pet.
l l. peregre. ubi Doct. de acqui. poſſeſ.
m d. l. in bonorũ. l. ij. ubi not. C. de in ius. uoc. ubi dixi.
n l. regula. pen. reſpõſo, de iur. & facti ignor.
o l. generali. in gl. fin. C. de tab. lib. x.
p l cogi §. ſed ſi miles. l. ita tñ §. à patre. cũ gl. ad Treb gl. §. cũ & aliena. Inſtit. de rer diuiſ.
q Anch. cle j. in in j. de ꝓbat. l. j. in iij. intellec. C. quãdo non pet. par.
r Barb. c. Rainaldus. de teſtã. Croſet. in ſingu. uerb. alienatio. Corn. auth. res, quæ. C. com. de leg. s Caſt conſ. x. clarũ. Soc. 49 & 75. in fin. t l. planè ij. §. j. ſ. tit. j. u Curt. Iun. d. auth. res, quæ. x Soc. Corn. d. cõſ. 194. d. §. res quæ. y l. ſi. in princ ff. de eo, per quem fact. erit. z l. his ſolis. cũ gl. de cõd. inde. a l. Iulianus. in fi. de manu. teſt. b l. ſi fundum per fideicõmiſſum. ſ. tit. j. l. Titius. ad Treb.

c in d. c. Rainal.
d l. iij. ſ. famil. erciſc.
e d. l. qdam. § ſi
f l. Ariſt. in fi. de donat.
g l. Papianus. in fi. de inoffic. teſt. § ſemel. Inſt ex quib. cauſ. man.
h Imol. Bolog. hîc. Barb. d. cap. Corn. d. conſ.
i l. cũ hæres. de lib. leg.
k d. l. quidã ita. §. fin.
l arg. l. ij. C. de fruct. & lit. expenſ.
m l. locũ. de uſu fruc. l. legatum. de adm. rer Bal cõſ. ns. in v.
n Bal. Corn. d. l. fi. in fi. C. cõmu. de leg.
o l. à Titio. de furt.
p l. id, quod noſtrum. ff de reg. iur.
q Caſt. d. l. fin. §. fin.
r l. facta. ĩ. ad Treb.
s ſ. in rub. per l. Herennius. j. de uſur. l. Titius. de act. empt.



VIII. codicillos aperiri vetuerit. Quod aũt de ſingulari fideicõmiſſo dictum eſt, maiorẽ habet dubitationẽ. etenim Imol. Alex. Aret [a]. Claud. negant legi noſtræ eſſe hoc caſu locum, quæ in fideicõmiſſo hæreditatis loquitur, & nõ videtur ad particulare extendendum [b].
6 Facilius † .n. pretiũ in vniuerſalibus loco rei ſuccedit, quàm in particularibus [c]. Sed Bald. Caſt. Soc. And. Sicul Cor. diſſentiũt [d], cùm etiã particularibus dominium ante cõditionis euentũ non trãſeat, & ratio iuſtę ignorantiæ ſubſit: idq́; mihi quoq; ꝓbabilius videtur, ne facilè differentiam inter ſpeciem & genus inducamus [e], & non videtur teſtator impediuiſſe interim hæredi adminiſtrationẽ, vt ſ. dixi.

> *De legatis & fideicommiſsis. III.*
>
> LEX XXXVIII. SCAEVOLA LIBRO XIX. *Digeſtorum.*
>
> Pater filium hæredem, etc.
>
> ¶ † Fundum a à filio, quo ad vixerit, vetuit venũdari, donari, pignorari: & hæc verba adiecit:

IX. Sed qđ, ſi teſtator expreſsè alienari rem illã vetuerit? & Caſtr. reſpõdit, nec tunc legi noſtræ locum eſſe [f]. etenim ꝓhibitio expreſſa efficacior eſt [g], adeò vt cõtractus venditionis ab ipſo principio ſit nullus, cùm ſecus ſit in ſimplici fideicõmiſſo, vt Alex. & Claud. tradidit, cõſuluitq́; And. Sicul. Corn. & Dec. [h]. Sed Soc. contrà. ſi enim lex noſtra in fideicõmiſſo puro ſecundum Caſt. procedit, ergo & in hoc caſu. nec enim ratio differẽtię vlla adduci poteſt. valetq́; argumentum de fidicõmiſſo puro ad ꝓhibitionem alienationis [i], & ſemper ſubeſt ratio iuſtæ ignorantiæ. Quam ſententiam ego in ſimplici prohibitione ſequerer. in ea enim locus eſt fideicommiſſo ſub cõditione, ſi hæres indeuotè contrafaciat [k]: quod nõ eſt, vbi iuſta ignorãtia eum excuſat. Quòd ſi prohibitio habeat cauſam perpetuam, putà vt bona in familia remaneant, aliam ſententiã, quæ & receptior eſt, ſequerer. ſatis enim aperta eſſet hoc
X. caſu mens teſtatoris. Vnde infertur, nec † legi
7 noſtræ locum eſſe, cùm fideicommiſſum perpetuã cauſam habet, vt quia iuſſerit teſtator bona reſtitui ꝓximioribus. Quod intelligitur ſucceſſiuè & gradatim [l], vel perſeuerare in familia, ſeu nomine ſuo [m]. nec enim tunc quicquam refert, ꝙ hæres ignorauerit fideicommiſſum, vel prohibitionem alienationis [n], quia ſatis aperta eſt mens teſtatoris talem facultatem hæredi auferentis.
XI. Sed an fideicommiſſario incumbat onus probandi, quòd hæres ſciens fideicommiſſum alienauerit? & Ang. Imol. Alexanderque cenſent id onus actori incumbere, monentque aduocatos vt hanc ſententiam probent [o], cùm alioquin obtinere fideicommiſſum non poſſent, quia ignorãtia præſumitur [p]. Quod intelligo verum eſſe, qñ reus ipſe allegaſſet hanc ignorãtiam. debet enim præſumptio legis ab eo, cui prodeſt, allegari [q]: alioquin ſi non allegetur, fundata erit intentio actoris ex regula legis, quæ fideicommiſſario aſſiſtit, & alienationem prohibet [r], vt tali caſu onus exceptionis ꝓponẽdo ad reum pertineat [s]:
XII. quod And. Sicul. & Curt. Iunior ſentiunt [t]. Sed nunquid hodie lex noſtra procedat? & aliqui Veteres cẽſuerunt per iura Codicis eſſe correctam, quibus ſimpliciter cautum eſt prohiberi alienationem rei fideicommiſſo ſubiectæ, & eueniente caſu conditionis reſcindi cõtractum [u]. Sed Bartol. Bald. Petr. Cyn. cæteri vno ore diſſentiunt [x], quia etiam hoc iure prohibita erat talis alienatio, licet vſucapiendi conditio ſolùm lege Iuſtiniani prohibita ſit. quæ communis eſt ſententia. Ego iure Digeſtorum relicta re per fideicommiſſum non arbitror alienationem impeditam fuiſſe, non ſolùm ſi cõditionale. ſed etiã ſi purum fuiſſet. Et-
8 enim † in fideicommiſsis quamuis puris & particularibus non tranſibat dominiũ, niſi poſt rei traditionẽ [y]: quod ſuprà cenſui. Imò nec in legatis quidem tranſibat, quæ per damnationem concepta eſſent [z]: hocque ſatis ſentit Iuſtinia. cuius verba manifeſta cauillatione Doct. accipiunt [a]. In vniuerſalibus verò certum eſt, non tranſiiſſe niſi facta reſtitutione [b]. Vnde nulla eſt ratio, cur hæres dominium, quod interim habebat, transferre non poſſet [c], violantq́; Doct. multas leges hac ſua interpretatione [d]. Qua ratione & ſeruus per fideicõmiſſum relictus poterat nihilominùs manumitti [e]: licet ſecus eſſet in eo, qui directò legatus proponeretur [f]. Cùm ergo hoc iure dominium hæredi remaneret, potuit alienare, & ignorãtia firmat cõtractũ: ſed cùm hodie lege Iuſtiniani vetita ſit alienatio, & in fideicommiſsis puris ſtatim tranſeat dominium, videretur non eſſe locus legi noſtræ, quæ licet loquatur in cõditionalibus, tamen idem eſt, quod in puris, cùm poſt euentum conditionis perinde ſit, ac ſi fideicommiſſum fuiſſet purum [g], & contractus pro infecto habeatur [h]. Sed tamen quia Digeſtorum correctio euitanda eſt, non arbitror à communi ſententia recedendum eſſe, ſed ſecũdum ſuprà ſcripta in particularibus inter purum & conditionale fideicommiſſum eſſe diſtinguẽdum. Sed quid, ſi lex municipalis iubeat fideicommiſſa archiui publici regeſtis inſinuari [i]? & ſi id factum non ſit, probabilis videtur eſſe ignorantia emptoris, adeò vt ei ſuccurratur, quamuis hæres ſciuerit. Quod puto verum, ſi id onus verbis ſtatuti fideicõmiſſario iniũgatur [k], non ſi ſoli tabellioni [l]: & certè expediret publicè vbique ita conſtitui, ne emptores fraudarentur.

a Aret. in l. ſi ſeruũ. §. de illo. de uerb. oblig.
b gl. l. ſeruũ. ĩ. de manumiſ.
c l. ſi rem & pretium. de pet. hęred. l. ſi eũ ſeruũ. ff. ſi cert. pet. ubi dixi.
d Aret. l. cætera. §. ſed ſi ſeparauerit. ſ. tit. j.
e l. ſi duo. in fi. de adm. tut. l. quę de tota. de rei uendic.
f Caſtr. hic, & conſ. lxvj. in cauſa, quę uertitur. uol. j.
g gl. l. cum pater. §. libertis ſ. eo. l. ſeruo. § j. ſ. tit. j.
h Bart. conſ. 24. uol. iij. Capra conſ. xciij. Deci9 38. Corn. 194.
i d. §. diui.
k d. l. cũ pater. §. cũ inter. d l. peto §. prædium. ſ. eod.
l d. l. fi. C. de uerbor. ſig.
m in auth. de reſtit. fideicom.
n l. ij. C. de uſu cap. pro empt. Corn. d. cõſ. 194.
o Ang. Im. d. §. res, quæ. Alexã. conſ. 183. in ij. & iij. 185. in v. Dec. conſ. clv. in fin.
p l. uerius. de ꝓbat. c. præſumit. de reg. iur. in vj. Iaſ. d. §. ſed quia.
q l. ſi adulteriũ cũ inceſtu. § iidẽ Pollioni. uerſ. utiq; ſi error. de adult.
r d. l. fi. in fi. C. cõmu. de leg.
s l. ſiue poſsid. cum gl. C. de probat. t Barb de conſ. xiiij. Curt. d. auth. res, quæ. u d. l. fi. § fin. x Alex. d. §. res, quæ. Corn. conſ. ccxxxiij.

L. 38. Pater filium. §. Fundũ.
Fundum Titianum à, *aliàs.*
y d. l. Herẽnius. j. d. l. Titius.
z l. Sẽpronius. de uſuf. leg. dixi ſ. in rub. tit. j.
a d. l. fi. §. ſed qa. uerſi. ſecundum ueterem.
b d l facta.
c l. ſi hęres inſti. §. j. ad Treb. gl. d. § res, qu. l. pater filiũ. ij. reſpõ. ĩ. tit j.
d Alex. d § res, quæ.
e d. l. ſi ſeruũ. §. de illo. de uerb. oblig. d. l. quidã ita. §. fi. l. ſi qs in quilinos. §. j. ſ. tit. j.
f l. hæres. l. generaliter. in fin. ff. qui, & à quib. d. l. ſeruũ. de manumiſ.
g l. fi. §. j. de uulgar.
h l. fi. in fi. commu de leg.
i l teſtamẽtum. C. de teſ. § nulla in authen. de defenſ. ciuit.
k Bart. l. actuarios. C. de nume. lib. xij.
l c. ſicut. extra, ne cler. uel monach. ubi Doct. dixi rub. de ope. noui nunt.

# De Legatis, III.

*Rubrica* †.

† lib 32. tit. j.

LEX XXXVIII. *Pater filium.* etc. §. *Fundum.*

1 *Prohibitus invita alienare, non impeditur hæredem ſcribere, etiam extraneum.*
2 *Verba enuntiatiua ſpei futuræ, nihil inducunt.* 3, 4.
5 *Ratio adiecta extendit dicta.*
6 *Ratio generalis declarationem recipit ſecundum præcedentia.*
7 *Clauſula executiua præcedentẽ diſpoſitionem non ampliat.*

§. FVNDVM [a]. ¶ Prohibitio † alienationis hæredi facta, donec vixerit, non inpedit factionem teſtamenti in extraneum. Sed cùm teſtamẽti factio in vita competat, nónne qui teſtatur, extraneumq́; inſtituit, videtur viuens alienare [m]? Reſpõdeo, cùm teſtamentũ non niſi poſt mortẽ

a
1
m l. qui duas. §. j de manu. teſt. l. fi. ĩ. quãdo dies leg. ced.

habeat effectum [a], talis alienatio, quæ teſtamento fit, non dicitur in vita fieri, ſed poſt mortem [b]. ad id enim tempus potiſsimùm attendimus, in quod diſpoſitionis effectus confertur [c]. Qua ratione cùm in donatione omnium bonorum quis reſeruaſſet ius certis de rebus in vita diſponendi, reſpondit Bar. de eis teſtari eum non poſſe, donationemq́; idcirco eſſe nullam [d]. Sic in fideicommiſſo, quo quis iuſſus erat reſtituere, qđ poſt mortē ſupereſſet ſalua diſponēdi, quo ad viueret, facultate, cēſuit Raphael. Corn. Alex. teſtamēto diſponere eum non poſſe [e], niſi quatenus ex neceſsitate obligationis inter viuos contractæ id faceret [f]. quo caſu contraria Bald. Sociniq́; ſententia defendi poteſt [g]. Sic cùm vxor legaſſet marito, vt quandiu viueret, haberet, ex coniectura mentis reſponſum eſt, fideicommiſſo cenſeri oneratum, nec in eius præiudicium poſſe diſponere legatarium [h], quamuis alioquin non ſoleat cauſa legatarij fauorem reſpiciens legatum reſtringere [i]. Sic cùm teſtator ꝓhibuiſſet filiabus, ne quid toto tempore vitæ ſuæ alienarent, & deinde ſubieciſſet ſimpliciter, ſi quid vēderent, vel alienarent, vt perueniret ad conſortium, reſpondit Bald. etiam ſi hærede extraneo inſtituto deceſsiſſent, non tñ conſortium admitti [k]. quoniã hęc prohibitio (vt hîc dicitur) cauſam teſtamenti non compręndit, & cōſortium vocatur in euētum alienationis prohibitæ, & quidē in pœnã [l], non ſi in caſu licito fieret, quod & hîc de fiſco dicitur, vt meritò lex noſtra nihil de fiſco dubitet, ſed de familia. Probabilior enim eius eſt reſpectu dubitatio, propter illa verba, *Ita enim fiet, vt fundus de nomine noſtro nunquam exeat*, etc. videtur enim his verbis mens teſtatoris ſatis declarari, vt bona iure fideicommiſsi ad familiam pertineat [m]. Sed reſpondent Din. Bart. Alberic. hîc verba eſſe futuri euentus, & cuiuſdam ſpei duntaxat enuntiatiua, quæ

2 † nihil inducant [n], adeò vt etiam ſi prima diſpoſitio non fuiſſet limitata ad vitam, non

3 † tamen his enuntiatiuis verbis fideicommiſſum inducatur, vt iſti ſentiunt, licet nuperrimè aliud Sannazarius tradiderit [o], cuius ſententiam ego nō probo idq́;

4 † quia enuntiatiua ſpei futurę verba hanc vim non habent [p]: ſecus, ſi diſpoſitiua fuiſſent, vt ſi dixiſſet, quia volo, vt fundus nũquã de nomine noſtro exeat. ratio

5 † enim ampliat dictum [q]. & ſecundum hanc ſententiam vulgò reſponſum, & quidem ſæpiſsimè à Soc. Decióque extat [r]. Et probabilis eſt hæc opinio in caſu noſtro, in quo ratio generaliter accepta nō pugnat cum priore dicto, ſed potiùs concordat, cùm ꝓhibitus alienare, quoad viuat, poſsit intelligi ꝓhibitus alienare, etiam per teſtamētum quod nō niſi à viuentibus conditur, vt ſuprà dixi, idq́ue propter rationem teſtatoris [s]. Sed quid, qñ ratio

a l. j. de iniuſt. rupt.
b l. ij. cum gl. C. de teſta. tut.
c l. quod ſpōſę. C. de dona. ante nupt.
d Bart. conſ. 76.
† noſtro, *aliàs*
e l. Titius. ubi Raph. Alex. ꝟ. ad Treb. authē. cōtra rogatus. C. eo. ubi Corn. & cōſ. 242. in 4.
f Alex. l. à filia. in fin. ꝟ. ad Treb.
g Socin. conſil. cxxiij. iij.
h l. Titia. §. fi. ꝟ. tit. j. l. codicillis. ij. reſp. de uſufr. leg.
i l. iiij. ubi Bart. de alimen. leg. l. ſpecies. de auro & arg. leg.
k Bal. conſ. 283. uerba teſtamenti. uol. ij.
l l. j. de iure fiſci. l. j. C. de euict. pign.
m l. fideicōmiſſa. §. hæc uerba. ꝟ. eo. l. Pamphil. in princ. ꝟ. eod. l. uni. §. fi. ꝟ. tit. j.
n l. Iulianus. §. ex his. ꝟ. eo. l. generali. in j. ꝟ. de uſufruc. leg.
o Ripa. §. diui. nu. 120. l. filiusfamilias. ꝟ. eo.
p d. §. ex his.
q arg. l. cum pater. §. dulciſsimis. ꝟ. tit. j.
r Soc. conſ. 43. lvij. lxij. uol. iij. Decius conſ. lxxxij.
s l. qui nolebat. ubi Bart. de hæred. inſtit.

A QVOD SI ADVERSVS VOLVNTATEM MEAM FACERE VOLVERIT, FVNDVM TITIANVM AD FISCVM PERTINERE: ITA ENIM FIET, VT FVNDVS TITIA-

B NVS DE NOMINE † VESTRO NVNQVAM EXEAT. Quęſitũ eſt, cùm viuus filius eum fundum ſecundum volũtatem patris retinuerit: an defuncto eo, non ad hæredes ſcriptos à filio, ſed ad eos, qui de familia ſunt, pertineat. Reſpondit, hoc ex voluntate defuncti colligi poſſe, filium quo ad viueret, alienare, vel pignorare non poſſe: teſtamenti autem factionē & in eo fundo in extraneos etiam hæredes habiturum.

enuntiatiuè prolata eſt? & videretur tali caſu rationē attendendam iure exceptionis tm̃, nō vt actio inde competat [t]. cùm enim ſola volũtas nō ſufficiat, niſi de ea diſpoſitiuè conſtet [u], hæc enũtiatio rationis nō planè vim diſpoſitionis habet, ideóq; media via eſt accepta, vt ſufficiat exceptioni [x]. Bart. tñ etiam perſonali ſufficere, licet nō vēdicationi cenſuit [y]. quæ ſententia magis ipſius auctoritate, quàm verbis legũ probatur. Hinc adnotandum eſſet, ex tali fideicōmiſſo in rem agi non poſſe, abſoluendumq́; poſſeſſorem, qui ea actione conventus fuerit [z]. Cæterùm magis ambiguaquęſtio eſt, quid, cùm ratio adiecta aliquo modo ſuperiori dicto adverſatur, vt qa præcedens dictũ limitatũ eſt, ratio verò generalis? & videretur, ra-

C tionē † generalem reſtringi ſecundum ſuprà dicta [a], ne corrigere ſe, aut limitare incontinenti teſtator videatur [b]: & cùm aliud ſit diſpoſitio, aliud eius ratio, videtur ipſa potiùs reſtringēda ſecundũ verba diſpoſitionis. Hinc in iure plerunq; videmus adiectas legib. rationes ſecundũ præcedens dictũ coarctari [c], quãdoq; & ad pſonas nominatas duntaxat, vt Bald. ait, reſtringi [d]. Vnde cùm teſtator dixiſſet, Vero nepoti meo & iis qui ei ſuccedēt, ne alienēt ſuburbiũ, qa volo illud p-

D petuare in familia, & nũquã exire de nomine meo: ſanxit Iuſtinianus rationē hãc reſtringi, vt nō videatur, fideicōmiſſum ſimplex, ſed duntaxat in caſum alienationis ſecundũ præcedens dictũ: ideoq́; duæ Mariæ ab inteſtato admitti poſſint, & ꝓhibitio vltra quartũ gradũ non extenditur [e]. Nam & cũ teſtator ſuppoſita prohibitione alienationis dixiſſet, *Peto vt fundus in nomine familiæ non exeat*, reſtringitur hoc, vt non exeat facto prohibiti, ideoq́; ſucceſsio ab inteſtato non cēſetur

E extraneo vetita [f], ratioq́; ſimpliciter expreſſa per tacitam prohibitionē reſtringitur. Vnde & ſi dixerit teſtator ſe prohibere alienationē, quia velit bona in familia cōſeruari, exiſtimarunt aliqui in caſum alienationis tantùm fideicōmiſſo locũ eſſe [g], rationemq́; ſecundũ ſuprà ſcripta reſtringi, vt fideicōmiſſum ſimplex non inducat, ſed adiecta ad veſtiendum pręceptũ cenſeatur [h]. quę ſententia verior videtur. qđ enim refert, dixerit, *quia volo*, etc. an ſimpliciter, *ne alienetur, vt in familia rema-*

F *neat* [i]? idq; & deciſioni Iuſtiniani maximè conuenit [k], tametſi Socin. & Deci. hac in re parum ſibi conſtiterint [l]. Maior eſt dubitatio, quid, ſi dictum ſit. *Veto filiis meis alienationem fundi extra familiam, quia volo in familia conſeruari?* & Recentiores [m] hoc caſu nihil ambigunt, quin fideicommiſſum ſimplex ſit, & per rationem dictum præcedens, quod alioquin ex ſe validum erat, amplietur, tanquam Bartol. hîc id ſentiat. Nam & in diſpoſitione legis ratio generaliter accipi ſolet [n], & in teſtimoniis propter rationem adiectam præce-

6

t l. emptor. in fi. de rei uend. & l. fin. §. j. ꝟ. de doli excep.
u l. quidã cum filiũ. de hæred. inſt. ubi Bal. Im.
x l. pen. de coll. dot.
y Barto. d. l. qui nolebat. & l. ſi ſocer. §. j. ſol. matrim.
z Deci. conſil. dv. in fin.
a Bartol. l. j. §. & parui. q̃d ui, aut clã. l. de ętate. de minorib.
b l. non ad ea. de cond. & dem.
c l. de eo. §. ſi qs. ff. ad exhibē. gl. §. cũ ex aliena. Inſt. de rer. diui.
d Bald. l. ſed & milites. de excu. tut. in pri. Dec. conſ. cclxj.
e §. codicillum uero. in auth. de reſtit. fid.
f l. cum pater. §. cum inter. ꝟ. tit. j. d. auth. de reſt. fid. ad fin.
g Alexan. l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerbo. oblig. Ruin. d. §. diui. Soc. conſil. ccxxvij. Dec. ccxviij.
h d. §. diui.
i l. cum pater. §. fidei. j. ꝟ. tit. j. d. l. filiusfa. §. pen. ꝟ. tit. ij. l. paterfilium. ad leg. Falcid. d. §. fratre. ubi dixi. & ꝟ. §. prox.
k d. §. codicillũ. uero.
l Soc. d. cōſ. 43. 57. Dec. 23. 182.
m Are. Soc. Iaſ. d. §. cohæredes.
n l. nominis. in fi. de uerb. ſign.



præcedentia verba amplientur [a]: quod & in renũtiationibus notabili exemplo Bal. docuit [b]. Meritò igitur & hoc caſu plurimum pollere ratio ipſa generalis debet, ſimplexq́; fideicōmiſſum inducere, cùm aliàs ſuperflua videretur, quia præcedēs ꝓhibitio ex ſe valebat, nec nuda erat. Sed hæc ſentētia non omnino tuta eſt, aduerſus quã Iaſ. Socin. Deci. quãdoq; reſponderunt. cùm enim teſtator prohibitioni alienationis ſubiicit, *Quia volo bona perpetuò*, etc. ex natura actus ſubauditur cōditio, ſi contrà factum fuerit [c]: aliàs ratio illa generalis pręcedētem diſpoſitionē ſpecialē & limitatã quodãmodo corrigeret. quod veriſimile non eſt [d]. vnde videtur potiùs intelligenda *Saluis ſuprà ſcriptis*, quæ ſubauditio quandoq; fieri ſolet [e]. videmus enim ſubſequentia à pręcedentibus magis determina-

B ri, quàm è contrario priora à ſequentibus [f]. videmus, quæ propter generalitatem ſuam ſunt ambigua, à præcedentibus reſtringi [g]: rurſus, clauſu-

7 lis † executiuis præcedentē diſpoſitionem non ampliari [h]. videmus etiam in legibus rationē generaliter à Iuriſcōſul. relatam, ſecundum dictũ pręcedens reſtringi [i]. nã & faciliùs clauſula generalis ceſſante ratione reſtringitur, quàm ſpecialis propter eandem rationem augeatur [k]. hoc

C enim non niſi per extenſionem fieri poteſt, cui in teſtamentis locus non eſt [l]. Nam & quis credat nouellæ Iuſtiniani legi locum non fore, ſi in codicillis vetuiſſet teſtator ſuburbanũ extra familiam alienari, quia voluiſſet perpetuare in familia? nónne quod ſubiicitur, *Ne vnquam de nomine ſuo egrederetur*, tantam vim habere debuit, quãtam illa verba, *Ex familia*? & tamē ibi apparet fideicommiſſum illud ſimplex non eſſe [m]: quod & Crot. &

8 Sannazar. probant [n]. Ego † hanc ſententiam veriorē eſſe arbitraret quatuor caſib. Primùs, cùm

D prohibitus aliquem eligeret ex familia, quamuis remotiori gradu [o]. non enim tunc ratio teſtatoris offenditur, cùm verum ſit in familia relictum eſſe [p]. Qua ratione in caſu Iuſtiniani relictũ duabus Mariis valet: quia & mater & vxor appellatione familiæ (vt ibi dicitur) continebantur: idq́; & Crot. & Ripa probant. Et ſecundum hunc caſum defendi reſponſum Dec. poteſt [q], verumq́; eſt, niſi aliis verbis alia mens teſtatoris colligeretur [r]. Alter eſt caſus, cùm ex præcedentibus ap-

E pareret eam rationem reſtrictam eſſe, vt quia teſtator expreſsè poſt xxx. annos dediſſet facultatem filio alienandi. vt enim contrarietas expreſſa euitetur, reſtringitur ratio ſaluis ſuprà dictis, quod Iaſ. reſpondit [s]: ſecus tñ eſſet, qñ ea facultas tacitè duntaxat cōceſſa proponeretur, quod Caſt. & Deci. reſponderunt [t]. Tertius eſt caſus, cùm generalis illa diſpoſitio ad alium caſum re-

F ferri poteſt, quàm ad eum, qui limitatè præceſſerat. Vnde cùm teſtator filio, ſi deceſſerit ſine maſculis, ſubſtituiſſet proximiores ex familia, adiecto, quia nolebat bona remanere in agnatione, reſpondit Alex. rationem illam intelligi decedēte tñ filio ſine maſculis [u]. relictis enim maſculis expirat fideicōmiſſum [x], idq́; & Corn. ſentit [y]. Vltimus eſt, cùm ea ratio reſtricta aliquo alio modo eſſet [z]: vt ſi dictum ſit, Prohibeo alienari, quia volo in familia ipſius hæredis mei perpetuò remanere: deceſsit is hęres relicta filia: certè pronomē *ipſius*, arguit ſatis eſſe rem ad proximiores ꝓ-

a l. ſi ſeruꝰ legatus. § quicunq;. ubi Bal. ꝟ. tit. fi.
b Bal. l. ſuum. C. de iure delib.
c ꝟ. hac l. §. filiũ. ubi Bart. Deci. conſ. cclvij.
d d. l. nō ad ea.
e Bar. l. de ętate. de minor. l. j. §. & parui. ff. q̃d ui, aut clam.
f l. quiſquis. ubi Bar. ꝟ. eod.
g l. fi. § fi. de triti. uino, oleo leg.
h cle. j. de præb. in vj.
i gl. l. ſi is, q animo. de acq. poſ.
k l. Labeo. in fi. de ſup. leg.
l d. l. quidam cum filium.
m d. auth. de reſtit. fid.
n in d. §. diui.
o d. l. filiusfam. § pen. d. l. pater filium.
p § ſi d. auth. de reſtit. fid.
q d. conſ. ccxviij. ccclxxvij.
r Dec. conſ. 425.
s conſ. 173. in ij. Ruin. 76. ij.
t Caſt. conſ. 263. circa primum q̃ſitũ in j. Dec. 386 Ruin. conſ. 76. in ij.
u l. ſi mater. § j. de uulg. Alexã. conſ. 139. uol vj.
x d. l. filiusfam. § cũ quis.
y Corn. conſil. 38. uol j. Alex. ccij. uol. 7. Rub. Alex. l. Gallus. § quidam rectè. uerſ. ix. de lib. & poſth. Dec. conſil d. iij.
z Dec. d. conſ. dxiij. in fi. Imo. hic. x. q. Bart. uerſ. interdum.

hibiti devolui [a], licet alius ex familia extet teſtatori propinquior [b]. quod alibi attingam [c]. Quid iuris autem, quando præceſsit relictum familiæ, & ſubſequitur prohibitio alienationis, an hic caſus ad fideicommiſſum ſimplex pertineat, alibi Raph. & Soc. tradiderunt [d].

L. 89. Re coniuncti.

a l. unũ. §. quod ſi talia.
b l. cũ auus. de cond. & demō.
c ꝟ §. in fideicō.
d l. ſi cognatis. ubi Soci. uerſ. ij. de reb. dub.

## LEX LXXXIX.

PAVLVS LIBRO VI. *ad legem Iuliam & Papiam.*

A RE coniuncti videntur [a], non etiam verbis, cùm

## LEX XXXIX.


2 *Verbis cōiunctus præfertur cōiuncto re: eiuſq; explicata ratio.*
3 *Expreſſa voluntas potentior tacita.*
5 *Collectiuo nomine maior vnitas arguitur.*
7 *Interdum verbis coniuncti cum re coniunctis æqualis admiſsio.*
8 *Re coniunctorum explanata deſcriptio.*
9 *Non ſemper taciti & expreſsi par virtus.* 22.
10 *Eadem ſumma bis expreſſa, diuerſas præſtationes inducit, interdum vnam.* 11.
B
12 *Tacitè per legis diſpoſitionem relictum non facit re cōiunctionem.*
15 *Coniunctio diuerſimodè dignoſcitur.* 16, 17, 18.
19 *In quantitatibus non datur coniũctio: &, quid in re aliena.* 33.
20 *Verbis coniunctorum explicatio.*
21 *Diſtributiuum tribuit cuilibet in ſolidum.*
23 *Diuerſa oratio non obſtat verbis coniunctis.*
C 24 *In limitata cauſa, & aliis caſibus iuri accreſcendi non eſt locus.* 27.
28 *Dictio Et, interdum pro deinde, vſurpatur.*
29 *Sermonis & rei vnitas facit iuri accreſcendi locum: itē aliæ cauſæ.* 31, 34, 40, 52, 53, 54, 57, 58.
35 *Legaliter coniuncti, diſiuncti ſunt.*
36 *Iuris accreſcendi & non decreſcendi explicatio & vſus.* 62.
37 *Non ſemper duo vincula fortiùs ligant.*
38 *Non ſemper vtrinq; coniuncti potiores altrinſecus iũctis.*
D 39 *In iure patronatus ſucceſsio in ſtirpes fit.*
41 *De tranſmiſsione iuris adcreſcendi.* 42, 43.
44 *Subſtituto coniunctus poſtponitur, niſi mens teſtatoris diſſuadeat.* 46.
47 *Quibus caſibus inter coniunctos non detur ius accreſcēdi.*
59 *Portio accreſcit cum onere, & ſequitur rem.* 60.
61 *Ius accreſcendi in coniunctione legali interdum obtinet locum.* 64.
63 *Banniti pro mortuis habentur.*


E

RE CONIVNCTI VIDENTVR [a]. ¶ Declarat † Iuriſconſultus, qui cōiuncti re ſint, qui item verbis. vnde & colligitur, qui vtroque modo dicantur coniuncti [e]. demum oſtendit, qui ipſorum pręferantur, aitque vtrinq; coniunctum præferri. quod per argumentum à par-

F tium enumeratione probat. qui verò altero tantummodò cōiunguntur, æqualiter admitti traditum eſt [f]. Qui intellectus, quamuis à Veteribus communiter approbatus, verbis legis non quadrat. Roglerius re coniunctum coniuncto verbis præferendum hîc dici cenſet. cùm enim re coniunctus à principio ad ſolidum vocetur, idcircoq́; de iure non decreſcendi agat, videtur præferendus, tanquam de damno vitando tractet [g]. qua ratione tale ius locũ habet etiã, ſi iure ſpeciali tantùm legatũ ſuſtineretur [h], & ius retentionis impedit aduerſus hęredem, eundemq́;

I. 1
II.

e l. triplici. de uerb. ſignif.
f l. ſi ita. §. ſi hæredes. de hæredib. inſt. l. Mæuio. in princ. ꝟ. tit. j.
g l. fi. C. de codicil.
h l. filium. in fi. ubi Bart. de leg. præſt.

collegatariū,cuius portio defecerit [a],obligatq́; etiam inuitos [b], & in contractibus quoque procedit [c]:quæ omnia in eo,qui verbis tantùm coniungitur, aliter obſeruantur. Sed hic intellectus cum verbis legis pugnat:meritò ab omnibus improbatur.

III. Hugolinus, quem Tranſalpini, & plerique Recentiores ſequūtur,vtrinq; coniunctū p̨ferri cæteris ait:at † qui

## duobus ſeparatim eadem res legatur.

A verbis coniungitur,ei præferendum, quem ſola 2 rei coniunctio tuetur [d]. quam ſententiam, quia textui conuenit,& ego ſequor. Sed qųnā eſt huius rei ratio? & Petrus ait, quoniam verbalis coniunctio ex volūtate teſtatoris prouenit,alio verò 3 ex rei natura.plus † autem operatur expreſſa voluntas,quàm tacita & incidens [e]. illa facit,vt verè & propriè coniuncti illi dicant̄: hæc verò diſiunctos pótiùs eſſe oſtendit [f]. Vnde legislator iſtos quandoq; diſiunctos,quādoq; ſeparatos appellat [g].figura enim verborū non coniunguntur, quicquid hîc dicat Bart. [h]. 4 Ego † eos,qui verbis coniungūtur,vnū corpus efficere ſcio [i],quia portionum ̨equalitas reſpectu ipſorum duntaxat eſt facta: reſpectu verò aliorū propter corporis vnitatem perinde habentur,ac ſi re quoq; coniuncti eſſent, nedum verbis [k], vt meritò eum excludāt, qui re ſola attineatur. Quam ſententiā nec Bart. quidem eo caſu damnat, quo verbalis cōiunctio C per collectiuum nomē induceretur [l], tanquam 5 † maior vnitas eo nomine arguatur [m]. Nec rationes contrariæ multum vrgent, cùm coniunctus re non tractet de damno vitando ante ius ſibi irreuocabiliter acquiſitum [n].& cùm eodem modo reſpectu quorūcunq; aliorum coniunctus verbis propter corporis vnitatē re quoq;coniungi cenſeatur [o],niſi quòd propter vim verborū teſtatoris non cogitur ſolidum accipere,volēs verò poteſt [p]. Certum tamen eſt,Veterum opinionē poſ- D ſe defendi hac ſpecie:Titius hæres eſto,Caius & Mæuius æquis partibus hæredes ſunto [q]. Sed quæ huius rei eſt ratio? & Pet.Iac. Alb.coniunctū verbis eſſe Titium arbitrātur. quam ſententiam Bart.& cæteri hîc rectè improbant.Raph.verò re non coniungi Titium putat,quia qui abſq; parte ſcriptus eſt,non cenſetur re coniungi [r].Idem Beſutius alia ratione cenſuit: quia dictio *Aequis partibus*,ad primā quoq; clauſulam refertur [s]. Idem & Iaſ.alia ratione, quia teſtator ſecunda inſtitutione videtur ad dupondium tranſiſſe [t]. Quæ omnia falſa, ineptaq; à cæteris cōfutata ſunt:aliā enim rationem lex adfert, quòd ſcilicet teſtator Caium & Mæuiū non tam videatur coniunxiſſe, quàm celeriter loqui voluiſſe. Quæ verba variis modis accipiuntur, Salic.ſumi præſumptionem celeritatis ex eo ait,quiá primò ſolidū Titio dederat,deinde alios æqualiter vocauit, quaſi longiorem ſermonē pertæſus, quo oportuiſſet eum vti,ſi ſingulos ſeparatis clauſulis vocaſſet.Iac.Rauani, qui non diuerſis partibus teſtamenti, ſed cōtigua clauſula diſiuncto ſubiecerat cōiunctos. Beſut.& Poricus,quia inceperat ab oratione ſoluta:quod friuolū eſt. Idem Beſut.& alij Recentiores,quia dictionem illā *Aequis partibus*, poſt omniū inſtitutionem adiecerat: quod probabile non eſt, quia nō facilè ad clauſulam ſuperiorem ſeparatam ſit talis relatio [u]. quod Iaſ. hîc tradit, & ante eum Iac. Caſt.Puteus.Torquatus docuerunt [x].nā ſi hæc vera eſſent, ſequeretur, vt æquis portionibus ambo admitterentur,& tamen lex

a l. planè. §. ſi duob.uer.planè ubi Bartol. ſ. de leg.j.
b l.neminem.ſ. tit.j.
c l.proprium.ſ. commu. præd. Bar l. ſi mihi & Titio. de uerbo. oblig.
d l.liber homo. §.cū quis.de hæred inſtit.l. ſi ita quis. à cōtrario ſēſu de hęr. inſt.
e l.in conditionibus.§ j. de cōd. & demōſt. l. itē Sabinus. §. j. de hæred.inſtit.
f l.j. § his ita. C. de caduc.tolē.§. ſi eadem.Inſt.de legat.
g l. hæredes ſine.ſ. de hæred. inſtit.l.j.§.idē.§. interdū.de uſuf. accreſ.
h Bar.uer.ſecūdo quæro,quomodo.
i d l.j.§.hæc ita.
k d.l planè.in princ.l. coniunctim.ſ.eod.
l Bar.in d. uerſ. ſecundo quæro. in fin.
m l.interdū.de hęr.inſt.l ſi quis Titio. de uſufr. accreſc.
n l. Mæuius. §. duobus.ſ.tit.j.
o d. l.plane.d.l. coniunctim.
p d l unica,§.ubi aūt.C. de cad. tollend.
q d.l.ſi ita quis.
r l.itē quod Sabinus. §. j. ubi Caſt.ſ.de hęred. inſtit.
s d l. interdū.ubi Imo.& Caſtr. in princ.
t d.l item quod Sabinus.§.j.
u l.filium. quādo dies leg. Bar. l.fin.de reb.dub.
x d.l. interdum.

ait pro hæreditariis portionibus admitti [y]. Ego 6 † Titium in dimidia, & alios in aliā dimidiā propter verba legis vocari arbitror [z], & celeritatem in eo conſiſtere, quòd cùm dicturus eſſet, Caius ex parte quarta,Mæuius ex quarta hæredes ſunto, ſimpliciter ſcripſit, Caius & Mæuius æquis portionibus,etc.quo caſu A non tam verbis coniuncti, quàm re dicuntur [a], vt infrà dicam. Coniectura autem mētis ex pr̨edilectione Titij ſumitur,quòd eum primò nominauit [b],& quidem ad ſolidū, & maiore emolumento proſecutus eſt:& id quidem in hæreditatibus,in quibus non adeò ad coniūctionem attendimus,cùm etiā diſiunctis poſsint accreſcere [c], perinde ac ſi inter eos ſemper eſſet realis cōiunctio [d]. In legatis verò non tam facilè hæc in- B terpretatio acciperetur, niſi cùm verba expreſſa ſunt,putà Mæuio dimidiam, Seio dimidiā lego, eundem fundū Titio lego [e]. non enim Mæuius & Seius propriè verbis coniungūtur. cùm à principio non ad fundum, ſed quilibet ad rem ſeparatam, id eſt partes fundi, ſit vocatus [f].vnde Veteres Mæuium coniunctū eſſe negabant [g],quippe lex ait,ſeparatim partes fundi relictas [h]. Subeſt tamen tacita coniunctio realis,ſecundū mentem teſtatoris à lege inducta.cùm enim ſuprà di- C xerimus, coniunctos verbis reſpectu quorumcūque aliorum etiam re videri coniunctos [i], conſequens eſt,vt quamuis verbalis coniunctio,tanquam non rectè concepta,infirmetur,alia tamen realis à lege inducta propter mentem teſtatoris & naturam rei adhuc effectum habeat.Et ita ego ſentio, licet alij aliter, quo referre operæpretiū non eſt.Hinc † apparet Bart.& Veterum ſenten- 6 tiam ̨equaliter verbis cum re coniunctum admitti volentium eo duntaxat caſu verā eſſe, cùm verbalis coniunctio imminuta imperfectaque eſt,vt D quia lex celeritatem potiùs præſumat [k], vel in quotas partes ſeparatim ſint vocati [l]. non enim hoc caſu aut verbis, aut re propriè coniungūtur, ſed tamen propter vnitatem ſermonis, & mentem teſtatoris commixtis coniunctionum capitibus ceu æquali in cauſa ſint, cum re coniuncto admittuntur.

CVM DVOBVS SEPARATIM [a]. ¶ Hîc a
8 † ergo definitur re coniunctos eſſe, quibus ſeparatim eadem eſt res legata, propter quam ſepa- E rationem quandoq; legislator eos diſiunctos vocat [m]. inſpecta enim verborum figura ſeparati ſunt [n]. Vnde exiſtimant aliqui, in ſtatutis municipalibus coniunctorum appellatione tales non contineri, ſed eos ſolùm,qui verbis coniunguntur,alij contrà,quod enim ad effectū attinet,propter rei vnitatem & hi coniuncti ſunt,ſatiuſq; eſt ſtatuta ſecundum effectum intelligi,quàm ſecundum nudam verborū formā [o], cùm alibi lex eos quoq; inter coniunctos numeret [p], & hîc videri F coniunctos dicat, ſicut & qui verbis coniunguntur.Vnde apparet,verbum *Videri*,ad veritatem referri [q]. nec enim dubium eſt, verbis veram propriamq́; coniunctionem induci.̨equalis ergo debet eſſe determinatio [r]. Intelligenda autem eſt I. rectè ſuprà ſcripta definitio:& in primis,cùm cōſtat eandem rem ſeparatim legatam eſſe,vt quia dictum ſit,Titio fundum Seianum lego,Sempronio eundem fundū lego:duæ enim ſunt hæ clauſulæ,quarum ſingulas vnum verbum regit.Quid ergo, ſi vnico verbo regātur?putà,Titio fundum Seia-

y d.l.ſi ita quis. Bart.d.l.Męuio. uer.p portione.
z l. liber homo. §.Titius.l.Titio. de hæred inſt.d. l.item q̄d Sabinus.uerſ nam et ſi unus.
a l. Mæulo. de leg.ij.
b l. Publius.§.j. de condit.& demōſt. Salic. hic.
c l.hæredes ſine. de hæred.inſtit. Paul.Caſt.d.l ite q̄d Sabinus. § j. d l.ius noſtrū.de reg.iur.
e d.l. Mæuio.
f arg.l.huiuſmodi.§.j.ſ.tit.ij.
g gl.ſi.l.j. de uſufr. accreſc.
h d l. Męuio. ubi gl.ul. intellec.
i d.l. planè. d.l. coniūctim. & l. j.§.idē. de uſufr accreſ.
k d.l.ſi ita quis.
l d.l. Mæuio.
m d. l. unica. §. ſin aūt diſiūctī. Bar.hic 4.oppo.
n §.ſi eadē.inſt. de leg.
o l.j.§.fin. quod quiſq; iur.
p d.l.triplici.
q l.ſciendū. ubi Aret.de uerb.obligat.
r l. iā hoc iure. de uulgar.



num, Sempronio eundem fundum lego? & Accurſ.hîc ſentit idem eſſe, quem Beſ.ſequitur [a]: ſed receptior ſententia ſtat contrà. Nec obſtat, q̄ omnino verbū *Lego*, reſpectu Titij ſubauditur [b], reſpondeo, non ſubaudiri,ſed repeti [c]. quamuis & illud dici poſsit hac in materia,parem † nō eſ- 9 ſe taciti & expreſsi virtutē [d],cùm expreſſum magis oſtendat teſtatoris voluntatem, quàm tacitum,quod ex natura rei potiùs deſcendit,& non tam volūtatem regit, quàm ab ea regitur. qua de A II. re infrà. Rurſus intelligenda eſt, vt ſeparatim quidem relictum ſit,ſed ab eodem teſtatore, ſiue ſuis tabulis,ſiue pupillaribus [e]: aliàs in teſtamentis diuerſorum conſtat nullum eſſe ius coniunctionis [f].ſicut nec in eiuſdē teſtamento, ſi diuerſis perſonis à diuerſis hæredibus relictū ſit [g].cùm enim teſtator à diuerſis hæredibus deberi velit, apparet voluiſſe omnino ſeparatam vtriuſq; cauſam eſſe,& pro rata onus ſecundum legem XII. Tabularum diuidere [h], qua ita cautum ſcio, IN- B TER HAEREDES PRO PORTIONIBVS HAEREDITARIIS, OBLIGATIONES IPSO IVRE DIVISAE SVNT: idque diuus Gordianus [i] reſcripſit. Quòd ſi ambo hæredes iuris interpretatione pro vno habeantur,tunc locus eſſet coniunctione,vt ſi eadem res ab inſtituto & ſubſtituto pluribus relinquatur.quod alibi III. Bart. docet [k]. Sed & intelligenda eſt ſuprà ſcripta definitio,vt tunc procedat,cùm vtriq; legato locus eſt [l]: aliàs ſi perſequens legatum revocare- C tur,ſeu transferretur primum,certum eſſet nullā re coniunctionem induci. Cenſuit autem Din. tunc reuocari,cùm ſecundo legatū eſt,adita primi commemoratione [m]. Quæ ſententia in duobus legatis eidem factis certa eſt [n]. Quòd ſi diuerſis perſonis ſecundum quæſtionem noſtram relictum ſit,negat Bart.revocari,vel transferri primum [o], nullàmq; differentiam conſtituendam inter legata & hæreditates exiſtimat [p], quod &, receptius eſt. Vt ergo reuocatio facta cenſeatur, D oportet verba clara eſſe [q], vt cùm ſcriptum eſt; Quod Titio legaui, id Seio do lego [r]. nam pronomen *id*,ad totum refertur:ideo totum videtur ademptum: ſecus, ſi dictum eſſet, Idem Seio lego,quia pronomen *idem*(vt Valla ait)habet incluſam copulā,quæ auget,&ad genus potiùs,quam ſubſtantiam refertur. Et hoc eſt,quod aliqui hic inter demōſtrationis & repetitionis pronomen diſtinguendum putēt,vt Beſut.& Puteus,à quibus nec Bald. nec Caſtrenſ. effectu diſſentiunt [s]. E Nam & ſi ſcriptum ſit,Ex qua parte Seium hæredem inſtitui,etc.idem videtur.nihil enim impedit, quin eiuſdem partis duo ſint hæredes [t], vel legatarij [u]. Sanè quod in definitione requiritur eandem rem duobus relictam eſſe,rectè dictū eſt, ſi conſtat eandem rem eſſe. Quid ergo ſi ſcriptū ſit, Titio decem lego, & Seio decem [x]? & traditum eſt,non cenſeri eadem decem [y], ideoq; coniunctos hos non eſſe,ſicq; in quantitatibus ſuprà ſcriptam regulam non procedere.Vnde infertur. F
10 quoties † in legatis bis eadem ſumma expreſſa eſt, diuerſas præſtationes eſſe,vt ſi dictum ſit,Titio decem, Seio decem lego, non intelligentur eadem decem,idq́; receptius eſt. Quod maximè procedit, ſi dictū ſit, dena dari.intelligetur enim decem ſingulis [z]. Sunt † autem aliqui caſus,
I. quibus de eadem ſumma actum cenſetur. Pri-
11 mus, quoties id expreſſum eſt, vt quia addita ſit
II. dictio *Eadem* [a]. Secundus, quando quantitas iterata non eſt, putà Titio & Seio decem [b]:idq́;

a gl.j.hic.
b l. cum quid. ſi cert pet.
c l. cū pater. §. cū imperfectam ſ.tit.j.
d Bal. l. ſi Fortidianū.C. de leg.
e d l planè. § ſi coniunctim ubi Bar.l. qui patri. de acq.hæred.
f l. ſi ſub conditione ſ. qb. mo. uſufr.amit. Bar. j.oppoſ.
g l.pen. ſ. de uſufr.accreſ. l. qd ergo. § ſi quis duos.ſ.tit.ij.
h l.pacto ſucceſſorū. C. de pact.
i l.ea,quę. C.fam.ercíſc.
k d § ſi coniunctim. ubi Bart.
l l.ſi pluribus. ſ. tit.ij.
m l.ſicut ſ. de adim.leg.
n l.non ad ea de cond. & demō. ubi Bart.
o d.l. triplici. in fin.d.l. Iulianus. de hæred inſtit.
p arg.l.cū quæſtio.C.de leg.
q d.l.ſi plurib.
r d l.ſicut.
s Bal.& Paul.d. l.ſi Fortidianū.
t d l. Iulianus.
u d.§.ſi eadem. Inſtit.de legat.
x Bar.vij.q.par. j.princip.
y arg.l. q quinquaginta.de p bat l.ſi plurib.§. j.ſ.tit j.
z l.ſi quis teſtamento. ſ. tit ij. ubi Petr. Cin. Rain.Imol. Rapha. & p Alex. & Iaſ in d §.cū, qui ita.
a Inſt. de duob. reis.in princ.
b d. l. ſi quis teſtamento. & l. eum,qui ita, de uerb.oblig.



etiam ſi ſub nomine collectiuo conceptum eſſet legatum, putà Filiabus meis naſcituris relinquo mille aureos [c], vna mille omnibus relicta cenſebuntur [d], vt Imol.atque Alexan. & Iaſ. tradiderunt,tametſi Bart. quandoque aliter docuerit [e].

III. Tertius, quādo eidem eadem ſumma, eadem ſcriptura relicta eſt.videtur enim non pluries legaſſe, ſed legatum pluries repetiiſſe [f], cùm ſecus ſit,ſi diuerſis ſcripturis fuerit relictum [g].

IIII. Quartus,cùm quis ſtipulatur,*Mihi decem,Titio decem ſpondes* [h]? cùm enim ſtipulatio reſpectu Titij inutilis ſit, quia alteri ſtipulari nemo poteſt [i], cenſetur de eadem ſumma actum,eatenuſq; aliquid mentio Titij operabitur,vt tanquam adiecto ſolui illi poſsit: quod Irnerius cenſuit, & nos approbauimus. verumque eſt,etiam ſi promiſſor ſub vna verborum conceptione reſpondiſſet, quicquid hîc Bart. diuinauerit.

V. Quintus, cùm ſcriptum eſt,Hæres dato Seio decem,&dato Sempronio, intelligitur eadem decem [k]: quod aliqui hîc tradiderunt,tanquam duo rei credendi tali ſcriptura conſtituti ſint [l]. quod tamen iure noſtro non

VI. ſatis conſtat [m]. Subiicit Bar. ſi eadem res ſeparatim in ſolidū duobus relicta ſit,non eſſe re coniunctos:quia cùm alter rem,alter æſtimationem conſequatur [n], apparet non facere eos ſibi partes per concurſum,ideoque re coniuncti non videntur [o],cùm altero non petente alter rem æſtimationemq́ue ſimul non habeat,ſed rem tātùm. qua ratione in legato damnationis olim nullus C iuri non decreſcendi locus erat [p]. & ita ſentiunt omnes.Putauerim tamē tales aliquo modo poſſe coniunctos appellari,quia ad eandem rem verbis teſtatoris vocati ſunt, licet neceſsitas ſolutionis rem ad diuerſa trahat,ideoque legis auctoritate æſtimatio loco rei ſit ſubrogata. Hinc infertur, coniunctioni neceſſarium eſſe, vt eadem res voluntate teſtatoris debeatur,nec ſatis eſſe,ſi diſpoſitione legis ſit debita [q]. Vnde quod Bart. D ait,non † eſſe re coniunctos,quibus tacitè idē re- 12 lictum ſit [r], intelligendum eſt, tacitè per diſpoſitionem legis.Finge ergo:teſtator duos inſtituit in vndecim vnciis, duos deinde ſine partibus, quo caſu in reſidua vncia ex regula Sabini cēſentur inſtituti:ſi vnus poſteriorum repudiet,nō ſoli collegæ, ſed omnibus ſemuncia vacans accreſcit: quia (inquit Iuriſconſultus) quantum † ad 13 ius accreſcendi,non ſunt coniuncti,qui ſine parte inſtituuntur. Sed vnde hoc? Accurſ.ea verba E intelligit, quando ambo illi poſteriores prorſus ſeparatim vocati eſſent [s]. cùm enim diuerſis orationibus inſtituti ſint, verbis non copulantur: & quia quilibet in ſemuncia ſua à principio vocabatur,nec re quidem coniuncti videntur, quæ interpretatio verba legis coarctat.Bart verò,Angeluſq; rectius,qui ſimpliciter poſteriorē re non coniungi crediderunt, quia voluntas teſtatoris non magis in reliqua vncia, quàm in dupondio expreſſa erat, ſed inſtitutio in reliqua vncia ſolùm intelligitur ex legis diſpoſitione, id eſt Sabi F ni regula. Quam ipſam ſententiā & ipſe ſequor, iungoque cum Andreæ Zaphirij interpretatione, qui diuiſionem à lege fieri cenſuit, vt à principio quilibet in ſemuncia vocatus videatur,ſicque nullus partium cōcurſus ſit, quia lex potiùs ſeparatim factum inſtitutionem interpretatur. Qua ratione & inter coniunctos legali coniunctione locus iuri accreſcendi non eſt [t]. Et ſuprà dixi,in re ſeparatim à duobus hæredibus legata, nullam eſſe cōiunctionem,quia † lex XII.Tabu- 14

L.89.
Re coniuncti.
c l. q̄ui quartā in fin.ſ.tit.ij.
d l.quidā. in fi. l.ſeq.de reb.dub. Moder.l.q̄ filiabus.§.j.ſ.tit.ij.
e l.ſi plurib. ubi Bart.in fi.princ. ſ.tit.j.
f d.l. plane.§ j.
g d.l. quinquaginta.
h l.ſtipulatio iſta.§.eū, qui ita. de uerb.oblig.
i l.ſi mihi & Titio. in princ. de uerb.oblig.
k l.Seia. §. Caio. ubi Bar. de fun. inſtrum.
l Socin.l.ſi ex toto.§.j.ſ.tit.ij.
m Bar. l.ij.ſ. de duob.reis.
n l ſi pluribus. ſ.tit.ij.
o l.coniunctim. ſ.eo.l.idē.Neratius.de uſufr.accreſc.
p l. j. §.ſin autē diſiūctim. C. de caduc.tollen.
q arg.l. ij. de uſufr.accreſc.
r d.l.item quod Sabinus.§.j.
s l.hæredes ſine. eod tit.
t l.& Proculo.ſ. tit.j.

larum pro hęreditariis portionibus obligationẽ
diuidit,non teſtator [a]. Sic & qui per teſtatorem
ad aliquid inuitati non ſunt, ſed ſolùm retinent,
& legis beneficio fruuntur, ius accreſcendi non
15 habent [b].quòd ſi † voluntate teſtatoris ſaltem ge
neraliter expreſſa debeatur, tunc re coniunctio
inducitur [c].Sed & qui ſimpliciter ſcribit, *Mæuius
& Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres
eſto*,ſatis mentem ſuam exprimit,velle Mæuium
& Titium ex parte dimidia hæredes eſſe [d], ideó- A
que re & verbis coniungi, quia dimidiæ mentio
arguit eos,qui primis verbis ad totum vocaban-
tur, propter cõcurſum ſaltem in alia dimidia in-
ſtitui.At vndecim partium mentio nõ arguit ma
gis in vncia, quàm in dupondio inſtitutionem
fieri, ſed auctoritas legis hoc inducit, ſicque per
quotas partes magis ſolidum explicatur, quàm
per numerales.Sed & cùm quis, *Titius*,inquit,*hæ-
res eſto, Caius & Mæuius ex æquis partibus hæredes ſunto* [e],
ſuprà dixi Titium primò vocatum,ad ſolidũ cen B
ſeri,cui dimidiam Caius & Seius auferant [f]. cu-
ius rationem ſuprà explicui. Sed quid,ſi ſcriptũ
ſit, *Titio dimidiam, Seio dimidiam relinquo*? & conſtat
non eſſe re coniunctos,quia de diuerſis partibus
actum cenſetur [g], niſi dictum eſſet, *In eam et dimidia
inſtituo, ſeu in eaipſa, ſeu vna & eadem dimidia* [h],*vel in di-
midia,qua Titium inſtitui*,vt relatiuum propriam ſpe-
cialémque relationem faciat.quod hîc Bart.tra-
dit [i]. Quæ ſententia maximè eſſet vera,ſi aliàs ad
dupondium tranſeundum eſſet. nec enim fit in C
dubio talis interpretatio [k]. In legatis quoq; ſu-
prà concluſum eſt, non eſſe hos verbis coniun-
ctos,ſed tamen ad ius accreſcendi admitti ex mẽ
te teſtatoris,perinde ac re coniunctos [l], in inſti-
tutionibus verò ſi duobus tantùm relictũ ſit, pu-
tà Titio dimidia,Seio dimidia,etiam ſi adiectum
ſit, eadem tamen diuerſa intelligitur: quia ſi de
vna intelligeremus, alia dimidia iure accreſcen-
di omnino ad eos pertineret [m]. Vnde ſatius eſt
credi in diuerſas dimidias eſſe vocatos: quod & D
Bar. ſentit, vt relatio ad genus tantùm fiat [n], eo
exemplo, mulier, quæ damnauit,ſeruauit [o]. Sed
hoc exemplo ego relationem propriè fieri cẽſeo,
verùm dictionem *Mulier*,latiùs accipi, ſicvt apud
Marcum Tullium, Factus eſt ille, qui hãc vrbem
condidit Romulus.antecedens de ſtatua, relatio
de homine eſt. ſchema autem nõ infrequens eſt,
quo id,quod ſimile eſt,idem appellamus [p], qua-
le illud,

*— quæq; bibis,hæc ego vina bibo,* id eſt, eiuſ- E
dem ſpeciei. Subinde quæritur,an ſi vni totum,
alij pars legata ſit,dicantur re coniuncti? & con-
ſtat non eſſe, quia non eadem res vtriq; legatur,
cùm legato partis legatum totius minuatur, &
ſpecies deroget generi [q]. quòd ſi pars ſit inte-
gralis,ſecus eſt:vt quia quis mihi fundum,tibi v-
ſumfructum legauerit [r]. fundus enim & proprie
tatis & ſimul vſusfructus nomen eſt. vnde legan
do tibi vſumfructum,qui & mihi legatus eſt, ap-
paret ad eandem rem nos vocari. quod & de pe- F
cunia traditum eſt [s]. Idémque,ſi vni fundus ſpe-
cialiter,alteri omnium bonorũ vſusfructus reli-
ctus ſit [t]. qua in re friuola quędam hîc Recentio-
res comminiſcuntur [u]. Idémque,ſi non ſpeciali-
ter vni relictus ſit fundus,ſed ſit hæres inſtitutus
in omnibns bonis pleno iure, quod Alex. ex fa-
cto reſpondit [x], tanquam illa verba *Pleno iure*,v-
ſumfructum comprændant, & aliquid operen-
tur [y]: ideoq; is hæres cum omnium bonorũ fru-
ctuario concurret. Quæ ſententia quamuis ſcru-

a l.pen. de uſuf. accreſc.
b l.j.in fi.l.iij.de uſufruc.accreſc.
c l.ſi domiuo Stichus.ſuprà.tit.ij
d d.l triplici.ad fin.
e d.l.ſi ita quis hæredes.
f d.l.liber homo. §.Titius.
g d.l. Mæuio in princ.
h arg.l.ij.ſ.de naut. fœn. c.cũ in tua.de decim. ſ q.iij.d.l.triplic. in fi.d.l.Iulian.
k d.l.item quod Sabinus.§.j.
l d.l.Mæuio.
m l.hæredes ſi ne.de hære.inſt.
n gl.l.ſi nõ ſortem.§ libertus. de cond. indeb. uerb eædem.
o l. dominũ.C. de iniur.l. iij. C. de neg.geſt.
p l. quod Nerua.depoſit.
q l.ſeruũ in fi.j. eo.l uxorẽ.§. feliciſsimo.ſ.eod.
r l.ſi alij.de uſufruc.leg.
s l.ſi tibi decẽ.de uſuf.car.rer.
t l. Sempronio. ubi Bar.de uſuf. accreſ.
u Socin. conſil. i.ult.dub.in iiij.
x cõſi.lvj.per lectis.in iij Barbat.conſ.ij.in ij
y l. mater. ubi Bal. C.ad. Tertyl l ſi §. ſimili. C.de bon. quæ lib.

pulo nõ careat,mihi placet, niſi expreſsiſſet te-
ſtator ſe integrũ vſumfructum relinquere, quod
Bald. tradidit [z].Idemq;, ſi aliqua coniectura hoc
ſuaderet [a]. Dixerit † aliquis, vt Sal.vt Iaſ.quo- 16
modo hi ad eandem rem concurrunt? cùm lega-
tarius vſumfructum formalem cõſequatur,lega-
tarius fundi cauſalem? conſtat autem hæc tãtum
diſtare, quantum à ſeruitute proprietas [b]. Sed
reſponde, diſtare quidem origine,non autẽ exe-
A cutione, alioquin inter ipſos ius accreſcendi nõ
eſſet [c]. quod alibi declaraui [d]. & hęc quidem in
parte integrali procedunt. Sed † quid in ea,quã 17
quotatiuam vocant? & idem eſt,vt rei coniũctio
inducatur, quoties primo pars, putà tertia, vel
quarta relicta eſt,deinde totum.quod Accurſ.tra
didit [e], & cætęri probant: verùm ( vt ego arbi-
tror ) non ſatis firma ratione.cùm enim ſi primò
totum legatum ſit,deinde pars, Doctores nullã
eſſe re coniunctionem fatentur,ſed per ſpeciem
B generi derogari [f], idem & in caſu contrario vi-
detur dicendum [g].nam lex hac in iure non vide-
tur conſtituere differentiam [h]. & qui legata par-
te,deinde totum legat,videtur partem reliquam
totũ appellaſſe [i].Sed quid in parte numerali? pu
tà tibi XII.vncias,mihi ſex legauit? & Doct.idẽ
ſentiunt,quod in quotatiua [k], idq; etiam in hæ-
reditatibus procedere [l]. Quod ego verum arbi-
tror,niſi verbis ciuilibus vſus ſit teſtator [m]: velu-
ti,Hæres eſto in XII. vnciis.hæc enim verba ma
C gis ad titulum,quàm ad rem referuntur [n]. Sed 18
† & quoties vnum legatum certæ ſpeciei eſt, al-
terum in genere,putà optionis, electa illa ſpecie
certum eſt re coniunctionem induci [o].videtur e-
nim vtrunq; in ſpecie eſſe, alterum certa, alterũ
certificanda:quod tamen interim per ſeruũ quę-
ſitum aute optionẽ fuerit, ad eum duntaxat per-
tinebit,cui nominatim eſt relictus [p]. Idemq;,ſi
vtrunque legatum diuerſi generis eſt, ſed quali-
tates vtriq; conueniant [q].oſtendunt enim eandẽ
D rem vtriq; legatã, quod Beſutius & Iaſ. tradide-
runt.Illud quoq; nõ omiſerim,in caſibus,in qui-
bus generi per ſpeciem derogari ſuprà diximus,
repudiante ſpeciei legatario,ſentire Bar.ius nul-
lum accreſcendi eſſe, ſed eam partem remanere
hæredi [r]. Quæ ſententia non ſat iure noſtro ex-
preſſa eſt,&mihi aduerſus mentem teſtatoris vi-
detur, qui legato generalis ſatis indicat legata-
rium hæredi præferendum [s]. quod in vltimis vo
luntatibus alibi Bart.approbat [t]. Cæterùm † & 19
E illud probabiliter affirmari poſſe video,quoque
coniunctionem nullam in ſummis, ſeu quantita
tibus eſſe [u]:quoniam res,quę pondere, numero,
menſura conſiſtũt,functionem in genere ſuo re-
cipiunt,nec eædem videtur [x], nec in eis concur
ſus fieri poteſt,cùm ſtatim virtute copulę pro ra-
ta diuidantur [y]. Quam ſententiam,cùm in con-
tractibus certiſsima ſit [z], vt alibi oſtendi [a], in
vltimis quoq; voluntatibus par eſt obſeruari [b].
Vnde ſi teſtator ſcripſerit Titio,& Seio centũ le-
F go, eadem quidem centum intelligentur, vt ſu-
prà vidimus [c]: ſed nulla eſt re coniunctio, quia
videntur ſingulis quinquaginta legata [d]. Quod
tamen non procederet,ſi dictum eſſet,Titio cen-
tum,Seio eadem centum lego [e]. Addunt aliqui
Recentiores,vt rei cõiunctio inducatur, oporte-
re rem legatam teſtatoris eſſe,non autem alienã,
cùm rei alienæ dominiũ in legatarium non trãſ-
eat,nec in ea partes per concurſum fieri poſsint.
Sed hæc ſententia reiecta eſt.ſatis enim eſt,teſta-
torem ad eandem rem vocaſſe, perinde ac ſi ſua
eſſet:

z Bal.conſ.419. teſtator legauit in v.
a l & puto.§.j. ff. famil. erciſc.
b l rectè,ubi dixi.de uerb.ſign.
c l mulieri.§. ſi tibi.de uſufr.accreſ.
d d.l.rectè.
e d l.cũ queſtio. C.de leg.
f d.l.cũ queſtio.
g l.ſi.§.fi.j. eod.
h l. qui quadringẽta.j.ad Treb. Iaſ d.l.cũ.queſt.
i l.quod in rerũ §.pen.ſ.tit.ij.
k d.§.q habebat
l d.l. cũ queſtio.
m l.interdũ. §. ſed ſi exceſſerit. l.ſi ita. §. quidã. de hæred.inſtit.
n l. uerbis ciuilibus.ff. de uulg.
o d.l ſi domino Stich9.Dec.c. paſtoralis.§. q̃niã. 3. notab.de reſc.
p l.ſi Eros.j.de opt leg.
q l.Titiæ texto res.ſ.tit.ij.
r arg.l.cũ quæſtio.uerſ.cũ eni.
s arg.l. ſi.in fin. de aur.& ar. le.
t Bart.l. legatũ. §.pater. de adi. leg.
u l.ſi. §. Seio. ſ. tit.j.l cui fund9. de cõd. & dem.
x l.ij.§. j. ſi cert. pet.
y l.reos §. j. de duob reis.
z §. q̃d ſi quis. Inſtit. de inutil. ſtipul
a d.l.ſi mihi & Titio.de uerbo. oblig.
b d.§.Seio.
c d.l.cũ queſtio.
d d.l.huiuſmodi.§.pe.ubi Bar
e §. j. Inſtit. de duobus reis.



eſſet [a]:nec tranſlatio dominij quicquam facit,a-
lioquin nec in legato quidem optionis eſſet vlla
coniunctio [b],cùm ex eo non transferatur ſtatim
dominium [c],ſatíſque eſt eatenus fieri cõcurſum,
ne ius in totum irreuocabiliter acquiratur [d].

ITEM VERBIS [a]. ¶ Verbis † cõ
20 iũcti ſunt, quos no-
minum complexus
iungit [c]. Alibi verò
ſic appellãtur, qui-
bus in eadem ora-

**Item verbis [4], non etiam re: TITIO ET SEIO FVNDVM ÆQVIS** A

tione partes diſtributæ relinquuntur [f]. At Bart.
coniunctos hos eſſe cenſuit,quibus vnico legan-
di actu, vnaque oratione relictũ eſt. Quæ omnes
deſcriptiones veræ ſunt, ſi tamen rectè declaren
tur. Cùm ergo ad vnitatẽ ſermonis attendamus,
nihil refert, qua coniunctione quis ſit vſus, *Et,
Que, Cum*. ſemper enim ad vnitatem ſermonis at-
tendimus [g]. Idemque,ſi alternatiuam dictionem B
teſtator appoſuerit.inter perſonas enim pro con
iuncta ſumitur [h]. Idem,etiam ſi aduerſatiuè ſcri-
ptum ſit hoc modo, Titio fundum, Seio autem
eundem fundum ęquis partibus lego.quod Bar.
hîc tradit.etenim ſæpiſsimè vna coniunctio pro
alia ponitur [i]:meritò ad vnitatem magis ſermo-
nis,quàm ad illas reſpiciendum eſt.nam & in di-
ctione repetitiua idem eſt,cùm tamen eadem in
oratione ſeu vnico in actu adiecta ſit [k]. Sed & di-
ſtributiuis nominibus induci hanc coniunctio- C
21 nem poſſe receptum eſt. Nec obſtat,quòd † natu-
ra diſtributiui ſit, cuilibet actum in ſolidum tri-
buere [l]:quia ſi adiiciatur æquis portionibus,ad-
iectio præualet,& ſola verbalis cõiunctio indu-
cetur.quod Bar.rectè ſcribit.In collectiuis quo-
que nominibus efficaciſsima eſt huiuſmodi con
iunctio,vt cùm quis filios,fratres, hęredes,liber-
tos ad lucrum aliquod vocat [m].quod hîc Bar.do-
cet.Sed cur partium diſtributio verbalem con-
iunctionem inducit,cùm omnino ſemper legis D
diſpoſitione ea diſtributio inducatur [n]? Ergo
quod tacitè ineſt, ſi expreſſum ſit, nihil operari
debuit [o].Reſpondet Bart. exprimi, quod volun-
22 tariè inerat,ideoque aliquid operari [p].Ego † ali-
ter exprimi ſcio,quàm ineſſet. inerat, vt concur-
ſu fierent partes, quia appellatione fundi, de ſo-
lido intelligitur: exprimitur, vt res à principio
cenſeatur diuiſa. Inerat,vt concurſus locum ha-
beret, reſpectu etiam re coniunctorum:exprimi-
tur reſpectu eorum tantùm, qui verbis coniun- E
guntur, & in vnum corpus ſunt redacti [q]. Sed
quid,ſi coniuncta inter duas orationes ponatur?
veluti,Titio fundum lego, & Seio eundem fun-
dum lego æquis partibus? & plerique ante Bart.
exiſtimabant coniunctionem verbalem induci
propter vim copulæ [r]: quæ ſentẽtia propter au-
ctoritatem Bart. reiecta eſt [s]. non enim copula
impedit, quin plures orationes ſint [t].ergo nulla
eſt verbalis coniunctio [u]: & ſicut ſi ſolutim con-
cepta eſſet vtraque oratio, nulla verborum con-
iunctio eſſet,vt ſuprà Bar.ait, ita & ſi cõiunctim.
non enim inter hæc eſt differentia [x]. Nec obſtat,
quod propter copulam plures perſonæ videan-
tur loco vnius, vt Iaſ.ait [y],quia non copula id o-
peratur, ſed ſermonis potiùs vnitas. Nec rurſus
obſtat ius copulæ,quæ vtriuſque concurſum re-
quirit [z], quia hoc nihil ad materiam iuris accre-
ſcendi,de qua nos loquimur.Præterea cùm in ca
ſu ſuprà ſcripto æquè principaliter reſpectu v-
triuſque coniuncti apponatur, concurſum hunc

a d.l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ubi Iaſ.iij.notab.
b d.l.ſi domino Stichus.
c d.l. huiuſmodi.§.Stichum.
d d l unic 1.§.ſi uerò nõ omnes C. de caduc tol.
e d l.triplici.
f d. l. unica.§. his ita.ubi Bar.
g d.l.triplici.
h l cum quidã. C. de uerb ſign.
i gl.l eas cauſas. de cond. & demonſtrat.
k l.ſicut.§.j qb. mod uſusfruct. amit.
g d.l. huiuſmodi.§. penul ubi Bart.l. fin.C. de impub.
m d. l. interdũ. d l.quartã.in fi.
n l.legata inutiliter.in fi ſ.tit.ij.
o l.iij.ſ.tit.ij.
p l talis ſcriptura.uerb.præſentia.ſ.tit ij.
q d.l.planè.in princ.
r arg. l.ſi hæredi plures. de cõdit inſtit.
s Bar.ſ. iij.op.
t l.j.ſ.de uulg.
u d.l.j.§.hoc ita.
x d l.triplici.
y d l.planè.in princip.
z d.l.ſi hæredi.

non requirit [a]. quod Iac. Butrig.diſputauit.Ad-
dit Bart. alias quoque leges [b],quibus variis mo-
dis reſponderi poſſet,vt hîc Recẽtiores indicãt,
quorum reſponſiones ego confutarem, ſi operę-
pretiũ exiſtimarem : ego Bart. ſequor,vt propriè
non dicatur verbis

A **PARTIBVS DO,LEGO: quoniam ſemper partes habent legatarij.**

coniuncti [c]. Puta-
rim tamen propter
mentem teſtatoris
iuri accreſcendi in-
ter hos locum eſſe
poſſe, quoties ea
mens ex adiectione illorum verborũ æquis par-
tibus colligeretur, vt quia ad ſuperiorem quoq;
clauſulam neceſſariò pertinerent. tũc enim duas
orationes pro vna habuiſſe videretur.Pone ergo
ſic ſcriptum, Titio &Seio fundum lego, & eun-
dem fundũ lego Sempronio æquis partibus:Ti-
tius repudiat, an ſolus Seius eam partem habe-
B bit? & non videretur,cùm dictio *Aequis partibus*,ad
ſolum Semproniũ pertinere nequeat, ſed neceſ-
ſariò ad omnes tres referatur [d]: ergo & Sempro-
nius verbis coniũgi cenſebitur. vnde fiet, vt tres
partes diſtributæ videantur,nõ autem Titius,&
Seius in dimidiam vocentur: quod eſſet, ſi ſolis
verbis coniungerentur [e].Cenſebũtur † ergo ver- 23
bis coniuncti, etiã qui diuerſis orationibus iun-
guntur,dum teſtator pro vna eas habuerit,ſeu v-
nicum actum legandi fecerit [f]. quod & hoc exẽ-
C plo traditum eſt,ſi teſtator dixerit, *Lego Titio fun-
dum,hoc amplius, Sempronio lego domum æquis partibus*.
videtur dicta clauſula æquis partibus ad vtrunq;
referri [g], & Sempronium Titio in fundo iungi,
Titium Sempronio in domo:quod certius eſſet,
ſi vno legandi [h] verbo tantùm vſus eſſet teſta-
tor, quamuis etiam ſi iterato vſus ſit, vt videa-
tur duas clauſulas pro vna habuiſſe: ſicut econ-
trariò poteſt vna oratio eſſe,in qua tamẽ propter
mentem teſtatoris nulla adſit cõiunctio, vt cùm
D partes ipſas limitauit. traditũ enim eſt,in † limi- 24
tata cauſa non eſſe iuri accreſcendi locum [i], ma-
ximè ſi taxatio expreſſa ſit,vt eo exemplo, ita ta-
men vt decem vncias Caius, duas autem Seius
habeat [k].verba enim & ratio Iuriſconſulti oſten-
dunt,hoc † quoq; caſu,quo verbum *Habeat*,itera- 25
tum non ſit, nullum iuri accreſcendi locum eſſe,
non ſolùm propter dictionem *Ita tamen*, ſed etiã,
quia ſeparatæ videntur partes [l]. Quid † ergo, ſi 26
dictum ſit,*Titio & Seio fundum,ita tamen vt viriles par-
E tes habeant, do, lego*? & nihilominùs putarim ver-
bis coniungi [m]:quia totus fundus à principio eſt
datus, & non tam limitandi, quàm rem inter i-
pſos diſtribuẽdi cauſa ita ſcriptum videtur. Nec
ab his diſsidet, quod ſingulariter Pontanus an-
notauit [n]. Quod enim traditur,diſiunctiuam in-
ter hæres & legatarios ſcriptam,in coniunctam
verti [o], inquit ille non procedere, cùm eadem o-
ratione vtraq;,tam diſiuncta,quàm cõiuncta po-
ſita eſt: vt lego Titio & Sempronio,vel alteri eo-
rum.Vnde efficietur,vt portio vacans alteri non
per ius accreſcendi, tanquam verbis coniuncto,
applicetur, ſed potùs iure non decreſcendi, pro
pter vim diſiunctę [p].quod generaliter poteſt de-
fendi in caſibus, quibus alternatiua in cõiunctã
reſoluitur [q].Quòd ſi dictum eſſet, Vel alteri eorũ
æquis portionibus, ſeu cuilibet pro dimidia,ſe-
cus eſſet, diſtributio enim præualet,vt ſuprà di-
xi [r]. Addit Petrus, quoties in eadem oratione
perſonæ non coniunctim, ſed ſolutim ponũtur,
videri eas coniunctas nõ eſſe, & † ideo ius accre- 27
ſcendi

L.89. **Re coniuncti.**
a l. j. de his, qui not.
b d l.ſicut.§.j.
c d.l.ſicut.§.j.
d arg.d l.interdum. in princi. de hęred. inſtit.
e d l. liber homo.§.Titius.
f arg.l. Lucius. §.Lucius.ſ.tit.j.
g l.doli.ſ.de ſeruo.corrup.
h Bald.l.unica, §.his ita.
i l.dominus.§. per fideicõmiſſum. de uſufru. ubi Bald.
k l. Lucius.quæ habebat.ad Trebel.Iaſ.l.j.in prĩ. ſi quis ius.
l d. l. Mæuio. in princ.
m arg.l.ſi duob. §.fin.ſ.tit.ij.
n Rom. ſing. cccc.
o d.l.cum quidam.
p l.ſi fundum ſub conditione. §. his uerbis.ſ. tit. ij. l. hæredes mei §. fin. ad Trebell.
q d.l.cum quidam.
r Bald. Nouel. d.l. huiuſmodi. §.penul.

ſcendi non habere [a]. Quam ſententiam Bart. improbat, cùm hac in materia lex nullam differentiam conſtituat, an coniunctim teſtator ſit locutus, an per ſolutam [b]. ſiue enim dicamus ſolutam pro coniuncta eſſe, ſiue pro diſiuncta [c], idem eſt, vt ſuprà diximus. Sanè quoties copula naturam ſuam nõ ſeruat, ſed ordine ſucceſsiuo accipitur, nulla vnitas ſermonis eſſe intelligitur, ideoque nec verbalis coniunctio, vt cùm quis Titium, inquit, filium meum & eius liberos inſtituo. dictio
A
28 † *Et*, pro Deinde, accipitur [d]: meritò nulla eſt verborum coniunctio. Ad hæc illud omittendum non eſt, vt coniunctio hæc adſit, nõ ſufficere vnitatem ſermonis, niſi vnitas quoque rei accedat [e], circa enim diuerſas res nulla eſt cõiunctio. Vnde ſuprà diximus, eos, qui ſine parte inſtituti ſunt, in ſeparata ſemuncia ſingulos vocari, & cùm re non coniungantur, verbalem quoque inefficacẽ eſſe [f]. quod & eo exemplo traditũ eſt, cùm dicitur, Titio & Mæuio ſingulos ſeruos lego [g].
B
Exiſtimat tamen, & rectè, Bart. [h] coniungi quidem hos verbis, cęterùm huiuſmodi coniunctionem, quod ad ius accreſcendi attinet, inutilem eſſe, licet, quo ad ſubſtitutionem reciprocã, aliqua vtilitas ſubſit [i]. Raph. & Iaſ. vbi effectus nullus iuris accreſcẽdi, ibi & nullum coniunctionem eſſe comminiſcuntur. quæ ſententia certior eſt, cùm dictum eſt, Titio fundum Seianum in parte ſuperiore vſq; ad talem arborem, Męuio deinceps lego [x].
C
cùm enim certæ partes ſeparatim adiectæ ſint, apparet res diuiſas eſſe, quia quælibet pars ſeparatus eſt fundus [l]. ſecus ergo, ſi pro indiuiſo partes adſcriptę eſſent [m], quod Iaſ. docet [n]. Quod tamen rectè intelligendum eſt. nam ſi quis dicat. Titio fundi partem dimidiam, Seio dimidiã lego, ſuprà dixi verbalem, aut realem coniunctionem propriè non induci [o], ſed † tamen propter
29 ſermonis & rei in abſtracto vnitatem locũ eſſe iuri accreſcendi, vt æqualiter cũ re coniuncto quis admittatur [p].
D
Vnde vidi dubitari: teſtator ſic ſcripſerat, Titio hærede meo decedente filias meas in cẽtum capienda ex bonis meis inſtituo, in reliquis fratrem meum: is frater ante quàm dies fideicommiſsi cederet, obierat: nunquid ſaluũ ſit filiabus ius accreſcendi? & aliqui negabant propter rerum diuerſitatem [q], quidam verò contrà reſponderunt, cùm vtrique ad bona vocati ſint, quia centũ illa in bonis accipienda erant [r]. quæ ſententia ſanè dubia eſt, ne fideicommiſſum vniuerſale accreſcat particulari: in inſtitutione facilius defendi poſſet [s].
E
Sed quid, ſi alteri purè, alteri ſub conditione relictũ ſit, an impedietur verbalis coniunctio? & Iaſ. impediri propter diuerſitatem qualitatũ ſentit [t]. Quæ opinio defendi facilè non poteſt [u]. cùm enim conſtet realem nõ impediri, ſiue in proprietate, ſiue in vſufructu [x], ſiue eiſdem tabulis, ſiue etiã pupillaribus ſcripta ſit [y], conſequens eſt, vt nec verbalis impediatur, dum vnitas ſermonis adſit. Nec quicquã refert, defecta cõditione, an repudiatione portio vacauerit [z]. quicquid hîc Iaſ. comminiſcatur [a].
F
Sed quid, ſi teſtator dicat, Titio & Seio fundũ lego? & Bart. hoſce non ſolùm verbis, ſed etiam re coniungi cẽſuit: aliàs fruſtrà in lege noſtra additum eſſet, *Aequis portionibus*. Hæcq; eſt communis ſententia, vt Iaſ. hîc docet [b], quã ego probari verbis Vlpiani ſcio, dum ſi dictum ſit, *Publius Mæuius, & Lucius Titius hæredes ſunto*, veniunt, inquit, in partẽ dimidiam, & re, & verbis coniuncti videntur [c]. verbis enim teſtatoris ſolidum vtrique adſignatum

a Petr. Cin. Alb. n d. l. unica. §. ubi autem.
b d. l. triplici.
c l. ſæpe. de uerb. ſignif.
d d. l. hæredes mei. §. ſi ubi Alex. l. Gallus. §. i. de lib. & poſthu. ubi Doct.
e l. ij in princip. quib. mod. uſusfr.
f d. l. item quod Sabinus. § i.
g d. l. huiuſmodi § pen.
h Bart. q. i. uerſ. ii.
i l. cohæredi §. qui diſcretas. de uulgar.
k l. i. in princip. de uſufruc. accreſc.
l d. l. rectè dicimus. d. l. quod rerũ. § penult.
m l. Mæuius. §. duorum. ſ. tit. i.
n Iaſ. hic.
o d. l. Lucius §. quæ habebat. d. l. item quod. Sabinus. § i.
p d. l. Mæuius.
q Raph. Com. cxiiij. Ant. dub. i.
r l. nõ amplius. in fi. ſ. tit. ij.
s l. ex pacto. ſ. de hæred. inſtit.
t d. l. ſicut. ſecũdum ſol. Iaſ.
u l. hæc ſcriptura. in fi. l. ſi ſeparatim. de cond. & demonſt.
x l. idem in fin. de uſufruc. accreſcen.
y d. l. planè. § ſi coniunctim.
z d. § ſi eadem. Inſtit. de legat. d. l. unica. § his itaque. uerb. quocunque modo.
a Iaſ. hic.
b d. § ſi eadem. uerſ. cõiunctim.
c d. l. ſicut. §. i.
d l. triplici.

eſt [d]: & licet copula actum verbi in viriles diſtribuat [e], tamen propter rem, quæ à principio tota deſignata eſt, nẽpe fundus, non ſtatim diſtribuit, ſed ita demum, ſi collegatarius velit, & cõcurrat quaſi ab initio ſolido relicto [f], vt dictio *Quaſi*, per modum cauſæ adiecta, talem eſſe legis interpretationem indicet [g]. Sed † cùm in coniunctione verbali partes ſemper, id eſt, ab ipſo vſq; principio fiant, in reali verò per concurſum, quid dicemus in hac mixta, vtrius naturã imitabitur? & 30
A
veriſimile eſt mixtim quoque accipiendam, vt ſi collegatarius aliqua ratione, ſeu ęquitate cõcurrat, cenſeatur ab ipſo principio res fuiſſe diuiſã [h]: ſi nunquam cõcurrat, fuiſe pro ſolido datum [i]: ſicq; diſcernemus, an is per ius accreſcẽdi veniat, quod quandoq; Accurſ. exiſtimauit [k], & probabile eſſe Corn. cenſet [l]: an verò per ius non decreſcendi, quod Bart. maluit [m], & receptius videtur. Ego tamen ſuprà cenſui, ſicut re coniuncti à
B
principio ad ſolidum vocãtur, ita etiam eos, qui verbis tantùm iunguntur, quia clauſula illa *Aequis portionibus*, ſolum eò adiicitur, vt inter ipſos partes ſeparet, in caſum quo admittantur, nõ vt aliis proſit. Hinc eſt, quod † lex cõiunctos ſimpliciter definit, quibus ſingulis totum eſt datum [n], 31
nec ad re coniunctos reſtringenda eſt. Sic † & Celſus, toties, inquit, ius accreſcendi eſſe, quoties à duobus, qui ſolidum habuerunt, concurſu diuiſus eſt [o]. conſtat autem inter verbis tantùm con- 32
C
iunctos maximè ei iuri locum eſſe. Et alibi, ſi ex parte tibi, ex parte poſthumo legatum dediſſem, quaſi ab initio ſolido relicto, etc. [p]. & alibi, coniunctos vnius perſonæ poteſtate fungi [q]. & alibi, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim legetur, ſi ambo perueniãt ad legatum, inter eos ſcinditur [r], vt appareat à principio ſolidum eſſe: idq; non in re coniũcto tantùm. & alibi, coniunctionem verbis pro coniunctione non eſſe, quoties à principio ſolidum datum non eſt, vt quia lex partes di
D
uiſerit [s]: vel ſi teſtator hoc fecerit, vt quia dixerit, dimidiam Titio & Seio dimidiam, etc. [t]. reſpectu tamen ipſorum verbis coniunctorũ inter ſe videntur partes à principio diuiſæ. & hoc eſt, quod hic dicitur, ſemper partes habent: quod puto verum etiam in re & verbis coniunctis, quoniã lex ſimpliciter inquit, ſi coniunctim legetur, conſtat partes ab initio fieri [u]. Quod etiã eſt dicendũ, ſi huiuſmodi cõiunctus admitti nequeat,
E
cũ ęquitate aliqua naturali, vel exceptione adiuuetur [x], vel ſubſit ſpes quandoque fore, vt admitti poſsit [y], vel iure ſpeciali eorũ alter admiſſus ſit [z]. Illud quoq; excidere non debet, quod ſupra docui, in † rebus, quæ põdere, numero, mẽ 33
ſuráue conſiſtunt, nõ poſſe videri quid vnitum à principio datum, ſed diuiſionem per copulam factam cenſeri [a], ideoq; nullam re coniunctionem induci: hocq; caſu defendi Petri ſentẽtiam poſſe, quem non pauci ſunt ſecuti: idq; nõ ſolùm in contractibus [b], ſed etiam in legatis [c]: itemque
F
in his, quæ conditionis implendæ cauſa præſtantur, & ad mortis cauſa capionem pertinẽt [d]: ſicque paucis diſſolui multæ Recentiorum ambages poſſunt. Vnde † ſequitur, ſi teſtator ſcripſerit, Titiæ & Caiæ lego centum pro dote, cenſeri ſeparatum legatum, & nullum ius accreſcendi eſſe, niſi collectiuo nomine teſtator eas vocauerit [e]. Doctores tamẽ videntur ſimpliciter ius accreſcendi hoc caſu permittere [f], niſi diſtributiua vſus ſit teſtator: putà, lego centũ pro qualibet [g]. Subiecit quoque Bar. aliud exemplũ vtriuſque 34

con-

d d. §. ubi autẽ.
e l. reos §. cum in tabulis de duobus reis.
f l. utrum. de rebus dub.
g l. qui Romæ. §. fi. ubi Bald de uerb. oblig.
h d. l. planè ſ. ſi coniunctim.
i d. l. duobus. §. fi.
k gl. d. l. cõiunctim.
l Corn. d. l. unica. §. ſi uero diſiunctim in fi.
m i. quæſt. prin. uerſ. iii.
n d. l. coniunctim.
o l. iiii. de uſufr. accreſc.
p l. uel ex parte l. ſeq. de reb. dub.
q d. l. planè. in princ.
r d §. ſi eadem.
s d. l. item quod Sabinus. §. i.
t d. l. Mæuio. d. §. quæ habebat. ſecũdum ſuprà ſcripta.
u d. §. ſi coniunctim.
x d. §. ſi coniunctim d. l. huiuſmodi §. ſi Titio.
y d. l. ſi duob. in princ.
z l. mulieri. de cõd. & demõſt. l. iii §. ſed ſi coniunctim. de leg. præſt.
a l i. C. ſi plures una ſent.
b d. l. ſi mihi & Titio.
c d. l. fi. §. Seio. ſ. tit. i. l. 7. ſ. tit. j.
d l. cui fundus. de cond. & dẽ.
e l. qui quartã §. ult. ſ. tit. ii.
f Doct. l. qui filiab § i. ſ. tit. ij.
g Bar. d. l huiuſmodi. §. pen.



coniunctionis, quod extra omnem controverſiã eſt, vt cùm teſtator inquit, *Titio lego domum talem, ſimiliter & Sempronio*. Idemque in nominibus collectiuis: vt, *Filiis Titij lego fundum*. hos enim nominis reique complexus iungit. Quod ſi adiectum eſſet, *Aequis portionibus*, verbis ſolùm iũgeretur, vt ſuprà vidimus: nec hac in re pugnantia ſcribit, Bar. tametſi Re-

## Præfertur igitũ omnímodo cęteris [a], qui & re & verbis cõiũctus eſt. quòd ſi re tantùm coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorẽ.

A
35 centioribus aliter viſum ſit. Sed † quid in coniunctione legali dicemus? & Bart. videri verbis coniunctos ait, ideóq; eis cum onere ſuo accreſcere [a]: at Accurſ. non verbis tantùm, ſed & re cõiungi. vocantur enim verbis collectiuis liberi, agnati, cognati [b]: ego verò prorſus diſiunctos crediderim. vnde inter eos non eſt iuri accreſcendi in proprietate locus [c], quia lex tanquam certa ab
B
ipſo principio ſingulis partem ſuam ſeparatim defert [d], & nunc in viriles, nunc in ſtirpes vocat [e]. Quòd ſi pars repudiata alteri accreſcit, hoc vel ex regula iuris eſt, qua quis non poteſt vnum tantùm hæredem pro parte habere [f]: vel, quia in locum diſiuncti plures perſonas vocat, vt cùm plures nepotes ex prædefuncto filio ad ſucceſsionẽ aui cum eorum patruo admittit [g]. hi enim tanquam vtroque modo coniuncti potiores ſunt in patre, quam fratre repudiauerit. nec puto aliud ſenſiſſe Bart. quod & infrà attingemus.
C
a PRAEFERTVR IGITVR CAETERIS [a].
¶ Suprà ſatis dictum eſt, quemadmodum intelligenda pars hæc ſit. Cæterùm non explicat Iu-
36 riſconſultus, quo † iure præferatur, accreſcendi, an non decreſcendi? Sed Doctor, vno ore exiſtimant propter vim coniunctionis realis ius non decreſcendi eſſe [h]. Veteres tamen Iuriſconſulti ante Iuſtinianum ſimpliciter ius accreſcẽdi hoc appellant [i], & tractatum de vſufructu accreſcendo ſimpliciter inſcripſerunt. Et licet coniuncto
D
re tantùm, quem diſiunctum vocant, ius non decreſcendi competere lex dicat, tamẽ aliud in coniunctione quoq; verbali videtur dicendũ, quod ſuprà diſputaui. Nec enim lex Iuſtiniani de diſiunctis loquens, ad hos trahi poteſt, qui vtroque modo iunguntur, & partes ab initio faciunt [k]. Hîc ergo conſtituitur regula, vtrinque coniunctum præferri illi, qui altrinſecus tantùm iungitur.
E
Vnde adnotant Doctores, duobus vinculis quemlibet fortiùs alligari [l]: & potentiora eſſe duo iura, quàm vnum [m]: quam rem multis exem-
37 plis Iaſon hîc explicat. Non † tamen hoc perpetuum eſt: nam quandoque plus vnum vinculum operatur, quod potentius ſit, & duo infirmiora ſuperet [n], vt quia adverſus illa duo ſtet vitium formæ [o], vel non ad idem concurrant, ſed circa res diuerſas diſtrahatur [p], vel de materia agatur, in qua illud alterum vinculum nullius conſiderationis ſit [q].
F
Vnde in clientelæ ſucceſsione frater vtrinque coniunctus potior eo non eſt, qui ex látere patris tantùm iungitur: quia in hiſce fiduciis ad cognationem matris non attendimus [r].
38 Sanè † inter ipſos re & verbis coniunctos eſt etiã aliquis ordo. qui enim per collectiuum nomen coniunguntur, aliis potiores ſunt [s], vt cùm dictum eſt, *Titius in dimidia, fratris mei filij in alia dimidia hæredes ſunto*. decedente enim vno ex filiis fratris, alij fratres Titio præferentur. Sed hoc exemplũ

a l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus. ſ. tit. j.
b gl. l. j §. idem. de uſufr. accreſc.
c l. & Proculo. ubi Imol. ſ. tit. j.
d d. l. item quod Sabinus. §. j.
e auth. in ſucceſſione. C. de ſuis legit. auth. ceſſãte. de legit. hęre.
f l. ius noſtrum. de reg. iur.
g l. j. §. ſi quis ex nepotib. de coniung. cum emãc l. ſi duob. in princip. de contratabul.
h d. l. unica, §. ſin autem ad deficientis.
i l. ſi ſeparatim. l. hæc ſcriptura. de cond. et demonſt.
k d. §. ſi coniunctim.
l c j. de treug. ubi Felin.
m auth. hoc itaque. C. de ſucceſ. l. cohęredi. §. qui diſcretas. de uul.
n l. nam & ſi parentib. de inoff. teſt. Bal. ſi arrogator. de adop.
o l. j. §. ſi quis ita ubi Iaſ. ult. not. de uerb. oblig.
p l. ſpadonem. § q iura de excuſ. tut. l. ſi ſub conditione. in fin. quib. mod. uſusfruc.
q Bar. in uerſ iij.
r Bald. c. j. de grad. ſucceſ. in feud.
s d. l. interdum. d. l. ſi quis Titio.

indubitatum eſt, cùm Titius verbis tantùm iungatur, at fratris filij etiam re. Sed ſi dictum ſit, *Titius & fratris filij hæredes ſunto*, ambæ partes vtroque modo coniunguntur, niſi quòd in dimidia filiorum potior erit ipſorũ inter ſe conditio [t]. quod variis exemplis Iaſon & Recentiores docuerũt [u]. Idémque, cùm vtraque parte adeſt collectiuum nomen: velv-
A
39 ti, Ius † patronatus ædiculæ meæ volo eſſe fratrum meorum & filiorum Sempronij: vnius vocis erunt fratres, vnius filij, quotquot ſint numero [x], non autem ad capita attendemus. quod ex facto Dec. reſpondit [y]. Quæ concluſio tunc non procedit, cùm verba teſtatoris aliter ſuadent, vt cùm expreſsè mandauit, vt partes æquales fierent [z], vel iuſsit fundum communicari omni-
B
bus. intelligitur enim in viriles cum legatario [a]. Idem, ſi vim collectiui nominis per diſtributiuã dictionem peremiſſet, & in eadem oratione omnes ſint poſiti [b]. quòd ſi in diuerſa, ſecus videretur, vt cùm dictum eſt, *Titius filio meo hæres eſto, quiſquis mihi hæres erit, ſit & filio meo hæres*. hoc enim caſu hæredes teſtatoris in diuerſa oratione ſcripti ſemiſſem, Titius alium ſemiſſem auferent [c]. quod Caſtren. tradidit, & hîc aliqui docent. Sed & idem traditum eſt, cùm quis prohibuerit fun-
C
dum de nomine ſuo exire, videtur enim vnuſquiſque libertorum pariter dilectus, vocanturque omnes in viriles, idque inobſeruato gradu, cùm nulla cognatione teſtatori iungantur [d]. Vnde ſi diſtinguat teſtator familiam in libertos, & libertas, & teſtamẽto manumiſſos, & alumnam, non tamen videtur alumnæ, quamuis nominatim expreſſæ, plus relinquere, quàm virilem [e]. Accurſ. tamen & Bart. extraneam hanc fuiſſe exiſtimant. quod non probo [f], cùm aliàs ratio te-
D
ſtatoris non conveniret. Idemque, cùm teſtator Titium cohæredem adieciſſet aliis collectim nominatis, intelligitur in viriles vocatus [g]. ſicut enim illi in hęreditate teſtatoris vocantur ad partes reſpectu totius, ita & in portione deficientis debent reſpectu totius vocari, non reſpectu dimidiæ. cùm enim in iiſdẽ partibus vocati in ſubſtitutione eſſent, quibus in inſtitutione, meritò adiectus non in dimidiam, ſed in virilem admit-
E
titur. Sed & idem quoque eſt, cùm quis tibi & poſthumo ſuo non quidem collectiuè, ſed indefinitè legat, pluribus natis, omnes in virilem admittentur [h]: quia ſi credidiſſet plures poſthumos ſibi naſcituros, omnibus æqualiter prouidiſſet: quod Bart. Alexan. cæteri probant. Intelligo autem poſthumum alienum, qui tamen extraneus teſtatori futurus non eſſet [i]. Enimverò & illud
40 conſtat, quomodocunque † coniunctos ſeparatis præferri [k]: inter ſeparatos verò ius accreſcendi nullum eſſe [l]: idque etiam in vſufructu verum
F
eſt, licet Beſutius & Crotus aliter diſputẽt, quos cæteri rectè improbant. Subiicit tamen Bar. non idem eſſe in hæreditate [m]. in ea enim pars à diſiuncto repudiata cohæredi accreſcit, quia nemo pro parte teſtatus decedere poteſt [n]. Idemque etiam in ſucceſsione ab inteſtato [o]: quia non eſt concedendum, vt teſtator pro parte tantùm repræſentatus intelligatur [p]. Et hoc eſt, quod lex ait, abſurdum eſſe eiuſdem hæreditatis partem

agno-

L. 89.
Re coniũcti.
t l. ſi pater filio. de uulg.
u Fel. c. paſtoralis. de reſcr. Soc. conſ. xl.
x l ſi ſeruus cõmunis. de ſtip. ſer. ubi Ang. & Imol.
y Dec. cxxij.
z d. l. interdũ. in princ.
a l Lucius. in princ. ad Treb. ubi Bart. & in l. cũ pater. §. dulciſsimis ſ. tit. j.
b l. fin. C. de impub. ubi Caſtr.
c d. l. liber homo. §. Titius.
d Bar. l. ſi cognatis. in fin. de reb. dub. Barb. conſ. xliiij. in ij.
e l. Lucius. §. Lucius. ſ. tit. j.
f l. fi. C. de uerb. ſig. l. j. in princ. ubi Iac. & Bart. ad Syllan.
g l. qui cũ plures. de uulg.
h l. utrũ. de reb. dub.
i l. pen. ſ. tit. ij. §. poſthumo. Inſt. eod.
k l. hæredes. ſ. de hæred. inſtit.
l d. l. j. ij. reſp. de uſufr. accreſc.
m d. l. hæredes. d. l. j. §. is ita.
n l. ius noſtrũ. Bart. de acquir. de reg. iur.
o l j. C. quando non pet. par. hæred. Cin. d. § his ita. in princip.
p l. j. ubi

agnoſcere,patrem repudiare [a].etenim donec lo-
cus eſt inſtitutioni, non admittitur ſubſtitutio,
ne contra voluntatem teſtatoris quicquam fiat [b],
& donec vocati primo gradu ab inteſtato par-
tem habent,ſecundo gradui locus non eſt,ne cõ-
tra mentem ſucceſſorij edicti fiat,quæ gradatim
legitimos vocat. Meritò ergo etiam inuito por-
tio accreſcit,ne ius hęreditatis,quod & lex & te-
ſtator vnitum eſſe volunt ſcindatur.Nec me mo-
uent quædam Iaſ.rationes contrarium hac in re A
diſputantis, quia rectè illis à Recentioribus hic
41 eſt reſponſum, & nos eas alibi confutauimus [c].
Sed † an tranſeat tale ius in ſucceſſorem? & con-
ſtat tranſire, ſicut & res ipſa tranſit [d]:imò & ſub-
ſtitutionem,quæ aliàs perſonam non egreditur,
ſibi commixtam ad ſucceſſorem trahit [e]. Sed &
qui in re certa inſtitutus eſt, ius accreſcendi ad
hæredem ſuum tranſmittit, adeò vt vniuerſalis
hęredis deficiẽs portio poſsit illi applicari. qđ
Bart.tradidit [f],& receptior habet ſentẽtia [g].cùm B
enim his particulariter inſtitutus, ſi cohæredem
non habuiſſet, totum erat ablaturus, idem, ſi is
cohæres non adiuit. qua de re loco ſuo tractan-
dum eſt.fuere enim,qui contradicerent. Sed an
idem ſit, ſi teſtator viuens rem illam particula-
rem tradidiſſet?& Paul. Caſt.reſpondit idem eſ-
ſe hac in ſpecie [h]:teſtator filiam in dote inſtituit,
quam iam acceperat, deinde alium vniuerſalem
hæredem ſcripſit, qui non adiuit: reſpondit ille,
incipere filiam titulo inſtitutionis dotem habe- C
re,cenſerique ſibi titulum mutaſſe,ne teſtamen-
to præterea videatur [i], ideoque & ius accreſcen-
di tranſmittere. Quæ ſententia eſt vera, niſi cùm
dotem teſtator viuens filiæ donaſſet,nullumque
ius ſibi retinuiſſet, vt quia ſoli filię reddi ſtipula-
tus eſſet.cùm enim in re ſua inſtituta ſit,cenſetur
præterita, vt Bald.tradit [k]. Sed quid in eo, cui
vſusfructus relictus eſt? & poteſt aliquo modo
dici ius accreſcendi ad ſucceſſorem tranſire,ſi te-
ſtator hoc voluit [l],vt quia hæredibus quoque il- D
lum reliquerit [m], tametſi diuerſus vſusfructus
ſit [n]:aliàs verò conſtat vſumfructũ cohęrere per-
ſonæ, & ad hæredem non tranſmitti [o], multo-
que minus in ſucceſſorem particularem, ſed ad
proprietatem reuerti, niſi ex neceſsitate iudicij
amiſſus ſit [p]:quo caſu ad proprietarium non re-
uertitur, quamuis ſucceſſorem particularem ex
iudicis ſententia,ſed collegatario accreſcit,quia
vſusfructus nõ portionem, ſed perſonam ſequi-
tur [q]. Sed quid in fiſco dicemus, qui hæredita- E
tem tanquam ab indigno aufert? an etiam illud
auferet, quod iure accreſcendi indigno hæredi
erat acceſſurum?&conſtat nunquam auferre,ſed
ipſo iure fiſco ipſi accreſcere [r] : ſiue, quia indi-
gnus voluntatem defuncti effectu non habet,ſe-
cundum quam ius accreſcendi defertur,ſed in-
capax, cui reſtitutio fieri debuit: ſeu, quia fiſcus
propter delictum hæredis in omnibus emolu-
mentis hæreditariis auctoritate legis tanquam
vniuerſalis ſucceſſor habetur [s]. Vnde & ſubſti-
tutum vulgarem excludit, & conditio *Si hæres non* F
*erit*, fiſco agnoſcente bona, euaneſcit [t], perinde
ac ſi ipſe inſtitutus adiuiſſet:licet in his,quæ me-
ri facti ſunt,aliud ſit [u], ſicut& cùm de aliis bő
nis agitur,quæ ex alia cauſa,quàm quæ indigni-
tati ſubiiceretur, ad hæredem pertineret [x]. Sed
42 † quid in particulari ſucceſſore,putà emptore hę
reditatis, an portio vacans illi accreſcet? & vide-
retur exemplo fiſci [y], & quia emptor vicem hæ-
redis obtinet [z], & quia ipſe eſt, qui rem habet,

a d.§.his ita.
b l.quandiu.l ſi ſolus.de acquir. hæred.
c Paradox.lib. iiij.cap.viij.
d d.§.his aũt.& l.ſi ex plurib.ſ. de ſuis et leg.et cum ex filio.in fin.de vulg.
e l.q patri.l.q ex duab.de acq. hæred.
f l.ex facto.de hær.Inſt.Doct.l. quoties.C.eod.
g Crot. hic, q. xiiij.& xvj.Alex.conſil.lviij. in iij.
h Paul. conſil. lxxxxvj.dubitatio uertit.in j.
i l.3.§.pe.de hęr. inſtitut.l.funde. ad l.Falcid.
k Bal ſcimus.q. 4.C.de inof.teſt
l d.l ſicut.§.j. Iaſ.hic.
m l antiquitas. C.de uſufruct.
n l.ſtipulatio iſta.§ ſed ſi quis uti.de uerb.obl.
o §.ſi. Inſt. de uſufruct.
p l.interdũ.de uſufruct.accreſc. l. & an eadem §. qui cum partem.ubi Bart.de except.rei iud.
q l.ſi Titio.in fi. de uſufruct.
r l.ſi totam.de acq.hæred.
s l.recuſare.§.ſi fiſco.ad Trebel. l.ſi fiſco ad Syll.
t Bar.l.j.q.vij. de uulg.
u Bar.l.qui hæredi §.cũ hæreditas. de cond. & demonſt.
x l ex facto.§. Iulius Lõginus. de uulgar.
y d.l.ſi totam.
z l.ij.§.pen.de hæred.uend.

ergo & argumentum acceſsionemq; habere de-
bet, quæ iure accreſcendi fit [a]. Sed tamen rece-
ptior ſententia ſtat in cõtrarium. nec enim em-
ptor iudicio teſtatoris quicquam habet, ſecun-
dum quod iuri accreſcendi eſt locus [b], nec res,
quas habet,tanquam hæreditarias habet,ſed tan
quam emptas [c].venditor verò ipſe pretium ha-
bet, quod in vniuerſalibus loco rei ſuccedit [d]: i-
tem teſtatorem repræſentat, cùm iura directa ei
adhæreant [e]. Qua ratione etiam ſi pretium non
habuiſſet, vt quia donaſſet,idem videtur diſcen-
dum: quod Petrus & Cinus & alij tradiderunt,
quicquid Socinus reſponderit [f]. Nam & vide-
mus in emptorem ius ſubſtitutionis pupillaris
non tranſire [g], quæ tamen iure accreſcendi inſti-
tutioni coniungitur [h]. Probabilior eſt dubita-
tio,an venditor,quod iure accreſcendi conſecu-
tus fuerit, teneatur emptori reſtituere? & vide-
tur teneri,vt hoc caſu Bar.ſententia defendi poſ-
ſit, quam & ego ſequerer [i], ſi ex qualitate pretij,
aliiſque coniecturis veriſimiliter id actum ſit [k].
Nec me mouet, quòd iura venditori occaſione
rei competentia non cenſetur trãslata, niſi ſpe-
cialiter actum ſit [l]:quia aliud eſt in hac acceſsio-
ne, quæ rei venditæ coniungitur, & eadem res
cenſetur [m]. Sed † quid in fideicommiſſario, an 43
ad eum ius accreſcendi tranſibit? & conſtat ac-
creſcere ipſi hæredi, licet deinde ab hærede ad
fideicommiſſarium iura tranſeant [n]. Quod pro-
cedit,ſiue hæres compulſus adiuerit, ſiue etiam
ſpõte,quicquid Raph. Comenſis commentetur,
aduerſus quem eſt communis ſententia. Addit
Bar. ius accreſcendi à legatario in hæredẽ trãſi-
re [o], itemque quemlibet alium ſucceſſorem par-
ticularem: putà, vt ego intelligo, alium legata-
rium. In emptore verò hæreditatis, aut donata-
rio ſuprà aliter deciſum eſt. Cæterùm hìc non
extra rem quæritur, an † coniunctus ſubſtituto 44
præferatur? & cõſtat potiorem eſſe ſubſtitutũ [p],
idque propter verba conditionis. vocatus enim
eſt, ſi primus hæres non erit. ſi ergo non ſit,ipſe
admitti debet,& coniũcto præferri, qui tacitè in
eum caſum vocatur,quo ſubſtitutioni non ſit lo-
cus,vt expreſſa prouiſio teſtatoris tacitè pręfera-
tur [q], certa ambiguæ [r], ordinaria ſubſidiariæ [s],
teſtamentaria legali [t]. Qua ratione etiam vide-
mus ſubſtitutum à teſtatore eis prȩferri, quos lex
vocat [u] : & ius accreſcendi voluntate teſtatoris
confirmatũ efficacius eo eſſe,quod ſolo legis ad-
miniculo innititur [x]. Sic & cauſa teſtati præfer-
tur cauſæ inteſtati:quoniam hæc à lege,illa à te-
ſtatore potiſsimùm prouenit [y]. Vnde & conſe-
quẽs eſt,vt cùm ſucceſſorium edictũ à mera legis
diſpoſitione deſcendat,iure accreſcẽdi ſit poſte-
rius,quod aliquatenus teſtatoris menti concor-
dat [z]. Sed † quid in tacita ſubſtitutione debe- 45
mus,an pater repudiante filio excludet coniun-
ctum? & non videretur [a]: ſed cùm is etiã expreſ-
ſim ſubſtitutum excludat [b], cenſequẽs eſt, vt e-
tiã cohærede ſit potior [c]. Conſtat ergo eos, qui
auctoritate legis ſubſtituuntur,coniunctis potio
res eſſe [d], cùm non multum interſit,an conditio,
*Si hæres non erit*, ſit expreſſa, an tacitè mente te-
ſtatoris intelligatur [e]. Conſtat autẽ præferri co-
hæredem ſubſtituto,quoties non ſeparatim, ſed
coniunctim ſubſtitutio à teſtatore cõcepta eſt [f].
quod alibi diffuſiùs tradunt Doct. [g]. Sed & ſi

a l.ſi ex toto. in princ.ſ.tit.ij.
b l. ſi in teſtamẽto. de uulg.
c l.iij.in j.ſ.ad l. Falc.l. cũ pater. §.quindecim.ſ. eod.
d l. ſi rẽ. de pet. hæred.
e l.ij.C. de pac. l.hęred.ubi not. ff.mand.
f conſ. xxxiiij. in fin.lib. iiij.
g d.l.ij.§.illud.
h d.§.Iulius Lõginus.
i Bar.l.qui hæredi.§.cũ hæreditas.
k l.j.de reb.dub l. ſi quis domũ. §.huic.
l ſi res.l. ſi pro te.ubi Bart.ſ.de euict.
m d §.illud d.l. ſi Titio.
n l. Papinianus ſ.ad Trebel.
o d.l. hæc ſcriptura.in fin.
p l.ij.§. ſi duo. de contratab.d. l.j.§. in primo. §. pro ſecundo. de cad.tol.
q l cũ ex filio. §.filio. de uulg.
r l.ſi Titio.§.Iulianus.ſ tit j.
s d.l. ius noſtrũ.
t l. ſi in teſtamẽto.ſ.de uulg.
u l.fin.C. de neceſ.ſer.
x l. quidã.ubi Bal.C.de iur.de lib.
y l.quandiu de acq hæred.
z l.meminimus. uerb. ſucceſsionis. C. de leg. hęr. ubi Bal.& Corn.
a l ij. C. ad Orfit.udi Bal
b l ſi.§.ſimiliq; modo.C de bõ. quæ lib.Bar.l.j. q.iij. ſ. de uulg.

c Crot.q.xvj. d l.ſi.uerb.partem.C.de hær.inſt. ubi Bal.q. pen. e d.l.cũ quid.ſi cert.pet d.l.in conditionib. & Doct.l.quã f l pen.C.de impub.glo. uis.eo.tit. g Bart l j.ſ.de uulg.q.ij.ult.parte.

ſepara-



ſeparatim concepta ſit, præfertur nihilo minùs
quandoque cohæres,ſi mens teſtatoris hoc ſua-
deat,quæ ex dilectione vxoris quandoque colli-
gitur [a],quandoque ex filiorum amore [b]. Vnde fit,
vt quamvis extraneus vulgariter ſubſtitutus cõ-
iuncto,etiam ſi filius ſit,præferatur [c], non tamen
ita ſit,ſi ea ſubſtitutio tacita fuerit [d]. in tacitis e-
nim,non in claris ad coniecturalem ſtatum re-
currimus. Hinc conſequens eſt,quod Bart.ait,
46 ex † coniectura mentis teſtatoris coniunctũ ſub- A
ſtituto præferri, vt ſi appareat ſubſtitutum non
vocari, niſi cùm tota hæreditas ad ſe devoluta
ſit [e]: vel, cùm ſubſtitutio quoque alternata eſt.
ex ea enim arguitur mens teſtatoris totam hæ-
reditatem ad alterum , qui adiuit,pertinere vo-
lentis [f]: meritò his caſibus coniunctus præfere-
tur. Quod ideo procedit,quia ſigna ſunt effica-
cia:aliàs ſi leuis quælibet coniectura ſufficeret,
confunderetur regula, quia coniunctus præſu-
mitur magis dilectus teſtatori [g],niſi reſpondeas B
verum eſſe in parte, in qua expreſsim eſt voca-
tus,non in alia cohæredis. Huc pertinet & ille
caſus,cùm teſtator cõiunctos ipſos invicem ſub-
ſtituit. cenſetur enim per ſubſtitutionem ius ac-
creſcendi non peremiſſe [h],ſed potiùs electionem
eis dediſſe,vt ex vtro iure vellent, ſuccederent [i].
nec enim eos invicem ſubſtituẽdo videtur viam
elegiſſe,qua iura ipſorum minueret, ſed potiùs
vt augeret.quæ receptior eſt ſententia [k]. Sed &
ſi ſubſtitutio effecta ſit caduca , non eſt dubium C
ſaluum ius coniuncto eſſe [l].Idemque, ſi ſolenni-
tatis defectu ſit nulla [m]: quia qui in ſolennitate
peccat , videtur actum eluſorium voluiſſe face-
re [n],nec ex eo certa mens elici poteſt. Et licet a-
liàs actus nullus voluntatem defuncti oſtendat
rem ab eo , cui data eſt, auferentis [o], hoc tamen
caſu ſecus eſt,ne videatur teſtator ius accreſcen-
di ſuſtuliſſe:& in dubio cẽreddũ eſt, fauore ſub-
ſtituti excludi coniunctum,vt ſi ipſe non admit-
tatur,ſit generaliter cõiuncto locus, excepto, ſi D
ſubſtitutio ſit nulla, quia ad cauſam inteſtati re-
dacta ſit [p].tunc enim nec ſubſtitutus, nec coniũ-
ctus admitteretur,ſed legitimus.Et ſuprà ſcripta
ſententia his caſibus maximè vera eſt,quibus te-
ſtator ius accreſcendi prohibere non poſſet, etiã
ſi vellet [q]. Supereſt nunc,vt videamus,quibus
47 † caſibus inter cõiunctos non ſit locus iuri accre
ſcendi.Et quotieſcunque quis facit partem,quã-
vis ad eam non admittatur,certum eſt ius accre-
ſcendi nullum eſſe. Dicitur autem facere par- E
tem, quando habet ius retentionis, ſiue iure pro
prio [r], ſiue iure ſucceſsionis,vt quia legatarius
hæredi ſucceſſerit [s],ſiue ex ea æquitate, qua de-
functi voluntas apud religioſiores antiquior iu-
48 re eſt [t].Alter caſus eſt, quo † iuri accreſcendi lo-
cus non eſt, quoties ex cauſa non iterabili quid
relictum eſt:putà,ſi legata ſint coniunctim pluri-
bus alimenta.non enim ideo pluris alentur cæ-
teri,quia alicuius portio deficiat [u]. tale ergo le-
gatum ſui naturâ certos fines habet, limitatum- F
que eſt,proceditque hoc etiam, ſi ad pias cauſas
tale legatum pertineat,ſeu nominatim pluribus
pauperibus factum ſit [x]. Vnde alibi generaliter
Baldus in diſpoſitionibus limitatis non eſſe lo-
cum iuri accreſcendi ait [y], quia limitata cauſa li-
mitatum effectum producit [z]: alibi ſimpliciter
ait,verbis taxatiuis ius accreſcendi cenſeri pro-

a l.ſi.C.de inſt.& ſubſt.
b l.ſi is, qui ducẽta.§.ſin.de reb. dub.ubi gl.
c l.ſi poſthumus. §.quod uulgò.de lib.& poſth.
d d.l.ſi.d.l.pe.ubi Bar.
e l.quidam teſtamento.de uulg. ubi Bar.
f d.l.ſi is,qui ducẽta.§.ſi. ubi Bar.
g l.Publius. in ſi. de cond.& dem.
h l.pe.ii. reſpon. de iniuſt.rup.l.teſtamẽto.vbi Doct. C.de impub.
i l. recuſare.§. Titius ad Treb.l. illud.de aq.hæred.
K Alex.d.l. teſtamento.& conſ. cix.in ii.
l l.ſi ex pluribus. de ſuis & legit.
m arg.l. ſi iure.ſ. eo.
n l.an inutilis. de acceptil.
o l. & ſi transferam de adim. leg. l planè.ſ. tit.ii.ubi Iaſ.
p d.l.pe.i.reſpõſo,d.l. ſi poſthumus.§.i.
q d.l. ius noſtrũ.
r l. huiuſmodi.§. ſi Titio.i. ſ. tit.ii.
s d.l.planè.§.ſi duobus.uerſ planè.ubi Iaſ.vi. not.
t d.l. planè.§.ſi coniunctim.l.ſi mihi purè. ſ.tit.i.
u l. dominus.§. i.de uſufr.l.pe.§. i.cum gl.ad.l.Falc.
x Bal. l. i. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. quæſt. v y arg.d.l. Lucius.§. quæ habebat. z Lage.C.de tranſac.



hibitum [a]: quæ ſentẽtia vera eſt,cùm res ſui na-
turâ habet taxationem, vel cùm ſpecies derogat
generi,id eſt,minor numerus maiori [b], vt ſuprà
dixi.aliàs enim vix defendi poteſt. Vnde filia hę-
res particulariter in dote inſtituta & iuſſa plus
ro petere,adhuc iure accreſcendi reſiduum cõ
ſequi poterit, ſi hæredis vniuerſalis portio defi-
ciat.quod Angelus & Imol. cenſuerunt [c]. Bart.
tamen ſuprà ſcriptis verbis ius accreſcendi pro-
A hiberi exiſtimat,ſicvt quãdo adiectũ eſt, ne quis
plus in bonis ſuis petere poſſit [d]. qua in re ma-
gna eſt Doctorum altercatio. Ego cum Bart.ius
accreſcendi non eſſe arbitror , exceptis duobus
caſibus.Primus,cùm apparet fauore alicuius ad-
iectam illam clauſulam, *Qui repudiauerit*. ceſſat e-
nim tũc ratio, vt tale ius prohibitum videri poſ-
ſit [e]. Alter, cùm teſtator tale ius prohibere ne-
quit,vt ſi adverſus regulam iuris decedere vellet
partim teſtatus,partim inteſtatus.id enim nõ po
B teſt [f]. Quòd ſi manifeſtè appareat omnino vo-
luiſſe,ne plus ille haberet, adhùc Bart. ſequerer,
qui ab inteſtato legitimos admitti cenſuit, ſicvt
& cùm taxatio legis ſubeſt [g].quod notabili quæ
ſtione Baldus docet [h]. Vnde infert Iaſon, in † fi- 49
deicommiſsis vniuerſalibus iuri accreſcendi lo-
cum non eſſe [i],cùm tunc ea regula non offenda-
tur, cùm hæres grauatus rem ipſe habiturus ſit,
qui teſtatorem in totum repræſentabit [k]. Quæ
ſententia ridicula eſt, cùm coniunctus potior ſit
C grauato,ſiue is particulari, ſiue vniuerſali fidei-
commiſſo oneratus ſit [l].nec enim vlla probabi-
lis ratio differentiæ adduci poteſt , & lex gene-
raliter in omni vltima volũtate procedere ait [m].
Intelligenda eſt ergo Iaſon.ſententia, quãdo te-
ſtator ipſe tale ius in fideicommiſsis vel expreſ-
ſè, vel diſtinctione quadã tacitè prohibuiſſet [n]:
quod facere poteſt,vel quando fideicommiſſarij
non eſſent aliquo modo coniuncti [o], quod &
Curtius Iunior tradidit [p].Cæterùm ſubijcit Bar.
D coniũctum † qui iure ſpeciali adverſus teſtato- 50
ris voluntatem à lege admittitur,ius accreſcen-
di non habere [q]. cenſetur enim lex ſeparatim à
principio eum vocare,quamvis aliàs figura ver-
borum coniunctus ſit [r].quod regulariter lex ſo-
let [s]. Vnde nihil refert,quòd collegatarius vi-
uat,& ſit vſusfructus capax.nõ enim ideo admit
titur,cùm ſeparatus ſit [t], ſed ad hæredem,ſeu
proprietarium revertitur. Cæterùm quod dici-
tur,eum † qui iure ſpeciali contra voluntatem te 51
E ſtatoris ſuccedit , ius accreſcendi non habere [u],
intelligendum eſt,niſi in caſibus,quibus tale ius
etiam adverſus voluntatẽ teſtatoris competit [x].
vt quia offenderetur ſuprà ſcripta iuris regula,&
quis pro parte teſtatus eſſet [y]. Item intelligen-
dum, niſi de iure non decreſcendi tractaretur,id
eſt,eſſemus in caſu,quo ſolidum à principio da-
tum eſſet,id eſt,in his, qui re ſolùm coniungun-
tur [z].ſuprà autem diximus, re & verbis coniun-
ctos,ſi concurrant,non videri à principio ſolidũ
F habuiſſe [a], vt appareat nihil huic ſententiæ Iaſ.
argumenta obſtare [b], qui plus quàm expediat,
in re clara ſatagere videtur. Quòd ſi quis altero
tantùm impedimento coerceatur, non ceſſabit
accreſcendi ius. Vnde qui ſimpliciter iure ſpe-
ciali veniunt,admittuntur.quod Bart. in his re-
ſpondit,qui omiſſa cauſa teſtamenti adiuerũt [c]:

L.89.
Re coniũcti.
a d §. quæ habebat.
b d. l. cùm quæſtio.C. de legat.
c l.quoties.§. ſi duo. de hæred.inſtit.Iaſ.hic.
d Bar.d.§. ſi duo. & l.ſi quis prior. ad Trebel.
e l. filiusfamilias. §.diu. ſ.tit.ii. Bar.conſ lxxx. quæritur.
f d l.ius noſtrum.
g gl.l.ſi is,qui ducenta.ſ. de reb. dub.
h Bald.l. eam, quam. C. de fideicommiſ.Crot.q. xiii.
i Iaſ hic,uerſ.octauus.
K Pract. Papienſ. in libello, quo agitur ex ſubſtitutione.gl.fin.
l d.l.unica §.pro ſecundo.& §.pẽ. l. filiusfamilias.§. diuus Seuerus.ſ. tit.ii.
m Bart.conſ. liii. Capra.xxx.in fi. Ana.ciii.ad fi. Socin.xciiii.ad fin.in iiii.
n Bal.d.§.quæ habebat.
o Paul.Caſt.d. §.quæ habebat.
p conſ.xxxiii.& l.i.in fin C. quando non pet.par.
q l.mulieri & Titio de cond.& demonſt.
r l.iii.§.ſed ſi coniunctione. de leg. præſt.
s d.l. item quod Sabinus.§.i.
t d.l.i. in princ. de uſufr. accreſc.
u d.§.ſed ſi coniunctione. l. filiũ. ex nepotibus. de

§.ſi legata.eo.tit. x l.ſi duobus.in princip.de contratab.l.i.§.ſi quis coniung. cum emanc.lib. y d.l. ius noſtrum. Alex. conſ.xx. in i. ſi.de leg.præſt. a d.l.planè.§. ſi coniunctim. b d.l.mulieri. c l.i.ſ. teſt.l.i.§.ii.ad leg.Falcid. z Bar.l. filium.§. ſi quis om.cauſa

E e

&Baldus in filioſfamiliâs, qui volente patre ad
pias cauſas teſtatus eſt, partimque extraneos in-
ſtituit. accreſcet enim ſolidum piæ cauſæ, quam
vis ſpeciali iure teſtamentum valeat [a]. Sic & rece
ptiſsimum eſt, minorem, qui in integrum ſit reſti
tutus, poſſe hoc iure vti, & cæteris potiorem eſ-
ſe [b]. Sic & excluſis ſtatuto fœminis, maſculus iu-
re accreſcendi vtetur, quamvis ſpecialier ex le-
ge municipali ſucceſsionem obtinuerit. quod
hîc Bart. docet, & alij ſequũtur. nam & receptior
eſt ſententia, nihil eam partem, quam ſpecialiter
conſequitur, ab alia differre [c], & ideo æqualiter
vtranq; poſſe tranſmitti. quod alibi docui [d]. Rur
52 ſus † qui iure communi ſuccedunt, licet cõtra te
ſtatoris voluntatem ius accreſcendi habẽt [e], qua
tenus tamen eorum portio à lege limitata nõ ſit,
vt infrà dicam [f]: qui tamen ſecundum volunta-
tem ſuccedunt, priùs vocantur, quàm qui adver-
ſus eam admittuntur [g]. Sed nunquid coniun-
ctæ perſonæ, quibus legata beneficio prætoris
conſeruantur, hoc ius habeant? & Bart. nõ habe-
re adverſus eum, qui contratabulas obtinuit, exi
ſtimat [h]: adverſus verò eum, cui portio hæredita
tis conſeruata fuerit, ſecus eſſet [i]. ſicque melio-
ris conditionis erit, qui adverſus volũtatem ad-
miſſus eſt, quàm qui ſecundum eam portionem
ſuam cõſecutus eſt, Iaſ. & Recentioribus abſur-
dum, mihi verò conſentaneum regulis iuris vi-
detur. etenim expugnatis teſtamẽti tabulis præ-
tor in damnũ expugnantis conſeruat legata con
iunctis perſonis facta: at quæ per ius accreſcendi
applicarentur, non poſſunt dici illis quoquo mo
do facta, quia à principio partes diuiſæ ſunt [k].
Secus ergo in iure non decreſcendi [l], item ſecus
in damnum, non quidem expugnantis, ſed eius,
cui portio hæreditatis conſeruata eſt, qui volun
tatem teſtatoris approbare debet, à qua ius hoc
deſcendit [m], ne aliàs ſibi obijciatur. Quod tibi
53 non vis, alteri ne feceris [n]. Illud † quoq; alibi tra-
ditum eſt, ita demum huic iuri locum eſſe, ſi por
tio non ſit vacans: quòd ſi aliqua naturali æqui-
tate ſuſtineatur, nihil cõiuncto accreſcere [o]. quæ
ſententia vera eſt, quoties æquitas vlla volunta-
ti teſtatoris innititur, & rigori iuris adeò præfer-
tur, vt Euangelica denuntiatione defendi poſ-
ſit [p]. Quid ergo, ſi pars ea ratione vacet, quia ſo-
lennitate deficiat, vt cùm imperfecto teſtamẽto
quis filios & extraneum inſtituit [q]? & cõſtat ex-
tranei portionem filijs ſtatim accreſcere. quo-
ties enim ſolennia deſunt, volũtas teſtatoris nõ
præſumitur adeſſe [r], ſed potiùs actum ab eo elu
54 ſorium fieri voluiſſe [s]. Quid, ſi † portio deficiat,
quia quis pacto renuntiauerit hæreditati, vel le-
gato? & videretur non eſſe iuri accreſcendi locũ,
quia ſola exceptione excluſus eſt [t]. Puto con-
trarium, quod & Raphael reſpondit: quia hoc ca
ſu naturalis æquitas renuntianti reſiſtit, & nihil
refert, an coniunctus adverſus renuntiantem i-
pſo iure tutus ſit, an per exceptionem [u]. Quòd
ſi accepta aliqua pecunia renuntiaſſet, non dice-
retur portio vacare, ſed ſoluta eſſe [x]. Quid rur-
ſus, ſi qui excluſus eſt, reſtitui in integrum poſ-
ſit? & puto interim non impediri coniunctũ [y], ne
ius ſpeciale & extraordinariũ priùs in animad-
verſione ſit, quàm impetratum fuerit [z]. quod

a Bal. l. hac con ſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Crot. q. xi. & ſeq.
b arg. l. i. §. i. de col. bon.
c arg. l. i. §. ibidẽ. de col. bon. Iaſ. l. arrogator. de adopt.
d l. uentre. de acquir. hæred. ubi Aret.
e l. ſi duobus. in princ. de cõtratabul.
f l. ex tribus. de bon. liber. l. ſiue. §. ex duobus de iure patron.
g l. ſed cum patrono in gl. de bo. poſſeſ.
h d. l. iii. §. ſed ſi coniunctim. l. ſi lium. §. ſi legata. de leg. præſt.
i d. l. filium. in fi.
K d. l. planè.
l d. l. §. fi. ſecundum unam ſolutionem.
m l. ſi. §. fin. ff. eod.
n l. pẽ. C. de ſolut.
o d. l. planè. §. ſi coniunctim. ubi Doct.
p c. nouit. de iudic. Bartol. extrauag. ad reprimendum. uerb. per denuntiationem.
q d. §. ex imperfecto.
r d. l. ſi iure. ff. eod.
s d. l. an inutilis. de acceptil.
t l. i. C. de pac. Raph. Com. conſ. cxiiii. u l. nihil intereſt. de reg. iur. x l. i. §. adverſus ſi quid in fraud. pat. Bartol. l. i. §. penult. quæſt. iiii. de contratabul. y l. ex contractu. de re iudic. l. ſi minor. de acquir. hæredit. z l. iiii. §. erit. de fideicommiſ. liber. Bartol. l. i. de uulgar.

alibi docui [a]. Sed an nudum nomen hæredis
faciat, vt ideo minùs vacare portio videatur? &
conſtat non facere [b]. Sed pone quatuor filijs re-
lictis deceſsiſſe teſtatorem, tres intra annum bo-
norum poſſeſsionem impetrarũt [c], quartus ceſ-
ſauit, id eſt, interim quieuit [d], an accreſcet cæte-
ris? & puto accreſcere [e], nec impediri, quòd ius
adeundi, ſeu immiſcendi ſecundum leges ciui-
les vſque ad xxx. annos illi ſaluum ſit [f]. cùm
A enim bonorũ poſſeſsio nihil aliud ſit, quàm per-
ſecutio, id eſt, remedium executiuum, quo prę-
tor hęreditatem decernit, eiusque poſſeſsionem
dat [g], ideoque mixti imperij ſit hoc iudicium [h],
non debet interim impediri, ſaluo illi ceſſanti iu
re ordinario [i] hæreditatem, quandocunque vo-
luerit, adeundi, hæreditatisque petitionem intẽ
tandi. Hincque videtur verus cõſtitutionis Gor-
dianæ intellectus [k]. nam & lex alibi ſimpliciter
ait, ceſſante hærede intra tempus ſtatutum cæte
B ris bonorum poſſeſsionem accreſcere [l], diui-
nantque, imò etiam violant legem, qui eam re-
ſtringunt ad eos, qui ſolo iure prætorio vocaban
tur, non qui etiam ciuili. quod & Iaſon quando-
que ſentit. His † conſequens eſt, vt ſi portio non 55
ipſo iure, ſed ope exceptionis duntaxat deficiat,
non ſit iuri accreſcendi locus: quoniam lex ait,
vno ex patronis per iuramentum liberti exclu-
ſo, ius alij non accreſcere [m]. quod ſumma ratio-
ne ſtatutum eſt, ne ius exceptionis iuramento li
C berti ſibi acquiſitum alteri proſit [n]. quod & in
coniunctione teſtamentaria procederet, quia nõ
cenſetur illa portio vacare, pro qua defendenda
poſſeſſor exceptionem habet [o]. Sed quid in ca-
ſu contrario, cùm portio iure exceptionis variè
vacet? & in hæredibus nõ impediri ius accreſcẽ
di Paulus Caſtren. cenſuit hac ſpecie: Cohæres
meus in integrum reſtitutus eſt, non eſt dubium
adhuc ipſo iure hæredem eſſe, & ſola exceptio-
ne illi ſuccurri, nunquid impediet me, quin ſoli-
D dum habeã? & conſtat non impedire [p]. Certior
eſt illa ſpecies, qua traditur, inter eos, qui diuerſa
ratione ſuccedunt, nõ eſſe huic iuri locũ [q]. Hinc-
que eſt, quòd portio hæredis patrono non accre
ſcit, quia ſeparatis edicti capitibus vocatur. Sic
& patronus, qui in debita portione ſit inſtitutus
partem à præterito omiſſam non petit [r], ne is,
qui bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas
habet, partem per cõtratabulas vendicet. Et hęc
quidem in coniunctione legali vera ſunt, quæ à
E lege vſque ad debitam partem limitata eſt [s]. Sic
† etiam vxori non accreſcit, quia ad quartã limi- 56
tatè admiſſa eſt [t]. Sic & qui neceſsitate legis
adverſus voluntatẽ defuncti vocãtur, ſeparatim
vocantur, vt ſuprà dixi [u]. Hincq; eſt, quòd inter
ſuos & emãcipatos eſt locus iuri accreſcendi, li-
cet diuerſo iure veniant: quia limitatè non vocã-
tur [x], & inter eos, qui iure directo admittuntur,
coniunctio cum ijs, qui vtiliter tantùm admit-
tuntur, locum habet [y]: ſic portio hæredis vniuer
F ſaliter inſtituti quandoque particulari adiungi
tur [z]: & caſtrenſia militis bona paganicis accre-
ſcunt, dum modò voluntas non obſtet [a]. Sic ab
hæreditate teſtatoris ad pupillarem cõiunctio-
ni eſt locus [b], & tamen negari non poteſt diuer-
ſo iure deferri. Sic fiſcus & hæres delinquentis
diuerſo iure veniunt, & tamen fiſco repudiante,

a in d. l. i.
b l. cùm hæreditate. de acquir. hæred.
c l. i. §. largius. de ſuc. edict.
d l. qui rei. §. arca. in fi. de ſolut.
e l. i. C. quando non pet. par.
f l. licet. C. de iure delib.
g l. iii. de bon. poſ. l. fin. de offic. eius, cui.
h l. imperium. de iuriſdic.
i l. is, à quo ſua. dus. de rei uendic.
K d. l. i.
l l. ii. in i. de ſecũ. tab. §. cùm igitur. Inſtit. de bon. poſ. l. i. §. quibus. de ſucceſ. edic.
m l. ſi duo. in principio. de iureiur. ubi Bart.
n Bald. d. l. unica. §. ubi autem. in fin.
o l. unum. §. ii. uerſ. uerùm. ff. tit. i. d. l. nihil intereſt.
p l. pen. ff. de acquir. hæred. ubi Caſtr.
q d. l. ſed cum patrono. Rom. cõſil. cccviii. in fi.
r l. ſiue. §. ex duobus. de iure patron.
s §. ſed noſtra. Inſt. de ſuc. libert.
t authen. præterea. in gl. fi. C. unde uir & uxor.
u d. l. mulieri. nianus. ad Trebel. milit. b l. quidã.

x §. emancipati. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. y l. Papi- z l. cohæredi. §. fi. de uulg. Bart. conſil. viii. a l. i. C. de teſta. C. de iure delib.





hæres totum habebit [a]: licet non è contrario, vt
infrà videbimus. Vnde Bartolus hîc ſentit, ſi non
adſint, qui eodem iure veniant, tunc inter diuer-
ſo iure ſuccedentes locum iuri accreſcendi eſſe [b].
Vnde conſtat patroni portionem hæredi accre-
ſcere, licet non contrà. Sanè cenſuit Aretinus nõ
videri diuerſo iure vocatum, qui tanquam ſubro
gatus admittitur, vt cùm fiſcus ab indigno au-
fert [c]. Sed finge: ſtatutum eſt, vt extãtibus maſcu
lis fœminę non ſuccedant: teſtator & hîc & alibi
bona poſsidet, an maſculis illa quoq; accreſcẽt;
quæ ſtatuto non ſubijciuntur? & conſtat non eſ-
ſe iuri accreſcendi locum: imò fœminę in illis ſe
cundum ius commune ſuccedent [d], quia maſcu-
li limitatè ſuccedunt in bonis tantùm, quæ legi
municipali ſubijciũtur, & propter diuerſitatem
bonorum diuerſo iure ſucceditur [e], vt meritò iu-
ri accreſcendi nõ ſit locus: quod Iaſ. pluribus au-
ctoritatibus oſtendit. Si tamen vtrobique idem
ius ſeruetur, diuerſitas locorum iuri accreſcendi
impedimento non erit [f], quod Pontanus oſten-
dit [g]. Sed quid in fiſco? nunquid eius territorij
fiſco commiſſa ſibi bona repudiante, alterius ter
ritorij fiſcus ſuccedet? & receptum eſt non ſuc-
cedere [h]. Sed quid, ſi fiſcus cùm ſucceſſor ſit, an
in portione vacante iure accreſcẽdi ſuccedet? &
ſi hæres inſtitutus ſit, dubium non eſt eodem iu-
re fiſcum vti, quo & priuatos [i], quod Alexand. &
Iaſ. cenſuerunt [k]. quòd ſi fiſcus bonorum partem
occupet ob delictum, ſatis putarim iuri accreſcẽ
di locum non eſſe, cùm diuerſo iure ſuccedat, &
quidem in parte limitata, præfereturq; ei cohæ-
res, qui non deliquerit, quod Pontan. tradidit [l]:
tantum abeſt, vt inuitus cogi poſſit & reliquum
accipere. nec enim fiſcus perſonam defuncti re-
præſentat [m], neque tanquam hæres ſuccedit, ſed
bona tantùm occupat [n]. Fortiùs cenſuit Bald. in
pœnis generaliter huic iuri locum nõ eſſe, ideo-
que ſi ex ſtatuto delinquenti pœna centum au-
reorum infligatur, quorum dimidia ad fiſcum,
dimidia ad accuſatorem pertineat, ait ipſe, alte-
ro repudiante nihil alteri accreſcere [o]. Quæ ſen-
tentia vt vera ſit, alias quoque rationes habet. ſu
prà enim dixi, in quantitatibus cenſeri à princi-
pio ſummam diuiſam, & ideo coniunctioni lo-
cum non eſſe [p]. Item dixi diſpoſitiones legum
ſeparatim accipi [q]. Fuere & qui iure accreſcen-
di locum non eſſe exiſtimarunt, cùm alteri con-
iuncto teſtator ipſe viuens ſuam legati partem
ſoluiſſet. Quod verum arbitror, quoties ea ſolu-
tione legatum prorſus extinctum eſſet [r]: qua in
re extat Caſtrenſis reſponſum [s]. Tandem Bar-
57 tol. ſubijcit, iuri † accreſcendi locum in acquiren
dis eſſe, at ſi portio iam quęſita deficiat, ſecus eſ-
ſet [t]. poſt enim emolumentum alteri acquiſitũ
hoc ius locum non habet. Et ſicvt poſt aditam
hæreditatem ſubſtitutio expreſſa expirat [u], ita
hoc ius, quod cuiuſdam ſubſtitutionis inſtar ha-
bet [x]. Excipiuntur tamen aliqui caſus, quibus
hoc ius poſt portionem acquiſitam non evane-
ſcit: & in primis ille eſt celeberrimus, vt in vſu-
fructu duret ius accreſcendi. nec enim vnquam
dicitur acquiſitus, ſed quotidie per patientiam
quæritur [y]. In aſsignatione quoque libertorum
quod ius nec ad legatũ, nec ad fideicommiſſum,
nec ad filios tanquam hæredes pertinet, receptũ
eſt ius accreſcendi eſſe, idque etiam poſt ius ac-
quiſitum [z]. Huius rei illa ratio videtur, vt ad ma-
iores natu reverentia tranſeat [a]. Vnde & idem
videretur in promiſsione operarum dicendum,

a gl. l. ea ſola. de reg. iur.
b gl. d. l. ſed cum patrono. iii. exemplo.
c l. ſi totam. ubi Aret. de acquir. hær. l. hæreditas. ubi Iaſ. C. de his, quib. ut indig. in princip.
d Bart. l. i. vi. q. ad fin. C. de ſum. trinit.
e l. ex ea. in fi. de poſtul.
f arg. l. iuriſperitos. §. i. de excuſ. tut.
g Rom. conſil. lxxxi. Crot. q. xx.
h Iaſ. hic.
i l. item ueniunt. §. in priuatorum. de pet. hæred.
k Iaſ. l. i. C. quando non pet. Alex. l. i. de acquir. hæred.
l gl. d. l. ex ea. Rom. d. l. i.
m l. quoties. in fi. de nouat.
n l. i. §. an bona. de iure fiſc.
o l. arbiter intra. ff. de arbit. ubi Bal.
p d. l. fin. §. Seio. d. l. ſi mihi & Titio.
q d. l. & proculo.
r arg. l. i. §. adverſus. ſi quid in frau. patro.
s conſ. lxxxvi. in i. uol. i. in nouiſsimis.
t l. i. §. interdum. de uſuſr. accreſ. l. aquam in fi. quẽ ad. ſer. amit.
u l. poſt aditam. C. de impuber.
x d. l. ſi Titio. §. Iulianus. gl. l. mater. uer. ſemiſſem. de inoff. teſt.
x d. l. i. §. interdũ. Angel. conſ. liii.
z l. utrum. de aſſig. liber.
a arg. l. fi. ff. de ſid. inſtru.



ex qua decedente patroni filio ius alteri acquiri-
tur, idque non ſucceſsione, (nec enim tanquam
hęredes ſimpliciter, ſed tanquam filij admittun-
tur) ſed accreſcendi iure [b]. Quo argumento in
ſucceſsione regni patruus excludet primogeni-
ti filium cùm nec regnum iure hæreditatis defe
ratur [c]. quod Nicolaus Matarelli cenſuit [d]. qua
in re magna fuit Veterum altercatio [e]. Sed ita in
ſucceſsione regni Vandalorum in Africa obſer-
A uatum, & à Iuſtiniano non ſolùm approbatum,
ſed armis quoque defenſum Procopius lib. ter.
tio auctor eſt. In Imperiali quoque liberalitate
Conſtantinus Imperator ſanxit, ſocio ſine legiti
mo hærede defuncto, alterum admitti iure, vt no
ſtrates dicunt, accreſcendi, ſed (vt ego ſentio) re-
petitæ conceſsionis [f]. qua de re plura hîc per
Iaſonem, ego alibi tractaui [g]. Sed & ſi ex poſt-
facto deficiat ea ratione portio, quia coniunctus
in integrum reſtitutus ſit, certum eſt ius accre-
B ſcendi adhuc eſſe [h]. Addit Iaſon rationem, quia
reſtitutio id operatur, ac ſi hæreditas ab eo adita
non fuiſſet [i]. Cur ergo inuito quoque nõ accre-
ſcit? Reſpondeo, quia iniquum eſt adſcribi inui-
to, qui nõ potuit diuinare, an ille reſtitueretur [k].
Cęterùm & quoties ius accreſcẽdi pupillari ſub
ſtitutioni coniungitur, etiam poſt acquiſitã por-
tionem locũ habet [l]. quod quomodo accipien-
dum ſit alibi declaraui [m]. Sed & quandoque lex
alicui propter culpam portionem aufert, & con
C iuncto applicat: nec dubium eſt, id poſſe legiſla
torem [n]. Sed magis dubium eſt, an teſtator poſ-
ſit? & Bald. cenſuit poſſe [o], quem & ipſe ſequor,
cùm de legatis tractatur, poteſt enim ad diẽ lega
re [p]: ſed in hæreditate non puto verum. Vnde ſi
teſtator grauet aliquem, vt niſi fecerit, totam hæ
reditatem cohęredi faciẽti applicari iubeat, nõ
tamen portio ipſo iure accreſcet [q], ſed per fidei-
comiſſum [r]. Auctoritate quoque legis poſt
quæſitam portionem ius accreſcendi locum in
D donatione habet, quam mater ante annũ luctus
nubẽs filiis facit [s]. Sed quid refert, cùm omni-
no ſuperſtes ſucceſſurus eſſet, reſpondeo, ſi tan-
quam ſucceſſor haberet, ad æs alienum defuncti
teneretur: quod ſecus eſt, ſi ex cõtractu donatio-
nis habeat accreſcendi iure. Sed pone: decretum
eſt, vt donationes principis ad fœminas non trãſ
eant, an maſculi ſuccedentes ad æs alienum pa-
tris teneantur? & puto nihilo minùs iure ſucceſ-
ſionis, non autem accreſcendi eos rem donatam
E habere, ideoque ad æs alienum patris teneri [t].
nam & fiſcus ipſe, qui poſtremò admittitur, te-
neretur [u], niſi pater à principe ſtipulatus ſibi eſ-
ſet, & filiis maſculis, tanquam filiis, non tanquã
hæredibus: qua de re alibi [x]. Sanè in querela
quoq; inofficioſi inter plures exhæredatos poſt
eam agnitam cõſtat iuri accreſcendi locũ eſſe [y].
Quod & in petitione ſupplementi verum vide-
tur [z], ſicvt & locus eſt trãſmiſsioni in quẽcunq;
ſi querela ab eo, qui iniuſtè exhæredatus fuerat,
F præparata ſit [a]. Quòd ſi non ſit in ſuũ hæredem,
ſaltem [b] eſt & quandoq; in ea locus ſucceſſorio
edicto, quoties qui iuſtè exhęredatus erat, deceſ-
ſit [c]. talis enim ſequenti in gradu amplius non
obſtat, quin iniuriam ſibi ex præteritione, quæ
vim exhæredationis habet, illatam vlciſcatur [d].
Sed hæc aliàs. In executoribus quoq; teſtamen-
torum certum eſt, etiã ſi poſt ſuſceptum munus
alter abſit, vel omittat, alteri omnem poteſtatẽ

L. 89. Re coniuncti.

b l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. de oper. liber.
c cle. paſtoralis. de re iudic.
d l. fi. C. de iuriſ. om. iud. Bar. auth. poſt fratres. C. de leg. hæred.
e Cardin. c. i. de feud. Marchię Iaſ. l. is poteſt. de acq. hæred.
f l. i. C. ſi imper. lib. ſoc. lib. x.
g dixi d. l. ſi mihi & Titio.
h l. ſi minor. de acquir. hæred. l. ex cõtractu. de re iud.
i l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. de minor.
K l. cùm hereditate. l. pe. de acquir. hæred.
l l. quod patri. de acquir. hæred.
m in l. ſi filius, qui patri. de uulgar.
n auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.
o Bald. l. ab eo. C. de fideicommiſ.
p l. fi. C. de legat.
q l. hæreditas ex die. de hæred. inſtit.
r gl. l. qui filio. §. i. de hęr. inſt. Aret. d. l. ſi minor.
s l. ſi qua mulier. C. ad Tertyl.
t arg. d. l. i. C. ſi ſoc. imp. lib. ubi not. c. i. an agnat. uel filius. defunct. in uſib. feud.
u l. i. §. an bona. de iur. fiſc.
x l. quod dicitur. de uerb. oblig. ubi Doct.
y l. ſi proponis. in fin. de inof. teſt.
z l. omnimodo. C. de inof. teſt. l. qui repudiantis. uerſ. quaſi de inof. teſt.
a l. ſcimus. in fi. C. de inof. teſt.
b l. ſi quis filium. C. eo. l. ſcripto ff. unde lib.

c l. pater filium. ff. eod. tit. l. iii. §. ſi emancipatus. de contratabul. d l. ſiis, qui. in princip. de inoffic. teſt.

accreſcere [a]. Sed hæc hactenus. Proſequitur
58 Bar. & diſputat, qualiter † ius accreſcẽdi locum habeat? & in primis, nunquid portio etiam invitis accreſcat? & conſtat, cùm de iure non decreſcendi agitur, deficientem portionem etiã invito accreſcere [b]. cùm enim vnicuique ſolidum legatum fuerit, adeò vt concurſu tantùm fiant partes, altero omittente, alter ſolidũ habet, nec ſcindere legatum poteſt [c]. Sed & inter hæredes portio ceſſantis etiã inuitis accreſcit [d], ne aliàs quis pro parte dũtaxat hæredem habeat [e]. Quod maximè procedit, ſi quis tum demum adiuit, cùm portio iam eſſet defecta [f]. Item procedit, etiam ſi ante defectã portionem adiuerit, cùm in ea vulgariter ſubſtitutus eſſet [g]. nec probabilis eſt credulitas hæredis ſe à parte, in qua ſubſtitutus eſt, excuſantis, cùm præuidere potuerit fore, vt ſubſtitutioni locus eſſet. Quam rationem ſunt qui improbent, vt Dec. & Crot. [h]: ego verbis Iuriſconſulti adhæreo, qui inuito accreſcere expreſſim ait [i]. Vnde credendum non eſt poſſe eum liberari partem acquiſitam renuntiando [k]. nec enim tali caſu inuito accreſceret, ſubijcitque lex rationem. ſunt enim appendices (inquit) præcedentis inſtitutionis. pendet enim ſecunda ex prima, ideoque ſeparationem hæ partes non recipiunt [l]. Nec probabilis eſt excuſatio allegantis ſe credidiſſe fore, vt ſubſtitutioni locus non eſſet, cùm expreſsè in eum caſum à teſtatore ſit vocatus. Vnde infertur, inuito tunc non accreſcere, cùm qui adiuit, hęreditatem deinde beneficio in integrum reſtitutionis repudiet, non grauabitur cohæres inuitus [m], qui probabiliter nihil de reſtitutione hac ceu remedio extraordinario cogitauit [n], & cui prætoria iuriſdictio nocere nõ debet. Solùm ergo volens habebit [o]. Nec hoc caſu ideo videtur quis pro parte teſtatus deceſsiſſe. qui enim à prætore reſtituitur, exceptione tutus eſt, ipſoque iure adhuc eſt hæres [p]. Sed quid, ſi quis auctoritate edicti, ſeu legis prætoriæ reſtitutus eſt? vt cùm neceſſarius hæres, quamvis maior, hæreditate patris ſe abſtineat? & nec hoc quoq; caſu inuito accreſcit, ſed electio ei datur, an totum velit habere, an repudiare etiã aditam partem malit [q]. probabilis enim tunc videtur excuſatio, cùm ſciret cohæres neceſſarium hæredem eũ eſſe, potueritq; credere beneficio prætorio non vſurum. Sed & quoties inſtitutio, quę ſemel effectum habuit, auctoritate legis ciuilis ipſo iure reſoluitur, conſtat inuito portionem nõ accreſcere [r]. ſatis enim eſt ſemel in totius hæreditatis aditione repræſentatam defuncti perſonam fuiſſe [s]. Vnde fit, vt ſi filius, qui repudiauerat, abſtentionem revocet [t], & deinde propter inobſeruantiam priuetur [u], non tamen obligari inuitum cohæredem putem, quicquid Crotus hîc tradiderit. In his quoque hæreditatum portionibus, quæ per ſeruum nobis quæruntur, ius accreſcendi adverſus invitos non eſt. Vnde portio poſt eventum conditionis delata, non accreſcit parti puræ, ſed noua aditione opus eſt [x]: ſecus, ſi tempore primi iuſſus vtraque portio delata eſſet [y]. Sanè in legatis, ſeu fideicommiſsis conſtat, cùm de iure accreſcendi agitur, partem defectam non niſi volenti accreſcere [z]. cùm enim verbis coniuncti à principio partes habeant, cenſentur diuerſa legata. Vnde qui vnum agnouit, aliud repudiare non prohibetur [a]. Sed quid, ſi quis re & verbis coniunctus eſt? & cùm nemine concurrente ſolidum ſibi datum à principio vi-

a c. ſi. §. i. de teſta. in vi.
b d. l. vnic. §. his ita. uerſic. ſi verò quidam.
c l. ii. & iiii. ſ. tit. i.
d d. l. unica. §. his ita.
e d. l. ius noſtrũ.
f l. ſi duo. de acq. hæred.
g l. teſtamẽtó. C. de impub. ubi Bar. & Doct.
h Bar. l. ſi. de acq. hær. arg. d. l. cùm hæreditate.
i d. l. ſi quis hæres. de acq. hær.
k d. l. cum hæreditate.
l l. ſi tu ex parte. l. ſi ſolus. eo. tit.
m l. ſi minor. de acq. hæred.
n l. iiii. §. i. de fideicom. liber.
o l. pen. de acq. hæred.
p l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. de minor.
q d. l. cum hæreditate.
r auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ.
s arg. l. circa. de inoff. teſt.
t l. ſi. C. de rep. hæred.
u d. authen. hoc amplius.
x d. l. ſi ſolus. §. ſi.
y d. l. ſi quis hæres. uerſ. idẽ dico.
z d. l. unica. §. ubi autem. Bal. l. i. q. ix. C. quando non pet.
a l. ſi duobus. in princ. ſ. tit. i.

deatur [b]. conſequens eſſet, vt etiam inuito accreſceret: ſed tamẽ aliud receptum eſt, quia lex ſimpliciter ait coniunctis adverſus voluntatem non accreſcere [c]. at maximè coniuncti hi videntur, qui re & verbis iunguntur. Nec obſtat, quod à principio ſolidum his datum videatur, ideoque de iure non decreſcendi tractetur. quia ſuprà oſtendi hoc non procedere, niſi reſpectu coniuncti, qui nunquam potuit concurrere [d]: aliàs inter
A ipſos videri partes à principio factas [e]. Rurſus
59 dubitatur, an † portio cum onere ſuo accreſcat? & videtur conſtituenda regula, accreſcere, ſiue pro non ſcripto ſit legatum, eo tamen caſu, quo incapax ob crimen legatarius ſit [f]: ſiue caduca, vel quaſi, effecta ſit illa portio, nam & hoc caſu conſtat cum onere accreſcere [g]: ſiue repudiata ſit, & coniunctus verbis eam petat [h]. Addit Bartolus, idem eſſe, ſi re & verbis quis cõiunctus ſit. coniunctio enim verbalis facit, vt onus vni ad-
B iectum, in alterius perſonam repetitum cenſeatur [i]. quam rationem Doct. non ſatis firmam eſſe arbitrantur. Ego non dubito, quin ſuprà ſcripta ſententia ſit vera: quia lex ſimpliciter portionem ad coniunctos cum onere tranſire ait, & infrà diſiunctos tantùm excipit, idque ea ratione, quia verbalis ſeparatio efficit, ne quis alienum onus agnoſcat [k]. Vnde manifeſtè apparet, coniuncto re & verbis cum onere ius accreſcendi eſſe. quod & communiter receptum eſt. Nec me
C mouet ratio Petri, dum inquit, eum per ius non decreſcendi venire. Reſpondeo, id falſum eſſe, niſi reſpectu eius coniuncti, qui nũquam potuit concurrere [l]. vt ſuprà dixi. Bartol. tamen hoc virtuti dictionis coniunctæ tribuit: quæ opinio multas habet ambages [m]. nos reſponſum, quod ipſe ſententiæ ſuæ obijcit, ſuprà aliter declarauimus. Sed an in hæreditate idem erit? & conſtat in ea quoque portionem vacantem cum onere ſuo accreſcere, ſi onus ſimpliciter adiectum ſit [n]. Idemque, ſi nominatim ab omnibus fuerit
D relictum [o]. Quod ſi ab vno tantùm nominatim relictum ſit, ex Celſi ſententia non cenſebitur in portione pro non ſcripta repetitum onus [p]. videtur enim perſonæ tãtùm illud voluntate teſtatoris adhæſiſſe [q]: ideoque rem non ſequitur [r]. quod maximè videtur dicẽdum, ſi onus adiectũ fuerit, poſtquam iam portio pro non ſcripta eſſet [f]. Nec diſtinguit Bar. quomodo portio defecta ſit, an pro nõ ſcripta, an quia caduca, vel quaſi? quod tamẽ aliqui Iuliani reſponſo faciunt [t].
E ſed ego Iuliani reſponſum intelligerem, cùm nõ nominatim ab vno tantùm relictum eſſet [u]. Sed quæ ratio eſt, cur hæreditas pro non ſcripta cum onere accreſcat, cùm tamẽ conſtet legatum pro nõ ſcripto abſq; onere accreſcere [x]? & ait Bar. licet mortuus ſit hæres ſcriptus, hæreditas tamen iacens repræſentat defectum [y], quæ cùm ex ſe ipſa ſubſiſtat, onus ad ſuceſſorem tranſfert: at legatum, quod pro non ſcripto eſt, fundi-
F tus cum omni onere & qualitate ſua nullum eſt. Quam rationem Imol. & alij Recentiores non probant, cùm tam inſtitutio, quàm legatum, quoties pro non ſcriptis ſunt, pari ratione nullius effectus ſint [z]. Ego didici onus hæredibus adiectum, hæreditati ipſi adiectum cẽſeri, & pro eius rata exolui [a], vt meritò ad quemcunq; tranſeat hæreditas, etiam onus tranſeat. At quę onera legatariis incumbũt, principaliter ad eorũ perſonam pertinet [b]. Vnde ſi perſona omnino nulla ſit, onus quoq; nullũ eſt; idq; arbitror ſenſiſſe Bart.

b l. ſi duobus. §. ſi. ſ. tit. ii.
c d. §. ubi autem.
d d. l. ſi duobus. §. fin.
e d. l. planè. §. ſi coniunctim.
f arg. l. ſi. ʒ. de his, quæ pro nõ ſcrip.
g d. l. unica. §. pro ſecundo.
h gl. d. l. i. §. in primo. l. ſi quis legata. §. ſi. de cond. & demonſt.
i l. Sciæ. §. Caio. de ſup. inſt.
k d. l. unic. §. ſin autem ad deficientis. d. l. ſi ſeparatim. de condit. & demonſt.
l d. §. ſi coniunctim. d. l. ſi duob. §. ſi.
m l. ſi. §. Scio. ſ. tit. i.
n d. l. unica. §. his ita. l. quæ conditio. ii. reſponſ. ubi Bart. de condit. & demonſt.
o l. ciuitatibus. §. Lucius. ſ. tit. ii. l. ſi plures. ʒ. eo.
p l. Celſus. in ſi. ſ. tit. i.
q l. i. §. id, quod ex ſubſtitutione. ad leg. Falcid.
r arg. §. ſi verò talis. d. l. unic.
s l. quidam referunt. ſ. de iur. codic. ubi Bar.
t l. ſi Titio. §. Iulianus. ſ. tit. i. ubi Imol.
u d. l. Celſus. in ſi.
x d. l. unica. §. in primo.
y l. mortuo. de fideiuſ.
z d. l. quidam referunt. verſ. in propoſito.
a l. i. C. ſi cert. pet.
b d. l. unica. §. ſed ut manifeſtetur.



Bart. quem & ego ſequor. Hinc etiam eſt, quòd inter diſiunctos in legatis portio cum onere nõ transfertur [a], quia ad ſolidum ex ſua, nõ ex omittẽtis perſona vocatur, & perinde eſt, ac ſi nominatim ab omittẽte tantùm relictum onus eſſet [b], niſi tamen oneris ipſius fauor aliud ſuadeat, vt alimentorum [c], vt libertatis [d], vel quia nominatim vtriſq; iniun-
60 ctum eſſet [e]. Cæterùm † & hinc apparet ius accreſcendi ad portiones ipſas hæreditarias referri [f], & non perſonam, ſed rem ipſam ſequi, ſicvt & alluuio facit [g]. Quod in legatis non procedit, quæ pro non ſcriptis habentur, vt ſuprà dixi [h]. Nec rurſus procedit cùm alia mens teſtatoris arguitur, vt quia cõiunctim ad impares portiones ſub pari grauamine vocati eſſent [i]: aliàs verò cer-
B ta eſt regula, portionem accreſcentem eodem iure cum alia cenſeri [k]. Vnde fideiuſsio pro vna præſtita ad aliam trahitur [l], & vtraque pars eadem actione petetur [m], & ſententia in vna lata, reſpectu alterius præiudicabit [n]. In vſufructu tamen, quia quotidie producitur, quod accreſcit, ſeparatum à priore cenſetur, ideoq; & diuerſa actione petetur, quod Bart. ſentit [o]. Sed quid, ſi cohæres, idem & impuberi ſubſtitutus ſit? & ſu-
C prà vidimus, propter vnitũ ſubſtitutioni accreſcendi ius bona impuberis ad cõiunctum, vel etiã eius hæredem pertinere, tametſi diuerſæ ſint hæreditates [p]. qua de re loco ſuo tractandum eſt.

ſi verò verbis quidẽ coniunctus ſit, re autem non: quæſtionis
A eſt, an cõiũctus potior ſit. Et magis eſt, vt & ipſe præferatur a.

a IPSE PRAEFERATVR [a]. ¶ Satis à nobis ſuprà explicatũ eſt, quomodo verſiculus hic intelligendus ſit, & materia iuris accreſcendi non indiligenter, quatenus ex teſtamento deſcẽdit, pertractata: conſequens nunc eſt, vt diſputemus de coniunctione legali: & in primis ſi de acquiſitione ex teſtamento tractetur, puto non eſſe iuri
D accreſcendi locum: quia hi, qui vocantur, ſeparatim vocantur, nec vſquam in iure huius coniunctionis eſt mẽtio. nec enim verbis cõiuncti ſunt, quicquid dixerit Bart. cùm non æquis portionibus, ſed pro dominicis admittãtur [q]. Rurſus nec re coniunguntur, cùm partes ſibi per concurſum non faciant, ſed ab ipſo principio lex vnicuique partem ſuam ſeparatim concedit [r]. Meritò ergo ſuprà generaliter dixi, in coniunctione legali nõ
61 eſſe iuri accreſcendi locum [f]. Excipiuntur † ta-
E men tres caſus. Primus in hæreditatibus, quibus etiam inter ſeparatos ius accreſcit [t], ne teſtator pro parte tãtùm teſtatus videatur [u]. Quod intelligẽdum, vt hoc caſu res cum onere ſuo accreſcat [x], quod infrà Bar. tradit. Alter, cùm lex à principio non potuit legatum ſeparare, vt quia pars defecta pro non ſcripta eſſet [y], quòd in contractibus Bar. infrà cenſuit [z], etiam ſi mixta ſit legis & hominis coniunctio [a], niſi cùm dominus, cuius intereſt accreſcere, per retentionem ſibi cõ-
F ſulere poteſt [b]. Quòd ſi ex delicto legatarij vtraque pars pro non ſcripta ſit, fruſtrà de iure accreſcendi tractaretur [c]. Tertius in vſufructu, in quo eſt iuri accreſcendi locus, idq; non portionibus dominorum, quę ſeparatę & inæquales ſunt, in-
62 ſpectis, ſed ipſius potiùs ſerui perſona [d]. cùm † enim vſusfructus ſeruitus perſonalis ſit, quia principaliter perſonę debetur, in eo potiùs ad perſonam attendimus, quàm cùm de proprietatis acquiſitione tractatur. quod Imolæ placuit [e]. Ego perſonam ſerui inſpici cenſeo, quia vſusfructus

a d. §. ſin autem ad deficientis.
b d. l. ſi ſeparatim.
c arg. l. iiii. in ſi. ubi Bart. de alim. leg.
d arg. l. cùm uerò. §. ſi pro non ſcripto. de fideic. libert.
e l. ſi duobus. §. i. ſ. tit. ii.
f l. Mæuio. ſ. tit. i. l. ſi liber homo. §. cum quis. de hæred. inſt.
g d. l. ſi quis Titio. in ſi.
h d. §. in prin.
i l. utrùm. §. ſi. de reb. dub.
K l. ſi in teſtamẽto. ſuprà. de uulg. l. inter. §. cùm inter. de pact. dot.
l l. pe. ʒ. ut leg. no. cau.
m d. l. ſi Titio in ſin.
n l. & an eadem. §. qui cum partẽ. de excep. rei iudi.
o d. §. qui cum partem.
p d. l. qui patri. de acq. hæred.
q l. ſeruus communis. de acq. hęred. l. i. §. i. de uſufru. accreſc.
r l. & Proculo. ʒ. tit. i. l. ſi. in princ. de uulg.
s d. l. item quod Sabinus. uerſ. i.
t d. l. ſeruus communis.
u d. l. ius noſtrũ.
x d. l. ſi Titio & Mæuio. §. Iulianus.
y l. uerum. §. ſi ſeruo. pro ſoc.
z l. ſi ſeruus communis. ſ. de auct. tut.
a l. item ſi ſeruus duorum. de ſtip. ſeruor.
b l. proinde. §. pen. uerſ. ſin autẽ ſine ulla. de ſtip. ſeruo. ubi Bart. & gl.
c l. filius. §. ſequẽs. ʒ. ad leg. Fal.
d d. l. i. §. i. de uſufr. accreſc.
e Imol. d. l. & Proculo.

quotidie quęritur, vt ſi contingat eum manumitti, ſaluum ſit ius, cùm voluntate teſtatoris prælatus ille proprietario ſit. Addunt hic aliqui alium caſum, quoties domini ad viriles partes vocati eſſent, tunc tanquã coniunctos verbis cenſeri [f]. Sed ego talem coniunctionem legalẽ non eſſe ſcio. lex enim ad dominicas vocat, ſed hominis potiùs, vt meritò caſus hic ſit impertinens. Certior eſt ille, cùm de iure nõ decreſcendi agitur, vt quia diuerſæ perſonę diuerſis legibus ad ſolidum vocãtur, neceſſarioque ſibi partes per concurſum faciunt [g], vt cùm filium emancipatũ prætor ad patris ſucceſſionem vocat, lex autẽ ciuilis nepotes, qui in poteſtate remanſerunt [h]. Quod etiam ad ſucceſſio-
B nem in legitima produci poteſt, ſiquidem videtur lex omnibus filijs legitimam à principio dare, tãquam ex bonis paternis debitam [i]. ideoque inter eos iuri accreſcendi erit locus. quod communis habet ſentẽtia [k], ſicvt & in quereſa inofficioſi traditum eſt [l], & in bonorum poſſeſsione cõtratabulas, quæ hoc nomine patronis datur [m]. Qui tamẽ partem debitam habuerint, pro ſeparatis ſunt, & nihil eis accreſcit, ſed hæredi proficit [n]. Idemque, ſi minus debita acceperint, dum renũtiauerint [o]: quod & Raph. Comen. reſpon-
C dit [p]. Idemque, ſi filius iuſtè exhæredatus ſit, non fratrum, ſed hæredis portionem augebit: quod Bart. tradidit [q], multis tamen reclamantibus. Quæ ſententia procedere poteſt, ſi & ipſi fratres debitam portionem nõ acceperint [r]. Idemque in tacita, ſed iuſta exhæredatione. Vnde ſi filius fratres prætereat, hæredem probæ exiſtimationis virum inſtituat [f], legitima matris erit, non tertia totius hęreditatis, vt Raph. & Caſt. & Cro. cenſuerunt, ſed tertia virilis portionis, quam ab
D inteſtato cum filijs fuiſſet perceptura [t], quod Bart. tradidit [u]. non enim fratres, qui ſeparatim & diuerſa ratione admittũtur, matris partem augere poſſunt, cùm nec eius contemplatione excludantur, ſed hæredis [x]. Sed quid, ſi filius iniuſtè exhæredatus ſit? & conſtat alijs non accreſcere, cùm probabiliter ſperet ſe admiſſum iri [y]. Quòd ſi repudiauerit, non fratribus particulariter & in debita parte inſtitutis, ſed hæredibus hoc proderit [z]. quod Cro. rectè ait [a]. Sanè ſu-
E prà vidimus huic coniunctioni locum non eſſe cùm pro non ſcripto eſt, quod relinquitur: quia lex non poteſt id ſeparare, ſed totum capaci defertur [b]. Hinc eſt, quod is, qui excluſus eſt, ſi pro mortuo prorſus habeatur, fratribus ſuis non nocebit, quin ſolidam legitimam habeant: quod in eo traditum eſt, qui minorũ obſeruationem ſequatur [c], eſtque hîc quoddam non decreſcendi ius [d]. Qua ratione idem erit in filijs deportatis, ſeu proſcriptis, vel (vt vocãt) bannitis, qui † cùm 63
F pro mortuis habeantur, numerum non augebũt vt eſt communis ſententia [e], adeò vt nec ex eorũ perſona pro triente poſsint fratres alij ſemiſſem habere. ſimpliciter enim hi pro mortuis habentur. Quòd ſi contemplatione fratrum id inductũ eſſet, ſecus videretur [f]. Vnde ſi ſtatutũ ſtantibus maſculis fœminas excludat, iubeatq; dotari, cenſuit Bart. ad vtilitatem maſculorũ eas partem facere, quorum fauore lex eas excludit [g], augebiturque eorum legitima, vt pro triente ſemiſſem

L. 89. Re coniũcti.

f l. ſi duobus. ubi Bald. ſ. tit.
g Bart. l. pater filium. uerſ. ad unũ. de inoffi. teſtam.
h l. i. §. ſi pater. de coniung. cum emanc. liber.
i in authen. de trien. & ſemiſ. uerb. quod debet ſingulis.
K Doct. d. l. planè. §. ſi duobus.
l l. qui repudiantis. l. ſi proponis. in ſi. de inoff. teſt.
m l. ex tribus. de bon. lib.
n l. ſiue. §. ex duobus. de iure patron.
o l. i. §. aduerſus. ſi quid in frau. pat. Bald. l. i. circa ſin. de cont. tab.
p conſ. cxiiii.
q d. l. pater filiũ.
r d. §. ex duobus.
s l. fratris. C. de inoff. teſt.
t auth. defuncto. C. ad Tertyl.
u d. l. pater filium queſt. ii. Iaſ. conſ. lxi. in iii. Dec. ccxcvi.
x d. §. ex duobus.
y l. Papinianus. §. quoniã autẽ quarta de inoffic. teſt.
z d. §. ex duob.
a uerſ. ſecunda concluſio.
b d. l. uerum. §. ſi ſeruum. Cardin. conſ. cli.
c Bart. l. iii. C. quãdo, & quibus quart. par. lib. x. l. filius familias. §. cum quis. ſ. tit. ii.
d Angel. d. l. Papinianus. §. unde ſi quis not. l. ſi poſt mortem. §. ſi liberi. de contratabul.
e l. ſi necem. §. pen. de bon. liber. d. §. ſi pater.
f l. ii. §. ſi duo. ff. de collat. bonor.
g d. §. ſi duo fratres. l. ſi defunctus. ubi Bald. C. de ſuis & legit.

habere poſsint: quod & Bal. & Caſtr. & Fulg. re-
ſpóderunt[a]. nec enim pro mortuis lex eas habet,
quæ dotem dari iubet. & non ſimpliciter, ſed fa-
uore maſculorum excludit[b]. Aliqui etiam in da-
mnum maſculorum partem facere crediderunt.
maluntque regulæ inniti[c]: quod non paucos re-
ſpondiſſe Curt. Senior affirmat[d], ſed vt ego arbi-
tror, non ſat rectè, ne quod ob fauorem invētum
eſt, in odium vertatur. At alij nullam partem eas
facere, & dotem tanquam æs alienum, priùs de- A
duci contendunt, & in reliquo trientem à fratri-
bus hæredibus recipiendum[e]. quod Soc. cómu-
niter recipi atteſtatur, ſæpeque ex facto reſpon-
dit[f]. Ego primam ſententiam ſequor, maximè ſi
ſtatutum nó ſimpliciter fœminas excluderet, ſed
64 maſculos præferret[g]. Reliquum † eſt, vt videa-
mus, quid, cùm de acquiſitione ab inteſtato agi-
tur, an coniunctio legatis ius accreſcendi pariat?
& receptum eſt párere, quávis ſuprà cenſuerim
ſeparatim eos vocari. ſubeſt enim ſemper illa ra- B
tio, ne quis pro parte tãtùm repræſentetur[h], quę
non ſolùm in teſtamentis, ſed etiam in cauſa in-
teſtati locum habet. Quę ſententia procedit, etiã
ſi alia ſit renuntiantis voluntas. Finge vnũ ex plu
ribus fratribus partem ſuam repudiaſſe, vt vni
tantùm accreſcat: non ideo minus accreſcet o-
mnibus, quod Din. reſpondit, & ego alibi diſpu-
taui[i]. In legatis verò ſuprà ſcripta ratio nó pro-
cedit. nec enim eis repræſentatur teſtator, ideo-
que mortuo legatario, poteſt alter hæredum re- C
pudiare legatum, alter verò acceptare[k]. Sed qd,
ſi coniunctim vocentur? vt quando plures in v-
nius locum ſuccedunt, & in ſtirpes admittũtur?
& tales inter ſe præferũtur ſeparatis. Vnde mor-
tuo patre relictis pluribus filijs, itemque pluri-
bus ex alio prædefuncto filio nepotibus, pars ne
potis defuncti alijs nepotibus tãtùm accreſcet[l],
quia in vnam ſtirpem & collectiuè vocantur[m]:
pars verò filij, & patruis & ipſis in ſtirpe applica
bitur[n]. etenim nepotes duplici iure, id eſt, colle- D
ctiuè inter ſe, & cum patruis ſeparatim, filij verò
ſeparatim tantùm vocantur. Sed quid, cùm quis
duplici quidem iure innitatur, ſed altero imbe-
cilli? & ſuprà tradidimus duo vincula non plus
alligare, quàm vnum, quoties alterum in ea ma-
teria nullius conſiderationis eſſet[o]. vnde conſe-
quens eſt, verum eſſe, quod hîc Bart. ait, mortuo
patre filijs ex diuerſis vxorib. relictis, ad eius ſuc
ceſsionem nihil intereſſe, quod quis etiam eadẽ
matre ortus ſit, cùm in aſcendentium hæredita- E
tibus hoc non conſideretur[p], ſed in tranſverſa-
lium tantùm[q]. meritò ergo repudiantis portio
omnibus accreſcet. Qua ratione etiã ſi pater re-
ciprocè eis ſubſtituiſſet, & aliquis ipſorum im-
pubes mortuus eſſet, adhuc frater vtrinque con-
iunctus alteri non præferretur: quia mens patris
fuit deſcendentes æqualiter vocare[r], ſicvt & in
inſtitutione æqualiter vocauit: eaq; plurimum
attenditur, etiam cùm de hæreditate pupilli, nó
autem ſua tractatur[s]. quæ ſententia adverſus F
Bartol. & Din. receptior eſt[t]. Sed quid, ſi por-
tio defecta non fauore omnium hæredum, ſed al
terius tantũ vocauerit? & Bartol. ei ſolùm ac-
creſcere cenſuit, cuius fauore portio defecerit[u].
Quæ tamen ſententia aliquas diſtinctiones ha-
bet alibi tractandas[x]. ſed hæc hactenus. quod e-
nim ad ius accreſcendi in contractibus attinet,
loco ſuo tractaui[y].

a Bald. cccl xxvii. in lii. Caſtr. cclxx. xvi. in i. Fulg. xxvi. Fabianus auth. nouiſsima. q. xx. C. de inof. teſt.
b l. pen. in fi. C. de leg.
c d. §. ex duobus. d. §. aduerſus.
d conſil. v.
e gl. in d. l. Papinianus. §. ſi quis. in gl. ii. ubi Ang.
f Socin. conſ. lxxvi. in iii. lxxxii. in iiii.
g Raph. l. filiusfamilias. §. cũ quis. in fi. ſ. tit. ii.
h l. i. ubi Bart. de acq. hæred. §. his ita. ubi Cin.
i in l. ſi actionem. C. de pact. Crot. hic quæſt. x.
k l. legatarius. ſ. tit. ii.
l d. l. i. §. ſi quis ex nepotibus. de cõiung. cum emanc. lib.
m Bald. d. l. Papinianus. §. quoniã autem.
n l. ſi duo. ff. uti poſsid.
o Bald. c. i. de grad. ſuc. in feud.
p l. matris. ff. ad Tertyl.
q auth. itaque. auth. ceſſante. cum ſimil.
r l. qui liberis. §. hæc uerba. de uulgar.
s Bart. l. ii. de uulg.
t Doct. l. Lucius. q. ult. de uulgar.
u d. §. ſi duo fratres. Soc. conſ. v. Alex. conſ. lxix. in i.
x l. ii. §. ſi ſit conſanguinea. ad Tertyl. Bart. l. i. §. pen. de contratab.
y l. ſi mihi & Titio. de uerb. oblig.

# Ad legem Falcidiam.

*Rubrica* †.

† *lib. 35. tit. 2.*

*Ad legem Falcidiam.* a

1 *Legandi modus certis terminis cõcluſus.*
2 *Lex Falcidij cœpit etiam in fideicommiſsis locum ſibi vẽdicare, tam vniuerſalibus, quàm particularibus.* 3.
4 *Quadrantis Falcidij & Trebellianici differentiæ.* 5.
6 *Quarta legitimæ poteſt dici Falcidia.*

CVM † lege duodecim tabula- 1
rum, vti quiſq; rei ſuæ legaſſet,
ita ius eſſet[z], coercita deinde
ea poteſtas lege Furia, atq; Vo-
conia fuit, donec eis antiquatis
C. Falcidius[a] Tribunus plebis a
priſtinum ius reſtituit[a]. Sed
quia plerunq; teſtatores totàm hæreditatem le- B
gatis exinanirent, adeò vt neminem poſtea hæ-
redem haberent, quæ res publicè propter ſacra
priuata, damnoſa erat[b], quorum in lege duode-
cim tabularum rationem habitam fuiſſe conſtat,
& adverſus eum fauorem inducta, qua in conſer-
uatione teſtaméti vertitur, ne irrita efficiãtur[c],
priuatimq; etiam ipſi defuncto ignominioſa[d],
ideo idem Falcidius legem tulit, ne quis plus le-
gare poſsit, quàm vt quarta pars hæreditatis hæ
redi remaneat[e]. Et licet ea lex de legatis par- C
ticularibus duntaxat intelligeretur, quia eo tem
pore adhuc fideicómiſſa inventa non erant[f], tñ
† eis deñ approbatis cœpit ad huiuſmodi quo- 2
que fideicómiſſa particularia pertinere[g]: idq; vi
extenſionis, quam vocant paſsiuam[h], cui hodie
maximè eſt locus, cùm omnino hæc exæquata
ſint[i]. Sed † nunquid ad fideicómiſſa quoq; vni- 3
uerſalia pertineat? & aliqui pertinere cenſuerũt,
vt Matheſil. Raphael & Socin.[k]: ſed alij crebrio-
re calculo contrariũ ſenſerunt. Ego (qđ ad verba D
attinet) prioré ſẽtẽtiã ſequor: qđ verò ad effectũ,
à cómuni nó diſcedo. nã ad vniuerſalia Falcidiã
nó pertinuiſſe illud oſtendit, ꝙ verba legis Falci
diæ erãt, vt quarta pars hęreditatis hæredibus ſu
pereſſet. An qñ qs grauatus eſt fideicómiſſo vni-
uerſali, nó ſolùm quarta pars, ſed totũ ſibi ſuper-
eſt, cùm iura directa ipſe habeat[l]. Sed & ſenatuſ-
cóſultũ Pegaſianũ, cuius vires Trebelliano ſunt
attributæ, non de quarta hæreditatis loquitur[m],
cùm impoſsibile id ſit, quia iura hæreditaria di- E
recta hæredi cohærent, exęquatio aũt nó niſi eo-
rum reſpectu fit, quę convenire poſſunt[n]. In có-
trarium facit ꝙ Iuriſconſulti hanc quoq; quartã
Falcidiæ nomine deſignãt, idq; ſæpiſsimè[c]: Tre
bellianicã verò nunquã appellant: nec veriſimi-
le eſt abſq; ꝓprio nomine eam fuiſſe relictam. nã
& verba ſenatuſcóſulti ſolùm de tranſlatione a-
ctionũ loquebantur, deductio verò quartæ ex le
ge Falcidia fiebat, quã Veſpaſinus & Pius Imp.
ad hũc caſum ꝓpter ſimilitudinẽ extenderunt[p], F
& ideo ſub hoc titulo de deductione Falcidię e-
tiã in fideicómiſsis vniuerſalibus tractatur[q]. Du
rant † tñ adhuc differentiæ ex ſuprà ſcripta diſsi 4 I.
militudine orientes. Vnde in Falcidiam impu-
tatur, quod iure hæreditario duntaxat percipi-
tur[r]: in quartam Trebellianicam verò omne im-
putatur, quod vniformi teſtatoris iudicio hęres
conſequitur[s]. Sic hodie teſtator Falcidiam ꝓhi-
bere poteſt[t], quia hærede detrectante ius ade-
undi legatarijs defert, vt minimè periculũ ſubſit

ne

z l. uerbis legis. de uerb. ſignif.
a dixi Parerg. lib. v. cap. xxiii.
b l. i. de rit. nupt. l. filiæ ii. C. de collat. arg. l. ſacrilegi. ad leg. Iul. pecul.
c l. uel negare. quéad teſt. apr. v.
d Inſtit. eod. in princ.
e l. i. ii. reſponſo. ff. eod.
f Inſt. de codicil. in princ.
g arg. l. in teſtamento. ii. C. de teſtam. mil.
h l. ii. ſ. de leg. i. ubi Doct.
i l. i. ſ. de leg. i
K Iaſ. in rub. ff. ad Treb.
l l. i. in princ. ff. ad Treb.
m §. ſed quia Inſtit. de fid. hæred. Bar. l. in quartam. i. quæſt. ff. eod.
n l. i. §. i. ff. eo.
o l. cum filio. ſ. de legat. i. l. pater filiam. ff. eod. l. i. §. ſi is, qui. ad Treb.
p d. §. ſed quia. & §. præc. & l. filiusfamilias. ff. eo.
q d. l. pater filiam l. Titia. d. l. filiusfamilias.
r l. quod autem. l. ſeq. ff. eod.
s d. l. in quartam.
t auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falc. ut in corpore.



ne legata pereant: at Trebellianicam videtur nó
poſſe prohibere, quia ſibi imputet fideicómiſſa-
rius, qui hæredem ad adeũdum cogere poterat[a].
vnde etiam hodie hærede non adeunte, fideicó-
miſſum vniuerſalẽ nó ſuſtinetur, vt eſt receptior
II. ſententia[b]. qua tamen de re alij aliter[c]. Sanè in
pœnalibus quoque & odioſis videtur adhuc du-
rare differentia. & ideo tametſi is, qui inventariũ
nó conficit, hodie Falcidiam amittat, tñ videtur
III. non amittere ius deductionis, quod ex ſenatuſ- A
5 conſulto competit[d]. Sed † quid de deductio-
ne, quæ ex lege duodecim tabularum fit, an pote
rit dici Falcidia? & non puto. ſi ergo teſtator ſu-
pra vires patrimonij legauerit, nihil agit[e], quia
verba legis duodecim tabularum dicunt, quòd
vti quiſq; rei ſuæ, etc. meritò tale legatũ eatenus
eſt nullum, nec naturaliter quidem debetur[f], a-
deò vt quamvis Falcidia de legatis ad pias cau-
ſas non detrahatur[g], hæc tñ deductio locum ha-
beat. quod cómuniter receptum eſt[h]. Qua ratio- B
ne nec illud, quod hæredi remanet, quia ſuprà,
quàm quis capere poſsit, relictũ eſt, Falcidiæ ap-
pellatione continebitur, cùm eius ratio dũtaxat
IIII. ineatur poſt ipſius Falcidiæ deductionem[i]. Sed
6 † quid de quarta iure naturę debita & Accur. ait,
lata ſignificatione poſſe Falcidiam appellari[k].
Sed pone: teſtator filium fideicómiſſo grauauit,
& Falcidiam prohibuit, filiusq; teſtamentum pa
tris approbauit[l], an deducere hanc legitimã po-
terit? & reſponſum eſt nihilo minùs poſſe, nec e- C
nim approbatio teſtamenti hanc deductionem
impedit[m]. nam Falcidia hîc non adeò impropriè
eſt intelligenda: & quia in ambiguo ea interpre-
tatio nó eſt accipienda, per quam filius ab hac le
gitima excludatur[n]: ſicq; ab aliquibus conſultũ
extat. Quæ ſententia magis ambigua eſſet, ſi te-
ſtator dixiſſet, ſe prohibere quancunq; Falcidiã.
vniuerſalis enim illa dictio etiã ad caſus impro-
prios trahitur[o]. Item ſi teſtator nullum fidei-
commiſſum vniuerſale reliquiſſet, nec vltra do-
drantem legaſſet[p], (tunc enim niſi de hac legiti- D
ma intelligeretur) talis prohibitio eſſet illuſo-
ria[q].

a l. quia poterat. ad Treb.
b Doct. l. ea, quæ. ſ. C. de fideicómiſſ. dixi l. licet. C. de pac. l. nemo. ſ. de leg. i.
c l. Marcellus. ff. ad Treb.
d Doct. d. auth. ſed cùm teſtator.
e l. in quantitate. in fi. l. ſi poſt. ff. eo.
f l. ſi uerò. ubi Bart. de teſt. milit.
g auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.
h l. i. §. in quibuſdam ff. tit. i. l. ſed ſi non ſeruus. ff. eo. ubi Alex.
i l. quoties ff. eo.
K gl. auth unde ſi parens. C. de inof. teſt.
l l. non putauit. §. ſi quis ſua. de contratab.
m Dec. conſ. lxxxi. & l. cum proponas. C. de pac. ubi dixi. §. æternũ. in auth. ut cum de appel. cog.
n l. ſi quando. §. generaliter. C. de inof. teſt. Steph. Bertr. conſil. iiii. lib. iii.
o l. i. C. de ſacroſ. eccleſ. ubi dixi. c. ii. §. i. de rebus eccleſ. in vi. ubi Gemin.
p arg. l. fundus, qui locatus. de fund. inſt.
q l. quando de leg. i. c. ſi ciuitas. de ſent. excom. in vi.

*Alia præcedentis rubricæ commentatio.*

1 *Continuatio rubricæ, remiſsiuè.*
3 *Falcidia & legitima non ſemper eſt quarta pars.*

CONTINVA[a], Vt † hîc per gloſſam
& Alexan. & adde, ꝙ diuus Hiero-
a nymus in Chronicis Euſebij ita di E
1 cit circa hanc legem: Imperante
2 † Auguſto Caius Falcidius tribu-
nus plebis legem tulit, ne quis plus teſtamento
legaret, quàm vt quarta pars hæredibus ſupereſ-
ſet, ſi quatuor, aut minus eſſent: ſi autẽ plus qua
tuor, medietas, eo tenere, vt ſiue liberis, ſiue pro-
pinquis, idem exteris, pater ſua legaret, illa pars,
quam Falcidius cóſtituit, niſi pater interdixerit,
& legatis fruentibus, & eiſdẽ carẽtibus, æquani- F
3 miter partiretur. hæc ille. Ex † quibus verbis con
ſtat, malè ſentire Doctores, qui Falcidiã indiſtin-
ctè quartam partẽ interpretantur, cùm quãdoq;
ſit dimidia. ſicvt etiam in legitima, quæ debetur
iure naturæ, auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſt.

SVMMAE *Glo. l. j. Lex Falcidia.*

1 *Statutum conveniens cum iure communi, manet ſtatutũ.*
2 *Dare & confirmare differunt.*



4 *Quando non conſtat de mente ſtatuentium, per ſtatutum reuocata memoria iuris communis cenſetur.*
6 *Vltra Falcidiam legatum, ne naturaliter quidem debitũ iudicatur.*

Rubrica.

¶ In gloſſa, *facultatem dedit.* Quærit hîc Bartolus
in verſiculo, quæro, ſi ſtatutum. an † ſtatutum diſ- 1
ponens idem, quod ius commune, ſit ius cómu-
ne? & concludit, quòd eſt ſtatutum. quamvis có-
A trarium teneat gl. in c. j. de conſtitut. quæ tamen
verum dicit in ſuis terminis. Alex. hîc latè tangit
articulum, & refert infinitas opiniones: ego te-
neo opinionem Bart. quam etiam tenuit Alberi
cus de Roſ. in j parte ſtatut. in iii. quæſt. & Pau-
lus Caſtr. hîc. Et pro ea moueor per hunc text. in
verbo, dedit. nam interpretari, Dedit, id eſt, datã
confirmauit, eſt maxima violentia: quia † aliud 2
eſt dare, aliud confirmare, vt notat Bart. in l. mo-
re. ff. de iuriſdic. om. iudic. Secundò facit tex. in
B l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthu. & l.
poſthumorum. in fin. ff. de iniuſt. rupt. nam clarũ
eſt, quòd † ex lege duodecim tabularum poterat 3
teſtator ſubſtituere filio nepotes iam natos, et ſic
etiam pronepotes: & tamen quia lex Velleia i-
dem diſpoſuit in primo capite, dicitur, quòd fuit
proviſum per legem Velleiam. nec illa verba, *pro
viſum eſt*, capiunt interpretationem gloſſæ hîc: &
hoc iudicio meo multum vrget. Tertiò adduco
text. in c. cùm aliquibus. de reſcript. lib. vj. vbi
C quando papa facit reſcriptum conforme ſtatuto
iam facto, agitur vigore ſtatuti, non reſcripti, niſi
conſtet de mente Papæ, quòd velit agi per re-
ſcriptum. Ergo quando conſtat de mente ſta-
tuentium, debemus dicere, quòd ſtatutum va-
lebit vt ſtatutum, non vt ius commune. Et
dicetur conſtare, quando expreſsiſſent ſtatu-
entes, vt redegiſſent in libris ſtatutorum: a-
liàs † credo, quòd feciſſent tantùm, vt excitare- 4
tur memoria iuris communis, arg. c. licet in cor-
rigendis. extrà, de offic. ord. Quartò facit, quia
D aliàs iſtud ſtatutum eſſe ſuperfluum: quod non
eſt dicendum, l. j. in fi. infrà, ad municip. c. in his.
extrà, de priuileg. Illud tamen clarum. quòd ſi
† ſtatutum continet aliquid vltra ius commune, 5
tunc erit ſtatutum, non ius commune, vt dicit
Abbas in c. fin. de obſeruat. ieiunior. Sed an illud
ſolùm ſuperadditum dicitur ſtatutum, an etiam
aliud? videtur, quòd ſolùm illud, quod additur.
& hoc tenet Iaſ. in l. vnica, C. quando non pet.
part. de quo ibi dixi. ¶ In gloſſa, *fraude.* Tangit
E hîc Bartolus, an † quod legatum eſt vltra Falci- 6
diam, ſit debitum legatario naturaliter? & te-
net, quòd ſic, per l. j. C. eod. quem ſequuntur Ci-
tramontani: alij tenent contrarium, de quo latè
per Iaſ. in l. j. ff. de iur. & facti ignor. Vltra alios
contra Bartol. videtur caſus hîc in verbo, fraude.
nam ſi legatarii capiunt vſque ad Falcidiã citra
fraudẽ, ergo quod vlterius capiunt, eſt cum frau-
de, arguẽdo à cótrario ſenſu, l. i. de offic. eius, cui.
F Certè eſſet debitum naturaliter, non diceretur
cũ fraude, ex † quo ius naturale fundatur ſuper 7
æquitate, c. dilecti, de iudic.

LEX XCI.

1 *Explicatio duarum regularum textus.*
4 *Duobus caſibus portio à cohærede accepta, tota cenſetur hæreditaria.* 5, 6.
7 *Imputantur etiam extra teſtamenti cauſam accepta.*
8 *Dos quandoque in Falcidiam imputari poteſt: item ſeu*

*da 9. item ea quæ conditionis implendæ cauſa data ſunt.13.*

18 *Quod Falcidiæ, item Trebellianicæ imputatur:interdū ſecus.19.*

20 *Falcidius quadrans vni rei non detrahitur,nec triens legitimæ.24.*

25 *An filius in legitimæ detractione eligat.*

26 *Supplementum legitimæ cōdictione ex lege petitur.*

27 *Filius propria auctoritate non capit legitimam:interdū ſic.*

31 *Quæ res in legitimæ trientem imputentur. 37,39.*

33 *Quod ex patris ſubſtantia non capitur, legitimæ non annumeratur.*

36 *Caſtrenſia non imputantur.*

38 *Res donata interdum imputatur.*

40 *Militiarum deſcriptio.*

41 *Solutum pro filio,imputatur:ſed non ſemper.*

42 *Quod pro dotanda nepte auus expendit,filij legitimæ detrahitur.*

44 *Donata filio à nepotibus imputantur.*

47 *Ad ſupplendam legitimam convenitur hæres:in ſubſidium legatarius.*

## LEX XCI.

MARTIANVS LIBRO XIII *Inſtitutionum.*

IN quartam [a] hæ-

a
1
IN QVARTAM [a]. ¶ Explicat † Iuriſcōſultus duas regulas.Prima eſt, quid in Falcidia,quę ex legatis particularibus deducitur,ſit imputandum?& ait,nō imputari, niſi quod iure hæreditario percipitur. lex enim Falcidia quartā hæreditatis voluit omni modo apud hæredem relinqui [a]: meritò quod iure hæreditario non percipitur,Falcidiæ non imputatur [b]. Fortiùs in fine legis dicitur [c], nec quidem vllam cōputationem eſſe,ſed perinde haberi id,quod cauſa cōditionis implendæ datum eſt,ac ſi extra hæreditatem eſſet:ideoque nihil prodeſſe etiam legatarijs qui ipſi dederint: cùm ſi computaretur, prodeſſe poſſet,ſi legata propter eiuſmodi cōputationem minùs excederent dodrantem. Altera eſt regula: quid, cùm de fideicommiſsis vniuerſalibus facienda eſt deductio,quę vulgò Trebellianica vocatur? & videretur idem eſſe, cùm lex alibi dicat, perinde capi,atque ex lege Falcidia,etc [d]. Sed tamen hîc deciditur contrarium, quia in ea non ſolùm quod iure hęreditario percipitur, imputatur, ſed etiam quicquid aliud, dum tamen iudicio teſtatoris ſit acceptum. Et eſt ratio,quia hoc caſu adverſus verba legis Falcidię non committimus,cùm iura directa,etiam facta reſtitutione, hæredi remaneant: ideoque verum eſt,quartam partem hæreditatis eum habere.Nec obſtat,quòd effectu non habeat: quia quod ad effectum attinet, nihil refert, quo titulo quis habeat,dum iudicio teſtatoris habeat. In Falcidia ergo titulus hæreditarius conſideratur,cui teſtator derogare nequit [e]: in Trebellianica ſolus effectus perceptionis attēditur, quia rigor verborum legis Falcidiæ tali caſu non obſtat,& quia in fideicommiſsis magis ad æquum & bonum attēdimus,& plurimum voluntati teſtatoris tribuimus [f]. Addunt Accurſius Bartolus cæteriq; æquum fuiſſe, vt plus imputaretur hęredi grauato fideicōmiſſo,q ad onera hęreditaria nō tenetur,quam ei,à quo relicta ſunt legata, qui in ſolidum onus alieni æris ſubibat [g]. Quod ergo lex ait, vtroque caſu perinde deduci quartam [h],verum eſt,licet aliter atque aliter fiat imputatio [i].Subijcit † Iuriſcōſultus exceptionem, vt 2
non procedat concluſio reſpectu eius partis,quę à cohærede accipitur. ea enim non imputatur. Quæ verba alij aliter accipiunt:ſed receptiſsima eſt interpretatio,vt intelligamus, quoties teſtator hęredi, qué fideicommiſſo grauauit, aliquod corpus hæreditariū à cohærede

reditatis, quam per legem Falcidiam A hæres habere debet, imputantur res

pręſtari iuſsit, vt tūc ſolā partē imputet,quā ipſe iure hæreditario habet [k], non autem, quam iure cohæredis eſt conſecutus [l], aiuntq; eam eſſe rationem, ne in eadem re diuerſo iure quis quartam habeat [m], id eſt, (ut Baldus declarat) ne teſtatoris ordinatio eiuſdem rei titulos diuerſos conſtituentis confundatur.quæ ratio ſatis friuo B la eſt à me alibi diffuſiùs reprobata [n], cùm tali caſu maximè diuerſo iure legatum hoc cenſeatur, vt quod pro parte hæreditaria imputetur,pro alia,quæ à cohærede accipitur, non imputetur [o]. nam & abſurdum non eſt diuerſo iure rem cenſeri,ſi diuerſa ratio ſuadeat [p]. Ego † legatum 3
quatenus à cohærede accipitur,diminuere hęreditatem ſcio [q], & hæredi grauato præſtari non tanquam hæredi, ſed tanquam cuilibet: arbitror [r] meritò in hanc quartam non imputari [s], C quæ tanquam ab hærede,non autem à legatario detrahitur [t]. Quod ſecus eſt in eo,quod conditionis implendæ cauſa datur.etenim vice cuiuſdam compenſationis [u] præſtatur, ſeu (vt Baldus inquit) correlatiuo reſpectu [x]. quod & dici poteſt, cùm non corpus hæreditarium cohæres dare damnatus eſt,ſed rem propriam. videtur enim & hæc parti hæreditariæ ſubrogari, & non tanquam legatario,ſed tanquam hęredi in compenſationem data [y],ideoq; imputanda eſt. Nec D enim hoc caſu cùm corpus non hęreditarium legatur,poteſt videri teſtator ab hæreditate ſua illud ſeparaſſe: quod ſecus eſt in corpore hæreditario, vt meritò ſolùm hæreditaria portio propter neceſsitatem legis imputetur [z]: & id fortè ſenſerunt Veteres [a]. Fuere tamen qui ſimpliciter,quicquid à cohærede accipitur,non imputari cenſuerunt: quia lex noſtra ſimpliciter loquitur [b],& quia ſecundum mentem teſtatoris nihil differt portio hæreditaria ab alia [c], & quia lex E non diſtinguit inter legatum corporis hæreditarij & legatum rei ipſius hæredis [d]. Sed hæc ſententia pluribus legibus adverſatur [e], ſatisque diſtinctum in textu noſtro eſt,in quo manifeſtè lex portionem hęreditariam in legato ſeparat ab ea, quam iure cohæredis grauatus cōſequitur, dum lex inquit,id,quod à cohærede accipitur, id eſt, totum legatum,pro ea parte,quam accipit à cohęrede eſſe extra quartam,vt verbū *Accipitur*, ad factum referatur [f]: *Accipit*, verò ſecundum iuris F diſtinctionem intelligatur [g]. Proſequitur † Iuriſconſultus [h] duos caſus, quos à ſuprà ſcripta 4
concluſione excipit:quia in eis portio, quæ accipitur à cohærede,tota cēſetur hæreditaria, ideoque totum imputatur. Primus eſt,cùm hæres,qui fideicommiſſum debet, accepta pecunia hæreditatem reſtituere rogatus eſt. tunc enim non diſtincto, an hæreditaria ſit,an id minùs,tota imputabitur,quia videtur portioni hæ-

a l.i.ii. reſponſo. §.eod.
b l. quod autem. l.ſeq.§.eod.
c verſic. ſi quid verò.uſque ad fin.
d §.ſed quia. Inſtit.de fid. hæred.
e l.quod de bonis.§.i.l. Seius.§. eod.
f l.unum in fin. de leg.ii.
g l.i.§.fi.ff.ad Trebel.

h d.§.ſed quia.
i l.i. de receptis. ubi Bart.
K l. legatum ii.§.i.de leg.i.l.in fideicommiſſariam. in fin.ff.tit.ii.
l l.filium quem. in fi. C. famil. erciſc.l.Titia.§ eod.
m l.cum, qui de uſucap. in fin.
n Parad.lib.vi. cap.iiii.
o d.l.in fideicommiſſariam. in fi.
p l.miles in fi.de leg.ii.
q l.legatum eſt.§. de leg.i.
r l.nec adiecit. pro ſocio.
s l.acceptis.uer. ſed Falcidiam. ubi Bart.ff.eod.
t l.mulier.§.fi.ff. tit.ii.
u l.hæredi in fi.de iis,quib. ut indig.
x Bald.l. filium, quem.
y arg.l.qui hæredi.uerſ.ſed ſi iuſſus.de cond.& dē.
z l. eum, quia in fin.de iis, quib. ut indig.
a gl. uerb. cohærede.in fin.
b arg. l. Marcellus.§.pe.ff. tit.ii.
c d.l.eum, qui in fin.
d §.non ſolùm.Inſtit.de leg. e d.l.Titia.d. l. filium, quem.f l.aliud eſt de uerb.ſig. g d.l.cum,qui.in fin. h uerſ.ſed ſi accepta.

redita-



reditariæ ſubrogata [a].nec enim ſpecies tam facilè loco alterius rei ſubrogatur, ſicvt pecunia [b]. Rurſus nō diſtinguitur, an fideicommiſſum ipſi cohæredi,à quo accipienda fuit pecunia,pręſtādum ſit, an cuilibet alteri.ſemper enim pecunia omnis imputanda eſt [c]. lex eṁ noſtra generaliter loquitur, & ita receptior ſe habet ſententia. Sed & non videtur diſtinguendū,quomodo accipiatur

quas iure hæreditario capit [a], non quas iure legati, vel fideicommiſsi, vel im

hæc pecunia,an à cohærede, ſeu fideicommiſſario,an verò etiam ſua manu.ſemper enim eſt imputanda [d],vt quod ſuprà de legato pręceptionis imputando dicitur [e],reſpectu pecuniæ generaliter intelligatur,nec ſequēti verſiculo limitetur [f]. Nunquid autem cùm à ſeipſo grauatus accipit pecuniam,de ſuo,an communi debeat accipere, infrà attingemus [g]. Fuere tamen, qui aliter textum intellexerint,tanquam Iuriſconſultus velit pecuniam à cohærede acceptam quartę non imputari,niſi pro portione hęreditaria:quia textus verba per adverſatiuam cum copula concepta ſunt,quæ ſimilitudinem iuris arguit [h]. Sed certè ductus ſermonis aliud oſtendit,& quibuſdam codicibus non adeſt copula,& ſi adſit,non ad ꝓximam limitationem, ſed ad ſuperiorem regulam eſt referenda.defendi ergo hęc ſententia ſolùm in Falcidia poſſet [i], non in Trebellianica: 5
qua de re infrà [k]. Alter † eſt caſus, cùm implendæ conditionis cauſa fideicōmiſſum hæredi datur.quæ verba Bartolus [l] intelligit *Datur*, id eſt, dandum per hæredem iniungitur. Sed hoc modo nimium violatur ſermonis ſtructura. Melius 6
† igitur eſt intelligere,id, quod conditionis implendę cauſa datur,à Iuriſconſulto lata ſignificatione appellari fideicōmiſſum: quia licet quod in conditione eſt,non ſit in diſpoſitione [m], tamen propter mentem teſtatoris poteſt ſic appellari [n].Ego Iuriſconſultum decidere voluiſſe caſum magis ambiguum arbitror, vt non ſolùm, quod conditionis implendę cauſa præſtatur,totum imputetur, ſed etiā ſi id non in conditione tantùm poſitum ſit,verùm etiam in diſpoſitione adhuc ſit idem,tametſi hoc conforme ſit legato, quod pro hæreditaria tantùm portione imputari dixerat. hoc enim caſu non vt cuilibet relictū videri poteſt,cùm in compēſationem oneris datum ſit: quod ex conditionis adiectione arguitur [o].

a QVAS IVRE HAEREDITARIO CAPIT. [a]

Declar. I. ¶ Idem, ſi † alio iure capiat, etiam extra cauſam 7 teſtamenti,dum tamen teſtator iuſſerit,& ius imputationis in hæreditate ſit [p]. ſi enim non ſit in hæreditate,ſecus eſſet [q].Pone ergo: dedi tibi centum hac lege,vt ea in Falcidiam imputes, deinde te inſtitui hæredem,teneberis imputare,quia ea conditione accepiſti,atq; eo nomine mihi obligatus eras [r]. Quod non ſolùm procedit,quando expreſsè actum eſt [s],ſed etiam ſit tacitè, vt qa nulla alia cauſa dandi fuiſſet. in dubio enim tali caſu videtur id tacitè actum [t]. Quod intelligit Alexāder,ſi id,quod datum eſt,eiuſdem ſit prorſus quantitatis, cuius Falcidia. etenim hoc caſu Iuriſconſultus loquitur,quem non eſt veriſimile valorem hæreditatis temere computaſſe [u]. cùm enim Falcidia iure hæreditario debeatur, qui alio titulo dat,non videtur eo nomine dediſſe, vt imputetur [x],ſed potiùs capiēda eſt præſumptio ſimplicis donationis [y],quam ampliùs reſtringere donator non poſſit [z], ideoque ius imputationis in hæreditate non ſit. Quid ergo,ſi donatio revocabilis eſſet? & tunc poterit teſtator iubere eam imputari Falcidiæ, & valebit iuſſus: quia ſicvt poteſt eam in totum tollere,ita & reſtringere,et ī cauſam imputationis vertere [a]. Hincque † infer- 8
tur ad dotem,quam pater iubet Falcidiæ imputari.ſi enim eam dotē ſibi & hæredibus ſuis reddi ſtipulatus eſt [b],valet iuſſus:quod Angel.hîc tradit. Quòd ſi aliter concepta eſſet ſtipulatio, & actio de dote morte patris in perſonam filiæ B conſolidaretur [c], ſecus eſſet,nec iuſſus valeret, quia teſtator huiuſce imputationis ius in hæreditate ſua non relinqueret [d].Vnde lex ait,tali caſu dotem Trebellianicæ imputandam non eſſe. igitur nec Falcidiæ imputabitur, in qua anguſtiùs procedimus. Rurſus infertur ad ius clientelare,vel emphyteuticum, an huiuſmodi bona in Falcidiam imputentur? & receptum eſt non imputari [e].nec enim iure hæreditario teſtatoris deferuntur,ſed ex prima domini cōceſsione, vt C Baldus & Alexander ex facto reſponderunt [f]. Quòd ſi quæſita eſſent pro ſe & hæredibus,tunc ſecus eſſet, quia iure hæreditario deferrentur [g]. Idemq; ſecundum Gallicanam conſuetudinem, quæ † beneficiaria,ſeu feuda,vt vocant,ad inſtar 9
patrimonialiū redegit, quod aliqui tradiderūt [h]. tali ergo caſu valeret teſtatoris iuſſus imputari II.
Falcidiæ ea mandantis. Sanè † & iure hæreditario 10
rio vidétur percipi,quæ loco pretij rei hæreditariæ data ſunt [i].quoniā pretiū vice rei fungitur [k]. D Qua ratione & quod in vim modi datū eſt exiſtimat Bar. [l] imputandum,quia in locū pretij ſuccedit [m]. His † accedit etiam,quod conditionis III. 11
implendæ cauſa datum eſt,quoties in re hæreditaria conſiſtit.Cuius exemplum in corpore hęreditario à cohęrede accepto eſt,quod proportione hæredis Falcidiam detrahere volentis imputatur.Idem in nummis peculiaribus à ſtatulibero acceptis.etenim ꝓ parte ſua hæreditarij ſunt, ideoq; imputantur [n]. Idem quoties data condi- E tionis implendę cauſa naturalem obligationem diſſoluerent. eatenus enim hæreditaria ſunt [c]. IIII.
Cæterùm † quod iure hęreditario non accipitur 12
quandoq; propter quandam æquitatem ex epiſtola Neſennij imputatur, non quidem ipſo iure,ſed ope exceptionis [p], vt cùm is, cui imputatio incumbit, à cohærede legatum petit, non tenetur cohæres illud præſtare, niſi actor totum in Falcidiā imputet.cuius rei illa eſt ratio, quòd qui vult cohæredem ſibi iudicium teſtatoris ob- F ſeruare,& ipſe idem facere debet. Vnde cùm Falcidia contra voluntatem teſtatoris deducatur, æquitas dictat, vt iure exceptionis volūtas prævaleat [q], ſufficitque hæc æquitas exceptioni, actioni verò non ſufficit [r]. Vnde cùm filius fundum haberet, vt quia legato vendicationis erat ſibi relictus,vel aliter eum poſsideret,lex ait,qđ pro parte cohæredum habebat, non imputari [s]. Etenim eo caſu cohęredes nō rei,ſed actores fuiſſent,cùm fundum filius ipſe haberet,id eſt,poſsideret [t]. Quid ergo,ſi iam cohæres legatum ei

plendæ conditionis A cauſa accipit.nam † hę in quartam non imputantur.

a l.deducta.§. nummis.ff.tit.ii. uerſ. tanquam.
b l. cùm pater. in princ.§. de leg.ii.
c d §.nummis.
d l. acceptis. uer. planè.ff.eod.
e §.hac lege. uer. ſed in fideicōmiſſaria. ibi, præcipere.
f d. uerſ. pro ea uerò.
g d.l. cum pater. in princ.
h gl.l. ſed & ſi lege.§.de pet.hær.
i l.id aūt.§. eod.
k Bart.i.par.vii. oppoſ.
l Bart.ii.par.ii. oppoſ.
m d.l. id autem. d.l.acceptis.
n l. fideicommiſſa.§.cum eſſet. de leg.iii. Caſtr.& Alex. l.in ratione. §.tametſi.§. eod.
o arg.l.ſi quis locuples. in fi.de man.teſt.
p l. cum quo.§. fi l. quod autem. uerſ.ſed ſi ideo. §. eod.Bart.ix.oppoſ.
q l. pater filiam. in prin.§.eod.
r d.§. fin.
s l.ſi debitor.§. eod.l.etiam.§.ſed & ſi mortis.de bo. lib. t l.i.§. ſi patron.ſi quis à par. man.ubi Bar. u d.l.cum quo.§.fin.

L.91. In quartā.
x Bart.l. ſi cum dotem.§. ſi pater. ſol.mat.
y l. cuius de reg. iur. Alex. l. à Titio.de uerb.oblig.
† hæc, *aliàs.*
z l.penult.C. de don.quæ ſub. mod.
a arg.l.Seia de don.cauſ. mor. Rom.conſil. cclxxxiiii.
b l.quoties.§. ſol.mat.
c l.i.§.uideamus.C. de rei uxor.act.
d d.l. pater filiæ. in prin §. eo.
e l. ſi patroni.ff. tit.ii. ubi Ang. Raph.Paul.
f Bal.conſ.lvi. in iii. Al. x. lxxxix. in iiii. xxix in v.
g Bart l. ut iuriſiurandi.§.ſi liberi. de oper. liber.
h Steph. Bert. cōſ.cclxxvii. in i.
i l. qui fundum. l.ſi ſignum §. eo.
K l.ſi & rem. de pet.hær.Bart.x. oppoſ.
l xi.oppoſ.
m l.in rationem. ii.§.tametſi.§. eo.
n l. id autem.§. eod.gl.iii.hic.
o l. ſi pupillus. §.eod.
p l. Neſennius. §.eod.l. filio. in fi. ff.eod.
q Bald.d.l.filium, quem.
r l. ſi peculium. §.i. de pecul. leg. ubi Bart. l. emptor. in fi. de rei uend.Bart.l.cui fundus.quæſt. pe. §.tit.i.
s l.filium, quem. C.famil. erciſcun.
t l. ſtipulatio iſta.§. habere. de uerb.oblig.
Ad l. Neſennius. decla. I. ſeu lim.

ſoluiſ-

ſoluiſſet,qui illud imputare Falcidiæ detrectat? & Bart.[a] ſentire videtur ſuccurri ei,qui ſoluit ope replicationis, tanquam exceptio non ſolùm adverſus petitionem hæredis competat,ſed etiã adverſus detractionem: quod aliqui hîc ſentiũt. Ego Bart.de replicatione intelligo,quę loco exceptionis ſuccedat[b]. aliàs nimis reſtringeretur legis noſtræ regula,ſi tale legatũ imputaretur etiam iure replicationis.adſcribat ergo negligen-
II. tiæ ſuæ,qui abſque cautione ſoluit[c]. Quid rurſus,ſi in legato ſit corpus hæreditarium? & Bart. totum imputandum cenſuit. Neſennij enim epiſtola generaliter loquitur,nec quicquam diſtinguit,videturque hæc receptior ſententia[d]. Sunt tamen,qui diſſentiant[e] legis noſtræ argumento, quæ Trebellianicæ imputari duntaxat hæreditariam portionem ſinit. ergo non plus Falcidiæ imputabitur.nam & alibi lex manifeſtam hac in re differentiam inter pecuniam & corpus hæreditarium conſtituit[f],loquiturque, quando non extraneo,vt Bartol.commentus eſt,ſed cohæredi facienda eſt reſtitutio:quod adverſatiuę clauſulæ natura arguit[g].Ego Bart. ſequor, quia ſubeſt eadẽ ęquitatis ratio.Nec me mouet, ꝙ diuerſam cauſam prædiorum à pecunia lex ait[h]: quia loquitur cùm hæres ipſe retinere, ſeu à ſe accipere iuſſus eſt,ſicque ipſe rei incumbit, non autem
III. à cohærede petit:quod ſuprà dixi. Sed nunquid quod de cohærede dicitur, in legatario quoque procedat, vt hęres reſpectu legatarij imputare teneatur,quæ ſibi ab eo legata ſunt? & videretur non imputandum,quia iure hęreditario non habet[i].Bar.tamen ex eadem æquitate ſentit imputandum,vt ipſi danti proſit,non vt cæteris colle-
IIII. gatarijs[k]. Cui conſequens eſt quæſtio, quid
13 † in iis,quæ conditionis implendę cauſa ſunt data,an hęres Falcidię imputare teneatur? & ſi ipſe actoris perſonã ſuſtineat,Bart. cenſuit idem,qđ in legatis eſſe, & imputari debere[l]. Oportet itaque eum,qui conditionem implere velit,offerre ſe daturum,dum caueatur ſibi eam ſummam in Falcidiam imputatum iri. Quod ergo in fine legis noſtrę dicitur, datum cauſa conditionis implendæ extra quartam eſſe,debet intelligi reſpectu extranei,non reſpectu dantis[m]. quod Accur. cenſuit[n].Item etiam reſpectu dantis,qui temerè & abſque cautione ſoluerit, nec rei perſonam ſuſtineat[o].Fuere tamẽ,qui hac in re contradicerent,& nunquam imputari ſuprà ſcriptam ſummam crederent[p].æquitas enim ex voluntate teſtatoris deſcendit,qui non legando,ſed ſimpliciter conditionis adimplẽdæ cauſa quippiam demonſtrando non videtur egiſſe, vt hæres haberet,& ſibi imputaret. Vnde hęres nõ cenſetur ex teſtamento,aut à teſtatore illud habuiſſe,ſed potiùs mortis cauſa capione conſequi[q], probabiliſque eſt ſententia,quam ego in hypotheſi ſum ſecutus,quia conſentanea verbis legis, licet alia
V. ſit receptior. Sed † quid,ſi id,quod accipien-
14 dum eſt,non cõcurrat in tempore cum legis Falcidiæ ratione? & Politus[r] negat æquitati dictæ legis tunc locum eſſe propter Mætiani reſponſum[s].quæ ſententia diſputabilis eſt[t]. Ruinus contrà,quia dilatio temporis ad ſubſtantiam rei non pertinet[u], ſed cautionis remedium parit[x]. qua de re maxima fuit inter eos altercatio in eorum libris videnda. Ego Mętiani reſponſum ſecundum rationem ab ipſo Iuriſconſulto adductã intelligo:quod & Bart.& cęteri faciunt,vt fideicommiſſum à legatario relictum hæredi in Falcidia non imputetur, etiamſi in re hæreditaria conſiſtat, quia illud hæres non habet tanquam hæres,ſed tanquam quilibet fideicommiſſarius, nullaque ex mente teſtatoris eſt mutua compenſatio[y], ſeu(vt Baldus ait) correlatiuus reſpectus[z],& ęquitas Neſennij ſufficit exceptioni, vt imputetur,non vt quod ſemel imputatum eſt,reſoluatur[a].Et ex eo reſponſo infert Bart. ad quęſtionem emphyteutę,qui rem inconſulto domi-
A no alienatam recuperauit. nam non ideo evitat pœnam,cùm amplius rem non habeat tanquam emphyteuta, ſed tanquam quilibet emptor[b]. Sed quid,ſi recuperaſſet ex pacto luẽdi, quod in alienatione adiectum fuiſſet? & reſponſum extat,tũc videri ex prima cauſa rem haberi, ideoq; in commiſſum non cecidiſſe[c]. Sed huic ſententiæ reſponſum Mætiani adverſatur. in eo enim res ex ſpeciali teſtatoris proviſione ad hæredem revertitur, & tamen ad primam cauſam non re-
B dit,nec hęreditaria cenſetur.Multo minùs ſuprà ſcripto caſu id dicendum eſt, in quo ſubeſt alienantis delictum,quod non niſi cõſenſu domini dilui,aut emandari poteſt[d]. qua de re nos alibi plura[e]. Sed quid,ſi Falcidia hęc ſecundum vo- VI.
luntatem teſtatoris detrahatur,vt quia iuſſerit legata ſolui deducta quarta hęreditatis? & hoc quoq; caſu locũ eſſe dictæ ęquitati Alexand.cenſuit[f].Ego ſubſiſto,quia mens teſtatoris, quę fomes eſt & origo huius ęquitatis,ceſſat. voluit e-
C nim,vt deduceretur quarta hęreditatis, & ſic eius,quod titulo hęreditario remanet, non quod iure legati,aut ſimili ꝑcipitur:quod Din. ibi expreſsè cẽſuit,qui ei legi locum eſſe ſcribit, etiam ſi Secunda & Procula non ſolùm fideicommiſſarię,ſed etiam cohęredes fuiſſent. Sed quid,ſi VII.
pars à cohęrede de prędegato accepta ſit adeò modica,vt non ſufficiat Falcidię,quę hęredi debetur? & Doctores nihilo minùs imputari cenſent,vt quod ius eſt in toto,idem & in parte ſit[g].
D Sed fortè cõtrarium eſt verius,quia lex hanc excipere duntaxat concedit,cùm id, quod à cohærede accipit,ſupplet,quod hæredi iure Falcidiæ ab eo præſtandum eſſet[h]. Ergo ſi non ſuppleat, ſed diminuat tãtùm,ſecus videtur.faciliùs enim mens teſtatoris arguitur, ſi ſumma conveniat, quàm ſi non quadret[i]. Sed quid eſt, quod ait VIII.
ibi Iuriſcõſultus,cæteris † legatariis non vniuer- 15
ſum,quod cohæredi præſtat,imputari,ſed quantum daturus eſſet,ſi nihil ab eo perciperet[k]? &
E aiunt Doctores id ſignificari, vt non imputetur cæteris vniuerſum prælegatum, quod adeò magnum eſſe poſſet,vt toti Falcidiæ ſufficeret, ſicq; etiam legatariis prodeſſet,ſed eatenus ſolùm imputatur,vt pro rata ſua ſatisfeciſſe cohæres videatur reliquo à cæteris exigendo.Verba ergo illa, *Quod cohæredi præſtat*,accipiuntur,id eſt,quod erga cohæredem facit:& dum ſubiicitur, *Quantum daturus*, ſubaudi cæteris legatariis. Prodeſt ergo, quod ſolutũ eſt ipſi cohæredi ſoluẽti,nec ideo le-
F gatarios grauat,tametſi aliàs legata, quæ Falcidiæ nõ ſubiiciuntur, quia ęris alieni loco ſunt[l], etiã ad damnũ legatariorũ pertineãt, cùm tantò minus ipſi capiant[m]. Alij tamen cum Accurſio illa verba *Quantum daturus*, intelligunt cohæredi, retẽta de eius legato Falcidia,vt Picus hîc declarat,& probabile eſt,ſicq; illa verba *Quod cohæredi præſtat*,planiora erunt. Enimverò quamvis lex V.
noſtra ſimpliciter dicat in Falcidiã id ſolùm imputari, quod iure hæreditario capitur,tamen in pecunia hoc ſimpliciter non procedit; quia pecunia

a ii.oppoſ. hîc.
b l. ii. de excep. Bar.ꝭ.x. oppoſ.
c l. ex quibus. de cond.indeb.
d Gofr. Iacob. Alber. hic.Cin. Bart. Salic. d. l. filium.
e Ang. Imo. Rapha.Matthеſ.
f d.l. deducta.§. nummis. uerſ. diuerſa. ubi Bart. ii. oppoſ.
g l.mariti.§. fin. de adult.ubi Bart.
h d.§. nummis.
i l. ſi à me. ꝭ. eo. Caſtr. conſ. lxxxvi.ii .dubio.
k Bart.uerſ ſecundo caſu.
l arg.d.l. Neſennius.Bar.x.oppoſ.
m l.ſi fundus legatus.l.ad ueterani.§.i.ꝭ.cod.
n gl.pen.hic.
o d. l. ex quibus.
p Cin.l.pen.C. eod.Polit. d.l. filium,quem. Imol. Modern. hic.
q l.id aũt. ꝭ. eo.
r in d.l. filium.
s d.l. ſi à me.
t arg.l. acceptis. ꝭ.eod. ubi Alex.
u l.obligationum ferè.§.placet.de act.& oblig.
x ꝭ.tit. prox.
y l.hæredi.in ſi. de iis,quibus. ut indig.
z Bal. d.l. filium.
a d.l.acceptus.
b l.i.§. ſi rem depoſit. l. ſequitur. §.item Labeo. de uſucap.ubi Bart.
c Bald. l. ab emptione.de pact. Dec.cõſ. lxxxviii.
d c.i.quid iur.ſi poſt alien.in uſib. feud.
e l. ſi inſulam. de uerb. oblig.
f l.Titia. ubi Alex.ꝭ.cod.
g l. quæ de tots. de rei uendic. ꝭ.
h d.l. Neſennius. d.l.filio. in fin.
i Ang.Imo. Alex.d. l. cum quo. in fin.
K d.l. Neſennius. uerſ.planè.
l l. ſi ſeruus.l. æris.ꝭ.cod.
m Bar.auth. ſimiliter.C.cod.



Sed in fideicommiſſaria[a] hæreditate reſtituenda, ſiue legatum vel fideicõmiſſum datum ſit hæredi, ſiue præcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, in quartam id ei imputatur: pro ea verò parte quam accepit à cohærede, extra quartam, id eſt quod à cohærede accipitur. Sed & ſi accepta pecunia hæreditatem reſtituere rogatus ſit: id quod accipit, in quartam ei imputatur, vt diuus Pius conſtituit. ſed & quod implendæ conditionis cauſa fideicommiſſum hæredi datur, in eadem cauſa eſſe admittẽdũ,

cunia tota ei imputetur, cùm hæres à ſeipſo iuſſus eſt deducere[a].cùm enim totam de parte ſua capiat,cenſetur & tota eſſe hæreditaria[b]: meritò vtriq; Falcidię imputatur.Quid ergo,ſi alius cohæres illi dare iuſſus eſt? & videretur totum de ſuo dare iuſſũ[c], vt ſicut iuſſus accipere totum de ſuo accipit,ita & iuſſus dare,totũ de ſuo det[d]: quod ſentire videtur Imola.Meritò itaque tanquam nulla pars in ea ſit accipienti hæreditaria, nihil imputandum eſſet, non magis, quàm ſi propriam, pecuniã, & quæ nũquã teſtatoris fuiſſet, dare damnaretur. nec enim talis imputatur,cùm iure duntaxat legati percipiatur[e]. Sed tamen Bartolus ſentit oppoſitum,vt quoties à cohærede pecunia hæreditaria legata eſt. Intelligo autem quibuſcunq; verbis ſit legata,pars cenſeatur iure hæreditario capi,ideoq; imputetur[f]. Quod intelligendum,ſi
C teſtator dixerit de pecunia hæreditaria velle ſolui.Quòd ſi ſimpliciter pecuniam legauit, verior videtur alia opinio,vt nihil imputetur,tanquam de ſuo tantùm dederit. Sanè caſu, quo pecunia tanquam hæreditaria imputatur, dubiũ non eſt, id ſoli cohæredi non proficere,ſed etiam legatarijs: quia hoc caſu non ex Neſennij æquitate[g], ſed cõmuni regula ſit imputatio[h]. Supereſt a-
VI. lia difficultas explicanda: lex noſtra ait, hæredi-
16 tariam † portionem prælegatorum Falcidię im-
D putari. At alibi cùm teſtator iuſsiſſet deducta quarta hæreditatem reſtitui,dicitur,non hæreditariam portionem,ſed eius quartam partẽ, quæ duodecima eſt legati,imputandam[i].Reſpondẽt Dinus, Oldradus & Veteres imputari duntaxat duodecimam,quia eo caſu,ſecundũ voluntatem teſtatoris Falcidia deducitur.Vnde magis ea voluntas adiuuanda eſt,quæ legi concordiam, quã quę ei adverſatur[k].Sed hoc ego fragile arbitror, nec ſufficiẽs,vt à regula legis noſtrę recedamus[l].
E Adde,ꝙ ſecundum hęc rationem dixerit aliquis hodie hanc legem correctã eſſe, cùm hodie contra voluntatẽ teſtatoris Falcidia non deducatur, vt qui poſsit,ſi velit,eã prohibere[m], & non prohibendo videatur tacitè permittere[n],niſi reſpõdeas,ꝙ aliquo modo adhuc contra voluntatem deducatur[o],cùm teſtator non niſi expreſsè eam poſsit ꝓhibere[p].qua de re alibi[q]. Bartolus ex vi verborum oriri differentiam exiſtimauit.cùm enim ſcriptum eſſet,vt deducta quarta hęreditatẽ
F reſtitueret,& portio hæreditaria prælegati pars ſit hæreditatis[r], apparet id voluiſſe teſtatorem, vt eius portionis duntaxat quarta imputaretur, aliterque rem expreſsiſſe, quàm tacitè ineſſet[s].
I. quam interpretationem ego probo. Hinc con-
17 ſequẽs eſt,vt † ſi quis hæres vniuerſalis ſit, idemque prælegatum habeat, ſitque grauatus,vt deducta quarta reſtituat, totum legatum imputet: qa cùm à ſe ſibi legari non potuerit[t], prælegatũ illud ſolidum portio hæreditatis eſt, totumq; iure hæreditario capitur.quod adverſus Matth.alii qui hîc docent. Rurſus conſequens eſt,vt quan- L.91.
do pręlegata in reſtitutione fideicõmiſsi veniũt, In quartã.
non ſit locus ſuprà ſcriptæ legi. quod Angelus, II.
Imol.Paulus,& Alex.ibi tradunt, quia dum hæres quartam habeat,nihil ſua intereſt, per imputationem prælegati,an per detractionem conſequatur:
III. Addit Raphael nõ procedere,cùm cohęredes grauati ſũt, fundum hæreditarium ei dare.cẽſentur enim ꝓ portionibus hæreditarijs grauati[u],vt meritò portio ipſius, q detracta quarta hæreditatem reſtituere debet,non poſsit videri fũdi legato cõpræhenſa. tota ergo Falcidiæ imputabitur,cùm,in reſtitu-
IIII. tione contineatur[x]. Cui ſententiæ conſequens eſt,quod Angel. cenſuit, ei legi locum non eſſe, cùm non de prælegatis tractetur,ſed de ijs, quæ conditionis implendæ cauſa pręſtantur:ſiue, qa & hoc de manu cohæredis, non autem à ſe ipſo
C accipitur:ſiue,quia quamvis prædium ſit hæreditarium,tamen hoc caſu non iure hæreditario, ſed per mortis cauſa capionem accipitur[y]. Sed tamen Alex.hîc in diuerſam ſententiam tranſijt. Ego non hãc tantùm,ſed & Raph.opinionẽ ambiguam puto: quia quibuſcunq; verbis teſtator vtatur,ſemper tertia illa pars iure hęreditario habetur,cùm à ſe ſibi legari, vel cauſa conditionis implendæ dari nequiuerit: & ideo ſemper ſubeſt illa ratio,quòd verba illa *Deducta quarta*, intel-
D ligantur,eius,quod iure hæreditario habet.

SED IN FIDEICOMMISSARIA[a]. ¶ Quæ- a
cunque † ergo ex teſtamento capiuntur, in Tre- 18
bellianicam imputantur, ſiue iure legati,aut fideicommiſsi, ſiue conditionis implendæ cauſa accipiantur. Vnde apparet, quicquid Falcidiæ imputatur,& in hac imputari:non contrà.

Excipitur † hîc, quoties prælegatum eſt cor- I.
pus hęreditarium,quia tunc portio duntaxat hę- 19
reditaria imputatur:hocq; caſu nihil differt Fal-
E cidia à Trebellianica. Cur verò non totum prælegatum imputetur,ſuprà rationem Doct. explicaui: verùm fuerunt,quibus ea ratio non placeret,ideoque ipſi totum pręlegatum Trebellianicæ imputandum exiſtimarunt[z],excepto,ſi prælegatum ſit in corpore hæreditario accipiendo ex parte cohæredis. id enim extra quartam eſt, quia grauatus reſtituere ſuam portionem, non tenetur id reſtituere, quod ex legati cauſa de portione alterius accepit[a]: & ſicvt non reſtituit, ita
F nec imputat, & mens teſtatoris cohæredem in parte ſua tantùm grauantis hoc ſuadet. Sed hũc intellectum ego probare non poſſum: quia quãvis non reſtituatur, non tamẽ ſequitur, quin debuerit imputare[b].Et ſi ad mentem teſtatoris attendamus,non fuit diuerſo iure cenſendum legatum, quia pars à ſeipſo, pars à cohęrede acciperetur[c]. Vnde apparet,ad iuris diſpoſitionem potiùs reſpectum fuiſſe[d], vt omittam non convenire hunc intellectum adverſatiuę in textu poſitæ[e]. Rurſus excipitur id, quod quis non ex II.
teſta-

a d.l. deducta.§. nummis.
b d.l. cùm pater. in princ.de leg. ii.
c arg. l. ſi fundũ. ſub conditione.§. ſi libert. de leg. i.
d l.ſi.§.fin.de leg. iii.
e l. lex Falcidia ſi inter.§.nunquam. ꝭ.cod.
f l.id autẽ. ꝭ. eo.
g d.uerſ.planè.
h d.l. id autem.ii. reſponſ. Bart. hic oppoſ.
i l.Titia.ꝭ.eo.
K l. ſi patronum. §.ſi ex bonis. de bon.lib.l. in quantitate.ubi Caſtr. ꝭ.cod.
l l. in rebus. de conſt.princ.
m auth. ſed cum teſtator.C. eod.
n l. nec non ex quibuſ. cauſ. maior. Anan. conſil. lxvii. Cur. lxxvi. Dec. cclvii. Barb. c.Rainaldus.de teſtam.
o d.c.Rainaldus. in fin.
p l. ſi ſponſus.§. ſi.de don. inter uir.Anchar. conſil.li.
q l. nemo poteſt. de leg.i.
r d.l.in fideicommiſſaria.ꝭ.tit.ii.
s Bart.l.iii.de leg.i.ad fin.
t l.legatum. ꝭ. de leg.i.
u d.l. ſi fundum ſub §. ſi libertus.
x Alex.d.l.Titia.in fin.
y d.§.ſi libertus.
z contrà d. l. filium.in fin.
a l. ſi Titius ex parte. ꝭ. de legat. iii.
b d.l.Titia.l. qui hæredi.§.i. de cond. & demon. ubi Bart.i. oppoſ.
c l.cum, qui.§.ſi. de iis,quib. ut indig.
d d.l. filium,quẽ. in fin.
e Bar.d.l.mariti.§.fin.de adult.

teſtamento capit. hoc enim non imputatur[a]. qd' ſuprà declaraui, oſtendique quemadmodum & feudalia & emphyteutica iura non imputentur. Qua ratione & lucrum dotis, aut nuptialis donationis ex pacto, vel lege municipali ſuperſtiti delatum, non imputatur, quia extra cauſam hæreditariá eſt. quod Cornæus reſpondit[b]. Sic et lucrum, quod filius matre ad ſecūda vota tranſeunte auctoritate legis facit[c], in rationem Trebellianicæ non venit. quod aliqui tradiderunt.

ſciendum eſt. Si quid verò implendæ[a] cōditionis cauſa hæres accipiat à legatarijs, in Falcidiæ computationem non prodeſſe: & ideo ſi centum † prædia legauerit defunctus, ſi quinquaginta hæredi legatarius dederit: centum legatis computationem fieri, & quinquaginta extra hæreditatem haberi,

†prædium, *aliàs.*

Sed & quoties quod cauſa con-
III. ditionis implendæ datur, nō eſt apud grauatum remanſurum, ait Bartolus nō imputari[d]. etenim idem eſt, ſiue quod datum non ſit, ſiue non remaneat[c]. Vt enim quid imputetur Falcidię, oportet tempore imputationis faciendæ conſtare rē hęredis irrevocabiliter eſſe. Antè ergo, quàm conſtet, non imputabit, nec mora legi fiet. Quòd ſi deinde conſtiterit, vt quia legatarius ante cōditionis euentum deceſſerit[f], tunc imputabitur, et eatenus fiet reſtitutio. A principio ergo cautione opus erit[g], vt Dinus, Paulus, Alexanderque cenſuerunt: quæ ſentētia in legato, vel fideicommiſſo vtcunq; probabilis eſt. Quòd ſi ex caſu invtile reddatur, hæredi remanet, & pars hæreditatis eſt[h]. In eo verò quod cauſa conditionis adimplendæ hæres accipit, dubia videtur: quia lex ſimpliciter dicit, illi non imputari, ſed Falcidiā ſolùm fideicōmiſſarium pati[i]: & qa teſtator iubendo eam partem alteri dari, ſatis oſtendit nō eſſe hęredi datum cuiuſdam compenſationis vice[k]: quæ ratio eſt imputationis, vt ſuprà dixi[l].

IV. Cæterùm ſuprà ſcripta procedunt, cùm Trebellianica hęc non ſecundum voluntatē expreſſam teſtatoris deducitur. Quòd ſi ipſemet iuſſerit deducta quarta reſtitui, non tota hæreditaria portio, ſed quarta dūtaxat imputabitur[m]. qd' ſu-
V. prà latiùs diſputauimus. Sanè fuere aliqui, q in filijs hoc ſpecialiter inductum crederent, vt Trebellianicam non niſi in rebus hæreditarijs computare tenerentur[n]: idq; ex lege Iuſtiniani, quæ fructus interim perceptos imputari non patitur. Sed Iacobus, Bartolus, cæteriq; contrarium ſentiunt. nec enim ſpecialia ſunt extendenda[o], & lex illa de fructibus principaliter loquitur: & licet ſubijciat in rebus hæreditarijs retineri quartam, non generaliter omni caſu, ſed ſecūdum regulam intelligenda eſt. ſatis enim eſt, legislatorē ſecundum regulam loqui, nec debuit ibi impertinentes omnes quoque limitationes referre[p], cùm ſemper verba ad habilitatem referantur[q]. Sed quid, ſi idem hæres & legatis & fideicommiſſo vniuerſali eſt grauatus? & Bartolus reſpectu Trebellianicæ imputari, quæcunque iudicio teſtatoris accipiuntur, exiſtimat, idq; ſecundum regulam noſtram: non tamen id prodeſſe legatarijs, quin hæres ab eis quoque Falcidiam auferat: nec tamen nocere, vt pro fideicommiſſo augeatur eis Falcidia[r]. quod reſpectu hęredis certum eſt: inter ipſos verò legatarios atque fideicōmiſſariū faciēda videtur contributio, iuxta Celſi regulam[s], & Marcelli limitationem, quando

a d. l. pater filium. l. de hor. indi. ad Trebel.
b Corn. conſ. liii. lib. iii. Doct. l. q de bonis. §. ex donationib. ſ. eod. per illum tex.
c l. hac edictali. uerſ. ſi uerò. ad fi. l. C. de ſecund. nupt.
d l. acceptis. ſ. eo.
e l. non quocunque. in prin. de legat. i. l. ii. §. illud. ii. de hæred. uel act. vend.
f l. ſi pecunia. §. i. de leg. ii.
g l. in quantitate. §. magna. ſ. eod.
h l. non eſt dubiū. l. ſeq. ſ. eod.
i d. l. acceptis.
k d. l. hæred. in fi.
l Bald. d. l. filium.
m d. l. Titia. ſ. eo.
n l. iubemus. C. ad Treb. gl. Bal. d. l. filium, quem. Imol. hic.
o l. quod verò. ſ. de legib.
p gl. l. omnis definitio. de reg. iur.
q l. qui teſtamento. de teſta. c. i. de æt. & qual. lib. vi.
r argum. dict. l. Neſennius. ver. plane. s l. ii. ſ. tit. ii.

ad onus hęredis legata ſunt, id eſt, ei nominatim iniuncta[t].

SI QVID VERO IMPLENDAE[a]. ¶ Hic verſiculus ad computationem Falcidię pertinet. Vnde quærunt Doct. quo modo ea fiant, & † an
20 Falcidia ī vna re deduci poſſit? & concludūt non poſſe[u], quia lex Falcidia ipſo iure omnia legata reſecat, & omnibus pro indiuiſo ſuam partem aufert[x], & cùm dominium legati ilicò in legatariū trāſeat[z], non poteſt partem alienā hęres ſibi imputare. quod adeò verū eſt, vt hoc caſu etiam alienata per ipſum non imputentur, quia alienatio eſt nulla tanquam de re legatarij. Quę ſententia in legatis puris, quę diuerſis relicta ſint, certa eſt. nec enim alius ꝑ alio ſoluere tenetur. Maior eſt hæſitatio: quid, ſi eidem pſonę plura legata facta ſint? & Dinus, Cinus Nicolausq; cenſuerunt, tunc in vna re Falcidiam retineri poſſe[z]. ſed alij contrà: ſubeſt enim ſēper illa ratio, q ipſo iure legata reſecātur, & inuito domino hæres retinere, aut alienatione ſua trāsferre rem legatam non poteſt. Defenditur tn̄ prior ſententia tribus caſibus. Primus, quando aliqua legata ſpeciali ratione extra legis Falcidiæ rationem ſunt[a]. Alter, cùm vtrunq; legatum pro vno habetur, vt qa legatus eſt ſeruus, & eidē ſeruo legata pecunia eſt, reſpectu domini vnum eſt legatum, cùm ſeruus pretioſior ob pecuniæ legatum effectus ſit[b], vel quia vnū alteri accedat. Tertiùs, cùm legatarius pro legatis iam receptis Falcidiā hæredi ſoluere detrectat. tunc enim hæredi ſuccurritur exceptione doli, vt retinere, qd' nondū ſoluit, poſſit[c]. Quod tn̄ hodie non ꝓcederet, ſi hæres ſciens ſupra dodrātem legatum eſſe nihilo minùs integrè ſoluiſſet[d]. Quod in Falcidia dictum eſt, in Trebellianica quoq; procedit. nā nec ipſa in vna re duntaxat detrahi poteſt[c]. debetur enim quarta ex qualibet re[f]. Non poteſt ergo hęres inuitis fideicōmiſſarijs eligere, quam rem pro quarta velit, ſed ad iudicis officiū pertinet arbitrari, quomodo ſit accipienda[g]: Qui I.
21 † quandoq; etiam in vna re iubebit detrahi, ſi cōmoda diuiſio fieri nequeat[h], vt quia de re indiuiſibili agatur[i], vel aliàs diminueretur nimis vtilitas, ſi de ſingulis rebus fieret detractio[k], vel aliqua ratione æquum iudici videretur in certa re potiùs hæredi conſulere, vt quia eam ipſe diligētia ſua meliorē cultioremq; effeciſſet[l]. vel qualibet alia cauſa eius animum moueret[m]. Sanè II. volētibus fideicōmiſſarijs, non eſt dubium poſſe hæredem abſq; cōtrouerſia in vna re ſibi quartam deligere[n]. quīd. n. aliud curat Prætor quàm vt ſumma cōcordia inter ſocios agatur[o]? Idemque, ſi teſtator hanc facultatē hæredi cōceſſerit, vt arbitratu ſuo rē eligat, quam ꝑ quarta retine- III. at[p]. Quod intelligūt Doct. ꝓcedere, etiā ſi tacitè hoc ſenſiſſe videatur, vt quia viuens hæredi rem aliquā in peculio dederit[q], tanquā moriēs quoque voluerit illi præcipuum eſſe, & in quartam imputari[r]. Quæ ſententia magis auctoritate Doctorum, quàm verbis legis defenditur[f], quæ

t l. Marcellus. ſ. ad Treb.
u l. ii. C. eod.
x l. Plautius. l. ſi neam. ſ. eod.
y l. à Titio. de furt.
z arg. l. ſi pupillus. §. fi. ſ. e. vbi Doc.
a l. cū quo. §. per. l. ſed ſi nō ſeruus. §. ſi ſolus. l. ſi fundus mihi legatur. ſ. eod.
b l. planè. ſ. eod. l. ſed duob. de leg. z.
c l. ſi ex pluribus. ſ. eod.
d auth. ſed cū teſtator. uerſ. item ſi quædam. C. eo.
e d. l. ii.
f l. Plautius. l. ſi neam. ſ. eod.
g l. ad officiū. C. commu. diuid.
h d. §. ſi ſolus.
i l. lege Falcid. interuen. d. l. ſi fundus. ſ. eod.
k l. ii. C. quando & quibus quart. part. lib. x.
l l. ſi. C. de alluuion. l. quicunque. ubi Bar. C. de om. agr. lib. xi. c. fin. de pec. cler.
m §. fin. Inſt. de offic. iud.
n l. poteſt. ſ. de leg. i.
o l. i §. et poſt. de oper. no. nunt.
p §. diſponat. in auth. de nupt. q d. l. filium, quem. ſecundum unum intellectū. r l. pe. de alim. & cib. leg. l. filiæ. C. fam. erciſ. s d. l. filium, quem.

ſimpli-



ſimpliciter (inquit) filium fundum habētem, &c. Cur non potiùs ex legato vendicationis, quod (vt Caius ait) his verbis concipiebatur, *Fili talem fundum habe*, vel ſimpliciter habentem, id eſt, poſſidentem ex quacunq; ſpecie legati, vt ſuprà diximus. Nec dubium eſt, in eo, quod teſtator prælegauerit, imputandū eſſe quartæ[a], ſicut & priùs imputatur in fructibus, quos iudicio ipſius teſtatoris præceperit[b]. qua de re à me alibi diffusè ſcriptum eſt[c]. Idemq; & certiùs, quando teſtator ipſe declarauit, quid imputari in quartam velit: illud enim priùs & ante omnia eſt hæredi relin-
IIII. quendum[d]. Sed quid, ſi hæres aliquid alienauerit? & Bartolus ſimpliciter ait, illud priùs Trebellianicæ imputandum eſſe[c]. Sed ſi hoc admittamus, reperta erit fraus legi, quia hæres alienādo non quartam de ſingulis rebus ſecundum formam legis, nec in vna ſecundum arbitrium iudicis perciperet, ſed ipſe eligeret. Vnde Doct. negant valere huiuſmodi alienationem, ſi fideicōmiſſum ſit purum, vel dies ceſſerit[f]. debet enim tali caſu familiæ erciſcundæ iudicio ſibi conſulere[g], quod & Baldus ait, cùm hæres moriens rē hæreditariam alteri legaſſet. non enim valeret legatum, niſi pro quarta parte, in qua detractioni locus fuit: neque eligere potuit, cùm fideicommiſſum iam incipiat eſſe præſens[h]. Ego Bartoli ſententiam indiſtinctè defendi poſſe arbitror, quia lex ſimpliciter loquitur[i]. & quia hæres alienando facit, vt reſtituere rem non poſſit. vnde ſolùm ad litis æſtimationem tenebitur, cùm culpa non dolus hoc caſu arguatur[k]. nam & emptor ipſe in euictionis iudicio non vltra æſtimationem litis videtur obligatus[l], quod alibi diſputaui[m]: & lex Iuſtiniani alienationem prohibens, de ea, quæ propter legem Falcidiam fit, nō poteſt intelligi[n]. Certior tamen Bartoli ſententia eſt, cùm de fideicommiſſo conditionali agitur, & pendente conditione alienauit. nam tunc clarum eſt valere alienationem[o], nec tenetur ipſe expectare euentum conditionis, ſed ſtatim poteſt ſuam quartam deducere, & in vna re eam eligere, ne ſi de ſingulis partem abſcinderet vtilitas patrimonij imminueretur[p]. Quæ receptiſsima eſt ſententia, ſecundū quam à Baldo, Alex. aliiſq; reſponſum extat[q], & mihi quoq; placet, ne emptor inquietetur, ſi aliter cōſultum eſſe fideicommiſſario poteſt. nam & quilibet bonus vir arbitraturus eſſet, non temerè manus ad tertium poſſeſſorem porrigendas eſſe[r], ſi cōſultum eſſe aduerſus debitorem creditoribus poſ-
Lim. I. ſit. Quòd † ſi non poſſit, ſecùs eſt: vt quia me-
22 liora vendiderit, & ſibi retinuerit deteriora, quæ nunc velit reſtituere, veluti quod Angelus & Alexander ſcribunt, ſi alienauerit, quæ tuto loco ſita erant, & velit reſtituere, quæ periculo alluuionis, aut inundationis aquarū ſubiiciantur[s], vel quæ malum vicinum habeāt[t], ſiue rixoſum, aut aliàs proximis oneroſum[u]. videtur enim hæres dolo feciſſe, qui talia prædia tantùm reſeruauerit, ſicut qui meliora omnia alienat[x], vel partem ex ſingulis decidendo patrimonium immi-
nuit[y], vel ita illud intricauerit, vt quid in eo ſit,
II. diſcerni nequeat[z]. Huc quoq; pertinet, ſi res alienauerit, quæ alteri ſpecialiter fuerint legatę. nō enim eas eligere, & in quartam imputare poteſt[a], ſi aliunde ſuum ſeruare poſſit[b]. quod Ale-

e d. l. Titia. ſ. eo.
b l. in fideicommiſſariam ſ. tit. ii.
c l. centurio. de uulg.
d d. l. quod autē. d. l. cum quo. in fi.
e d. l. Marcellus. §. res, quæ.
f l. ſi. §. ſed quia. C. commu. de leg. Abb. c. Rai. de teſtam.
g l. ita tamen. §. ſi ex Trebel. ſ. tit. ii.
h Bald. d. l. filium, quem. uerſ. ulteriùs quæro.
i d. l. Marcellus. §. res, quæ.
K l. ſi culpa. de rei uend. §. i. Inſt. de offic. iud. §. i. uerſ. & ſine fruſtratione.
l l. iii. §. itē quæri. de reb. ſcor. l. ſi ſeruus. de euict.
m l. uinum. ſi cert. pet.
n d. §. ſed quia. ubi Doctor. dixi l. peto. §. fratre. de leg. ii.
o d. §. ſed quia. & ſeq.
p d. l. ii. C. quando quart.
q Bald. conſil. clxxxiiii. in v. ccclxiiii. in iii. Alex. 3. lib. iii. Aret. xix.
r l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. de re iud.
s gl. l. ii. uerb. ſuſpectam. ſol. mat.
t l. ſi conuenerit. in fi. pro ſocio.
u l. ſi ſeruos. in fin. de pig. act. l. ſi bene. de uſur. x l. omnes. §. Lucius. quæ in fraud. cred. y d. l. ii. C. quando, & quib. quart. pars. z l. ſumma. de pecul. a d. l. ii. C. eo. b l. pater. ii. reſponſo. de leg. iii. Caſt. conſil. ccxlvii. in i. uol.



xander hîc tradit, & receptiſsimum eſt[c]. Qua ratione nec in rebus alienare prohibitis, & in caſum alienationis alteri relictis deducitur Trebellianica[d]. quod hodie certiſsimum eſt[e]. Sed quid, ſi hæres nolit ſibi quartā in re alienata imputare, ſed malit pretium, quod accepit, conferre, & de ſingulis rebus, vel alibi quartam deducere? & non eſſe audiendum arbitror[f]. nec enim pretium ipſum eſt hæreditarium, vt fideicōmiſſarius dodrantem ſuum in eo recipere teneatur, niſi tamen litis æſtimationem ſecundum ſuprà ſcripta ſolutam intelligamus[g]. Quid, ſi rem alienatam redemerit, an hoc poſſit, vt eam fideicommiſſario obtrudat? & Imola hîc poſſe exiſtimauit, quod & Pontanus probat. ſoluit enim ſpeciem, ad quam tenebatur[h]. Quæ ſententia receptior eſt, & nobis placet, licet Angelus & Alexander quandoque diſſenſerint[i]. nec enim ex prima alienatione ius aliquod fideicommiſſario quæſitum videri poteſt[k], ideoque nihil impedit quin redimi res poſſit[l]. Sed pro quo pretio rē alienatam imputabit? & puto ſecundum communem æſtimationē. id enim verum eſt rei pretium[m]. nam ſicut ſi plures alienaſſet, hoc fideicōmiſſario non proficeret, ſed induſtriæ hæredis tribueretur[n], ita ſi minoris iuſto pretio diſtraxit, ipſi hæredi, non autem fideicommiſſario nocere debet: idque & Oldradus ex facto reſpon- IIII.
dit[d]. Cæterùm addit hîc Bartolus, huiuſmodi alienata in imputatione Falcidiæ poſt fructus eſſe. Tunc ergo imputabūtur Falcidię, ſi hæres tot fructus non perceperit, qui Falcidiæ ſufficiant. Etenim † conſtat fructus pendente fideicommiſ- 23
ſi conditione ab hærede perceptos Trebellianicæ imputari[p], niſi is hæres ex liberis primi gradus ſit rogatus liberis ſuis reſtituere, in quibus ſpecialiter traditum eſt, talem computationem inſtar legitimæ non admitti[q], ſed eorum lucro cedere. Sed quid, ſi hæres malit quartam in rebus hæreditariis, & fructus, ſeu eorum pretium reſtituere? & Iacobus, Oldradus, Rain. Paulusque cenſuerunt, id hæredi concedendum eſſe, quia lex ei quartam in corporibus hęreditariis in primis aſsignat[r], idque & Claudius probat: & Barto. Imola, Raphael, & Pontanus aliter ſentiunt, & etiam inuito hæredi fructus in quartam cedere exiſtimarunt. Ego, ſi æquè commodè in corporibus hæreditariis ſatisfieri poſſit hęredi, priorem ſententiam ſequor: aliàs in poſte-
riorem tranſeo. Addit Socinus, cùm teſta- V.
tor alienationem extra familiam prohibuiſſet, vt in familia relinqueretur, ſi hæres alicui ex familia donauerit, talem alienationem illi in quartam non imputari[s]. Mouetur quibuſdam rationibus ſatis leuibus, & quas Recentiores vbique improbant[t], illa eſt ꝓbabilis, q donatarius hāc rem non ab ipſo hærede cenſetur habuiſſe, ſed à teſtatore[u], non debet hæredi imputari[x]. Nec refert, q ſuo nomine donauerit[y], cùm electio ad ſe pertineret, cuius electionis reſpectu videtur ipſe dediſſe, licet iuris intellectu teſtator. Quid, VI.
ſi hæres ob æs alienum teſtatoris alienauerit, an nocebit id fideicommiſſariis? & ſi fideicommiſſum ſit purum, non puto eis nocere, niſi conſenſerint[z], vel iure creditoris euictus ſit fundus[a]. habet enim creditor hypothecarius electionem[b], quæ electio non magis eſt hæredis, quàm fideicommiſſarii, cùm vterque pro rata ad pecuniam teneatur[c]. Quid in fideicommiſſo conditionali? & videretur idem dicendum.

L. 91.
In quartā.
III.
c Iaſ. d. l. filium. quem.
d l. filiusfamiliâs. §. diui. ubi Iaſ. &. not. de leg. i. ii. lect.
e auth. ſed in ea. ubi Bald. C. eod.
f arg. l. illud. §. Iulianus. de don. inter uir.
g l. Mæuius. §. eū, qui. de legat. ii.
h l. ſi fundū per fideicommiſſum. in princ. de leg. ii.
i d. §. res, quæ.
k l. iii. ſ. de ſer. export.
l arg. l. ex hoc. §. ſi quis. de alien. iud. mut.
m l. in lege ult. in fi. ſ. eod.
n l. iiii. in i. ſ. eod.
o Oldr. conſ. cvij. tertio dub.
p l. in fideicōmiſſariam. ſ. tit. ii.
q l. iubemus. C. ad Treb.
r d. §. hæres ex aſſe.
s Socin. d. §. res, quæ. & conſ. cxiiii. in iii.
t hic, & Crotus repet. d. §. diui.
u l. unum ex. §. i. ſ. de leg. ii.
x l. pater filium. ſ. eod. ubi Alex.
y l. ſi tibi dederim. de donat.
z d. l. ſi fundum. per fideicommiſſum.
a l. j. C. de uend. pig.
b l. creditoris. de diſtrac. pig. l. ſi filiusfamiliâs. §. diui. de leg. i.
c l. i. & ii. C. ad Trebel.

quod de alienatione ex cauſa, Trebellianicæ fa-
cta ſuprà diximus, vt liceat hęredi pro ęre alieno
diſſoluendo alienare[a], eaq́; ſic alienata diminuat
fideicommiſſum [b], niſi mala fide facta ſit aliena-
tio, vt ſuprà dixi, & quia aliunde potuiſſet ſatiſ-
fieri creditoribus.

ne in quartam ei im-

Vnde ſi hæres inuē-
tarium non cōfece-
rit, pręſumetur potuiſſe ſatisfieri, & retractabitur
alienatio: quod Bartolus cenſuit [c], & ex facto re-
ſpondit Socinus [d], idq́; puto ſimpliciter verum,
ſiue non cōfecerit, quia voluit, ſiue quia lege mu
nicipali ſublatum eſſet inuentarij beneficium [e].
non enim ideo debuit illud non conficere, ne a-
liàs videretur pecuniam hæreditariam ſuppilaſ-
24 ſe[f]. Videamus † nunc, quid de legitima iure na
turę debita reſpondendum ſit, an vna in re dedu
ci poſsit? & conſtat legitimam hanc ex ipſa ſub-
ſtantia patris deberi [g], & non in vna certa re, ſed
ex ſingulis rebus trientem eum deduci[h]. Non er-
go aut ipſe eligere vnam rem, aut hęres ſcriptus,
niſi ex communi cōſenſu poſſunt, ſed iudicis of-
ficio res ſunt aſsignandæ [i], hæcq́; eſt communis
ſententia [k]. Nec me mouet quorundam ratio, q;
25 † filius in legitima creditor ſit [l]: ergo debet poſ-
ſe eligere [m]. Addūt alij [n], & quidem hypotheca-
rium creditorem eſſe. ſi enim pro legato lex hy-
pothecam inducit [o], quātò magis pro legitima?
Reſpondeo, creditorem impropriè eſſe, & hypo-
thecam nullam pro ſupplemento legitimæ dari,
cùm hypotheca ſecūdum voluntatem teſtatoris
detur: at ſupplementum contra voluntatem ac-
26 cipiatur [p]: ideoq́; † ad ſupplementum non actio-
ne ex teſtamento, ſed conditione ex lege agatur,
quæ merè pſonalis eſt. quod alibi docui [q]. Hinc-
que infertur, non † poſſe filium propria auctori-
27 tate aliquam rem pro ſua legitima occupare [r].
quod ſi fecerit, ſatis defendi poteſt incidere in
conſtitutiones, quæ vim & ſpoliationem puni-
unt[s]. quod hîc aliqui diſputant [t]. Non pro-
Lim. I. cedūt ſuprà ſcripta, qn̄ pater filium vniuerſalem
hęredem ſcripſiſſet, & fideicōmiſſo grauaſſet: tūc
poteſt aliquam rem alienare, quę ſibi in legitima
imputetur [u], ſecundum ea, quæ ſuprà diximus[x]:
poteſt & ſibi ipſi ſoluere, cùm ſit creditor, & vnā
II. rem deligere [y]. Non procedit rurſus, quando
pater filium in legitima inſtituiſſet: quia propter
vim verbi *Inſtituo*, cenſetur ei permiſſum, vt pro-
pria auctoritate rem accipiat [z]: ideoq́; in pœnas
violenti poſſeſſoris non incidet[a], niſi tamen hæ-
rede vniuerſali exiſtente in poſſeſsione, ipſe hoc
faceret. quod Curtius reſpondit [b]. Putârim ego
tali caſu, quo rem aliquam pro legitima accepiſ-
ſet, ipſo iure tutum eſſe filium in tertia eius par-
te, in reliqua verò iure exceptionis, vt eam reti-
nere poſsit, niſi hæres vniuerſalis reliquarum re-
rum tertiam ei præſtet [c]. Defendi tamen Curtij
III. ſententia poteſt, cum manu armata, vel aliter hæ
redem filium deieciſſet [d]. Sed & illud receptum
28 eſt, poſſe † patrem filio pro legitima ſua corpus
aliquod hæreditarium teſtamento ſuo aſsigna-
re [e], vt ſi hæredem eum in certa re inſtituerit. lex
enim ſimpliciter requirit, vt ex ſubſtantia pater-
na ei triens detur [f]. Quod tn̄ intelligendum, dū-
modò pater ei non aſsignet res deteriores, ſed ę-
què vtiles, atq́; illæ ſunt, quæ hæredi remanēt [g].
Vnde ſi res aliquas adſignet, quæ onus annexum
habeant, non cogetur tali iudicio acquieſcere [h],
etiamſi deducto onere integer ſibi triens ſaluus
eſſet, vt Baldus cenſuit [i]. Ego æqualitatem hanc
à Iuſtiniano inter ipſos filios exigi ſcio [k]: reſpe-
ctu verò hæredis vniuerſalis lex nihil loquitur:

putentur [d].

quia ſi filius ꝑ legi-
tima res relinquan-
tur, deteriores vtiq́;
& minore pretio cenſebuntur. nec enim vltrà æ-
A ſtimabuntur, quàm vendi poſsint [l], debebitque
hæres tanto amplius ſupplementi nomine præ-
ſtare, tametſi negari non poſsit, æquiſsimam eſſe
Baldi ſententiam, niſi cùm filius ſolus hæres ſcri
ptus eſt [m]. non poteſt enim legitimam accipere,
& hæreditatem repudiare [n], & conſequenter o-
29 nus hæreditarium detrectare. Sed † an in pecu-
nia ei legitimam adſignare poterit? & ſi pecunia
ſit hæreditaria, non eſt dubium poſſe. de ea enim
idem, quod de corpore hæreditario iudicamus.
B quod Bal. ex facto reſpōdit, & Fabianus refert[o].
Qua ratione & in fructibus, qui in hęreditate re-
perti ſint, aſsignari legitima poterit, vt frequen-
tior habet ſententia[p]. Idemque, ſi non ſit hęredi-
taria, dum tn̄ de aſcēdentiū legitima tractetur [q].
quod idem Bald. ſcripſit [r]. illis enim commen-
titio potiùs iure, quàm naturali ratione hæc le-
gitima debetur [s]. Sed ego hanc differentiam nō
temere ſoleo ſequi. Addidit alibi generaliter i-
30 dem Baldus, in † legitima quoq́; deſcendentium
C idem eſſe [t]. nam & idem videmus in Trebellia-
nica, quæ hæredi indiſtinctè in pecunia adſigna-
ri poteſt [u]: aliàs nec licere patri debuit, vt filio
mandet corpore hæreditaria vendi & imputa-
ri [x]. Nec mouet, q; lex velit ex ſubſtantia pater-
na legitimam ſolui: quia ſicut cui pars bonorū
relicta eſt, æſtimationem accipere tenetur [y], ita
& cui pars ſubſtantiæ [z]. Nec eſt veriſimile, le-
gem, quę ſupplet legitimā ex ſubſtantia [a], vo-
luiſſe etiam volūtate teſtatoris derogare, qui pe-
D cuniam ſolui maluerit. Et cùm expreſsè cautum
ſit, certam rem à teſtatore ſibi relictam cogi filiū
accipere, & legitimæ imputare [b], non ſubeſt ꝓ-
babilis ratio, cur & pecuniā accipere non tenea-
tur, quæ rei loco ſuccedit: arbitrorque ego hanc
ſententiam veram eſſe [c], licet Bartolus & alij in
contrariam partem, tāquam receptiorem, tranſ-
ierit [d]. adeò vt nuperrimè aliqui reſpōderint,
nec penſionem quidem ſuper bonis hęreditariis
conſtitutam teneri filium accipere [e]. Sed & id e-
E go probare non ſoleo, cùm talis penſio percipia
tur ex ſubſtantia paterna [f]. Quod de ſtatore IIII.
dictum eſt, ad iudicem quoq́; ꝓducitur [g], vt poſ-
ſit iudex, ſi ſibi ęquum videbitur, in vna aliqua re
legitimam filio dandam arbitrari [h]. ſi tamen ini-
què arbitratur, non erit deneganda appellatio [i].
Cæterùm dubitandū non eſt, filio volenti poſ- V.
ſe legitimam in qualibet re ſolui, adeò vt filius
pecuniam ſibi teſtamento patris relictam acce-
ptauerit, eā abſq́; dubio legitimæ imputet. quod
F Oldradus reſpondit [k].

NE IN QVARTAM EI IMPVTENTVR d. a
¶ Sed † quid imputabimus, quartę iure natu- 31
rę debitæ, quæ hodie eſt triens [l]? & differt
hæc Falcidia, vel Trebellianica: quia illæ ex
cauſa teſtamenti detrahuntur, ideoq́; in eis non
imputantur, niſi quæ ea teſtamento deſcendunt:

a d.l.pater filium. in i. de leg. iii.
b d.§.res.quæ.
c Bar.d.l.pater filium.
d Socin.conſi.50. in iii.
e Paul.Caſt.con. cccxxii, in i. uerſ. ſecundo caſu.
f Bar l.in ratione. §.quod uulgò. opp.pen.ſ.eod.
g l.ſcimus.§.repletionem. C.de inoffic.teſtam.
h gl.c.Rainaldus. de teſta.uerb.portiones.
i l.ii.ſ.fam.erciſc. §.pe.Inſtit.de officio iud.
K Alex.d.§.res, quæ. conſ.cxxxv. i.Can.d.c.Rainaldus.
l l.ſi patronus.de don.l.ſi quis legatum.de falſ.
m d.l.creditoris.de diſtr.pig.
n Picus hic.
o l.i.&ii.C.commu.de legat.
p Bald.l.ſi pater. C.de inſtit.& ſubſt. Moder.l.ſi ex toto.de leg.i. Socin.ibi.
q l.i.ſ.de leg.i.
r d l.ii.C.quādo,& quib. ubi Bart.
s l.ſi quis in tantam.C.unde ui.
t Moder.c.ſæpe.de reſt.ſpol.
u gl.in auth.de reſt.& ea, quæ parit.uerb.alienari. in ſi.
x d.§.res,quæ. Iaſ.d.§.diui.viii. not.
y l.ſiſtulas.§.i.de cōtrah.empt.Bar.d.§.Marcellus.
z Bar.l.ex facto.de hæred.inſt.
a l.non dubiū.C.de legib.ubi Alex.&Iaſ.Bald.l.ſi qs in ſuo.C.de inof.teſt.
b Curt.Sen conſil.xiii.
c arg.l.ſi ex pluribus.ſ.eod.
d l.non eſt ſingulis.de reg.iur.
e §.hæc autem.uerſ.cæterùm.in auth.ut cum de appel.
f d.§.repletionem
g §.i.in auth.de trien.&ſemiſ.

h l.ſi libertus patrono.uerſ.quid.ergo de bo.liber.
i Bar.d.l.ſcimus.dixi.l.i.de uulg.
k d.authen.de trien.& ſemiſ.§.neque illo.
l l.i.§.ſi hæres.præcepto ꝟ.tit.ii.
m d.l.ſi liberti patrono.
n l.i.de acquir.hæred.
o Fab.auth.nouiſsima.x.quæſt.C.de inof.teſt.
p l.centurio.ubi dixi,de uulg.
q d.l.ii.uer.vel æſtimatio.
r Bal.c.ſi pater.de teſta.in vi.ubi Peruſinus.
s Bal.l.i.§.ius naturale.de iuſt.& iur.
t Bal.d.auth.nouiſsima.& conſil.clxvii.in v.Fab.d.authen.
u d.l.deducta §.nummis.
x d.l.qui fundū.d.l.ſi dignum.
y d.l.nō amplius.§.ſi.ubi gl.Pet.Ray.Bald.Alb.Raph.
z d.l.i.§.iubet.uerſ.ſed ſi tantū.de col.bon.dixi l.ii.§.i.ſi cert.pet.
a d.§.repletionem.
b d.§.hæc autem.uerſic.cæterùm.
c d.l.omnimodo.uerb.aliquam quantitatem.d.l.ii.§.nouimus.in authen.neque ui.rum.
d Bar.l.ſuus quoque.in ſi.princ.de hæred.inſt.Iaſ.d.l.non amplius.§.ſi.Dec.cōſ.lxxxi.
e Steph.Betran.in extrauag.authen.clx.
conſ.lxxxii.lib.ii.
f c.conſtitutus.de relig.dom.c.i.de emphyteu.
g l.iii.§.ſed ſi proponas.de iur.dot.l.i.C.ſi in cauſ.iud.
h d.l.ii.C.quando & quib.
i l.ſi qua pœna.de uerb.ſig.
k Oldr.cōſ.exiii & clxxi.
l auth.nouiſsima.C.de inof.teſt.

at hæc



at hæc quarta ex ratione naturali debetur [a], quæ
filium à patre ali voluit [b], & poſt mortem loco a-
limentorum trientem ei dari [c]: meritò in eum e-
tiam, quod extrinſecus à teſtamento venit, impu
tatur. Nec mouet, quòd filio omnino aliqd iure
inſtitutionis relinquendū eſt[d]. quia hoc verū eſt,
vt teſtamenti forma ſeruetur [e]. Quod verò ad le-
gitimam hanc attinet, quilibet titulus ſufficit [f],
quod & Bar. hîc ſentit. Conſtituenda ergo eſt re-
gula, vt quicquid ex ſubſtantia patris recipitur,
in hunc trientem imputetur [g], quoquo relicti ti-
tulo habeatur [h], etiam ſi ex cauſa donationis, ſed
inutilis, quæ ſola morte confirmetur[i]. Idem, etiā
ſi datio ſit vtilis, & inter viuos, dū tn̄ ob cauſam
facta ſit, vt dotis, donationis ꝓpter nuptias, vel
Declar. I. militię [k]. Quæ regula etiam in quarto patrono
debita procedit [l]. argumentamur enim in iis tā-
quam ſimilibus, niſi quatenus euidens aliqua ra
32 tio differentiæ nos repelleret. Videtur † autem
ex ſubſtantia patris proceſsiſſe, quod eius con-
templatione filio ſit relictum [m]. Vnde cùm frater
meus filiæ meæ dotem contemplatione mei de-
diſſet, reſponſum à Caſtrenſe atq́; Alexandro ex-
tat, debere illi in legitimam imputari [n]. nam pro-
fectitia dos eſt, quæ patris cōtēplatione datur[o],
& lex etiam, quod ex occaſione datur, imputat[p].
II. Rurſus videtur ex ſubſtantia patris profectum,
quod alterius fuit, qui patri conſenſit, vt res præ-
ſtari poſsit[q], veluti ſi pater filio fundum alienum
legauerit, & domini conſenſu is fundus præſte-
tur. nec enim dubium, à patre profectū videri [r]:
quicquid hîc Picus dixerit, cuius ſentētia defen-
di poteſt, quando ille conſenſus, ſi patris cōtem-
platione factus cenſeretur, eſſet inutilis [s]. Si er-
go filius talem fundum acceptauerit, imputabit.
An verò teneatur acceptare, ſuprà diſputauimus.
III. Sed & beneficiaria, emphyteuticaq́; videntur ex
ſubſtantia patris proficiſci: ideoq́; imputari de-
bere. Aut enim loquimur in feudo, quod ꝓ ſe &
hæredibus pater ſit ſtipulatus: & abſq́; dubio res
ꝓcedit, omneſq́; conſentiunt [t]. Aut de eo quæ-
rimus, quod patri & filiis quæſitū ſit: & cùm cō-
templatione patris etiam filiis cōceſſum ſit, ſub-
eſt eadem ratio imputationis. tale enim feudum
nouum eſt [u], in quo pater filiis, ſi velit, obeſſe po
teſt, putà illud alienando [x], vel in manibus do-
mini eiurando [y]. Sicut ergo militia à patre ac-
quiſita imputatur [z], ita & tale feudum, quod nō
aliud, quàm militia eſt [a]. Quòd ſi feudum anti-
quum ſit, quia non ex patris, ſed exprimi clien-
tis prouiſione quæritur, ſecus eſſet, nec ex pater-
na ſubſtantia haberi cēſeretur. quod Ang. Raph.
Paulus tradiderunt, & Alexander reſpondit [b]: &
ego verum eſſe arbitror, niſi beneficium hoc an-
tiquum pro ſe & hæredibus cōceſſum eſſet. cùm
enim filius illud conſequi nequeat, niſi ſit patris
hæres [c], apparet patris contemplatione deferri,
IIII. ideoque & imputari [d]. Sanè & quod conditio-
nis implendæ cauſa ex bonis teſtatoris hæres fi-
lio dedit, imputandum eſſe Bartolus hîc ſentit,
vt ſi quis hæredum Titium inſtituit, ſi filio certū
fundum, vel pecuniam hæreditariam dederit [c].
nec enim tunc filius aduentitio caſu habere vide
tur: quia aut non adimplebitur conditio, & filius
ab inteſtato totum capiet: aut adimplebitur, &
certus eſt legitimæ ſuæ, non autem fortuitò eam
conſequitur, idq́ue Fulg. ſentit [f], & Angelus hîc
tradidit, quoties corpus hæreditarium cauſa im-
plendæ conditionis dandum eſt. quamuis aliud L.91.
Accurſio viſum ſit [g], & Imol. Alexanderque diſ- In quartā.
ſentiant, & velint generaliter datum cauſa con-
ditionis implendæ non imputari tanquam ad-
uentitium, atq́; incerto iure debitum [h]. Quæ ſen
tentia defendi poteſt, cùm conditio non in hæ-
redis, ſed in legatarij alicuius perſona concepta
eſt: alioquin durum eſt non eſſe ſaltem exceptio
ne tutum hæredem, qui conditionem adimple-
A uerit, & filio ſoluerit [i]. Et hæc quidem ſecun-
dum regulam procedunt, ex cuius verbis appa-
ret excipiendos eſſe duos caſus. Primus eſt, vt
† quod ex ſubſtātia patris non capiatur, legitimę 33
non imputetur [k]. Hinc eſt, quod filius, qui fra- I. Exemplū.
tri pupillo ex pupillari ſubſtitutione ſucceſsit, il
lius hæreditatis commodum legitimæ non im-
putat: quia non propriè patris illa eſt hęreditas,
ſed fratris [l]. Sic † & quod pater fideicommiſ- II.
ſo poſt mortem rogatus, reſtituere filio tenetur, 34
B in hanc rationem non venit: quia non ex ſubſtan
tia paterna, ſed primi teſtatoris ꝓcedit [m]. Quod
ego arbitror verum, etiam ſi pater alium potuit
eligere. non enim ideo minùs à primo teſtatore
res deſcendere cenſetur [n]. Qua ratione & ſi pa-
ter grauatus ſit, quod ſupererit, reſtituere, quar-
tæ fideicōmiſſum nō imputabit [o], niſi fortè qua-
tenus ſuprà neceſsitate legis reſtituerit [p]. Et III.
† generaliter lex definit [q], id, quod ex ſubſtitu- 35
tione accipitur, ſi ex paterna ſubſtantia nō ſit,
C haudquāquā imputari. Quibus verbis apparet,
quod ex vulgari ſubſtitutione capitur, imputan-
dum eſſe: quia illud ex paterna ſubſtantia eſt, &
pro rata legitimæ conditio reiicitur [r]. Quod e-
go verum arbitror, etiam ſi vulgaris ſubſtitutio
in legato rei paternæ facta ſit, ſi legatarius repu-
diauerit. Quod ſi legatum agnouerit, verior erit
Bartoli [s] ſententia, vt ſubſtitutionis conditio in
damnum legatarii non reiiciatur, qui in ſubſidiū
tantùm & pro rata tenetur, cùm legitimam hæ-
D res ipſe principaliter præſtare debeat, vt infrà vi-
debimus. Subiicitur ibi [t], & quod iure accre- IIII.
ſcendi capitur, non imputari. Quod intelligen-
dum, ſi ex paterna ſubſtantia non ſit, vt quia le-
gauit filio fundum, cuius ſolam proprietatē ha-
bebat, vel reliquit filio portionem prædij ſibi ab
aliquo coniunctim legati, & collegatarius repu
diauit [u]. Qua ratione ſi filius, cui actio ad ſup- V.
plementum competebat, interim hæredi, vel le-
gatario ſucceſſerit, quod hoc nomine capit, legi-
E timæ non imputabitur, quia non à patre hoc ha-
bet, vt Bartolus ait [x], ſed legis beneficio [y]. Con-
fundentur tamen actiones, quatenus ille, cui ſuc
ceſsit, ſibi debebat [z]. Cæterùm & ſi pater ali- VI.
quid filio debuit, putà maternam dotē, vel quid
ſimile, id non imputabitur. nec enim ex paterna
ſubſtantia eſt, quod Baldus reſpondit [a]. Sic & VII.
quæcunq́; aduentitia, quæ filius acquiſiuerit, ad
legitimam non pertinēt. Vnde & lucrum à filio-
familiâs factum ex paterna pecunia, nō imputa-
F tur, quatenus aduentitium eſt, id eſt quatenus ar
bitrio iudicis induſtriæ ſuæ deberi viſum erit [b]:
vel quatenus lucrum illicitū fuiſſet [c]: vel eo tem
pore à filio factum proponeretur, quo patria po-
teſtate eſſet liberatus: putà, emancipatione [d]: vel
morte, vt qa poſt mortē patris ex pecunia hęredi
taria eſſet negotiatus, q; Bald. ait. q; ſi filius no-
mine patris ſēper negotiatus fuiſſet, tūc id lucrū

a l.fi.ꝟ.de bon.dā.c.Raynaldus.de teſtam.
b c.ius naturale.diſt.i.
c l.Titio.§.Titio genero.de cond.& demonſt.
d §.aliud quoq́; capitulū.in auth.ut cùm de appel.
e l.antep.de lib.& poſth.
f d.auth.nouiſsima.l.Papinianus.§.ſi quis mortis.de inof.teſt.
g d.§.repletionem.&l.omnimodo.in ſi.C.eod.tit.
h d.auth.nouiſsima.
i Doct.d.l.filiū, quem.l.antepen.C.de do.inter uir.l.ſi donatione.C.de collat.ii.reſponſ.
k l.quoniam nouell.d.l.omnimodo.§.fin.
l l.etiam.§.pe.de bo.lib.
m l.ſed ſi plures.§.in arrogato.de uulg.
n Paul.conſ.cxx ſi dicta Cornelia. Alex.clxxix.in v.
o l.profectitia.ſ.de iur.dot.
p d.l.omnimodo. ubi Salic.uerb.occaſione militiæ.
q d.l.v.uer.ſiue iuſſerit alium.
r l.non dubium.§.ſi.de leg.iii.
s l.ſi ſeruus communis.ſ.de don.inter uir.
t Bal.d.§.imputari.
u Alex.conſ.xxviii.in v.
x Alexan.conſil.xxviii.in v.c.i.an agn.c.i.ſi uaſal.feud.priuet.
y Bald.cōſ.ccxv.proponitur.in ii.
z d.l.omnimodo.§.fin.
a Alex.l.ſi patroni.in princ.ꝟ.tit.ii.
b Alex.conſi.viii.lib.iii.conſ.lxxxix.lib.iiii.
c Bart.l.ut iuriſiurādi.§.i.de oper.lib.
d Alexand.conſil.xix.& xxvi.lib.v.
e d.l.etiam.§.pen.l.Papinianus.§.ſi conditio.
f Fulg.d.§.repletionem.

g gl.d.l.filium, quem.ubi Bald.v.oppoſ.
h d.§.repletionē.l.Paulus.i.de reb.dub.
i Arg.l.Neſennius.ſ.eod
K d.§.repletionem.
l l.i.§.ueteres.de acquir.poſſ.ubi not.
m l.cohæredi.§.cùm filiæ.de uulg.
n d.l.unum ex familia.d.l.pater filium.ſ.eod.
o l.Titius.ꝟ.tit.ii.
p d.authen.contrà rogatus.C.ad Trebel.
q d.§.repletionem.
r d.l.quoniam in prioribus.
s Bart.ꝟ.quæſt.ult.& con.xxxiiii.
t d.§.repletionē.
u §.ſi eadem.inſt.de leg.
x Bart.hic in fin.leg.
y l.qui fundi.§.qui filios.ſ.eo.l.ſi fuerit.§.i.de leg.iii.
z l.debitori C.de pact.
a Bal.con.57.ga illud.uol.i.
b Socin.conſil.xcii.in i.Corn.lviii.in iiii.
c l.quod ſeruus.de acquir.poſſeſſ.
d l.fin.C.de collat.Bald.d.§.imputari.

profectitiũ eſſet, ideoq; imputaretur[a]. quod Bal. Ang. Pontanus reſponderunt[b]. Hinc infertur,

VIII.

36 vt † multò minùs Caſtrenſe peculium ſit imputandum. cõſtat enim caſtrenſia non conferri[c], vt meritò nec imputari debeant. Quod & ad quaſi caſtrenſe extendunt plerique. Vnde impenſæ, quæ pro doctoralibus inſulis fiunt, non imputantur, nec libri, qui Doctoribus à patribus cõparantur, nec quæ quis impendit, vt filius ad ſacerdotium eccleſiaſticamque dignitatem prouehatur: ſiue, qui ea iure quaſi caſtrenſis peculij cenſeantur[d]: ſiue, quia propter ipſius dignitatis onera videntur dari[e]. Alter eſt caſus, cùm non teſtamẽto, ſed inter viuos pater aliqd filio dedit, nec enim hoc imputatur[f], ſicut nec in collationẽ venit[g]. cenſetur enim ex mera liberalitate profectum eſſe.

37 Donatio † ergo, quam pater filio emancipato facit, vel ei, qui deinde emancipatus eſt[h], in legitimę rationem non venit. Idemque, ſi filio in poteſtate facta ſit, dum tamen iuramentum acceſſerit, nec enim aliter valeret[i].

Ampl. I.

Quód procedit etiam ſi eam feciſſe pater affirmauerit propter benemerita. hęc enim cauſa facit, vt tanquam quid aduentitium exiſtimetur[k], vt Bar. hîc ait[l]. tantum abeſt, vt contrarium imputationis effectum operetur.

II.

Rurſus procedit, etiam ſi inde magna inæqualitas inter fratres induceretur. quod Accurſ. tradit[m]. Quę ſentẽtia receptior eſt, niſi cùm talis donatio, tanquam inofficioſa, argueretur. tunc enim potiùs in legitimã eſſet imputanda[n].

III. Rurſus procedit, etiam ſi pater donare ſe in pręmium emancipationis dixerit[o]. non enim ideo minus pura liberalitas eſt[p]: nec ideo hæc donatio ob cauſam eſt, cùm cauſa hæc fauorem donatarij reſpiciat[q], qui ſi ob pręmium habet, ſuo iure habet, videturque pater conſenſum eius (inuitus enim emancipari non potuit) remuneraſſe[r]. Hæcque eſt communis ſententia[s], quam & ego ſequor, cùm ſcilicet remunerandi huius conſenſus cauſa datum eſt: alioquin aliud eſſet, vt infrà dicam.

Lim. I.

38 Sed † quid, ſi donatio invalida eſſet, vt qui facto filio in poteſtate abſque iuramento? & tunc morte confirmaretur, & in vim donationis cauſa mortis, ſeu legati valeret[t], ideoque eſſet imputanda: quod receptior habet ſententia[u]. Quod intellige, ſi ſecuta ſit traditio[x]: quia pater donando, & traditioni vſq; ad finem acquieſcendo, videtur vim contractus in tempus mortis cõferre[y]: Cùm ergo naturam legati ſeruet, imputabitur. Sed an conferetur? & conſtat non conferri, quia legata nõ conferuntur[z], & quia in cauſam mortis cẽſetur collata, & ſic in tempus, quo patriæ poteſtatis impedimentum nullum ſubeſt[a]. At quæſita tali tempore non conferuntur, ſiue in eum caſum expreſsè collata ſit donatio[b], ſiue tacitè[c]. Quòd ſi donatio fuerit præſens, & traditio non interuenerit, non confirmatur, ſed nulla remanet[d]: ideoque fruſtrà de imputatione, aut collatione tractaretur[e]. Cæterùm & relicta teſtamento nullo, quod ex clauſula codicillari ſuſtinetur, vel in vim donationis cauſa mortis valet, ſemper imputãtur, cùm ex vltima volũtate debeantur[f].

Lim. II.

Sed & dubium non eſt donata imputari, quotieſcunq; ea lege facta eſt donatio, vt imputetur[g]. quod Bart. hîc ait. Idemq;, ſi

a l. ſi procurator. i. de acq. rer. dom.
b in auth. ex teſtamento. C. de collat. Ang. conſ. lxxxv. Rom. ccclxix.
c l. i. §. nec caſtrẽſe. de collat. bonor.
d Doct. l. ſacroſanctæ. C. de epiſcop. & cler.
e d. l. i. §. nec caſtrenſe. uerſ. ſed ad id.
f l. ſi quando §. & generaliter. C. de inoff. teſtam.
g l. illud in ſi. C. de collat.
h l. ſiue emancipatis. C. de donat.
i l. ii. C. de inoff. donat. Alex. conſ. viii. in ii.
k l. cùm oportet. C. de bonis, quæ lib.
l Do. c. cùm contingat. extra, de iureiur. Bar. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.
m gl. pen. d. l. illud.
n auth. unde ſi parens. C. de inoff. teſtam.
o Bart. l. peto. in princ. de leg. ii. Alex. conſ. ciii. in iii. 50. in vi.
p l. ſi. C. de emãc. lib. uerb. liberalitatis.
q l. i. de do. ubi Caſtr. Aret. conſ. xvij.
r l. pen. C. de emanc. lib.
s Doct. l. ut liberis. C. de collat.
t gl. auth. ex teſtamento. C. de collat. antepen. C. de don. int. uir.
u Alex. d. conſil. viii. & xxviii. in v. Corn. lxii. lxiiii. in iiii.

x l. Papinianus. ff. de don. int. uir. l. ii. C. ſi quis alter. y d. l. etiam. §. ſed ſi mortis. z l. ea demum. C. de collat. gl. d. auth. ex teſtamento. a l. quodcunque. §. ii. ubi dixi, de uerb. oblig. b l. ſi donatione. i. reſponſ. C. de collat. c l. filiæ, cuius. C. fam. erciſc. d d. l. Papinianus. e d. l. ſi donatione. ii. reſponſo. f Corn. lxii. in ii. g d. §. & generaliter. d. l. etiam. §. pen. d. l. illud. in fin.

dictum ſit, eas res illi pro ſua parte donari[h], cùm ſua pars nihil aliud ſit, quàm legitima pars[i]. Idẽ, ſi ſimpliciter res data filio eſt, nec expreſſum fuerit, quod donaretur[k]. Quæ ſententia certior eſſet, ſi res data legitimæ æquiualeret, ſicut ſuprà in computatione Falcidiæ diximus[l]. quod Socinus ex facto reſpondit[m]. Idem, ſi dictum ſit dari pro alimentis aliquid annuum. quid enim hoc à militia differt[n]? Qua ratione idem videtur, A ſi dictum ſit in præmium emancipationis dari, & appareat id propter alimenta factũ eſſe, vel ex eo quod ſecutum eſt, ita coniiciamus[o]. Quo caſu defendi Veterum ſentẽtia poteſt[p]. cùm enim legitima ipſa loco alimentorũ ſubrogata ſit, vt ſuprà vidimus[q], apparet hoc caſu ceſſare rationẽ dationis: meritò hæc donatio tanquam ob cauſam imputabitur[r]. exonerauit enim ſe pater ab alimentorum præſtatione. Idem, ſi pater filio aliquid donaſſet, hoc facto, vt hęreditati ſuæ renuntiaret[s]. B ſatis enim arguitur voluntas imputãdi. quod Salicetus cenſuit, & Alexander hîc refert. Sed & cùm auus dotem dat nepti, adiecto vt nihil vlteriùs petat, facit cenſetur egiſſe, vt in legitimam ſibi imputet, nihilq; hoc nomine à patre ſuo petat[t].

Lim. III.

Cæterùm & donationem propter nuptias, vel cauſa dotis factam, certum eſt legitimæ imputari[u]. nec enim tunc poteſt capi præſumptio meræ liberalitatis[x], cùm officium paternum ſit dotare filias[y].

I. Ampl.

C Quod procedit, etiã ſi mater id faciat. videtur enim ſuccedaneã ſe obligationi paternæ præſtare. filia certè ex mera liberalitate nihil habet, cùm omnino ſit dotanda. quæ Baldi[z] & Recentium quorundam fuit ratio.

II.

39 Qua † ratione & veſtes, & armillę, cęteraque huiuſmodi ornamenta, quæ filiæ nubenti dantur, ſunt imputanda, cùm cauſa nuptiarum dentur, & dotis appendices ſint: quod Caſtrẽſis tradidit, & non ſemel Alexander reſpondit[a].

III.

D Sed & quod pater filia monaſterium ingrediente ſuper altari ponit, eadem ratione videtur imputãdum. & hoc enim loco dotis eſt[b]. Quod intelligendum, ſi in ſimonici ambitus crimen nõ incidat[c], id eſt, ſi non ex neceſſitate pacti offeratur, quod Bart. & Bal. docuere[d].

IIII.

Idem quoque dicendum in pecunia, quam pater pro dote filiæ, cùm nubet, in Teloneo Florentino, ſeu (vt vocant) Monte pietatis repoſuerit. et hoc enim ex ſubſtantia paterna aliquo modo prouenire dicitur, vt Corn. ex facto reſpondit[e], ſuadetq; hoc E ęquitas, vt ſicut moriente filia ante quàm nubat, pecunia illi vtilitati Montis cedit, ita ſi ſuperſtes ſit, ſaltem eatenus vtilitati patris cedat, vt legitimæ imputetur.

V.

Sed qd, ſi pater teſtamento ſuo filiæ legitimam reliquerit, adiecta lege, vt dotẽ in ea compenſet? & videretur quæſtio indubitabilis, cùm etiam ſi non ſit hoc adiectũ, nihilo minùs dos imputetur. Sed Paul. Caſt. aliter cẽſuit[f]. vt expreſſa noceant, non expreſſa non noceãt: ſi F quidem dos imputatur, vt querela inofficioſi teſtamẽti excludatur[g]: at ſi in caſu noſtro nullũ eſt à querela periculum, cùm expreſsè legitima filię relicta ſit. huius ergo imputationis onus de legitima detrahetur[h]. Sed hãc ſententiã cęteri improbãt: quoniã id onus ex legis diſpoſitione ineſt: & expreſsio, quę ad maiorem cautelã fit, non debet

h Corn. d. conſil. lxiiii. in ii.
i d. l. ſcimus. in princ. ubi Bald.
k Bar. l. i. §. ſi parens. ſi quis à par. fuer. man. Alex. de l. illud.
l l. cùm quo. §. fi. ſ. eod.
m Conſ. xviii. in iiii.
n d. §. imputari.
o l. pe. C. de bon. mater. l. ſed Iulianus. §. proinde. ad Macedon.
p Iacob. Oldr. Nicol. d. l. ut liberis. Bal. d. l. illud.
q Bar. d. §. Titio genero.
r d. l. quoniam nouella.
s c. quamuis. de pactis, lib. vi.
t l. ſi adulta. C. de hæred. act. ubi Bald. & Salic.
u d. l. quoniam nouella.
x l. rem legata. ff. de adim. leg.
y l. fi. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos. de ritu nupt.
z Bald. d. l. quoniam. nouella. in ii. oppoſ.

a Alex. conſil. xxxi. in iiii. xxviii. in v. cxvii. in vi. cliiii. in vii. b Bar. d. l. i. §. ſi parens. c c. non ſatis. de ſimon. d Felin. c. eccleſia. S. Mariæ. de conſtit. Bart. l. Titia. §. i. de uerb. oblig. e Corn. conſ. i. in iiii. f Paul. l. ſi cùm dotẽ. §. pater. ſol. matrimo. g l. i. §. quo à nobis, C. de rei ux. act. h l. quoniam in prioribus, ubi Bald. C. de inoffic. teſtam.

contra-



Lim. IIII.

contrarium operari. qua de re alibi[a]. Enimuerò & illud diſertè conſtituit Iuſtinianus, vt legitimę imputentur, quæ pater pro militia filio empta impendit, quęq; filius ex hac occaſione pcepit[b].

40 Erant † aũt militiæ certi reditus[c], qui ex liberalitate principis[d] plebi tantùm Romanæ, nõ ſeruis, vel clariſsimis per tribus diuidebantur[e], idq; viritim, nec enim licebat vni plures teſſeras habere[f], pertinebantq; ad alimenta. vnde & tribus quandoq; vocantur, & teſſeræ[g]. Harum aliquæ & vendi & ad hæredes tranſmitti poterãt[h]: aliquæ nõ niſi certis caſibus, putà ob ſenium, vel ægritudinem[i], poterant: & ideo ex caſu vocabantur[k], pertinebantque maximè ad officiales[l], vnde & ſtatuti dicebãtur. Sanxit ergo Iuſtinianus, eas, quæ vendi & trãſmitti poſſunt, legitimæ imputari. cùm enim vice alimentorum legitima in bonis patris ſucceſſerit, vt ſuprà vidimus, hiq; annui reditus ad alimenta pertineant, pater eos emendo tacitè videtur egiſſe, vt legitimę imputẽtur. Sic & loci menſę Genuenſis, quã Georgianã vocant, à patre pro filio empti videntur imputandi[m]. Sic inquit Bart.[n] & quod impenſum eſt pro officiis municipalibus, putà cuſtodiæ carcerum, portarum, ſigilli, buleutici, Zigoſtatici, & ſimiliũ imputaretur[o]. etenim huic reditus menſtrui, vel annui percipiuntur, ſolentq; vẽdi, poſſuntq; militiæ appellari[p]. Sed quid de officiis Romanæ curiæ? putà ſcribatu apoſtolico, vel regeſti, cura bellarum, ceratici, & ſimilibus? & Paul. Caſtr. idem eſſe cenſuit[q]: at Nicolaus Vbaldus cõtrariũ ſenſit[r]: quia talia officia nec venduntur, nec ad hæredes tranſmitti poſſunt abſq; Pontificis conſenſu[s]. Sed cùm vulgò & citra vllam difficultatẽ ſoleant Pontifices huiuſmodi reſignationes admittere, vero propior eſt Pauli ſententia[t], quam & aliqui hîc ſequuntur.

Lim. V.

41 Sed † an quod pater pro filio ſoluit, ſit imputandum? & ſi ex neceſſitate ſoluit, vt quia lege municipali pater pro filio condemnato exigeretur, nõ eſt dubitandũ, quin imputari debeat[u]. non enim poteſt capi præſumptio meræ donationis[x]. Idem, ſi ſoluit in caſibus, quibus diſpoſitione legis pater pro filio fideiuſsiſſe intelligitur[y]. Sed quid, ſi ſoluit litigando, dum enim à crimine vult excuſare, vel dũ pecunia pacẽ ab offenſo redimit, vel dum ob inimicitias, culpa filij contractas abſentem maiore impendio alit? & Bart.[z] ſentit non imputari: ſed receptior ſententia ſtat cõtrà, qa cauſa filij ne vexaretur, & tutiùs ageret, pater fecit. ergo non poteſt videri mera liberalitate vſus[a]. Vnde & ſtante ſtatuto, vt in hæreditate patris filij eſſent ęquales, putârim poſſe patrem hanc ſummam filio imputare, ſufficereq; hac in re probationes cõiecturales, quibus paterna aſſeueratio confirmetur[b]. Si tñ filius mandante patre deliqſſet, tũc non imputaret. quod Ang. hîc ait, & probabile eſt. Rurſus putârim leuem aliquam impenſam imputãdam non eſſe, tanquam videatur pater ex mera liberalitate feciſſe[c]. nam & licet libri, quos pater filio ſtudiorum cauſa tradidit, aliquibus caſibus in legitimam imputentur, vt Bartolus ſcripſit[d], tamen ſi in iis modica impenſa facta ſit, nulla eſt imputatio, quia propter mutuam cõiunctionẽ,

a Alex. d. §. ſi pater.
b d. l. omnimodo. §. imputari.
c l. Lucius. i. de leg. ii. l. pe. §. pen. & ſeq. de leg. iii.
d §. optimum. in auth. de exhib. reis. l. patronus. de leg. iii. l. fi. C. de inoff. teſt.
e d. l. patronus. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. eod. tit.
f l. Titia Seio. in princ. de leg. ii.
g d. l. patronus. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. i. de iudic. l. mortuo. §. i. de leg. ii.
h l. fi. C. de pig. in auth. conſ. cxxxvi. Græcis authen.
i l. fi. uerſ. altero.
K d. §. optimum. & in auth. de æqual. do. §. quia uerò.
l l. unicuique. C. de prox. ſac. ſcrin. lib. xii.
m in auth. conſtit. clx.
n Bart. d. §. nec caſtrenſe.
o in l. fi. C. de pond. lib. x. l. fi. ſ. de munic.
p l. fin. C. de iur. om. iud. l. fin. C. de inoffic. teſt. l. aduocati. C. de diuer. iud.
q Paul. d. §. imputari.
r Tract. ſucceſ. ab inteſt.

s l. apud Iulianũ. §. conſtat. de leg. i. t l. quidam relegatus. de reb. dub. Iaſ. d. §. conſtat. u l. Stichus. de pecul. leg. ubi Bartol. x d. l. rem legatam. de adi. leg. y rub. C. de filiisfa. & quemad. pat. lib. x. Doct. l. cùm filiis. in princip. de uerb. oblig. z Bart. d. l. Stichus. a d. l. quoniam nouella. l. hæredes. §. ſi filius. fam. erci. Fab. d. authen. nouiſſima. viii. q. ix. part. b arg. l. etiam. §. i. de man. uind. Sali. l. ſi maternaliter. C. de contrah. empt. Alexand. d. l. ſi donatione. c d. §. & generaliter. d Bart. d. § nec caſtrenſe.

L. 91.
In quartã.

& ex qualitate rerum prẹſumitur donatio[e]. qđ Oldradus, Baldus, Salicetus cenſuerunt[f]. & receptiſsimũ eſt. vnde apparet hodie, cùm magna ſit librorum vtilitas, rarò imputationem hanc fieri.

42 Sed † quid, ſi auus pro nepte ex filio dotem dedit, an filius eam ſibi in legitimam imputabit? & Cin. cenſuit imputandum, quem alij ſequuntur[g]. verum enim eſt eam prouenſſe à bonis aui[h], & perinde eſt, ac filio data & per filium nepti tradita eſſet[i]. A nam & videtur æs alienum filij hoc eſſe, quod pater diſſoluit. ergo (vt ſuprà dixi) eſt imputandum[k]. Nec quicquam mouet, qđ die mortis aui dos ad patrem reuerſa adhuc nõ eſſet, quod Aretinus ait[l]. nam noui ideo minùs verũ eſt pro filio ſoluiſſe patrẽ, vt aliqui hîc aiũt. & ſuprà ſcripta ratio in emancipato procedit, nõ in ſuo, vt eſt noſtra quæſtio. Nec rurſus mouet, quod dicitur, auũ dotare neptem teneri, ſi pater propter paupertatem id facere nequeat[m]. verum B quidem hoc eſt, non principaliter, ſed propter filium[n]. ideoq; imputetur, vt Herculanus ait, qcquid hîc Alexander, Recentioreſque comminiſcantur. Hinc apparet, quod vulgò dicitur, res ab auo nepti datas aduentitias cenſeri[o], non procedere in his rebus, quas pater præſtare tenebatur. tunc enim videtur auus pro filio, quamuis diuite, ſoluiſſe, ideoque profectitium cenſetur[p], ſicut & videmus profectitiam credi dotẽ, quam auia materna nepti dederit: quia pro filiæ obli- C gatione dediſſe cenſetur, ideoque ſi parenti ſuccedere neptis vellet, conferre tenebitur[q]. Nec obſtat, quod alibi lex ait, dotem nepti datam nõ cenſeri in bonis patris, ideoque non conferri[r]: quia reſpondeo eam legem non loqui de re, quæ ab auo prouenerit, ſed quam quis à ſe emptã filię ſuæ in dotem dederit[s]: & ſecundum hanc ſententiam Decius quoque ex facto reſpondit[t], dum tamen non proponeretur auum cõtemplatione ipſius neptis expreſsè dediſſe[u]. quæ ſola & vera D eſt limitatio ſuprà ſcriptæ concluſionis[x]. Videretur autem etiam nomine neptis & nõ filij dediſſe, ſi dos adeò magna eſſet, vt legitimam filij nimis extenuaret, non ſi intra tertiã legitimæ filij eſſet[y], vt hactenus videatur pater fuiſſe ſoluẽdo. Et ita intelligi atque defendi Alexandri ſententia hîc poſsit. non enim debet plus patri imputari, quàm ipſe daturus fuiſſet[z]. Sed an neptis ſibi in legitimam, quæ ex bonis patris debetur, imputabit? & Alexander hîc ait imputari. E quod & receptius eſt[a]. cùm enim eam ipſe imputet patri ſuo, vt ſuprà dixi, æquum eſt, vt & ſibi vice mutua à filia reputetur, tanquã ex bonis ſuis proceſſerit[b]. Quæ ſententia certa eſt, ſi nomine filij auus ſoluerit[c]. Idemq; receptũ eſt in caſu dubio, cùm non conſtat, quo nomine datũ ſit. Quod ſi appareat cõtemplatione neptis datã eſſe, ſecus eſſet, vt quia neptis nomine genero auus ſoluiſſet[d].

Lim. VI.

Sed quid, ſi pater filiæ dotem dedit, an eam dotem nepotes ex ea ſibi in legitimam ab auo debitam imputabunt? F In qua quæſtione in primis pro regula cõſtituẽdũ videtur,

43 vt † talis dos ipſi nepti in legitimã imputetur. ꝓuenit enim ex aui ſubſtantia[e], & ex ipſius facto atq; occaſione[f].

I. caſus.

Quod qbuſdã caſib. certiſsimũ eſt. Et in primis, cùm dos data filię, illi donata nõ eſt, ſed ius patris & communio actionis remanſit

e l. utrum. ſ. de donat. inter uir.
f d. l. filiæ. famil. erciſc.
g Cin. d. l. ſcimus. quæſt. v. Angel. Alex. Mod. hic.
h d. §. repletionem. d. l. quoniam nouella. in fi.
i l. dedit. ſ. de collat. bon.
K Bar. d. l. Stichus.
l l. filium. de collat. bon. l. i. in fin. de collat. dot. Aretin. conſil. xvii.
m Bal. auth. res, quæ. C. commu. de leg.
n d. l. dedit.
r l. quæſitum. ubi gl. in princ. de leg. i. gl. l. vi. §. interdum. de acquir. hæred. Alex. conſ. viii. in iii. lib.
p d. l. dedit. l. profectitia. §. ſi filius. ii. de iur. dot. Bar. auth. ex teſtamento. C. de ſecun. nupt.
q l. ut liberis. C. de collat. Iaſ. l. fi. eod. tit.
r l. pater. ſ. de euict. Aret. conſil. xvii. in fi. Picus. hic.
s d. l. filium. d. l. i. in fi. de collat. dot.
t conſ. lxxxi.
u Bart. d. l. dedit. Bald. d. auth. ex teſtamento.

x l. auus. ibi, neptis nomine. ff. de iur. dot. y arg. l. cùm quo. §. fi. ſ. eod. z arg. d. §. ſi filius. a Bart. conſil. cxxxi. Ang. lxxviii. & ſeq. b d. l. quoniam nouella. in fi. c d. l. dedit. ibi, propter me. & ibi, meo nomine. d d. l. auus. de iur. dot. e d. l. quoniam nouella. f d. l. omnimodo. in fi.

ſalua[a]. tunc enim nepotibus erit imputãda. qua in re omnes conſentiũt[b]. Quod & in donatione ꝓpter nuptias aliqui reſponderũt. paribus enim paſſibus cũ dote hæc ambulat[c]. Et huius rei hæc eſt ratio, quia cùm in bonis aui propter communionẽ actionis dos eſſet, non poſſunt eã nepotes habere, niſi ex eiꝰ ſubſtãtia: meritò imputabunt[d]. Qua ratione & idẽ dicendũ eſt, cùm pater ſtipulatus eſt dotẽ ſibi, aut filiæ reſtitui. adhuc enim videtur locus eſſe imputationi, cùm hæc ſtipulatio A ad terminos iuris referatur. quod Anch. reſpon-

II. dit[e]. Idemq; ſi dotẽ hanc pater reddi filię, & eius liberis ſtipulatus eſt. & hoc enim caſu certũ quoq; eſt imputationi locũ eſſe, cùm liberi ex ꝓuiſione aui hoc cõſequantur, qui quod ſibi abſtulit, illis dedit. quod & Cornæ. reſpondit[f], generaliterq; eſt verũ, quoties filij ex ſtipulatione a-

III. uita tanquã filij vocarẽtur[g]. Amplius hoc procedere Bar. ait, etiã ſi conſuetudo Martini obſeruetur, qua exiſtentibus filiis dos ad patrẽ nõ reuertitur[h]. B videtur enim cõſuetudo à patre in nepotes transferre. vnde tanquã ab eo habeant, ſibi imputare in legitimã debent. quę ſentẽtia cõmuniter approbata eſt[i]. pater enim ſibi ſpecialiter in talẽ caſum nõ ſtipulando, videtur iuxta cõſuetudinis formã nepotibus datũ noluiſſe[k], cumq; id ob cauſam datũ ſit, erit à nepotibus imputandũ. lex enim ob dotis cauſam data vult imputari[l], nec diſtinguit, à quo imputentur, à filia, an à C nepotibus. Bald. tamẽ quandoq; aliud ſenſit, & ex conſuetudine dotẽ ad nepotes pertinere, nõ ab auo, ſed continẽter à matre ſua tradidit. quod & Raph. & Caſtr. maluerunt[m]. quæ ſententia cõmuniter reprobata eſt[n]. Hinc conſequens eſt nõ poſſe matrẽ in damnũ filiorũ de dicta dote diſponere, quò minùs integra ad eos ſecundũ conſuetudinem perueniat[o]. quod rationibus iuris congruit, niſi cõſuetudo ad eos, tanquã hęredes

IIII. matris, dotem deferat. quod infrà attingã. Sed quid, ſi dos iſta ad eos, tanquam matris hæredes, D pertineat? & Bar. hîc dubitat: alibi verò cẽſuit nõ eſſe imputandã[p], quia à matre, non, non ab auo habere tunc videntur, cenſeturq;, quod ad auum attinet, eſſe quid aduentitiũ[q], ſecuti ſunt hanc ſententiam pleriq;[r]. Fuere tamen, qui contrariũ exiſtimarent, & adhuc hoc caſu imputandã dotẽ faterentur[s]. lex enim dotem filiæ datã imputari ait[t], nec diſtinguit, qua lege data ſit, adeò vt etiã ſi pater eã filiæ donauerit, ea diſpoſitio procedere debeat. Sicut ergo ipſa mater ſibi eam imputa E ret, ita & filij matris hæredes[u]. nam & talem dotem nepotes matris hæredes, cùm auiæ maternę ſuccedere volunt, conferre tenentur[x]. ergo & imputare debent[y]. Adde, ꝙ ſicut ſi pater filiæ & liberis ſtipulatus eſt, ſuprà diximus eſſe imputationi locũ, ita videtur, ſi dictũ ſit reddi filiæ & hæredibus, cùm exiſtẽte patre filia ſolos liberos hęredes habere ab inteſtato poſsit[z]. Expreſsit er- F go, quod tacitè inerat. vnde nullius differentiæ hæc expreſsio eſſe debet[a], Nam & tempus, quo dos filiæ data eſt, loco temporis paternæ mortis ſubrogatur. quod Iac. & Bal. tradiderunt[b]. Sicut ergo ſi nepotes poſt mortem aui eã dotem percepiſſent, ſibi imputarẽt, ita & imputanda eſt, cùm eo viuo eſt data: ſuadetq; hoc æquitas, ne filij hæredes eam imputationem recuſent, quam mater detrectare nõ potuit[c], vt cùm ea cauſa dos apud eos ſit, cùm qua penes matrem remanebat, ſicq; ius iſtud imputationis in legitima faciendę, etiã hæredem obliget[d]. Quamuis ergo nepotes non

a l. ii §. i. ſol. matr. b Bar. hic. Alex. & Mod. l. illam. C. de collat. c d. l. quoniam nouella. Steph. Bertrand. conſil. ciii. in ii. p d §. repletionẽ. d. l. quoniam nouella. in fin.

e conſ. ccclxvi. f conſ. cxc. lib. ii. g l. Caius. ſol. matrim.

h gl. l. dos à patre. C. ſol. mat. i Alex. hic. & cõſil. cxlii. in ii. xxii. in iiii. clxxix. in v. k Bart. l. hæredes. §. cùm ita. ad Trebel. l d. l. quoniam nouella. m Bald. d. l. illam. Raph. Com. conſ. x. Caſt. conſil. ccl. circa prin. n Dec. conſil. clxxxi. o Bal. l. conſtitutionis. C. de bo. quæ lib. Alex. l. poſt dotem. q. v. ſol. matrim.

p Bart. d. l. poſt dotem. q. v. ad fin. p d. §. interdum. ubi gl. r Alex. & Mod. d. l. illam. s Paul. Caſt. d. l. illam Fab. d. authen. nouiſsima. q. vi. parte ix. t d. l. quoniam nouella. u l. ii. §. ex iis, de uerb. oblig. x d. l. illam. ubi Caſt. l. ut liberis. eod. tit. y d. l. quoniam nouella. z auth. in ſucceſſione. C. de ſuis. & legit. a l. iii. de leg. i. b Iac. l. pactum, quod dotali. C. de pact. Bal. l. quamuis. C. de fideicõmiſ.

c l. poſtulante. ad Trebel. d l. ſi maritus. C. de colla. ubi Dec.

ab auo, ſed à matre hanc dotem habeãt, attamen cum onere imputationis habẽt, ſicut & mater ipſa habebat, & quod ad hãc qualitatem attinet, perinde eſt, ac ſi ab auo haberent. Et ita Caſtrenſis, Fabianuſque exiſtimarunt[e], quod & ego ſequor, quoniã mihi videtur hæc ſententia æquior eſſe, rationeſq;, quas Bar. pro ſua opinione adducit, hoc quoq; caſu locũ habent[f]. Alij tamen diſtinguunt, & non imputari hoc caſu dotem cum A communi ſententia fatentur, niſi cũ nepotes iſti ex perſona matre, ſeu, vt rectiùs loquar, in gradũ matris ſuccedunt[g], vt quia cum patruis, auunculis, materteris concurrant[h]. tunc enim omnino imputare debẽt, ſicut & mater ipſa imputaret, vt hîc Imo. ait, quod Caſtrenſis verũ eſſe contendit, cùm vi cõſuetudinis nepotes admittuntur[i], non cùm tanquã hęredes matris. Alij verò ſimpliciter intelligunt vtroq; caſu: quod & Bal. & cæteri faciunt[k]. Ego generaliter imputandũ cenſeo. ſi e- B nim tunc imputatur, quando perſonã matris repręſentant, conſequẽs eſt, vt ſemper imputetur, quia ſemper repręſentant, etiam ſi cum aliis nepotibus concurrant[l]. quod & alij cenſuerũt, & Herculanus atq; Sannazarius hîc probant. Vnde infertur, vt etiam ſi tota actio ſit filiæ, vel ex ſtipulatione paterna[m], vel ex ſtatuti diſpoſitione, adhuc eã nepotes imputare debeant, qui tanquã matris hæredes ſuccedunt, licet Caſtrenſis & alij C diſſentiant[n]. Et cùm poſsit dos aduentitia etiam à patre dari[o], videtur pater, qui eam filiæ & eius hæredibus reddi ſtipulatus eſt, dotem aduẽtitiã conſtituiſſe: quia quod in nepotes ab auo prouenit, aduentitiũ eſt: & hoc caſu Martini ſententiã nõ ex conſuetudine tantùm, ſed ex iure procedere[p], vt alibi docui[q]. Quæ quamuis aduẽtitia ſit, tamẽ & confertur, & imputatur, cùm de eius hæreditate tractatur, à quo prouenit[r]: idq; arbitror ego veriſsimũ, ſi mater in patris poteſtate ſit mortua, ſeu ſi de ea teſtari non potuit, alioquin D nepotes tanquam in caſu habent, non imputabunt[s]. nã ſi dos data filiæ emãcipatæ ſit[t], quia potuit alios hæredes, quàm filios, relinquere, nõ erit imputanda: ſicq; contraria Caſtrẽſis opinio defendetur. Sed quid, ſi mater bonis paternis cum iuramento accepta dote renũtiauerit pro ſe & hęredibus, an ſaltem tunc ex cõmuni ſententia excludẽtur nepotes, nec legitimã petant? & ſi hæredes matris ſint, conſequens eſt, vt eius factũ approbent[u], ideoq; dote, ſeu bonis maternis cõ E tenti eſſe debeant, atque ea legitimę imputent. Nunquid autẽ tali pacto ab auita ſucceſsione ex-

Lim. VII. excludatur, alibi tractatũ extat[x]. Succedit iis

44 alia quęſtio, an † donata filio cum onere imputationis à nepotibus quoq; ſint imputanda? & nõ videretur. modus enim donationis in filiũ factæ habent tacitam cõditionem, ꝙ imputet, ſi cõtingat, legitimã ad ſe deuenire: quæ conditio pręmoriente ipſo filio donatario defecit[y]: ergo & F modus ei adiectus[z]: remanet ergo firma diſpoſitio, & habebũt nepotes hæc bona, quia regulariter deficiente modo, non tamen diſpoſitio deficit[a]. quod Imo. hîc tradit, & Alex. probat. Sed

45 † Iac. Bal. Angel. cęteri aliter ſentiunt[b]. & imputari volunt, ſicut & pater, cuius ſunt hęredes, imputare teneretur. quam ſententiã & ego ſequor. cùm enim auus declarauerit erga filium, velle ſe eam imputationẽ fieri, multò magis erga nepotem id voluiſſe præſumitur, nec aliàs fuiſſe daturus[c]: & cùm facultas adimplendi conditionem tali ca-

e Paul. d. l. illam. Fab. d. auth. nouiſſima. vi. quæſt. ix. part. f d. l. illam. d. l. quoniam. g Bald. Cornæ. d. l. illã. Alex. cõſ. cxliii. in ii. Salic. d. §. repletionem. h §. ſoluto. uerſ. ſi uerò filiorum. in auth. de nupt. Salic. d. §. repletionem. i Paul. Caſt. d. l. illam. K Bald. Cornæ. d. l. illam. Anch. ccclxv. Caſt. liii. Cor. cxc. in ii. uol. l d. l. Papinianus. §. quoniam autem. de inoff. teſt. Salic. d. auth. nouiſsima. q. vi. Fab. v. q. iiii. part. m l. inter. §. cũ inter. de pact. dot. Bart. d. l. poſt dotem. n Paul. d. conſil. ccl. o l. filiæ dotem. C. de collat. p gl. d. l. dos à patre. q l. ii. §. i. ſolut. matrim. r d. l. ut liberis. d. l. illam. d. l. quoniam nouella. s d. l. qui fundum. §. qui filios. ſ. eo. Bar. hic in fin. t d. l. v. §. ſi is. ubi Iaſ. u l. cùm à matre. C. de rei uend. Bald. conſ. lxxxix. in fin. uol. i.

x l. qui ſuperſtitis. ubi Bartol. & Caſt. de acquir. hær. Alex. conſ. xxix. circa fin. iii. uol.

y l. i. §. ſi impuberi. de col. bon. Alex. conſ. xciii. lib. iii. in fin.

z Bar. d. l. qui ſuperſtitis.

a l. pater §. Tuſculanus. de leg. iii. gl. l. ſi poſt §. & generaliter, iiſdem. quando dies leg. b Alex. d. conſ. clxxxii. in i. c d. §.



tali caſu in hęredem tranſeat, multò magis id ius adimplendi modi eũ obligare debet[a]. Nec obſtat, quòd Doct. aliud ſentiant in dote, quam filius, tanquam hæres, à matre accepit. quia etiam ſi verum id ſit, quod ſuprà negaui, tamen non ita arguitur in dote mens aui, ſicut in caſu noſtro, in quo expreſsè actum proponitur, vt imputationi ſit locus. At in dote tacitè tantùm auctoritate legis ea imputatio fiebat[b]: mihique placet hęc ſententia, tametſi & Salic. eam non probet, niſi cùm nepos cum patruis ſuccedit, id eſt, quãdo in locum patris ingreditur. Exiſtimandũ ergo eſt, huiuſmodi res cum onere ſuo tranſiuiſſe[c]. Poteſt tamen prior ſententia defendi, quãdo nepos haberet à patre, qui aliter potuiſſet inſtitui:

Lim. VIII. ſuprà dixi[d]. Sed rurſus quæritur, an † id, quod

46 priuignus à vitrico beneficio edictalis conſtitutionis auocat, ſuæ legitimę imputetur? & videtur nõn imputari[e], ſed priùs legitimam filio dandam eſſe, deinde reſiduum iuxta eius legis tenorem diuidendum[f]. cùm enim vtrumque remedium filio competat, nõ eſt credendum aliud in alio includi[g]: ideoque edictalis conſtitutionis prouiſio eam, quæ ad legitimam pertinet, non impediet. quam ſententiam & Bal. & Angel. Caſtren. Socin. Dec. approbarunt[h]. Ego tamen ſemper dubitaui, quia quod auocat filius, tanquã ex parẽtis ſubſtantia auocat: ergo imputari debet[i]: & lex omnino ſaluam filio legitimam eſſe iubet, quando filius minimum habet, id eſt, minùs triẽte ſuo: & ita etiã loquitur Accurſius[k], quem communiter Doctores ſequuntur, non ſi plus. alioquin lex non illi filio tantùm, ſed omnibus deductionem priùs ex legitima faciendam diceret, vt meritò non videatur ante partes pręcipienda legitima[l]. quod & Veteres ante Bar. cenſuerũt[m], & non pauci alij tradiderunt[n], & ex facto Anch. & Alex. reſponderunt[o], & de iure verius hoc eſſe Raph. Com. atteſtatur[p]: Fulgoſ. verò nihil decernere audet[q]: alibi contrà[r]. Illud certius conſtat, lucrum dotis, quod marito propter vxoris adulterium defertur, in legitimam filiis non imputari, quoniam in pœnam criminis defertur, nõ tanquam ex materna ſubſtantia, quod Bald. do-

47 cuit[s]. Supereſt, vt videamus, quid † ad ſupplementionem hanc teneatur, hæréſne, ad etiam legatarij? & videtur hæredem ſolùm teneri[t]. ſuppletio enim hæc condictione ex lege inducitur[x]. at condictio, actio in perſonam eſt, quæ non legatarium, ſeu ſingularem ſucceſſorem perſequitur[y]. Quæ ſententia certior eſt, cùm de legatario quantitatis tractatur. is enim nihil hæreditarium poſsidet. nec enim pecuina ab hærede ſoluta, ipſa eſt hæreditaria[z]. ergo tali actione etiam ſi in rem ſcripta eſſet, non conuenietur[a]. Quòd ſi legata ſit ſpecies hæreditaria, tamẽ idem eſſet. nec enim eam petere filius debet, ſi in aliis bonis ſalua ſibi poſſet eſſe legitima[a]. Et cùm (vt ſuprà vidimus) boni viri arbitrio deducenda ſit, perrarò bonus vir arbitrabitur ad particulares ſucceſſores manus porrigendas, niſi tamen quando



a l. ii. C. de pact. inter empt. Bart. l. ſi decem. de uerb. oblig.

b d. l. quoniam. c l. Pomponius §. cùm quis. de acq. poſſ. l. Caius. de man. d l. qui fundũ §. qui filios. e l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. uerſ. ita tamẽ. Bar. l. i. C. de inof. dot.

f gl. §. optimè. in auth. de nupt. ubi Iac. de Beluiſ. g l. quoties. de act. & oblig. h Paul. conſil. clxxiii. Soc. dxxv. in iiii. Dec. ccxlvi. l d. §. repletionẽ. k d. §. optimè. uerb. quippe. l gl. Fulg. l. pen. D. de ſec. nup. m in d. l. i. C. de inoff. donat. n Pet. Iac. Cin. Ray. Bart. g. Salic. d. l. hac edictali. o Anch. ci. Alex. clviii. p conſ. cix. q d. auth. ad eos. r conſ. xcvii. s Bal. c. i. extrà, ut lite non conteſt. t §. cæterùm. in auth. ut cùm de appellat.

u gl. d. l. omnimodo. x §. appellamus. inſtit. de action. y l. i. §. ſi hæres ſ. tit. ii. z d. l. deducta §. nummis. ubi Bart. a l. iii. in fi. ad exhib. b Bart. l. i. de rer. diuiſ. Ang. cxxxi. Mod. in l. filiusfamilias §. diui. de leg. i.

hęreditas legatis eſſet exhauſta, adeò vt aduerſus hæredem ſeruare ſuum filius nequeat[c]. Nam & tali caſu, cùm hæreditas ſoluendo non eſt, creditoribus in legatarios actio non denegatur[d]. Idem ſi hæreditas quidem ſoluẽdo ſit, ſed filij interſit trientem potiùs aliunde accipere, ſi aliqua ratione iudici hoc ſederit. quod (vt dixi) facilè concedendum non eſt. Cenſuerũt aliqui aduerſus legatarios filium audiendum[e], ita tamen, vt illis hæres reſarciat, quod filius hoc nomine euicerit[f]. Vnde apparet actionem aduerſus legatarios ſubſidiariam eſſe, ſiue ea condictio in rem ſcripta ſit, vt Bald. ait[g], ſeu ſimpliciter ſit perſonalis, vt Angel. & Imol. malunt. quãuis lex tali caſu eã ad legatarios extendat[h], ſicq; intelligendum videtur, quod Bart. & Paul. ſcripſerunt, eam eſſe in rem[i]. Quid igitur, ſi hæres abſq; beneficio inuentarij adierit? & videtur eũ duntaxat conueniri, cùm hæreditas iuris inter- C pretatione ſit ſoluendo. quod Angel. ſcripſit[k]. Sed quid, ſi hęres detrectat legitimam ſoluere eo prętextu, quòd alienũ æs ſit priùs deducendum? Et putauerim id, de quo liquidò conſtat, ſtatim deducendum: de reliquo ſoluendam quartã pręſtita à filio ſatiſdatione, quod ſupra legitimã ſolutum inuenietur, reſtitutum iri[l], ſicut & in Falcidia dicimus. nec enim tali colore diutius filiũ

48 differri oportet[m]. Quod † ſi ſtatuto mulier reſpectu maſculorum hæredum ſit excluſa, an ſaltem poterit à legatariis ſupplementum legitimæ pe- D tere? & videretur poſſe, per ſuprà dicta: ſed contrà[n], cùm legatarij euictionis cauſa agere aduerſus hæredem maſculum poſsint[o], effectu maſculus tenetur[p]. Reſpon. intelligenda eſt concluſio, quãdo aduerſus hæredem nullus eſſet regreſſus, vtque etiam ipſe hęres ſolam legitimã haberet, & cũ beneficio inuentarij adiiſſet: quod aliàs reſpondi. Quomodo autẽ, quod ex ſubſtitutione filius cepit, ſit imputandum, ſuprà declaraui.

L. 57. Hæredes mei. §. Cùm ita.

## Ad Senatuſconſultum Trebellianum.

LEX LVII. PAPINIANVS *lib.* VIII. *Reſponſorum.*

HÆredes mei, &c.

¶ Cùm ita *a* fuerat ſcriptum, FIDEI FILIORVM MEORVM COMMITTO, VT SI A QVIS EORVM SINE LIBERIS PRIOR DIEM SVVM OBIERIT, PARTEM SVAM SVPERSTITI FRATRI RESTITVAT. B

c l. ſi libertus ſub. §. libertus. de bon. lib. d l. ſi §. libentia. i. C. de iur. delib. e Bald. authen. præsbyteros. C. de epiſc. & cleric. f l. ſi domus §. i. de leg. i. g Bald. authen. præsbyteros. C. de epiſc. & cler. h d. §. libertus. i d. §. repletionem. d. §. libertus. k Ang. l. Papinianus. §. ſi conditio. in. de inoff. teſt. l l. i. in princ. & §. i. ſ. tit. i. m l. ſi. C. de pet. hæred. n d. §. libertus. p d. l. ſi domus §. i. p l. quod dictum. de pact.

E

# Ad S. C. Trebellianũ.

*Rubrica* †.

† lib. 36. tit. j.

*L. 57. Hæredes mei. §. Cùm ita.*


1 *Dictionis diſtributiuæ reſtrictio.*
3 *In fideicommiſsis pluralis numerus reſoluitur ſecundum caſus ſingulares.*
6 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
7 *Conditionale fideicommiſſum non tranſmittitur.*
F 8 *Limitationes regulæ textus.*
9 *Explicatio caſus de ſubſtituti admiſsione.* 10.
11 *In vulgari ſubſtitutione an ſufficiat conditionem in perſona iſtius exiſtere? & quid in precariis.* 12.
13 *Præſumptionis mentis & verborum teſtatoris in excludendo ſubſtitutum par ratio.*
14 *Subſtitutio pluribus copulatiuè facta, eadẽ eſt cũ ſimplici.*
15 *Caſus omiſſus diſpoſitioni legis relinquitur.*


§. CVM ITA *a.* ¶ Diſtributiua coniunctim ſenſus, in cõditione fideicommiſsi appoſita, pro ſeparata accipitur, ſi ita mens teſtatoris ſuadeat.

verba enim fideicōmiſſi, quibus vocabatur Claudia, erant, *Si vterque deceſſerit.* quæ dictio *Vterque*, eſt diſtributiua ſenſus compoſiti, quia ſolidum cuique attribuit, & quidem ſimul[a], & tamen pro diſtributiua ſeparata accipitur, perinde ac dictū fuiſſet, *Si alter deceſſerit*: vel, *Vter eorum deceſſerit*[b]. Sed quę ratio eſt, vt contra vim verborum & propriā diſtributiuæ dictionis vim, hanc interpretationē accipiamus? præſertim in conditione voluntaria[c]: & hîc ſimpliciter dicitur, ex coniectura mentis teſtatoris hoc procedere, nec ea coniectura ſatis videtur Doctoribus noſtris fuiſſe explicata.

o l. pen. C. de impub. Bar. l. hoc articulo. in fi. de hæred. inſtit.
b l. Titius & Seius. de hær. inſtit. l. pen. in princip. de ſec. tabul.
c Bart. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm. ſ. de lib. & poſthu.

A

I. Intellectus.

1 Ergo † Paulus Caſtren. ex ſubſtitutione reciproca eam colligi exiſtimauit, nam cùm teſtator ſeparatim de ſingulis locutus ſit, & priori ſubſtituerit ſuperſtitem, conſequens eſt, videri Claudiam poſteriùs, ſeu nouiſsimè decedenti ſubſtitutam: videturque teſtator dictionem *Vterque*, ſecundum factum, quod contingere ſperabat, appoſuiſſe, vt ſi primus decederet, admitteretur ſecundus: ſi verò & ille decederet, vocaretur Claudia. Hincq́; infert poſt quoſdā Veteres Socin.[d], non eſſe legi noſtræ locum, ſi nulla prorſus reciproca ſubſtitutio adfuiſſet. Alexander hanc reciprocam ſubſtitutionem haudquaquā perpendi in lege noſtra hîc tradit[e]. Negari tamen non poteſt, quin vehemens coniectura ex ea oriatur, vt infrà oſtendam. Nec tamen verum eſt, ideò quòd ſubſtitutum ſit in omni hęreditate, videri nouiſſimum duntaxat grauatum, & tacitam quoq; reciprocam in caſu noſtro fuiſſe[f]. quod Caſtr. cenſuit: cùm potuerit cenſeri grauatus primi hęres in caſum, quo ſecundus decederet[g], ſicq́; omnis hæreditas erit Claudiæ quolibet ſeparatim partem ſuam reſtituente. quod & Alex. hîc cenſet[h]. Certior ergo eſt coniectura, quæ ex expreſſa ſumitur: nec quicquam faciunt leges, quas pro ſua ſententia Caſtr. adducit, quia alibi commodiùs eis reſpondi[i].

B

d Socin. hic, uerſ. ex quibus infero.
e Alex. hic in fin. & cōſ. clxxv. in v.
f l. Titia. Seio. §. Seia libertis. de leg. ii.
g l. cum, qui nouiſſimus. ſ. eo.
h Alex. in princ.
i l. uel ſingulis. ubi dixi, de uulg.

C

II. Bart. coniecturam hanc ex perſona Claudiæ ſubſtitutæ accipiendā putat, quæ neptis erat teſtatoris: item ex perſona aduerſantium ei, quos veriſimile erat noluiſſe teſtatorem nepti ſuæ præferri. ſed & hic intellectus non ſat verbis legis noſtrę congruit, diuinatq́ue aduerſantes Claudiæ non fuiſſe tales, qui inteſtato patruo ad eius hęreditatē iure legitimo ſoli olim, hodie autem cum Claudia vocentur[k]. Pro Bart. tamen ſentētia illud vrget, quod aliàs videretur Iuriſconſultus hunc caſum rectè decidiſſe. cùm enim verba fideicommiſſi (vt hîc dicitur) deficiant, nō debuit fieri pro Claudia interpretatio, tanquam mens teſtatoris pro ea ſit, cùm de conditione volūtaria agamus[l], & veriſimile potiùs ſit hunc caſum omiſſum, & ſecūdum cauſam inteſtati iudicandum[m]. Qua ratione compulſus Bar. reſponſum id reſtrinxit, vt ei duntaxat ſit locus, cùm Claudiæ aduerſarius eſſet, vel extraneus, vel poſterior in gradu, vel etiam par: ſecus, ſi eſſet prior, vel aliàs potior legis diſpoſitione, vt quia eſſet maſculus, qui ex ſtatuto fœminam Claudiam excluderet[n]. Sed tamen negari non poteſt, quin hæc prima fronte aliena ſint à verbis legis. Sed & repugnare videtur ratio, vt qui par in gradu ſit, pari quoque effectu non cenſeatur vocatus[o]. nam nec exprimit Iuriſconſultus, qualis neptis eſſet hæc Claudia. Quid enim, ſi ex filia eſſet, quæ cùm cognata duntaxat eſſet, ab agnatis maſculis in legitima ſucceſsione excludebatur[p]? Sed tamen Bart. ſententia communiter recepta eſt, reſpondétq́; Doctores contrariis

k Inſtit. de leg. ag. ſucceſ. §. cæterùm. l. pe. uerſ. uel qua ratione. C. de legit. hæred.
l l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. de lib. & poſthu.
m l. commodiſſimè. de lib. & poſthum.
n arg. d. l. Gallus. §. i.
o Bar. l. Lucius. q. 3. uerſ. præterea. de uulg. & pupil.
p d. §. cæterùm: & Inſtit. de ſuc. cog. in princ.

rationibus ſat probabiliter, vt infrà videbimus.

III. E quidem † à verbis legis facilè non recedam, & coniecturā ab eo ſumi interpretabor, quòd cùm voluerit teſtator omnem hæreditatem ad Claudiam vtroq; filio moriente pertinere, idem quoque videatur voluiſſe altero moriente. Etenim regulare eſt, in † fideicommiſſis pluralem numerum ſecundum ſingulares caſus reſolui[q]: quod & infrà videbimus. Et † conſtat conditionem in ea parte valere, in qua poteſt: nec ex eo vitiari, quòd alia pars defecerit[r]. & cùm teſtator de toto locutus ſit, videtur patris caſum omiſſum ſecundū terminos iuris voluiſſe declarari, id eſt, vt argumentum de toto ad partem valeat[s], & conditio in fideicommiſſis ſecundum ipſorum naturam ſcindatur[t]. Nec obſtat, quòd Claudiæ aduerſarius & ipſe nepos erat: quia cùm ſolùm ei ab inteſtato in ſucceſsione paterna locus relictus ſit[u], apparet minùs fuiſſe dilectum nepte, quam expreſsim ad omnem hæreditatem vocauerat: quod Imol. ait. Et cùm vocatus nō ſit hîc nepos, non debet controuerſiam volūtati facere nepti nominatim honoratæ, quod & Caſtr. quandoq; ſenſit[x]. Meritò ergo ſicut hîc poſtremus omnem hæreditatē fuiſſet reſtituturus, caſu quo ad eum portio patris perueniſſet, ita ſaltem ſuam partē reſtituet. Quem ſenſum Din. Iac. Old. Rai. Alb. & Veteres alij[y] probarunt, necnō & Recentiores aliqui[z], ſicq́; lex noſtra ſimpliciter accipietur, ſecundum tamen caſum ſuum, quando reciproca præceſsiſſet, vt infrà dicam. Idem tamen, etiam ſi nulla adeſſet, Imola, Alexanderque tradiderunt.

2
3
4

q l. ſi §. pen. de leg. ii. l. Lucius. §. Caio. ſ. eo.
r l. imperator. §. ſi centum. de leg. ii. l. vi. ubi dixi, de leg. i.
s l. ſi duo. in fin. de adm. tut. l. quæ de tota. de rei vend.
t l. qui concubinam. §. ſi Stichus. de leg. iii. l. falſa. in i. de condit. & demonſt.
u gl. d. l. Lucius. ii. de hæred. inſt.
x Caſt. d. l. pe. C. de impub. in lect. Bon.
y Pet. Salic. Iac. But. d. l. pen.
z Ripa hic.

I. Ampl. Nec reciproca, quæ ad excluſionem Claudię concepta eſt, contrarium effectum operari debet, vt ſcilicet ea magis admittatur[a]. qua de re nos infrà.

a l. legata inutiliter. de adi. leg.

II. Itemque accipietur qualiſcunque eſſet Claudiæ aduerſarius, etiam ſi talis maſculus, qui ex lege municipali fœminam in ſucceſsione aui, vel patrui excluderet. tēpore enim Papiniani excludebat ab hæreditate aui materni ex parte, ab hæreditate patrui in totū[b], quicquid hîc Bar. tradiderit. Sed tamen etiam in hoc propter eius auctoritatem, quē plerique ſequūtur, amplius deliberandum eſt. Vnde Recentiores aliqui tres hoſce intellectus coniungendos putant, quorum mihi videtur non inarguta ſententia, vel lex noſtra aduerſus vim verborum inducta, ſecundum ſuos terminos reſtringatur.

D

b d. §. cæterùm. & §. item uetuſtas. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.

III. Itemque qualiſcunque eſſet ipſa Claudia, ſiue neptis ex filia, vt dixi, ſiue etiam non neptis. nec enim appellatio illa in facti narratione adiecta, ius mutat[c]: & ſemper ſubeſt illa ratio, vt qui nominatim eſt vocatus, magis videatur teſtatori dilectus, quam qui in ſola conditione eſt, vt ſuprà dixi, & ſecundū Veterum intellectū defendi poteſt, non ſecundum Bart. ſententiam, quam communiter Doctores probant. Si tamen non adeſſent aliqui, qui ex præſumpta teſtatoris affectione Claudiam excluderent, nihil referret, quòd eſſet extranea, licet Din. aliter reſponderit[d].

E

c gl. l. i. C. quando non pet.
d Din. conſi. xxxviii.
e l. ſi pluribus. de leg. ii. ubi Bart.
f d. §. Seia libertis.
g l. Titia. ubi Alex. ſ. tit. ii. gl. l. Lucius. de leg. i.

F

IIII. Item † etiā ſi ſimpliciter *Hæreditatem*, dixiſſet, omiſſa dictione *Omnem*. ſignum enim vniuerſale verbi communis naturam non mutat, & † indefinita vniuerſali æquipollet[e], & perinde eſt, ac ſi *Totum*, dixiſſet[f], licet propter defectum conditionis in primo ad ſecundi partem duntaxat vocetur: quo caſu & portio ſua poteſt hæreditas dici[g].

5
7

V. Itē etiam ſi non diſtributiua, ſed coniunctiua vſus eſſet: putà, *ſi ambo, ſi filij mei, ſi Titius & Seius deceſſerint*[h], quod omnes tradunt.

h d. l. ſi §. pen. d. §. Caio.

VI. Itemq́; etiam ſi teſtator dictione



dictione diſtributiua vſus non eſſet, ſed ſimpliciter dixiſſet, *Poſt mortem vltimi volo Claudiam totā habere*, de quo mox dicam, quicquid hîc Ruinus cōminiſcatur.

VII. Addit Imol. idem eſſe, etiā ſi Claudia ſubſtituta eſſet in portione vltimi decedentis: quia adhuc ſubeſt illa ratio quòd teſtator voluit totum ad eam pertinere, cùm portionis appellatione etiā pars illa comprendatur, quā cohæres per fideicommiſſum acquiſiuit[a]. Secus ait eſſe, ſi ſubſtitutum in portione hęreditaria eſſet. nec enim fideicōmiſſum hæreditatis appellatione continetur[b]. Vnde hoc caſu ceſſaret legis noſtræ ratio, quod Ang. Caſt. Alex. cæteri tradiderunt, & eſt ſentētia cōmuniter recepta.

a l. Marcellus. §. quidam liberis. ſ. eod.
b l. ſi Titius ex parte. de leg. iii.

VIII. Ego etiam ſi teſtator dixerit, *Si vterq; ſine liberis deceſſerit, hæreditatem vltimi decedentis ad Claudiam pertinere volo*, defendi poſſe diſputando arbitrarer adhuc legi noſtræ eſſe locum, tanquā ipſe teſtator pluralem numerū in ſingularem reduxerit, & ex coniectura mentis fideicommiſſum appellatione hęreditatis voluerit comprændi[c]. Itemq́;, etiam ſi nō appareat, quod voluerit comprændi. cùm enim Iuriſconſultus hîc à fortiori argumentetur, non tamen ideo infertur, quin & per argumentum à pari idem dicamus[d], idq́; ſat probabile eſt. Socinus tamen omnino ſuprà ſcriptis aduerſatur, & non ſolùm quando in portione hæreditaria vltimi ſubſtitutum eſt, non eſſe legi noſtræ locū cenſuit, quod communiter receptum eſt, ſed etiam ſi ſimpliciter ſubſtitutum in portione ſit, non adiecto *Hæreditaria*: quia tunc maximè filij primi cēſentur in conditione poſiti, vt Claudiam ab hęreditate vltimi excludant, cùm reſpectu hæreditatis primi eā non excludant, quæ nec vocata eſt. Sed ego ad hos filios non eſſe reſpiciēdum arbitror, qui in conditione poſiti, non fauore ſuo principaliter. ſed fauore parentum ſunt[e]: vt ſcilicet parētes, qui ſimpliciter in omnem caſum alioquin grauati fuiſſent, ab onere fideicommiſſi liberentur, ſi cùm filij deceſſerint. quod Caſt. & Aretin. reſponderunt[f]. nec enim quicquā à teſtatore habent ij filij, ſed à lege. vnde & grauari non poſſent, & eis iniunctum fideicommiſſum non valet[g]. Et illa conditionis verba, *Si vterque ſine liberis*, &c. etiam ſuprà ſcripto caſu nihilo minùs intelligentur, vt ſingula ſingulis aptētur[h], quod aliqui[i] hîc docuerunt.

c l. liberto. §. filium. de ann. leg. Bar. d. §. quidam liberis. & hic ii. not.
d l. ſi ſocer. in gl. ſol. mat. ubi autē. de uerb. obligat.
e l. filiusfamiliâs. §. cùm quis. de leg. i.
f Paul. conſ. clii. i. Aret. conſ. i.
g l. ſed & ſi ſic. ubi Bar. de leg. iii.
h Bar. d. l. ſi mihi & Titio, in fi. de uerb. oblig. uerſ. ſed quando conceditur.
i Ruin. & Ripa.

IX. Addit Bal. quem & cæteri ferè ſequuntur, ſi in caſu legis noſtræ nulla facta eſſet reciproca ſubſtitutio, ſed ſimpliciter ſcriptum, *Si vterque filiorum ſine liberis deceſſerit, hæreditatem Claudiæ reſtitui volo*: & primus ſine liberis deceſsiſſet, ſed extraneum hæredem ſcripſiſſet, cōfeſtim ad eius partem Claudiam admittendā. nec enim ei obſtat frater ſuperſtes, cùm teſtamento excluſus ſit. procedet ergo & hoc caſu lex noſtra. Quod multò magis dicendum, ſi inſtituti à primo teſtatore extranei eſſent. nec enim impediet ſecūdus Claudiam, cùm nullum ius inteſtato ſuccedendi

QVOD SI VTERQVE SINE LIBERIS DIEM SVVM OBIERIT, OMNEM HÆREDITATEM[a] AD NEPTEM MEAM CLAVDIAM PERVENIRE VOLO: defuncto altero ſuperſtite filio, nouiſſimo autem ſine liberis, neptis prima quidē facie propter cōditionis verba nō admitti videbat̄: ſed A cùm in fideicommiſſis volūtatem ſpectari conueniat, abſurdum eſſe reſpōdi, ceſſante prima ſubſtitutione[b] patris, nepti petitionem denegari, B quā totam[c] habere voluit auus, ſi nouiſſimus fratris quoque portionē ſuſcepiſſet[d].

L. 57. Hæredes mei. §. Cùm ita.

reſeruatum extraneo videri poſsit[x]. Sed hac de re infrà dicetur: obſtat enim diſtributiuæ vocis proprietas.

OMNEM HAEREDITATEM *a.* ¶ Propter vim dictionis *Omnem*, ſunt qui exiſtiment induci reciprocam ſubſtitutionem inter cohæredes. nec enim nouiſsimus omnē reſtituere poterit, niſi priùs habeat. habere autem non poteſt cēſeri ex volūtate teſtatoris, niſi mutua ſubſtitutio inducatur[l]. & ita Caſtren. hîc cēſuit, aduerſus quē ſunt legis noſtræ verba, quibus apparet reciprocā expreſsim factā. quod ſuperfluum eſſet, ſi ex dictione *Omnem*, induceretur. Sed hæc quæſtio hîc impertinens eſt, ideo alibi attingenda[m].

a
k Bal. d. l. pen. & Curt. iun.
l d. §. Seia libertis.
m l. uel ſingulis. de uulg. ubi dixi.

b
7

C CESSANTE PRIMA SVBSTITVTIONE *b.* ¶ Ceſſat enim, quia † ius fideicommiſſi conditionalis ad hæredes non tranſmittitur[n], ne quidem filios, vt receptior eſt ſentētia: quicquid hîc Socin. controuertat, niſi tamen voluntas defuncti alias fuiſſe exiſtimetur[o]. cuius rei quaſdam coniecturas hîc Socin. refert: ego alibi loco ſuo attigi[p].

n gl. l. i. C. de his, qui ante aper. tab. dixi ſ. l. i. de leg. i.
o Bal. d. l. i. C. de his, qui ante aper. tab.

c

QVAM TOTAM HABERE *c.* ¶ In reſtitutione ergo fideicommiſſi etiam id cōtinetur, quod grauatus à cohæredibus ex reciproca ſubſtitutione in fideicommiſſo eſt cōſecutus. D Quod certum eſt, cùm teſtator ſigno vniuerſali vſus eſt, vt in lege noſtra, cùm dixit *Omnem hæreditatem*: quod Alex. hîc cenſet. Idem, ſi dixiſſet, *Quicquid ex hæreditate*, &c.[q] vel, *Quicquid peruenerit quoquo titulo*[r]. Idem, ſi mēs teſtatoris talis fuiſſe præſumatur, vt quia hęres extraneus hęreditatem reſtituere filiis teſtatoris iuſſus ſit[s], vel cùm de patribus ſingulorū verbo hęreditatis diſpoſuit teſtator, & deinde poſt mortem omniū grauat nouiſſimum hęreditatē reſtituere, indefinita enim vox *Hæreditatis*, E de omnibus ſuprà ſcriptis partibus, & ſic de tota accipitur[t]. Quo caſu & lex noſtra intelligi poteſt. quod ex facto vterq; Raph. reſpondit, & aliqui hîc probant[u]. Sed & cùm fideicōmiſſum, ſeu prælegatū præcedit, & grauamē ſubſtitutionis deinde ſubſequitur, ſentit hîc Bar. argui mentem teſtatoris eſſe, vt fideicommiſſum, ſeu prælegatum in reſtitutione veniat, quāuis de hæreditate verba concepta ſint[x]. Sed tamē alii crebriùs diſſentiūt[y], ne facilè à vi verborum recedamus, F cùm hæreditatis appellatione non veniat fideicommiſſum, vel prælegatum[z]. Mihi quoq; hæc diſtinctio ordinis nō ſatis placet[a]. lex enim ſimpliciter dicit *Prælegauerat*[b], quod etiam ante inſtitutionē intelligi poteſt, & in ea pars hęreditaria, quæ ſecundum regulam reſtituenda erat[c], non reſtituitur propter mentem teſtatoris, qui ſolùm reſtitui voluit, quæ ex hæreditate vltra quartam hæres recepiſſet, prælegataque non habuiſſe pro hæreditate exiſtimatur[d].

p in l. Lucius. fi. de hæred. inſtit.
q l. cùm uirum. C. de fideicommiſ.
r l. cùm pater. §. fidei tuę. de leg. ii.
s l. liberto. §. filium. ubi Bart. de ann. leg.
t arg. l. quid ergo. in fi. de leg. i.
u Raph. Cuman. conſ. iii. Ripa. hic.
x Dec. conſ. 80. in i.
y gl. & Doct. d. l. cùm uirum.
z d. l. ſi Titius. d. §. quidam liberis.
a arg. d. §. fidei.
b l. Titia. ſ. tit. ii.
c l. in fideicommiſſaria §. fin. ſ. eod.
d d. l. Titia.

d

SVSCEPISSET *d.* ¶ Conditio ergo *Si vterque ſine*

*ſine liberis deceſſerit*, cenſetur eueniſſe in perſona ſecundi, qui deceſſerit reſpectu portionis ſuæ. Sed obſtat, quod alibi traditur, ſubſtitutū pupillariter, ſi vterque impubes deceſſerit, non admitti, ſi in alterius perſona cōditio euenerit[a]. tali enim caſu ſecundū regulam diſtributiua coniuncti intellectus vim ſuam ſeruat, & propriè accipitur, vt neceſſe ſit conditionem in perſona vtriuſque nō
I. deficere. Hinc apparet, ſuprà † ſcripto caſu limi-
8 tari legis noſtrę regulā, quod Accurſius, Din. & Veteres propter ſubſtitutionis pupillaris naturā procedere cenſuerunt, quæ ſecundū vim verborum intelligitur, à quibus temerè non eſt recedēdum. At in fideicōmiſſaria pluralis numerus reſoluitur in ſingulas partes[b]: quia talis ſubſtitutio diuerſos effectus reſpicit. In ea enim videtur teſtator fidem cuiuslibet grauati diuiſim ſecutus, cùm quilibet de ſua parte cēſeatur grauatus. quę ratio rectè intellecta, vera eſt, & à Veteribus com-
II. muniter approbata. At Bart. quem poſteriores frequentiùs deinde ſecuti ſunt, aliā rationem approbauit. cùm enim altero pupillorum defuncto ſuperſit adhuc alter filius, qui inteſtato fratri ſuccedit, & ex præſumpta teſtatoris voluntate ſubſtituto potior eſt[c]: nō fuit ratio, cur à proprietate diſtributiuæ recederemus, & pluralem numerum in ſingulares caſus diuideremus: & hoc eſt, quod dicitur in lege noſtra, defeciſſe cōditionem in perſona primi, & eueniſſe in perſona vltimi: quo tempore nullus ſupereſt, qui ex præſumpta voluntate defuncti ſit ſubſtituto pręferēdus. At ſuprà ſcripto caſu conditio euenerat in perſona primi, ſuperatque alter potior ſubſtituto, cuius legitimæ ſucceſsionis videtur reſeruatum[d]. Sed ego ſententiam Veterum ſequor: quoniam circa pupillarem ſubſtitutionem laborandum non eſt, quæ ſecundum vim verborum & regulas communes deciditur. ſed quęrendum eſt, cur non ita ſit in fideicommiſſaria: quod ex Veterum ratione dignoſcitur, alioquin (ſi Bartolum ſequeremur) conſequens eſſet, vt legi noſtrę non ſit locus, ſi Claudia, vel extranea[e], vel proneptis[f], vel ex filia neptis fuiſſet[g], vel ſi Claudiæ parens viueret: nec legi contrariæ eſſet locus, ſi conditio defeciſſet in perſona primi, & extitiſſet in perſona ſecundi, vel ſi duobus impuberibus ſubſtituiſſet tertium filium puberem: quod Baldus ibi, & Bartolus, Raphaelque fatentur: & tamen lex illa ſimpliciter loquitur, quod Socinus hîc adnotauit, & nos infrà attingemus. Nec obſtat, quod ex pręſumpta mente teſtatoris alter filius ſit ſubſtituto potior, quia hoc verum in ſucceſsione patris ſui[h]: at nos de ſucceſsione patrui agimus, in qua neptis fuit præferenda, quæ diſpoſitiuè fuit
III. vocata. Adiicit idem Bartolus, ex ſuprà ſcripta ſua ratione legem noſtram non procedere, ſi lege municipali maſculi filias fœminas, uel neptes excluderēt, & prior relictis maſculis deceſsiſſet. Illud enim ex præſumpta aui voluntate Claudię ſubſtitutæ præferrentur, quia verba teſtatoris eā interpretationem accipiunt, quæ iuri ſit conformis[i], præſertim municipali, quod vidētur ciues maximè cognitum habere[k]: idque, cùm dictionis diſtributiuæ proprietas non ſolùm non obſtet, ſed pro ſtatuto cōtra Claudiam ſubſtitutum ſit: ea Claudia teſtantis in ſpecie apud Papinianum relata neptis erat, ideoque propter voluntatem teſtatoris partem hęreditatis illi negandā non eſſe Iuriſconſultus ſcribit. qua de re à me libro De verborum ſignificatione primo latiùs eſt

a d. l. pen. C. de impub.
b d. l. falſa. §. fin.
c l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom. l. ſi is, qui ducēta. §. fi. de reb. dub.
d d. l. uel ſingulis.
e gl. d. l. pe. i. ſol.
f auth. poſt fratres. ii. C. de legit. hæred.
g d. §. item uetuſtas.
h d. l. cùm acutiſsimi.
i l. Gallus. §. i. ubi Do. de lib. & poſthu.
K c. i. de conſtit. in vi.

diſputatum, & hanc ſententiā Bartoli poſteriores communiter approbarunt, niſi quòd Bartolus ſucceſsionem hāc ex ſtatuto reſpectu aui intelligit: quod regulare eſt in fideicommiſsis[l]: at Socin. & Ruin. reſpectu grauati accipiunt, vt in exemplo proneptis apparet, quod in pupillari ſubſtitutione probabile eſt, in qua ipſi pupillo ſuccedit ur[m]: vel cùm de his liberis agitur, qui in cōditione ſint poſiti, quibus reſeruatum eſt ius
A patris in portione patris ab inteſtato ſuccedendi[n], quod Soc. Cornæuſq; reſponderunt[o]. Fuere tamen & qui à Bartolo omnino diſſentirēt, vt Imol. Socinuſq; hîc, quādoq; & Caſtren.[p], & reſpondit etiā Cornæ[q]. videtur enim fragilis hæc Bartoli coniectura, ideoq; facilè ab ea recedi poteſt[r]. cùm enim de cauſa teſtati tractemus, non temerè ad ſucceſsionem inteſtati reſpiciemus[s], cùm appareat teſtatorem à cauſa inteſtati diſceſſiſſe, qui Claudiam vocarit, alios nepotes ſolùm
B in conditione reliquerit. Nam & ſi duobus impuberibus pater tertium filiū puberem, ſi vterq; impubes deceſſerit, ſubſtituiſſe proponatur, licet verba legis indicēt altero decedente nō eſſe ſubſtitutioni locū[t], tamen Bartolus receptiore ſententia fatetur cōtrà eſſe, & ad cauſam inteſtati non videri habitum reſpectum[u], qua tamen in re infrà diſtinguemus. Sed & ſi extraneus pluribus filiis ſeparatim, vel particulariter ſubſtitutus ſit, videtur eueniēte cōditione in perſona vnius
C ſtatim admitti[x], nec ſucceſsionē filiorū inter ſe attendi: idq; etiam in fideicommiſsis, quicquid Paul. Caſt. quandoq; cenſuerit[y], & nos infrà attingemus. Ergo idem & in iſto caſu, quo diſtributiua, tanquam ſeparatim facta, accipitur. Nam & certū eſt tempore huius legis fœminas à maſculis excludi, ſaltem reſpectu tertiæ partis[z]: & tamē lex noſtra ſimpliciter Claudiā admittit, quæ potuit neptis eſſe ex filia. Sed (vt inquit Imol.) ſecundum ius commune nepos iſte inteſtato pa-
D truo cum nepte ſuccederet, & ſic eā in parte excluderet, & tamen neptis ſola admittitur. Sicut ergo defuncti voluntas à iure non regitur reſpectu patris, conſequēs eſt, vt nec reſpectu totius[a], & licet huic rationi reſpondeat Alexander, tamē ſatis apparet quā frigidè. Nec enim lex Iuſtiniani Bartolum adiuuat, quę ex mēte teſtatoris vltimum impuberem primo decedēti ſuccedere ab inteſtato, & ſubſtitutum excludere ait[b]. in ea enim omnino frater fratri ſucceſſurus eſt, cùm im-
E puberes liberos habere, vel teſtari, & alteri relinquere nequeat. quod in caſu noſtro non eſt, cùm poſsit tam primus, quàm ſecundus extraneū inſtituere. Vnde nullam habent eorum filij ſucceſſionis certitudinem, & ideo hæc Bartoli ſententia nō eſt admodum tuta, niſi cùm teſtator filios maſculos in conditione poſuiſſet. propter enim qualitatem maſculini ſexus videtur ad ſtatutum reſpexiſſe, quod Dec.[c] reſpondit, & aliqui hîc probant. Ego conſulendo propter communis
F ſententiæ auctoritatem ab ea diſcedere nō auderem, niſi cum aliqua coniectura aduerſus ſtatutum eſſet, vt ſi Claudia eſſet extranea, & pater proprias filias excluſiſſet: quod aliàs ex facto reſponſum vidi[d]. Cæterùm addit hîc Socinus, IIII. nec legi noſtræ locum futurum, ſi teſtator nullam hîc reciprocam ſubſtitutionem inter filios feciſſet, tunc enim à natura dictionis *Vterque*, non recederemus[e]. Sed quando facta eſt reciproca, vt in lege noſtra, vnicuique hęredum, licet deinde in cōditione vltimæ ſubſtitutionis iungātur,
tamen

l l. cohæred. §. i. de uulg. & pupil. ſubſt.
m l. ſed ſi plures. §. ſubſtitutos. de uulg. [illegible] l. re coniun. [illegible] de leg. iii.
n glo. d. l. Lucius.
o Socin. conſ. lv. & lxxxvi. in [illegible] uol. iii. Cornæ. c. xxiiii. uol. ii.
p conſ. ccclv. ſi contingat.
q conſ. liii. xci. uol. iii.
r Corn. ccii. uol. iii.
s l. quandiu. ii. de acq. hær. c. Raynaldus. & Raynutius. de teſtam.
t d. l. pen.
u Bart. hic in fin. in ult. uerb.
x arg. l. ex duobus. §. i. de uulg. Bart. l. pater filiā. §. fin. ſ. ad l. Falc.
y Paul. d. l. Lucius. §. Caio.
z d. §. item uetuſtas. d. §. cæterùm.
a l. quæ de tota. de rei uendic. gl. l. qui hominem. de ſolut.
b d. l. pen.
c Dec. conſil. xxvii.
d not. Paul. Caſt. l. i. C. de condit. inſert. probat. in arg.
e d. l. pen.



tamen collectio pro ſingulis ſui partibus accipitur[a], & ex præcedenti ſeparata declaratur ſubſequens coniuncta[b]. quod Oldr. Rain. Alberic. exiſtimarunt[c], & ſentit hîc Caſtr. Sed Imola hoc adfirmare non audet, & Alexan. ſibi nō placere ait, quos ſuprà retuli. Nam ratio Iuriſconſulti hac in reciproca ſecundum eum non videtur ſe fundare. quod tamen non arbitror verum. quod enim dicitur, Claudiam totum habituram, propter reciprocam dictum eſt[d]. Nec obſtat, quòd cùm reciproca ad excluſionem Claudiæ inducta ſit, nō debet contrarium effectum inducere[e], quod ſuprà retuli, quoniam inducta eſt ad eius excluſionem reſpectu primi decedentis, non vltimi. Minus obſtat, quòd reſtringeretur Iuſtiniani lex, vt ei locus non eſſet, ſi impuberes inuicem ſubſtituti eſſent[f]. nam hoc Socinus de plano admittit. Ego etiā ſi nulla reciproca ſit eo in caſu, cùm conditio primi defecit, vt quia pubes eſt mortuus, arbitror ſubſtitutum vltimo impuberi ſuccedere. quod Nicolaus Matareli, & Bal. & cæteri ibi tradiderunt: etſi Fulg. contrà, & Caſtr. ne minus operetur certitudo ſucceſsionis ea in lege, cū pupillus nec teſtari, nec filios habere poſsit, quàm reciproca ſubſtitutio in caſu legis noſtræ. Placet igitur mihi ſuprà ſcripta Oldr. ſententia, quæ & receptior videtur, vt legem noſtrā aduerſus proprietatem diſtributiuæ extra caſum ſuum nō extendamus, ne fruſtra videatur feciſſe lex expreſſe huius reciprocæ mentionem: arbitrorque huius ſententiæ fuiſſe Bart. cùm ſi reciproca facta non ſit. exiſtimauit Claudiā non admitti, niſi caſu, quo tota hæreditas ei deferretur, id eſt conditio fideicōmiſsi in perſona vtriuſque eueniret[g].
V. quod infrà diſputabimus. Enimuerò ex ſuprà ſcriptis generaliter Doct. inferunt, legi noſtrę locum non eſſe, cùm de pupillari ſubſtitutione tractatur. nam in ea ſubſtitutus non admittitur, niſi in perſona omnium conditio eueniat, ſupereſt enim pupillus ſuperſtes, qui pręſumitur magis di-
I. lectus teſtatori: Idq; non ſolùm procedit, cùm dictione *Vterque*, vſus eſt teſtator, ſed etiā ſi quali-
II. bet alia collectiua, vel coniuncta[h]. Idemq; receptum eſt, quando ſubſtitutio pupillaris pluribus facta eſt ſimpliciter: vt, *Si filij mei in pupillari ætate deceſſerint*, quod Bartol. hîc ſentit. ſubeſt enim ſemper illa ratio, quòd mens teſtatoris fuerit ius legitimę ſucceſsionis inter eos reſeruare[i], quicquid hac in re controuertat Socin. cuius rationibus alij reſpondent[k]. Sed & nihil refert, an
III. ſpecialiter concepta ſit pupillaris, an in compendioſa comprændatur, quod Bart. hîc docet, & cęteri probant. Sed nec, an in verbis affirmati-
IIII. uis, an verò negatiuis ſit ſcripta, ſi filij mei ad pubertatem non peruenerint, quod Corn. reſpon-
V. dit[l]. Sed & ſi in prima conditionis clauſula dictio diſtributiua, vel coniuncta apponatur, an verò in extrema diſpoſitionis parte: vt, *Ambobus, vel vtrique, vel primo & ſecūdo pupillariter ſubſtituo Caiū*, nihil referre exiſtimatum eſt[m]. Solum illud
I. refert, an ſecundus fratri ſucceſſurus non ſit, vt quia ex diuerſis matribus ſint nati, & ſuperſit mater prædefuncti, quæ germano præfertur[n]: vel ſuperſit alius frater vtrinque coniunctus[o]. ceſſat enim hoc caſu conſeruandæ legitimæ ſucceſſionis ratio, quod Bald. Fulg. Paul. Alex. cenſuerunt[p]. tametſi idem Paul. hîc diſſentiat, quoties † teſtator dictionę diſtributiua eſt vſus. proprie-
9 tas enim eius vocis omnino aduerſus ſubſtitutū eſt, & quamuis ceſſet ratio legitimæ ſucceſsio-

a arg. §. ſi quis omnem. i q. vii. cū gl.
b arg. l. qui plures. cum l. ſeq. de uulg. l. i. C. de impub.
c in d. l. pater. §. fin.
d Curt. Iun. d. l. pen.
e d. l. legata inutiliter.
f d. l. pen.
g Bart. l. quidam teſtamento. de uulg.
h l. qui duos. Doctor. l. ſi pater impuberes. de uulg.
i d. l. cùm acutiſſimi.
K Ruin. Ripa. hic.
l Cornæ. conſ. lv. pro deciſione. in i.
m Bald. l. i. ad ſi. C. de cond. inſer. Alex. conſil. xv. uol. v.
n auth. defuncto. C. ad Tertyl.
o Auth. ceſſante. auth. poſt fratres. C. de leg. hæred.
p in d. l. pen.

nis, ſupereſt tamē alia quæ ex ſermonis proprietate ſumitur[q]. Ego tamen communem ſententiam ſequor, quia ſi dictio *Vterque*, in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſcinditur, vt hîc dicitur, quæ ad onus filiorum pertinet[r], multò magis ſcindi in pupillari debet, quæ filiis eſt fauorabilis[s]. Nec me mouet Socini argumentum, qui ſicut ſola exiſtentia filiorū, quibus ab inteſtato ius ſuccedendi reſeruatum eſt, excludit à fideicommiſſo ſub-
A ſtitutum[t], ita (inquit) videri dicendū in pupillo ſuperſtite, cuius ſola exiſtentia debet ſubſtitutū excludere, quamuis aliàs ſuccedere non poſsit. Reſpōdeo, ab onere fideicommiſsi excludit, nō à fauore ſubſtitutionis pupillaris[u]. Item excludit in vtilitatem parentum, non ſuā, vt ſuprà dixi: quod à Caſtren. & Aretino reſponſum extat. At pupillus ſuperſtes ob propriam vtilitatem vocatur: quę ſi ceſſet, nullꝰ excluſioni ſubſtituti eſt locus[x]. Item excludit, non, quia ipſe ſit potior,
B ſed quia facit deficere conditionem, ſub qua vocatus eſt ſubſtitutus, quæ in mero facto conſiſtit. At pupillus ſuperſtes excludit ſubſtitutum, tanquā potior, ex præſumpta patris mente[y]. Sed II. quid, ſi ſecūdus fratri ſucceſſurus nō ſit, nō quia non poſsit, ſed quia nolit, id eſt, quia repudiauerit hęreditatem? Et putat Alexander[z] non ideo admitti ſubſtitutum, qui cōditione defectus eſt, cùm ſola exiſtentia eum excludat[a], & ſucceſsio ad cauſam inteſtati deuoluta, in cauſam teſtamē-
C ti non reuiuiſcat[b]: & quia lex noua ſimpliciter ſubſtitutum excludat altero ſuperſtite[c]. nec diſtinguit, quia non potuerit, an quia noluerit hæres eſſe. Raph. tamen, quem alij ſequuntur, contrarium tenet: quia par eſt cauſa eius, qui nō poſſit, cū eo, qui nolit eſſe hæres[d]. Et quod ad mentem teſtatoris attinet, altero capite alterum continetur[e]: quod verius eſt. nec enim ſola exiſtentia eum excludit, qui ex mente teſtatoris potior eſt in ſucceſsione[f], conditioque non ad merum
D factum refertur, ſed ad effectum[g]. Nec eſt verū, quod aliqui hîc dicunt, vtroq; mortuo in portione primi ſubſtitutum admitti, neceſſarioq; intelligēdum de portione repudiata. nam lex ſimpliciter dicit ſubſtituti locum eſſe, id eſt ſuccedi vltimo, in cuius portione reperitur hæreditas primi[h]. Sanè & illud multum intereſt, qualis ſit ſub- III. ſtitutus, an extraneus &, tunc excludatur, & legi nouæ ſit locus[i]. an verò filius ipſorū pupillorū frater. is enim altero decedente ſolus videtur ad-
E mittendus. quod Bar. hîc tradit, & receptius eſt. ſed Caſtren. Imo. Socin. hîc diſſentiūt, quia hoc caſu ratio legitimæ ſucceſsionis conſeruādę adhuc militat[k]: Alexand. hîc variauit, & nunc ſubſtitutum admitti ait, nūc negat: ego communem ſequor, quia dictio *Vterque*, ſcinditur, quoties nemo potior adeſt ſubſtituto, licet pari gradu ſit, vt in lege noſtra: nec ſatis probabiles ſunt differentiæ, quas inter hos caſus excogitauit Socinus. Sed & ſi aliqua ratione appareat ad legi- IIII.
F timam hāc ſucceſsionem non reſpexiſſe teſtatorem, dicendum erit admitti ſubſtitutum, vt ſi filiis in re certa inſtitutis fuerit extraneus hæres ſubſtitutus. admittitur enim altero mortuo, vt Angel. ex facto reſpondit[l], quoties ſcilicet ex qualitate rei certæ, in qua filij inſtituti eſſent, appareret extraneum magis dilectum teſtatori fuiſſe[m]: aliàs ſi coniectura hæc non ſubeſſet, ſola rei certæ inſtitutio non ſufficeret excludendæ legitimę filiorum ſucceſsioni. quo caſu Aretini, Sociniq; ſententia ſuperiori cōtraria defendi poſſet,
quam

L. 57. Hæredes mei. §. Cùm ita.

q §. affinitatis. Inſt. de nupt.
r d. l. cohęredi. §. i.
s l. ſi pupillus. alias, Iulianus. de acquir. hæred.
t d. l. filiusfamilias. §. cum quis.
u d. l. ſi pupillus.
x l. & ſi modica. §. & ſi filius. de bon. lib.
y Bar. l. i. §. pe. q. v. de contratab.
z Alex. d. l. q̃ duos.
a d. §. cum quis.
b l. qui res. §. aream. de ſolut.
c d. l. pe. d. l. qui duos.
d d. l. cùm proponas. C. de hæred. inſtit.
e l. fin. C. de inſt. & ſubſt. d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu.
f Bart. d. l. i. §. pe. de contratab. quæſt. v.
g d. l. ii. §. ſed ſi ſint ſui. ad Tertyl. d. §. ſi filius.
h l. pater. §. ſi. d. l. qui duos.
i d. l. pen.
K d. l. cùm acutiſsimi.
l Angel. conſ. ci. conſiderandum.
m arg. not. per Bar. l. i. ſ. co.

quam etiam in dubio ego ſequerer[a]. Huc pertinet & quod ex facto reſpondit Corn. vbi in conditione *Si omnes deceßerint in pupillari ætate*, filiam in re certa inſtitutam excludi à ſubſtituto reſpondit[b], quoniam apparebat enim prędilectum. quę interpretatio etiam fauore pię cauſæ contra tráſuerſalem videtur aſſumenda, vt Alexan. reſpondit[c], licet Caſt. contrà[d]. nos hęc alibi attigimus[e]. Poteſt etiam ad hanc ſpeciem ſpectare ille caſus, cùm in ſubſtitutione pupillari ambobus facta, ille frater, qui ſupereſt, vtrinque cum alio iungatur, cui ſubſtitutio nulla fuit facta. cùm enim teſtator hunc omiſerit, ſatis apparet non habuiſſe eum rationem ſucceſsionis, quę ab inteſtato deferatur, ideoque videtur admitti ſubſtitutum, & lex noua limitanda[f]. Sed tamen Corn. quem alij hîc ſequuntur, aliter ſentit[g], excludique ſubſtitutum ait, quia conſeruandæ ſucceſsionis ratio etiam hoc caſu locum habet, ſaltem pro parte, faciendaq́; videtur hæc interpretatio, vt inter liberos æqualiter ſeruetur. Sed hoc ego nó probo: quia abſurdum videtur tantum tribui patri, quantum ſolido[h], quod Iuriſconſultus hîc ſentit: & quia exiſtentia iſtius tertij facit, vt non videatur habitus reſpectus ad cauſá inteſtati, cùm in hęreditate vltimi tota hęreditas primi reperiri non poſsit[i]: meritò ſubſtitutus impediri non debet. Et quia ſi ſecundus etiá ipſa impubes moreretur, tam reſpectu mentis, quàm ea vi verborum eueniſſet conditio ſubſtitutionis, & tamen ſubſtitutus ad partem, quam tertius ille ſuſcepiſſet, admitti non poſſet, nó iure fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quę ei facta non eſt[k], non iure directæ pupillaris, quæ non ſolùm hoc caſu facta nó eſt, ſed nec fieri potuit, ne pro tempore illius tertij videatur pupillus inteſtatus deceſsiſſe, pro tempore ſubſtituti teſtatus[l]. Vnde ſatis eſt, vt congitionem ſcindi & ſubſtitutum ſatis admitti credamus. Sed quid in quæſtione Dini? pater duabus filiabus conſtituerat Caium extraneum, ſi ambę impuberes deceſsiſſent: quòd ſi puberes & ſine filiis, eundem Caium in dimidia, data eis facultate in alia dimidia arbitratu ſuo diſponendi: deceſsit vna impubes, alia iam pubes, ſed abſque filiis: reſpondit Dinus[m] ſubſtitutioni locum non eſſe[n], & legem noſtrá procedere, quia Claudia ex liberis teſtatoris erat[o]: at in caſu ſuo Caius erat extraneus. Quod reſponſum nó ſatis conuenit receptę hîc ſententię. etenim quia ſola prior in pupillari ætate deceſſerat, ius legitimæ hæreditatis ad ſuperſtitem pertinuit[p]: qua decedente ex fideicommiſſaria vocatur Caius, & ſcinditur códitio, vt dimidiam partem iſtius vltimę, id eſt quartam hæreditatis ſubſtitutus habeat[q], pars verò primæ ſororis, quæ ab inteſtato deuoluta ſuperſtiti fuit, extra cauſam fideicommiſsi eſt[r], quia ſuperſtes nó à teſtatore, ſed à lege eam habuit[s], nec aliud ſecundum communé ſententiam dici poteſt. Ego tamen hoc caſu arbitror aliam eſſe teſtatoris mentem, qui ſi vtraque pubes deceſsiſſet, ſemiſſem hęreditatis ſuæ Caio detulit. ſi impubes, totum: ergo hoc caſu mixto non minus conſequi debet Caius ex parte eius, quæ impubes, quàm ſi maior facta dié obiiſſet[g], ſed potiùs ſcindi debet códitio ſaltem in vim fideicommiſsi, quod ſola mente induci poteſt. vnde legitimam hanc ſucceſsionem cum onere fideicommiſsi ipſi ſuperſtiti iniuncto tranſlatam verius videtur[u], vt propter teſtatoris menté fideicommiſſum in húc caſum ſub duplici conditione collatum videatur[x]. qua tamen in re etiam V.
atque etiam cogitandum eſt. Illud quoque receptum eſt, ſi conditio in perſona vltimi euenerit, vt quia primus iá pubes ſit præmortuus, ſubſtitutum ad vltimi impuberis ſucceſsionem admitti. quod argumento legis noſtrę poſt Bartol. communiter traditum eſt. Dinus tamen & Veteres aliter videtur ſenſiſſe, quia lex noſtra in fideicommiſſaria ſubſtitutione loquitur, quæ diuer-
A ſos effectus reſpicit, vt ſuprà diximus: idq́; & Socinus probat, quando ſubſtitutio per dictionem diſtributiuam *Vterque*, concepta eſt, quia lex non diſtinguit, in cuius perſona códitio euenerit, ſed ſimplicitet requirit in vtriuſque perſona eueniſſe[y]. quæ ratio non ſatis efficax eſt[z]. Poteſt tamen hæc ſententia defendi, quando primus pubes relictis liberis deceſsiſſet. tales enim ex præſumpta teſtatoris voluntate potiores ſubſtituto extraneo, vel gradus remotioris ſunt[a], vt ſuprà
B vidimus, & communis habet ſententia: licet & hac in re Imol. Fulg. Socinus controuertantur, quorum rationibus reſpondent Recentiores.

Quid, ſi impubes primus quidem deceſsiſſet, ſed tamé (quod rarò contingit) liberos reliquiſſet[b]? & credendum eſt excludi ſubſtitutum. ſubeſt enim eadé ratio, quæ menti teſtatoris innititur[c]?

Subiicit hîc Socin. tale teſtamentum pupillari agnatione poſthumi rumpi, & eis nihil obeſſe[d]: & cùm poſsit eis via communi ab inteſtato
C eſſe conſilium, non eſt ad irregulare remedium confugiendum, tanquá in pupillari quoq; ſubaudiatur códitio, *Si deceſſerit ſine liberis*, prout in fideicommiſſaria ſubaudiretur[e]. Quæ ſententia videtur verior, licet alibi idé Socinus variauerit[f], tanquam pupillaris ſubſtitutio cenſeatur teſtamentum patris, non pupilli, ne alioqui rumpatur[g]. Sed reſponde id verum, cùm de fauore alterius, puta matris, ageretur, non ſi de fauore pupilli, cuius intereſt ſaluum eſſe ab inteſtato ius
D filiis ſuis. qua de re hîc latiùs alij: nos ad vtiliora
properemus. Sanè † ex vi verborum, quibus te- VI.
ſtator vſus eſt, quandoq; certum eſt altero mor- 10
tuo ſubſtitutum ſtatim admitti: Vt quia ſepa- I.
ratim ſubſtitutio concepta eſt: quod Bar. hîc ait, veluti ſi aduerſus orationibus ſingulis ſubſtitutú
ſit[h]: Vel ſi eadem oratione, ſed partitiua ſepa- II.
rati ſenſus ſit vſus teſtator: vt, *Si alter deceſſerit, ſi vter, vtercunque, vterlibet*, & ſimilibus[i]. Sic & cùm III.
inſtitutis duobus impuberibus filiis ſubiecit, *Et*
E *ſi deceſſerit, cuilibet eorum ſubſtituo Caium*, propter dictionem *Cuilibet*, ſubſtituo céſetur ſeparatim facta[k], & perinde habetur, ac ſi diuerſis orationibus concepta eſſet[l], vel ſingulis facta eſſet[m]: quicquid ab Alexandro conſultum ſit[n], cuius rationibus reſpondet hîc Ruinus. Poteſt tamé defendi Alexandri ſententia, quando ſcriptú eſſet. *Si ambo deceſſerint, cuilibet ſubſtituo*, &c. propter vim diſtributiuæ coniunctæ[o]. Poteſt etiam defendi, quando ea dictio non verbo diſpoſitiuo, ſed con-
F ditionali eſſet adiecta: putà, *Si cuilibet deceſſerit*, quod Ruin. ipſe fatetur. requiritur enim hac in voce concurſus[p], id eſt, q̄ omnes decedant. Sed cùm dicitur, *Cuilibet ſubſtituo*, ſatis eſt omnibus factá ſubſtitutionem, etiá ſi non omnes moriátur. Idemq́;, ſi dixiſſet, *Cuilibet decedenti ſubſtituo*. participium enim præſentis temporis indicat non ex-
pectari, q̄ omnes deceſſerint[q]. Cęterùm idem IIII.
eſt generaliter traditú, quoties ſubſtitutio hęc alternatiuè concepta ſit, vt ſi primus, aut ſecundus impuberes deceſſerint, niſi tñ ſuperſit perſona, cuius

a Aret. d. l. quidam teſtamento. Socin. hic.
b Corn. conſil. cclxxvi. uol. iii.
c conſ. ccciii. uol. i.
d conſ. ccciii.
e in l. ii. de uulg.
f d. l. pen.
g Corn. d. l. pen. Alex. d. cóſ. clxxv. Ripa hic.
h l. qui hominem. §. i. de ſol. Corn. conſ. cclxxxiii. in fin. uol. i.
i Bar. l. qui duos. opp. iii. in fin. de reb. dub.
K l. ſi fundú per fideicómiſſum. §. fi. aliàs eſt l. ſeq. de leg. i.
l l. miles. ita de teſtam. mil.
m conſ. xxxviii.
n l. ſi hæredi plures. de cond. inſt.
o d. l. ſi is, qui ducenta. §. fi.
p d. l. pen. uerſ. cogitaſſe.
q arg. l. noſtræ.
r d. l. qui duos. uerſ. legata. de uulgar.
s d. l. i. §. fi. ſ. tit. ii. Bar. l. ſed & ſi ſic. de leg. iii.
t l. ſi ita ſcriptum. de lib. & poſthu. l. clemens. de hær. inſtit.
u d. l. fundum. §. fi. Bald. Caſt. l. ex tribus. in fi. C. de inof. teſt.
x arg. l. noſtræ.
y d. l. pen.
z ibidem in uerſ. cogitaſſe.
a d. l. cùm acutiſſimi. l. taſem. in fi. ſ. de pact.
b c. i. §. i. de deſpóſ. impub. in vi. gl. xx. q. i. in ſumma.
c d. l. cùm auus.
d l. ex facto. de uulg.
e d. l. cùm auus.
f d. l. cùm auus.
g l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ſ. de inof. teſt.
h d. l. pater §. fi. in gl. d. l. uel ſingulis.
i l. arbor. §. fi. có. diuid. l. reſcriptú. §. i. cum gl. ſ. de pactis.
K l. non diſtinguemus. §. cùm in plures. de arbit.
l l. ſi poſthumus. uerſ. nam cùm dicimus. de liber. & poſthu.
m l. huiuſmodi. §. quibus. de leg. i.
n conſil. clxxv. uol. v.
o d. l. qui duos.
p Bar. d. l. hoc articulo.
q Bart. d. l. ex facto. in i. de uulg.



cuius fauore alternatiua in coniunctam reſoluéda ſit[a]: quod Angel. Caſtrenſis, Alexander tradiderunt. Sed Imol. Socin. Ruin. Cornæ.[b] contrà: & hoc enim caſu ſubſtitutio dicitur ſeparatim facta: ergo ſecundum Bartolum hîc indiſtinctè admittetur ſubſtitutus. non enim facilè à proprietate diſiunctiuæ orationis recedendum eſt, & vbi verba clara ſunt, non eſt admittenda quæſtio voluntatis[c]. etenim aduerſus ſubſtitutum ſumi-
tur coniectura, vt frater ſuperſtes fratri ſuccedat, A
quando verborum proprietas contra ipſum ſubſtitutum eſt, vt quia diſtributiua cóiunctis ſenſus pro ſeparata acciperetur[d], vel pluralis numerus in ſingularem verteretur, quod ex quadá impropriatione fit, vt Bartolus hîc ait[e]. Quòd ſi proprietas vocis pro ſubſtituto ſit, vt in propoſito caſu, non videtur ad hanc coniecturam reſpiciendum. Et licet ex mente teſtatoris diſiunctiua aliquando pro coniuncta in ſubſtitutione acci-
piatur[f]. tamen hoc non ſolo filiorum fauore in- B
ducitur, ſed etiá quia ex verbis inſtitutionis declaratur ſubſtitutio[g], vt ſi alter natus in ſolidum hæres remaneat, non auferatur ei pars acquiſita. habent enim ij caſus ſeparatá à noſtro rationem.
V. qua de re ego alibi[h] diffuſiùs. nec enim omnia vnum in locum congerenda ſunt. Sed quid, ſi duobus filiis inſtitutis alter tantùm fuerit in portione ſua grauatus? & Caſtren. cenſuit, donec alter frater ſuperſtes eſt, non admitti ſubſtitutum:
quia cùm is quoq; inſtitutus fuerit, ſupereſt per- C
ſona ex præſumpta defuncti mente potior[i]. Sed hoc ego non facilè probauerim[k]. cùm enim ſeparatim facta ſit inſtitutio, non eſt ad hanc coniecturam recurrendum[l], quod Bart. hîc ſentit, vt meritò Recentiores hanc Caſtrenſis deciſionem improbent[m]. Sed quid, ſi paticulari ſigno fa-
VI. cta ſit ſubſtitutio, *Si quis eorum impubes deceſſerit*, etc. & conſtat, vno decedente admitti ſubſtitutum, quia vis verbi hoc infert[n]. Inquit tamen Caſtren
ſis hîc[o], idem eſſe, quod in alternatiua, ideoque D
diſtinguendú, an ſuperſint filij. Sed iudicio meo
VII. verba clariora ſunt, quàm vt tali coniectura re-
11 ſtringi debeant, idque videtur receptius[p]. Cęterùm † nunc videndum eſt, an regulæ legis noſtræ in vulgari ſubſtitutione ſit locus. & conſtat, quoties coniunctim pluribus hæredibus ſubſtitutum eſt, aditione vnius extingui ſubſtitutionem, & cohæredem iure accreſcendi ſubſtituto eſſe potiorem: vt ſi dictum ſit, *Si vterque hæres non erit*[q]. vis enim & proprietas diſtributiuæ illius E
vocis hoc inducit, perinde ac ſi dictum eſſet, *Si*
I. *neuter hæres erit*. Sed quid in collectiua communis ſenſus dicemus: putà, *Ambo*? & Doctores ſentiunt propter defuncti métem idem eſſe[r], alioquin verba pro ſubſtituto ſunt, cùm altero repudiante verú ſit ambos non eſſe hæredes, ſed més
II. præualet, vt infrà oſtendam. Idem, ſi negatione iterata vſus ſit teſtator: veluti, *ſi neque Titius & Seius hæredes*, etc.[s]. dictio enim *Neque*, coniunctim negat[t], & non ſolùm in ſenſu compoſito acci-
pitur, ſed etiam in ſingulares caſus ſoluitur[u], & F
ideo ſufficit vel ſolum Titium hæredem eſſe, vt ſubſtitutus excludatur[x]. Quin fortiùs à Iuliano reſponſum eſt etiam ſi neque Titius, neque Seius ſit hæres, adhuc excludi ſubſtitutum, cùm præſumpta mens teſtatoris ex alia coniectura id
III. ſuaderet[y]. Cæterùm & ſi ſimplex negatiua adiecta ſit, adhuc excludi ſubſtitutum Bartolus cénſuit: veluti, *Si Titius & Seius hæredes non erunt, Caium ſubſtituo*. ſufficit enim alterú eſſe hæredé, vt Caius

a d. §. ité ſi pater d. l. Lucius. ij. & l. generaliter. in princ. C. de inſt. & ſubſt.
b d. l. pen.
c l. ille, aut ille. l. non aliter. de leg. iij.
d tex. noſter. & d. l. pen.
e d. l. hoc articulo. d. l. falſa. §. fi. ubi Raph. Soc.
f d. l. ſi is, qui ducenta. §. fin. ubi Bartol
g l j. C. de imp.
h in d. l. Lucius. ij
i Caſt. l. Lucius. §. Caio. ſ. eod.
k arg. d. l. cum auus.
l d. l pater filiú. § fin.
m Ripa hic.
n l. ſi neceſſaria. §. ſi annua depigno. act. d. l ſi is, qui ducéta. §. utrum ita. uerſ. ſi quid.
o in fin.
p Ripa hic.
q d. l. pen.
r l. paterfamilias. de hęr. inſt.
s d. l. ſi is, qui ducenta. §. fi
t l. ſi quis ſtipulatus. de uerb. oblig.
u d. §. fi.
x Socin. conſ. xciij. in iiij.
y l. quidam teſtaméto de uul.

L. 57. **Hæredes mei. §. Cú ita.**

non ſuccedat, quia ſubſtitutus non vocatur, niſi cùm vterq; non eſt hæres[z]. hæcq́; receptior eſt ſententis[a], & menti teſtatoris conſona, licet non ſat iure noſtro expreſſa ſit, & ideo quibuſdá controuertendi cauſam dederit, vt Angelo[b] & Iaſoni[c]. Pro qua ſententia Imola quoque ſic ratiocinatur: ſi repudiante altero falſum eſt Titium & Seium eſſe hæredes, ergo verum eſt Titium & Seiú non eſſe hæredes[d]: igitur euenit conditio, qua ſubſtitutus vocatur, vt videtur innuere Saluius Iulianus[e]. Sic, reſpondeo, procederet argumentú, ſi copulam illá compoſito ſenſu acciperemus. quod in caſu noſtro dici non poteſt, quia verba inſtitutionis, *Titius & Seius hæres eſto*, ſingulariter intelligútur, mentique teſtatoris ſit ſatis, ſi vel vnus adeat[f]: aliàs non niſi vterque ſimul adire poſſet[g]. Cùm igitur copula in inſtitutione compoſitum ſenſum non habeat, ſequitur, vt nec in ſubſtitutione id requirat, quoniam ſubſtitutio in contrarium inſtitutionis caſum regitur. & ab ea interpretationem capit[h]. Accedit, quia ſi copula ſubſtitutionis ita intelligeretur, conſequens eſſet, vt Seio repudiante nec Titius quidé ad propriam partem admitti poſſet, quia verbis conditionis deficeretur[i]. Quod aduerſus mentem teſtatoris eſt, qui ius alteri quæſitum repudiatione alterius noluit imminui[k]. Perinde igitur ea verba interpretabimur, atq; ſi ſcriptum eſſet, *Si neq; Titius, neq; Seius*, etc. quod & ſuprà de collectiua dictione *Ambo*, docuimus, vt propter ean-
dem rationem non ſenſu compoſito, ſed ſingu- IV.
lariter accipiatur. Et ex hoc conſequens eſt, vt idem quoq; credendum ſit, quoties ſubſtitutio ſimpliciter, ſiue indefinitè facta ſit: putà, *Si prædicti*, etc. vel, *Si hæres nó erunt*, etc. Perinde enim eſt, ac ſi coniunctim dictum ſit, *Si Titius & Seius*[l], etc. ſubeſt enim eadem ratio. nam cùm hi primo gradu inſtituti ſint, ſecundum quam qualitatem in inſtitutione iunguntur, ex eadem in contrario ſubſtitutionis caſu códitionaliter nominati cenſentur[m]. Quam concluſionem ampliat Dec. etiá ſi tribus, aut pluribus hæredibus cohæres ſuprà ſcriptis verbis ſubſtitutus ſit, adhuc ſubſtitutioni non erit locus. quæ ſententia aduerſus Corn.
mihi probabillis videtur[n]. Qua ratione & ſi V.
inſtitutioni ſubiecerit teſtator, *Quibus hæredibus Caium ſubſtituo*, idem dicendum eſt. relatiuum enim illud vim proprij nominis exprimit[o], facitque vt coniunctim nominati videantur[p]. qđ
aduerſus Iacob.[q] rectè tradiderunt[r]. Sed qđ VI.
in tacita vulgari reſpondebimus? duobus impuberibus inſtitutis, ſi ante XIIII. annum decederent, ſubſtituit Caium, alter ſe abſtinuit, an ſubſtitutus ex tacita vulgari admittetur? & videretur non admitti, tanquam códitio, qua vocatur, magis coniunctim concepta cenſeatur, quàm ſeparatim. Quæ ſententia mihi placet. ex expreſſa enim pupillari non admitteretur, quia frater videtur prædilectus[s]: ergo nec ex tacita: & ideo dum Iaſ. ius accreſcendi infirmius eſſe ſubſtitutione ait, etiam cùm de filij excluſione agitur[r], puto intelligendum de ſubſtitutione expreſſa, & ſeparatim facta, non autem tacita, quæ potius coniunctim, quàm ſeparatim accipienda videtur in propoſito caſu. Et ex ſuprà dictis ſatis apparet, legis noſtræ regulæ locum non eſſe, cùm ſubſtitutio vulgaris con-
iunctim facta eſt. Vnde ſecus eſſet, ſi pluri- I
bus ſimpliciter inſtitutis ſeparatim facta ea ſubſtitutio proponeretur, túc enim iure accreſcédi

z l. quamuis. C. de impub.
a Alex. conſ. 38. in j. Corn. conſ. 298. in 4.
b Ang. hic.
c Iaſ. l. j. de uulg.
d l. ſi hæredi plures. de cond. & demonſt.
e d. l. ſi is, qui ducenta. §. cú ita. in fin.
f l. filio pater. de leg. j.
g d. l. pen. in fi. de iniuſt. rupt.
h d. §. fi. ubi Bar.
i d. §. cum ita.
k arg. d. paterfamilias.
l l. triplici. de uerb. ſig.
m Bar. d. §. fi.
n Dec. d. l pen. C. de impub.
o l Lucius ult. §. Lucio. de leg. ij. Bar. l. qui liberis. §. hęc uerba. de uulg.
p Bal. l. fi. C. de impub.
q Iac. & Bald. d. l. pen.
r Ripa. l. j. de uulgar.
t d. l. pen. C. de impub.
t l ſi poſth. §. quod uulgo. de liber. & poſth. ubi Iaſ.

II. eſſet potior[a], maximè ſi diuerſis facta eſſet[b]. Idem ſi pluribus dictione diſtributiua facta ſit: putà *Si quis eorum hæres non erit*, etc[c]. Idem dicendum eſt, ſi pluribus alternatim ſit ſubſtitutum: veluti,

III. *Titium & Seium inſtituo, ſi Titius aut Seius hæres non erit.* etc.[d] quod quomodo declarandum ſit, ſuprà docui[e], oſtendique admitti ſubſtitutum, etiam ſi is, qui adiuit, teſtatoris ſit filius. expreſſa enim ſubſtitutio filium quoque à iure accreſcendi excludit[f], quicquid Ang. hîc tradiderit[g], quem Doctores non ſequuntur.

IIII. Idem ſi vni, putà ſeruo, ſubſtitutum ſit, qui perſonã plurium repræſentat. cenſetur enim perinde, ac ſi ſeparatim datus eſſet cuilibet ſubſtitutus[h].

V. Idem, ſi de mente teſtatoris conſtet, quòd ſubſtitutum indiſtinctè voluerit præferre cohæredi[i], vt quia in teſtamẽto ſuo prohibuerit iuri accreſcendi locum eſſe, quod hîc Bartolus tradit.

VI. Idem ex tacita mente fauore religionis cenſuit Baldus[k], vt quia eccleſiam hæredib. ſubſtituerit. quod & Iaſon ſequitur[l], defendique in caſibus dubiis poteſt: aliàs contra præſumptam mentem defuncti nullum eſt eccleſiæ priuilegium[m]. vnde ſi coniunctus ex liberis teſtatoris eſſet, non dubitarem eccleſiæ præferendum[n].

VII. 12 Poſtremum eſt, quid † iuris in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſit. an in ea ſufficiat cõditionem in perſona vnius tantùm exiſtere? an verò locus ei non ſit, niſi in omnium perſona eueniat?

I. caſus. Et ſi disiunctim facta ſit, verba certiſsima ſunt, ſufficere, ſi vel in pſona vnius exiſtat, vt cùm dictum eſt, ſi primus, aut ſecũdus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Caium[o].

II. caſus. Idem, ſi ſeparatim facta proponatur, vt ſi primus deceſſerit, etc[p]. Idem, ſi particulariter concepta ſint verba, *Si quis veſtrum deceſſerit*, & ſimilia. diſpoſitio enim particularis vel in vno locum habet[q]. Et ij caſus clari ſunt, quia verborũ proprietate adiuuantur.

III. caſus. Sed quid, ſi ſimpliciter facta ſit, ſeu indefinite? putà, inſtitutis pluribus ſubiectũ eſt. *Quos, ſi deceſſerit ſine liberis, volo hæreditatem reſtituere Sempronio?* & reſpõſum eſt adhuc idem eſſe, vt vel vno decedẽte in eius portione admittatur Sempronius[r]: & ita Bartolus, Alexander, cæteri tradiderunt, quia teſtator videtur fidem cuiuslibet grauati ſingulariter ſecutus, vt ſuprà docui.

I. Limit. Subiicit tamen hîc Bartolus, hoc non ꝓcedere, cùm ſupereſſet perſona, quæ ſecundum teſtatoris veriſimilem mentem ſubſtituto prẹferretur. cùm enim, in fideicõmiſsis teſtatori ipſi ſuccedatur[s]. ad eius mentem potiſsimùm eſt ſpectandum. Vnde ſi duobus filiis ſubſtituit teſtator Caium, priori decedenti ſuccedet frater tanquam prædilectus[t]. Quòd ſi etiam iſte frater deceſſerit, admittetur Caius, cui vltimus reſtituet ſuam portionẽ ex perſona ſua, & portionẽ primi ex perſona primi, tanquam in eum caſum & ille ſit grauatus[u]. quod Alexand. aduerſus Imol. tradidit. Non caret tamen ſcrupulo hæc Bartoli ſententia. nec enim aliqua lege probatur, vt ſucceſsionis ab inteſtato ratio habita videatur, quæ incerta eſt, & actione teſtamenti tolli poteſt, fiatque hoc modo fideicommiſsi onus ipſi grauato arbitrarium, vt inſtituto extraneo conualeſcat, non inſtituto ceſſet[x]. Sed tñ pro Bartolo illud eſt maximum, nec cùm verba clara non ſint, excludantur liberi[y]: ſed videndum eſt, quæ ſint illæ perſonæ quæ ſecundum mentẽ teſtatoris ſubſtituto prẹferantur? & Bãrt. de liberis duntaxat intelligen

a l. equiſsimũ. §. ſi duo. de bo. poſ. ſecundum. tab.
b l. ex duob. §. filiũ. ff. de uulg.
c gl. l. hoc articulo. de hę. inſt.
d d.l. ſi is, q ducẽ. ta. §. fin.
e §. in fi. pupillaris.
f d. §. quod uulgo. ubi Iaſ.
g arg. d.l. cum auus. & d. §. fin. & l. fin. ſupr. de uulg. & l. Paulo de leg. ij.
i Bald. l. pen. C. de impub.
k Bal. c. ſi pater. de teſt. in 6.
l Iaſ. d. l. j. in fi.
m l. ſi. §. j. C. de epiſc. et cleric.
n 17. q. iiij. c. fin. Soc. l. cũ auus. uerſ. ſecundò corollariũ. de cõd. & demon.
o c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6.
p d.l. æquiſsimũ. §. ſi duo. de bo. poſ. ſecũdũ tab. d.l. pe. de iniuſt. rupt. d.l. ſi poſthumus. uerſ. nã cũ duob. de lib. & poſth.
q d.l. ſi is, q ducenta. §. cũ ita. uerſ. ſi quid eorũ. de reb. dub.
r d.l. Lucius. §. Caio. ꝗ. eo. l. fi. §. filiũ. de leg. ij.
s d.l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulgar.
t d.l. pen. d.l. cũ acutiſsimi.
u arg. d.l. eum, & demon. Bar. qui nouiſsimus. Alex. d.l. pen. l. ſi cognatis. de reb. dub.
x d.l. fideicõmiſſum. de cõd.
y d.l. cum acutiſsimi.

dum cenſet. quæ ſententia cùm hi quoque liberi inſtituti ſunt, receptiſsima eſt[z]. Idem, ſi non inſtituti, ſed ſaltem in cõditione poſiti ſint. arguitur enim & tunc mẽs teſtatoris, quòd eorum rationem duxerit[a], vt Bald. reſpondit[b]. Sed & ſi nec inſtituti, nec in conditione poſiti ſint, nihilo minùs cenſuit Bart. adhuc excludi ſubſtitutum. ſubeſt enim ratio legis, ne teſtator videatur ſubſtituto poſthabuiſſe prolem ſuam[c]. nam & in A lege noſtra receptum eſt, ideo admitti Claudiam, quia in pari gradu erat cũ liberis: ſecus, ſi in gradu inferiore fuiſſet, vel extranea.

Ampl. I. Fortiùs ſcripſit Imol. Soci. Corn.[d], etiam ſi inſtituti ex liberis non ſint, ſatis eſſe excludẽdo ſubſtituto, quòd ab inteſtato invicem ſuccedãt, tãquam videatur teſtator tale ius ſucceſsionis reſeruaſſe, ſicut in vulgari ſubſtitutione traditum eſt, cui nõ eſt locus, niſi in perſona omnium euenerit conditio: quia videtur teſtator voluiſſe ius accreſcẽdi im- B pedire[e]. Ergo & in fideicõmiſſaria non eſt credẽdum voluiſſe eum ſucceſsionem mutuam inuertere, vt ſubſtitutus admittaẗ. Sed hęc ſententia Imol. recepta non eſt[f], nec ſuprà ſcripta ratio ſat firma eſt, vt Alex. hîc tradit, nec enim veriſimile eſt ad ſucceſsionem alienam reſpexiſſe teſtatorem. Poteſt tamen eo in caſu non inſubtiliter defendi, cùm ſuperſtes, qui ab inteſtato ſubſtitutum excludit, in conditione poſitus ſaltem ſit: quod Corn. ſemel atque iterum reſpõdit[g]. Nec C mouet, ꝙ maior videtur à teſtatore habita ratio inſtituti ſuperſtitis, qui tamẽ non excludit ſubſtitutum, niſi ſit ex liberis, vt ſuprà vidimus[h]. Reſpondeo: imò maior, quod ad excluſionem fideicommiſſarij attinet, eſt horum ratio, qui in conditione poſiti ſunt ſpecialiter, vt eum excludant. Ego ſententiam hanc Cornæi ſequor: quia facilimè in re ambigua accipi poteſt hæc interpretatio, quæ circa verborum improprietatem ſumitur. Idem videtur & difficiliore in caſu ſenſiſſe D Iaſ.[i], cùm res in circulo eſſet[k], & filij maſculi in conditione poſiti ſubſtitutum excluderent, qui alioquin filia fœmina grauati potior erat, cùm ipſa ab inteſtato illo maſculos excluderet. Reſpondit Iaſ. adhuc maſculos præferri iure fideicommiſsi in eo tranſmiſsi: quod quamuis conditionale eſſet, tamẽ propter teſtatoris mentem tali caſu aduerſus communes iuris regulas trãſmitteretur[l]. Cornæus[m] etiam circa hoc remedium admitti maſculos ex fideicõmiſso maluit, E tanquam hoc caſu ſpeciali ratione, qui in conditione ſunt poſiti, etiam vocati videantur[n]. quæ omnia quantum menti teſtatoris accedunt, tantùm à regulis iuris recedũt: ego amplius deliberandum cenſeo, & fortè pro filia & liberatione fideicommiſsi pronuntiandum[o]. Nec ſubſtituto eſt locus, quem ſola maſculorum exiſtẽtia excludit[p], etiam ſi non ſuccedãt. nec enim ad ſucceſsionem videtur teſtator reſpexiſſe, qui ſolos maſculos in conditione poſuit, cùm aliàs ab inteſtato etiam fœminæ admitterentur[q].

II. ampl. Amplius addũt aliqui[r], à liberis inſtitutis propter præſumptam mentem teſtatoris excludi ſubſtitutum, etiã ſi hiſce liberis cohæres datus aliquis extraneus ſit[s]. Qua in re Alex.[t], Aret. Rui. diſſentiunt. qui enim extraneum in inſtitutione reſpectu portionis ei aſsignatę liberis prætulit, ſatis oſtendit pari eum charitate, ac filios ipſos ꝓſequi: & cùm reſpectu extranei inſtituti locus ſit ſubſtitutioni idem etiam reſpectu liberorum dicendum eſt, vt propter mẽtem teſtatoris pari in cauſa

z arg. d. l. pen. & d.l. cum acutiſsimi.
a d.l. Lucius. ij. de hæred. inſt.
b Bal. conſ. 271. ſubſtitutio fidei cõmiſſa in iij.
c d.l. cũ acutiſsimi.
d Cor. conſ. 283, 380 in j. 229. in 4
e Bar. hîc, & l. codicillis. de uſufr. leg.
f Alexan. conſ. xxxviij. in j.
g Cor. conſ. xx. in 4. 276. in 3.
h d.l. Lucius. §. Caio. d. §. filiũ.
i Iaſ. conſ. 52. in iij.
k gl. l. Claudius. qui pot. in pig.
l gl. l. is, cui. de act. & obl. Iaſ. d.l. Lucius. ij.
m Cor. d. cõſ. xx
n Dec. l. j. C. de pact.
o Bald. d. conſ. cclxxj. in fi.
p d.l. filiusfam. §. cũ quis. de legat. j.
q l. maximũ. C. de lib. præter.
r Ripa hîc.
s arg. l. j. §. ſi ſit filius. de cõiug. cũ emancip. lib. Iaſ. l. ſi emancipati. C. de coll.
t Alex. conſ. 38. in fi. uol. ij.



cauſa ſint, & eadem diſpoſitio eodem iure definiatur[a], quicquid hîc Socin. licet non admodum firma ratione ſecundum Ruinum, diſſentiat[b]: & certè teſtator extraneum filiis admiſcendo, non videtur ad hãc inteſtati ſucceſsionem reſpexiſſe. Illud non negauerim, ſi extraneus hîc prẹmoriatur, nullo impedimẽto eſſe liberis, quin fideicõmiſſariũ excludãt: ſicut è cõtrario ſi frater ſuperſtes fratri hæres eſſe non poſsit, ſubſtitutũ admitti[c]. ceſſat enim omnis impedimẽti ratio, quod ſuprà dixi, & ſubſtitutio, quæ in ſubſtantia aderat, licet in effectu impediretur, ſublato obice ſuas vires obtinebit[d]: cùm ſecus eſſet, ſi nec in ſubſtãtia adeſſet[e]. ex poſtfacto enim conualeſcere non poteſt[f].

V. quæ non ipſis fratribus [n]. Illud quoque adii-
k in l.fin.C. de pact. — ciunt aliqui, idem eſſe in eo, qui ſit tertij ordinis
l Ripa lib.j. reſpon.iiij. — fratrum minorum [o]: quod nuſquam lectum eſt,
nec receptum: conſtat enim iſtos hibridas etiam
VI. particulariter capaces eſſe. Illud eſt certius, nõ
m Card.cõſ. 17. Bal.clxxiij.v. Socin. ccxlviij. ij. deciſ.Neap.x.in nouiſs. — ſolùm reſpectu ſtatuti talem haberi pro mortuo,
ſed etiam reſpectu legis Leoninæ: & ideo poſſe
patrem totam dotem lucrari, quamuis ex primo
matrimonio adſit fili⁹ fraternitatis minoritanę,
quod Baldus tradidit [p]: non ita, ſi monaſterium
in cõmuni eſſet capax, vt Benedicti, et Auguſtini,
VII. ídque genus ſodalium: qua de re Io. Garro. diffu-
n gl.cle.j.de relig.domib.uerb obedientiam.et clem. cũ ex eo. uerb. tertio. de ſenten.excom. — ſiùs diſputat. Addit hîc Bald. Nouel. nihil re-
ferre, an filij hoc caſu in diſpoſitione poſiti ſint,
an in conditione tantùm, *Si hæres deceſſerit ſine filiis*,
etc. cẽſeri enim deceſsiſſe ſine filiis, qui minorita
num tantùm reliquerit, ídque Bartol. hîc ſenſiſſe
ait [q], & non ſolùm filium excludi, ſed etiam ſub-
ſtitutum admitti, cuius reſpectu in ſola conditio
V. quæſt. ne eſt poſitus. Sed†quid dicemus de eo, qui ex
14 ſe incapax non eſt, ſed tamen propter alterius p-
o Brun. tract. ſuo, ſtante maſculo. artic. xij. qu.v. — ſonam ſuccedere nõ poteſt, vt cùm ſtatutum ex-
iſtente maſculo prohibet ſororem, vel filiam fœ-
minam ſuccedere, & aliquis deceſsit relicto fra-
p l.hac edictali C. de ſecund. nupt.ubi Mod. — tre ex latere patris tantum? Item ſorore vtrinque
coniuncta? itemque & matre? & ſuprà diximus,
tale ſtatutum *Extantibus maſculis*, etc. intelligi, qñ
tales ſunt, qui ſuccedere poſsint [r]. eſt enim in eo
rum fauorem conceptum, adeò vt quamuis con-
15 ditionalibus verbis vſus ſit diſponens, videa-
tur tamen tacitè eos vocare [s]. Cùm † ergo

q l. filiusfamil. §.cũ quis.ubi Bartol in fi.de legat j. Alex. conſ.xiij in iij.
r d.§.ſed ſi ſint ſui. s l.fideicommiſſa.§.cũ eſſet.de leg iij.

in caſu noſtro frater ſuccedere non poſsit quia à
matre excluditur [t], conſequens eſt admitti ſo-
rorem cum matre [u]. & ita Bartol. hîc cenſuit, — t aut.defuncto. C.ad Tertyl.
quem & ego ſequor. cùm enim omnino matri — u Cãpeg. tract. q.xxviij. Corn. conſ. xij. j. cxxxiiij.in ij.
ſaluum ſit ius ſuum, quia ei frater non obſtat, mi
nuſq; ſoror, reſpe-
ctu portionis ſuæ
debet ipſa admitti,
cùm quib. aliàs ad-
mittitur, id eſt cum
ſorore [x]. Sicut vide- — x d.authen.defuncto.
mus in ſenatuſconſulto, quando mater extat, &
ſoror patérque adoptatus eſt: quoniam in omnẽ
caſum ſoror partem ſuam eſt habitura, eam cum
matre admitti excluſo patre [y]. Cuius rei rationẽ
Bar. hîc tradit, quia pater matrem excludebat, q — y l ij.§.ſi ſit cõſanguinea. ad Tertyl. & Inſt. ad Tert.§.pater
ius potentius haberet, quę potẽtia à ſorore in fir
matur, ideo amplius matri non obſtat. quę ratio
ſatis friuola eſt, quod Paradox. lib.6. ca. j. docui.
B verius eſt. n. cum ſorore admitti, quia ſoror in o-
mnem caſum partem ſuam eſt habitura. Sed
quid, quando nullius pars certa eſt, ſed omnes
de toto pari iure contendunt? vt cùm auus ma-
numiſſor & pater & mater de hȩreditate certẽt?
videtur enim res eſſe in circulo, & hoc caſu lex
ait auum eſſe potiorem [z]. cuius rei rationẽ hanc
adfert Bartolus, quia † auus in locum patris ad- 16
mittitur, qui matri præfertur. Sed id ipſum — z l.æquiſsimũ. § j ad Tertyl.
probare debuit Bartolus, quòd auus in locũ pa-
C tris ſuccedat. Regula enim ſtat in contrarium, in
ſucceſsione deſcendentium adſcendentes ex
propria perſona admitti, non autem in locum al
terius tranſire [a]. Ego in hoc caſu priùs commit- — a d.auth.defuncto.
tendos, qui ſunt in proximiori gradu, arbitror,
& qui ab eo excluditur, perpetuò excluſum re-
manere. Vnde cùm pater & mater proximiores
ſint, excluditur à patre mater, quem deinde a-
uus ſuperat, qui eodem ordine ante patrem eſt.
Sed cur hac ratione agnatus, qui patrem exclu-
D dit, matre quoque potior non eſt? conſtat enim
tali caſu matrem præferri [b]. Reſpondeo, non eo- — b d. l.ij.§. ſi ſit agnatus.
dem ordine venit agnatus, ſed ex perſona ſua,
qui cùm iure veteri patrem excluderet, ipſe ex
Senatuſconſulto à matre eſt victus, & nulla pa-
tris ratio habita, vtpote iam olim excluſi. & hoc
fortè ſenſit Bartolus. non enim agnatus in ius pa
tris ſuccedit, cùm in eadem linea non ſit. Vnde
infertur, ſi ex ſtatuto patruus matri præferatur, — c Alex. l.illam. C.de collat.
E & adſit etiam frater à patre tantùm coniunctus, — d Soc.in conſil. 207.in fin.
ſolam matrem admitti, quia patruum frater ex-
cludit. quod Alexander cenſuit [c], & reſpondit
Socinus [d], receptiorq; videtur ſententia [e]. Paul. — e Brun. tract. art.6.iij. dubio. uerb.ij. caſu.
Caſtr. tamen, Ancharanus, Cornæus, Decius pro
patruo reſponderunt [f], ne iſte frater patruo no- — f Caſt. & Deci. d.l.illã. Anchar. conſ. 326. Corn. clxxx.ij.
ceat, vt nouercæ, non autem ſibi proſit. Ego in
tanta perplexitate libentiùs pro fratre reſpon-
derim, quia ſtatutum illud eſt editum fauore a- — g d.auth.defuncto.
gnationis, quam frater ex ſolo patre coniunctus
conſeruat. Et licet aliàs mater talem excludat [g],
F hoc eſt verum iure communi, non quãdo appa- — h l.j.C.de legit. hæred.ubi Doc. & Socin. conſ. ult.ad fi.in ſi.
ret ſtatutum ad agnationem reſpexiſſe, ſolum pa
ternum vinculum conſideraſſe [h], vt meritò aliud
ſit reſpondendum ſtante dicto ſtatuto, aliud vbi
ſolùm de ſenatuſconſulto Tertylliano agitur,
quod nullam prorſus agnationis rationem du- — i Anch.c. canonum.ſtatuta de conſtit.
xit. & ita non abſimili caſu adverſus Anchara-
num [i] cenſui libro De verborum ſignificat. j. Sic-
que patruus ex ſtatuto excludet matrem. at†fra- 17
ter ipſum patruum. éſtque rationi naturali ma-
gis conformis hæc interpretatio, ne patruus qui
gradu



gradu remotior eſt, excludat fratrẽ alioqui pro-
ximiorem. Nec ratio matris vlla propter ſtatu-
ti mentem habebitur, vt ſicut ipſa priuigno pro-
deſſe nollet, ita nec priuignus illi: & ſicut quan-
do mater non adeſt, ſentit hîc Bartolus, quòd fra
ter ex látere pater-
no tãtum excludit
ſororem vtrinq; cõ
iunctam propter ra
tionem ſtatuti, q et
Bald. Nouellus hîc

**Si & pater & filius deportati ſint, & ambo reſtituti, dice- A mus ad bonorum poſſeſsionem admittere filium.**

a Rom. cõſ. 415. Brun in trac. artic.xiij.q iiij. — tradit [a], & receptior videt̃ aduerſus Anch. & Rui.
b Rum.conſ.27. in ij. — ſentẽtia [b]: ita dicemus ſ. ſcripto caſu, etiã ſi mater
adſit. ſubſit n. ſemper eadẽ agnationis ratio. Sub
18 iungit hîc Bartolus, quoties† aliquis excluditur,
non quia alius habeat ius potẽtius, ſed quia de-
ficit conditio, ſub qua ille eſt vocatus, tunc nihil
referre, an alius non ſuccedat: & ideo filius natu-
ralis non admittitur, quamuis vxor non ſucce-
c authẽ.licet. C. de nat.lib. — dat [c], quia vocatur ſub conditione, ſi vxor non
adſit. Vnde apparet in conditionibus merum fa-
ctum attendi, & conditionem non reſpectu i-
d d.§. cũ quis. — pſorum, qui in conditione poſiti ſunt, adiectam
e Caſtr.conſ.15. j. Aret.cõſ.j. — cenſeri, ſed eorum duntaxat, qui ſunt honorati
[d]: quod Caſtr. & Aretin. quandoque reſponde-
I. runt [e]. Quod intelligendum, niſi conditio vim
f d.§.cũ eſſet. — quoque diſpoſitionis habeat, vt in ſuprà ſcripto
II. ſtatuto Bart. hîc ait, & ſuprà dixi [f]. Idem in diſ-
poſitione teſtatoris, quoties ſubeſſet probabilis
præſumptio diſpoſitionis [g]. etenim maximè in
III. conditionibs ad eius volũtatẽ attendimus [h]. Idẽ
g l.ſi ſeruo legato.§. ſi teſtator. de leg.j. — in cõditione à lege ſubaudita, quę nõ ſolũ factũ
reſpicit, ſed etiã eius fauorẽ, qui in cõditione eſt
VI. quęſt. poſitus [i], vt alibi à Ruino diffuſiùs diſputatũ ex-
19 tat [k]. Sed † nunquid legi noſtræ ſit locus, quan-
h l in conditionib.de cond. & demonſt. — do filius non ſuccedit, quia exhæredatus à pa-
tre, vel præteritus à fratre turpi perſona inſtitu-
ta? & ſi exhæredatio non eſt ritè, aut rectè facta,
i l. cũ auus. de cond. & demõ. — fruſtrà quæritur, cùm talis pro non exhæredato
k Ruin.l.centurio.ſ. de uulg. — ſit [l]. Quæſtio ergo probabilis eſt, quando exhæ-
redatio valet: & pro regula traditur, exhære-
datum pro mortuo haberi [m], & ideo non obſta-
I. re ſequenti. Quæ † concluſio maximè procedit
20 in exhæredatione legis. vnde filius, qui ingrati
II. vitium commiſit, ſequenti nõ obſtat [n]. Procedit
21 †etiam in computatione legitimæ, vt ex perſona
exhæredati nõ augeatur fratrum portio [o], vt ad-
l l.nõ putauit. §.non quęuis.j. eod. — uerſus Bartol. aliqui ſenſerunt [p]. Vnde infertur, ſi
pater exhæredatis maſculis extraneos inſtituit,
m l.j.§.ſi pater. lo j. de coniũg. cũ emancip.lib. — ius dicẽdi nullum fœminæ competere, quia maſ
culi exhæredati pro mortuis habẽtur, ideóque
prohibitio ſtatuti ceſſat. q Recẽtiores probãt, &
22 Alexander reſpõdit [q]. Nõ†procedit ſuprà ſcripta
cõcluſio duobus caſibus. Primus eſt, cũ de eo iu-
n §.ſoluto.in authen.de nupt. — re tractatur, quod effectum duntaxat poſt aditam
hæreditatem habet [r]. Vnde nepos præteritus ex-
o Bart. l. pater filium. C. de inoffi.teſt. — hæredato patre querelam habet, cùm ſi pater pro
mortuo haberetur, contra tabulas agere neceſſe
haberet [s]. Alter caſus eſt, cùm actus excluſionis,
ſeu exhæredationis eſt vnus & idẽ, tũc excluſus
p Fab.repet.authẽ. nouiſsima. q.xx.C.illo tit. — non habetur pro mortuo, ſed facit partem, qđ
Bartolus cẽſuit [t]. Vnde patronus duos filios ha-
bens ſi libertũ vni eorum adſignet, aliũ videtur
excludere, & tamen is excluſus partem in vtilita
tem fratris facit, vt ille beſſem habeat, & alterius
patroni filius ſolùm trientem [u]. admittuntur e-
nim filij plurium patronorum ad liberti ſucceſ-

q cõſ. lxix. in j. Ang. Im. Crot. Claud. Lancel d.§.& quid ſi tantùm Dec.l.filiæ.C.de collat. r d.l.j.§.ſi pater in poteſtate. s l.iij.§. ſi emancipatus.in fi.j. eod. t Bar.d.§.ſi pater.
u l.j.§. final. de adſig.lib.

ſionem in capita [x]. Vnde infert Bart. ad ſtatutũ, q — L.1. In contra tabulas. §. Quidã filium.
exiſtentibus fratribus matrem excludit, vt fra-
ter exhæredatus perinde matrem impediat, atq;
ſi pro mortuo non eſſet: quia actus exhęredatio-
nis vnus & idẽ eſt, nec actũ translationis præce-
dit. Quam ſubtilita
tẽ ego nõ pbo [y], & — x §.multis.in fi. Inſtit. de ſucceſ. lib.
patroni filiũ exclu-
ſum partẽfacere fra
tri arbitror, pter aſ — y dixi. d.§. & quid ſi tantũ.
ſignantis volũtatẽ,
qui filij ſui cõditionẽ meliorare voluit, non aũt
extranei cõpatroni: & ideo in caſu ſ. ſcripti ſtatu
ti nõ impediri matrẽ ab exhęredatis nõ pauci cẽ
ſuerũt [z], & nouiſsimè Dec. reſpõdit. Ego ad rati- — z Alex.in l.plane.§.ſi duob. in fi. de leg. j. Dec. cõſ.296.
onẽ ſtatuti aduertẽdũ potiſsimũ arbitror, ſoli a-
gnationi conſultũ voluerit, an liberã teſtandi fa-
cultatem concedere. Rurſus †quærit Bart. quid, — VII. quæſt.
ſi hic filius pacto, ſeu renuntiatione ſit excluſus, 23
B an obſtat ſequenti? & videretur obſtare: quia hæ-
reditas pactis priuatorum adimi non poteſt [a]: & — a l.fi.j.de ſuis & leg.
licet iure Pontificio talis renuntiatio iuramento
confirmetur [b], tamen non impedit religio, quin — b c.quãuis. de pact.in 6.
ipſo iure hæreditas deferatur, licet cogatur ille
abſtinere, & cùm filius propter talem renuntia-
tionem aliquid habuerit, perinde eſt, ac ſi in to-
tam partem ſuã ſuccederet [c]: & ideo facit partẽ, — c l.j.§.aduerſus cũ glo.j. quę in frau.patro.
non ſolùm in computatione legitimæ, ſed etiam
vt fœminas impediat, ne ſuccedant ex ſuprà ſcri-
C pto ſtatuto, quia verum eſt extare maſculum,
quod hîc Bartolus tradit & ſequunutur cæteri [d]. — d Dec.181.
Subiicit † tamen Bartolus hoc non procedere I.
reſpectu ſucceſsionis contra teſtamentum: quia 24
præteritus hic filius non rumperet, cùm neceſſa-
riò non ſit inſtituendus, quia renuntiauit quod — e l. nõ putauit. §.ſi quis lua.j.e.
in emancipato eſt certum [e], in ſuo verò iure no-
ſtro non caret altercatione [f], qua de re alibi. Ad- II.
dit Baldus hũc filium partem facere ad excluſio- — f Doc l.inter cętera.ſ. de lib.& poſth.et l.fi.C.e.
nem fœminarum reſpectu hæreditatis paternæ,
D non autem reſpectu emphyteuſeos eccleſiaſticę, — g Bald.authẽ.ſi quas ruinas. C. de ſacr.ſan.eccl.
quæ iure hæreditario non defertur [g]. Qua ratio-
ne in feudo non hæreditario partem non face-
ret: idque eſt verius, quamuis aliter Decius re-
ſponderit [h]. Sed quid, ſi hic filius præmortuus III.
ſit patri, an obſtabit filiis ſuis, id eſt nepotibus, — h Dec. cõſ. 208.
volentibus ſuccedere auo? & conſtat non obſta-
re [i]. Vnde ſi filia, quæ cum iuramento renuntia- — i l ſi ex patrõis. §.fi. de bon lib.
uit hæreditati paternæ, ante patrem deceſſerit re
lictis filiis, poterunt illi auo ſuccedere, & matris
E iuramentum eis non nocet [k], quia non ex perſo- — k l.iij.§. pen. de iureiur.
na matris, ſed ex ſua ſuccedunt. Nec obſtat, quod
mater habuit portionem ſuam, ſeu ſe contentam
affirmauit: quia hoc nihil ad nepotes, qui, vt dixi,
ex perſona matris non ſuccedunt, quod Baldus,
Caſtrenſis & Alexander cenſuerunt [l], & certiſsi- — l Alex. l.pactũ C.de collat.
mum eſt, cùm filij hęredes matris non ſunt: quòd — m Ripa conſ.6. lib.j.
ſi ſint, Oldradus, Pontanus & Decius aliter cen-
ſuerunt, quos & Sanctonazarius ſecutus eſt [m].
qua in re amplius deliberandum videtur. For- IV.
F tiùs exiſtimauit Ioannes ab Imola, etiam ſi filia — n §.placebat.Inſtit.de leg. agn. ſucceſ. Imol. l.q ſuperſtitis.de acq.hæred.
poſt patrem deceſſerit, tamen non obſtare nepo-
tibus, quin per ſucceſſorium edictum ſuccedant
auo [n], quando nemo extat proximior, putà a-
uunculi: quæ ſententia à Baldo, Alexandro, cæ-
teriſque reiecta eſt, quia Bartolus hîc illud, quod
habuit filia, loco ſucceſsionis ſubrogari voluit [o]. — o d.l.j.§.aduerſus.
Ergo perinde debent hi nepotes excludi, atque — p l duobus.ubi Bald.de leg. j. l. huiuſmodi.§. ſi Titio.j.ubi Doc. de leg.j.
ſi mater in totum ſucceſsiſſet [p]. Sed tamen hæc
interpretatio non videtur ad filios producenda,
qui matris hæredes non ſint, quod Oldrad. ſen-
ſiſſe

a Oldr.conſ.xl. Bal.cccciij.j.

ſiſſe videtur[a], & alij tradiderunt. amplius ergo & hîc deliberandum.

V.

Sed quid, ſi filius, qui renũtiauit, habuit minus legitima, vel facultates deinde ſunt auctæ? & Bartolus hîc ſentit idem eſſe quia qualecunq; habuit, pro tota ſucceſsione eſt [b], & ita videtur trãſegiſſe [c]. Quę ſentẽtia certa eſt in caſu ſuo, quãdo iuramẽtũ interuenit [d]: q, ſi iuramẽtũ non acceſsiſſet, Iacobus Butrigarius adhuc excludi filium cenſuit, ſi pater teſtamento iuſsit eum ſtare cõtentũ, q, & Alexander videtur probaſſe [e]. Sed hæc ſententia communiter reprobata eſt, qa huiuſmodi pactiones abſq; iuramento ſunt nullæ [f], nec lex diſtinguit, cõſecutus ſit legitimam, an id minùs.

b d.§.aduerſus.
c l. cum ij. de tranſact. Dec.d. l.pactum.
d d.c.quamuis.
e d.l pactũ in fi.
f d.l fi.l. ſi quãdo.§.j. C.de inoffic teſt.
g l.ſi actionẽ.C. de pac. ubi dixi
h arg.l.qui libertinus.in prin.de oper.lib.Bal.l.j. q.6. C. quando non pet.part.

**Sed & ſi filius in metallum dãnatus, vel alia pœna quæ ſeruũ efficit, reſtitutus ſit, nihilo minùs admittetur. aliter non.** A

VI.

Sed quid, ſi hæc renuntiatio hæreditatis non patri, ſed vni ex fratribus ſuo nomine acceptanti facta ſit? & receptum eſt non ſoli acceptanti, ſed omnibus prodeſſe, eámque ad vtilitatem omnium partem facere [g], niſi eam, quę renuntiauit, iam adiſſe proponatur, tunc illi ſoli proderit, cum quo contraxit. quod alibi tractaui.

B

i Bar.l.paterfiliũ. de inof. teſt.
k d.l.ij.§. ſed ſi ſint ſui. Alexã. cõſ.20.in j. Arc. clxj.Iaſ.l.ſi quis hæredẽ.C.inſtit. & ſubſtit.

VII.

Sed quid, ſi filia renuntiauit non ex ea cauſa, quòd aliquid habuerit, vel ſit dote contenta, ſed ſimpliciter, quia ſic ſibi placuit, an tunc faciet partem alijs? & Bartolus hîc videtur ſentire non facere partem, ſed haberi pro mortua. quod etiam Baldus diſertè conſuit [h], adeò vt ex eius perſona aliorum legitima augêri non poſſit. qua de re alibi [i].

l d.l.filiusfam. §.cũ quis.Dec.d. cõſ.296.
m d.l.j.§.aduerſus.

C

VIII. quæſt.

25

Quærit † etiam Bartolus, quid, ſi filius eſt excluſus, quia non vult ſuccedere, an impediat ſororem? & concludit non impedire, quia ſtatutum excludens fœminas ſtantibus maſculis, debet intelligi, ſi maſculi ſuccedãt cùm ſit edictum in fauorem maſculorum [k]. quæ ſentẽtia communiter eſt approbata. cùm enim fœmina à maſculo excludatur, quia ius potentius ex teſtato habet, ſi non ſuccedat, non excluditur fœmina.

n arg.l.ſi ita ſcriptũ.§.. de leg. ij.l.j.§. decretalis.ſ. de ſucceſ. edic.
o d.l ſi quãdo. §.j.d.l.fi.de ſuis & leg.

D

I.

Quod ſecus eſſet, ſi ſimpliciter fœmina excluderetur, quia deficeret cõditione, tũc ſola exiſtentia efficeret, vt fœmina admitti non poſſet, tanquã conditione defecta [l].

II.

Sed & ſuprà viſum eſt ſecus eſſe, ſi filius aliquo recepto viuente patre iuratus renuntiaſſet [m]. Sed quę ratio differentiæ eſt? atqui minus deberet partẽ facere, cùm viuente patre renũtiat, quo caſu nullum vnquã habuit ius, quam cùm repudiat poſt mortẽ, quo tempore ius ſibi delatum fuit [n]. Sed reſponde, renuntiationem viuo patre factam nõ impedire, quid adhuc ipſo iure ſibi delata ſit hæreditas [o]. repudiatio verò poſt mortem retrotrahitur, perinde ac ſi nunquã ſibi ius ſit delatum [p]. Proximior tamen tempore repudiationis præfertur ei, qui interim deceſſerit, & ſucceſſoriũ edictum erit potentius iure tranſmiſsionis [q]. qua de re alibi [r].

p l qui repudiãtis.§.de inof. teſta l hæres quãdocunq; de acq. hæred.
q d.l. j.§.utrũ. d.l.ij.
r c.cum pater. §.à filia de leg. ij ubi Bar. l.filiusfam.§.diuus. ubi Raph. de leg.j.

III.

26

Sanè † in iis, quę tanquã quota bonorum debentur, non autem tanquam quota hęreditatis, ſenſiſſe videtur Bartolus, eum, qui repudiauit, pro mortuo non eſſe, nec alterius partem augere: & ideo legitima propter repudiationem alicuius ex fratribus, aliis nõ accreſcit [s], cùm inter coniunctos cõiunctione legali nullum ſit ius accreſcẽdi [t]: quod & Angelus eſt ſecutus [u]. Quod intelligo, vt non accreſcat tanquam coniunctis, accreſcet tamen tanquam hæredibus, ſi hæredes ſint [x]: qua de re alibi [y].

s Bar.d.l.pater filium.in repet. q.ij.
t l. & Proculo. de leg.ij.
u l.Papinian.§. unde ſi quis.ubi Ang.de inof.teſt
x d.l. qui repudiãtis.l.j.§. ſi ne mo.ff. ad Tert.

IV.

27

Sed † & in ſenatuſconſulto Tertylliano ſi pater & mater ſoli ſint, mater à patre excluditur [z]. & tamẽ ſi conſanguinea adſit, quæ repudiauerit, ambo per bonorum poſſeſsionem Vnde cognati, ſuccedunt [a]: quoniam conſanguinea, quia tanquam legitima in edicto patri præferebatur, ei amplius non obſtat, cùm bonorum poſſeſsio Vnde cognati, detur, ſi legitimi non adſint [b]. Qua in re videtur diſtinguendum, vt cùm pater ex edicto Vnde legitimi, vocari poteſt, excludat matrem [c]: ſi verò ſolùm beneficio prætoris Vnde cognati, vocetur, cùm ea admittatur [d]. Cogitandum tamen.

y Doct.l.planè. §.ſi coniũctim. de leg j.
z c.§.pater Inſtit.ad Tertyl.l. ij.C.eod.
a c.§.ſi ſit conſanguinea.uerſ. repudiante.
b d i.§.ſed ſi quis d ceſſerit.
c l.ſi ac patri.§. de ſuis & legit.
d d.uerſ.repudiante.

V.

Sed quid, ſi filius ille nec adiit, nec repudiauit? & conſtat obſtare fœminis, cùm adire poſsit [e], vel decedẽs in alios hæredes ius ſuum trãſmittere [f]. & hoc eſt, quod non ſemel Baldus docuit, ſolam filij maſculi exiſtentiã impedimento fœminis à tali ſtatuto excluſis eſſe, & eam, quæ ſemel excluſa ſit, perpetuò ſubmoueri [g]. Quod intelligendum niſi filius repudiauerit, vt Bartolus hîc ait [h].

e l ſi in ſin.§. ad Tertyl.
f l.j.§.cum act. C.de cad tol.
g auth ſed & ſi quis ubi Bal.C. de ſec nup. l.in ſubſtitut. ubi Iaſ.de uulg.

VI.

Sed quid in feudis? conceſsit imperator Titio caſtrũ pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis: reliquit filium, qui deinde deceſsit: an filia ſuperſtes admittitur? & receptiſsimum eſt non admitti [i]: &

28

† fœmina ſemel à fratre excluſa, amplius non audietur, quia non tanquam deſcẽdens Titij ſuccederet, ſed tãquã collateralis fratri.

h l.2.§.ſed ẽdidem Iulianus.ff. ad Tertyl.
i c. j.§. quin etiam.epiſco. uel ab.
k c. j.§. filia.de ſucc.feud.
l Bal.d.§. quin etiam.

VII.

Quid ergo, ſi frater non quidem petierit, ſed repudiauerit? & videretur ſecundum ſuprà ſcriptam regulam fœminam admitti: quia frater, qui repudiauit, pro mortuo habetur: & ita ego ſentio. Obſtat tamẽ illud, quòd vt fœmina admittatur, non ſufficit fratrem eſſe mortuum, ſed requiritur, q, incontinenti poſt patrem ſit mortuus [k]. Ergo videretur diſtinguendum, an incontinenti repudiauerit, an ex interuallo [l]?

m l.j.C.q adm. ubi Doct.
n l.j.C.quando non pet.§. cum igitur. Inſtit.de bono.poſſeſ.
o l licet. C. de iur.delib.

VII.

Sed quid in tacita repudiatione, quæ per lapſum temporis inducta ſit? & conſtat tacitam expreſſæ comparari [m]. Qui tamen lapſu temporis executiuo remedio bonorum poſſeſsioni renũtiauerit [n], non cenſetur ab ordinario excluſus, quod triginta annorum dilationem habet [o]. quod alibi docui [p].

p in l.re coniuncti.de leg.j.
q l.ij. unde legit.ff.

VIII.

Quid, ſi repudiatio reſpectu certi capitis tantùm ſit? & non obſtat ex altero petenti ſe admitti [q].

IX.

Illud cõſtat, proximiores, qui ad fideicommiſſum vocati ſunt, in caſum mortis Titij non admitti ſtatim repudiante Titio, nec quo ad eos repudiationẽ pro morte eſſe [r].

29

IX. quæſt.

Subinde † quærit Bartolus, quid, ſi hæc filia ad tempus tantùm ſit excluſa, vt quia ſtatutum dicat, quouſq; exiſtant maſculi, fœminæ non ſuccedant? & concludit, quòd ſi filius deſinat extare, rurſus fœminæ tanquam hæredes ſuccedent [s], & propter auctoritatem ſtatuti cenſebitur maſculus ad tempus hæres fuiſſe, & mulier ex die ſuccedet: quæ ſententia receptiſsima eſt [t], & in feudis quoque procedit propter vim temporalis dictionis Quouſq; Donec, & ſimilium [u].

r l.ſed & ſi ante.ff.ad Treb d. l.cum pater.§.à filia.de leg.ij.
s d.l. fi.§.fi ad Tertyl.Ant.l.ſi quis poſthum. §.j.de liber.& poſth.
t Alex.conſ.39. j.Dec.cclx.
u c.j.de eo. qui ſibi et ſuis hære.

F

Quòd ſi hic maſculus relicta filia deceſſerit, videtur potior eſſe amitę in ſua dimidia conditio: & ideo poſſe eam cautionem in talem caſum petere, quod ego ex Papiniani reſponſo verum arbitror [x]. licet Bartolus dubitauerit [y]. & per alias rationes alij idem concludant. Quid autem ſit in cauſa teſtamenti, ſi pater deceſsit ſolo maſculo inſtituto? & non poſſe ex eo teſtamento adiri hæreditatem Bartolus cenſuit: quod incertũ eſt, an expugnari à filia quandoque poſsit [z], quæ ſententia non videtur communiter recepta [a].

x l peto.in fi.ubi dixi, de leg.ij.
y Bart.d.§. fin.
z l. pen.§.de in iuſt.rupt.
a Doct.l.ij.C.de liber.præter.

Diximus



X. quæſt.

Diximus deportatos, item exhæredatos, item

30

excluſos à ſtatuto pro mortuis haberi: quid † de ſuſpenſo ad beneficia cenſebimus [a]? quid de eo, qui ſacerdotio renuntiauit [b]? quid de eo, qui ab hoſtibus, paganis, ſeu ſchiſmaticis captus ſit [c]? an comparentur mortuis? Pontificij attingunt, nos eis hæc dicenda relinquamus.

a c.j.§.j.ne ſe de uac.lib.vj.
b c.ſuſceptũ. de reſcrip.lib.6.

XI. quæſt.

31

Sed † quid de damnato crimine perduellionis? & conſtat eſſe inteſtabilem, & pro mortuo haberi [d]. Sed quid, ſi ſit per Principem reſtitutus? & confirmatur teſtamentum ex tempore præſenti, non vt retrotrahatur [e]: & ideo ex facto reſpondit Baldus, cùm Peruſini ceu pontifici rebelles damnati eſſent, deinde factã pace reſtituti, eorum teſtamenta ante bellum facta confirmari. Quid ergo, ſi durante bello facta fuiſſet? & cùm à principio non valuerint, videtur nullam eſſe confirmationem. quod idem Baldus cenſuit [f]. Quid in eorum teſtamentis, qui tempore reſtitutionis amplius in viuis non erãt? & Baldus Nouellus hîc negat cõfirmari teſtamẽtum, quia extremum non eſt habile: ideo reſtitutio ad eos non trahitur [g]. Simpliciter omnia confirmari arbitror, vt reſtitutio hęc cauſa pacis facta, & quæ bellum ſedauit, plenius accipiatur [h], nec hoc caſu propter talem fauorem ratio extremi inhabilis attendatur [i].

c c.pen.de ſupplen.negl. prę.l. lib.6.
d l.eius, qui §. de teſtam.
e l.ſi qs filio exhæredato.§.pe. de iniuſt. rupt. gl.hic.
f l.j.§.ſi quis plane.de leg.iij.
g arg. l. qui libertinus.pe. reſpõ.de oper.lib.
h l.in bello.§.codicilli. de capti.
i l.j.C.de poſtli. reuerſ. l.ſi filiũ. ff. de grad. l. emancipatus.§. penul.de ſenat.

A

B

XII. quæſt.

32

Sed † quid, ſi filia non ſimpliciter à ſtatuto ſit excluſa, ſed ſi frater eã dotare voluerit, an interim, quod ad ſucceſsionem attinet, habebitur pro mortua? quod non videretur, & tamen Baldus Nouellus hîc contrarium ſentit. cùm enim veriſimile ſit fratrem eam dotaturum, vt ſibi totam hæreditatem acquirat, debet cenſeri perinde, ac ſi à principio omnimodò excluſa, & ſpes probabilis, ſecuto effectu, operari, vt retrò excluſio trahatur [k]: & ita ait ex facto concluſum fuiſſe. quam ſententiam, quia menti ſtatuẽtium convenit, & ego ſequor [l].

k l.ſi ita relictũ. §.fin.de leg. ij.l. duob.de uerbo. oblig.
l Bald.l.fi.C. de dot.prom. poſt Iacob.de Aret.

C

# De Operis noui nuntiatione. *Rubrica.* †

†*lib.39.tit.j.*

1 *Vi verborum inſpecta, malè rubrica hæc à Doctoribus in quinq; partes diſtribuitur.*
2 *Diuiſio per libros, ad formam non ſpectat.*
4 *Quomodo forma eſſentiam rei det.*
6 *Initium operis à diuini nominis imploratione faciendũ.*
7 *Inſtrumenti ſubſtantia invocatione nominis Dei non inuocare.*
9 *Probationes non reſtringendæ.*
11 *Omiſsio invocationis etiam conſuetudine inductæ nõ vitiat inſtrumentum: idem in Imperatoris nomine. 13.*
14 *Conſuetudo ſtrictè intelligenda.*
15 *Parti quæ omiſit invocationem, conſulitur denũtiatione Euangelica.*
16 *Leuis ſolennitatis deſcriptio.*
20 *Tabellio Chriſtianus inſtrumenti inter Iudæos, verba in ſuam perſonam concipiens, opus habet Chriſti nomen*
12 *Falſitatis præſumptio non eſt capienda.*
22 *Varia nominum genitiui caſus ſignificatio.*
24 *Statutum irrogans pœnam accipienti rem alterius, intelligitur de re iure dominij ad alterum pertinente: impropriè, iure poſſeſsionis.*
25 *Prædictum ſtatutum aliquot caſibus non procedere limitatur.*
26 *Exceptionis Tu non es dominus, vis.*
27 *Statutum antè dictum interdum etiam ad res poſsidẽtis refertur.*
28 *Statutorum verba ex communi vſu interpretanda.*
30 *Verba ſecundum proferentis, vel docti, vel indocti, mentem explicanda.*
32 *Familiæ verbũ, in alienationis prohibitione vſq; ad quartum gradum intelligitur.*
35 *Digeſti* NOVI *etymon: & vocis* NOVVM, *explicatio.*
37 *Statuto, vel inſtrumento indigens, productione interdum capituli, interdum partis capituli ſatisfacit.*

Rubrica.

PRAEFANTVR hîc Doct. quinque in partes rubricam hanc diuidi. Primũ enĩ inuocari diuinũ nomẽ: deinde Iuſti. tanquã cauſæ efficiẽtis titulũ poni, huicq; ſubiici libri materiã, id eſt, enucleati iuris: demũ formalẽ cauſam, id eſt diuiſionẽ per libros: tandemq; ſpecialẽ inſcriptionẽ de noui operis nũtiatione. Sed certè in codicib. emẽdatis hæc nõ ſunt, verũ ſimpliciter ſubiungitur præcedẽti hic liber, diuiſioq; hęc à librarijs facta eſt, vt cõmodiùs circunferri poſſet non à Iuſtin. Nec † rectè in 5. partes poteſt rubrica hæc diuidi, quę vna ſtructura cõpoſita eſt, & à verbo Incipit, regit. idq; ſi vim verborũ attẽdamus [m], licet ſecundũ mẽtem poſsit diuerſę ſententię locus eſſe: q, Imo. & alij hîc tradiderũt. Sed † & negat Iaſ. diuiſionẽ, q̃ per libros fit, ad formã pertinere: cùm † forma eſſentiã rei det [n], at diuiſio nõ dat. Sed † reſpõde, id verũ, cùm nomẽ formæ latiùs pro ſubſtantia accipitur: alioquin propriè forma eſt ordinata ſeries rẽ ad ſubſtãtiã deducẽs, vt Bal. [o] tradit: diuiſio † autẽ per libros rei adducit, vt certũ & cõſequentẽ ordinẽ habeat. Adnotant † in primis Doct. in operib. noſtris ab invocatione diuini nominis incipiẽdũ eſſe [p]: quod non ſolùm Iuriſc. ſed & poetis, Arato, Ouidióq; obſeruatũ eſt: idemq; & Plato in lib. de Legib. fecit. Quid ergo de Tabellionib. dicẽus? an † de inſtrumẽti ſubſtãtia ſit diuini nõinis invocatio? & crebriùs receptũ eſt, non eſſe [q]. Quia vbi enũerant quæ ad inſtrumẽti ſubſtantiã pertinẽt, nulla invocationis fit mentio [r], nec reperit iure cautũ, vt id omnino fiat, ſaluis quibuſdã ſpecialibus caſibus [s]: vnde † qui id dicit, probare debet [t]: nec facilè inducẽdæ ſunt formlæ nouæ, quæ inſtrumenta infirmẽt [u]: cũ † potius probationes ſint ampliandæ, q̃ reſtringẽdæ [x]: & cũ inſtrumentũ probationis cauſa fiat [y], ſicut in teſtibus, cæteriſq; probationibus nil neceſſe eſt invocationẽ exprimi: ita & in inſtrumẽtis credẽdũ eſt. Nec obſtat, quòd ſi nomẽ Imperatoris prępnendũ eſt [z], fortiùs diuinũ [a]. Reſpõdeo, in iis quæ ad formã pertinent, ex ſimilitudine rationis nõ argumẽtamur [b]: tametſi etiã dici poſsit in caſu noſtro ſubeſſe diſsimilitudinem: quia nomen diuinũ tacitè ſemper intelligitur: cũ quicquid agitur, id Deo auctore agendũ ſit [c]: quod in nomine Imp. nõ eſt. nec videtur arctãdus quis, vt in pmiſcuis actib. nomẽ diuinũ enuntiet [d]. Item Imperatorij nominis expreſsio ideo requirit, vt certiùs de tẽpore imperij cõſtare poſsit: quod Alex. hîc ſentit: & verba illa, Deo auctore inchoet, etc. ad proceſſum iudictionis referũtur, vt ex authẽtico græco apparet, nõ ad inſtrumentũ. Sed † quid, ſi adſit cõſuetudo quę induxerit huiuſmodi invocationem? & tunc videntur aliqui ſentire neceſſariam eſſe, aliàs inſtrumentum deficeret [e]: & hoc caſu exiſtimant defendi eorum ſententiam, qui ſimpliciter neceſſariam inuocationem cenſuerũt. Sed † ego adhuc non vitiari inſtrumẽtum crediderim [f], tanquam conſuetudo ex quadam pia ſcrupuloſitate inoleuerit, nõ eo fine, vt neceſsitatem inducat: nam & idem in mandato legis receptum eſt: quòd ſi honeſtatis cauſa duntaxat inductum ſit, non adeò

A B C D E F

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

m l. Aurel.§.idem quæſiit.de lib.leg.ubi Bar. l.ſcire debemus. de uerb.obl.
n l.Iulian.§. ſed & ſi quis.ad exhibend.
o ca.j. de noua forma fidel. in uſib.feud.
p 26.qu.7. non obſeruetis.in fi.
q Bart.l.ſi quis ex.§.ſi initiũ.de edend.in repet.
r §. quantũ uero in aut. quib. mo.na.effi. leg.
s c.j.& ſeq. 74. diſt.
t l.ab ea parte. de prob.
u l.j.C.de form. l.q̃ties.ij de uerbo oblig
x l.curent.ff. de teſtib.
y l. j. ſ. de fide inſtru.
z auth ut præpon.nom.Imp. uerb.auct.Deo.
a Gulie. Bal.l.j. C.de ſa.ſan.eccl. Hoſt. c.ſane. de celeb.miſſ.
b l.ſi fundus de reb.cor.
c 26.q.5.c. non liceat.
d l.quæ ſub.uerſic alij.de cond. inſtr.
e c.cũ dilectus. de fide inſtru. Barb.in ru.e.tit.
f Bar.d.§.initiũ.

obligat, vt actus in cōtrarium celebratus ſit nul-
lus[a]. Vnde & communiter recepta eſt Baldi ſen-
tentia exiſtimantis, verbis † legis ſimpliciter ali-
12 quid inducentis formam actui non imponi, ſed
13 nihilominùs eam valere[b]. Fortius † mihi videtur,
etiam ſi nomen Imperatoris omiſſum ſit, inſtru-
mentum tamen ſuſtineri: cùm lex vt præpona-
tur, ipſi notario mandet, hæcq; cura ad eum per-
tineat[c]: quæ ſi omiſſa ſit, non debet partibus no-
cere[d], ſed notario, qui arbitrio iudicis puniẽdus
eſt[e]: quòd ſi iuſſus legis, vel conſuetudinis partes
quoque ipſas reſpiceret, ſecùs eſſet[f], talique caſu
actus infirmaretur: quod non eſt in caſu noſtro.
Nec crediderim ego illis verbis, Omnino, ſeu,
Omnibus modis obſeruetur, cùm ad notarij mu-
nus pertineant, induci formam, qua non obſer-
uata actus pereat[g]. Satius ergo eſt, interpretari
non vſque eò pollere eius conſuetudinis vim, vt
omiſsio principalis nominis multóq; minùs di-
uini, actum vitiet. cùm † conſuetudines ſtrictam
14 interpretationem recipiant[h], & cùm poſsint ta-
les clauſulæ pro adiectis haberi[i], vel quãdocun-
que prætextu erroris à notario ſuppleri[k]. Hęcq;
15 ſententia eſt æquior. Vnde † etiam ſi vera ſit com
munis opinio, tamen tali caſu competeret parti
beneficium denuntiationis euangelicæ[l]: quia
huius ſolennitatis defectus non excuſat conſciẽ-
tiam promiſſoris, quin obſeruet contractum[m],
cùm obligationem naturalem non impediat[n].
Addit Alex. videri talem ſolẽnitatem eſſe leuem,
ideóque ex eius omiſsione actũ non infirmari[o]:
ídque etiam in ſigno crucis receptum eſt, quod
16 lex inventariis adſcribendũ mãdat[p]: dicitur † au-
tem leuis ſolennitas, quæ omiſſa nil ſubſtantiæ
mutat, vt Bar. definiuit[q]: vel, vt Bald.[r], quæ ge-
neraliter pluribus actibus convenit, non autem
ei ſoli qui agitur: vel, vt Aret. quæ omiſſa modicũ
parti adfert præiudiciũ[s]. Nec me mouet, quòd
17 † inſtrumẽta, in quibus clauſulæ adverſus cõſue-
tudinem adiiciuntur, ſuſpecta ſint[t]: quia hoc ve-
rum eſt in iis, quæ adiiciuntur: nã nimia diligen-
tia arguit dolum[u]: noſtra quæſtio procedit in
iis, quæ omittunt[x], & leuiter ad rem faciunt.
Sed † qua invocatione vtetur tabellio Chri-
18 ſtianus, qui inter Iudæos documẽtum conficiat?
& cenſuit Bar. Chriſti nomen invocandum: cùm
enim id munus tabellioni ipſi ſit iniunctum[y], i-
pſe ſecundum fidem ſuam invocabit: quod & Iu-
ſtinianus hîc fecit, dum tali invocatione eſt vſus:
quia Chriſtianus erat, quamuis Iureconſulorum
Reſponſa digereret, quos conſtat alienos à fide
noſtra fuiſſe[z]. Sed hæc quæſtio magis proœmio
Digeſtorum quadraret, quàm huic loco. antiqui
enim codices nullam habent hîc invocationem:
& ſi haberent, adhuc ratio Bart. non me mouet:
quia in quęſtione ſua res gerebatur inter Iudęos,
hîc leges promulgantur Chriſtianis, licet eis ex-
teri quoque cæteri parére debeant. Alibi † tamen
19 Bar. invocandum numen ipſorum Iudæorũ cen-
ſuit[a]: quod intelligit Iaſ. ſi tabellio & tabellio-
natus ipſe erat Iudæus, vt quamuis Iudæo confer
ri officium non poſsit inter Chriſtianos[b], poſsit
20 tamen inter ſuos ſcriba eſſe. Ego † accepi duplici
formula cõcipi inſtrumenta poſſe, in perſonam
ſcilicet contrahẽtium collatis verbis, vel in per-
ſonam notarij[c]. Si igitur notarius Chriſtianus
in perſonam ſuam concipiat verba, ſatis puto in-
vocandum eſſe Chriſtum: debet enim ſuas ipſe
ſolennitates obſeruare: quoniam hę nõ ad pre-

a gl. auth. decernit. C. de arb. in l. rẽ non nouã. C. de iudic.
b l. fi. C. de ſent. ex breui. reci. ubi Sal. Bal. l. j. de lib. & poſt.
c d. aut. ut præpon. uerſ. unde ſancimus.
d c. ſicut. nec cler. uel mon. ubi Io. And. Anc. Abb.
e gl. d. l. j. uerb. inhibẽtes. de iur. patr. Fel. c. decernimus. de iudic.
f Bart. l. actuarios. C. de mun. lib. xij.
g l. hac cõſultiſſima. ubi Iaſ. C. q teſt. fac. §. hinc notis. in aut. de hæred. & Falc.
h l. j. §. ſi qs hoc interdict. de iti. act. pri. ubi Bar.
i l. fi. in fi. C. de fideiuſ. q ſi nolit. §. quia aſsidua. de Aedil. ędi. Fe. c. cũ M. Ferrar. 4. no. de cõſt.
k l. ſi librarius de re. iu. in fin. ubi Bar. l. errore. C. de teſt.
l c. nouit. ẽ. de iudic. ubi dixi.
m l. quidã. §. illo ubi Angel. C. de neceſ. ſer. hær.
n Bar. in extrau. ad repr. uer. p denũtiationẽ.
o l j. §. fi. de uẽ. inſp.
p l. fi. §. j. de iur. delib. Alex hic.
q l. cũ ĳ. §. ſi prętor. de tranſact.
r in pœ. Greg.
s Aretin. l. ĳ. §. prius. de uulg.
t c. quã graui. de crim. falſi.
u gl. l. ſi qs ſub cõditione. ff. de cond. inſtit.
x gl. l. ſi mora. ſol. matr.
y aut. ut præp. uerſ. unde ſancimus. Bart. d. l. ſi librarius.
z l. ĳ de orig. iu. l. 3 in fi. de decu.
a Bar. d. §. ſi initium.
b l. fi. C. de iudic.

c. nulla 54. diſt. c c. dudũ. de conuer. cõiug. l. Caius ſol. matr.

tium, ſed ad notarij curam pertinent[d]: receptiſ-
ſimàq; hæc eſt ſententia. Quod ſi ex perſona par-
tium concipiatur cõtractus, putà quia ſcribatur,
In nomine Chriſti, ego Hebræus promitto, etc,
videretur vitiare inſtrumẽtum tanquam falſum:

*De Operis*[a]

nec enim Hebræus
in nomine Chriſti
contrahit[e]. Hócq;
ſentit hîc etiam Bart. qui non cenſuit clauſulam
A hãc eſſe ſuperfluam: quod ait Alex. & ideo ex ea
non vitiari ſcriptum[f], ſed potiùs falſum, vel fi-
dei noſtræ illuſoriam videri[g]. Vnde ſequitur, vt
tali caſu potiùs fiat invocatio numinis Iudaici,
cùm in perſona ipſorum concipiantur verba[h], &
inſtrumentum ſimpliciter rei geſtæ fidem faciat.
Sed & ſi ex perſona notarij ſcriptum ſit documẽ-
tum, non putauerim errare notarium, qui Deum
Iudæorum invocauerit: etenim quod attinet ad
primum articulum Symboli, omnes cõſentiunt
B Chriſtiani, Iudęi, Pagani, Turcæ, vt non malè di-
ſputauerit Lancelotus Politus, impiam hæreti-
cámq; eſſe hanc dubitationem. Ego ex quacunq;
invocatione inſtrumentum ſuſtineri ſemper cre-
diderim, ne culpa partium officiat veritati[i], vel
culpa notarij officiat partibus[k]: tum, quia † ca- 21
pienda non eſt pręſumptio illuſionis, aut falſita-
tis[l]. Nam & Alex. Imperator venerabatur Chri-
ſtum, quamuis Chriſtianus non eſſet, vt eſt in e-
ius vita apud Spartianũ, & Tribonianus qui Ru-
C bricas Digeſtorũ inſcripſit, Chriſtianus non fuit,
vt eſt apud Suidam: nam & veriſimile eſt ita de-
claraturũ tabellionem, qui alioquin ipſe de ſuo
reſarcire partibus damnum vitiati inſtrumẽti te-
neretur[m].
OPERIS[a]. ¶ Paternus † hîc caſus vario mo- 22
do accipi ſolet. quandoque enim cauſam efficiẽ-
tem deſignat[n], quandoq; ad materiam, aliquan-
do ad formam refertur, vt hîc omnes tradunt: de-
notat & cauſam (vt vocant) finalem[o]: ſignificat
D & dominium pręſens[p]: ſignificat & futurum[q]:
indicat & poſſeſsionem[r], vel etiam nudam ad-
miniſtrationem[ſ]: reperitur & iuriſdictionis, ſeu
fœderationis ſenſu[t]: quandoque & ad vſum fru-
ctum refertur[u]: quandoque aliter, diuerſiſq; mo
dis accipitur, quos hîc referre operępretium nõ
eſt: concludendum tamẽ ex communi Doct. ſen-
tentia, genitiuum caſum propriè ad dominium
referri[x], poſſeſsionem verò non, niſi impropriè,
E ſignificare: quę tamen ſignificatio & tunc ſumi-
tur, cùm materia hoc ſuadet, vel actus validi-
tas[y]. Hincque (inquit Bart.) Grammatici ſolent
dicere, genitiuũ ex natura poſſeſsionis regi. E-
go apud veteres legi genitiuum caſum eundem
& poſſeſsiuum dici, non quòd poſſeſsionem ſi-
gnificet, quatenus à dominio diſtat, nec enim
Grammatici has iuris noſtri diſtinctiones ſatis
norunt: ſed quòd quandam ad alium applicatio-
nem oſtendit. qua ratione etiam nomina poſſeſ-
ſiua dicuntur, vt Priameia virgo, apud Virg. id
F eſt Priami, & ad eum pertinens, quoquo modo
pertineat. Vnde conſequens potiùs eſt, propria
ſignificatione genitiuum caſum non magis do-
minium, quàm poſſeſsionem ſignificare, vel ad-
miniſtrationem, vel quid ſimile, ſed ſemper ex
ſubiecta materia interpretationẽ recipere, alio-
quin verba rubricę noſtrę non ſatis propriè cõ-
cepta eſſent: quod haudquaquam credibile eſt.
Hinc eſt, quòd plerunque genitiuus ad dominiũ
tantùm non refertur, vt cùm lex cuiuſque ex bo-
nis rapi quicquã prohibet[z]: propter enim vim
dictio-

d auth. ut pponi. uerſ. unde ſãcimus. Bar. l. qs legatũ. C de fal. & l. ſi librarius. de reg. iur.
e Bar. d. §. ſi initium.
f l. nõ ſolent de reg. iu. l. j. in pri. C. de rei ux. act.
g l. Iudęos. C. de Iudæ.
h Bar l. iĳ. §. iurari. de iureiur. & d. §. ſi initiũ. facit c. & ſi Chriſtus de iureiur.
i 22. q. j. c. monet.
k d. l. ſi librarius. ubi Bar.
l qties. §. j de hære. inſt. ubi Bar.
m l. iubemus. in fi. C. de teſt. l. fi. C. de magiſt. cõuẽ. Dec. c. j de pbat.
n exẽplificant per Alex. hic.
o l. filios. de cõ. & demonſt.
p l. iĳ. §. Pomponius. ad exhib.
q l. ſi mora. ſol. matr.
r l. j. §. ait prætor. naut. cau. l. ĳ. §. in hac ĳ. vi bon. rapt.
s c. quia V. de iudic.
t c. j de poſtul. pręla. glo. uerb. terram.
u l. j in prin. §. nõ ſolũ. de arb. cæd. Alex. conſ. 4 in 5.
x l. ĳ. §. locũ. ff. de reli. l. cędere. ff. arb. fur. cæſa.
y gl. l. qties. ĳ. de uerb. oblig.
z d. l. ĳ. §. in hac.



dictionis illius Ex bonis, veriſimile eſt etiam ad
poſſeſsionem eum caſum referri[a]: ſicut & quan-
do lex cuſtodiam adhiberi vult[b], vel ei ſuccurrit,
ad quẽ res pertinet[c]. verba enim generalia ſunt.
Idem in interpretatione interdictorum creden-
dum eſt, in quibus ad altiorem dominij quæſtio-
nem non attenditur[d]: qua ratione & lex Corne-
lia de domo alterius mentionem faciens, etiam
A de conducta intelligitur[e]: par enim vtroque caſu
23 eſt iniuria. Huc † pertinet, & quòd genitiuus ad
bonæ fidei poſſeſſorem refertur, qui Publicianã
habet, & vero domino comparatur[f]. Æquipara-
tio enim legis veteris hoc inducit[g], niſi tamẽ iam
conſtet, quis ſit verus dominus: tunc (quia ille
præfertur) nihil eſt, quod de poſſeſſore quæra-
mus[h], cùm amplius eius non interſit: quod alibi
24 Bar. docet[i]. Et † hinc ad ſtatutum infertur, cuius
verbis quiſquis alterius rem accepiſſet, certa pœ
na plectebatur, inquit Bart. rem alterius dici, quę
B iure dominij ad alterum pertinet, idq; propriè[k]:
quòd ſi ratione poſſeſsionis pertineat, non pro-
priè, ſed ex communi loquendi vſu alterius quo-
que dici[l]: aliud enim eſt res, aliud rei poſſeſsio[m].
At Doctores communiter de dominio ſolùm in-
telligendum putant: quoniam huiuſmodi ſtatu-
tum pœnam inducens ſtricta interpretatione eſt
accipiendum: quod Imo. Alex. & cæteri tradide-
runt, & ſæpiùs ſimilibus caſibus reſponſum ex-
tat[n]. Nec refert, ſi lex in eum, qui rem alienã abſ-
C tulerit, ſcripta ſit, an rem alterius[o]. Vnde cenſuit
Bar. ſi fructus clàm de agro ſecti, ablatiq; ſint, con
dictionem ex ſuprà ſcripto ſtatuto fructuario, aut
conductori nõ eſſe[p], quia nondum dominus fru-
ctuum erat: licet actio ex furto iure communi ta-
li caſu competeret, quę ad id, quod intereſt, refer
tur[q]: intereſt autem conductoris fructus nõ au-
ferri. Ergo † tres caſus diſtinguendos arbitror.
25
I. Primus, cùm reus probat rem ablatam ſuam eſſe:
& tunc abſque dubio nõ puniretur pœna ſtatu-
ti. non enim rem alterius ſic abſtulit, ſed ſuam[r],
nec rei ſuæ furtum feciſſe videri poteſt[s]: ídque
II. Caſtr. & Alex. probant. Secundus caſus, cùm
ſtatutum requirit rem accuſatoris eſſe, vt quia ſic
concepta ſint verba, Quiſquis abſtulerit rem al-
terius, ille centum pro pœna ſoluat: & tunc vera
quoque eſt communis ſententia, vt ſtatuto locus
non ſit, ſi res non ſit eius, cui eſt ablata[t], ſed alte-
rius: quoniam fundamentum intendẽtis eſt do-
minium probare: ergo debet rem ſuam eſſe pro-
bare[r]. Referetur ergo hoc caſu genitiuus ad do-
III. minium. Tertius caſus eſt, cùm verba ſtatuti
dubia ſunt, quia ſimpliciter loquuntur de re alte-
rius, nec explicant, an ſit tertij, an eius cui ablata
eſt: & tunc, ſi conſtat rem non illius eſſe, cui abla-
ta eſt, ſed alterius tertij, Alex. idẽ quod ſuperiori-
26 bus caſibus cenſet, negatque ſtatuto locum eſſe:
quia † exceptio hæc, Tu non es dominus, omne
ius accuſatoris excludit, ideoque poterit reus ex
iure tertij ſe tueri[u]. At Paul. Caſtr. contrarium
ſentit. accuſator enim plus iuris habebat, quia
poſsidebat[x]: quæ ſententia probabilis eſt: quia
verba ſtatuti puniunt eum, qui abſtulerit rem al-
terius: ergo & ſi tertij ſit. Vnde apparet, haudqua-
quam exceptionem illam actionis ipſius excluſi-
uam eſſe, vt Alex. ſat rectè credidit: aget ergo poſ-
ſeſſor: quia ſua ſaltem ratione poſſeſsionis inter-
27 eſt[y]. Illud † fatentur omnes ex ſubiecta mate-
ria ſuprà ſcriptum ſtatutum etiam de poſſeſsio-
ne intelligi, vt ſi verba ſic concepta ſint, Si quis
furto rem alterius abſtulerit, etc. nam cùm furtũ

a l. bonorum. de uerb. ſign.
b d. l. j. nau. cau. l. bõa fid. depoſ.
c l. oſſa. §. ſi locus. §. non ſolũ. de relig.
d l. j. §. nõ ſolũ. de arb. cæd.
e l. lex Corne. §. domũ. de iniur. Fel. d. c. qa V. & c. p tuas de pb.
f l. ſeruos. de le. 3. l. magis. §. j. de reb. eor. l. qties. §. j. de noxa.
g §. ſed iſtæ. Inſtit. de actio.
h d. l. ĳ. de relig. l. j. §. j. de ſeru. corru.
i l. j. §. domini. ad Syll.
k d. l. ĳ. §. locũ. l. j. §. j. de ſeru. export.
l gl. l. ĳ. in prin. de orig. iur. Bar. l. j. §. fi. de pec. et hic.
m l ſi duo. in fi. uti poſs.
n Rom. cõſ. 180. in fi.
o d. l. ĳ. de relig. d. l. j. §. de ſer. corrup l. ſeruos de leg. iĳ.
p l. cędere. §. is, cujus. arb. fur. cæſ. Bart. d. l. ſi fur. de uſufruct.
q l. ſi apes. in fi. ĳ. de fur.
r d. l. ĳ. §. ſi quis igit. ui bo. rapt.
s l. ſi is, cui. §. fi. de fur.
t l. non ſolũ. §. ſed ut pbari. ĩ. e. ubi Bart. l. Iuliã. §. j quib. ex cau. in poſ.
u l. fin. C. de rei uẽd. Bart. l. ĳ. ĩ. de exce. rei iud.
x l. ĳ. uti poſsid.
y arg. l. j. uerb. poſſeſſ. ĩ. de fur. d. l. ĳ. §. fi. ui bo. rapt.



etiam cùm reſpectu poſſeſsionis fiat[z], intelliga-
tur ſtatutum ſecundum ius commune, vt etiam
poſſeſſori actio detur[a]: quod Bart. hîc ſentit, &
non abſimili caſu ſæpe conſultum extat[b]. nam
& Caſtrenſis hîc, ſi lex ſtari ſacramento domini
poſſeſsionis velit pro damno paſſo, comprẹhen-
di etiam fructuarium cenſuit, qui in fructibus da-
mnum ſit paſſus[c]: quoniam propter poſſeſsio-
A nis mẽtionem ea videtur legiſlatoris mens fuiſ-
ſe, vt damnum cuilibet poſſeſſori reſarciretur[d]:
quod & Alex. reſpondit[e]. Ego etiã ſi poſſeſsio-
nis mentio facta nõ ſit, tamen fructuario ſuccurri
etiam adverſus dominum arbitror, non quidem
directa condictione ex ſtatuto[f], ſed vtili[g]. Sic &
traditũ eſt, cùm ſacris interdixiſſet Pontifex ter-
ris Regis, etiam eas comprӕhendi, quæ propriè
Regis non ſunt, ſed ſociæ, vel fœderatæ[h]: itemq;
terris, quę iure vſusfructus tantùm ad eum perti-
nent[i]. etenim vſusfructus pars dominij eſt[k], &
B ita ab eis auxiliũ contumaciæ ſuæ Rex mutua-
retur, ſicut à propriis, vt meritò cùm eadem ratio
vtroque caſu ſubſit, & de dominio & de poſſeſ-
ſione genitiuus accipiatur[l]. Quòd ſi par ratio
nõ ſubeſſet, aliud videretur, vt cùm terræ epiſco-
pi ſubiiciuntur interdicto, non compræhendet
eas, quę ſolùm iure ſpirituali ad epiſcopum per-
tinent[m]: quia ſubiecti ſpiritualiter tantùm non i-
ta adiuuant domini contumaciam, ſicut cæteri.
qua in re alij aliter. Addit Bart. ſuprà ſcriptum
C ſtatutum de poſſeſsione quoque intelligi ex cõ-
muni loquendi vſu, ſecundum quem ſolemus
alterius rem dicere, etiam quæ ſolis poſſeſsio-
nis reſpectu ad alium pertineat[n]. verba † autem 28
ſtatutorum ſecundum communem loquendi v-
ſum intelligenda ſunt[o], etiã ſi is proprietati re-
pugnet: quod in pœnalibus etiam locum habet,
vt Bart. hîc tradit, & cæteri ſequuntur[p], præter
Ludouicum Pontanum, qui quibuſdam rationi
bus nititur, quæ non tam communi ſentẽtiæ ad-
D verſantur, quam eam limitant. Et in primis addu
cit ille, quòd lex vulgi ſentẽtiam improbat, eum
qui duplã promittit, ſatiſdare debere exiſtiman-
tis[q]: ergo apparet vulgarem hunc vſum non at-
tendi. Sed vnde hoc? an quia non omnium hic e-
rat vſus, ſed aliquorum duntaxat, & quidem im-
peritorum? communis ergo loquendi vſus, qui
imperitorum ſit, non attendetur[r]. Nam † & Fab. 29
Quintil.[s] auctoritatem, inquit, ſermonis cõſue-
tudo ſuperat: conſuetudinem autem vocabo eru
E ditorum conſenſum, non imperitę multitudinis.
Sunt tamen, qui diſſentiant, & vſum etiam impe-
ritorum attendi debere exiſtimẽt, vt Alex. & Iaſ.
hîc: attenditur enim & ruſticorum vſus[t], quos
conſtat imperitos eſſe. Fel.[u] diſtinguendum pu-
tat, & vſum ex mediocriũ auctoritate aſſumi, non
prorſus imperitorum, viliſsimorúmque. Ego † ac- 30
cepi verba ſecundum proferentis mentem intel-
ligenda eſſe[x]: vnde conſequens eſt, vt ſi ſtatuta à
doctis & peritis iuris condita ſint, ſecundum pe-
ritorum vſum verba accipianus: ſi verò ab impe-
F ritis, ſecus ſit[y]. veriſimile enim eſt vnumquenq;
intentionem ſuam exprimere verbis ſecundum
ſuam conſuetudinem acceptis[z]. Rurſus addu-
cit Pont. quòd quamuis communis vſus accipiat
cognatos etiam eos, qui poſt mortem teſtatoris
ſunt concepti: tamen aliter ab edicto prætoris
accipiuntur[a]. Reſpondet Iaſ. communem vſum
eo caſu reprobari, quia nimis ineptus. Ego † non
reprobari vſum illum exiſtimo, ſed Iuriſconſul- 31
tum ſimpliciter declaraſſe, in edicto ſolùm com-

Rubrica.
z l. j. l. itaq. de fur. §. j. Inſt. eod.
a l. ſi ſerui. C. de noxa.
b Alex. conſ. 34. uiſo. in qu. 54. in 5. Rom. con. 180. in fin.
c Specul. tit. de pb. §. uidẽdum. uerſ. ſed pone, à ſtatuto.
d arg. l. ĳ. C. ut ne. priua. uela reg.
e cõſ. 129. in ĳ.
f d. l. cædere.
g l. itẽ Mela. in fi. cum l. ſeq. ad leg. Aquil.
h d. c. j. uerſ. nec ualet. de poſtu. prælat.
i c. ſi ſentẽtia. §. j. de ſent. excõ in 6. ubi Ioã. Andr.
k l. 4. de uſufru.
l gl. auth. ut hi, qui obl. uerb. ad curationem.
m c. ſane. ĳ. ubi Abb. de of. dele.
n gl. d. l. ĳ. de orig. iur.
o l. librorũ. uer. quid ergo. in gl. de leg. iĳ.
p l. ſi uxor. §. j. de adul.
q l. ſi dictum. de euict.
r Bal. c. j. de ſucceſ. feu. l. j. C. de ſer. fug. l. j. C. de ſucceſ. edi. Alex. conſ. 85. in 4.
s lib. j. c. 5.
t l. ſi chorus. de leg. iĳ. gl. a. l. ĳ.
u in pœ. Decre.
x l. Labeo. de ſup. leg.
y l. ſtipulatio iſta. §. hec qq. de uer. obl. et ibi gl. in uerb. ſtipul.
z l. q loco. §. j. ubi Dec. de hęr. inſt.
a l. item prętor. de ſuis, & legit.

pręhendi eum, qui viuo aſcendẽte ſit conceptus:
32 perinde ac ſi diceret, licet † appellatio Familię, ſit
generalis, tamen in prohibitione alienationis ſo
lùm vſque ad quartum gradum intelligitur[a]: ſic
33 † licet verbum Occidiſſe, generale ſit, tamen in le-
ge Aquilia ad eũ re-
ſtringitur, qui ad-
hibita vi occidit[b].

*noui[a] nuntiatione.*

a authẽ. de reſt. ſi. §. nos igitur.
b l. ita uulneratus. ad leg. Aql.

34 Hincque † conſequens eſt, vt licet aliqua dictio
propter communem vſum generaliter videatur A
accipienda: recipiat tamen ſtrictionem interpre-
tationem, ſi ratio legis hoc ſuadeat[c]. Adducit tã-
dem Pont, quòd plerunque videmus in iure con-
ſtitui differentias, quas tamen communis vſus
non diſcernit, qualis eſt ea quę inter liberos & fi-
lios prodita eſt[d]. Sed eſt reſpõdendum, non diſ-
cerni à vulgariter loquentibus: qui enim Latinè
loquuntur, ſatis diſcernunt. Vnde ſequitur, vt in
communis vſus probatione ex Latina lingua ad
vulgarem non inferatur[e]: quod nõ abſimili caſu B
Alex. quoque reſpondit[f], & nos lib. De verb. ſig.
ij. hæc & alia copioſiùs diſputauimus.

c l. ſi procuratorẽ. §. j. mandati.
d l. q̃d ſi nepotes. de teſta. tut. cum gl.
e Bar. d. l. Labeo uerſ. 3. quęro. de ſup. leg.
f conſ. ij. in fin.

a NOVI[a], Sunt, † qui ab hac dictione NOVI,
35 exiſtiment nomẽ huic libro datum, vt Digeſtum
Nouum dicatur: quę ſententia aliquem colorem
haberet[g]. In antiquis codicibus non incipitur à
dictione Operis. Alij Nouũ interpretantur, id eſt
vltimum[h]. Sed aliud eſt Nouiſſimum, aliud No-
uum. Bart. argutiùs, Nouum, i. iniquum[i], quia pu
nit iniqua: quæ interpretatio ſe ipſam iudicat, C
adeò vt alia non egeat commendatione. Hincq;
infertur ad quæſtionẽ, cùm maritus hęredi præ-
cepiſſet, ne adverſus vxorem ſuam quicquam no
ui faceret: nam ſi aliquid iuſta ex cauſa innouat,
non videtur præceptum contempſiſſe, nec in pœ
nam incidere[k]. Raph. & Alex. non eſſe laboran-
dum de hoc nomine tanquam commentitio ar-
bitrarióque, rectè exiſtimant. Quid enim ſi amiſ-
ſo iuris noſtri corpore[l], iſtud volumen nuper re-
pertum fuerit[m]? Sed cur librum hunc non auſpi- D
cati ſunt ſecundum Iuſtiniani diuiſionem, à ſexta
ſcilicet parte, quæ eſt de bo. poſſ.[n] Reſponde, ſe-
ctionem huius libri nõ veteres Iuriſconſulti, ſed
recentiores librarij fecerunt, vt commodiùs cir-
cumferri poſſet, ſatiſque habuerunt, quòd vltimę
voluntates ſuperiùs explicitæ eſſent. Sed quo-
modo continuabitur ſuperioribus? & Azo (vnde Accurſ. accepit) ita continuari exiſtimat, quia
ſicut ſuperiùs de iure prætorio loquitur, ita &
hîc, licet non in eundem modum: quia ſuprà de E
vltimis voluntatibus, hîc de actibus viuentium.
Sed ego haud hæc probo ſuprà[o]: tractatur item
ad ſenatuſc. Terty. & Orfi. quæ iuris ciuilis, non
autem prętorij remedia ſunt. Din. ſ. de acquiren-
36 do, hîc de retinẽdo agi tradidit. Atqui bonorum
poſſeſſio eſt etiam ius retinendi[p]. Satius † eſt di-
cere, continuationem non eſſe neceſſariam, ma-
ximè in principiis librorum, in quibus materia
non ſubordinatur, ſed incipit[q]. Et cùm hîc li-
ber à principio diuiſionis ſecundum Iuſtinianũ
37 factæ non ſit editus: quærit Bart. ſi † quis ſtatuto,
vel inſtrumento indigeat, an ſufficiet, ſi partem
produxerit? in qua quæſtione conſtituenda eſt
regula, totum quidem volumen producendum
non eſſe, ſed duntaxat integrum caput, ne aliàs
in fine clauſula aliqua adſit, quę reſtrĩgat diſpo-
38 ſitionem, vel mutet[r]. cùm † enim lex dicat, totam
legem perſpici debere[s], intelligitur tota lex, aut
caput aliquod, quod ſuis modis, & qualitatibus,
quæ eodẽ contextu adiectæ ſint, & ſuis partibus

g l. j. q̃. leg. l. j. de tritl. l. j. §. eſt igitur. uti poſſ.
h c. cũ Marthæ. de celeb miſſ.
i l. j. quod quiſque iur.
k Bar l. ut iuriſiurandi. in fi. de ope. lib. Paul cõſi. 193. ſuper iſto. in ij.
l gl. rub. ſol. ma.
m gl. l. j. admonẽdi. de iureiu.
n l. ij. §. poſt hęc. C. de uet. iur. enucl.
o l. fi. de ſuis, & leg.
p l. 3. §. bonorũ. de bon. poſſeſſ.
q l. cũ de lanionis. §. aſinã. de fun. inſt. gl. rub. de cond. fur.
r c. cũ perſonæ. de priui in 6.
s l. in ciuile. ſ. de legib.

perfectum eſſe debet, quot caput illud produxe-
rint, quod ſtatuẽtes pro perfecto habuerũt. Pro-
ductio enim quandã confeſſionem inducit[t], at
confeſſio circa connexa diuidi nõ debet[u]. quòd
ſi capitula cõnexa non ſint, ſecus eſt. vnde ſi cor-
rectio aliqua ex intervallo adiecta ſit, nõ tenebi-
tur ipſe eã ꝓducere, ſed adverſarius, ſi velit, pro-
ducat: quia alius actus, ſeu alia lex cẽſebitur[x]: &
ideò, quod Bart. infrà ait, additionem ſtatuto fa-
A ctã edi debere[y], intelligendũ eſt ſecũdum ſuprà
ſcripta, vt ſi connexa ſtatuto ſit, edatur ab eo qui
ſtatutum producit[z]: aliàs ab eo, cui res cõmo-
do ſit, hoc eſt qui ex ea ſe fundat: eſt enim huiuſ-
modi additio nouum & ſeparatum ſtatutum[a].

t c. cũ uenerabilis. de excep. ubi Canoni.
u l. Aurelius. §. i. dẽ. de lib. leg.
x l. j. §. cũ adijcimus. de uerb. oblig.
y arg. d. l. inciuile.
z c. ſi Romanorum. xix. diſt.

Sunt † tamen aliqui caſus, quibus ſufficiet par- I.
tem capituli producere. Et in primis clarum eſt, 39
quòd legiſlatores particulas legum plerunque
adducũt[b]: quod in Decretalibus maximè indi-
cat clauſula illa Et infrà, toties repetita[c]. Solent
B enim breuitatis cauſa cõciſè referri, qui adducũ
tur loci, nec ideò minus auctoritatis habent[d]:
cùm maxima ſit Iuriſconſulti referentis fides, o-
mníſque in eo ceſſet ſuſpicio. ſic & in Euangeliis
referuntur loca Scripturæ adeò conciſa, vt maxi-
mùm interpretibus negotium fecerint[e]: quod
lib. ad Pammachium diuus Hierony. atteſtatur.

a l. ius aũt ciuile. de iuſt. & iur.
b l. pars literarũ. ff. de iudic.
c Ioã. Andr. c. à nobis. de iure patron.
d l. ij. §. de nũd.
d. c. ſi Roman.
e Math. c. ij.

Alter caſus eſt cùm iudex ipſe facit particulam II.
edi parti, id eſt dictat quatenus edendum ſit[f]: in
editiõe enim quæ parti fit, quia iudicis auctori-
C tate fieri ſolet, ceſſat ſuſpicio[g]. Sicut & ſupe- III.
riore caſu, cùm vriſimile ſit iudicem non omiſ-
ſurum, ſi qua adeſſet correctio[h], ſi editio ad pro-
bandum ipſi iudici non fiat[i]. Qua ratione &
idem in notario eſt. in caſibus enim quibus nota
rius non niſi partem edere tenetur[k], ſi eam edi-
derit, præſumitur eo modo ediſiſſe, quo debuit,
cum ſuis ſcilicet qualitatibus & reſtrictionibus.
ſubeſt enim eadem ratio, quæ & in iudice[l]. non
tenetur autem notarius edere niſi ei à quo roga-
D tus fuit, & quatenus eius interſit.[m] Quid † ergo I.
ſi notarius edat rem toti ciuitati communem, 40
qualia ſunt ſtatuta? & tunc nõ ſufficiet partem e-
dere: quod alibi rectè Bart. ait[n]. nec iis adverſan-
tur, quæ hîc tradidit, licet Alex. nodum in ſcirpo
quęrat. Hincque infertur, etiam reſcriptum ad II.
cauſas totum edi debere: eſt enim cõmune actori
& reo[o]. Sed & ſi reus aduerſarius ex particu- III.
lari editione plenè inſtructus nõ eſſet, integram
fieri debere ab actore editionem receptum eſt[p].
E Quid, ſi notarius ediderit non ad literam, ſed IV.
ſimpliciter modo referentis conciſè notificaue-
rit, putà pateat q' ego notarias tali die feci do-
cumentum, etc? & huiuſmodi commemoratio-
nes, ſeu indices non ſufficere lex ait:[q] quod in-
telligendum, niſi huiuſmodi in editione omnia
quæ ad ſubſtãtiam inſtrumenti pertinent, adie-
cta proponantur[r]. Sanè † quibus caſibus nota- 41
rius non tenetur niſi partem edere, nihilominùs
pars illa fidem faciet[s], aliàs lex probationes vi-
F tiaret, & fruſtrà talem editionẽ requireret: quod
facilè non eſt credendum: & ideo dum Bart. hîc
ſimpliciter ait, particulam non probare, ſi pars
opponat, intelligendus eſt caſus quo totum pro-
ducendum erat, non autem ſuprà ſcripto caſu,
quod ſufficit, ſi particulam notarius ediderat[t].
Cęterùm & ſi adverſarius contra editionem par-
tis nihil obiecerit, & ex lectione producta de-
pręhendi nõ poſsit, pars, an totum ſit, vero pro-
pius eſt, totum editũ prę̨ſumi. actus enim in du-
bio prę̨ſumitur perfectus[u]. Vnde † qui dicit ſe to 42
tum

f c. cõtingit. de fid. inſtrum.
g Bar. l. oẽs. q. ſi. de iuſt. & iur.
h l. ij. C. de offi. ciuil. iud.
i Bal. d. l. j. ij. no. C. de cond. ob cauſ.
k l. argẽtarius. §. ædi. de edend.
l ſi quis decurio. C. de falſ.
m l. ſi quis ex argẽtarijs. §. pertinere. de eden.
n Bar. d. l. in ciuile.
o glo. c. eã te. in fi. de reſcript.
p arg. l. j. §. edere. de eden.
q l ij. ſ. de fid. in ſtru. auth. ſi qs. C. de edẽ. Guid. Pap quæſt. xix.
r Cin. d. l. fi. Do. d. authẽ. ſi quis. in aliquo.
s d. §. edere.
t l. ex conuentione. ubi Dec. C. de pact.
u l. ſi is, qui. de. teſta.



tum ediſiſſe, præſumptionem pro ſe habet[a], o-
núſque contrarium probandi in adverſariũ trãſ-
fertur[b]. quod certiſsimum hoc caſu eſt, quo ad-
ſertio dicentis prę̨ſumptione legis cõfirmatur[c]:
quicquid aliqui hîc cõtrauertant. Deprę̨hende-
43 tur † autem totum non eſſe productum, ſi nota-
rius expreſsè hoc dixerit, vel adiecta ſit dictio Et
cætera, vel aliqua alia, quæ imperfectionem ar-
guat: & ideo ſi aduerſarius habeat aliquam adie-
ctionem, quę primùm pro ſe, deinde contra ſe fa- A
ciat, poterit illud duntaxat, quod pro ſe facit, ex-
hibere, ad oſtendẽdum, quod actor totum ſtatu-
tum non edidit, vt Bartol. cautè magis, quàm ex
44 boni viri officio, quod Politus ait, hîc docet[d]. Il-
lud † cõſtat, in loco, vbi viget ſtatutum, aliquam
eius productionem neceſſariã non eſſe, ſed ſem-
per pro exhibito haberi[e].

a l. cũ ita. §. ſpecies. de leg. ij.
b gl. l. cũ de lege ſ. de probat.
c l. fi. §. licentia. C. de iur. delib. ubi Iaſ. & l. ſi cõſtante. ſol. mat.
d arg. l. rem nõ nouã. C. de iud.
e Bar. l. oẽs populi. de iuſt. & iur. uerſ. circa ſecundum.


100 *Iudici incumbit diſpicere, an teſtis non allegantis cauſam dictum probationi ſufficiat.*
101 *Quibus verbis cauſa factæ nuntiationis petenda.*
102 *Cauſa nuntiationis quæri ab operariis poteſt.*
104 *Cauſæ exquirendæ tempus.*
107 *Nuntiationis cauſa ſpecialiter exprimenda.*
108 *Nuntiationis, actionum in rem, & citationũ, quo ad cauſæ expreſſionem, differentia.* 109.
113 *Dominus non poſſidens nuntiat: interdum contrà.* 116.
118 *Vaſallum eccleſiæ ſeruitutem concedentem dominus impedire & prohibere poteſt.*
120 *An cauſæ expreſſæ in nuntiando, veritas probanda.*
122 *Cauſa nuntiandi expreſſa non mutanda.*
128 *Inſtrumenti exhibitione & aliis modis fit quis certior.* 131, 132.
134 *Reus offerendo cautionem non ſemper auditur.*
137 *Reo contra nuntiantem actio de dolo datur.*
139 *Dubietas iuris nuntiantem excuſat.*


## LEX I.


1 *Diſtinctio remediorum contra extructa ædificia competentium.* B
4 *Publica vtilitas ædificiorum deſtructionem prohibet.*
5 *Ob factam nuntiationem cogitur etiam iuſtam ædificandi cauſam habens expectare cognitionem,*
6 *Contempta prætoris auctoritas punitur.*
7 *In ambiguis potior eſt prohibentis conditio.*
8 *Nuntiationis & appellationis explicata differentia.*
9 *Nuntiationi aliquot caſibus locus non eſt.*
17 *Nuntians reo æquiparatur.*
19 *Ineptitudo nuntiationem & libellum vitiat.* 20.
22 *Defectus iuris incommoditates.*
23 *Dubia certis poſtponuntur.*
24 *Remiſſio cauſam requirit.*
28 *Pronominis* Hoc, *explanatio.*
30 *Vnus teſtis varians nõ reducitur ad cõcordiam vt probet, ſed plures bene.*
32 *Teſtis modica contrarietas tollerabilis.*
34 *Edictum* Interdicti *genus.*
36 *Interdicti &* Edicti, *quo ad trãſmiſſionem, diſcrimen.*
38 *Interdicti* ἔτυμον *& deſcriptio.* 39, 43.
40 *Interdicta etiam interdum in proprietatis cauſa dicuntur.*
44 *Nuntiatio an edicto, vel interdicto permittatur.*
45 *Nuntiatio non requirit citationem.*
46 *Quis iure ædificare dicatur.*
49 *Clauſula, Faciat, quod iuris, etc. mandatur cauſa principalis.*
50 *Tres nuntiandi modi.*
52 *Remiſſionis varia acceptio: & de qua hic agatur.* 54.
56 *Quando nuntiatio eſt nulla, remiſſio non tenet.*
57 *Actus nullus, nomine & effectu indignus.*
61 *Appellans non fatetur ſententiam valere.*
65 *Conſequens faſſus videtur fateri antecedens.*
66 *Priuatio præſupponit habitum.*
67 *Abſolutionem petens fatetur ſe illegitimè excommunicatum.*
69 *Res qualiter certa fiat.*
72 *Iuſtrumenta non habent paratam executionem.*
73 *Inſtrumento fidem reproductio tribuit.*
76 *Confeſſionis in inſtrumento, vis.*
81 *Ex inſtrumento inter alios facto poteſt tertio ius quæri.*
82 *Sententia redditur res certa.* 89.
86 *Probationes ante ſententiam non reddunt rem certam.*
88 *Quis ſit effectus rem iudici conſtare.*
90 *Veritati cedit præſumptio.*
92 *Nuntiationi non ſemper cauſa inſerenda.*
94 *Nuntiationis & libelli comparatio, & differentia.*
96 *Pupillo & furioſo nuntiari poteſt.*
98 *Teſtes non interrogati non tenentur cauſam dicti allegare.*




HOC EDICTO.[a] ¶ Quoties † quis 1
in re mea, & † à me poſſeſſa ædifi- 2
cat, poſſum propria auctoritate il-
lud deſtruere[f]: q, ſi † quis in re ſua 3
ædificet, mihique ex eo opere det
damnum, ſecũdum veteres iuris regulas petito-
rio duntaxat iudicio agendum erat, interimque
ille impediri non poterat. neque enim facilè de-
buit mihi ille credere[g], quin in ſuo faceret, quæ
vellet[h]. Vnde ſequebatur effici duriorem condi-
C tionem meam, q, † iam factis operibus prætores 4
faueãt[i], q, publicè interſit ædificia nõ deſtrui[k]:
& quia ſi ædificans ſoluendo non eſſet, vel aliàs
iuſtè mihi non credidiſſet, neceſſe habuiſſem id
de meo demoliri, quod ille temerè feciſſet. Igitur
† prætor edixit, ne facta nuntiatione quiſquam 5
ędificaret, etiã ſi iuſtam cauſam foueret, ſed priùs
ſineret de ea cognoſci. etenim aduerſus eum, qui
præſenti ſtatu contẽtus non eſt, ſed nouare vult,
ſtat prima facie præſumptio[l], maximè in iis, vn-
D de graue prę̨iudicium nouanti non infertur: me-
ritò expectandum fuit, donec cauſa cognoſcere-
tur, vel ſatiſdatio præſtanda, ne alioquin vicinus
non iactu lapilli, ſed veris armis nuntiaret, id eſt
prohiberet[m]. Idem prætor deinde interdixit, vt
ſi aduerſus ea factum eſſet, reſtitueretur[n], id eſt,
ſtatim ędificium tolleretur, nec admitteretur ex-
ceptio, q, iuſta ex cauſa ædificaſſet. ſicut enim in
interdicto recuperandę exceptio dominij reiici-
tur[o], ita & in caſu noſtro reiicitur exceptio iu-
E ſtæ cauſæ: quia ille qui interim ædificat, dicitur
vim facere nuntianti[p]. Hócq; induxit interdicto
ſuo prętor, cuius natura eſt, non diuiſo principa-
li partium iure interim providere[q]. Hæcq; ve-
rior eſt ratio, quam ſint illæ, quas Doc. adferunt.
Cùm enim denuntiationes iniquæ negligi regu-
lariter poſsint[r], videbatur etiam nuntiationem
hanc contemni potuiſſe: quod tamen hic nega-
tur. Sed † reſpondet Bart.[s] ſpeciale id eſſe ꝓpter 6
contemptam prætoris auctoritatem[t]. Addit
F Pont.[u] id ꝓpter dubium iuris partium inductũ
eſſe. In † ambiguis enim potior eſt ꝓhibentis cõ-
ditio[x]. Dixerit aliquis, non adverſus eum, qui 7
iuſtè fecerit, nec interim ambiguum cẽſeri, quod
ſecundum regulam eſt[y]. Sed & legi noſtræ lo-
cum eſſe, etiam ſi ius ambiguum non ſit, Din. Iac.
cenſuerunt, quod infrà attingam. Alij † nuntia-
tionem hanc extra iudiciali appellationi ęquipa 8
rant[z]: alij potiùs iudiciali[a]: & ideo pendẽte ap
pellatione nihil innouandũ eſſe[b]. Sed hæc rectè
improbãt Recentiores. Differt enim nũtiatio ab

f l. de pupillo. §. meminiſſe. j. eo.
g l. j. §. dolũ. de eo, ꝑ quẽ fact.
h l. pe. de aqua. quot.
i l. 3. §. j. de aliẽ. iud. mu. l. prætor. §. pe. j. eod.
k l. cæter. de leg. j. ubi Iaſ.
l l. ij. de conſtit. princ.
m l. ęquiſſimũ. in pric. de uſuf. d. §. meminiſſe.
n l. prætor. j. eo.
o l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui.
p l j. §. quid ſit. j. quod vi, aut clam.
q l. j. §. et parui. ff. quod vi, aut clam.
r l. Papinianus. de publi.
s Bart. 5. oppoſ.
t arg. c. bene de appel.
u in §. ſeq.
x l. Sabinus ſ. comm. diui.
y Bar. l. q̃ties. ſi quis caut.
z Bar. l. fi. de appel. recip.
a Bar. d. l de pupillo. §. ſi qs ipſi.
b c. non ſolũ. de appel. in 6.

appellatione pleriſque caſibus, quos hîc referre non attinet [a]. nam & pendente appellatione nihil nouatur, etiam ſi actor ſatiſdare velit [b]: at in caſu noſtro præſtita ſatiſdatione remittitur nuntiatio [c]. Verius eſt ergo, nuntiationem etiam inquam obſeruari, quia interim de iniquitate doceri propter naturam interdicti reſtitutorij non poteſt [d], vt ſuprà dixi. Non † tamen perpetua eſt ſuprà ſcripta regula. Et in primis non procedit, cùm ratio edicti ceſſat, vt quia is, qui nuntiat, in eius rei poſſeſſione non eſt, cui ex ædificio damnum fieret. cùm enim (vt dixi) id poſſeſſorij iudicij quoddã præludium ſit, ei qui non poſſidet, cõpetere non poteſt [e], nec debet qs ædificantem in ſua poſſeſſione impedire, niſi & ipſe tale ius prætendat [f], id eſt in quaſi poſſeſſione iuris, vel loci ſit, pro cuius conſeruatione nuntiat [g]. Vnde infrà Bart. [h] non ſufficere ait, ſi qs dicat ſe nũtiare adiecta cauſa, quia in ſolo meo ædificas, vel aduerſus ſeruitutem domui meę debitam, niſi adiiciat in ſolo meo, & à me poſſeſſo. quæ ſententia vera eſt adverſus cæteros, vt ibi docui. Eadẽ † ratione factum eſt, vt qui viam habet, ædificãti in via nuntiare non poſſit [i]. Quod procedere arbitror etiã in eo, qui iter, vel actum habet, vel quãlibet aliam ſeruitutem non cõtinuam [k]: licet ſecus ſit in ſeruitutibus continuis [l]. nã † in iis poſſeſsio retinetur per fundum dominãtem, animo tñ domini: quia vſus cõtinuus iunctus animo domini, conſeruat talem poſſeſsionem [m]. quod ſecus eſt in ſeruitutibus non continuis, in quibus ceſſat vſus ex parte fundi, nec ſolus animus domini ſufficit: aliàs omnes ſeruitutes eſſent continuæ: quod alibi Bart. declarat [n]. Hincque eſt, ꝙ † huiuſmodi ſeruitutes non habentes cauſam cõtinuam, non poſſidentur, niſi quatenus vſus adeſt: ideóque non vſucapiuntur [o], niſi lapſu tanti temporis, quod ante hominum memoriam [p] ſit. Cùm ergo is, qui viam habet, nuntiat, nihil agit, quia nõ poſſidet niſi tempore, quo ea vtitur, quo vſu ceſſante, tanquam defectus poſſeſsione, non auditur, ſed ſeruitutẽ vẽdicare debet. Quòd ſi viam non iure ſeruitutis, ſed dominij haberet, vt quia proprietatem ſoli, per quod iter faceret, emiſſet [q], dubium non videtur, quin ei nuntiatio vtilis futura ſit [r]. etenim tunc verus poſſeſſor eſſet, ſicut & fructuario vtilis eſt, quoties nõ ſuo, ſed domini nomine nuntiat [s]. Hinc apparet ex cauſa ſeruitutis aquęductus licitam eſſe nuntiationem: quia continua eſt hæc ſeruitus. & ita ego ſentio [t], licet Doct. communiter in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum negent nuntiationem pmitti [u]. Cæterùm † nec procedit regula noſtra in reficiente [x]. ei enim nuntiari nouũ opus non poteſt: quod & Accurſ. hîc tradit. Et dicitur quis reficere, quod penitus deſtructum non erat: ſecus, ſi nulla operis veſtigia ſupereſſent [y]. Sed qd, ſi minimum aliquid ſupereſſet? & videretur ſufficere, cùm de conſeruando iure agatur [z]. An autem diſpoſitio in faciente loquens, locum ſibi vẽdicet in reficiẽte, latior eſt articulus, quàm vt hîc tractari poſſit [a]. Rurſus † non pcedit, cùm periculum eſſet in mora [b]. quoties enim tale periculum ſubeſt, licitã eſt cauſa, curà regulis iuris recedamus [c]: qđ de verb. ſignif. lib. primo pluribus à me exemplis eſt demonſtratum. Idémque dicendum, quoties † nihil, aut minimum intereſſet ipſius nuntiantis [d]. tunc enim à regula quoq;

recedimus [e]. Sed & ſi conſenſus nuntiantis expreſſus, vel tacitus argueretur, non eſſet dubitãdum à nuntiatione receſſum videri [f]: quod & eo exemplo Iaſ. hîc docet, cùm nũtians litem ſuper cauſa principali eſſet cõteſtatus priùs, quàm peteret ædificata pendente lite deſtrui. quod & Bal. reſpondit [g]. Idemque, ſi reus admiſſus fuit ad probandum de iure principali [h]: quam ſententiam & ego probo, niſi cùm actor proteſtatus eſſet nolle ſe de negotio principali diſputare, ni ſi facta demolitione: quod Alex. tradidit [i]. Item niſi cùm actor vtrunque ſimul petiiſſet, duáſq; actiones intendiſſet. ſi enim ſuper principali lite ſit cõteſtatus, non ideo cẽſetur renuntiare interdicto, qn ſuſpenſo petitorio reuerti ad illud poſſit [k]. Sanè et attentata pendẽte appellatione reuocari conſtat, etiam ſi ſuper lite principali proceſſum ſit [l]: quod receptior habet ſententia [m]. Cæterùm † & impunè negligetur ea nuntiatio, quæ legitimè facta reſpectu perſonæ non ſit [n], vt qã à ſeruo, vel pupillo [o]. qđ Accur. hîc tradit [p]. Quid ergo, ſi facta eſt ab excommunicato? & Iaſon idem eſſe tradit, vt ſperni poſſit. nam & talis ſpoliatus ante omnia reſtituendus non eſt [q]: excommunicatus ad iudicium prouocare nemine poteſt [r]: imò & à cõmunib. actibus reiicitur [s]. Suprà autem dixi, nũtiationem in pleriſq; inſtar prouocationis habere [t]. Adde etiam, huiuſmodi abominato nõ licere petitionem aliquam, tametſi extraiudicialem, porrigere [u]. Certũ eſt autẽ, eum qui nuntiat, actoris partes ſuſtinere, cùm qui petit remiſsionem, ſit defenſor [x]: ſi quis tamen diſſentire velit, affirmare oportet, eum, qui nuntiat, actorem quidem eſſe, ſed ſtimulatum, & coactum, ideóque † reo equiparari [y]. vnde videretur ad nuntiationem admittendus, ſicut & ad appellandum admittitur, & ad ſe defendẽdum, ne in iure quæſito inquietetur [z]. Ego cum Bartolo diſtinguendos eſſe caſus arbitror, quibus nuntians pro reo eſt: & tunc excõmunicatus admittatur, aliàs ſecus [a]. Sed † quid, ſi nuntiatio illegitima ſit, quia loco, vel tempore congruo non facta proponatur? etiã conſtat non obſeruari [b]: quod & Bartolus hîc tradit. Quid † item, ſi inepta ſit nuntiatio? & videretur idem eſſe [c], ſicut † videmus libellum ineptũ vitiari [d]. quę ſententia probabilis eſt, quoties ineptitudo expreſsim apparet: ſecus, ſi tacitè inducatur [e], quod & Fel. tradidit [f]. Addit hîc Bartolus, & tunc vitiari nũtiationem, cùm pars cauſam exprimi petiit, nec expreſſa fuerit: qđ infrà attigemus. Illud quoq; idem Bart. cenſuit, quoties † clarum evidensq; ſit nuntiãtem nullum ius habere, nuntiationem ſperni poſſe, nec legi noſtræ eſſe locum [g]: vt ſicut ratione rei, vel perſonæ infirmari nuntiationem ſuprà diximus, ita & reſpectu cauſæ infirmetur. Nam † & videmus agenti interdicto recuperandæ obſtare manifeſti iuris defectũ [h]: videmus etiã cõmunis iuris noſtri regulas ꝓpter notorij iuris defectũ limitari, cuius rei exẽpla lib. de verb. ſignif. primo à nobis relata ſunt, & nõ pauca Iaſ. hîc colligit: videtúrq; hæc receptior eſſe ſententia [i]. Fuere tñ, qui diſſentirent, vt Din. Iac. Old. Al. quoniã lex noſtra nimis reſtringeretur, quæ ſimpliciter locũ eſſe nũtiationi ait, etiam ſi iure opus fieret. Sentit hoc & Accurſ. [k], qui excipit duntaxat, cùm nuntiatio ratione rei, vel perſonę

inepta eſt, non ſi iuris defectu quod vitium eſt [a]. Suadet hoc & ratio, cur is, qui ædificat, ſi ius adeò clarum eſt, adito iudice ſtatim remiſsionem non impetrat, non autem ſibi ipſi ius dicit [b]. Nec me mouet, ꝙ propter rei certitudinem, & (vt vulgò dicitur) rem notoriam à regulis iuris plerunq; recedimus: quia hoc verum eſt, quoties illæ regulę præſumptioni alicui innituntur. æquũ enim eſt, vt † dubia cedant certis, obſcura claris [c]. at legis noſtræ regula talis non eſt: ſed ne auctoritas prætoris contemnatur, qui interdictum ꝓpoſuit, vt à ſe remiſsio impetretur, nec quiſquã ſibi ius dicat: fateturq; alibi Bart. etiam in manifeſtis adeundum eſſe prætorem, quoties res ad cognitionem ſpectat: licet ſecus ſit, ſi ad impediendum duntaxat delictum nuntietur [d]. Puto itaque tribus ſaltem caſibus hãc opinionem veriorem eſſe. Primus, cùm † nũtiator de calumnia iuraſſet [e]. tale enim iuramẽtum diluit aliquatenus rei notoriæ effectum, & rem dubiam facit [f]. Secundus caſus, cùm auctore prætore nuntiatio eſt facta: ne videatur ipſe ſperni [g], & quia ius quamuis notorium, debet ipſi iudici allegari [h], niſi tamen defectus iuriſdictionis ſubſit [i], vel ex ipſius nuntiationis lectura vitium depręhenderetur [k]. Tertius † eſt, vt quibus caſibus exceptio rei notoriæ non obſtat ſpoliato, quin reſtituatur, iiſdẽ & non obſtet in caſu noſtro. ſuadet enim hoc æqualitas rationis, cùm & iſtud interdictum ſit reſtitutorium. Sunt autem plures caſus, quos alibi Doctores attingunt [l]. Exceptis iiſce caſibus putarim Bart. adhæreri poſſe. Hinc infert Iaſon, vt ſi ſtatutum mandat prętori, vt cauſam doctori ſiduciario à partibus electo cõmittat, poſſe tamen eum in re manifeſta iudicare, nec conſilium fiduciarij requirere [m]. Quæ ſententia etiã nobis placet, niſi cùm verba ſtatuti aliud ſuaderẽt, vt quia non ſolùm prætor teneretur committere, ſed etiam ſequi conſilium [n]. tunc enim lex non videtur fidem habere ipſi prætori: quia ſicut eius iudicium in principali cauſa non probat, ita nec in articulo, nunquid cauſa ſit committenda [o]. Poſſet enim rem ambiguam pro clara habere, fieretque facillimè fraus ſtatuto: hocque & Paulus Caſtrenſis reſpondit [p], quoties † iudex merus executor eſt. non enim rei notoriæ cognitionem ad eum pertinere, ſed ſimplicem executionem, quę committendo ſit [q], & poterit cõſultor, ſi videat rem claram, ipſe quamprimùm ſilentium parti imponere, & id facere, quod facturus videbatur prætor. Nec me mouet, ꝙ iudex à quo appellatũ eſt, appellationem notoriè nullam ipſe reiicit [r]: quia reſpondeo, tali caſu eius iudicium in principali cauſa approbatum fuiſſe, quod ad cognitionem pertinet, & † lex communis faciliùs reſtringitur, quàm ſtatutum, à cuius verbis non facilè recedendum eſt [s]. Prætereà huiuſmodi reiectio eſt res meri facti, quę facultas ei ablata per appellationem non videtur [t]: quod ſecus eſt in prætore ſuprà ſcripto caſu, cui adeò lex non con ſidit. Sed tamen & hîc amplius deliberandum.

### VLPIANVS LIBRO LII. *ad Edictum.*

## LEX I.

HOC EDICTO [a] ¶ Cùm † pronomen Hoc, rem oculis ſubiectam demonſtret [u], non videtur rectè hîc appoſitum. cùm edictum nõ hîc, ſed infrà referatur [x]. Bart. demonſtrationem ad intellectus oculos fieri ait: alij etiam ad veros, habito ad rubricam ipſam reſpectu [y]: ego hîc edictum poni, infrà interdictum, inter † quæ non modica eſt differẽtia, vt inferius declarabo. Quid ergo, ſi teſtis in prætorio examinatus dixerit rem in epiſcopi palatio geſtam, & deinde ſuper alio articulo ſimpliciter reſponderit in hoc palatio factam? & Bartolus defendi teſtimonium cenſuit, vt pronomẽ Hoc, ad oculos intellectus referatur, hoc ſcilicet palatio, quòd ſuprà dixi. euitandæ enim contrarietatis cauſa ſit hæc interpretatio [z]. Sequunturq; hanc ſententiam non pauci [a], quæ proculdubio vera eſt, ſi hoc dũtaxat ageretur, vt teſtis à falſi crimine excuſaretur [b]: ſed ſi agatur, vt probet, maior ſubeſt difficultas: qa † licet plures teſtes ſimul reducantur [c] ad concordiam ꝓbationis cauſa, vnus tamen teſtis non reducitur, quoties falſa, varia, pugnantia dixiſſe videtur [d]: ideóq; ſuprà ſcripto caſu probationem nullam fieri à tali teſte, Alex. hîc cenſuit. Ego tamen Bartol. ſequor: quia † ratio Alexan. tum demum vera eſt, cùm ipſius teſtis dictum manifeſtè contrarium eſſet [e], vel talis concordia non niſi ex maxima verborum improprietate fieri poſſet [f], vel actuum multiplicationem, & quidem non verſimilem, aduerſus iuris regulas induceret [g]: Secus eſſet, ſi ſimplicem repetitionem [h], vt Tyndarus lib. ſingul. de teſtibus variantibus, cap. vlt. docuit: Vel ſubauditionem non valde coloratã [i]: tunc enim adhuc probaret, licet fortè non eſſet maior omni exceptione [k], nec eius fides per iuramentum neceſſarium ſuppleretur [l]. Illud quoq; non omittendum, quod Butrius tradidit, & pleriq; ſunt ſecuti, quamuis † teſtis pugnantia dixerit, dum modica ſit cõtrarietas, eius edictum non vitiari [m]. quod & Bartol. viſum eſt, Si in aliqua duntaxat demonſtratione, vel loco originis ſit varietas [n]. Vnde in caſu noſtro cùm ſatis modica & tolerabilis varietas, quæ ex improprietate ꝓnominis Hoc, pro illo, oritur, debet poſſe conciliari, videmus enim pleroſq; idiotas non rectè his pronominibus vti. Alibi tamen Bald. videtur ſuprà ſcriptis aduerſari, qui cenſuit periurum in aliquo non prorſus extraneo cenſeri in omnibus periurum. Vnde & Areti. [p] reſpondit falſum cẽſeri teſtẽ, qui aſſeuerat clauſos teſtatori oculos fuiſſe, cùm priùs aliter dixiſſet. Ego † reſidere plurimum in arbitrio iudicis arbitror, qui aduertat, an modica illa contrarietas abſque dolo, & per imprudentiam effutita ſit, vt tunc teſtis nihil minus probet [q]: ꝙ ſi dolus adfuerit, omne teſtimonium deficiet, & modicæ contrarietatis nulla fiet conciliatio [r].

EDICTO PERMITTITVR [b]. ¶ Alibi non edictum, ſed interdictum appellat [s]. eſt † autem edictum genus, interdictum ſpecies, quoties ſcilicet inter duos prætor aliquid ſtatuit [t]: quod in toto titulo ſiue tractatu de interdictis cernere eſt. Quòd ſi extra illum tractatum aliquid dixerit prætor, aduertendum erit, an præceptiuè loquatur, & adhuc erit interdictum [u]: an ſimpliciter ſe actionem daturũ dixerit, & tunc ſecus [x].

L. j. Hoc edicto.

HOc edicto [a] permittitur [b], vt

A B C D E F (section letters in margins)

Marginal notes (page 1283): a c. ſi. de app. in 6. & d. c. non ſolum. b l. Imperatores in fin. de appell. c d. l. prætor. §. deinde. d d. §. & parui. e Bart. l. ſtipulatio iſta. §. habet. ſ. eod. f l. pe. ſ. de aqua quot. g Bart. d. §. & parui j. opp. h Bar. q. 7. i l. qui viã. ſ. eo. k hac l. in fin. l d. l. de pupillo. §. impoſititiis. l. j. §. pe. de remiſ. l. in iudiciõ ſam. erciſc. m l. q. aliena. §. fin. de neg. geſt. ubi Doct. n Bart l. j. uerſ. quæro, quid de quaſi poſſeſsio. ne. de acq. poſſ. o l. foramen. de ſeruit. urb. præd. p l. hoc iure. §. ductus. de aqua qtid. gl. l. ſeruit. ult. de ſeruit. Alex. cõſ. 16. in 5. q l. ſi in cõcedendo. de aqu. pluarc. Bal. l. ſi mulier C. de iur. do. r arg. l. ite quã uis. §. ſi uſus. cõmu diuid. s hac l. §. ſi l. j. §. item Iuliano. de remiſ. t l. ij. C. de ſeruit. u Doc. hac. l. §. ſi. x §. ſi quis ædificium. ſ. ead. l. y l. quid tamẽ. quib. mo. uſufr. amit. z l. ſi. uer. fundi tus. ubi Angel. de uſuca. Bal. c. illud. l ſi. de præſcrip. Cęp. cau tela ccxxxiij. a l. quo minus. ſi autẽ ad fin. de fluminib. b d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. c l. ſi quis. §. ſi iuis. d l. j. §. ſunt autem. ne quid in flu pub.

Marginal notes (page 1284): e Bart. d. §. ſi quis riuos. f §. undeque. ritur. ſ. ea. l. g Bal. cõſ. 245. h arg. c. j. de teſt. ꝓponitur. in ſi. i in l. certi condictio. §. quoniã. ſi cert. pet. k l. cum fundũ. in fin. de ui. & ui arm. ubi gl. l c. j. de cau. poſſ. Bar. §. nihil cõmune. j. cẽbinat l. naturaliter. de acquir. poſſeſ. l c. non ſolum. de appel. in 6. m c. cum dilecti fili. ij. de appel. ubi Peruſ. n c. ſi. ſ. ea. l. o d. l. de pupill. p in gl. iiij. q c. cũ dilectus de reſcr. ubi glo. r c. intelleximus. de iudic. s c. j. uerb. communib. de exce. in vj. t Bar. l. in prouinciali. §. j. eo. u c. cũ parati. de app. x d. l. de pupillo. §. pen. y arg l. nõ cogẽdũ. §. fi. de. ꝓcur. ubi Angel. z c. cũ inter. de excep. Fed. cõſ. xlvij. a Bar. d. l. de pupillo. §. ſi. b d. l. de pupillo. nuntiatione. c gl. l. j. §. circa de dol. excep. d gl. l. j. de off. aſſeſſ. e arg. l. 6. §. j. de eũ. qui. l. ille. in cxvij. in iſſ. f Fel. c. inter cætera. de re iud. fin. g l. ij. §. ne quis h c. ad decimas de reſt. ſpol. in 6. i Alex. cõſ. k Sl. uerb. per renuntiationem.

Marginal notes (page 1285): a d. l. j. §. ſubſtitutus. de condict. cauſ dat. b d. §. et parui. l. j. §. qui, aut cla. c Fel c. quãto in fi. de præſump. d l. j. §. diuo. de public. ubi Bar. l. ſi qs in graui. §. ſi maritus. ad Syllan. e l. de pupillo. §. qui opus. f l. ſi poſt. C. de euict. ubi Bart. Fel. c. ex parte. ij. de offi. deleg. g arg. l. ſed eximendi. ſ. eo. ne quis eũ. qui. c. ſi conſtiterit. in fi. ubi Im. de accu. h gl. cl appell. de appell. uerſ. alias cauſas l. 4. §. itẽ ſi quis eũ. qui neq. uis eũ. quis ſi. i l. ij ubi gl. ſi qs in ius uoc. k Bar l. ij. de iudic. l Bar. in l. naturaliter. §. nihil cõmune de acq. poſ. ubi Doct. c. porro. de diuor. c. q ſuſpecti. §. ubi gl. m Bart. d. l. ille. Angel conſ. 136. Io. And. in Spec. de requiſ. conſ. n c. uenerabili. in gl. de offi. de leg. Bart. l. j. §. ſi plures. de exerc. o l. ſi quãdo. ubi Bal. ſup. uerbo, cred. C. de teſtib. l. ſiue. uerſ. ꝙ ſi hoc. ff. de libe. agn. l. pen. in ſi ubi dixi, C. de pac. l. ij. C. de edic. diu. Ad. to. p conſ. 194. uiſu & cõſ. 6 pro de claratiõe. uol. 3. q c. paſtoralis. in glo. fiat. ſ. nil. e. conſtitutus. ſ. ſi. ſucro, hanc. de uerb. oblig. s l. nemo. de hæred. inſti. l ſi ita ſtipulatus r l. j. no. ap. ſ. l. iij. §. hæc uerba ubi Bar. de neg. geſt. t Peruſ. de appel. u §. quia uero. de offi. deleg Bar. l. ſi. §. diuus de publican.

Marginal notes (page 1286): x d. l. ptor. ſ. eo. y gl. l. ex hoc edict. in prin. de co, ꝑ quem fact. z c. cum tu. de teſt. a Raph. Iac. Põ. Mod. And. Sic. conſ ij. b Tind. lib. ult. circa fin. de teſt. c uari. gl. c. in noſtra. de teſtib. d Doct. l. inter ſtipulãtẽ. §. j. de uerb. obli. Dec. conſ 37. e Bar. l. eos. in fi. de falſ. f l. qui falſo. ſ. de teſtib. ubi no. g l. omniũ. C. de ſentia. ſtam. c. in preſentia. de prob. ubi Dec. not. ix. h Bart. l. Labeo de ſup. leg. i Bar. l. de ſtate. de min. Bal l. da to qui accuſ. nõ poſ. k Bal. conſ. 122. quia unus. in ij. l Bal. §. ſacramẽtũ. de conſu. recti feud. Alex. conſ. xxxij. m But. c. ij. de reg. Dec. conſ. o Bal. Sal. l. pe. C. de tranſact. n Bart. d. l. eos. Bal. Ang. Imol. l. ſi uerbis. §. ſi. de hæred inſtit. o Bal rub de oſſtro. inue. in feu. p Aret. conſ. 71. q uer. ut licet in authẽ. de teſtib. ubi Ang. r l. ſi quis id, ſ. reſtit. de interd. s l. prætor. ſ. eod. t §. ſunt. de interdi. u d. l. prætor. ſ. de mort. infer. deiuriſd. om. iud. l. j. l. ſi uero. §. prætor. de his, qui deiect. ¶ Ant. d. c. in noſtra. Bar. l. j. C. de lib. exhib.

Margin numbers: 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34; II. III. IV.

hæcque eſt Bart. ſententia, quã ego non probo.
I. Et † in primis violat hanc legem, quæ manife-
35 ſtè ſentit in caſu noſtro edictum ſimpliciter fuiſ-
ſe, vt per nuntiationem impediretur nouũ opus:
per interdictũ verò, quòd aduerſus nuntiationẽ
factum eſt, reſtitueretur: quod & Accurſ. & aliqui alij
tradiderunt [a]. Vn-
36 de † mortuo nuntiante ex edicto nul-

> ſiue iure, ſiue iniuria[a] opus fieret, per nuntiationem[b] inhibere-

la actio in hęredes trãſmittitur, ex interdicto ve-
rò tranſmittitur[b], hinc apparet hæc remedia ma-
II. nifeſtè differre. Adde, quod nec probabiliter
adduci aliquid poteſt, cur ſub titulo de interdi-
ctis, non diſtinguatur, verba præceptiuè concep-
ta ſint, an id minùs[c]: extra verò illum titulum di-
ſtinguatur, quaſi rubrica proprietatẽ dictionum
III. innouet, cùm ſimpliciter indicare ſoleat[d]: Ar-
gumentaturque Bar. ab etymologia vocabuli af-
firmatiuè: quod argumentum non ſolet ſic indu-
37 ci[e], inter † duos dictum, ergo interdictum[f]: atqui
omnia edicta inter duos ſunt, nempe actorem &
reum: & licet ex vna parte ſint plures, tamen pro
vno habentur[g], idque in omnibus iudiciis, nedũ
38 in interdictis[h]. Ego interdictũ poſſeſſorium re-
medium eſſe ſcio, quod † ab eo deducitur, quaſi
interim dictum, vt Paul. Sententiarum lib. v. ait.
interdicere enim eſt interim dicere, cuius rei
plura extãt apud veteres auctores teſtimonia.
39 Quoties † ergo prætor non in perpetuum, ſed ad
tempus, donec pleniore iudicio de iure petitorij
quæratur, aliquid edicit, propriè erit interdictũ.
40 Qua † ratione & interdicta dicũtur, quæ cauſam
quoque proprietatis continent [i], dum tamẽ per
41 modum prouiſionis inducta ſint, vt de mortuo
inferendo [k], & via reficienda [l], nec † enim hæc
diutiorẽ moram requirunt, nec plenaria cogni-
tio iuris in eis adhibetur[m], ideoque nec perpe-
tuum præiudicium pariunt, quin intentata ne-
gatoria, & in ea victo reo pręiudiciũ tollitur. qua
de re latiùs lib. Parerg. iij. cap. xv. dixi[n]. Ideoque
42 † cùm prætor, quod pendente nuntiatione factũ
eſt reſtitui iuſsit, interdixiſſe dicitur[o]. fit enim
reſtitutio ad tempus: quia re deſtructa ſi ædifi-
cans de iure ſuo docuerit, iterum ędificabit: at in
lege noſtra nuda eſt permiſsio, q; quis nuntian-
do inhibere poſsit: meritò ſimplex edictũ voca-
bitur. Arbitror itaque in Inſtit. legendum, inter-
43 dicta † dici, quaſi interim dicta, non autem quaſi
inter duos[p], alioquin ibi non etymologia, ſed
ſimplex alluſio vocabuli poneretur: qua de re
alibi[q]. Hinc apparet, fruſtrà hîc à Doctoribus
44 dubitari, quomodo † permittatur nuntiatio edi-
cto, cùm infrà in verbis interdicti nihil de hoc ſit
expreſſum: tametſi & defendi poſsit interdicto
permitti, quia qui iubet tolli factum, cẽſetur in-
hibere faciendum[r].
a SIVE IVRE, SIVE INIVRIA[a]. ¶ Hinc ad-
45 notandum, in † noui operis nuntiatione haud-
quaquam requiri partis citationem, quæ etiam
ſi citata ſit, ius prohibendi non habet[s]. nam &
nũtiatio hęc actus extraiudicialis eſt. at in extra-
iudicialibus non eſt neceſſaria citatio[t]. vnde ſe-
quitur, vt in remiſsione ſit ſecus, quæ per iudicẽ
46 fit, ex eaque pars lædi poſſet[u]. Rurſus † adnotan
dum eſt, eum dici iure ædificare, qui ius ædificã-
di reſpectũ cauſæ principalis habet, licet non reſ
47 ſpectu articuli. nec † enim pendente articulo nũ-

a gl. d. l. pretor. Iac. de Are. Alb. Raph. hic.
b l. non ſolũ. §. morte. ff. eo.
c rub. ne uis fi. ei.
d l. j. ſi cert. pet.
e l. ij. §. appellata. ſi cert. pet.
f d. §. ſunt tamẽ
g 4. q. 4. c. j.
h c. licet cauſam de probat. Bal. rub. C. de interd
i l. ij. §. quædã. de interdi. ff.
k l. j. de mor. infer.
l l. iij. §. hoc aũt. de itin. actuq; priua.
m l. 3. §. ſi quis. §. ſciendũ. in gl. ad exhib. l. j. C. quor. bo.
n arg. l. pen. de his, qui ſunt ſui, uel ali. ubi Bar.
o d. l. prætor.
p d. §. ſunt tamen.
q l. taberna. de uerb. ſig. ubi dixi.
r Bar. l. inter. §. ſacrã. de uerbo. obl. ubi Alex.
s c. cũ olim. de re iudic.
t Inn. c. fi. de trãſ lat. epiſ. Fel. c. fi. de præſumpt.
u l. de unoquoque. de re iudic.

tiationis licitum eſt opus facere. Quod † infert 48
Bald. ad queſtionem ſtatuti iubentis aliquos cõ-
promittere de iure, vt arbiter ad finem cauſæ iu-
ſtitiamq; reſpiciat[x]. Ego ad illam quoque quæ-
ſtionem infero, cùm poſt rem iudicatã victus ad-
huc principi ſupplicat, vt reuiſionem
concedat, illeque
ſubſcribit, Audiat
talis, & quod iuris

> tur: deinde remitteretur[c] prohibitio hactenus,

fuerit, faciat, vt † vi- 49
deatur principalem cauſam demandaſſe, non ar-
ticulum, ſicq; rei iudicatæ derogaſſe[y]. quod e-
go alibi diffuſiùs tractaui[z].
PER NVNTIATINOEM[b]. ¶ Fit † nuntia- 50
tio tribus modis: Verbo, quando quis extra iu-
dicium inhibet, ne quis ędificet: quo caſu aduer-
ſarium poſſeſſorem facit[a], poſſeſsione tamẽ nõ
legitima, ſed violenta[b]: & ideo ante ſatiſdatio
nem præſtitam non licet ei ædificare[c]. Facto,
cùm quis per iactum lapilli nuntiat, prohibetq;
ne operẽtur fabri: ſufficitq; lapillum ſimpliciter
iacere[d], & omni alia vi abſtinere, quoniam ia-
ctus ille lapilli imaginem quandam maioris ꝓ-
hibitionis repręſentat. Quo exemplo & Veteres
iure manu conſertum vocabant, vt eſt apud Gel-
lium[e]. Fit & per prætorem: & iis caſibus poſ-
ſeſsio non perditur[f], receptiſsimaq; eſt ſenten-
tia interdictum † prętoris in omnibus iis caſibus 51
locum habere, vt quod aduerſus nuntiationem
factum eſt, deſtruatur[g]: verba enim interdicti ge
neralia ſunt. hæcque eſt communis ſententia, li-
cet Raph. aliter ſenſerit.
DEINDE REMITTERETVR[c]. ¶ Remit-
tere † quis dicitur omne illud, cuius perſecutio- 52
nem omittit[h]: idque generaliter accepto verbo.
Quòd ſi † quis nuntiationem per pactũ remittit, 53
conuentio remiſsionis appellatur[i]. ſi verò à iu-
re fit remiſsio ꝓpter ſatiſdationẽ, non propriè re
miſsio videt̃, ſed inſtar remiſsionis: qa ſatiſda-
tio remiſsionis dũtaxat loco eſt[k]. ergo lato quo
dam loquendi modo remiſsio appellabitur[l].
ꝓpriè † igitur remiſsione hîc accipiemus, quæ 54
auctoritate prætoria fit, de qua titulus infrà de
remiſsionibus, loquitur[m]: ea cognito iure par-
tium fieri debet, vt ſi nuntians ius in parte dun-
taxat habuerit, pro ea non fiat remiſsio: in to-
tum, in nulla parte fiat: & hoc ſignificant aduer-
bia Eatenus, Quatenus, quæ comparationis in
quantitate vim habent, ſicut In tantum, qui mo-
dus loquẽdi eruditis omnibus familiaris eſt, qđ
& Raph. Comenſis ſentit, licet Accurſius de re-
miſsione, quæ per ſatiſdationem fit, intelligens,
nodum in ſcirpo quæſiuerit, & rem clariſsimam
obfuſcârit, ſicut & Iaſon[n], non alia ratione hanc
interpretationẽ reprobans, quàm quòd barbaro
ſermone cõcepta non ſit. Hincq; adnotãt omnes
remiſsionem fieri, quãuis non habuerit quis ius
nuntiandi: & † ideo alibi lex ait remiſsionem fi- 55
eri, vbi nũtiatio non tenuit[o]. ſic enim negatio-
ne adiecta in Pãdectis Ethruſcis legitur, quid-
quid dixerit Accurſius. Quod intelligendum,
vbi nõ tenuit in effectu, habito reſpectu ad finẽ
cauſæ. Quid † ergo, ſi nec articulo quis ius ha-
beat, vt quia nuntiatio eſſet ipſo iure nulla? & 56
Raphael propriè locum remiſsioni non eſſe cen-
ſuit[p]: quem & Iaſon ſequitur, actus † enim 57
nullus nec nomen actus, nec effectum mere-
tur[q], niſi tamen impropria locũtione: & id non
ad infringẽdi effectũ, ſed declarandi eſſe nullũ[r].

x Ang. §. exhæredatos. in aut. de hęre. & Falc. Iaſ. l. iuſtitia. de iuſt. & iur.
y Bal c. ij. de off leg. & ibi Barb. Fel. c. j. de conſt. Dec. 198. Iaſ. d. l. iuſtitia.
z l. cauſas. C. de tranſact.
a ff. ea. l. §. in operis.
b l. j. §. ſed & ſi qs iactu. 6. leg. j. quod ui, aut clã
c l. ſi alius. §. ait Iulian. uerb. cũ poſſeſ. eo. tit.
d l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. eod.
e lib. xx. Noct. Atti. c. ix.
f d. §. mẽiniſſe.
g d. l. prætor.
h l. remittit. de iureiur. l. ſi tertius. in prin. ff. ti. ij. l. de die. §. ſi. q ſatiſd.
i ff. ead l. §. inde quęrit. l. uim facit. §. tandiu. qđ ui, aut clam.
k l. prætor. §. j. ff. eod.
l d. l. ſi alius. §. ait Iulianus. l. j. uer. planè. de remiſsione.
m & d. §. remiſſionem.
n Iaſ. hic.
o l. j. ff. de remiſ.
p arg. l. decẽ. ff. de uerb. oblig.
q l. j. §. ſed ſi mihi. ubi dixi, de uerb. obl.
r gl. l. j. uerſ. infirmabitur. de ferijs.

Et ex



58 Et ex his etiam inferũt Doct. ad † quæſtionem, ſi
quis fateatur, ſe ab excommunicatione abſolu-
59 tum, an † videatur fateri ſe fuiſſe excommunica-
tum: & Bar. cui alij crebriore calculo conſentiũt,
60 non videri confeſſum aiunt[a], ſicut † hîc remiſsio
nõ arguit valorem
nuntiationis falſ-
tem reſpectu finis
cauſę: licet ſecùs ſit

> quatenus prohibendi ius is qui nuntiaſſet, † non haberet[d].

reſpectu articuli. Probatur hoc & aliis argumen-
61 tis. Nam † qui appellat à ſententia, nõ videtur fa-
teri ſententiam valere[b]: & qui excepit, non vi-
62 detur fateri intentionem agentis[c]: & † petens ve-
niam, non videtur fateri delictum[d]: ſicut nec
63 qui ſe ſubiicit miſericordię iudicis[e], & † qui petit
contractum reſcindi, non cenſetur conſentire e-
ius valori[f], & qui dicit ſe manumiſſum, non fa-
64 tetur ſeruitutem[g]: & † filius bonorũ poſſeſsionẽ
aduerſus tabulas paternas petens, non videtur
eas tanquam veras approbare[h]: ſicut & qui à ſen-
tentia appellat ceu contra falſum procuratorem
lata, non videtur eum in procuratorẽ approbaſ-
ſe, nec ſententię tanquam bene latę conſentire[i].
Et hæc quidem concluſio licet receptior ſit, ſatis
tamen eſt ambigua: quoniam qui abſolutionem
petit, ſe in quaſi poſſeſsione excommunicatio-
nis poſitum fatetur[k]: ideoque ſibi hæc confeſsio
65 nocere debet[l]. Regulaque † vulgaris eſt, eum, qui
conſequens fatetur, videri etiã antecedens con-
fiteri[m]. Nec minùs alia trita eſt, qua ſolet dici, ex
66 † priuatione habitum præſupponi[n]: vnde inſtru
mentum legitimationis probat quem fuiſſe ille-
gitimum[o]: inſtrumentũ emancipationis probat
patriam poteſtatem præceſsiſſe[p]: ſic per repudiũ
probatur matrimonium[q]: per inſtrumentum re-
futationis probatur dos conſtituta[r]: per inſtru-
mentum induciarũ, bellum[s]. Quid ergo dicen-
67 dum? & arbitror † eum, qui petit abſolutionẽ, fa-
teri quidem ſe excommmunicatũ, ſed tamẽ non
legitimè: ſicut petens remiſsionem, fatetur nun-
tiationem præceſsiſſe, non ideo tamen iuſtã, po-
teſtque confitens ſuam intentionem ſic decla-
rare[t], & arbitratu ſuo limitare: quo caſu limitata
cauſa limitatũ producet effectum[u], & dicta ad
vnum finem non operabuntur contrariũ[x]. Vnde
ſi pars velit dicere eſſe iuſtã, aliter probare, quàm
ex ſuprà ſcripta confeſsione debebit: non enim
diuidere confeſsionem illius poterit[y], neque ſe
fundabit ſuper cõfeſsione, quã impugnat[z]. Qua
tamẽ de re alibi à me diffuſiùs diſputatum eſt[a]:
cautius tamẽ erit, ſi abſolutio ad cautelã, ſeu con
ditionaliter petatur: quod Pontificij tradiderũt:
tunc enim nihil aduerſus petentẽ probaretur[b].
NON HABERET[a]. Id eſt, iuſtam cauſam
non foueret: proſequitur autem Bart. hîc pluri-
mis quæſtionibus, quemamodum quis ius non
68 habeat: cuius veſtigiis & nos inſiſtemus. Et † in
primis, quia dixerat nuntiationem ſperni poſſe,
69 quando certum eſt nuntiationẽ ius non habere,
70 quærit, quo modo † quid dicatur certum? & † re-
ſpondet, fieri rem certam, & manifeſtam per pu-
blicum inſtrumentum inter partes cõfectum[c]:
71 qua ratione cẽſuit Alex. omnem † exceptionem,
quæ ex inſtrumento reſultat[d], ceu notorium li-
tis ingreſſum impedire, & ius certum facere[e],
donec coloratum aliquid opponatur. Si enim a-

a arg. d. l. decẽ. Fel. c. teſtimonium. de teſtib.
b l. ſi expreſsim. de appel. gl. j. in fin princ. de feri.
c l. non vtique. de excep.
d gl. cap. exhibita. de homicid. uer. poſtulauit.
e Alex. conſil. 7. in j.
f l. ex empto. §. is, qui uinum. de act. empt.
g l. ij. C. de ing. manu. ubi Bal.
h Bar. l. ij. C. de contr. tab.
i l. 3. §. falſus. ff. re rat. habe.
k c. uenerabilẽ. uerſ. ſunt enim. de elect.
l l. moueor. C. ſi ſer. exp uen. ubi Bald.
m l. ad legatũ. l. ad rem mobilem. de procur.
n d. l. decẽ ubi Iaſ. in v. notab.
o l. ij. C. de iur. aur. annul. ubi Bald.
p l fi. C. de ſent. paſ. ubi Bal.
q l. Iulianus. in fi. de repud.
r l. ſemel. C. de apochis. lib. x. ubi Bald.
s Bar l. legata in utiliter. de leg. j. Alex. d. conſ. 7. legata inutiliter. iur. in 6. l. poſt legatũ. de his quib. ut indig. ubi Bar.
t l. ſi quis intentione de iudic.
u l. age. C. de tranſ.
x d. l. legata inutiliter.
y l. Aurelius. §. idem quæſij t. de lib. leg.
z c. ex co. de reg. iur. in 6.
a d. l. decem ubi dixi.
b d. c. exhibita. ubi Abb.
c l. fi. C de reb. cred. c. licet cauſam. de probat.
d d. l. fi. C. de fid. inſtr.
e Alex. l. creditori. C. de pact.

liquid probabiliter obiiciatur, ſecus eſt[f], & tũc
cauſæ cognitio erit neceſſaria. Hinc eſt, quod ſo-
let dici, inſtrumenta † iure noſtro non habere pa-
ratam executionem, ſed via ordinaria adhuc a-
gendum[g], cùm tamen in notoriis ſecùs ſit, mi- 72
nimeque libellus
aut ordo iuris ſit
neceſſarius[h]. For-
tiùs traditum eſt,

L. I. Hoc edicto.

† In quibuſdã libris deeſt hæc negatio.

inſtrumentum † etiam in iudicio ante litis con- 73
teſtationem productum fidem non facere, niſi
deinde poſt conteſtationẽ reproducatur[i]: pro-
cedit ergo Bartoli ſententia, cùm pars nihil op-
poſuit[k]. Quid † ergo, ſi oppoſuit, ſed iniuſtè? & i-
dem eſt, vt ſi oppoſuit, cùm in cauſa eſſet cõclu-
ſum: perinde enim eſt, ac ſi nihil obieciſſet[l]. Idẽ, 74
ſi † ex forma ſtatuti inſtrumẽtum haberet execu-
tionem paratam, ideoque per oppoſitam exce- 75
ptionem executio differri non poſſet, ſatis dice-
retur res clara[m]: quod intelligit Bart. inter ipſos
contrahentes tantùm: reſpectu † enim tertij con-
feſsio in inſtrumento facta ſemiplenam dunta- 76
xat probationem facit[n], tanquam, abſente par-
te, facta[o], & quia res inter alios acta, etc.[p]. Rece-
ptiſsimaque eſt hæc ſententia: quam tamen ego
declarandam cenſeo, niſi † confeſsio rem ipſam 77
reſpiceret, ſubſtantiamque contractus mutaret
ex tertij perſona. Vnde, ſi tibi mutuem centum,
quæ fatear me à Titio in depoſitum habere, fun-
dabitur ex eo Titij cõtra me intentio[q]. Cùm † e- 78
nim naturâ mutui transferatur dominium[r], ex
† confeſsione mea qualitas contractus mutatur: 79
cùm rei penes me depoſitæ dominium non po-
tuerim transferre, ſed ius ratum habendi ad Ti-
tium pertineat[s]. Qua tamen in re alij aliter[t].
Sed noſtra ſentẽtia eſt verior: cùm † enim Titius 80
ratum habere contractum mutui poſsit[u], appa-
ret rem etiã eius nomine geſtam eſſe; & ideo non
videtur inter alios actum, quod cum eius procu-
ratore actũ eſt: nam, vt inquit Ang. quamuis † ab- 81
ſens non obligetur inſtrumento inter alios fa-
cto, tamen ex eo probabitur, aliquid actum fuiſ-
ſe, vnde tertio ius quæri poſsit[x]. Rurſus, ſuprà
ſcriptam concluſionem intelligendam arbitror,
vt non procedat in caſibus, quibus ſummariæ
probationes ſufficerẽt, vt in interdictis, tunc vi-
detur inſtrumentum inter alios geſtum propter
vim ſemiplenæ probationis ſufficere[y], dum ta-
men in iudicio exhibeatur: alioquin extra iudi-
cium ſentit hîc Bar. non ſufficere: probabiliter e-
nim rei, quæ à ſe geſta non eſt, detrectat quis cre-
dere[z]. Rurſus quoque reſtringendam arbitror,
cùm non de iure aut effectu facti, ſed ipſo facto
tractaretur: probat enim plenè reſpectu tertij,
rem ſic geſtam eſſe[a]. debet tamen illi tertio fie-
ri inſtrumenti copia[b], & etiam ſatiſdari de rato,
ſi tertij probabiliter interſit[c]. Subiicit Bar. † rem 82
quoque certam fieri ex ſententia, quæ inter ipſas
perſonas fuerit aliàs lata[d]: quod intelligendum,
cùm ſententia in rem iudicatam tranſiit, ſicque
Bart. loquitur. Fuere tamen, qui idem eſſe exiſti-
marent, etiam pẽdente appellatione: quia † ſicut 83
confeſsio facit rem claram, & notoriam[e], quam-
uis præceptum iudicis expectet[f], retractarique
ob errorem poſsit[g]: ita † & ſentẽtia interim fa- 84
cere debet, quamuis aliam expectet, retractariq;
in cauſa appellationis poſsit. Sed reſponde ma-

f l. quia aũt. §. nõ ſimpliciter. ſi qs omiſſ. cauſa teſt. c. licet epiſcopus. de pręb. in 6.
g l minor 25. annis, cui. de min.
h ij. q. j. manifeſta. c. ad noſtrã. 3. de iureiur.
i Alex. cõſi. 3. & 37. in ij. Fel. c. j. de ꝓba. Fel clx.
k l cũ precib. C. de ꝓbat. l. fi. C. de fid. inſtr.
l c. ſignificauerunt. de teſtib. ubi Doct.
m l. poſt rem. de trãſ. Soc. l. pecuniã. ſi cert. pet.
n Bar. l. admonẽdi. de iureiu.
o gl. c. j. de adul.
p Rota. dec. 430. in antiquis.
q l. deſiderium. C. de poſ.
r l. ij. §. appellata. ſi cert. pet.
s l. ſi abſentis. C. ſi cert. pet.
t Iaſ. d. l. admonendi.
u d. l. ſi abſentis.
x §. non aũt in gl. in aut. de hered. & Falc. ubi Ang.
y Bar. l. j. qrum bonor. Dec. cõſ. 66.
z l. de pupillo. §. ꝓcuratorio. ubi Bar. & Do. ff. eo.
a Bar. l. ij. C. de eden.
b l. ſi quis inficiatus. depoſ. Bar. l. quod te. ſi cert. pet.
c l. geſta. C. de re iud. d. §. qui procuratorio.
d l. empt. de ac. emp. Bar. l. is, cui bonis. de uerb. obl.
e c. ueſtra. & c. fi. de cohab. cler. c. cum olim. de uerb. ſign.
f l. ſi debitori. de iudic.
g l. non fatetur. de confeſſ.

iorem

iorem præſumptionẽ pro confeſsione eſſe, quàm pro ſententia, à qua pendeat appellatio: confeſsio enim onus probandi in eum transfert, qui errore factum allegat: at ſententia non transfert: cùm qui in cauſa principali ꝓbare debuit, is & in cauſa appellationis idem onus ferat a. Poſſet tamen hæc opinio defendi, vt aliquibus caſibus ſententia talis non rem notoriam omnibus, vel certam, ſed liquidam duntaxat iudici faciat, vt ſi, inſpecto præſenti tẽpore iudex nihil contra probationes ſuſpicatur, vel in cauſa concluſum ſit:
85 tunc† enim dicitur iudici de cauſa liquere b, multò magis ſi iam iudicium ſit latum. Non igitur erit negotium ipſum manifeſtum, ſed cauſa iudici liquida: quod alibi docui c. Et† ideo reſpectu
86 partium ſolet dici, probationes non priùs quicquam operari, nec rem claram facere, quàm pronuntiatũ ſit d. Vnde ſequitur, vt† lex de re mani-
87 feſta loquens, de ea non intelligatur, quę ex probationibus ante ſententiam iudici liquida eſt e, vt meritò Fed. Sen. f reſponſum probare nequeã, qui vſurarium manifeſtum eſſe, & conſilij Lateranenſis pœnas ſubire g reſpõdit, de quo per probationes conſtat, tametſi nondum fuerit lata ſententia: ego contrà. Conſtitutio enim in vſurario manifeſto loquitur, & ſic omnibus manifeſto, nõ autem ſoli iudici h: quod enim iudici liquidũ ex actis eſt, propriè manifeſtum, ſeu notarium non dicitur i, & lex quæ declarat quis criminoſus manifeſtus ſit, expreſsè ſententiam requirit k. Sed
88 † cuius effectus erit, quòd res interim iudici liqueat? Reſpondeo, poterit alimenta, & expenſas litis decernere l: poterit conſilium ſapientis ex forma ſtatuti requiſitum omittere, tanquam res ſibi ſit clara m: poterit eum, qui interdictum adipiſcendę proponere vult, reijcere, ſi ſuprà ſcripto modo ſibi de rei dominio liqueat n, idemque in interdicto recuperandæ o: poterit criminoſum, ceu nõ occultum, ſi ſibi liqueat, ab ordinum ſuſceptione ſubmouere p: & ſi quia ſimilia. Sanè † il-
89 lud non omittendum, quod dicitur ſententiam, quæ in iudicatum tranſiit, facere rem certam, claram, ita demum verum eſſe, ſi ei aliquid probabile nõ obijcitur, vnde impediatur executio: quod Fel. tradidit q. Quid enim, ſi defectus iuriſdictionis allegetur? quid ſi rei euidentia obſtet r? conſtat enim aduerſus rem iudicatam adhuc excipi
90 ob rei euidentiam poſſe s, vt† notorium verum ſit efficacius præſumpto t, & veritas fictioni præualeat. Vnde huiuſmodi probatio, quę ex rei euidentia prouenit, nunquam cẽſetur excluſa x, ſolentque iudices etiam ſi in cauſa concluſum ſit, in rem præſentem venire, & eam oculis ſubijcere, ſicq; certiùs iudicare y, laudaturq; cuiuſdam latrunculatoris factum, qui exhumari mortuum iuſsit, vt inſpiceret an vulnus eſſet lethale z: pro-
91 ceduntque† hæc in notorio facti permanentis, quod alia probatione nõ indiget: ſic enim exẽpla, quæ Bart. adducit, indicant, tametſi quod de terminorum limitatione ex Caij lege adducit a, hodie non ſit in vſu: quoniam (vt Bald. ait) ea lex per generalem conſuetudinem eſt abolita b. Sed in his, quę facti ſunt, non arbitror facilè vni, quã-
92 uis egregio Doctori, credendum c. Rurſus† quæritur, an in nũtiatione cauſa inſeri debeat? & Bar.

a l.ij.qui ad ciuilia.C.de appell. ubi gl.
b d.c. ſignifica, uerſ.t.d.c.cũ oli.
c l. athletas.§. calũniator. de his, q not inf. dixi in l. palã. de uerb.ſign.
d l.ſolam in 3. intell.C.de teſti. gl. l.ſed etſi poſſeſ.§.ſi. de iureiurãd.in uerſ.ꝓbatũ. vbi Alex.
e l.athletas.§.calumniator. de his, qui notãt.in fa.c. iudex. in ſi. de off.deleg.l.vj.
f Fed conſil. viij.
g c.ga in omnibus de vſur.
h l.hoc autẽ.§. j.quib.ex cau.in poſſ.
i Car.d.c.ueſtra q.x.& 31.c.ſi.4. not.de tẽp.ord.
k d.c.ſin.de cohab.cler.
l c.ex parte. de accuſ.ubi Doct. Bart.l.ſi neget. lib agnoſ.
m Bal l.poſt rẽ. de trãſac. Alex. conſ.lxxxiij.
n Bar.§.nihil cõmune.l.naturaliter.de acq.poſ.
o d.c.ſignificauerunt.
p d.c.ſi.de tẽp. ord.
q Fel.c.qniam. uerſ.3. cõcluſio pus.j.hoc tit. tudinẽ. de app. tem.ubi Bal. C. de teſtib. Alexã. de leg.j.

de probat. r gl.d.l.j.de ſeq.poſſ. Doct.l.de pupillo.§. qui os ſ.inter cæteras.de re iudic. t c.fraternitatis.de frig.c.ſolitu gl.ſin.c.tranſmiſſæ.qui filij ſint legit. x l.contra negan- ad l.Aquil. y l.ſi irruptione.§.ſi.ſin.reg. z Bal.l.ſi quis.C. conſ.116. a l.ſi ſin.regund. b Bal.conſ.348. c Iaſ.l.de quib.

reſpondit inſerendam, ſi petatur d: ſi verò non petatur, non inſerendam: in proſecutione tamẽ litis omnino adducẽda erit, ſicut & in libello dicimus e. Nec obſtat, quòd hæres inſtitutus poteſt abſtinere ab hæreditate, & non adducta cauſa f: quia tali caſu non grauantur legatarij, niſi in amiſsione lucri g: at nuntians ædificantẽ damno adficeret: quæ reſponſio non ſatis placet: cùm enim ipſo iure dominium in legatarium tranſierit h, non poteſt negari, quin damno afficiatur i.
A Satius† ergo eſt, dicere in iis quæ arbitraria no- 93
bis ſunt, nullam cauſam requiri: ſecùs in iis, quæ non à nobis tantùm, ſed & ab alio dependent, vt alibi ſolet diſtingui k: verùm nec ratio Bar. ſatis certa eſt, dum nuntiationem hanc comparat libello. Atqui† libellus actus eſt iudicialis l, nun- 94
tiatio extraiudicialis: libellus die feriata parti non porrigitur m, nuntiatio etiam in ferijs fieri poteſt n: ratione libelli pars videtur quaſi con-
B trahere o, nuntiatione non: p abſenti, & ignoranti nuntiamus q, & tamen libellum non damus r. quod ſi verum eſſet ęquiparationem procedere, cauſæ expreſsio vſq; ad ſententiam poſſet peti, ſicut in libello receptum eſt s, & tamen in ipſo nuntiationis actu duntaxat peti poſſe ipſe Bart. infrà cenſuit t. Probabilior fortè eſt 95
Raphaelis ſententia, qui† cenſuit, non teneri nuntiantem, vt extra iudicium cauſam alleget, etiam ſi requiſitus ſit: cùm ſatis eſſe debeat, ſi in proſe-
C cutione litis exprimat: cùm libellum in cauſa nuntiationis porrexerit u: nam† & pupillo, & fu- 96
rioſo nuntiari poteſt x, qui nullum iudicium circa cauſæ veritatem habent: ſic & aduerſus abſentes, & ignorantes nuntiatur y, qui cauſam non poſſunt inquirere: ſed & lex in nuntiatione, quæ iactu lapilli fit, neceſſaria non eſſe verba ait z, quòd ſaltem eatenus debuiſſent requiri vt cauſa exprimeretur. Fuit & tertia hac in re opinio, vt cauſa omnino exprimenda in nuntia-
D tione ſit, etiam ſi non petatur, aliàs ſit nulla: cuius aſſertores ſunt Guliel. Bald. Alber. quoniam lex ait, eum qui nuntiat, locum demonſtrare debere a. Valet autem argumentum de loco ad cauſam b, vt ſicut incertitudo loci, ita & cauſæ actum vitiet. Sed certè maior eſt incertitudo loci, ne ædificans omnino ſit incertus: ideoq; ſtatim nuntiatio vitiatur: cùm tamen, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam cauſam quis habeat, ſuperſedendum ſit, vt hîc dicitur. Poſſet defendi hæc ſen-
E tentia, cùm quis eo caſu nuntiaret, qui aliàs prohibitus ſecundum communes iuris regulas eſſet: tenetur enim etiam non requiſitus cauſam ſufficientem allegare c, quæ certitudinem ex iuris regula prouenientem obfuſcaret d. Poteſt etiam defendi, cùm quis non ſuo nomine, ſed alieno, ſeu publico nuntiat: quod Bart. reſpondit e. Addit Caſtrenſis, & tunc defendi, cùm is, qui ædificat, in ſuo operatur: non enim debet in ſua poſſeſsione inquietari, niſi adiecta cauſa: quã
F ſententiam Alex. Ruin. cæterique rectè improbant f. Satius igitur dictis caſibus Bartolo adhærendũ eſt, cuius ſententia communiter eſt recepta: nec ei obſtat, ſi dicatur, ſi expreſsio cauſæ neceſſaria nõ eſt: ergo ſi expreſſa ſit, & ineptè, vitiare actum nuntiationis non debuit g. Reſpondeo, non procedit, quoties aliqui ſaltem præſumptiuè requiritur, vt quia lex præſumat aliquid factum ex iuſta cauſa: nam ſi inepta exprimatur, actus deficit: quod pluribus exemplis explicat h: expreſſum† enim facit, vt tacito non 97
ſit

d gl.l.non ſolũ. §.ſi cũ poſſem.j. eo. Bar.conſ.64.
e l.ſin.C.de an. except.
f l.qui poterat. ad Treb.
g l.ſi nemo.j.de teſt.tut.
h l.à Titio de furtis.
i l.magis.§.ſi in dũ de reb.cor.
k in §.morte d. l.non ſolum.
l l.edita.C.de edend.
m l. miles.§.6. de adult.ubi Bart.
n §.nuntiatio.j.ea.leg.
o l.iij.§.idẽ ſcribit.de pecul.
p d.§.morte.
q ut j.ea.leg.
r l.Fulcinius.§. ſi quis fraudationis.quib. ex cauſis in poſſ.
s d.l.ſi.Fel.d.ſignificantib.de libelli oblat.
t quæſt.v.
u d.l.de pup.§. j opus. ubi Bar.
x d.§.nuntiationem.
y j.ea.l.uerſ. aduerſus.
z d.§.meminiſſe.
a d.§.qui nuntiat.
b arg.l.vnum. ſi cer.pet.
c arg.§.nuntiamus.uerſ.ſi quis in mari.j.ead.l.
d Bart.l.j.ff.ſi quis in ius uoc.
e conſ.64. gl.d. l. non ſolum.§. ſed cum iure.
f arg.d.§.meminiſſe.uerſ.ar in iuo.Bar.j.qu.4.
g l. unica, in prin.C.de rei uxor.act.
h c.cũ ſuper. de off.deleg.Iaſ. in l.j.ff. de edend.



ſit locus a, & ex regula iuris, expreſſa nocent, nõ expreſſa nõ nocent b. Et† ex ſuprà ſcriptis infertur
98 quoque ad teſtes, vt non teneantur cauſam adſertionis ſuæ dicere, & tamen probent: quod communis habet ſententia c: quod intelligendum, niſi teſtis de cauſa ſit interrogatus: tenetur enim eam adferre ſufficientem & idoneam: aliàs ſi nullam adſignet, vel ineptam, nullam prorſus fidem faceret d: idque etiam ſi ſtatuto caueretur, vt teſti cauſam malam reddenti credatur: non enim valet huiuſmodi ſtatutum: quod Bald. cenſuit e. Sed quo modo cẽſebitur de cauſa interrogatus? & Bald. ait, ſi gęneraliter ei præceptum ſit, vt diceret, quicquid de tali negatio ſciret: ſatis enim eſt, vel implicitè fuiſſe interrogatum f: quod ego verum arbitror, dum tamen veriſimiliter potuerit deprehendere ſe de ratione dicti interrogatum fuiſſe: aliàs enim imputandum ſibi non eſſet, ſi interrogationi obſcuræ ab ipſo clarè re-
99 ſponſum non ſit g. Sed† & illud traditum eſt, teſtem, qui de iis dixerit, quæ non ſenſu corporis, ſed intellectus iudicio percipiuntur, debere rationem adferre, etiam ſi interrogatus non ſit, aliàs eius teſtimonium eſſet inualidum h: ideoque teſtis circa id, quod intereſt, vel de infamia pro teſtimonio aliquid dicens rationem adferre debet: aliàs non probat. Idem, ſi aliquid negatiuũ deponat, quod abſque iudicio pro certo intelligi non poſsit i. Quid ergo, ſi talis teſtis peritus ſit? & putauerim fidem facere, quamuis non addiderit rationem: quia non fuerit interrogatus k: qua tamen in re plurimùm arbitrio iudicis deferendum erit, qui perpendet, cur à teſte ratio adiecta nõ ſit, & ex qualitate negotij, & perſonam rem diſcernet l. Sed an talis teſtis, qui nullam rationem dicti ſui reddit, dicatur omni exceptione maior? & non puto: non enim caret teſtimonium illud quali quali vitio: cùm iudex non elaborauerit, vt veritatem inquireret m: vnde ſequitur, vt talis ſemiplenam probationem non faciet, deferriq; iuramẽtum in ſupplementum non poterit: quod Doctores tradiderunt, & Alex. reſpondit n: qua ratione nec in cauſis criminalibus probabit o: ideoque Bald. cenſuit, ſi de reprobãdo tabellione ageretur, hu-
100 iuſmodi teſtes non ſufficere p. Ego† & in hoc multum arbitrio iudicis tribuendum arbitror, qui ex numero poterit veritatem adiuuare q: poterit & ſi ſibi ſederit, teſtẽ ipſum repetere ex officio, & dicti rationem inquirere r. Rectèq; fecerit iudex, cùm tali caſu teſtimonium eleuetur non culpa teſtis, aut producẽtis, ſed ipſius qui examinauit s: aliàs aduerſus ipſum iudicem nõ leuis orietur ſuſpicio t: quòd ſi in interrogatorijs eſſet expreſſim prędictum, vt de ratione interrogetur teſtis, tunc & parte petente, nedum ex officio iudex repetere eum deberet: quod Imo. cenſuit u.
101 Rurſus dubitat Bart. quibus† verbis petenda ſit huius cauſæ expreſsio? & concludit ſatis eſſe, ſi ciuiliter dixerit, neſcio quare me impedias, vel libenter ſcirem, etc. Sufficit enim qualiſcunque enuntiatio x, per quam admoneri nuntiator poſſit: ſicut & videmus in libello: non enim tenetur reus ſpecialiter expreſsionem cauſæ petere, ſed ſatis eſt, ſi generaliter opponat, libellum ea formula non eſſe admittendum y. Idem quoque in delictis eſſe Iaſon ait: vnde cùm quis, tædet me, inquit, quòd falſi fueris damnatus, poterit iniuriam conueniri, nec ob ironiam ſuam excuſabitur z: quomodocunque enim concepta ſint

a l.cũ ex filio.§. j.de uulg.
b l.expreſſa. de reg.iur.
c l.ſolã. C. de teſtib. c.cũ cauſã. ubi Doct. de teſtib.
d l.cũ hi.§.uult. de tranſact.
e Bal l.ſi nõ ſpeciali.C. de teſta.
f Bal.d.c.cũ cauſam.
g gl.c.ij.de cõſe. diſt.6.l.iuſiurãdũ. de iureiur.
h Doct. d. c. cũ cauſam.
i gl.l.j.in prin. uer.an nõ. in fi. de itiner.actuq; priua. Dec.con. clxxiij.
k arg.c.cũ olim de priuile.Bart. in auth. ſi quis. C.de edend.
l arg.l.ſin.C. de his, q inecel.ma. l.j.ff.de teſtib.
m 30.q.5.c.indicantẽ.Alex. hic.
n Alex. conſ. 15. in j.
o l.ſi.C. de probat.ubi Sal.
p Bal.l.preſbyteri. C. de epiſc. & cler.
q l.ſi quis ex.§. cogent.ff.de ed. l.j.§.idẽ. de q.t.
r gl.§.quia uero.in aut.de teſtib.c.cũ clamor de teſtib.
s l.duob.§.ſi ei. qui.de iureiur.
t Ioan. Andr in Spe.de teſte.§.j. uerſ.item quod interrogatus.
u Imo.c.p tuas. de teſtib.
x l.ſi quis mihi. §. pater. de acq. hęred.l. etiã. hoc modo. de leg.j. l unũ ex.§.ſi. de leg.ij.
y Fel. c.ſignificati.uerſ.2. declaratio. de lib.ob.
z l.ueſtem. ubi Ang.de iniur.

## L. I. Hoc edicto.

verba, dum iniuriam faciendi animo dicta ſint, ea actio competit a. Sed nunquid talibus verbis quis dicatur in mora conſtitutus, & cùm lex requirat inſtantiam b, videretur non induci mora: quoties enim lex inſtantiam fieri iubet, eam expreſsim adhiberi oportet c: quoniam (vt Seneca ait) docet negare, frigidè quiſquis rogat. Vide turque hæc interpretatio accipienda, vt pœnam, quę ex mora inducit, euitemus: & ita Pet. Cyn. Gul. Bald. Alb. Raph. quandoque cenſuerunt d.
A Bar. tamen contrà: quia ſaltem tacitè interpellatus hîc videtur: nec verba ſimpliciter enuntiatiua ſunt e, cùm non ideo prolata ſint, vt duntaxat enuntiatum probent f, ſed vt incitent debitorem ad ſoluendum. Videturque hæc eſſe receptior ſententia, quæ & mihi placet, ne vrbanitas, & modeſtia deterioris ſint cõditionis, quàm clamor & importuna interpellatio g, & (vt inquit Plautus) pupulum maximè ſi ei fiat, cui æquum ſit præſtari reuerentiam h. Subinde quæ-
B rit, quid, † ſi cauſæ expreſsionem dominus non 102
petat, ſed operarij? & ſatis eſſe Bar. cenſuit: quia ſicut lex facultatem concedit, vt ipſis operarijs nuntiari poſsit i: ita vice mutua debent operarij poſſe nuntiationis cauſam petere. hæc enim connexa ſunt k: nam † & interdictio recupe- 103
randæ, abſente domino, quilibet etiam ſi ſeruus, vel minor, admittitur l, nec requiritur an legitima ſit perſona, quę contradicat m: ergo idẽ in
C caſu noſtro, vt in actu iſto extraiudiciali admittatur etiam opificum, & fabrorum interpellatio: quam ſententiam & ego probo, idque vtilitate ſuadente: ne aliàs dominus abſens compellatur ſubire iudicium, ſi certior de cauſa fieri velit: quod ſequenti quæſtione traditum eſt, qui ſi priùs vel per cæmentarios ſciuiſſet, fortè ab opere deſtitiſſet n. Adde, quòd cùm petitio cauſæ prodeſſe ſolùm ędificanti poſsit, nocere non poſſit, debuit à quocunque rectè fieri o: & hæc qui-
D dem vera ſunt, quicquid recentiores hîc commi niſcantur. Quærit† item Bart. vſq; ad quod tem- 104
pus poterit nuntians de cauſa exprimenda requiri? & concludit, ſi non ſit ab ædificante in actu nuntiandi petita, non poſſe ampliùs extorqueri, niſi per iudicij viam, & auctore prætore p: quia † cùm nuntiatio ſemel valuerit, non 105
debet ex poſtfacto infirmari, quia cauſam non dixerit q: quod tamen videtur reſtringendum, niſi incontinenti dominus petierit, ſicut vide-
E mus in eo, qui incontinenti poſt litis conteſtationem exceptionem dilatoriam obijcit r: quæ enim incontinenti fiunt, videntur in actu ipſo facta s: nam & proteſtatio ſimplex licet ad futura trahatur, ad ea tamen porrigitur, quæ incontinenti fiunt t: & ideo ſi fabri reuerſo domum domino retulerunt, nuntiationem ſibi factam, & ipſe, hoc audito, cõſeſtim accurrit ad nuntiantem, cauſamque explorauit, videtur admittendus: quia reſpectu ſui non erat adhuc perfe-
F cta nuntiatio u: ſicut etiam dicimus in nuntiatione pupillo facta, quæ perfecta non dicitur, vt ei præiudicet, niſi poſtquam tutor ſciuerit x: nam & in præparatione nuntiationis idem eſt, vt quod tunc fit, incontinenti fieri dicatur y. Fortiùs† cenſuerunt aliqui, etiam ex interual- 106
lo compelli nuntiantem, vt cauſam exprimat: quia videmus remiſsionẽ nuntiationis iam perfectam, vt quia nuntians noluit eam accipere: nihilominus infirmari, ſi iterum, petente nuntiante, non præſtet z. Sed reſponde, non fuiſſe ſimpli-

a l.iij.C. de liber. præte. ubi Alexan.iij. notab.
b l.mora. de uſur.
c l.ij. de libel. dimiſſ. c. ab eo. de appel. in 6. Ang.conſil. cxl. incip.ſtatutum.
d l.in minore. C.in quib. cauſ. reſt. Raph.d. uerſ.pater.
e Bart.hic.& in §.morte.l.non ſolum.j.eod.
f l. ex hac ſcriptura. ubi Bart. ſi de donat.
g l.iij. de don. inter uir.
h l.pen.ff.de fur
i l.de pupillo.§. nuntiare.j. eod.
k gl.l.cum procur.j.eod.in uer. remiſsio.ibi, aliſ ſic.
l l.j.C.ſi per uim.
m l. prohibere quod ui, au clã.
n l.i.§. de eden.
o l.ſi quis ſolut. §.fina. de uſur.
p d.l.de pupillo §. qui nuntiat.
q l.poſt perfectũ C. de donatio.
r c. paſtoralis. de except.
s l.iij.§.cum igitur. de ui & ui arma.
t l.per retentionem.C.de uſur.
u d.l.de pupillo.§. nuntiationem.
x l.operis.j.eod. cũ gloſ. in uerſ. infanti.
y Alex.l.duorũ. tio.ſol.matr.
z l.prætor.§. ſi quis paratus.j. hoc tit.

ſimpliciter perfectam, ſed ſub conditione, niſi is
cui offertur, moram purgauerit[a]. Iterum quærit,
107 an † ſufficiat cauſam in genere exprimere, an ve-
rò ſpecialiter ſit dicenda? & concludit Bart. ſpe-
cialiter exprimendam, vt ſciat dominus cedere
velit an contendere, id eſt, iudicem adire pro re-
miſsione, ſicut & in libello dicimus[b]: quæ ſen-
tentia vera eſt: nam nuntiatio hæc prouocatio-
ni ad iudicium æquiparatur[c]. Sed prouocatio
hæc ſi reſpectu præteriti grauaminis fiat, ſpecia-
lem cauſam requirit[d], licet ſi reſpectu futuri dun
taxat, ſit ſecùs[e]. Nec me mouet argumentum A-
108 lexan.[f] qui, in † actionibus, inquit, in rem non
eſt neceſſarium cauſam ſpecialiter exprimere[g]:
ſed nuntiatio noui operis dicitur eſſe in rem[h]: &
interdicta, quamuis in rem ſcripta æquiparantur
actionibus in perſonam[i]. Reſponde in rei ven-
dicatione non eſt neceſſaria ſpecialis cauſæ ex-
preſsio: quia ſemper ſubintelligitur, nempe do-
minium, quæ ſemper eadem cauſa eſt[k]. Sed
nuntiatio poteſt varias cauſas habere[l]: ideo ſpe-
cialiter debet aliqua exprimi: & licet nuntiatio
hęc reſpectu operis demoliēdi in rem ſcripta di-
catur[m], tamen cætera & ſimpliciter non eſt in
rem, ſed in perſonam, vt reliqua quoque inter-
dicta ſunt[n]. Fortiùs ergo videtur obſtare, quòd
in citatione ſufficit generalis cauſæ expreſsio[o].
Sed reſponde, oportere tamen ne ſit omnino in-
certa[p]. Item, aliud in citatione eſt, quæ ſimpli-
citer ad iudicium vocat, nec interim quenquam
109 impedit in iure ſuo. Sed † quid, ſi nuntians cau-
ſam generalem dixit, nec dominus vltrà eam de-
clarari petiit? & videtur ſatis eſſe: ſicut in libel-
lo dicimus, in quo generalis cauſa ſufficit, niſi
pars ſpecialem requirat[q]: quod & aliqui recen-
tiores adfirmant. Contrarium alibi ſentit Bart.[r]
tanquam qui petierit cauſam exprimi, de ſpe-
ciali cenſeatur egiſſe: ideoque generalis non ſuf-
ficiat[s], licet in alia materia ſufficeret, vt in ap-
pellatione quamuis extraiudiciali[t], in exce-
ptione[u], in accuſatione ſeu denuntiatione[x],
in eo qui generaliter omnia iura ſua producit[y]
in eo qui in omnibus grauaminibus appellat[z].
110 Ego † generalem ſufficere arbitror, quę tamen a-
liquatenus certa ſit[a]. nec aliud Bart. ſenſit: de
qua tamen re ſequēti quoque quæſtione tracta-
bitur. Rurſus dubitat Bart. an ſufficiat, ſi quis
nuntiet adiecta cauſa, quia ædificas in ſolo meo,
vel contra ſeruitutem domui meæ debitam? &
concludit non ſufficere, niſi adiiciatur, in ſolo
111 meo à me poſſeſſo[b]: qui † enim non poſsidet, ius
112 nuntiandi non habet: quia † qui in iudicio poſ-
ſeſſorio ſeruitutis experitur, non poteſt interim
aliquo modo dominum fundi inquietare[c]: er-
go multò minùs inquietabit nuntiando is, qui
non poſsidet: nam & Africani reſponſo, cùm
nuntians in quaſi poſſeſsione ſeruitutis non eſt,
licitum eſſe reo ędificare dicitur, dum cōtumax
non ſit[d]. Sed aduerſus hanc ſententiam ſtant
113 Imol. Alex. Iaſ. cæteri recentiores: quia † lex fa-
cultatem nuntiandi ei cōcedit, ad quem res per-
tinet[e]. Dicitur autē ad me res pertinere, quam-
uis non poſsideam[f]: & ideo qui dominium ha-
bet, nuntiat, licet non poſsideat[g]. Si enim nun-
tians poſsideret, ſemper foueret bonam cauſam:
quia qui poſsidet ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, nun-
quam inquietari debet[h]. Atqui maximè neceſ-
ſaria eſt nuntiatio ei, qui non poſsidet, cùm cæ-

a l. ſed ſi poſtea. ṡ. de arb.
b l. j. ṡ. de edend.
c c. cū ſit Rom. de appel.
d cle. ſicut. de appel. c. ut debitus de appel.
e c. bonę. de appel. ubi Doct.
f Alex. hic in apoſt.
g l. et an eadē. §. actiones. de except. rei iud.
h l. fi. ṫ. eod.
i l. j. §. pen. de interd.
k d. §. actiones.
l d. l. de pupill. § ſextus.
m d. l. fina.
n d. l. j. §. pen. de interd.
o l. fi. C. de ann. except.
p l. cōſentaneū. C. qūo. & quād. iud. Inn. c. cōſuluit. de off. dele.
q d. l. fin. C. de ann. excep.
r Bar. l. denūtiaſſe. §. quid ergo. de adult.
s arg. l. ſcire. §. ſcire de excuſ. tut. gl. c. paſtoralis. de except.
t d. c. cū ſit Romana. de appel.
u l. j. §. Labeo. de flu. Felin. d. c. paſtoralis
x d. c. quid ergo Alex. conſ. 71. in iij.
y Barb. conſ. 8. in j.
z e. cōſuluit. ij. de appel. Dec. c. ij. eo. tit.
a ṫ. ea l. §. iuris. cū gl. & d. §. Sextꝰ Pediꝰ. uerb. impoſititiam. l. ſcire. §. ſcire. de excuſ. tut.
b Bar. l. ſtipulatio. §. habet. ṫ. eo.
c l. pen. de aqua quo. ij. reſp.
d d. l. ſi prius. cū gl. in uerſ. ageret. e §. iuris. ṫ. ea. l. f l. uerbū. illud. de uer. ſig.
g l. unica, §. ius habet de remiſſ. l. pen. de uſucap. pro empt. h l. j. §. &
parui. quod ui aut clam. ubi gl. & Bart.

teris interdictis deficiatur[i]: quod & in ſeruitu-
tibus procedit. Siquidem negatoria conuentus
propter cōtumaciam quaſi poſſeſsione liberta-
tis priuatur. Et tamen cauet ſe opus nouum non
nuntiaturum, quouſque de iure ſuo doceat[k],
quorſum caueret, ſi nuntiandi ius non haberet,
quia non poſſideret? Addit Iaſ. nuntiatione hac
verbo facta transferri in ædificantem poſſeſſio-
A nem[l]. Ad quid ergo opus eſt poſſeſſione, cùm
ex tali actu perdatur? Ego Bart. ſequor, qui alio
in caſu loquitur, quàm eum interpretes intelle-
xerint: nec enim id negat Bar. eum, qui non poſ-
ſideat, ius nuntiandi habere, qui vbique hoc de
plano fatetur[m]: ſed oportere ait nuntiantem in
poſſeſsione iuris, vel locis eſſe, per quę quis nun-
tiat. Cùm † enim hoc remedium ex interdicto 114
oriatur poſſeſſionem ipſam reſpicit: & † ſicut in 115
poſſeſſoriis iudiciis quæſtio dominij ſeparata
eſt[n]: ita & in caſu noſtro iure nuntiationis non
B debet quis ædificantem in ſuo, in ſua quaſi poſ-
ſeſsione impedire, niſi & ipſe tale ius præten-
dat[o]. Nam & videmus clientem, emphyteu-
tam, ſuperficiarium, ius nuntiandi habere, ne
ſeruitus rei imponatur[p]. Dominium verò, eis
inuitis, non habere: niſi poſtquam vtile domi-
nium directo conſolidatum fuerit[q]. Conclu-
dendum igitur eſt, vt † quis nūtiet oportere eum 116
eſſe in poſſeſsione iuris, vel rei, pro quorum cō-
C ſeruatione nuntiat, tametſi rem, in qua fit nun-
tiatio, non poſsideat: quod tamen aliquot mo-
dis reſtringitur, & in primis, quando † ædificans 117
ipſe vi, clam, vel precario à nuntiante poſside-
ret: tunc enim poſſet, etiam non reddita cau-
ſa, ab eo turbari[r]. Vnde inferunt aliqui, ſi quis
nuntiet verbis, nunquam teneri ad huiuſmodi
cauſæ expreſsionem, cùm reus ab ipſo nuntian-
te vi poſsideat[s]. Sed reſponde ſuprà ſcripto
caſu ædificantem cenſeri ius ædificandi vi poſ-
D ſidere: at nos loquimur de eius rei poſſeſsione,
pro cuius defenſione nuntiamus, & ipſum ius
ædificandi inhibemus. Rurſus reſtringit, quan-
do ædificium hoc poſſet eſſe damnoſum domi-
no eo tempore, quo poſſeſsio ad eum transfere-
tur, ſeu quo ei placebit rem ipſam, cuius iura æ-
dificatione minuuntur vendicare, veluti ſi ſepul-
chrum vel eccleſiam ædificaret[t]. durior enim
efficeretur eius cauſa[u]. quo variis exemplis o-
ſtendi poteſt[x]. Qua † ratione ſi cliens, ſuperfi- 118
E ciarius, emphyteuta, ſeruitutem aliquam eccle-
ſiæ concederent, poſſet dominus incontinenti
prohibere[y]. paratur enim ei durior aduerſa-
rius[z]: & hoc eſt, quod alibi lex ait, ſine præ-
iudicio ſeruitutis, etc.[a]. Poterit ergo ſuprà ſcri-
pto caſu quis nuntiare, quamuis rem non poſ-
ſideat, impedireque ne ædificium fiat. Sed quid,
ſi ideo nuntiet. quia dicat fieri ſibi præiudi-
cium, quoniam iudices in dubio pro ædificiis
pronuntiant, ne deſtruantur[b]: & quia nolit
F deinde tēpore vēdicationis grauari onere pro-
bandi, quòd domus ſua eſſet libera, & nullum
olim fuiſſet ædificium? & putarim non impe-
diendum reum, quin interim ædificet. nec enim
multum præiudicij hìc eſt, cùm poſsit actor ar-
bitratu ſuo tunc probationes inducere, vt ſibi in
eum caſum ſit conſultum[c]: poſsit item in ma-
la fide ædificantem conſtituere[d]: quo caſu mi-
nimum ei fauebunt iudices. Cæterùm quamuis
quis non poſsideat rem, cui præiudicium ædifi-
cando fit, ſi tamen ſpem probabilem ex præſen-
ti cauſa habeat fore, vt quamprimùm poſsideat,
vide-

i d. §. meminiſſe uerſ. at in ſuo.
k l. ſi pſens. uer. idēq. et ibi Bar. ṡ. op. ij. part. j.
l ṫ. ead. l. §. in operis.
m ṡ. q. 4. l. in puinciali. §. j d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi.
n l. naturaliter. § j. ṫ. de acq. poſſeſs.
o Bartol. d. §. & parui. in j. opp.
p l. 3. §. ſi ego. ṫ. eo. et not. in d. §. Sextus Pedius.
q c. unico. §. qd ergo. de inueſt. de re aliena. d. l. & in puinciali. C. de ſerui. ubi Bal. & Salic.
r l. j. in fin. ṫ. uti poſsid.
s ṫ. ead. l. §. in operis. ubi Bar.
t l. ij. §. j. de alie. iud. l. pen. ſi ex nox. cau.
u l. fi. C. de pac. inter emp. l. oſſa. de relig.
x Bart. l. ſi quis ita. §. ea lege. de uerb. oblig.
y l. inter qs. §. damni. ṫ. tit. j.
z arg. §. fi. quib. mod. teſt. in fin. Inſtit.
a d. l. pen.
b l. cætera. in princ. de leg. j.
c c. qniam frequēter. ut lit. nō cont. l. j. §. pen.
d l. ſi fundū. C. de rei uendic.



videtur ad nuntiationem admittendus: quod in
eo proditum eſt, qui ob cōtumaciam ſuam poſ-
ſeſsionem amiſit[a]. Poteſt enim eam, ſi contuma-
ciam diluerit, recuperare[b]: quod Iaſ. hìc tradit.
Quo exemplo, ſi iam petitorium iudicium pen-
deat, videtur actor admittendus ad nūtiationē,
ne interim per vicinum fiat rei, quæ vendicatur,
præiudicium. compelli enim eum hoc caſu Al-
phenus ait, vt de damno infecto caueat[c], tametſi
illud reſponſum alii aliter intellexerint: qua de
119 re li. Paradox. j. cap. nono diſputaui. Addit † Bar.
quoties ædificanti manifeſtum eſſet nūtiantem
poſsidere, tūc haudquaquā neceſſum huius poſ-
ſeſsionis mentionem facere. calumnioſa enim
eſſet ædificantis petitio: quæ opinio probabilis
eſt. cùm enim dixerit ſe dominum, debet intelli-
gi etiam reſpectu poſſeſſionis, poſtq; hoc ita eſ-
ſe adverſarius ſcit[d]. Idem, ſi dixit nuntio, ne æ-
dificęs in loco meo. Pronomen enim illud poſ-
ſeſsiuum eſt[e]. Vnde apparet minimùm obſta-
re, quòd in appellatione ad interlocutoria neceſ
ſariò ſit exprimenda cauſa, quamvis notoria[f].
Reſpondeo enim, ſuprà ſcriptis verbis ſatis ex-
preſſam eſſe. Præterea in tali appellatione ex-
preſſæ cauſæ formam reſpicit, in nuntiatione ſe
cùs: cùm adiici non debeat, niſi hoc petente reo:
quod aliqui hìc tradiderunt. Quærit etiam Bart.
120 vtrùm † in proſecutione nuntiationis probanda
ſit cauſæ expreſſæ veritas? Et primò concludit,
eum qui adverſus nuntiationem ædificauit, in-
terdicto cogi ad demoliendum, nec aliter pro-
bandam eſſe veritatem[g]. Sed quid, ſi nuntians
negligens fuerit etiam is qui ædificauit, de iu-
re ſuo oſtendit, cauſamque falſam fuiſſe proba-
uit? & tunc videretur nullam fieri demolitio-
nem, idque exemplo interdicti recuperandæ, cu
ius fauori non ſolùm expreſsè, ſed & tacitè re-
nuntiare poteſt[h]. Videtur autem renuntiaſſe,
cùm permiſerit eum admitti ad probandum[i].
quod intelligunt aliqui hìc procedere etiam in
attentatorum revocatione, vt ſibi imputet, qui
attentanti permiſerit, vt de iure ſuo docere poſ-
ſet. qua in re receptior ſententia ſtat contrà[k]: id-
que quia iudex quoq; nedum pars cenſetur of-
121 fenſa. Poſtremò † concludit Bart. ſi petam nun-
tiationem à me factam confirmari tanquam iu-
ſtam, neceſſariò veritatem probandam eſſe, aliàs
obtinebit reus remiſsionem[l]. Sed quid, ſi ve-
niat reus, & dicat, quia mihi nuntiaſti, ſuperſe-
debo ab ædificando, nec intendo nunc litigare
de iure meo? & videntur aliqui velle nihilomi-
nùs agi poſſe, vt confirmetur nuntiatio[m]. E-
go, vt verum hoc fatear, non tamen conſequens
eſſe arbitror, vt hæc nūtiatio ad ius partium tra-
hatur, ne plus operetur confirmatio, quàm actus
confirmati natura inducat[n]. Nuntiatio autem
non eò inventa eſt, vt inde ius partium declare-
tur, ſed vt ab ædificando ſuperſedeatur. Vnde ſi
reus ceſſet, habet nuntiator, quod petit[o], nec
vlteriùs eum cogere ad litigandum debet[p]. qua
tamen in re magna eſt altercatio[q]. Subiicit a-
liam quæſtionem Bart. & concludit, in † proſe-
122 quutione nuntiationis haudquaquam poſſe a-
liam cauſam eum qui nūtiauit, adducere, quàm
quæ fuerit expreſſa: quia & idem videmus in li-
bello obſeruari[r], & etiam in provocatione ex-
traiudiciali, vel ab interlocutoria[s], cui nuntia-
tionem æquiparari ſuprà diximus[t]. quæ ratio-
nes ſatis ſunt fragiles: nam † & ſuprà oſtendi
123 haudquaquam generaliter æquiparari nūtiatio-

a l. ſi prius. ii. reſponſ. ṫ. hoc. tit.
b l. ſi qs emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcrip.
c l. à quo fundus. de dā. infec.
d l. locorum. C. de om. agro deſer. l. xi. ubi Bar. h Bald. l. i. de ſtat. ho.
f cle. appellanti. de appel.
g §. ſed ſi is. ṫ. ea. l. i.
h c. j. de reſt. ſpol Bar l. ſtipulatio. §. j. ṫ. eo.
i l. iuriſgētiū. §. ſi paci car. ṡ de pac. Bar. l. ſtipulatio. §. j. ṫ. eod.
K c. non ſolū. §. illa uero d. app. in vj ubi Peruſ. iiij. notab.
l d. l. de pupillo. §. qui opus. §. qui remiſsionē.
m arg. l. iij. §. miſſum. de Carbo. ed Alex. d. §. qui opus
n c. antep. de cōfirm. util. Bar. l. more. de iuriſ.
o §. ſi de perp. & tēp. act. Bart. §. nihil commune. l. naturaliter de acqui. poſ.
p l j. §. ut nemo inuit. l. pure. in fin. de excep. doli.
q Dec. c. j. ad fin. de confir. uti. c. ſi autē. de reſcr.
r l. edita. C. de edend.
s c. j. de appel. in vi.
t c. cū ſi Romana. de appellat.



nem libello: &, vt demus æquiparari, ſicvt li-
bellus ante litem conteſtatam poteſt mutari, ita
debuit & nuntiatio: quòd ſi provocationi com-
parari dicamus, ſuberit eadem difficultas, cùm
in provocatione à definitiua poſsit cauſa muta-
ri[u], licet ſecùs in interlocutoria ſit: verùm defi-
nitiuæ magis, quàm interlocutoriæ, ſimilem eſſe
illud indicat, quòd attentata poſt interlocutio-
nem non revocantur, poſt definitionem revo-
A cantur[x]. cùm † autem poſt nuntiationem atten- 124
tata reſtituantur[y], apparet definitiuæ æquipa-
rari: niſi dixeris etiam poſt interlocutionem at-
tentata revocari: cùm iudicis appellati inhibitio
præceſsit[z], vt ſcilicet argumentemur ab inhibi-
tione iudicis, ad inhibitionem legis[a]. Alia er-
go fuit Ludouici Pontani ſentētia, qui indiſtin-
ctè mutari poſſe cauſam cenſuit[b]: ſed & ipſe non
ſat firmo argumento innititur. Ruinus aliter: di-
ſtinguit enim, an mutatio cauſæ actionem mu-
B tet, & nunc Bar. adhæret: an non mutet, & Pont.
ſequitur[c]. Ideo † enim in libello mutari cau-
ſa non poteſt, quia actio mutaretur. Quæ ſen- 125
tentia ad cauſam in ipſa nuntiatione extra iudi-
cium dicta non ſatis eſt pertinens. Ego igitur a-
liter diſtinguo, vt ſi reus, ſpreta nuntiatione,
ædificauit, interdictoque agatur, omnino demo-
litio fieri debeat. nec enim tali iudicio verita-
tem cauſę probare oportet, ſed ſatis eſt in ſpecie
ſufficientem eſſe, vt ſuprà diximus. quòd ſi actor
C nouam cauſam ipſe ex abundanti velit adduce-
re, & veterem fateatur non eſſe veram, reo con-
cedenda erit remiſsio, defendeturque hoc caſu
Bar. ſententia, vt cùm cōfeſsione nuntiantis ma-
nifeſta ſit iniquitas cauſæ, nō cenſeatur reus ędi-
ficando fuiſſe in culpa, cùm probabiliter credi-
derit actorem non proſequuturum iniquam cau
ſam: ideoque demolitioni locus non ſit, quam-
vis nouam cauſam adducat. Si verò res eſt inte-
gra, quia nihil eſt ædificatum, non dubitarim
D poſſe nuntiantem mutare cauſam vſque ad con-
teſtationem litis[d]. quod intelligunt aliqui, niſi
nuntians rei partes ſuſtineret. Poteſt enim reus
vſq; ad diffinitiuam arbitratu ſuo variare[e]. Sed
hanc ſentētiam non facilè ego ſequar, qui ſciam
eum cui fit nuntiatio, reum ſemper videri[f]: cùm
ſi agat, ſtipulatus agere cenſeatur[g]. Illud certius
eſt, quod ſeq. quæſt. Bar. ait, poſſe † nuntiantem 126
cauſæ expreſſæ qualitatem aliquam addere, vel
imminuere[h]: quod intelligunt aliqui verum eſ-
E ſe, ſi ſimpliciter in proſecutione cauſæ adducta
ſit: ſecùs, ſi in libello[i]. cùm enim ſuper libello lis
conteſtetur, & ſic quaſi contrahatur, non debet
actor, inuito reo, quicquā mutare[k]. Vnde & ſo-
let dici, cauſam in libello deductam ſemper pro-
bandam eſſe[l]. Sunt tamen, qui declarationem
hanc non probent, tanquam verbis legis non
ſat convenientem[m]. Alii, vt Imol. diſtinguunt,
vt vſq; ad ſententiam addere liceat, pòſt non li-
ceat[n]: quæ interpretatio nec ipſi legi conve-
F nit. At Iaſ. hìc poſt alios pleroſque aliter con-
ſtituit, vt ſi mutatione qualitatis modus agen-
ti varietur, id non concedatur[o]: ſecùs, ſi non
varietur[q]. Cæterùm † & quoties lex pro for- 127
ma requirit qualitatem à principio adiici, lici-
ta non eſt amplius nuntiatio[q]. requirit autem
hoc raro, & non niſi magna ex cauſa, putà ſi pe-
riculum animarum immineat[r]. Subdit tan-
dem Bar. quemadmodum † in denūtiatione in- 128
citatoria quis dicetur fieri certior? & concludit,
per inſtrumēti exhibitionem, & eius exemplū

L. 1. Hoc edicto.

u l. iij. §. quid ergo. de appellat.
x d. c. non ſolū.
y d. l. prætor.
z d. c. nō ſolum.
a d. l. prætor.
b arg. c. bona. in fi. de app.
c arg. l. habebat. de inſtit.
d d. l. edita. Bar. l. iiij. §. ſi ſub ea. de contratab.
e Doc. c. prudentiā. §. ſexta. de of. deleg. in d. l. edita.
f d. l. ſi præſens.
g l. non cogendum. §. fin. de proc. ubi Ange.
h l. in delictis. §. ſi detracta. de noxa.
i l. quod in hære de. §. elig re de trib. Inno c. j. de libel. oblat.
K Fel. c. ſignificantib. eod. tit. de libel. oblat.
l Fel. c. ij. de reſcript. uerſ. reſtringit.
m d. §. ſi detracta. Ioā. de Ana. c. fin. de colluſ.
n Imol. l. j. §. j. de publica.
o d. §. eligere.
p d. §. ſi detracta. Bart. d. l. edita. d. l. j. §. de publica.
q cle. cōſtitutionem. de electio.
r c. ut circa. de elect. in vj.

129 parti datũ [a]. Vnde † infert, ceſsionarium debere inſtrumentum ceſsionis debitori oſtendere, eiuſque copiam ipſi facere [b]: aliàs excuſaretur debitor, qui non facilè crederet, ſed cedẽti ſolueret [c]. Receptiſsimaque hæc eſt ſententia, quam vbi-
130 que Doc. approbant. Hincq; † traditum eſt, vt ſi ſtatuti diſpoſitione poſsit debitor etiam non citatus ad inſtantiam creditoris capi, non tamen poſsit inſtante ceſsionario, niſi præceſſerit certioratio, & per inſtrumenti exhibitionem oſtenſum, ſe eſſe ceſsionarium: quod Bald. cenſuit [d], cuius auctoritate vidi ſæpiſsimè à carceribus dimitti obæratos viros tanquam non legitimè ca-
131 ptos. Sed † quid, ſi quis in iudicio certioratus eſt, ſufficiétne, tametſi non ſit oſtenſum inſtrumentum? & conſtat non ſufficere [e], niſi auctoritate iudicis id affirmantis facta ſit huiuſmodi denuntiatio [f]. Quid, ſi per libelli miſsionem ſit debitor certioratus? & ſunt, qui ſentiant id ſufficere: quod falſum eſt. libellus enim vim incitatoriæ denuntiationis non habet: quia qui eum porrigit, non dicitur petere, ſed velle petere [g]: meritò lex litis conteſtationem requirit [h].

Quid, ſi oſtenderit quidem inſtrumentum, ſed eius copiam parti non fecerit? & puto, non ſufficere: quia Barr. vtrumque requirit [i], alibique ait, oportere exemplum dari, vt ſuper eo deliberare
132 poſsit [k]. Putarim † tamen ſufficere inſtrumenti exhibitionem, ſi pars ipſa exemplaria non petat: quod ſenſiſſe alibi Bar. videtur [l]. Sed quid in caſu contrario, nunquid cedens teneatur ceſſionario copiam inſtrumenti facere quò adverſus debitorem poſsit eſſe inſtructior? & Bal. teneri cenſuit [m]. Vnde infert, licere fideiuſſori, quãvis condemnato, in executione cedendarum actionum creditoré excludere, niſi ſibi exhibeat inſtrumentum, quo principalis ſit obligatus, cuius rei Albertum Galeoti citat auctorem [n]. quod ego intelligo verum eſſe, etiã ſi fideiuſſor in inſtrumento debitum hoc principalis agnouerat, adeò vt allegare non poſsit ſe non teneri, quia nec principalis teneretur [o]: nihil enim impedit, quin creditor ad ceſsionem actionum ſit obligatus: ideoque neceſſe habeat inſtrumentum exhibere. Quid ſi cùm ceſsionarius debitorem admonuiſſet, ne alteri ſolueret, illeq; nec inſtrumẽtum, nec exemplum petijſſet, ſed ſimpliciter annuentis habitu reſpõdiſſet bene, obligabítne eum talis conſenſus? & non puto: quia potuit tali enuntiatione vti ſecutus adſertionem admonentis [p]: quaſi dicat, bene, ſi ita ſit, videnturque Doc. omnino requirere ex parte admonentis, vt inſtrumentum exhibeat: quod intelligunt Caſt. & Felin. etiam ſi falſum, excuſet illum, qui credidit [q]. Explicita interpretatione primæ partis, ſupereſt ſequens, in qua dicitur, Remitti nuntiationem quatenus nuntiator ius non habet.
133 Quæro ergo, quomodo † verba hæc accipienda ſint? & Accurſ. tribus modis intelligit. In primis vt adverbium illud Quatenus, cauſatiuè accipiatur [r]: quia nuntiator, accepta cautione, ius ampliùs nullum nuntiandi habet [s]: ideo in totum ſit remiſsio [t]. Intelligitur rurſus temporaliter [u]: remittetur (inquit) nuntiatio [x] vſque ad tempus, quo iudex cognouerit, quis foueat iuſtam cauſam. vel id minus. Præſtita enim ſatiſdatione licitum eſt reo ædificare, donec cognitum ſit de partium iuribus: qui intellectus à Doct. reprobatur: quia hîc nõ de ea remiſsione agitur, quę per ſatiſdationem ſit. nec enim in ea de iure partium quæritur, nec temporaria eſt, ſed ſui natura perpetua [y], nec alia declaratione iudicis indiget, ſed ſtatim, præſtita ſatiſdatione, à lege inducitur [z]: quicquid hîc aliter dicat Barr. Demum intelligit Accurſ. Quatenus, vt ad quãtitatem referatur: & ſignificet In quãtum, vt ſit ſenſus, ſi reus ędificauerit, & nihil adverſus ſeruitutem nuntiatori debitam fecerit, in tantum fiet remiſsio, in quantum nuntiãs ius non habuit: & ſic in totũ [a]. quod & Bar. probat, intelligẽdo tamen iam fuiſſe præſtitam à reo ſatiſdationem [b], cognito enim iure partium, remittetur. Sed & hic intellectus Raph. Caſt. Iaſ. non placet, nec mihi: cùm lex noſtra de remiſsione nũtiationis loquatur, intellectus remiſsioné ſatiſdationis inducat: atqui non parũ nũtiatio à ſatiſdatione diſtat, peccantq; omnes eo vitio, quòd in totũ fieri remiſsioné interpretãtur, cùm lex manifeſtè de parte ſentiat: & certè cõſultius fuiſſet integrũ hoc Accur. gloſſema de libro abradere. Verus ergo intellectus eſt, quem ſuprà tribus verbis explicui [c]. Sed
134 quęrũt hîc omnes, quid † ſi reus vt ædificet, offerat ſatiſdationé, poterítne nuntiãs dicere, hodie cõſtat, hodie agatur [d], ſicq; ędificanté adhuc impedire? & Accurſius ſenſit poſſe [e], quem & cæteri ſequuntur, ſicque Iuſtiniani legem interpretãtur, quæ ſimpliciter nuntianti cõcedit, vt ſi intra tres menſes de iure ſuo oſtẽderit, poſsit ędificãté impedire: aliàs præſtita ſatiſdatione reus non impediatur [f]: cui interpretationi veteres aliqui contradixerũt [g], & diſputaſſe ſe Iaſon adſeuerat: quia lex ſimpliciter loquitur, nec quicquam probat, quòd nuntians vellet incontinenti ius ſuũ declarari: nec Põtifices expreſsè electioné nũtiãti dant, vtrùm velit ſtatim agere, an contẽtus eſſe ſatiſdatione, ſed onus feſtinãdi imponũt iudicibus: meritò ergo lex illa generaliter debet intelligi, vt antiqua iura reſtringat [h], nec ſinat ſatiſdationi locũ eſſe, niſi poſt trimeſtre tẽpus. Sed ego haudquaquã Iaſoné ſequor, ne nimia hæc reſtrictio inducatur, quę inſtar cuiuſdam correctionis
135 iuris antiqui habet. Diſtinguendũ † igit̃ arbitror, vt ſi nũtiatio extra iudiciũ facta eſt, ſufficiat ſatiſdatio, vt reus ſtatim ædificare poſsit. quod oés fatẽtur [i]: vt ſicut nuntiãs per actũ extraiudicialem inhibet, ita reus per ſatiſdationé extraiudicialem releuet [k]: quòd ſi iudicialiter quis denuntiet, velitq; litigare, & de iure ſuo docere, tũc id intra trimeſtre poſsit [l], etiam ſi ei offeratur ſatiſdatio. lex enim ſatiſdationem poſt tertium menſem duntaxat admittit, veraq; ſit communis ſententia. loquitur enim lex illa in denũtiatione iudiciali: vnde veteres exiſtimabant, eius inſtantiam ſimilitudine interdictorum anno finiri [m], quos Iuſtinianus improbat [n]. Limitat hanc concluſionem Ruinus, vt non procedat, quando ædificans in ſuo ædificaret. cùm enim nuntians eum turbet [o], non debet admitti in hoc interdicto, vt doceat de iure ſuo [p], ſed debet contentus eſſe ſatiſdatione. Sed hoc ego probare non poſſum, cum potiùs nuntians ipſe allegare poſsit ſe ab ædificante inquietari, qui eſſet in quaſi poſſeſsione illius iuris, cui ſeruitus deberetur [q]. Vnde talis ædificans interim diceretur vim ei facere [r]. Verior fortè eſt Azonis limitatio. Is
136 non in ſumma, ſed in Lectura [s] tradit, hodie † ei legi locum non eſſe hiſce in vrbibus, quæ triennalem iudiciorum inſtantiam [t] ſtatuto ad dies quadraginta reſtrictam habent, ne cauſa nuntiationis, quæ vix tot menſes inſtantiæ habet, quot aliæ

a de. cauſam. in fi. de ele. l. ſi quis inficiat. depoſ.
b l. nomẽ. C. quę res pig. gloſ. c. ſi beneñc. de pręb. in vj.
c arg. l. j. de eo, p quem fac. l. iij. §. ſed ſi ſic. de in rem uerſo.
d Bal. l. p diuerſas. q. x. C. mãd.
e Alex. conſil. lxxviij. in v.
f l. fi. ubi Bar. de leg. cõmiſ. Fel. c. cũ contingat. de reſcript. in fi.
g l. amplius. ꝭ. rẽ ra. hab. Bar. l. de nũtiaſſe. §. quid ergo. ꝭ. de adult.
h l. iij. C. de nou.
i Bar. hic, & d. l. de pupil. §. qui procuratorio.
k Alex. d. l. ſi quis inficiatus. Are. l. Ariſto. de acq. hær.
l d. clẽ. cauſam. Bar. l. quod te. ſi cer. pet.
m l. ſi nomen. d. hæred. uel actio. uend. ubi Bal.
n Alber. in Margar. tit. de fidei.
o glo. l. ſciendũ. de uer. obli. Bar. conſ. lxxxvj.
p l. ij. §. quan. act. de pec. Bart. l. cũ falſa. C. de iur. & fact. ignor.
q Pau. cõ. ccxcv. j. Fel. d. c. cum contingit.
r l. certũ. ſi cer. pe. gloſ. in auth. de hære. & Fal. in prin.
s d. l. prætor. §. deinde. de pupillo. §. ſi is, cui.
t glo. in j. iiij. & 5. intellec.
u d. §. quinimo. inſtit. d. teſt. mil.
x glo. in ij. intellect.
y l. ſtipulatio. §. habet. ꝭ. eod.
z l. j. uerſ. plane. de remiſ.
a glo. in iij. & 6. ſolut.
b d. l. prætor. §. deinde.
c in uerb. remitteretur.
d l. ſi is, à quo. ut in poſ. leg.
e gl. in iiij. ſolut.
f l. j. C. eo. c. pe. & fi. extra, eo.
g gl. d. c. pe. uer. maxime.
h d. §. deinde.
i d. §. deinde.
k d. §. ſi is, cui glo. l. minor. in prin. de euict.
l Bar. d. l. in prouinciali. §. j. poſt princ.
m d. l. prætor. in fi. l. ſemp. §. hoc iterdictũ. q̃d ui. aut clam. l. j. in prin. de ui. & ui ar. l. pe. C. de. aſſer. tol.
n d. l. unica. C. eod.
o l. uim facit. de ui, & ui arm.
p glo. l. ſi de eo. §. fi. de acq. poſſ. ubi Doct.
q Bar. ꝫ. q. 6.
r d. l. j. §. & parui. quod ul. l. iij. §. ſi quis. eo. tit.
s d. l. j. C. eo. ubi glo. ſumma Azon. in uetcrſ. C. manuſcrip.
t l. properandũ. C. de. iudic.



aliæ ordinarię annos, iam à reliquis feſtinatione vincantur. Pro rata igitur, & ipſam reſtringendã eſſe, vt pro tribus mẽſibus octo dies, vel circiter habeat [a]: quod extenſionis paſsiuæ regula ſuadet [b], de qua nos alibi [c]. Sed quid econtrariò, ſi reus cui nuntiatum eſt, nolit ſatiſdare, ſed dicat, hodie cõſtat, hodie agatur? nũtiatorque detrectet tunc agere [d]? & receptum eſt, ſperni nũtiationé hoc caſu poſſe [e]. Sed an teneatur tamen ſatis offerre? & verius videtur teneri [f], licet ex cõtrario, ſi reus ne tardet ædificium, offerat ſatiſdationem, nihilominùs poſſit nuntiator adhuc eũ inquietare, ſi allegauerit hodie conſtare. Lex enim hoc caſu adhuc ſuperſederi vult, & trimeſtre expectari [g]: quod Accurſius, & cæteri tradiderunt [h]: verumque eſt in nũtiatione per prætorem, non in extraiudiciali. Sicvt enim nuntians per actum extraiudicialem inhibet, ita reus per ſatiſdationem extraiudicialem releuatur [i]. in iudiciali verò lex ſatiſdationem duntaxat poſt tertium menſem admittit: quod & Pontificij tradiderunt [k], quicquid hîc Iaſon diſputaſſe ſe affirmet [l]. nec enim, vt ſuprà dixi, facilè inducenda eſt veteris iuris tanta reſtrictio, quæ vim correctionis habet. Cæterùm cùm ea lex eum terminum non iuriſdictioni, ſed ipſis iudicibus imponat, poterũt & celeriùs & tardiùs, ſi res ferat, procedere [m]. Poſtremò quærunt Doctores, ſi ædificans propter ſpretam nuntiationem coactus eſt demoliri, deinde oſtendit de iure ſuo, quomodo ei adverſus nuntiantem ſuccurratur? & receptiſsima eſt ſententia, nó ſuccurri. Sibi enim imputet, qui enuntiationem ſpreuit [n]. Sunt tamen, qui contradicant, vt Puteus: nuntians (inquit ille) eſt in dolo, quia iniuſtè nũtiauit: reus in culpa, quia cõfidens de iure ſuo in cauſa principali ædificauit [o]: ergo dolus debet culpæ præponderare [p]. Reſpondet Iaſ. vtrunque eſſe in dolo præſumpto: quod non probo. Si enim ita eſſet, mutua compenſatio fieret [q]. Rurſus reſpondet, dolum & culpam circa diuerſa eſſe [r]: quod parum me mouet, cùm circa connexa ſint: quo caſu debuiſſet compenſationi locus eſſe [s]. Aliter Ruin. hîc inquit, dolus præceſsit, culpa eſt ſecuta, idque non ex cauſa doli: ſed ego nihil referre arbitror, quod præcedat. non enim ordo quicquam nouare debet [t]. Rurſus aliter reſpondet hîc, de dolo conſtare non poteſt, priuſquam punita ſit culpa [u]. Quod ſi ita eſt, cur poſtquam de dolo conſtat, non reſtituitur is, qui fuit in culpa adverſus pœnam [x]? Ego eum, qui nuntiat, haudquaquam in dolo eſſe arbitror. quòd enim in cauſa ſuccubuerit, non dolus, ſed temeritas arguitur [y]: qui verò ſpreta nuntiatione ædificauit, in dolo eſt, & violẽdo poſſeſſorio ęquiparatur [z], meritò nil compenſat, ſed damnum, quod culpa ſua ſubijt, ſibi ipſi adſcribit [a]. Quid † ergo re-
137 ſpondebimus, cùm is, cui nuntiatum eſt, paruit, interimque non ędificauit, ſed propter illam dilationem corruptis cæmentis, aut vitiata materia damnum fecit? & actione de dolo ei ſuccurri adverſus nuntiantem receptum eſt [b]. Poterit & iniuriarum agere [c], non quidem vt id quod intereſt, conſequatur, ſed ad vindictam. aliàs enim actio doli non concurreret [d]. Ego de dolo agi poſſe arbitror, ſi dolus ex coniecturis deprehendatur [e]. vt quia nuntians accuſator deſtitiſſet [f].
138 Ceſſatio † enim illa plerunque arguit dolum [g]. Sed cùm in dubio nó præſumatur dolus, ſed temeritas, vt ſuprà dixi, ſolùm in expenſis officio iudicis in ipſa definitiua nuntiationis poterit puniri [h]. Suadetque hoc dubietas iuris, quæ à principio fuit, quæ † excuſare nuntiantem debet [i]: cùm ſi res clara fuiſſet, ſuprà viderimus impunè ſperni nũtiationem à reo potuiſſe. 139

L. 1. Hoc edicto. §. Hoc autẽ edictũ.

**Hoc autem edictum [a], remediumque operis noui nuntiationis adverſus futura opera inductum eſt, non adverſus præterita: hoc eſt adverſus ea quæ nondũ facta ſunt, ne fiãt. nam ſi quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit: ceſſat edictum de operis noui nuntiatione:**

1 *Edicti de noui operis nuntiatione, vſus.*
5 *Edicti de no. oper. nun. & interdicti Quod vi aut clàm, &c. diſcrimen, & ratio concurſus. 10, 11, 12.*
6 *Dictionis Olim, ſignificatio.*
13 *Interdictum de no. ope. nun. perpetuum.*
14 *De variarum actionum concurſu. 15, 16.*
17 *Conſtitutio generalis non cõpræhendit caſus ſpecialiter exceptos.*

### §. HOC AVTEM EDICTVM [a]. I.

¶ Suprà diximus, prætoré priùs edictum propoſuiſſe prohibitorium, quo iubebat, ne poſt nuntiationem quiſquam ædificaret [k]. Idem deinde propoſuit interdictum reſtitutorium, vt ſi quis ædificaſſet, quod adverſus nũtiationem factum eſſet, deſtrueretur [l]. Subijcit ergo Iuriſconſultus, hoc † edictum ad futura tantùm opera perti- 1
nere, quia eo prohibetur, ne quid adverſus nuntiationem fiat: quòd ſi aliquid factum ſit ante nũtiationem, ad interdictum Quod vi aut clàm, & ſi qua ſimilia, tranſeundum eſſe. Sed cur non potiùs dixit ad interdictum de noui operis nuntiatione, recurrendum? Reſpondeo, loquitur † Iuriſ- 2
conſultus, quando nuntiatio non pręceſsit opus factum: ſi enim præceſsiſſet, vtraque via agi potuit, interdicto de ope. noui: quo caſu ſufficiebat probare adverſus nuntiationem factum eſſe, ſiue iure, ſiue iniuria nuntiatum fuiſſet [m]: interdicto
† Quod vi, quo caſu etiam vis allegãda eſt, tãquã 3
vim fecerit, qui adverſus nuntiationem ædificauerit [n]. Addit Bart. probandum quoque eſſe, ius aliquod nuntianti fuiſſe, aliàs nõ videri ſibi vim factam [o]: quem Raph. hîc ſequitur, & mihi non diſplicet, vt ſicvt ſuprà vidimus [p], nuntiantem
† debere cauſam concludenté exprimere, & poſ- 4
ſeſsionis ſuæ mẽtionem facere: ita hoc caſu nõ ſolùm commemoranda, ſeu alleganda ſit, ſed aliquatenus, vt in iudicijs ſummarijs fit, probanda [q]. & quamvis lex dicat parui referre, vtrùm ius faciendi habuerit, quia etiam ſi habuerit, tenetur reus eo interdicto [r]: reſpondeo, non ideo ſequi, quin actor debeat parte ſui neceſſaria probare, id eſt, quæ ſufficiant ad victoriam in poſſeſſorio, licet non ſufficerent in petitorio: & † ideo 5
vtilius eſt interdictum operis noui proponere, quàm illud Quod vi aut clàm, & multò magis, quàm confeſſoriam [s], quæ ad iudicium petitorium pertinet. Sunt & aliæ differentiæ inter noſtrum interdictum, & illud Quod vi aut clàm, hîc à Docto. relatæ, ad quos te remitto.

a arg. l. in cõtra. in princ. C. de non num. pec.
b l. ij. de leg. j.
c d. leg. ij.
d l. is, à quo. ut i poſſ. leg.
e Bar. & Doct. d. l. prætor. §. ſi quis paratus.
f d. l. iij. §. ſi quis paratus. quod ui, aut clam.
g l. unica. C. eod.
h glo. hic in uer. catenus. iiij. ſol.
i d. l. prætor. §. deinde.
k c. pe. & fi. extra, eod.
l Iaſ. hic.
m l. fi. in fi. C. ut om. iud. Bart. l. properandũ. ad fi. pri. C. de iud.
n l. quod quis culpa. de regul. iur. ubi Alb.
o l. ſed & ſi leg. §. ſcire. de petit. hæred.
p l. item ſi obſtetrix. ad leg. Aq.
q l. ſi ambo. de compenſat. l. uiro. ſol. matr.
r arg l. qui plures. de adminiſtra. tut.
s glo. l. ſi duo. de dolo, Alex. l. cũ proponas. ij. C. de pact.
t d. l. uiro.
u d. §. ſed ſi is. ꝭ. ea. leg.
x ar. l. Iulianus. de act. empt. ubi Caſtr.
y d. l. properandum. §. ſin autẽ alterutra.
z d. §. & parui. d. §. ſi quis paratus. in d. l. iij.
a l. ſi pignore. ubi Barr. ff. de pign. act.
b l. rem quandam. §. de dolo.
c l. iniuriarum. §. ſunt, qui putant. de iniur.
d l. ij. ubi Bart. in fi. C. de dolo. et. ꝭ. §. proximo.
e l. dolum. C. de dolo.
f d. l. rem quandam.
g l. deſtitiſſe. ꝭ. de iudic.
h l. eum, quẽ temere. ꝭ. de iud.
i l. fi. §. ſin autẽ neſc. C. de furt.
k ſupra princ. leg. uerb. inhib.
l l. prætor. ꝭ. eo.
m §. ſed ſi is. ꝭ. ead. lege.
n l. j. §. quid ſit ui. ꝭ. quod ui, aut clam.
o Bart. d. §. & parui. & d. §. ſi quis ipſi. q. xiiij. Caſt. d. §. meminiſſe. in j.
p ſupra vij. q. Bart.
q Bar. l. ij. §. fi. C. ubi in rem act.
r d. l. j. §. & parui. l. fi. §. ij. eo. tit.
s l. inter. in fi. de ſer. urb. præd. l. & ſi forte. §. ſciendũ. ſi ſer. uẽd.

a QVOD VI AVT CLAM OLIM[1].
6 ¶ Adverbium † Olim, tempus præteritum deno-
tat [a]. quandoque tamen propter adiectionẽ ver-
bi futuram reſpicientis, κατ' ἐναλλαγὴν pro Aliquan
do, accipitur, ſicque futurum ſignificare poteſt [b]:
tametſi in antiquis
codicibus nõ adſit
hæc dictio, ſubijcit-
que Bar. ſe quẽdam
notariũ defendiſſe,
qui ſcripſerat Ti-
tius filius olim Sẽ-
pronij, cùm tamen
Sempronius viue-
ret: idque & com-
muniter traditum eſt [c]. quæ † ſententia certiſſi-
ma eſt, ſecundum Iaſ. quoties allegaretur error
7 notarij. non enim vitiaretur inſtrumentũ [d]. Idẽ,
ſi ad ſubſtantiam inſtrumenti non pertineret, an
Titius eſſet filiusfamiliâs. falſitas † enim in ijs,
quæ ſubſtantiam rei non reſpiciunt: & nemini
8 præiudicant, documenta non vitiat [e]. Addo ego
idem eſſe, ſi invertatur punctus, vt Olim, refera-
tur ad Filius, quaſi dicas genitus olim à Sempro
nio, & referatur ad tempus qualitatis annexæ [f].
nihil enim hoc pugnat, etiam ſi Sempronius ho-
die viuat. Sed & illud dicendũ, ſi Titius mutuam
pecuniam accipiat, & in inſtrumento dicatur, Fi
lius olim Sempronij, deinde petenti creditori
obijciatur exceptio S.C. Macedoniani, tãquam
filiofamiliâs mutuauerit [g], nihil hoc obeſſe no-
tario, qui potuit adſertionem partium ſequi [h],
ſed imputandum creditori, qui non diligenter
conditionem eius ſit perſcrutatus, cum quo con
traxit [i]. ijs ergo omnibus caſibus certa indubita-
taq; eſt Bart. ſententia, quam tamen generaliter
Doct. probant, exceptis Andrea Siculo [k] & Iaſo-
ne, quorum rationibus alij reſpondent, quos ſe-
9 quor. fit † enim interpretatio ſemper, vt inſtru-
mentum ſuſtineatur, & falſi crimen evitetur [l].
Sed an ſuprà ſcripto caſu creditori aliquo mo
do conſultum ſit adverſus eum, qui ſe filium o-
lim Sempronij dixit, cùm tamen pater viueret?
& puto actione doli, vel ſtellionatus teneri [m].
quod non abſimili caſu reſpondit Bal [n]. Nam ijs
interdictis loquitur lex noſtra de interdictis re-
ſtitutorijs: & ideo fruſtra diſputatur, an concur-
rant cum edicto noſtro, quod (vt dixi) eſt prohi-
bitorium. Sed † nunquid cõcurrat interdictum
10 de operis noui nũtiatione, cum interdicto Quod
vi aut clàm? vtrunque enim eſt reſtitutorium. &
conſtat concurrere [o]. Sed quæ eſt huius rei ratio?
& Bart. ait, quia interdictum Quod vi, eſt magis
generale. Speciale autem remedium cum gene-
rali poteſt concurrere [p]. Eſt autem interdictum
Quod vi, generalius reſpectu perſonarum: quia
11 † eo datur ius prohibẽdi ſeruis, pupillis, colonis,
& nullum mandatum habentibus [q], idq; genus
cæteris: idemq; in fructuario [r], idemq; ſingulari
ſucceſſori [s], itemque adverſus prætorẽ [t], quæ o-
mnia aliter in interdicto noſtro obſeruãtur [u] re-
ſpectu rerũ: quia illud cõpetit etiã pro operibus,
quæ ſolo cõiuncta nõ ſunt, & quę permanere ibi
nõ debent [x]. Item habet locum in re communi [y]:
itẽ, etiã ſi nuntiatio non ſit facta in re præſenti [z]:
item, etiam ſi opus factum faciem operis non ha
beret: quod rectè Rofredus cenſuit [a]. Item, ſiue
prohibitio in rem, ſiue in perſonam concepta
ſit: qua de re alibi. An verior eſt ratio Pauli
Caſtr. hic, qui omnia interdicta extraordinaria

& erit tranſcundũ ad interdictum QVOD VI aut clàm, quod o- A
lim [a] factum erit, vt reſtituatur: &, Quod in loco ſacro, religioſó-
ve: &, Quod in flumine publico, ripáve publica factũ erit. nam
his interdictis reſtituetur, ſi quid illicitè factum eſt.

a l. ſed & milites. §. qui olim. de exec. tu. c. cũ olim. de off. de leg. ubi Barbat. l. precibus. C. de impu.
b gl. l. nec emp. de contra emp. Fel. c. fi. de teſt. cog.
c Fel. c. ex inſinuatione. de ſi mon.
d l. pe. C. de ħs, q ſibi adſcri. l. quoties. §. ſed ſi. ubi Bart. de hęred. inſtit.
e glo. l. damus. C. de falſ. Iacob. Ange l. Lucius. de ħs, qui not. infam.
f l. ex facto. §. fi. de uulg.
g l. iij. §. ad Maced.
h Bal. rub. C. de fi. inſtru.
i l. qui cum alio. de reg. iur.
k d. c. cum olim.
l Bar. l. ſcript. C. de fid. inſtr. l. ſi quis filiab. de teſta. tut. Aret. cõſil. vij. Alex. cõſil. lxx. in j.
m l. iij. de cri. ſtelli. l. j. in fi. de plg. act.
n arg. l. falſus. §. ij. de fur. Bal. conſ. xiij. in j.
o l. ſi alius. §. ait Iulianus quod ui aut clam. d. §. nonnulli. d. §. meminiſſe.
p glo. d. l. falſ. §. ij. uerb. act. glo. l. j. uer. ciuilis. de dolo.
q l. prohibere. ꝟ. quod ui aut clã. ubi glo.
r l. is, qui in puteũ in fi. eo. tit.
s gl. ꝟ. hac l. §. hoc autem.
t d. §. ſi quis ipſi. ubi Bart.
u d. l. de pupillo.
x d. §. hoc autẽ. ubi glo. d. l. is, q in puteũ. §. ſi qs in uineas.
y l. denicp. §. ſi ex ſocijs. ꝟ. quod ui.
z l. aut qs aliter. §. ſi quis cũ denũtiaret. eo. tit.
a l. ſtipul. §. opus. ꝟ. eo. Bart. hic.
b Bart. d. §. meminiſſe.

eſſe affirmauit [c]: plura autem remedia extraor-
dinaria poſſunt concurrere [d]. Ego † ſuprà cenſui 12
ideo concurrere, quia pleniùs nobis interdicto
de operis noui nuntiatione ſuccurritur [e], cùm
nullę probationes requirãtur: quod ſuprà dixi [f].
Addũt aliqui etiam
diuturniùs nobis
ſuccurri, cùm † hoc 13
interdictum perpe-
tuum ſit [g], illud ve-
rò annuum dunta-
xat ſit [h]. Sed cùm
noſtrũ interdictum
ſit pœnale quia de-
molitorium, cur nõ
& annuum, ſicvt cætera, eſt [i]? & Bar. ait, quia ſuc-
cedit loco confeſſoriæ, quæ perpetua eſt. Ego
quia ad executionem edicti prohibitorij factum
eſt, ex quo edicto actio perpetua oritur [k], & ideo
B lex ait concurrere interdictum cum actione in
factum [l], intelligendumque arbitror non de in-
terdicto Quod vi aut clàm, vt iſti faciunt, ſed de
interdicto noſtro, quod concurrit cũ actione in
factum oriente ex edicto [m]. Illud † conſtat, quo- 14
ties actiones diuerſi ſunt effectus, poſſe concur-
rere [n]: vnde confeſſoria, & interdictum noſtrum
quandoque conveniunt [o]. Sed quænam diuer-
ſitas effectus eſt? & Oldrad. interdicto præciſè ad
demolitionem cogi reum ait: confeſſoria verò in
C id duntaxat, quod intereſt, condemnari [p]. Sed
Bartol. etiam in confeſſoria præciſè ad deſtruen-
dum compelli rectiùs cenſuit [q]. Defendit tamen
Oldrad. quia cogitur quidem, ſed non directè
verùm in quandam conſequentiam. nec enim
ſeruitute vti actor poterit, niſi opere deſtructo [r].
Dinus † concurrere actiones ait, quoties vna mi 15
nus actorem grauat, quàm alia, velvti in ſuprà
ſcripto caſu. In interdicto enim non aggrauatur
nuntians, vt probet [s]: in confeſſoria neceſſe ha-
D bet probare [t]. meritò ergo poterit eligere me-
liorem, ſicvt minor eligit, qui iure appellationis
vel in integrum reſtitutionis experiri poteſt [u]:
quod infrà latiùs Bart. explicat [x]. Ego interdi-
ctum ad ius poſſeſſorij, confeſſoriam ad petito-
rium pertinere ſuprà dixi: vnde nihil impedit,
quãdo vtrunq; remedium concedatur [y], quam-
vis ſemper meliùs ſit inniti poſſeſſorio, & Iuriſ-
conſulti conſilium ſequi [z]. Sed cur hac ratio-
ne non datur interdictum nuntiationis, quando
E communi diuidundo iudicio experiri quis po-
teſt [a]? Reſpondeo, quia in tali iudicio officium
iudicis æquè citò providet, atque nuntiatio ipſa
faceret, cùm ſemper abſq; alia altiore cognitio-
ne adſiſtat prohibẽri [b]; quòd ſi res cauſæ cogni-
tionem requireret, vt quia negaretur ſocietas,
nec is, qui nuntiare vult, eſſet in quaſi poſſeſſio-
ne communionis, fortè tunc tale iudicium (vt
ego arbitror) non redderetur, ſed nuntiatione o-
pus eſſet [c], dum tamen allegaretur cauſa con-
F cludens, vt ſuprà dixi [d]. Exercetur autem iudi-
cium communi diuidundo, plerunque ſub arbi-
tro, quandoque ſub prætore: & ideo lex ait fieri
prohibitionem tali iudicio, vel per prætorem [e].
Addit † idem Diñ. & tunc concurrere actiones 26
cùm ambæ generales ſint, licet vna ſit altera ge-
neralior [f]: ſentitque interdictum noſtrum mi
nus generale eſſe, quàm interdictum Quod vi-
aut clàm: quod ſuprà vidimus. quæ ſententia ve-
ra eſt, licet non perpetua. Quandoque enim in-
terdictum noſtrum competit, & nõ aliud, velvti
lapſo

c l. j. cum gl. in uerb. figuris. C. de act. & obli. j.
d l. quẽadmodũ. §. mag. ſtr ꝟ. ad l. Aquil.
e arg. damni. §. ci, cuius. ubi Bar. ꝟ. tit. j.
f Caſt. d. §. meminiſſe.
g d. l. prætor. §. hoc interdictũ.
h l. ſemp. §. hoc interdictum. q̃d ui aut clam.
i l. in honorarĳs de act. & oblig. ubi glo.
K l. obligamur. iure. ff. de act. & oblig.
l d. §. nonnulli.
m glo. l. in fact. de act. & oblig. § fi. Inſt. de interdic.
n gl. l. Trebatius ꝟ. tit. j.
o d. l. inter. d. l. et ſi forte. §. ſci dũ.
p l. loci. §. in confeſſoria. ſi ſerui. uend.
q l. fructuariũ in fi. ſi uſusfr. pe. gl. l. harũ. uerſ. iubeat. ſi ſeruí. uendic.
r l. j. in princ. cũ glo. ſi uſusfr. pe.
s ꝟ. ea. l. §. ſed & ſi.
t l. loci. §. cõpetit. l. ſicuti. §. ſi quæratur. ubi gl. ſi ſerui. uend.
u gl. l. fi. C. ſi ad. rem iud.
x l. ſeq. §. j. ad ſi. l. damni. §. ci, cuius. ꝟ. tit. j.
y l. naturaliter. §. nihil cõmune. de acq. poſſ.
z l. is, qui deſtinauit. de rei uendi.
a l. in prouincia li. §. j. ꝟ. eod.
b l. Sabinus. in fi. ꝟ. com. diuid.
c arg. l. in iudic. ꝟ. famil. erciſc.
d ꝟ. q. vij.
e d. §. f.
f l. j. ꝟ. de õcdi. ſine cauſ. in glo. j. l. certi condict. ꝟ ſi cert. pet.



lapſo anno [a], vel contra eum qui emit ab eo, cui
nuntiatum eſt 2. Quod † ergo vulgò dicitur con-
17 ſtitutionem generalem non comprændere cá
ſus, de quibus ſpecialiter proviſum eſt [c], verũ eſt,
ſi ſpecialiter: ſecùs, ſi alio edicto generali, & di-
uerſo, quale eſt hoc
noſtrum. tali enim
caſu concurrunt [d].
Si verò idem edi-
ctum eſſet, tunc ca-
put minus genera-
le cenſeretur quædam ſpecies generalioris [e], &
generi per ſpeciem derogaretur: quod non eſt in
diuerſis edictis [f], vt hîc Bar. docet, niſi quatenus
generale à ſpecie ipſa tanquam contraria corri-
geretur [g]: & hac in re alibi Bald. eleganter diſtin-
guit [h]: quòd Alex. & Ruin. ad varias quæſtiones
inducunt. Ego alibi attigi [i]: hîc ceu impertinen-
tes omitto [k].

¶ Nuntiatio [d] ex hoc edicto non habet neceſſariam prætoris
A aditionem. poteſt enim nuntiare quis, etſi eum non adierit.


1 *Prætoris aditio nuntianti interdum neceſſaria. 2.*
3 *Aedificanti quãdoque propria auctoritate reſiſti poteſt.*
7 *Violentus turbator incontinenti repellendus: interdum etiam ex intervallo. 12.*
17 *Res communiter poſſeſſas non poteſt propria auctoritate quis demoliri.*
21 *Alieno nomine nuntianti quæ neceſſaria.*
28 *Procurator prohibito emens nõ committit ſtellionatũ.*
30 *Actus tutelaris pro pupillo geſti nota.*
33 *Nuntiatio etiam feriatis diebus fit.*
35 *In remedijs nuntiationis electio datur nuntiaturo.*
37 *Executio & recommendatio die feriato ad honorem Dei fieri non poteſt: nec citatio. 42.*
44 *Tres citationis partes.*
52 *Vniuerſalium ad habilitatem reſtrictio.*
60 *Nuntiatur abſenti, ignoranti, infanti, furioſo, &c.*
63 *Minor in nouo opere non reſtituitur: interdum ſic. 64, 65, 66.*
67 *In delictis denegatur reſtitutio.*
72 *Minoris reſtitutio contra publicationem teſtium.*


§. NVNTIATIO [a]. ¶ Nec † defectus iu-
a dicis, nec mandati, nec dierum vtilium, nec ab-
1 ſentia ignorantiáve eius cui nũtiandum eſt, hãc
nuntiationem impediunt. Proſequamur ſigilla-
tim hos quatuor caſus. Et in primis adnotan-
dum eſt, nuntianti neceſſarium non eſſe, vt adeat
prætorem. quod declarat Iuriſconſultus: quia &
ſine prætore fieri hoc poteſt. Non dicitur autem
neceſſarium, ſi aliter fieri res poteſt, dum tamen
2 commodè [l]. Si † tamen proſequi ius ſibi ex nun-
tiatione quęſitum quis velit, tũc omnino adeun
3 dus erit prætor [m]. Sunt † autem aliqui caſus, qui-
bus licitum eſt propria auctoritate, & de facto re
ſiſtere, atque demoliri quod conſtructum [n] eſt:
qua in re ex verbis Bartoli & cæterorum conſti-
tuenda eſt regula, vt in re à me poſſeſſa, quæ & i-
deo mea præſumitur [o], licitum ſit propria aucto-
ritate ædificantẽ repellere, & ædificium deſtrue-
re [p]: cùm enim non liceat adverſario turbare poſ
ſidentem [q], ſequitur, vt liceat mihi me defende-
re, & eum repellere [r], & ſi ędificatum eſt, rem oc-
cupare [s]: quod eò vſque producit Bart. vt ſi is
qui ædificat, ſit detentator [t], ego autem ſolùm
ciuiliter poſſideam, liceat mihi nihilominùs
propria auctoritate rem demoliri [u]. Subeſt enim
4 ratio defenſionis: quoniam † ædificando dicitur
ille me turbare, & re mea abvti [x]. Rurſus produ-
cit Bart. vt quod dictum eſt de poſſeſſore ciuili
adverſus detentatorem, procedat etiam adver-

a d l. prætor. §. hoc interdictũ.
b l. fi. ꝟ. eo. ubi gl. uerb. dominus. gl. ꝟ. § hoc aũt.
c l. ſanct. de pœ. l. doli. de uerb. obliga.
d l. ſenatus. ubi Bar. de accuſat.
e l. ſeruo manumiſſo. de pecul. leg. l. quæſitũ. in fi. de fund. inſtr.
f l. j. §. unde quæritur. de public.
g l. ſi adult. §. liberto. de adult. l. iij. §. j. de ſuſp. tut. Iaſ. hic, & Alex.
h Bal. l. ij. C. de cano. l. arg. li. x.
i dixi d. l. doli clauſula.
K Cin. l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uiol.
l l. impenſæ. ubi dixi, de uer. ſig.
m d. l. de pupillo. §. qui opus.
n l. ſi uitẽ. §. qui ad ianuam. ꝟ. quod ui.
o Bar. l. quidam de condi. inſtit. uerſ. ij.
p l. quẽadmodũ ad l. Aquil. d. l. ſi uitẽ. §. qui ad ianuam. quod ui aut clam.
q l. j. C. ut nem. lic. ſine iu. auct.
r Bart. l. j. §. interdictum. ꝟ. uti poſſi. Alex. cõſi. xxxvj. in j.
s l. ſi in area. de cond. inde. Alex. hic.
t l. officiũ. §. denicp de rei uẽd.
u l. ſi ſeruus. C. q̃d cũ eo. Alex. l. j. de acq. poſſ. & l. quemadmodum. eod. tit.
x l. dem. C. loca. Bart. d. §. interdictum.

ſus eum, qui naturaliter tantùm poſſideat. Pote-
rit enim propria auctoritate ædificatum deſtrue
re [y], dum tamen indebitè ædificatum ſit: quod
infrà attingemus. Vnde dominꝰ poterit emphy-
teutam, ſi finita ſit emphyteuſis, propria auctori-
tate deijcere [z]: tunc
enim nullũ in em-
phyteuta eſt vtile
dominium, ſed ſola
naturalis poſſeſſio.
Sed an detentator
poſſit propria auctoritate impedire tertium æ-
dificantem, ſicq; deſtruere opus factum? & Alex.
poſſe cenſuit [a]: quod verum puto, ſi, lite penden-
te, ædificatum ſit [b], nomine domini deſtruat [c].
Idemque in clandeſtino poſſeſſore [d]: præter-
quàm erga dominum, vt infrà dicam [e]. Reſtrin-
gitur † autem hæc concluſio pluribus modis. Et 5
in primis Bart. hîc non procedere cenſuit fauore
B religionis: quoniam lex ait, non poſſe me eum,
qui de facto in meo ſit ſepultus, propria auctori-
tate effodere, eruere [f]. Vnde inferunt Docto. ſi
eccleſia in meo ſit ædificata, non poſſe me eam
demoliri [g]. Quod producunt aliqui etiam ad ci-
uiliarchion, ad cœmeterium, ad omnia ædificia,
quæ ad diuinum cultum pertinerent [h]. Ego ſpe-
cialiter cautum ſcio, ne quis mortuus, & perpe-
tuæ ſedis cauſa ſitus, amoueretur abſque Ponti-
ficis principiſve iuſſu: idq; [i] videtur verum, etiã ſi
C locus non ſit effectus religioſus [k]: qua ratione &
idem in eccleſia conſecrata arbitror: quòd ſi ad-
huc prophana ſit, nihil impedit, quin ſecundum
regulam iure meo vti poſſim [l]. adhuc enim per-
fecta non eſt [m]: & † quod cœptum eſt, rei perfe- 6
ctæ priuilegio non vtitur, [n] vt rectiùs Alexan. lo-
cutus ſit, qui hoc priuilegium non, niſi perfectæ
eccleſiæ tribuit, quàm Iaſ. qui etiam cœptæ. De-
fendi tamẽ hîc poteſt: cùm neceſſaria cauſa ſub-
eſt, vt ibi ædificetur: quo caſu reſarciendum do-
D mino erit pretium [o]. Rurſus Bart. cenſuit, ſuprà
ſcriptam cõcluſionem non procedere poſt nun-
tiationem noui operis verbo factam: quia ami-
ſiſſet dominus poſſeſſionem [p], & diceretur ædi-
ficans ipſe poſſidere, licet vi à domino [q]. Sed
† nunquid licebit ſaltem incontinenti poſt nun- 7
tiationẽ propria auctoritate deſtruere? & Din.
Bartolusque infrà, licere cẽſuerunt [r]: quod Plut.
& Beſutius hîc probant: quia violentum invaſo-
rem licitum eſt mihi incontinenti deturbare [s]:
E ſicque dictum Bart. hîc reſtringitur, vt ex inter-
vallo tãtùm procedat. Fortiùs Parpallias, & Rui
nus hîc etiam ex intervallo licere deturbare æ-
dificantem aiunt: quia cùm à nuntiante vi poſſi-
deat, permittitur ei quandocunque eum turba-
re [t]. Sed vt id verum ſit, non ſequitur, vt etiam
deijcere poſſit. demoliri † autem ædificium non 8
ſimplicis turbationis, ſed deiectionis inſtar ha-
bet [u]. At Iaſ. ſimpliciter Bart. hîc ſequitur, vt im-
putetur nuntianti, qui propter prohibitionem
F verbo factam magis ſuo facto, quàm ædificantis
amiſit poſſeſſionem. cur enim per prætorem, vel
iactu lapilli potiùs non nuntiauit? quam ſenten-
tiam & ego ſequor: quia eligendo viam verbi, vi
detur viam facti renuiſſe [x]. ſentitque hoc Ac-
curſ. [y] & verbis legis conſonum eſt, quæ priùs
quàm nuntiarem (inquit) refixero, quaſi poſt nõ
liceat [z]: videturque hæc mens Alberi. & vete-
rum fuiſſe, qui ſimpliciter Bart. hîc ſequũtur. Sed
cur non idem eſt, cùm quis iactu lapilli vel per
prætorem nuntiat, vt videatur viæ facti renun-

L. 1. Hoc edicto. §. Nuntiatio j.

y l. uſufructuarius nouum de uſufruct.
z l. ij. uer. repellere. cum glo. C. de iur. emphy.
a arg. l. j. C. ut nem. lic.
b l. ij. eo. tit. Ruin. hic.
c ꝟ. hac l. §. fin.
d Bar. d. §. interdictum.
e arg. l. ij. ꝟ. uti poſſid.
f l. oſſa. ff. de relig.
g glo. c. apoſtoli cos. xij. quæſt. ij.
h Cepol. trac. de ſer. urb. ca. xxx
i l. diui. l. ſeq. de relig.
K §. religioſum. uerſic. item ſi alienus. Inſtit. de rerum diuiſ.
l xiij. q. vj. comperimus.
m §. ſacræ. Inſt. de rer. diui. §. illud. in auth. de monac.
n l. antepe. ꝟ. de teſt. mili. Fel. c. ſi quãdo. de reſcri.
o d. c. comperimus. l. ſi quis ſepulchrũ. ꝟ. de religi. d. l. ſi quis. uerſ. præſes. & l. mulier. ꝟ. de cap.
p §. ſi operis. ſeq.
q l. j. §. ſed & ſi qs infra, quod ui aut clam.
r Bar. d. §. meminiſſe. in fin.
s l. iij. §. eum igitur. de ui & ui arma.
t l. j. §. fina. ubi Bar. ꝟ. uti poſſi.
u l. ſi alius. §. belliſsime. quod ui aut clam.
x ar. l. ſi mulier. in fin. ꝟ quod met. cau. Bal. q. x. C. de ſeruit.
y glo. d. §. meminiſſe. uerb. uti poſſid.
z d. §. qui ad ianuam.

tiaſſe? reſpondeo, cùm retineat poſſeſsionem, videtur etiam eos effectus ſibi reſeruaſſe, qui poſ-
9 ſeſſori competunt. Quapropter † etiam ſi ſatiſdationem reus obtuliſſet, idem putarem, ne ideo ius propria auctoritate deijciendi imminutum cēſeatur: licet ſecùs ſit erga eum, qui verbo nuntiauit: ſatiſdatione enim tantiſper purgatur violentiæ vitium [a], lexque ſimpliciter ſatiſdationis oblatione conſuli adverſus nuntiationem ait [b], non adverſus manus inijciendæ facultatem, ſed nuntiatione verbis facta amitteturne ſtatim poſſeſsio? & aliqui cenſuerunt non amitti [c], niſi poſtquam reus eam ſpreuerit, atque ædificauerit [d]: quæ ſententia verbis legum non quadrat, quæ ſimpliciter dicunt, nuntiatione reum conſtitui poſſeſſorem [e], adeò vt ius probandi vi, vel clàm hactenus ædificatum eſſe, ad ipſum nuntiantem pertineat: idque verius eſt, & Iaſon pro-
10 bat. Sanè † ex ſuprà ſcriptis conſequens eſt, vt ſi quis in meo iam ædificauerit, nō liceat mihi propria auctoritate eum deijcere: quia propter huiuſmodi ædificium ego dicor perdidiſſe poſſeſſionem: quod à pleriſque traditum eſt [f], exemplo invndationis, quæ nos poſſeſsione priuat [g]: quod ſi verum eſt, ſuprà ſcripta Bartoli cōcluſio prorſus deficeret: idque Ruinus fatetur, eamque reſtringit, vt ſolùm procedat, cùm poſſeſſor turbatur duntaxat in poſſeſsione [h], non cùm deijcitur prorſus per ædificium. Alexander diſtinguit, vt ſi ſciens fuerim, non liceat mihi propria auctoritate deijcere, ſed ſuprà ſcriptæ concluſioni ſolùm ſit locus, cùm ignoraui quenquam in meo
11 ædificare [i]. Ego † ſola ædificatione poſſeſsionem non amitti arbitror, ſed tum demum, cùm tali ædificio mutatur forma rei [k]. Et ideo tum quoque cum veteribus ſentio: quia acquirit quidem ædificans poſſeſsionem ſed violentiam vel clā-
12 deſtinam: ideo † licebit domino vel incontinēti deijcere [l], vel quandocunque ædificantem turbare tanquam vi, vel clàm à ſe habeat [m]: quod & aliqui hîc tradiderunt, ſicque legem intelligendam eſſe, quæ occupari à domino tale ædificium poſſe ait [n]. Addit idem Bart. vt ſi quis principaliter in ſuo ædificet, licet ad meum naturaliter protendatur, non liceat mihi propria auctoritate deijcere: vnde arborem quæ radices in meum ſolum propagauerit, non cædam [o], ſicvt nec propria auctoritate deijciam, quod rei meæ im-
13 minet [p]: ramos † tamen arboris alienæ ſolo meo impendentes, poſſum propria auctoritate incidere, ſi priùs tibi denuntiauerim, & tu non reſiſtas [q]: quod Alex. hîc tradidit. Subiungit idem, ſuprà ſcriptam cōcluſionē procedere, cùm quis ædificat in fundo à me poſſeſſo: quòd ſi adverſus ſeruitutem à me quaſi poſſeſſam quis ædificet, non erit locus auctoritati, ſed omnino per iudicem prohibendus erit [r]: nec enim hoc caſu vlla eſt vera poſſeſsio, quæ non ex actu poſsidentis, ſed ex ſola adverſarij patientia commento iuris inducitur [s]: quod adverſus paucos Pontificios receptiſsimū eſt [t], quorum rationibus recentiores reſpondent, niſi tamen periculum ſit in mora [u], vel niſi domus, quæ meæ propriæ ſeruit, ſit etiam communis mihi, & ſocius ædificet in prę iudicium ſeruitutis mihi debitæ, licet mihi hoc caſu rem perdere, id eſt propria auctoritate de-
14 ſtruere [x]. Illud † quoque admittendum eſt, licere ei qui ſeruitutem habeat, propria auctoritate ea tollere, quæ ius ſuum impedient, & in ſolo domini fodere, & ſubſternere prò commodiori ſeruitutis vſu [y], nec hoc nomine poterit à domino accuſari: quod & aliqui tradiderunt [z]. Si tamen dominus prohibeat, prætor omnio adeundus erit [a]. Sed quid, ſi ego non poſsideo, & aliquis adverſus ius meum ædificat? & tunc certum eſt omnino pręrorem adeundum, non quidem nuntiationis cauſa, ſed vt eam proſequar [b]: quod tribus modis reſtringi poteſt. Primus, † cùm copia 15
iudicis non adeſt, & periculum eſt in mora [c]: tunc enim propria auctoritate licebit vti [d]. Sed quid ſi periculum non ſit in mora? & Alexan. hîc idem cenſuit: dum modò copia iudicis non adſit [e]: quæ ſententia dubia eſt: quia tali caſu videtur potiùs expectandus iudex [f], vel adeundi alii magiſtratus [g]: quod ipſe Alex. alibi tradidit [h]: nam & ob defectum competētis iudicis poterit quis competentem adire [i]. Siquidem (vt vulgò 16
dicitur) neceſsitas non habet legem [k]. Alter † eſt modus, cùm aliàs quis enorme damnū pateretur: vt quia ſi expectaretur iudex, ager remaneret incultus, vel animalia interirent: quod Bart. alibi tradidit [l]. Tertius eſt, quando quis ædificat in publico: licet non poſsideam, ſi id ædificium mihi noceat, poſſum propria auctoritate deiicere [m]: quod Caſtr. tradit, cuius ſententia verbis legis multùm quadrat, quamvis non ſit à quibuſdam recepta, tanquam hæc cura ad magiſtratus, non ad priuatos pertineat [n]: qua de re alibi plu- 17
ra [o]. Sed † quid, ſi partim quidem poſsideam, partim non poſsideam, vt quia communiter ego, & tu rem poſsidemus, tu in ea ædificas, an potero propria auctoritate demoliri? & Bartolus negat hoc caſu, ſed communi diuidundo actione prohibendum eſſe [p]: quia cùm totum fiat in communi, par eſt vtriuſque cauſa [q]: quod & Alexander hîc tradit, & ex facto Bal. Caſtrenſis, Pontanusque [r] reſponderunt. Idemque dicendum quando ab vno ex ſociis aliquid prætenderetur ſuper communi: nec tunc quidem licebit rem perdere, ſed actione vtendum eſt [s]. Idemque ait hîc Bartolus, ſi quis ſocius ex ſuo in commune immitteret: damnum enim quod rei communi à ſocio fit, non niſi via actionis poteſt impedire [t]. Fuére tamē, qui hoc caſu licere rem perdere exiſtimarunt [u]: quia lex hunc caſum ei æquiparat, cùm ex cōmuni in proprium ſocii immittitur [x]. Sed reſponde, æquiparare duntaxat reſpectu actionis per illa verba Mihi enim ſoli, &c. vt hîc Bartolus rectè ait: reſtringit ergo poſtrema clauſula ęquiparationem ſuprà generaliter factam [y]: 18
tametſi † ea pars legis nō de immiſſo, ſed de proiecto loquatur, in quo (vt dixi) regula eſt, propriæ auctoritati locum non eſſe [z]: cuius rei rationem adſignat Iuriſconſultus. Nam debes ius tuum corā iudice perſequi. Sed quid, ſi non ſocius, ſed extraneus aliquis ædificat, & damnum rei communi facit, poterōne ego ſolus propria auctoritate deſtruere? & Bartolus expreſsè non definit [a]: aliqui poſſe aiunt [b]: quod & ego ſentio, dum ſocius meus non vetet: & in iis caſibus agatur, quibus ſi ſolus dominus eſſem, poſſem propria auctoritate deſtruere [c]. Quid tandem reſpondebimus, cùm ego naturaliter duntaxat poſsideo, tu ciuiliter, an ædificium à te factum potero deſtruere? & Bart. negat poſſe. Vnde non poterit fructuarius demoliri, ſi quid à domino factum ſit: cùm enim fructuarius procurator domini ſit, poſſeſsionemq; eius patientia habeat [d], remque eo duntaxat nomine defendat [e], non poterit adverſus ipſum domini patientiā illa abrū-
pentem

a d.l. ſi alius. §. ait Iulianus. b d.l. de pupillo §. is, cui. c Ruin. hic. Rip. ff. meminiſſe. in fine. d d.l. j. §. ſi qs ui. c §. ſeq & d. §. meminiſſe. f Petr. Cyn. Bal. l. ij. C. de rei uēd. g l. iij. §. Labeo. ff. de acq. poſſ. l. qui uniuerſas. §. item quodama ri. eod. tit. h d. §. qui ad ianuam. d.l. quēadmodum. i Alex. l. ſi de eo. §. ſi forte. de acq. poſſeſſ. K l. repeti. in fi. quib. mod. uſufru. amitt. l d. §. eū igitur. m d.l. j. in fi. uti poſſ. Bar. l. ij. C. de iur. emph. n l. ſi in area. de cond. inde. o l. j C. de interdi. Cep. c. lxxxi. p d.l. quemadmodum. §. j. l. ſi plures. §. ſi arb. arbor. fur. cæſar. q l. j. ff. de arbor. cæſ. ubi Bart. facit l. fluminum. in fi. ff. tit. j. r l. quemadmodum. §. j. s l. quoties ij. de ſeruit. t Abb. & Anch. c. j. de inmun. eccl. u l. ſi quis fumo. in fin. ad leg. Aquil. x l. ſi inter. ff. de ſeruit. urb. pręd. Raph. pont. Ca. Iaſ. hic.

y l. ſi int. de ſer. z Cep. d. trac. c. xxiij. a l. nō eſt ſingulis. ff. de reg. iur. b gl. d. §. meminiſſe. uer. poſſidetis. & text. d. §. qui opus. c l. nullus. cum gl. C. de iud. l. ait prætor. §. ſi debitorē cū gl. quæ in fraud. cred. d glo. d.l. ſi alius. §. belliſſime. e l. generali. C. de decur. lib. x. f l. ſi longius. de iud. c. j. de cōſue. rec. feu. uer. expectandi. l. ſed & ſi per. §. ait prætor. qb. ex cau. maio. g l. ubi abſūt. de tu. & cu. dat. ubi Bart. h Alex. l. j. in prouinciali. §. fi. ff. eo. l. pupillus. de acq. hæred. i §. & hoc peruenit. uerſi. omnem. in auth. ut nul. iud. l. j. C. ubi quis decu. k Alex. l. ij. de iur. om. iud. l Bar. d. §. belliſſime. Cep. d. c. xxx. m l. quāuis de acq. rer. domi. n l. ij. §. ſi quis nemini. ff. ne quid in loc. pub. o Cep. d. tract. c. xxx. p l. Sabinus. cōmu. diuid. q l. in re cōmuni. ff. de ſer. urb. præd. r Bal. conſi. cl. I iij. Rō. cōſi. iij. s l. ſi duo. §. Labeo. uti poſid. d.l. quemadmodum. §. j. t d.l. ſed ſi inter. uerſi. idem. u Bart. d.l. ſed ſi uitem. Rui. hic. Cep. ubi. ff. x d. uer. idē. glo. l. ſacrilegij. §. ad leg. Iul. pec. y gl. de. ij. uerb. ſanctioni. de ui. & honeſta. cler. l. cū pater. §. dulciſſimis. de l. ff. z d.l. quemadmodum. §. j. a Bart. l. de pupillo. §. ſi plurią ff. eod. b Cepo. ubi. ff. c d.l. de pupillo. §. ſi plurią. ff. eo. d d.l. quoties. l. iij. §. darc. de uſufru. e ff. ead. l. §. ult.



pentem de facto ſe defendere, cùm incipiat non poſsidere, ſed confeſſoria adverſus eum aget [a]: et ſicvt ſuprà ſcripta ratione prohibetur domino nouum opus nuntiare, & ſic via communi vti, multò minùs propria auctoritate ius ſibi dicet, Nec me mouet, ꝙ aliquando permittitur hęc via facti, & non nuntiatio, vt erga ſocium,

**Item nuntiationem, & noſtro [a] & alieno nomine facere poſſumus. Item**

vel in Prætorem ædificantem [b]: quia ratio prohibitionis nuntiationis ibi alia eſt, quàm defectùs poſſeſsionis, vt in caſu noſtro: quod ſatis oſten-
19 dit hîc Ruy. & ſenſit Iaſ. Adverſus † verò extraneū cōcedit naturaliter poſaidenti, vt ius ſuum propria auctoritate tueatur: videmus enim fructuario competere adverſus extraneos remedia poſſeſſoria, quale eſt Vti poſsidetis [c], & Vnde vi [d]: & ſic ei etiam ſit facultas incontinenti recuperandi [e]. Nam & ſi quis clàm à me poſsideat, quo caſu ego ciuiliter, ipſe naturaliter poſsidet, habebit adverſus quemcunq; alium præter me, id ius, & interdicto agēdi, & ſe propria auctoritate defendēdi [f]: adverſus verò me non habebit. Sed nunquid propria auctoritate eum ego deijciam? & non puto [g]: nec enim recognoſcit ille à me poſſeſsionē, nec eam patientia mea habet, ſicvti fructuarius [h]. Sed quid ſi is, qui naturaliter poſsidet, etiam vtile dominiū habeat, vt emphyteuta, vt perpetuarius, vt cliens beneficiarius? & poſſe hunc domino via facti reſiſtere Bart. cenſuit [i]: ſic enim dominus eſt, poſſeſsionemq; non domini patientia, ſed iure ſuo habet, licetq; ei rem ſuam defendere [k]: tales enim iuſtè ædificāt, nec via iuris impediri poſſunt [l]: tantum abeſt, vt via facti impediātur: quod tamē intelligēdum, niſi in rei ipſius perpetuum damnū opus facerent: tunc enim poſſet dominus eis reſiſtere, ſicut & propria auctoritate eos deijcere malè vtentes [m]: quod aliqui intelligunt, ſi admoniti contempſerint iuſſum [n]. Et hæc quidem ex cōmuni ſententia pro-
20 cedunt. Ego † tamen nunquā propriæ auctoritati hac ī materia locū eſſe facilè diſputauerim: quia lex hanc facultatem manus explicari per iactum lapilli ait [o]: nec alia eſt ratio, cur nuntiationis edictum à prætore latum ſit. excipitur ille duntaxat caſus, quādo magna, & ſatis neceſſaria cauſa ſubſit, nec diſtinguitur poſsidens à non poſsidēte [p], poſſetq; facilè reſponderi rationibus cōtrarijs, vt non procedāt, quoties adeſt, qui reſiſtat [q]. Sed hæc ſatis, & ſuper.
a ET NOSTRO [a] ¶ Sed quomodo alie-
21 no nomine nūtiamus? & Bartolus ait, ſi † quis ſit procurator [r], mandatiq; ſui fidem faciat [s], & in re dubia ſatiſdet dominū rē ratā habiturū [t]. Sed cur non ita eſt in interdicto Quod vi, aut clàm? in eo enim admittitur ad prohibēdum quilibet etiam abſq; mādato [u]. an quia iſtud minus pręiudicium adfert, cùm ſit perpetuum, illud verò dūtaxat annale [x]? Sed certè diuturnitas temporis longæuitasq; haud quaquā hac in re concludit [y]. An quia hoc edictum ex parte ędificantis in rem eſt: ideo requiritur, vt qui nūtiat, ius in re habeat? quod nō placet: quia tam interdictum Quod vi, quàm noſtrum, in ipſa perſonale eſt [z], & poteſt fieri nuntiatio etiam ex noſtro interdicto verbis in perſonam tantùm conceptis [a], vt eſt receptior opinio [b]. An, quod Accur. hîc maluit, nulla eſt differentia, vt nuntiādo prohibere quilibet poſſit, etiam ſi mandatum non habeat, dum tamen ratihabitio ſequat̃ re integra, id eſt, vt Ruin. interpretatur, antè quàm ædificatum ſit [c]: licet interdicto Quod vi, aut clàm, ſatis ſit, etiam ſi quocunque tēpore ratihabitio ſequatur, putà eo tempore, quo agitur: qui † enim agit, ratum ha- 22
bere cenſetur [d]: quod non ſat probo, cùm parendum ſit nuntiationi, & ſatis ſit, adito iudice, demum ſatiſdari [e]: & certè quærendus non eſt in ſcirpo nodus, nec à clara iuriſconſulti ratione diſcedēdum, qui in interdicto Quod vi, quēlibet prohibere poſſe ait: quia nihil domino acquirit, ſed duntaxat non ſinit ei iniuriam fieri, ſolumque actionis qualitatem mutat, vt quod aliàs tanquam clàm factum accuſaretur, tanquam vi factum eſſe incipiat [f]: at in caſu noſtro nuntiatione ius nouum quæritur, actioque datur [g]: hocque eſt, quod Accurſ. inquit, hoc dictum inſtar actionis habere. Sed † quādo dicetur quis 23
procuratorio nomine nuntiare? & conſtat, ſi dictum ſit expreſsè [h]. Idemque, ſi dictum ſit Titius procurator Caij: quamvis enim ſubiectum non ſit procuratorio nomine, tamen ſatis credendum eſt, ita actum propter muneris mentionem [i]: quod hîc Bartolus adfirmat. Et licet aliqui videantur diſſenſiſſe [k], nihil tamen adducunt, quod me moueat. Nec diſtinguendum eſt, vtrùm præcedat nomen proprium, an nomen officij: quod Rayn. credidit [l]: ſemper enim cenſetur tanquam procurator contraxiſſe: aliàs fruſtrà adiectum eſſet illud nomen: attendimus enim ſemper ad qualitatem, ſecundum quam ſit contractus. Vnde ſi quis in inſtrumento adſerit ſe hæredem, præſumitur tanquam cum hærede contractum [m]. Idem, ſi quis adſerit ſe ciuem talis vrbis [n], vel ſi quis ſe patremfamiliàs [o], & ſi qua ſimilia: nec ſit huiuſmodi diſtinctio, vt rectè Iaſ. docet [p]. cæterùm & ſi dictum ſit Nuntio nomine Caij, ſatis videtur tanquam procurator nuntiaſſe: cùm nuntiatio non, niſi per procuratorem, fiat, vt hîc dicitur: quòd ſi interdicto Quod vi, aut clàm, facta eſſet prohibitio nomine Caij, non argueretur id factum à procuratore: cùm in illo interdicto poſsit prohibitio fieri etiam per negotiorum geſtorem [q]: quòd ſi prohibitus ſciret eum eſſe procuratorem, adhuc (inquit Bartolus) videretur tāquam à procuratore facta. Sed quid, ſi dicat ſe ſuo, & Caij nomine facere? & videretur obligari etiam nomine proprio [r]. E-
24 nimverò † & ſi dixerit ſe facere pro tali, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, † nomine talis: reſtringiturque ad mandatum [s], vel ad negotiorum geſtionem [t], ſecundum ſuprà ſcriptam diſtinctionem, vt ſemper actus interpretetur eo modo, quo valeat [u], vt Claudius hic tradit: quod intelligēdum, niſi in caſibus, quibus lex certitudinem requirit [x]: ſicque defendendus eſt Bartolus. Maior eſt dubitatio, ſi quis dixerit Vendo ta- 25

a ut. ff. l. ſeq. b d.l. in prouinciali. & d. §. ſi qs ipſi. ubi Doct. c l. quoties. ij. de ſeruit. d l. j. §. deijcitur. de ui & ui arm. e d.l. iij. §. cum igitur. ubi Doct. f l. ij. ff. uti poſsidet. g d.l. ſi alius. §. belliſsime. h ff. d. §. fin. i arg. d.l. in prouinciali. §. pen. ff. eod. k d.l. quemadmodum. §. j. l c. ſi uaſallus. hic finit. lex. in uſib. feud. m auht. qui rē. C. de ſac. eccleſi. n c. j. §. quicunque aduocatiā. de pace tenend. in uſib. feud. o d. §. meminiſſe. p d. §. belliſsime. q l. nō eſt ſingulis. de reg. iur. r d.l. de pupillo. §. qui procuratorio. s l. ſi quis inficiatus. ff. depoſit. t l. j. C. de proc. l. j. C. de ſatiſdat. u l. prohibere. eod. y l. qui bis idem. cum glo. de uerb oblig. §. ſi cum in princ. ff. quod ui, aut clam. x l. prætor. §. hoc interdictum. ff. idem. cum glo. de uerb oblig. z l. j. §. pe. de interdi. a d.l. non poſſum. l. ſi. procurator. ff. eo.

L. j. Hoc edicto. §. Nuntiatio j.

b Alex d. §. meminiſſe. in pri... c l. bonorum... rem. rat. hab. d l. Paulus reſpondit. ff. rem rat hab. l. cum fi... dus. §. ſeruus ſuum. ſi cert. pet. e d. §. qui procuratorio. f d.l. prohibere. l. ſi quis ſon... uerſi. pen. de fur. l. cum... de bo. auct. iud. poſsid. g d. §. qui procuratorio. h l. fin. ff. de inſtit. l. cum... §. j. de... Alexan conſ... xlviij. in v... i Alex... apoſt. Bart... ſi ita ſtipula... §. fin. de l... inoff. teſt... acq. hæred... procurator... ff. de paci... ſi quis caut...

§. Chryſogonus. de uerb oblig. K arg. l. ſi communis ſeruus. ſeru. l Bart d.l. cum poſt. §. j. opp m l. ſi proponas. §. j. de ubi Ang. n Dec. conſi. cclxxxiiij. o Imo. l. ſed & ſi de ſua. de pater. §. qui duos. de adopt. ubi. Bald. q d l. prohibere. r l. pro euictione. ubi Bartol. de proc. s l. ſi cum emptore. in fin. dominus Sticho. uerb. pro quib. de pec. leg. u l. pen. in princ. cum ex officij. de præſcript. x l. j. ff. de edend.

lem domum Titij: & Bartolus [a] perinde haberi æſtimauit, ac ſi dixiſſet, Vendo pro Titio, ſeu tanquam procurator Titij [b]. Sed aliqui contradicunt [c], vt potiùs videatur vẽdidiſſe nomine proprio [d]: poteſt enim quis vendere rem alienam [e]: & ſi hoc expreſsit,

## nuntiatio omnibus diebus [4] fieri poteſt.

non præſtabit evictionem [f]: quæ ſentẽtia probabilis non eſt, ſi iam præceſsiſſet mandatum: veriſimile enim eſt, id potiùs iure mandati factum eſſe, cui illa verba ſatis conveniunt. Mihi tamen generaliter placet communis ſentẽtia, vt qui hoc modo vendit, cenſeatur tanquã procurator vendere, & teneatur emptori præſtare ſe eſſe procuratorem [g]: nec enim veriſimile eſt, aut remiſſam ab emptore evictionis actionem [h], aut venditorem rem alienam ſuo nomine vendidiſſe: quod bono viro non convenit [i]. Sanè † ſi quis procurator ſemel actum cœperit nomine procuratorio, illud ſatis eſt, nec neceſſe habet in ſequentibus ſemper repetere ſe eo nomine id facere [k]: quod & Alexander hîc tradit. Ad-

26 dit Bartolus, ſi ſolùm expreſſo nomine proprio fecerit, ſi tamen verè erat procurator actus ad ſolum dominum pertinere poterat, idque is cum quo contraxit, ſciebat videri tanquam procuratorem contraxiſſe [l]: quod fit vel oſtenſione mandati, vel ratihabitione domini [m], idque maximè verum eſt, ſi aliàs actus redderetur eluſorius [n]: quam cõcluſionem extendunt hîc aliqui etiam ſi dixiſſet, ſe nomine proprio contrahere [o]. Ego his verbis obligari eum non ſimpliciter tãquam procuratorem, ſed conſtituti nomine arbitrarer [p]. Sed quid ſi is, cum quo contraxit, neſciebat? etiam diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus

27 † eſt reſpectu illius ignorantis, & cenſetur contraxiſſe nomine proprio, ſibique acquiret actionem, & vice mutua illi ipſe tenebitur [q]: idemque ſi ſciebat quidem ille mandatum, ſed res poterat etiam nomine proprio ad contrahentem pertinere, videbitur potiùs nomine ſuo ille contraxiſſe [r]: quod multò fortiùs dicendum, cùm res ad procuratorem dũtaxat pertinere potuit: nam tunc nihil referret, etiam ſi mandati facta eſſet mentio, ſed ei quæreretur, cui ex iuris diſpoſitione acquiri poſſet [s]? Sed † & certiſsima eſt ſenten-

28 tia, ſi aliàs procurator delinqueret, vt ſi alienigena mandaſſet emi prædium, cuius ex forma ſtatuti alienatio in eum eſſet prohibita, isque procuratorem ſubſtituiſſet, qui proprio nomine emit, non eſt capienda præſumptio delicti, ne is procurator ſtellionatus crimine teneatur [t]: quod Bal. tradidit [u]: quam ſententiam ego probo, niſi aliæ coniecturæ rationéſve aliud ſuadeant [x]. Idem, cùm mãdatum generaliſsimum eſſet: nec poſſet certò ſciri, an de actu, qui deinde ſimpliciter à procuratore celebratus eſt, ſenſerint contrahentes, tunc promptius eſt, vt nihil ad mandantem pertinere interpretemur: quod Alex. & Iaſ. cenſuerunt [y]. Alter † eſt caſus reſpectu ipſius do-

29 mini & procuratoris. & tunc nihil refert, quòd officij nomen non ſit expreſſum [z]: tenebitur enim procurator actione mandati, vt cedat iura domino, aliàs caperetur præſumptio, quòd procurator fidẽ domino violaſſet, & ſibi acquiſiuiſſet, quod alteri promiſerat: quæ præſumptio capienda non eſt [a]. Accedit & regula generalis, quod actus ſequens pręſumitur factus in executionẽ tractatus pręcedẽtis [b]. Probatur hoc & varijs de-

in l. mater. in fi. C. de rei uẽd. b l. ab uno. C. de neg. geſt. l. in familiæ. C. fam. ercíſ. c Ruin. hic. d l. & magis. de ſolut. l. Papinianus. mand. e l. rem alienã. de contr. em. f l. ſi fundũ ſciẽs. C. de euict. g l. j. C. credit. euict. pign. h l. emptorẽ. §. qui autem. de act. empt. i l. nam hoc natura. de cond. indeb. k l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obliga. ubi Bart. l l. poſt mortem §. j. quando ex fact. tut. Fel. c. cũ M. de conſtit. l. quæcunque de procurat. m Bar. d. l. ſi fundum. n d. l. penult. in princip. ſi quis caut. o l. fundus qui locatus de fun. inſtr. l. Lucius. §. tutorẽ. de admin. tut. Parpalias hic. p d. l. proc. qui pro euictione. q arg. l. pignori. §. fi. de uſuca. l. res ex mand. de acqui. rer. dom. Bar. l. q in alien. §. ſi is, qui de acq hære. r d. l. iij. §. ſed quod de tutore. iud. ſol. Bar. l. ſi pœnæ. §. j. de cõd. ind. Ruin. hic. s l. ꝓinde. in fi. cũ ſeq. de ſtip. ſeruo. glo. l. noſtra. C. de calum. t l. Titio ubi nõ ad muni. u Bal. d. l. feliciſsima. C. de his, qui à nõ domi. Aret. d. §. ſi is, q. x l. res, quę in fi. cum ſeq. ff. de. iur. fiſc. y ad d. l. iij. uer. & ſi quidem. in d. l. poſt. dotem. Alex. & Iaſ. z l. qui in alien. §. ſi is, qui de acq. hæred. ubi Bar. l. qui nega. de adm. tu. l. qui ſeruũ uerſic. idẽ in eo de interrog. act. a Bar. l. ſi pupillo. §. ſi procurator. de neg. geſt.

b l. iiij. §. unde quęri, ubi Bar. ff. de mã. d. l. poſt. dot. ij. lect. Din.

ciſionibus, quas alibi Doctores congerũt [c]. Et licet diſputãdo aliqui hîc negẽt [d], hanc concluſionem efficaciter probari: tamẽ ſumma ratione nititur, vt † ſicvt tutor in re ad pupillum ſpectante pro eo contraxiſſe cenſetur, quamvis tutorio nomine non egerit [e] ſic & procurator. propter enim mandatum præcedens res ad dominum ſpectare in-

A cœpit [f]: nam & traditum eſt, ſi inter me, & te actum ſit, vt fundum communi nomine emas, & tu ſimpliciter emeris, perinde eſſe, ac ſi communiter emiſſes [g]. Sic Bart. obligationem reſtituendorum decem pręſumi factam propter mutuum decem præcedens cenſuit [h]. Sic fideiuſſor in cauſam ſpopondiſſe cẽſebitur, de qua tractatum fuerat [i]: extenditurque hęc concluſio etiam ſi mandatum non præceſsit, ſed ſimplex tractatus, & nuda conventio [k]: quod Pont. & Alexan. reſpon-

B derunt [l]. Extenditur † & ad delictum: vnde ſi quis mandauerit talem per ſicarium cõfici, & deinde ſit interfectus, præſumitur id præcedentis mandati cauſa factum [m]: quod intelligendum, niſi alia coniectura contrarium arguat, vt quia eſſent occiſori proprię cum iſto inimicitiæ [n]. Extenditur, etſi ex intervallo procurator iſte cõtraxerit: habet enim mandatum ſui naturâ tractum in futurum: ideo quandocunq; cenſetur impletum [o]: qua ratione ſi contractus procuratorio nomine

C domini factus ſit, & traditio deinde procuratori ſolius nominis proprij appellatione ſimpliciter facta, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo, cenſebitur procuratorio domini nomine facta [p]: quod Imo. Rapha. Pont. adverſus Bar. cenſuerunt. Nec me mouet illa ratio, quòd ex intervallo videtur qualitatem procuratoriam repetitam non cenſeri [q]: quia (vt rectè inquit Alexander) hoc ſolùm poſſet procedere, cùm de ſuaſorio alicuius mali conſilio ageretur [r], vel cùm contractus ad quem

D fieret ex intervallo repetitio, formę vitium pateretur: ideoque nullus eſſet [s]: vel cùm mandatum eſſet ad certum tempus limitatum, idq; præteriiſſet [t]. Rurſus extenditur, vt procedat, etiam ſi procurator mãdatum non acceptaſſet: deinde enim faciendo videtur acceptaſſe, dum tamen is actus ad dominum duntaxat pertinere poſsit [u]: quod Alexan. hîc tradit. Et hæc quidem in procuratorib. Sed † quid in tutore, patre, curatore, & ſimilibus, qui nullum habẽt mandatum, ad quod

E referri qualitas contractus poſsit? & conſtituendum eſt, in dubio præſumi eos proprio nomine contraxiſſe [x], niſi cùm appareret mandatum à teſtatore aliquid tutori fuiſſe, & ipſe ſimpliciter ageret, cẽſeretur nomine pupilli feciſſe [y]. Idem, ſi actus ad pupillum duntaxat pertinere potuit: quod alibi Bar. [z] adnotauit, illud addens, etiam ſi id nõ expreſſerit tutor. Nec obeſſe ait, quod alibi à Iuriſconſulto Scæuola reſponſum eſt, lib. XXVI. Pandectarum titulo VII. Antinomiam ab

F Accurſio diſſolutam refert, illic autem tutor negotium commune ſuo nomine exercuerat: quod videtur ſenſiſſe Bartolus ad Scæuolam.

OMNIBVS DIEBVS [a]. Et † ſic etiam feriatis, vt dictio Omnibus, quę eſt vniuerſalis, cùm referatur ad actus iam conceſsi extenſionem, nullam habilitatis reſtrictionem patiatur. Sed quæ dubitandi ratio fuit? quæ item decidendi? & ſciendum, nuntiationem quandam ad iudicium provocationem eſſe [a]: vnde qui non poteſt in ius vocari, non poteſt nuntiatione impe-

c Alex. cõſi. xxv. ad fin. in ij. dixi. in tractatu Pręſumpt. reg. iij. uerſic. xxiiij. 30 d Ray. hic. e d. l. poſt. mortem. §. j. f d. l. pen. ſi quis caut. g Bald. l. ſi patruus. C. cõ. utr. iud. h l. triticum. de uerb. obli. i Alexan. conſil. xxv. in ij. k l. ſi in prin. ff. mand. 31 l Rom. conſil. cxcj. m Inn. c. ad audictiam. de ho. n Doct. l. metũ. C. quod metus cauſa. o Bar. d. §. ſi mãdato. & l. petẽs. C. de pact. p l. qui mihi donatũ. de donat. l. quędam. de rei uend. ubi gloſſ. q glo. §. interdũ. Inſti. de oblig. quæ ex delict. r l. Neratius. de ſer. corr. s l. multum. in fin. C. ſi quis alt. uel ſibi. 32 t Salic. l. nõ ideo minus. quæſt. iiij. C. de accuſa. Ang. in malef. uerſi. ſemper mandat. uerſ. quinto quærit. Bart. u d. l. qui ſeruũ. uerſic. idẽ in eo. Bald. l. ſi literas. C. manda. x l. Titium. §. præfectus. de admi. tut. & per Bar. ibi in §. alt. y d. l. poſt mortem. §. j. a 33 z l. qui negotiationem. de admi. tutor. a d. l. de pupillo. §. ſi qui ipſi prętori. ubi Bart.



34 impediri [a]. Sed † die feriata nemo ius vocari poteſt [b]: ergo videbatur nec denũtiari poſſe. Sed tamen aliud Iuriſconſulto viſum eſt: quia ſicvt ædificans poteſt de facto qualibet die, quamvis feriata, opus facere, & mihi nocere, ita æquum fuit, vt mihi liceret eum impedire: vt vbi malum adeſſe poteſt, ibi etiam remedium adhiberi poſſit [c]. alioquin ille ob improbitatem lucrum faceret [d]. remedium autem eſt triplex, verbo, iactu,

35 Prętoriſq; officio nuntiandi, quorum † lex mihi electionem concedit, meritò potero eligere, & adverſarium impedire nuntiatione in re ipſa facta: apparet ergo non prorſus ſimilem eſſe citationem & nuntiationem. Doctores ideo nuntiari etiam in ferijs poſſe aiunt: quia nuntiatio verbo, vel iactu, eſt actus extraiudicialis, qui quocunque die fieri poteſt [e]: quæ verò per Prætorem ſit, cauſæ cognitionem non deſiderat: vnde & ipſa tali die fieri poteſt [f]. Quod ſi verum eſt, conſequens erit, vt hæc prætoria non poſsit die fe-

36 riato in honorẽ Dei expediri. tũc † enim nec ea quidem conceduntur, quæ cauſæ cognitionem nullam habent, ſed omnino iudicis officium cõquieſcit [g]: quod Alexan. cenſuit [h]. Dixerit aliquis, die feriato ob honorem Dei nullam nuntiationis ſpeciem eſt permittendam, legemque noſtram de ferijs duntaxat intelligi, quæ ob neceſsitatem hominum inductæ ſunt [i]: quæ ſententia generalitati legis noſtræ obſtat: adverſatur etiam communi auctoritati [k], friuolaque eſt ea ratio, qua plus tribuẽdũ cultui diuino, quàm rebus dicitur [l]. quis negat? & tamen ſicvt quædam ad res pertinentes tali die permittuntur [m], ita & huiuſmodi nuntiatio permittenda eſt. Ego die feriato in honorem Dei nuntiari poſſe arbitror, & per Prætorem: videtur enim ſemper ſubeſſe periculum in mora propter imminentes rixas & prohibitionem facti, nec dilationem res commodè recipit [n]. Sed † quid in executione

37 ſententiæ? & ſi feriæ ſint in honorem Dei, vel etiam repentinæ, (æquiparantur enim [o]) tunc nõ erit licita aliquo modo [p], adeò vt ſi facta ſit, debebit reſcindi [q], qua ratione nec recommendari præfecto carceris quis tali die poterit [r], nec etiam illi ſequeſtrationi tali die erit locus: quod alibi Felinus docuit. Si tamen ſuſpectus ſit de fuga debitor, poterit tali die capi: idq; vel ſanctiſſimo Paſchatis die [s]: quod Baldus cenſuit, & recentiores ſequuntur. Idemque in cæteris delinquentibus, & maleficis. Veſtigandi enim & in carcerem qualibet die ducendi ſunt [t], cùm ſemper ſuſpecti de fuga ſint. Sed quid in feriis ob neceſsitatem hominum inductus? Et Bartolus hîc poſſe executionem ſententiæ fieri cenſuit [u]. nec enim ampliùs vlla cauſę cognitio neceſſaria eſt [x]: vnde nec citatione eſt opus [y], poteritque res per ſolum nuntium expediri, cùm talis ſit actus nudi miniſterij [z]. Quòd ſi cognitione prætoris res adhuc indigeret, ſecùs eſſet: vt quia adverſus executionem obijcerentur aliquæ exceptiones, quæ ſecundum ius noſtrum non eſſent reiiciendæ [a]: vel ſi executio fieret adverſus ſucceſſorem condemnati [b]: vel quando concederetur non per eum iudicem, qui iudicauit ipſe, ſed eius ſuccęſſorem [c]: vel ſi ideo peteretur executio, quia allegaretur deſertam fuiſſe appellationem [d]: ſuper iis omnibus cauſę cognitio neceſſaria eſſet, ideoque die feriato ſententia exequi non poſſet. Sed & ſi executio ſuper alia re fieret, quàm ſuper qua iudicatum eſſet, dubium nõ eſt,

a Bar. d. l. de pupillo. in princ. ij. opp. uerſi. itẽ cũ. b l. ij. ff. de fer. l. miles. §. ſexaginta. de adulter. c l. j. de uẽt. inſp. d l. Seruius ff. q̃d ui, aut clam. e c. fin. de fer. f l. miles. §. ſexaginta. de adul. l. ij. §. j. quis ord. in bo. poſſeſſ. g l. dies feſtos. C. de fer. h Alex. d. l. de pupillo. §. qui ꝓcuratorio. in fin. i Alex. conſil. liij. in v. k Alex. d. l. de pupillo. §. nuntiatione. l l. ſancimus. C. de ſac ſa. eccl. m l. omnes iudices. C. de fer. n l. pen. C. eo tit. gl. d. l. fin. C. de fer. o gl. cle. ſæpe. de uerb. ſign. uerb. neceſsitatem. p d. l. dies. d. l. omnes. ubi Bart. & Guid. Pap. q. ccxv. q Felin. c. ſi de iudic. uerſic. cõtra Abb. r Alex. cõſi. dix. in ij. s gl. l. fi. C. de fer. l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. quę in fraud. cre. Iaſ. l. uinũ. ſi cert. pet. t l. ſi. C. de exhib. reis, ubi Bald. u c. fin. de iudic. Bart extrauag. ad reprimẽ. uer. executionem. x d. l. ſi prætor. in prin. de iud. y Anan. conſi. xxvj. Alex. liij. z l. executorem. C. de exec. rei. iud. c. nouit. de appel. a l. j. ubi gloſ. C. de iur. & fact. ig. l. fi. C. ex fal. inſtru. b Inn. c. quia. v. de iudic. c Bald. d. §. qui prouocauit. d l. ſi contra. C. de appel. ubi Bal. Fel. c. ex rat. de appel.

neceſſariã eſſe cognitionem, velvti ſi condemnatus quis in pecunia ſit, executioque in bonis facienda eſt [c]: quod Alexander hîc docet, ideoque tempore huiuſmodi feriarum fieri non poſſet, niſi tamen pietatis, neceſsitatiſve ratio aliud ſuadeat [f], vel periculum in mora ſit [g]: quod & ſuprà diximus. Sed quid de examinatione teſtis dicemus? & Bartolus poſſe fieri die feriato ob neceſsitatem hominum cenſuit [h]: addit Orianus

A idem eſſe, etiam ſi feriæ ob honorem Dei inductæ ſint [i]. Eſt enim hic actus merè extraiudicialis, qui refertur ad iuramentum [k], illudque explicat. Iuramentum † verò ipſum tali die deferri non poſſet: quia iudicis cognitionem requirit [l]: examinatio enim teſtis ad diem iuramenti reducitur, examinatusque die feriata, cenſebitur non eo die, ſed alio, quo iurauit, examinatus fuiſſe [m]: imò ſolent tabelliones ſolum diem iuramẽti adnotare, & ſub eo teſtimonium qualicunque die

B receptum deſcribere [n]: poteſtque hoc tolerari, niſi teſtis conditio interim facta ſit deterior [o], vel præoccupata adverſarii publicatione, eiuſq; atteſtationibus cognitis quis ſuos tum demum iubeat examinari: ſi enim ad diem iuramenti referrentur, occaſio falſitatis pateret [p]: minuetur ergo hoc caſu fides, idque arbitrio iudicis. Cæterùm magis ad hanc materiam pertinet illa quæſtio, Quid in proſequutione nuntiationis ſit reſpondendum, an poſsit die feriato fieri? Et con-

C cludit Bar. non poſſe: quia & actus iudicialis eſt, & cauſæ cognitionem deſiderat [q]: quamvis ergo nuntiatio omnibus diebus fieri poſsit, non tamen proſecutio: ſicvt & videmus in appellatione [r], & etiam in libello, qui poteſt iudici offerri qualibet die [s]: licet pontificii reſtringant, vbi periculum eſt in mora, vt quia priuilegium erat periturum tempore [t]: tamen & in denuntiatione videtur idem ſubeſſe periculum, vt ſuprà dixi. Reſtringitur † tamen ſuprà ſcripta con-

D cluſio aliquibus modis. Et in primis, quando de damno repellendo ageretur [u], ſeu in cauſa damni infecti: poteſt enim id etiam feriis neceſsitate humana inductis agi [x]. Rurſus, quando cauſa publici iuris conſeruandi nuntiatetur [y], quod fauor publicus ſuaſit. Sed & ſi iuris noſtri defendendi gratia nuntiamus, idẽ eſt, quãdo reus nõ deſiſtit ab opere, ſed identidẽ ædificauit. Subeſt enim ſemper eadem neceſsitas, nec quicquã facit, quòd poſsit nuntiãti eſſe ſuccurſum interdi-

E cto demolitorio [z], vt Rapha. & Iaſon hîc dicunt. Reſpondeo enim non ideo auferẽdam huic eſſe remediorum electionem [a]: quòd ſi deſiſtat interim ab opere, ſecùs eſt, tunc adhærebimus regulę: nec enim ab ea recedendum eſt, niſi quatenus neceſsitas infert [b]: quod eleganter Bartolus hîc docet. Sanè & coram arbitratore poſſe die feriata etiam in honorem Dei proſecutionem nũtiationis exerceri, ſi compromiſſum patiatur, recep-

F tum eſt [c]: inſtar enim tranſactionis habet, quam omni die fieri poſſe conſtat [d]: coram arbitro verò dũtaxat feriis ob neceſsitatem humanam inductis, idque prætoris iuſſu [e]. Sed † quid de remiſsione nuntiationis dicemus? an qui eam petit, etiam diebus feriatis procedet? & concludendum eſt, regulariter fieri nõ poſſe: quia & hęc ad iudicium pertinet, & cauſæ cognitionem deſiderat [f], & à regula temerè recedendum non eſt, quæ viam facti non permittit, ſed iudicem adiri iubet: ſi enim quod de nũtiatione dicitur, etiam in remiſsione eſſet admittẽdum, haudquaquam omiſ-

L. j. Hoc edicto. §. Nuntiatio j.

e l. à diuo q. ij. ff. de re iud. f l. j & ij. ff. de fer. g c. fin. de iudic. ubi Fel. uerſi. itẽ prædicta. h clem. j. de offi. deleg. ubi Ioan. And. 38 i Oria. rep. c. quoniam cõtra. uerb. teſtiũ depoſit. viij. q. de probat. k c. j. extra, de teſtib. Bar. l. ſi quãdo. in fi. C. de teſtib. l gl. l. iij. §. Sabino. de teſtib. m Bart. Alex l. damni. §. Sabini de dam. infec. n Doct. d. §. Sabini Bal. c. j. in fin. quot teſt. ſint nec. o Bald. c. j. in princ. an remo. debe. teſt. p c. cum ueniſſẽt. de teſt. auth. at qui ſemel. de probat. q d. l. de pupillo §. qui opus. r l j. C. de ferijs. s d. §. ſexaginta. Doct. rub. C. de in ius uoc. 39 t Ioan. Andr. Abb. d. c. fi. de iudic. Felin ibi. u §. nuntiatio. ff. ea. l. ubi gl. x l. ij. de ferijs. y l. publicas. C. de ferijs. z l. præto. ff. eod. a l. fi. C. in quib. cau. in inte. reſt. b l. j. in fin. de ferijs, gl. uer. urg. l. ſenatus de offi. præſ. c l. ſi de meis. l. ex cõpromiſſo. de arbitr. ubi Bart. 40 d d. l. dies. e l. ſi feriatis ubi Bart. de arbit. f d. l. fin.

omiſiſſet hoc Iuriſconſultus[a]:caſus ergo omiſſus
pro omiſſo eſſe debet [b], ſubeſtque manifeſta ra-
tio differentiæ inter nuntiationem & remiſsio-
nem:nuntiatio enim niſi fiat, hoc incommodi
adfert,quòd ædificans duriorem facit aduerſarij
conditionem,qui ipſe nihil nouat,ſed qui remiſ
ſionẽ petit,ipſe eſt,qui nouat, & qui differre po-
teſt,nec dilatio ei regulariter damnum adfert [c]:
vnde apparet, nihil obeſſe illud argumentum,
quo dici ſolet,actori non eſſe cócedendũ, quod
reo non concederetur [d]. Subeſt enim manife-
ſta ratio differentiæ,cùm nuntians extra iudiciũ
agit, petens remiſsionem in iudicio experitur:
nuntians aliud remedium non habet,petens re-
miſsionem habet, nempe offerendo ſatiſdatio-
nem,tametſi receptũ ſit, actori in principio cau-
ſæ magis,quàm reo indulgeri [e]. Sed nec argu-
mentum Iacob.obeſt,dum infert,ſicvt datio tu-
toris die feriato celebrari ſolet [f], ita & eius excu
ſatio [g].Reſpondeo,eadem ratio in datione & ex
cuſatione eſt:at in caſu noſtro diuerſa. Excipiun
41 tur † à ſuprà ſcripta concluſione quatuor illi ca-
ſus,quibus ſuprà oſtendi proſequutionem nun-
tiationis feriato die admitti: æquum enim eſt,
vt eadem ratione,qua actor tali die reum oppu-
gnat,ſe quoque defendere ille poſsit, remiſsio-
nemque petere [h]. Excipitur & alius,cùm reus
remiſsionẽ petit oblata ſatiſdatione:poſſe enim
hoc die feriata agi Bartolus fatetur [i]: quo exem-
plo ſi executio in poſſeſsione die feriata facta ſit,
poterit & tali die revocari: quod hîc Alexander
notat,& diffuſiſsimè Felinus alibi attingit [k], vt
poſſeſsio de facto alicui decreta, de facto quoq;
revocetur [l],niſi tamen pars cõfirmari potiùs pe-
tat:quod alibi Alexander diſputat [m]. Arbitror
tamen ego id intelligendum, ſi pars talem ſatiſ-
dationem approbet:aliàs enim teneretur iudex
de ſufficientia cautionis cognoſcere, ea nuntia-
tor defraudetur [n]: teneretur & nuntiantem ci-
tare,qui fortè dicturus eſt. Hodie conſtat,hodie
agamus [o]. Alius caſus eſt,cùm quis damni re-
pellendi cauſa nuntiauit, & die feriato nuntia-
tionem,quod poteſt proſequitur [p], eadem ratio
ne poterit reus die feriato remiſsionem petere:
quod Iacobus ſenſit, veraque eſt hoc caſu Dini
ſententia [q]: quod procedit & in nuntiatione,
quæ iuris publici conſeruandi cauſa ſit facta [r].
Subeſt enim eadem ratio [s],vt remiſsio die feria-
ta peti poſsit,ſi nuntians tali die agere perſeue-
ret:quod Imola & Alexander hîc docent. Alius
eſt caſus,cùm reus, qui remiſsionem petit,ſatiſ-
dare non poteſt,& res tempore eſſet peritura:nã
& tunc concedendum eſt, vt tempore feriato au
diatur:quod Bartolus cenſuit [t]. Nam ſicvt ex
poſt facto ei ſuccurreretur adverſus iniuſtè nun-
tiantem actione de dolo,vt ſuprà vidimus [u], ita
etiam à principio videretur hoc caſu ſuccurren-
dum:quia ſatis eſt intacta iura ſeruare [x], & vt à
regula feriarum recedamus,magna vtilitas ſuffi
cit,nedum ſola neceſsitas [y]. Addidit alium ca-
ſum Ruinus, vt etiam feriato ob humanas neceſ
ſitates die peti remiſsio poſsit, ſi partes conſen-
42 tiant:qua de re alibi [z]. Quærit † rurſus Bart.an
citatio die feriato facta valeat, qua reus in tem-
pus permiſſum vocatur? Et ſi feriatus ſit in ho-
norem Dei, receptior ſententia eſt, non valere:
43 quia † lex,Nulla, inquit, tunc quenquam vrgeat
admonitio præconis horrida vox ſileſcat, appa-
ritor contrafaciens puniatur [a], &c.quibus ver-
bis appareat,non ſolùm inhibere finem citatio-

a l.j.§. fin autẽ. C.de cad. toll.
b l. ſi cum dotẽ. ſol.mat.
c Bart.§. in fin. princ.
d l. non debet. de reg.iur.
e l.de die. qui ſatiſd.cog.
f l.nec mand.tutor.§. de tut. & cur.dat.
g l.ij.de fer.
h d.l.non debet.
i arg. glo. in l. minor in prin. de euict.
k Fel.c.fi.de iudic.
l l.ſi pacto.in fi. C.de pac. ubi dixi.
m l.ſi finita. in princ.j.tit.j.
n l.ſi ab arbitro. qui ſatiſd.cog.
o l.j.C.eod.
p l ij.ff.de fer.
q l. nõ debet. de reg.iur.d.l. nec mandante.
r l.publicas. C. de fer.
s d.l non debet.
t arg.l.ij. & iij. §.de fer.
u §.in fin.princ. arg.l.rem quandam. de dol.
x d.l.fi. C.in qui.cau.in int.
y d.l.ij.
z l ſi feriatis.§. de fer.
a d l.fi.C. de fer.

nis,ſed etiam initium : nam cùm lex initio reſi-
ſtat, nihil refert, quòd actus in tempus habile
ſit collatus [b],proceditque concluſio, qualiſcun-
que ſit ille dies feriatus, ſiue dominicus, ſiue a-
lius in honorem Dei [c]. Subeſt enim ſemper ea-
dem ratio,nempe honor Dei, qui per cultũ ſan-
ctorum inducitur . Idemque, ſi feriæ repentinæ
ſint.Suprà enim vidimus, magis æquiparari in-
ductis in honorem Dei,quàm alijs [d]. Et licet,
A ſecundum Alex. dubius hic ſit articulus, tamen
receptior eſt ſententia. Ego ad cauſam repenti-
narum feriarum advertẽdum putarem, an indu
ctæ ſint,vt Deo ſupplicetur, an vt ludi Theatra-
les propter felicem nuntium celebrentur [e]. Nec
quicquam refert,quòd partes egiſſent , vt talis
citatio coram iudice fieri poſſet : nec enim poſ-
ſunt ſuprà ſcriptis ferijs renuntiare: quod & re-
ceptius eſt [f] : licet aliud ſit coram arbitratore,
vt ſuprà dixi. Et † cùm citatio tres habeat par- 44
B tes,commiſsionem iudicis, delationem nuntij,
demum relationem,intelligũt Doctores, vt nec
commiſsio iudicis tali die poſsit fieri:quod Bar.
hîc diſertè tradit. Prohibita † enim citatione,& 45
commiſsio,quæ eam neceſſariò præcedit, vide-
tur inhibita [g],maximè cùm lex ſimpliciter pro-
hibeat,nec diſtinguat haſce partes [h]. Qua ratio-
ne & idem dicendum videtur in nũtij relatione,
vt tali die fieri nequeat:debet enim in actis ſcri-
bi [i]: at huiuſmodi ſcripturæ tali tempore ſunt
C prohibitæ [k]:quod Salic.Alexanderque adverſus
Pont.probauerunt.Maior † eſt difficultas,quãdo 46
nuntius,ſeu apparitor detulit citationem [l] aliàs
legitimam die feriato:Iacob.& Bald.valere cen-
ſuerunt, præterquam ſi die dominico id factum
ſit:non enim huiuſmodi executio nuntij ad pro
ceſſum pertinet,vt meritò cæteris diebus, quàm
dominicis,fieri potuerit [m].Alexand. generaliter
negat valere: quia lex non ſolùm de dominico,
ſed ceteris feſtis intelligitur.Ego Alexandro aſ-
D ſentior,niſi cùm alia die nòn potuiſſet fieri talis
executio:tunc enim etiam in eccleſia facta vale-
ret [n]; vt meritò idem dicendum ſit,ſi die feriato
facta proponatur. Fuerunt & qui diſtinguerent
primam citationem à cæteris,vt cæteræ quidem
pars proceſſus ſint [o]:& ideo tali die geri nequeát:
prima verò non ſit,cùm non à citatione, ſed à cõ
teſtatione incipiat iudicium [p]. Sed † ego hanc 47
diſtinctionem non probo : quia lex ſimpliciter
loquitur,admonitionesque omnes prohibet, &
E præconum voces [q]. Qua ratione nec eam ſen-
tentiam probo , qua aliqui exiſtimarunt, quo-
ties iudex à principio generale mandatum appa
ritori feciſſet,vt quoſcunq; citare poſſet [r], quia
tunc nulla cauſę cognitio requiritur, citationẽ
tali die permittendam. Ego etiam non requiri
ſentio,cùm ab ipſo iudice ſpecialiter id manda-
tur [s]:quod Bart.hîc ait.vnde & à procedẽte prę-
tore,& de plano fieri poteſt,vt idem Bar. reſpon
dit [t].Sed tamen lex ſimpliciter (vt dixi) loqui-
F tur:quia licet tunc non requiratur cognitio , eſt
tamen quoddam prooemium rei valde periculo-
ſæ [u]. Probabilior † eſt eorum limitatio,qui e- 48
tiam die dominico in alium diẽ citari poſſe tra-
diderunt,ſi conſuetudo hoc ferat [x]: plurimam
enim vim hæ ferię à conſuetudine trahunt: aitq;
Alb.& Alex.invaluiſſe vbique hanc conſuetudi
nem,vt talis citatio valeat:quibus quantum cre
dendum ſit, nunc non diſputo [y]. An verò de-
beat huiuſmodi conſuetudo allegari,& probari,
alibi traditur [z].Sanè † & cùm cauſa neceſsitatis 49
ſubeſt,

b l.ſi minor.§. de fer.expor.
c glo.l. omnes. C.de fer.
d gl.d.c.de ſæpe. uer. neceſsitatẽ.
e l.j.C. pub.largit.lib.xij.
f gl.d.l.oẽs.in fi.
g l.oratio.de ſponſ.
h d.l.fin.
i l.pen.uerb. p cõtumaciam.C. ad Treb.
k c.conqueſtus. de fer.
l Bal.l.in minorũ. C. in quibus cau.in int.
m d.c.conqueſtus. Præp. c.cũ parat. de appel.
n l.præſenti.§.& ſi quidem. C.de ijs,qui ad eccl.
o c.quoniam cõtra.de prob.d.c. conqueſtus.
p Doct. rub. C. de eden.
q d l.ſi.
r Bal.l.ſi quãdo. C.de teſtib. q.12. l.cũ cleri.§. memorati.C. de epiſc. & cler.ubi etiã Paul.
s l.ſed ſi interpellatus.§. j. de arbit. Bar. l.nequaquam.§.ubi de offic.procur.
t conſil.clxviij. proceſſus.
u Bar.l.ij. ij. no. C.de tẽp. appel.
x gl.l. quadraginta.C.de fer.
y Iaſ.l.de quib. de legib.
z Alex.l.j. in fi. prín.quod quiſque iur.



ſubeſt,non eſt dubitandum, quin valeat talis ci-
tatio [a]:quo caſu & in eccleſia quis citari poteſt [b],
valetque de loco ad idem argumẽtum [c].vnde e-
tiam admittitur talis citatio ſpeciali caſu,quo e-
piſcopus ſit à diœceſi ſua eiectus,nec tutò citari
propter prædones poſsit [d].ſic & ſuprà concluſi-
mus,realem(vt vocant)citationem [e], id eſt præ-
henſionem,& capturam die feriata fieri poſſe, ſi
debitor de fuga ſuſpectus ſit. Et hæc quidem in
ferijs ad diuinum cultum pertinentibus pro-
cedunt. Quòd ſi ob vtilitatem hominum in-
dultæ ſint,receptior eſt Oldr.Bar. cæterouumq;
ſententia [f],valere citationem ad diem iuridicã:
quia lex ſimpliciter prohibet in ijs quenquam
compelli [g],non autem citari. Cùm ergo lex non
reſiſtat principiò , nihil refert, an quis tempore
habili citet,an conferat in tempus habile [h]:quòd
ſi à principio reſiſteret,ſecùs eſſet [i]. Nec me mo-
uet, quòd donatio cauſa mortis inter coniuges
valeat [k]:quia ei lex non reſiſtit, cùm revocabilis
ſit,& interim donatariũ locupletiorem non red
dat.Sed & quoties actus non ſuſpenditur, ſed e-
ius effectus,tantùm non ſufficit in tempus habi-
le rem eſſe collatam:quod Iac.hîc cenſuit : alibi
50 Barr.quoties † lex certo tempore habilitatem re
quirit,non ſufficere,ſi alio tempore interveniat,
auctor eſt [l], & tunc à principio reſiſtere dicitur.
Sed quid dicemus in caſu contrario?quando ci-
tatio quidem tempore apto emanauit,ſed colla-
ta eſt in nõ idoneum,putà ſi quis die iuridica ci-
tatur,vt compareat die feriata ? & videtur tunc
valere [m]:quia comparebit, vt pareat iudici, non
autem vt proſequatur litem tali die,ſed poteſt ſe
quenti iuridica,tanquã duplex ſit præceptum [n]:
quòd ſi non compareat , non tamen incidet in
pœnas contumaciæ [o]:quod Alexan.tradit:putá-
rimque ego hãc opinionem eſſe veram, quoties
dies feriata expreſsim in citatione ſcripta non
eſt,putà quia dictum , Cópareas intra triduum,
& vltimus dies ſit feriatus : quod & Bald. cen-
ſuit [p]. Quòd ſi dies caſu expreſsim ad litigan-
dum cócepta ſit,apparet error evidens [q]:& ideo
putarim haudquaquam duo præcepta cenſeri,
ſed vnum duntaxat & invalidum [r]. Etenim dies
hoc caſu iuſsionis ſubſtantiæ adhæret , adeóve
ſeparari non poſsit [s]. Qua tamen in re propter
magnas Doctorum altercationes,quos hîc Alex.
refert, ampliùs deliberandum eſt.Cęterùm,quia
hîc dicitur, nuntiationem omnibus diebus fie-
ri poſſe,intelligiturque omnibus etiam feriatis,
51 conſueuit hîc diſputari, an † ſignum vniuerſale
ad idonea reſtringatur?& videretur non reſtrin-
gi,idque legis noſtræ argumento, quæ tamen a-
liam habet rationem:cùm ſemper videatur ſub-
eſſe periculũ in mora propter iurgia, & ne aliàs
iſte via facti & vi maiore prohibeat,& ne quis ca
ptata occaſione feriarum ædificet:nam &,vt in-
frà quoque videbimus,in his,quæ ad merum fa-
ctum pertinent, non attenditur aptitudo, quæ
ſecundum iuris ciuilis regulas ſit introducta [t].
Conſtituenda igitur eſt regula huiuſmodi,ſignũ
† vniuerſale ad habilitatem reſtringi [u],idque ma
52 ximè cùm de habilitate perſonę tractatur [x]:quod
intelligit Bartol.ſi verbum ſit præteriti tempo-
53 ris,cui tale ſignum adiungitur [y]: vnde † teſtis
dicat,Iſtud dixerunt omnes, intelligitur de hoc
54 loquentes. Et † ſi in inſtrumento ſcriptum ſit,
Epiſcopus cum cõſenſu omnium canonicorum
intelligitur præſentium [z]: & ſi dixerit,Vidi ta-
lem ſemper poſsidere , vel quotidie, vel omni

a c.conqueſtus. uerſic. niſi neceſſitas. de fer. cle. j.de fo. compet.
b d.l. præſenti. uerſ. ſed ſi quidem. C. de his, qui ad ecc.
c d l.uinum.
d d.cle. j. de fo. compet.
e gl.l. ij. de iuriſd.om.iud.
f Guid. Pap. q. 115.
g l.j.§.de fer.
h l.in tempus.§. de hæred inſtit.
i d l. ſi minor.l. fi. ubi Iaſ. iiij. not l.alia.§. eleganter.ſol.mat. l.Gallus.í princ. ubi Mod.de lib. & poſthu.
k l.ſi eũ ſeruũ.in fi.cum l. ſeq. de dona. inter uir
l l.alia.§.eleganter.ſol.matri.
m c.ueniens. de accuſ.gloſ.15. q. iiij.placita. Ioã. An Butr.d.c. fi.
n l Celſus.§.j de arb.c. cũ dilectĩ. de dol. & cõtu.
o l.ij.in fin. §.ſi qs in ius uocat.
p Bal c fi. de dol.e & contu.
q d.l.ij. in fin ſi qs in ius uocat.
r l.ij uer. aliter. de hæ.inſtit. ubi Bal. & Imo.
s arg l. j.§. ſi qs ſimpliciter. de uer.obli. Cin.d. l. dies Alex hic.
t Bal.l. rogaſti. in prin.§.ſi cert. pet.
u l.fi.cum gl.in uer. oẽs.C. ſine cen.uel reli.
x l.ut gradatim .§.j.de mu.& honor.
y l.inter omnes. ubi Bart.qui ſatiſd. cog. l.j. de uſufru.accreſc.l. ſi quando.§.j. ſi ſer. uendic. l ex mille.in fi. §. de euict.
z Bar.d.l. inter. ubi Iaſ.

tempore, intelligetur tamen ciuili modo, & cũ
ſolitis remiſsionibus [a]: & clerici ſemper orent,
ſemper Pſalterium in manibus habeant, intelli-
gitur horis congruis [b]. Sed in teſte videtur du-
bia concluſio,vt Baldus ait: quia † dictum ſuum
debet certum eſſe,& neceſſariò concludere: ſed
ſi reſtringeretur dictio Omnis,hoc modo ſubeſt
incertitudo [c]: alioquin poterit eam intelligi
Omnes,id eſt aliqui de omnibus [d], ſecundum
A quem ſenſum fieret interpretatio prorſus cõtra-
ria verbis,& minimè veriſimilis : nam & vulgò
traditum eſt,indefinitam † in dicto teſtis non æ-
quipollere vniuerſali [e] propter incertitudinem:
atqui eadem incertitudo ſuberit , ſi vniuerſalis
hoc modo reſtringatur. Putauerim itaque hanc
rem plurimùm in arbitrio iudicis reſidere, qui
iudicet,an veriſimilis ſit huiuſmodi reſtrictio [f].
Idem etiam ſubijcit Bartol.ſi verbum illud præ-
ſentis temporis ſit : adhuc enim fit reſtrictio ſe-
B cundum aptitudinem [g].cùm enim lex ſui natu-
râ futuris det formã negotijs [h],nihil refert,quòd
verbo præſenti legislator ſit vſus. Si ergo quis
diſponere ſe dicat ſecundum omnium ſentẽtiã,
intelligitur, qui de hac re ſcripſerũt, ſeu ſunt in-
terrogati [i]:& qui vult etiam alio loco conveni-
ri,quàm loco contractus,intelligitur idoneo ta-
men,vt eſt receptior opinio [k].Idem quoque Bar.
tradit,ſi verbum cui ſignum vniuerſale additur,
futuri temporis ſit, dum tamen nouam conceſ-
C ſionem inducat [l]: vnde cùm lex ait,Habeat v-
nuſquiſque ius catholicæ eccleſiæ legandi [m],in-
telligitur vnuſquiſque,ſcilicet habilis [n]: quia
hæc eſt noua conceſsio.ante eam enim eccleſiæ
Chriſtianæ legari non poterat [o]: quod etiam ex
diui Hieronymi auctoritate in epiſtola ad Nepo
tianum aliàs declaraui:tametſi Bartolus hîc ali-
ter ſentiat.Sed quid,ſi tali caſu adiecta ſit dictio
vniuerſalis geminata,putà Quicunque? & con-
ſtat huiuſmodi iterationẽ magni effectus eſſe [p]:
D non tamen arbitror ideo ad inhabiles extendi:
quod latiſsimè diſputauit Andreas Siculus [q]: nã
& cùm lex ait, Promittendo dotem, omnes cu-
iuſcunque conditionis obligantur, recipit tamẽ
reſtrictionem de habilitate [r]. Sic † lex munici- 57
palis,quæ iubet decollari quemcunque occiſo-
rem,intelligetur tamen ſecundum terminos iu-
ris,dum citra dolum,& ad ſui defenſionem non
occiderit:quod adverſus Salicetum Felinus cen
ſuit [s]: crediderim tamen , vt lex aliquid opere-
E tur,hanc habilitatem latiùs accipiendam,quàm
priùs fieret. Vnde ſi lex dicat,quòd quocunque
tempore poſsit fieri probatio,non reſtringetur,
durantibus dilationibus ad probandum, ſed po
tiùs intelligetur vſq; ad ſententiam [t]:quod plu-
ribus deciſionibus aliqui oſtendunt,quas hîc cõ
gerere minimè eſt operæpretium [u]. Qua ratio-
ne ſuprà ſcripto ſtatuto tenebitur occiſor, etiam
ſi culpa ſolùm occiderit,licet aliud iure commu-
ni ſit [x]. Sicque etiam defendi Iaſonis ſententia
F ſic poteſt,dum illud exemplum adducit, cùm
quis ſtipulatur clientelæ nomine aliquod caſtrũ
pro ſe,& hæredibus quibuſcunque: admittũtur
enim etiam extranei [y]. quod receptior habet
ſententia [z]:ſed non omnino inhabiles, ideoque
non admitterentur fœminæ [a], aut tales qui do-
minum adiuuare non poſſent [b]. Quid,ſi di-
ctum ſit,pro ſe & hæredibus,quos voluerit ? &
Baldus reſpõdit hac formula inhabiles excludi,

L.j. Hoc edicto. §.Nuntiatio.

55

56

a Fel.procœ.De. uer. rex pacific.
b c. ſi quis uolũtate.50.diſt. Ab. c.clerici. de uit. & honeſt.cler.
c Bal. d.l fi.ſine cenſ.& c.j.de conſt.
d c. ſi quis omnẽ.j.q.7 in gl.et 15.q.j.mulier.
e Inn.c. auditis. de præſcri. ubi cæteri.
f l. iij.§. tu magis.§. de teſtib.
g l.in prouinciali.§.fi.j.eod.iuncta.l.d. pupillo.
h l leges. ij. de legib.
i l.ſi quando.§. j.ſi ſer.uend d.l ex mille.in fi.
k l. §. de eo,quod cer. loc. ubi glo. & Doct.
l d.l. ut gradatim.C. de inoff. teſt.authen. oẽs peregrini.C.cõmu.de ſucceſ.
m l.j.C.de ſacroſanct.eccl.ubi dixi.
n l.generali. C eod.tit.
o c.futurũ.xij. q.j.
p l.baliſta.ad Treb.Bart l.general.§. uxo.de uſufru legat.
q Barb. conſil. j.in ij.
r l. promittendo. cũ gl.de iu. dot. De.cõſi. cccj í fi.
s Fel.c.ſedes. de reſcript.
t l.unius.§. cogniturũ.cũ gl.j. de quæſt. ubi Marſi.
u Marſi. d.§.cogniturum.
x l in lege. ff.de ſicar Iaſ.l.in act. §.de in lit.iur.
y c.j. de feud. non hab. Iaſ in prælud. feud.
z Iaſ.l. Gallus. § etiam.de li.& poſth.
a arg.alienã C.de procur.c.j.§.Titius.ſi de feud.defun.b Bal. c. j.§. donarci qual.olim feu.Alex,conſi.xxx.

ideoque

ideoque non poſſe ſpurium à patruo inſtitui [a]:
quæ ſententia verbo Voluerit, repugnat [b]. Vnde
haudquaquam ſimpliciter verum eſt, quod Ia-
ſon ait, in diſpoſitione hominis non fieri reſtri-
ctionem ad habiles: imò maximè in ea fit, ſiue in
teſtamentis [c], ſiue
in contractibus [d], ſi-
ue in alijs diſpoſi-
tionibus [e]. nec quæ
adducit ipſe Iaſon
exempla, quicquam faciunt in oppoſitum, cùm
de hac inhabilitate non loquantur [f]. Sed quid,
ſi fauorabilis ſit materia, an ideo fiet, extenſio ad
habiles? & certum eſt, non fieri, cùm is fauor nõ
principaliter, ſed in conſequentiam tantùm at-
tenditur [g]. Idem, ſi quod factum eſt, ſpeciem deli
cti contineat, ne omnino impunitum ſit [h]. Sed &
ſi non vertatur magnus fauor publicus, vt quia
abvnde ſuperſint habiles, non erit inhabilibus
locus [i]: quòd ſi generalitas verborum fauori pu-
blico non repugnet, tunc dici poteſt etiam de ha
bilibus intelligi: ſicq; accipiendum Vlpiani re-
ſponſum [k], in quo is, qui mortem domini vindi-
cauit, ad libertatem ex S.C. pervenit: quia pactũ
manumiſsionem prohibens eam libertatem nõ
comprænhendit, quæ à lege inducitur [l], vt fauor
publicus hoc caſu perpendatur: quia verba non
repugnant: quod & non abſimili caſu à Bart. re-
ſponſum eſt [m]: ſimpliciter verò cùm de fauore a-
gitur, exiſtimauerim advertendum, vt res ad in-
habiles producatur, vtrùm plus polleat publicę
cauſæ fauor, an inhabilis perſonæ odium. Pone:
lex ait, Quicunque ceperit exulem, habeat tale
caſtrum: ſeu, Quicunque expugnauerit talem ar
cem, etc. Admittentur etiam mutus & ſurdus [n],
vt plus poſſit fauor capientis & expugnantis,
quàm perſonæ vitium: quod receptiſsimum eſt,
egoque alibi declaraui [o]. Nam & ſatis eſt, vt fa-
uor publicus aliquid operetur, non tamẽ vt pror
ſus eius cauſa à regulis iuris recedamus [p]: verbi
gratia, In cauſa publica ius nuntiandi ad decu-
riones & adminiſtratores ciuitatis pertinuit [q]:
lex nihilominùs nouiter ſtatuit, vt id ius etiam
omnium ciuium eſſet, idque fauore publico [r]:
ſatis ergo eſſe debet, ſi quilibet ciuis admittatur,
dum tamen habilis, & idoneus [s]. Cæterùm quid
dicemus, cùm ſignum vniuerſale verbo quidem
futuri temporis adijcitur, ſed ius nouum nõ in-
ducit, verùm antiqui iuris extenſionem? & Bart.
quem cæteri ſequuntur, non fieri reſtrictionem
ad habiles cenſuit, argumẽto legis noſtræ [t], quæ
omnibus diebus accipit, etiam non habilibus, &
ſic feriatis: ſed (vt ſuprà dixi) huius rei alia eſt ra-
tio. Addo, quòd dies feriati haudquaquam reb.
extra iudicium gerendis ſunt inhabiles [u]: ideo-
que videretur etiam tali caſu nõ eſſe à regula re-
58 cedendum, vt † generalis ſermo ad idoneos re-
ſtringatur [x]: quæ ſententia maximè procedit,
quoties aliàs vitioſa interpretatio ſequeretur [y],
vel adverſus legislatoris mentem indigni ad pri
uilegia admitterentur [z], vel defectus iure natu-
rali proveniens negligeretur. nec enim adverſus
talem videtur vnquam diſpenſatum eſſe [a]. Qua
ratione pupilli, furioſi, idque genus, iure natura-
li inhabiles ab his actibus reijciuntur, qui con-
ſenſum requirunt, tametſi verba legis generalia
59 ſint [b]. Huc pertinet, & † quòd lex ampliſsimam
facultatem militibus tribuens teſtandi quoquo
modo velint [c], reſtringitur tamen, vt ſecundum
legem Euangelicam tali teſtamẽto interſint duo

a Bal.cõſi.ccvij. in ij.
b l.cred.§.Luc. mand.Dec.Nec. ap. ccclxxxvj.
c l.ſi mih[illegible]æ-uia.§.fi. de leg. iij. Old. conſi. cclxviij.
d d l.creditor.§. Lucius.glo.d l. j.de eo, qđ cer.
e l.j in fi.C. q.p ſua iuriſdict.
f gl.l.cũ pœna. de arbit. Alex conſi.iiij.lib iij.
g d l alienã ubi Iaſ.d.l. in prouinciali.§.fi.
h l.ſi ab hoſtib. in prin ubi Alex ſol.mat.
i l de pupillo.in princ.ↄ.eo.
k d.§.utrum.
l l cum pater.§. cum inter. ubi Bart de leg.ij.l. peto.§.prædiũ. de leg.ij.
m Rom.d.§.utrum.
n Alex l.filio, quẽ pater.in princ. de lib. & poſthu.
o l.ſi filiusfamilias.ubi dixi, ff ſi cer.pet.
p l.tutori.C. de neg.geſt.glo.l. fi.C.qui pot.
q l.magiſtratus. l.fi.de admi.rer. ad ciui.l.phib.§. plane. quod ui.
r d.l.in prouinciali.§.fin.
s d.l de pupillo.
t & l.nec mandante.§.tutor. de tut. & cur. dat.ab his.
u d.l.omnes.
x glo d l.j. de eo, qđ cert loc. ubi oẽs Doct. communiter.
y l. quidã ignauiæ.C. de decur. lib.x.Alex.cõſi. liij.in v.
z l.Lucius.ij.§. Luc.ij.de leg.ij. Alex l.ſi cert. pet.
a gl.l.filius à patre in gl.o.pẽ.de li.& poſt. uerb. ſtatu.
b d.l.promittendo l.fi.C.de teſt. mil.
c l.j.ↄ. de teſt. mil Bar.d.l j.in princ. C. de ſac. ſan.eccle.

teſtes: quod ius gentium immobiliter ſtatuit [d].
Et hæc quidem, quantum ad articulum, an ſer-
mo generalis ratione perſonæ, rei, vel temporis
reſtringatur? Quid autem generaliter ſtatuendũ
ſit, à nemine prorſus intelligi, nec quidem exce-
pto Platone, Rui-
nus ait: & certè dif-
fuſiſsimus eſt tra-
ctatus, à me libro
A De verborum ſi-
gnific. primo, quantum fieri potuit, excuſſus.

## Et adverſus abſentes [a], etiã & inuitos & ignorantes operis noui nũtiatio procedit.

ADVERSVS ABSENTES [a]. ¶ Si † ad- 60
verſus abſentes, & ignorantes locum habet nun
tiatio, ſequitur, vt etiam adverſus infantes lo-
cum habeat, itemque furioſos [e]: quoniam & ij
abſentium loco ſunt [f]: quod intelligendum de
edicto nuntiationis permiſſorio. Sed an interdi
ctum locum habebit, vt ſcilicet cogantur tales
demoliri, quod adverſus nũtiationem fecerint?
B & non videtur: quia tale interdictũ pœnale eſt [g]:
tum, quia iubet rem deſtrui, quæ demolitio pœ-
nam continere cenſetur [h]: tum, quia ex interdi
cto fit demolitio expenſa ipſius qui ædificauit,
vnde admitteretur ea pecunia [i]: tum, quia ope-
ræ factæ perduntur, cæmenta pereunt, paries in
rudera vertitur: quæ omnia pœnam inferunt.
Conſtat autem adverſus ignorantes legi pœna-
li locum non eſſe [k], idque non ſolùm ſi prohibi-
toria ſit, ſed etiã ſi ſimpliciter declinatoria: quod
C alibi traditur [l]. Bart. diſtinguit, vt abſentes & i-
gnorantes non teneantur ſuis expenſis deſtrue-
re, ſed duntaxat vt deſtruenti nuntiatori patien-
tiam præſtent: ſicvt & videmus in hærede eius,
ſi adverſus nuntiationem ædificauit [m], vel in eo
qui non vim fecit, ſed vi factum poſsidet [n]: vter-
que enim ad nudam patientiam tenetur, non ad
impenſas [o]: & ita ſe habet communis ſenten-
tia, tanquam impenſas ſolas lex pro pœna ha-
beat [p]. quam diſtinctionem Iaſ. non probat, cùm
D aliquantò maior ſit iactura demolitionis, quàm
illius impenſæ. nec exemplum hæredis quicquã
facit, cùm ei nulla ſit facta nuntiatio, nec præ-
ſenti, nec abſenti. ipſe igitur exiſtimat nec de-
molitionẽ quidem operis adverſus ignorantem
faciendam eſſe [q], ſicque nec ad patientiam qui-
dem teneri: quæ ſententia ſi vera ſit, parata fraus
eſt legi, vt ſemper neget dominus ſibi aliquid à
fabris dictum. præſumetur enim ignorantia [r],
ſicque vis interdicti eludetur. Ego † video id ſo- 61
E lum exiſtimaſſe legislatorem ſufficere, vt potue-
rit domino renuntiari [ſ], nec deinde curaſſe, an
verè nuntiatum ſit [t]: ſibi enim imputet, qui fa-
bros indiligentes adhibuit, vt ſcilicet ſcientia fa
brorum noceat domino [u]: alioquin quid inter-
fuit perpendere illud tempus, cùm venitur ad o-
pus [x], ſit etiam quantumcunque intervallum nõ
noceat ignoranti? Adde, quòd lex ſimpliciter
eum qui adverſus nuntiationem ędificat, vim fa
cere ait [y]: vt meritò non poſsit ſic ei æquipara-
F ri, qui vi factũ poſsidet, ſed potiùs ei qui etiã vim
fecit [z] Exiſtimauerim igitur indiſtinctè locũ in-
terdicto adverſus tales eſſe, quia eius verba ſunt
in rem concepta, quem in locũ nuntiatũ eſt, Re-
ſtitues etc. [a]. & quia id legis noſtræ itemq; Pon-
tificiæ generalitas ſuadet [b]: tametſi ipſi domino
adverſus fabros cõſuli poſsit, qui non admonue
rint [c]. ꝙ ſi fabri ſoluẽdo nõ ſint, ſibi imputet, qui
eiuſmodi adhibuit [d]. Caſtrenſis tamen Alex. &
Iaſ. tali caſu conſulendũ domino exiſtimarunt [e]:

d c.cum eſſes.de teſta.
e l.operis. cum ſeq.ↄ.eod.
f l.ij.§.furioſus. ↄ. de iure codic. l.j.uerſ. impub. C.de fal. mone.
g l pe.ↄ.eod.
h l [illegible]enatus. de cõtrahen. emp. Fel.c.cognoſcentes. de cõſtitut.
i arg.l.pe.de uia pub.
k l.fi.ff. de decr. ab or.fac. Bar l. oẽs populi.v q. princ.de iuſt.& iur.
l Fel.c.fi.uer.iiij. de conſt.
m d.l pe.§.eod.
n l. competit.in fi. quod ui, aut clam.
o l. quanquam. § idẽ Iulianus. ↄ.tit.ij.
p d.l pe.Ia.Old. Bart.d.§.nũtiationem.
q gl.d.§.nuntiationem.uer. cæterum.ↄ.eod.
r c.præſumitur. de reg.iur.in vj.
ſ d.§.nuntiationẽ.uerſi.ſufficit.
t l.inter.§.dãni.ↄ.tit.j.Bart.d.§. nuntiationem.
u arg l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornarius.ad le.g Aquil.
x d.uerſi. cæterum in fi.
y l.j.§.quid ſit ui.quod ui, aut clam.
z d.l.l.cõpetit.§.fi.
a d.l. prætor.in princ.
b tex. in.§. noſtro,& in d.l.operis. & in c.ij. extra, eod.
c l.licet.in fi. naut.caup.ſtab. d l,qui cum alio. de reg.iur. e in d.§.nuntiationem.

quos



quos non ſequor: nec enim æquum eſt: onerari
nuntiantem, qui formam legis obſeruauit pro-
pter inopiam fabrorum ab adverſario ſuo adhi-
62 bitorum. Quòd † ergo dicitur, ignorãtem non pu
niri, non procedit, cùm lex non culpam, ſed rem
ipſam perpendit [a]: ſuprà autem dixi, verba inter-
dicti in rem eſſe [b]. Item non procedit, cùm cauſa
ſubeſt, licet culpa nõ adſit [c], tametſi etiam in ca-
ſu noſtro ſubſit culpa cùm fabrorum, qui denun-
tiare debuerunt, quorum factum dominus præ-
ſtare debet [d]: tum ipſius domini, qui debuit præ-
videre ſibi ædificanti potuiſſe nuntiari, ideóque
63 vigilare, vt ſciret [e]. Sed † quid in minore xxv. an-
nis dicemus, qui ſpreta nũtiatione, ædificauerit,
& interdicto conuentus in integrum reſtitutio-
nem deſiderat? & Accurſius pro regula conſti-
tuit, nullum eſſe reſtitutioni in integrũ locum [f],
ſequunturque cæteri, ea ratione: quia reſtitutio
tunc concedenda eſt minori, cùm eius conditio
ſit melior: at hîc fieret deterior deſtructo ędificio:
cùm potiùs interſit ſua ædificium manere. Ab
hac concluſione excipiuntur tres caſus. Primus
64 † eſt, quem Accurſ. hîc ponit, vt eatenus reſtitua-
tur, ne impenſam demolitionis ſubeat, ſed patiẽ-
tiam duntaxat præſtet [g]: quæ ſententia mihi non
placet: quia æquum non eſt, eum reſtitui in da-
mnum nuntiantis, qui legitimè nuntiauit, nullá-
que eſt ratio, cur nuntians ipſe de ſuo eam faciat,
& reſtitutio in integrum nunquam conceditur,
niſi cùm ſaluo iure alterius fieri poteſt [h]: quòd ſi
omnino cogitur demoliri, debet etiam id impẽ-
ſis ſuis facere [i]: quoniã conſequentia hæc ſunt [k].
65 Alter † eſt caſus, quem hîc Dinus Bartoluſque re-
tulerunt, vt tunc reſtituatur, cùm veritate inſpe-
cta, ius fuit minori ædificandi: quamuis enim cõ-
tempſerit edictum Prætoris, quia tamen non ve-
rus dolus, ſed præſumptus retrò arguitur, non e-
rit deneganda minori reſtitutio [l]: ego etiam de
hoc dubito: quia conſtat tali caſu eccleſiam non
reſtitui [m]: ergo nec minor erit reſtituendus: nam
& in integrũ reſtitutio ad cauſam petitorij per-
tinet, hæc verò quæſtio ius poſſeſsionis & qui-
dem reſtituendæ, reſpicit: quia ædificando vide-
tur vim feciſſe: non ergo hoc in iudicio debet
admitti hæc exceptio in integrũ reſtitutionis [n]:
& licet minor adverſus contumaciam reſtitua-
tur, hîc non ſolius eſt contumaciæ impedimen-
tum, ſed etiam quia iniuſtè & quidem reſiſtente
lege, ædificauit, iudiciumque poſſeſſorium tali
exceptione ſecundum regulas communes retar
66 dandum non eſt [o]. Tertius † caſus eſt, cùm mi-
nor, vt demolitionem impediat, petit ſe reſti-
tui aduerſus cautionem non datam, & omiſſam
remiſsionis petitionem [p]: & tunc putant aliqui
reſtituendum, ſi nouam cautionem offerat [q]:
quæ ſententia dubia eſt, quoties nuntiator alle-
garet cautioni locum non fuiſſe: quia illa die cõ-
ſtaret, & illa die eſſet acturus [r]: cùm enim res in-
tegrà eſſe ipſi non poſsit, haudquaquam vide-
tur reſtitutio concedenda: nec debet hanc iactu-
67 ram facere nuntiator [s]. Hinc † capta occaſione,
quærit Bar. an adoleſcentibus in delictis ſuccur-
ratur? & concludit regulariter non ſuccurri [t]:
68 deliquendo † enim reddit ſe tali fauore indignũ:
diciturque tunc deliquiſſe, cùm conſtat eum do-
lo quid feciſſe [u]: in claris enim non eſt opus cõ-
iecturis. Quod maximè dicendum, cùm quis cõ-
mitteret adverſus id, quod iuris naturalis, vel
quaſi eſſet: tunc enim etiam dolus præſumi-
tur [x], ideóque non videretur reſtituendus [y]. I-

a Din.c.ſine culpa. de reg. iur. Ang l.j.ſi quis om.cau.teſt.
b d.l.prætor.
c gl. c. antiquæ. de priuileg.
d d.§.ſi fornacarius.
e l.ob id. in fin. ad l.Aquil.l.3.in fin.ꝙ ui, aut clã.
f d.c.ij.ↄ.eod.
g arg.d.l.pen.
h l ꝙ ſi minor. §.reſtitutio. de minorib
i l.ſuo uictu ff. de ope.lib.Bar. l.ij.C. de ne. ge.
k d.c.ij.ↄ.eod.
l l.j.in fi.ↄ. de edẽd. l.minor etiã ſi quaſi cont. de minor.
m d.c.ij.
n l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l. Iul.de ui.
o l. non ut det. C. de in integ. reſtit.d c.ij.
p l.prætor.§.de inde.ↄ.eod.
q l.minor omiſſam. de minor.
r l.j.C.eod.
ſ d.§.reſtitutio.
t l.j.C.ſi ad delic.l.auxilium.§ in delictis. de minor.
u l.j.§.plane.de tut & rat. Bar. l.qđ Nerua. q. iiij.depoſ.
x Ang.Rapha. Imo.l.ex cõſenſu.§.fi.de appel.
y arg.l.ij.C. de in ius uoc.Alex. d.conſ.ciij.



L.j. Hoc edicto. §.Nuntiatio j.

dem, ſi lex reſiſtat actori: tunc † enim eius igno-
rantia dolum arguit [z], fortèque tali caſu non re-
ſtitueretur [a], niſi tamen aliquem colorem alle-
get, cur ſibi licere crediderit. Vnde cùm parére
magiſtratibus ad ius naturale pertineat [b], reſti-
tuetur, qui non paruerit, ſi aliquo colore exclu-
dat dolum [c]: quod & Bart. alibi videtur ſenſiſſe. 69
Attendemus itaque hac in re ad coniecturas, quę
ſi dolum indicent, nulla erit reſtitutio [d]: aliàs ſe-
cùs. Hinc eſt, quod lex ait, etiam minori quam-
uis contumaci ſuccurrendum eſſe [e]: & generali-
ter Bart. quoties dolus retrò interveniſſe præſu-
mitur, cenſuit aduerſus minorem fieri humanio-
rem interpretationem, tãquam dolo caruerit [f],
ideóque reſtitutionem ei concedi [g]: & † cùm i- 70
gnorantia iuris non arguat dolum [h], pręſume-
mus potius eum errore iuris lapſum, quam uo-
lo, in integrumque reſtituemus. Hinc infertur,
ſi minor non in iure naturali, ſed ciuili & com-
B mentitio errauerit, ei reſtitutionem non dene-
gari, cùm carere dolo præſumatur [i]. nam & tali
caſu ruſticitati & ſexui parcitur, vt ſcilicet in pœ-
nas non incidat, quæ naturali ratione non indu
cuntur [k]: quod ex facto Socinus reſpondit [l]: qua
ratione inductum Iaſ. credidit, vt minor adver-
ſus pœnam dupli, quæ in negantem lege Aqui-
lia conſtituta eſt, reſtituatur [m]: etenim poſitiui
hoc iuris eſt, cuius ignorantia delictum minoris
non arguit: quod & ſenſit quandoque Bald. tam-
C etſi aliter quoque reſponderit, quas reſponſio-
nes rectè confutant hîc omnes. Sunt, qui diſtin-
guant, an cauſa damni vitandi mentiatur minor,
an lucri faciendi [n]. Rurſus an pœna delicto ipſi
ſtatuta ab ipſa origine ſit, an verò ex accidẽti ad-
iiciatur [o]: ſed ſuprà ſcriptam Iaſ. ſolutionem e-
go ſequor, ceu minùs ſcrupuloſam. Vnde † & cõ- 71
ſequens eſt, vt ſi minor omittendo peccauerit,
faciliùs ei ſuccurratur [p], cùm ex omiſsione non
ſic arguatur dolus, ſicut ex eo quod patrando cõ-
D mittitur [q]: idque & Bart. cenſuit, probabileque
eſt [r]. Sed quid dicemus, cùm lex non retrò,
ſed in futurum dolum præſumit? & tunc nõ ſuc-
curri minori Bar. cenſuit [s], ne ſcilicet occaſio in
futurum delinquendi cuiquam detur [t]. Quid
ergo ſi ceſſet dolus, vt quia conſenſu partium do
li ſuſpicio evaneſcat? & tunc conſtat dolum de
futuro remitti poſſe [u]: meritò tali caſu poſſet mi-
nori ſuccurri, vt Rui. cenſuit. Addit Bart. & tũc
ſuccurri, cùm aliàs damnum in præſentia face-
E ret [x]: vnde ſi minor de hæreditate viuentis pa-
ctus ſit, quo caſu lex pactum improbat tanquam
periculoſi eventus plenum, tamen reſtituetur, ne
damnum faciat, & à iure ſuo cadat: quod aliqui
cenſuerunt [y]. Hinc etiam infert Bartolus, vt
† poſt cognita teſtimonia, ſeu teſtiũ publicatio- 72
nem reſtituatur minor, vt nouos teſtes ſuper iiſ-
dem articulis producat, quoniam id prohibitum
futuræ ſubornationis timore eſt [z]: at † dolus in 73
futurũ præſumptus non impedit minorem, cùm
F damnum in præſentia faceret: ſequunturq; hanc
ſententiam communiter omnes. Quòd ſi damnũ
non faceret, ſecùs eſſet, vt quia de probanda ex-
ceptione non tantùm dilatoria, ſed & modici
præiudicij ageretur [a]: nec enim ob modicum
detrimentum reſtitutio conceditur [b]: vel ſi de
probatione criminum adverſaria obiectorũ tra-

z l.quemadmodum.C.de agricol.lib.xj.
a d.l.auxiliũ.ubi dixi,& d.c.ij.
b l.ueluti.ff.de iuſt.& iur.
c l.ij.ↄ.ſi quis in ius uoc.Bar.l.ſi quis in tantã.C. unde ui.
d gl.l.pen.C.ſi min.ſe maior.l. qui contra.C.de inceſ.nupt.
e l. minor.ↄ. de min.gl.l.nõ poteſt dolo. de regul.iur.
f gl.l.ubi.ↄ.de edend.
g gl.ſi ex cauſa.§. fi.de minor.
h l.ſed et ſi lege.§.ſcire autẽ de pet.hęr.ubi Bar
i Iac.Bal.c.j.§. pręterea de ꝓhib feud.al.per. Fed.l.[illegible]inorib. C.de ijs, quibus ut indig.
k auth.eiſdẽ.§. itẽ.de ſec.nupt.
l Socin.conſ.39. in j.
m d l.ſi ex cauſa.§.nũc uidendum.
n arg l & elegãter.§.fi.de dol.
o gl l.certi condictio.uerb cauſa ſi cert. pet. Bar.d l minor.
p §.pupillus.in auth de hęred. & Falcid.l fi.C. ſi ad delict.
q gl.l.ſi mora. ſolut mat.auth. ſi captiui. C. de ep ic.& cler.
r Bart. d.l. ſi qs in tantam.
s d.l auxilium. uerſ contra hoc opp.
t l.ſi unus.§.illud de pact.
u gl.l.j.C.de uſuf.But c fraternitatis. de teſti.
x l.j.§. accuſationẽ l qui deſtitit ad Turpil.
y l.fi.C.de pact.ubi dixi,uer.certos modos ſ.lunit. opp.
z auth.at qui ſemel.C.de probat.cle.ij de teſtib. ubi Zaba ij
a arg.l.ſi fideiuſſor.§.quædã.mand.Inn.c. quoniam felicis. de reſt.in integ.
b l.Seio.de in integ.reſtit.ↄ.

ſtaretur [a], odioſum hoc eſt, & non facilè conce-
dendum [b]: tametſi Bart. hîc aliter videatur ſenti-
re [c]. Idem, † ſi appareret minorem facilitate la-
74 pſum non eſſe, vt quia conſtaret eum adhibuiſ-
ſe diligentiam, qualem ſolent maiores in per-
quirendis teſtibus, non erit vlteriùs ſuper reſtitutione audiendus [d]: quod Spec. cenſuit, & ab Alex. hîc traditur, & à Felino quoque congeſtum eſt [e]: quibus ego adſentior, niſi ex æquitate clauſulæ generalis propter iuſtam ignorantiam reſtitutio poſtularetur [f], vt quia ſuperueniſſet deinde notitia: quod Aretin. Felinúſque tradiderunt [g], quicquid hîc Ruinus controuertat. Sed & ſi minor cùm auctoritate curatoris non litiget, ſed ipſe comparuerit, & procuratorem conſtituerit, renuntiato per iuramentum ætatis beneficio, non audietur amplius, vt nouos teſtes producat: quod Bartolus alibi docuit [h]. & hæc quidem in minore procedunt, quæ ad eccleſiam produci poſſunt [i]. A-
75 retinus etiam ad fiſcum extendit. Mulieri † verò, vel ruſtico nõ concedit talem reſtitutionẽ Bart. hîc cenſuit [k]: quia in iis, quæ ad regionem iuris conſeruandum inducta ſunt, non reperitur vſquam eis prouideri [l], niſi tamen ex clauſula generali Si qua mihi iuſta cauſa, etc. tunc enim propter ignorantiam ſuccurreretur, ſi peritos conſulere non potuerint: quod hîc Alex. docet. Ego hanc materiam alibi tractaui [m]. Sed an concedetur talis reſtitutio in conſequẽtiam etiam aduerſario minoris? & Bartolus negat [n], niſi cùm omiſſio minoris fuit in cauſa, vt adverſarius quoque omitteret. tunc enim, minore reſtituto, etiam aduerſarius reſtituetur [o]: idque non ſolùm reſpectu principalis, ſed etiam acceſſionũ quæ principali ſint connexæ [p]: niſi tamen ea omiſſio aduerſarij dolo contigiſſet: tunc, minore reſtituto, aduerſarius non reſtitueretur, idque in doli ſui pœnam [q]. Et hæc quidem in priuilegio reſtitutionis in integrum procedunt. Quid verò in aliis priuilegiis, an quæ conceſſa ſunt alicui, ad eius aduerſarium extendantur? alia eſt materia, alibi tractanda [r].

a gl. pen. l. non poteſt. de procur. Bal. d. l. auxiliũ. b l. ſepulchri. j. de ſep. uiol. c per l. qui deſti tit. ff. ad Turp. d arg. l. uerũ. §. ſi locupleti. de min. l. fi. C. de in integ. reſt. min. e Fel. c. fraterni tatis de teſtib. f l. j in fi ex quibus cau. ma. g c. intimauit. de teſtib. h [illegible] minor omiſſã. de min. i [illegible] Aret. d. [illegible] xx. k arg. c. ſeries. [illegible] lo- [illegible] fin. [illegible] Alex. l. iuris [illegible] C. de in [illegible] dixi [illegible] §. ex [illegible] de mino. o [illegible] reſtitutio. [illegible] ad. tráſa. [illegible] C. de reput. [illegible] in iud. p gl. l. ſi cũ tibi. C. de iud. Alex. [illegible] ſi de certa C. [illegible] ubi dixi. q [illegible] huic [illegible] de iol. [illegible] & Caſt. [illegible] C. de [illegible] integ. re- r [illegible] de fru. & lit. exp.

1 *Vſufructuarius ſuo nomine non nuntiat.*
3 *Vſufructus pars dominij.*
6 *Nuntiatio remedium poſſeſſoriũ eſt, & poßidenti datur.*
7 *Vſufructuarius impropriè domini procurator eſt.*
12 *Fructuarius nomine domini nuntiat, ſed non proſequitur nuntiationem, ſi non vult.*
13 *Vaſallus domini procurator verè non eſt.*
17 *Quæ extraiudicialis facultatis ſunt, cedi poſſunt: interdum contrà. 20.*

**¶Vſufructuari⁹ [a] aũt opus nouum nũtiare ſuo nĩe non poteſt: ſed ꝓcuratorio noĩe [b]** A

a
1 §. VSVFRVCTVARIVS [a]. ¶Fructuarius proprio nomine cõfeſſoria ergo dominum agit: nuntiare † autem illi non poteſt, ſicut nec extraneo, qui procuratorio nomine domini duntaxat nuntiat. Sed cùm fructuario detur interdictum Quod vi, aut clàm [s], cùm & ratione fructuum ius in re habeat [t], durum videtur, ei nuntiationem non concedi, quæ † iuris ſui conſeruandi
2 cauſa introducta eſt: videmus hoc iuris creditori in re pignorata dari, vt nuntiare poſſit [u]: videmus & ei concedi, qui ius impoſititiæ ſeruitutis in rem prætendit: cur ergo & fructuario non conceditur? & receptum eſt, nõ concedi. Quia ius fructuarij debilius eſt [y], vtpote perſonale, & cum perſona extinguendum [z]: ſoléntque iura perſonalia faciliùs aboleri, quàm quæ in rem ſunt [a]: quę ratio non concludit, quin ſaltem donec tale ius durat, debuerit fructuario ſuccurri [b]: nec enim minùs fortis apud Homerũ fuit Achilles, etſi μινυνθάδιος, id eſt, breuis æui foret: nã † & pars dominij
3 eſt vſusfructus [c], plúſque proprietario aufert, quàm prædialis ſeruitus, nec præſcribitur longo tẽpore abſque titulo [d], cùm tamen aliud in prædialibus ſit [e]. Imol. nuntiationem concedi in ipſa re ait, ideò non fuiſſe ei indulgendam, qui ſeruitutem duntaxat perſonalem habet: ſed & hoc non placet: licet † enim vſusfructus ſeruitus
4 ſit perſonalis, tamen in re debetur, habétque (vt ſuprà dixi) fructuarius in rebus ipſis ius [f], ob quarum defenſionem debuit concedi nuntiatio [g]. Lud. Pontan. & Rapha. Com. hanc rationem eſſe aiunt: quia fructuarius ratione ſeruitutis impoſititiæ nomine proprio cõfeſſoriam nec quidem vtiliter habet [h]: ergo nec huius edicti remedium: ſed & hoc non ſufficit: quid enim, ſi non ſeruitutis impoſititiæ cauſa nuntiare velit, ſed quia ipſe in fundo fructuario impediatur? Paulus Caſtr. hanc eſſe autumat: quia ſatis conſultum eſt fructuario, ſi procuratorio nomine domini nuntiat. ad quid ergo ꝓprio nuntiare vult? quæ ſententia ſi vera eſſet, debuiſſet poſſe domino nuntiare, cùm tunc nullus ſit locus procuratorio nomini: tametſi † nouum non
5 ſit procuratorem in rem ſuam non ſolùm nomine domini, ſed etiam proprio agere [i]. Quid
6 ergo dicendum? ego † remedium nuntiationis poſſeſſorium eſſe ſcio: ideóque non, niſi poſſidenti dari [k]: quod & ſuprà poſt Bartol. declaraui: vſusfructuarius autem non poſſidet nec naturaliter quidem [l], niſi nomine ipſius domini [m]: ſed nec ciuiliter [n]: meritò ergo eius duntaxat nomine nuntiare poteſt: quod & de aquæ pluuiæ actione videtur dicendum. Sed quid, ſi quis ita concipiat, ego Titius fructuarius nuntio opus nouum? & puto interpretandum, nuntiaſſe tanquam procuratorem domini, vt actus valeat [o], ſicque Iuliani reſponſum interpretor [p]: quòd ſi interrogatus de cauſa non diceret ſe facere nomine domini, ſed ſuo, nuntiatio non valeret: quia in claris non eſt opus cõiecturis [q].

s l. quanquam. quod ui. t l. eorũ. j. tit. j. u l. creditori. j. eod. x l. de pupillo. §. ſextus. j. eod. y gl. l. qui bona. §. j. j. tit. j. Bart. hic. z l. corruptionẽ. C. de uſufru. a Doct. rubr. ſi cert. pet. b l. ſi noxale. ſ. de noxal. c l. cũ filius. §. domin⁹. de leg. ij. l. 4. de uſur. II. d l. fi. de præſcr. lõg. tẽp. l. ſi ego. §. j. de Publicia. e l. ſi qs diutino ſi ſeruit. uend. III. f d. l. eorum. g ſ. eod. l. iuris noſtri. h l. j. ſi uſusf pe. IV. i l. qui ſtipẽdia. C. de procu ubi no. & d. l. j. C. de act. & oblig. V. k l. ſi pri⁹. ij. parte. j. e. Bar. ſ. 7. q. in princ. l. l l. acquirit. §. fi. de acq. rer. do. m l. naturaliter. de acq. poſſ. n l. apud. Trebatiũ. in fi. j. tit. ij. o l. pinde. in fi. de ſtip. ſer. l. poſt mortẽ. §. j. quãdo ex fact. tut. p l. j. §. itẽ Iulianus de remiſ. q l. cõtinuus. §. cum ita. in fi. de uerb. oblig.

b
7 SED PROCVRATORIO NOMINE [b]. ¶Cenſetur † ergo fructuarius eſſe domini
I. procurator, vſque adeò vt poſſit ea exercere, quę ad curam & rei conſeruationem pertinent [r]. Quod in primis declarandum, vt non ſit ſimplex procurator, ſed in rem ſuam: cùm enim per cautionem domino præſtitam teneatur ad reſtitutionem, ſi rem nõ conſeruet, ipſe reſarcire domino damnum teneretur, meritò non ſimplex procurator, ſed in rem ſuam eſt [s]: vnde ſequitur, vt talis propriè procurator non ſit, quod Salicetus cenſuit: & ideo ſi ſtatutum procuratoris mentionem faceret, non intelligeretur de eo, qui in rem ſuam procuraret: quod & frequentiùs receptum, verùmque eſt [t], niſi ratio ſtatuti aliud
II. ſuaderet [u]. Rurſus declarandum eſt, vt intelligatur procurator, quatenus de commodo ſuo agatur: vnde in caſu noſtro, ſi per vicini ędificiũ nullum vſuifructui fieret incommodum, nõ poſſet fructuarius ceu domini procurator nuntiare [a]: quod Ange. Caſtr. & Alex. cenſuerunt, ſed ego diſſentio: quia vſucapio rei nihil fructuario nocet [b], & tamen debet fructuarius procuratorio domini nomine eam interpellare [c], cùm aliàs rem illabefactam nõ reſtitueret. Idem ergo etiam in caſu noſtro: debet enim reſtituere rem diligenter curatam, nec ſinere ei à vicino ſeruitutem imponi, aut alio modo imminui.
III. Item declarandum eſt, vt fructuarius ſit procurator domini pro rei cuſtodia, & in domini vtilitatem, non autem vt nocere ei poſſit [d]: licet aliud in aliis procuratoribus ſit, qui etiam nocere domino poſſunt [e]: & propterea fructuarij contumacia domino nihil oberit [f]: cuius rei illa ratio, quia fructuarius propriè non eſt procurator, vt Salicet. Alexanerque hîc cenſuit. Ego potiùs,
8 quia † cẽſetur procurator propter cautionem de re ſalua, finito vſufructu, reſtituenda: eatenus ergo pro domino agit, vt meritò nihil ei obeſſe poſ-
IV. ſit, cùm ad id mandatum non extendatur. Cæterùm & illa quæſtio declaratione indiget, an fructuarius nomine domini agere poſſit, vt ſeruitus noua conſtituatur? & Imol. Alex. cæteríque, agere poſſe exiſtimãt, & actiones directas nomi-
9 ne domini intẽtare [g]. Ego dubito: quia † cenſetur
10 conſtitutus procurator, quatenus ex cautione erga dominum eſt obligatus. Si † ergo dominus ei rem, cui ſeruitus debebatur, tradidit, eam tueri debet, vt eatenus agat: ſicquè Iuliani reſponſum
11 procedit, qui † eo caſu loquitur, quo fructuario erat prędium traditum, cui ſeruitus altiùs non tollẽdi iam cõſtituta debebatur: quòd ſi tẽpore traditionis adhuc conſtituta non fuiſſet, non video, cur poſſit fructuarius agere [h], cùm ex cautione non ſit obligatus ad acquirendum, ſed duntaxat
V. ad conſeruandum [i]. Sed † nũquid in caſu legis
12 noſtrę teneatur fructuarius nomine domini non ſolùm nuntiare, ſed etiam nuntiationem proſequi? & ſi velit, poſſe, nemini dubium eſt: & ita loquitur Bartolus. An verò neceſſe id habeat, dubitari poteſt: & videretur teneri: quia ꝓcurator in rem ſuam cogitur defendere [k]. Sed tamen contrarium eſt verius [l]: quia (vt dixi) eatenus tenetur, quatenus verba cautionis inferunt: at iis nõ cauetur, vt in iudicio defendere dominũ debeat: nec enim hoc natura contractus inducit, nõ magis, quàm vt via facti defendat [m]. Nuntiabit ergo, vt hîc dicitur, verùm inuitus nõ proſequetur nuntiationem, ſed ſat erit ſi dominum admoneat: vt meritò Bar. verbo Poteſt, vſus ſit, quod ad neceſſitatem non ſpectat [n]. Hinc & conſequens eſt, vt ſi fructuarius nuntiationem proſequatur, ſentẽtia contra eum lata domino non noceat, niſi tamen ſcierit dominus: quod alibi diſputatum ex-
VI. tat [o]. Sed quod hîc de fructuario dicitur, qui
13 procurator domini cẽſetur, an † idem in emphyteuta, in beneficiario cliente, in ſuperficiario ſit? & receptum eſt, huiuſmodi quoque cenſeri procuratores domini: & licet nuntiare proprio nomine poſſint, cùm vtile dominium, iúſque potẽtius habeat [p], tamen etiam nomine domini nuntiabunt, ſi ædificium domino quoque noceat [q]:

r l. j. in fi. l. ſeq. ſ. uſufr. quem. caue. s Sal l. j. de procur. Alex. hic. t gl. l. j. de procur. ſ. ubi Bart. Iaſ. d. l. q ſtipẽd. t Spec. & Ioan. And. de proc. §. fi. uerſ. utrum. a arg. l. fin. ſ. de ſeruit. b l. iuſto. §. non mutat. de uſuc. c d. l. j in fi. d d l. fi. ubi Pau. Bart. l. de die. §. quidã. qui ſatiſdar. cog. l. ſæpe. q. 4. de re iud. e c. cauſa. de dolo. Bar. l. j. §. ſi ꝓcurator. ſi quis ius dic. f glo. l. hoc amplius. §. quęſitũ. j. tit. j. uerb. mittendũ. Sal. d. l. 4. g d. §. itẽ Iuliano. de remiſ. h d. l j. ſi uſufr. pet. l ij. ſi ſer. uẽd d. l. fi. de ſer. i arg. l. qui aũt. q in fraud. cred. k l. ſeruũ. in fi. de procur. l d. l. fi. de ſeruit. l. ſi ex duob. in fi. de noxal. in gl. penult. m l. ſtipulatio iſta, habere. in fi. prin. de uer. obl. n l. j. de iur. omnium iud. o Bar. d. l. ſæpe. q. 4. Alex. l. non ſolũ. ſol. matr. Fel. ca. ex parte decani. de reſcr. p d. l in prouinciali. §. ſi ego. Com. conſ. 64. Titius. q d. §. quæſitum. ubi Doct.





**nũtiare poterit [a], aut vindicare vſumfructum ab eo qui opus nouum faciat: quæ vindicatio prꝫſtabit ei, quod eius interfuit, opus nouum factum non eſſe.** A

L. j. Hoc edicto. §. Vſufructuarius.

tori, nunquid ſtabitur dicto ſuo? & tex.in d.l.ſi in
venditione. probat, quòd non: quia ſicut ibi ex
poſtfacto non poteſt venditor conſtituere ſerui-
tutem alteri, ita nõ debet neque poſſe confiteri,
arguẽdo de pacto ad confeſsionem, l.tale pactũ.
in prin. ff.de pact. & vide Alex.conſi.xxxj. viſis.
in ij. Felin.in c. inter monaſterium. extrà, de re
iudi. Quartò limita, quãdo promiſſor teneretur
mihi ex cõtractu oneroſo, vt quia habuiſſet pre-
E tium, vel aliquid loco pretij: nam quamuis ven-
dam fundum fortè propter neceſsitatẽ aliquam
meam non videtur æquum, q́ iſte lucrifaciat illã
ſtipulationem, ſed potiùs deberet mihi teneri,
quãtum veriſimiliter exſoluiſſet, vt ab illa obli-
gatione liberaretur, arg.l.in ſumma. verſ. in fru-
mẽto.ff.de cond. indeb.& ideo ne locupletetur
cũ aliena iactura, debet mihi teneri ex æquitate,
l.ſi me & Titiũ.ff.ſi cert. pet. & facit etiam, quod
notat Paulus de Caſtro in l. ſi merces.in princ.ff.
F locat. Quintò limitatur, quando venditor ceſsiſ-
ſet actionem illam emptori: nam etiam ſi actum
ſit, ne ex hac cauſa venditor de euictione tenea-
tur, & ſic eius non intereſt, nihilominùs promiſ-
ſor nõ erit liberatus, arg.gloſ.in d.l.ſi ſub vna.§.j.
& facit l. fluminum. §. adiicitur. l. damni.§. em-
ptor.infrà, titul.j.& l.eum, qui.in princ.& l.ſi vẽ-
didero.ff.de fur.& hoc tenet Paul.de Caſtr. in d.
§.j.quia, ſecundum eum, intereſt noſtra, ſaltem
vt qui habet cauſam à nobis, plenius ius conſe-
quatur, per text. in l. ſi tibi.§. ſi pactus.in vltimo
reſponſo, ff. de pact. de quo dicendum, vt ibi per
Areti. & alios. ¶ Quartò notatur ex finali textu, IIII.
quôd † in ſatiſdatione mentio hęredis nihil ope 26
ratur: quia etiã ſi eius mentio facta non ſit, tamen
hæres eſt obligatus. In contrarium facit regula 27
vulgaris, q́ † verba in quacunq; materia debent
ſemper intelligi, vt aliquid operentũ, l.ſi quãdo.
ff.de leg.j.c.ſi Papa.de priuileg.in vj.per Fel.in c.
j.c.Rodulphus.de reſcrip.c.ſi prohibẽs.de maio.
A & obed.c.quàm ſit.de Iudæ.Iaſon in l.nõ dubiũ.
C.de legib. in l.j.ff. ſi quis in ius vocat. Sed ad
hoc poteſt reſponderi, quòd illa regula non ha-
bet locum in contractibus, ſed ſolùm in vltimis
voluntatibus, in quibus fit latior interpretatio:
in cõtractibus enim potiùs credimus eſſe incul-
cationem verborum, l. pediculis.§. Labeo.ff.de
auro & arg. leg.per quem text.ita tenet Alberic.
de Roſ.in l.j.ff.de offic.procur. Cæſ. ſequitur Fe-
lin. in c.ſolitæ. de maior.& obedien. Sed tamẽ
B iſta ſolutio non eſt vera: quia imò etiam in con-
tractibus verba debent operari, vt per Bar.in ru-
brica.C.de contrahen.emp.in ix.quęſtione: imò
maximè in contractibus verba operari debent,
vt dicit Alexan.in conſil.xxxvj. in ij.argumento.
l. hanc legem. ff. de contrahend. empt. Hinc eſt,
quòd ſi dominus promiſit inquilino illum non
expellere durante tempore conductionis, intel-
ligetur etiam in caſibus, quibus aliàs de iure poſ
ſet, ſecundum Angel.in l.ædem.C.locat.& ſi do-
C minus conceſsit emphyteutæ per pactum, quòd
poſsit alienare, intelligitur etiam ſe inconſulto,
ſecundum Salic.in l.fi. C. de iure emphyt. & ibi
Iaſon & Imola, c. potuit. de locatio. Alex conſil.
clxxij. viſo themate. in ij.& eſt communis con-
cluſio, licet conſi.cvj.in iiij.variauerit. Et † ſi feu- 28
datarius ex pacto non poſsit alienare, non pote-
rit neque ſubinfeudare, ſecundum Bald. in c.j.
§.prætereà.de capit.Corrad. ſequuntur Mod. in
c.quæ in eccleſiarum.in fin.de conſtitut.cùm ta-
D men aliàs poſsit. c. j.§. ſimiliter. de leg. Corra.&
facit, quod notat Socinus conſilio lxxv. in j. vbi
ſi res ſit prohibita per legem, vel teſtatorem alie-
nari, & vlteriùs per pactum in contractu idem
diſponatur intelligetur, vt non poſsit neque in
caſibus aliàs permiſsis, §.ſanctiſsimas.in authen.
de alienat. & emphyt. & ſic apparet illam opi-
nionem Alberici & Felini non eſſe veram. Se-
cundo modo reſpondetur, quòd ideo non ope-
ratur, quia fuit expreſſum id, quo tacitè ex na-
E tura actus inerat, l.non rectè.ff. de fideiuſſor.l.iij.
ff. de legat.j. per Alexand. conſil. xxxiij. in j. &
facit, quod idem notat conſilio xxj. in v. vbi
promiſsio de euictione in contractu diuiſionis
non habet locum, quãdo res euincitur ex natura
rei iuxta gloſ. in l. ſi familiæ. C. familiæ erciſc.
& reſtringitur ad dipoſitionem legis, dato quòd
verba nihil operarentur: quæ tamen deciſio
eſt dubia propter ſuprà dicta: & certè talis in-
terpretatio videtur contra mentem partium.
F Sed de hoc dic vt dixi in Tractatu Præſumptio-
num in iij. regula, verſiculo xxxij. Tertiò re
ſpondetur, ſecundum Iacobum de Aret. & Ol-
drad. Bartol. & cæteros, quòd ideo nihil ope-
ratur, quia iſta ſatiſdatio præſtetur ex neceſ-
ſitate cauſatiua, vt ſit cautum nuntianti: & i-
deo ſtrictè intelligitur, ne argumentum obli-
gationis inducat. Idemque eſt in aliis cautio-
nibus prætoriis, dicta l. j.§.ſi ſub conditione.&
not.in l. in prætoriis. ff. de prætor. ſtipul. cum
ſimilibus. Adde, quòd idem eſt etiam in quibuſ-
cunque



cunque aliis promiſsionibus, quæ ex quadam
neceſsitate pręſtantur, l.fi.C.ad l. Falcid. vbi Cy-
nus, Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus, Cor-
næus, & cæteri: & iſta ſolutio mihi magis placet.
¶ Expeditis textualibus & gloſſ. Bartolus hîc
PROTESTATIONVM tractatus. aggreditur materiam PROTESTATIONIS: &
primò quærit, quid ſit Proteſtatio, & refert, defi-
tionem Antiquorũ, vt † ſit clamoſa teſtatio ad
cautelam teſtãtis inuẽta: & eã reprobat, quia po-
1. Quæſtio. teſt fieri proteſtatio etiam citra clamorẽ, vt ſi fiat
29 in ſcriptis, l.fin.C.de neg. geſt. Alexander hîc, &
Iaſon ſoluũt: quia † etiam clamor dicitur de ſcri-
30 ptura, c. ex multiplici, de decim. ibi, quietus cla-
mauit. facit gloſſa fi. in c. ſanctorũ. de præſcript.
dum allegat l.vt perfectiùs.C. de ann.excep.quę
loquitur in proteſtatione in ſcriptis: tamen iſta
ſunt per improprietatẽ, l.miles ad ſororem.ff.de
leg.ij.vnde † ſtatutũ puniens loquentem non ha
31 bebit locum in ſcribente, vt per Alexan.& alios.
in l.j.in princ.ff.de verb.oblig. Videtur tamen in
iure clamor accipi pro querela iudiciaria, c. eui-
dẽtia.extrà, de accuſat. & ideo cùm teſtator gra-
uaſſet legatarium ad ſoluendum omnes clamo-
res ſuos, reſpõdi de omnibus debitis intelligen-
dum, de quibus querela iudiciaria proponi po-
terat: ſed iſtud eſt ex craſſo quodam modo lo-
quendi: definitiones † verò propriè intelligi de
32 bent, ſecundum Bartol. & Doctores, in l.j.ff.de
teſta. Contra hanc definitionem etiam obſtat,
quia aliquando proteſtatio fit etiam ad alterius,
quàm proteſtantis, cautelam, vt quando quis
proteſtatur pro alio in caſibus, in quibus lex hoc
cõcedit, vt l.j.§.pen. ſuprà, eo.in l.j.C.ſi per vim,
vel alio mod. & infrà videbimus. Vnde meritò
tranſeundum eſt ad aliam definitionem: & Bar-
tol. ſequitur definitionem Iuriſconſulti in l.de-
teſtatio. ff. de verb. ſig. Proteſtatio † eſt denun-
33 tiatio cum teſtatione facta. Dicitur enim denun
tiatio, ad differentiam vltimarũ voluntatum,
& cõtractuũ: dicitur Cum teſtatione, vt doceat
poſſe fieri & in ſcriptis, & ſine ſcriptis. Sed con-
tra hanc diffinitionem obſtant quatuor. Primò,
quia quòd teſtes adſint, vel ne, non videtur eſſe
de ſubſtãtia proteſtationis, ſed ad probationem
tantùm, vt communiter concluditur in caſu for-
tiori in l.nemo poteſt. ff. de leg.ĩj. quæ verò ſunt
in definitione, arguunt ſubſtantiam, vt dicit Bar.
in l.j.in princ.ff.de appel. Secundò obſtat, quia
† fit proteſtatio etiam in libro rationum abſq; te-
34 ſtibus, l.Neſennius.ff. de neg.geſt. Sed reſponde
ex mente Bar. quòd † teſtatio eſt animi noſtri de-
35 claratio, ſiue in ſcriptis fiet, ſiue coram teſtibus:
idem, ſi in libro rationum. Tertiò fortiùs obſtat
36 ratio Iaſ. nam † denuntiatio eſt ſynonymũ prote-
ſtationis, non autem genus, l.ſi fundum.C.de rei
vend. Vnde definitio caret genere: & ſic non eſt
bona, l.j.ff.de teſta.l.j.ff.de dolo. Imò generalius
nomẽ videtur eſſe ꝓteſtationis, quàm denuntia-
tionis, quę non cõtinet, niſi eã, quę alteri nũtiari
debet, l.ſi maior.C.de reſcin.vẽdit. quod etiã ex
etymologia vocabuli apparet. Vnde aduertendũ
eſt, q́ licet Bart. hîc ponat pleraque nomina pro-
teſtationis pro ſynonymis, tamen inuicem diffe
37 runt: & in primis, teſtatio † nomen eſt generale,
quo quomodocunq; quis animi ſui ſententiam
declaret, Inſt.de teſta.in princ.l. ſcire oportet.§.
ſiue autẽ.de excuſ.tut. ſpecialiter verò accipitur,
quãdo eſt facta coram teſtibus, l.j.§.ſed & ſi quis.
ĩ.quod vi, aut clàm, & l.fi.ĩ.pro derelict. vnde etiã
dicimus Teſtatò nũtiare, vel cõuenire, & ſimilia,
l.ait prætor. §.ſi qs particeps. de his, quæ in frau. L.8.
cred. l.qui Romæ. in princ.& §.cohæredes. ff.de Nõ ſolũ.
verb.oblig.l.j.§.licet.ff.de peric.& com.rei vend. §.Morte.
Deteſtatio † eſt denuntiatio, quæ ad abſentẽ mit
titur, l.ſubſignatũ. §.deteſtari. ſecundum literam 38
Bart. l.deteſtatio. l.plebs.§.j.de verb.ſig. & iſtud
eſt propter dictionem De, quæ auget: ſicut & in
verbo Deprecor, vt dicit Aul. Gel. lib. vj.c.xvj.
tunc enim non ſolùm quis mentem ſuam expo-
A nit, ſed etiam teſtes adhibet, & quidem rogatos,
authen.rogati.C.de teſtib.& ideo talis proteſta-
tio eſt ſolennior: conteſtatio † propriè actus duo- 39
rum, vel pluriũ, vt in iudiciis, quando actor mẽ-
tẽ ſuã in petẽdo exponit, reus in negando: vnde
& litis conteſtatio dicta, l.j.C.de lit.cõteſt. Idẽ &
in exceptionibus, l.ſi quidem.C.de except.l.em-
ptor.C.de pręſcript.lõg.tẽp. Sed & quando quis
de dolo, vel metu proteſtatur, quia hoc cõuoca-
tis teſtibus facit, nec ad aduerſariũ trãſmittit; cõ-
B teſtari dicitur, l.ſi maior annis.C.de trãſact.l.me-
tum.C.de his, quæ met.l.j.C.de his, qui per met.
iud. Atteſtatio † videtur eſſe, quę ad præſentẽ fit
notificãdi animi cauſa, l.fi.C. de neg.geſt.& Ho- 40
ratius, libet atteſtãri: ego verò oppono auriculã
rem. Atteſtatio etiam dicta teſtium ſignificat, l.
fin.C. de curioſ. lib.xij. c.atteſtationes.extrà, de
deſponſ. impub. Proteſtatio † eſt, quæ antè fit ad
animi ſui declarationem, & alteri non intima- 41
tur, l. j. §.quemamodum. de lib. agnoſ. d.l. Ne-
C ſennius.de neg.geſt.l.at ſi quis.§.plerique.de re-
lig. & ſump.fu.quamuis quandoq; etiam gene-
raliùs accipiatur, l.generaliter, verſ.nimis. C. de
non nu.pec. Denuntiatio † eſt, quę ad alium mit-
titur, & maximè incitatoriam continet, l.ſi fun- 42
dum.C.de rei vend.l.ſi maior.C.de reſcin. vend.
& etiam ſicuti fit, vt infrà videbimus: vnde † etiã
fit denuntiatio teſtibus, vt veniant ad perhiben- 43
dũ teſtimoniũ, l.lege Iulia.ff.de teſtib. quia † aliàs
ſi ſe ingererent, eſſent ſuſpecti, l. quæ omnia. ff. 44
D de procur. & ita etiã intelligitur d. l.j.§.j. & ſeq.
de lib.agnoſ. quę prohibitoria erat: obnuntiatio
veteribus dicitur: vnde obnũtiatio augurũ, Cic.
Philip.ij. Fiebat † etiam denuntiatio præſidibus
per nuntiatores de delictis, quę in prouinciis cõ 45
mittebantur, de quo habetur in l.ea quidẽ.C.de
accuſ.l.ab accuſatione.ff.ad Turpil. vbi apparet,
has denũtiationes etiã dici notoria, licet Docto-
res nõ ita intelligãt. Hi nũtiatores etiam vocãtur
Irenarchæ, l.diuus.ff.de cuſt.reor. Qui verò nun-
E tiabant cõmiſſa in curia principum, vocãtur cu-
rioſi, l.j.C.de curioſ.lib. xij. Denuntiatio ſimpli-
citer etiam dicitur quandoq; nuntiatio, prout in
hoc titul.& in l.fin.ĩ.ad l.Iul. de annona: & ſic ap
paret, inter has voces eſſe magnam differẽtiam,
quæ † etiam euidentiùs apparet in aliis nomi- 46
nibus, quę ex ſui ſignificatione aliquem particu-
larem denuntiationis effectum denotant, vt Pręe-
dictio, Vetatio, Interpellatio, Prohibitio de qui-
bus hîc per Bar.& ideo generaliter diffiniẽdo tu
F dic: Teſtatio † eſt animi noſtri declaratio, iuris
acquirẽdi, vel conſeruãdi, vel damni depellendi 47
cauſa facta, arg.l.j.§.iuris.ſ.eod. ¶ Secundò quæ-
rit Bart. quotuplex † ſit proteſtatio: & concludit II. quæſt. Bar. Proteſtationis diuiſionẽ exponens.
eſſe quadruplicem quandam declaratoriam vo-
luntatis, quæ propriè eſt teſtatio, vt ſ.dixi: & ſub
hac ſpecie comprehenditur etiam ea, quæ eſt iu-
ris conſeruatoria, de qua in l. ſi creditores. C. de 48
pact. & in c. ſolicitudinem. de app. licet Iaſ.hîc
dicat omiſſam à Bar. vbi ponit quoſdã notabiles
effectus. Secũdò eſt proteſtatio prohibitoria, ſeu
in-

inhibitoria, ne quid fiat: iſta propriè dicitur Obnũtiatio, largè Denuntiatio, vel Nuntiatio: quia cum alio expeditur, ſeu alij intimatur, vt ſuprà dixi. Tertiò eſt incitatoria, quæ propriè eſt Denũtiatio. Quartò certificatoria eius, quod eſt, vel non eſt: & hæc dicitur Atteſtatio, vel Cõteſtatio, vel Proteſtatio, vt ſuprà dixi. Poſſent tamen fieri etiam aliæ ſubdiſtinctiones, ſed iſtud eſſet modicæ vtilitatis: de quo tamẽ vide Mod. in c. cùm M. Ferrarieñ. de cõſtitut. in antiq. ¶ Circa primam ſpeciem proteſtationis, videlicet animi declaratoriam Bartolus eam diuidit in quinque partes: ex prima parte collige quatuor concluſiones. A

I. Concluſio. Prima eſt, quòd † quoties per talem declaratoriam me exonero, & neminem grauo, poteſt fieri
49 vbicunq;, nec partis præſentia requiritur, dum tamen aliàs legitimè probetur, d. l. at ſi quis. §. plerìq;. l. qui in aliena. §. ſi. de acquir. hæred. d. l. Neſennius. cũ ſimilib. Et ex hac prima concluſione Bar. infertur, q, ſi † aliquis per talem pro-
50 teſtationem grauaretur, tunc ea cõcluſio non procederet: B vnde in caſu d. l. Neſennius. ſi illa auia iuſſerit, & probaret proteſtationem ſuam per librum, fortè non deberet ſufficere: quia ſi abſque proteſtatione cẽſetur donaſſe alimẽta, inductio proteſtationis nepotem grauaret, cui iam cenſeretur donatum: & ideo non ſufficeret probare proteſtationem per librum, ſed etiam oporteret probare, quòd proteſtatio eſſet facta ante præſtita alimẽta, quo tempore non grauabatur nepos: C & hoc propter periculum anticipationis diei, quam in libro ſuo auia viuens facere potuiſſet, l. iij. ff. de fide inſtru. & quod notat Paulus de Caſtro conſilio cxxxiiij. in cauſa ſer. Ludoui. in j. quod bene nota ad teſtes recognoſcentes apochas, vt nõ probent in præiudicium creditorum anteriorum, niſi etiam diem recognoſcant: quia aliàs eſſet parata via fraudibus, l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. Ex hoc etiam infertur, quòd † de-
51 claratio animi ex poſtfacto regulariter non debet admitti in præiudiciũ tertij. arg. l. ſi partem. §. fin. ff. quemad. ſeruit. amit. & facit, quod not. Ange. Imo. Paul. Caſt. in l. j. infra, de ſolut. vbi D ex facto non poteſt creditor, vel debitor declarare ſolutionem, in quam cauſam facta ſit in præiudiciũ tertij: quod intellige, quando verba non inferrent talem cauſam: de quo latiùs per Feli. in c. cùm olim. de re iudic. Pro iſta concluſione fa-
52 cit, quia † in his, quæ dependent à võlutate vnius tantùm non duorum, valet confeſſio etiam abſente parte, E purà ſuper ratihabitione hæreditatis aditionis, & ſimilibus, ſecundum Bart. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & per Fel. in c. ſi cautio. verſi. fallit quartò. de fid. inſtr. cum concord. hic per Iaſonem, qui infert quædam ſimilia, & maximè, quod not. Angel. in §. ſi verò expreſſim. per illum tex. iuncta gloſ. in authent. de hæred. & Falcid. vbi ſi quis approbat inſtrumentum tanquam verum, omnes quorum intereſt, poſſunt vti tali approbatione: & ſic limitatur regul. d. l. certum. §. ſi quis abſente. F & pro Angelo facit textus in l. deſiderium. C. depoſit. & quod ibi not. Bal. Adde, quòd in contrarium videtur doct. Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiurand. verſicul. item quæro, quid ſi inſtrumẽtum. vbi videtur concludere, quòd non proſit aliis, niſi quo ad ſemiplenam probationem. Item in contrarium fecit regula, quòd res inter alios acta reſpectu tertij non præiudicat, l. Seio. de re iudic. & ita tenet Felin. in d. c. ſi cautio. verſic. fallit tertiò. Et hoc tenẽdo potes reſpondere ad d. §. ſi verò expreſſim. quòd ſoluens vni creditori integrum, non obſtante Falcidia, tenetur etiam integrum alteri ſoluere propter voluntatem teſtatoris. & quia lex præſumit contra hæredem quia tam facto ſubtiliter calculo, ſolidum ſoluere operat: & hoc maximè, tenẽdo illam opinionem, quòd hæres teneatur naturaliter pro ſolutione eius, quod ſupra Falcidiam eſt: de quo per Bart. in l. j. de condict. indeb. Nec obſtat, quod dicitur de filio approbante teſtamentum patris, iuxta l. filio. ff. de iniuſt. rupt. quia † cùm teſtamentum ſit 53 indiuiduum, approbans partem indiuidui, cenſetur totũ approbare, l. j. de acquir. hæred. quod intellige in approbatione expreſſa: ſecùs in tacita, quæ fingitur à lege propter contumaciã. Bart. in l. eius, qui in fin. ff. de iure fiſ. ¶ Secunda † concluſio Bart. eſt, quod proteſtatio ſimplex porri- II. 54 gitur ad actum, qui incontinenti fit, quia quę incontinenti ſubſequuntur, dicũtur ineſſe, l. lecta. ff. ſi cert. pet. imò ea, quæ ante actum fieri debent ſufficit, ſi fiant poſt, dum tamen incontinenti. gl. in l. Pomponius. §. rati. de procurat. quam exornat quibuſdam ſimilibus hic Iaſ. & facit tex. in l. petens. ſecundum intellectum, quem aliàs ibi dedi, C. de pact. Si verò actus ex interuallo ſequatur, aliud eſt: quia per talem actum videtur potiùs tolli proteſtatio, l. per retentionem. C. de vſur. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. locat. l. ſi tibi liberum. ff. de act. empt. & in l. ſi bonarum. de ſeruit. vrban. præd. Et pro hac concluſione facit ratio. Nam † cùm intentio magis depræhendatur 55 ex factis, quàm ex verbis, l. Paulus. reſpondit. ff. rem rat. hab. l. ſi tamen. §. ei, qui. ff. Ædil. edict. per Bart. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. debemus in dubio potiùs ſtare actui ſubſequuto, non obſtantibus verbis, quorũ propter interuallum temporis ratio non videtur habita. Et ſicut quando quis proteſtatus eſt de actu, quem incõtinenti facere debuit rationẽ temporis pœnituit, quia ex interuallo fecit: ita etiam credendum, eum pœnituiſſe, ſeu voluntatẽ mutaſſe reſpectu ipſius proteſtationis, arg. l. ſi tibi certum. ff. de adim. leg. vbi † iuſſus de reſtituendo alteri, non cenſetur repetitus, ex quo teſtator actũ al- 56 terauerat, & quod priùs legauerat, deinde fideicommiſit. Et cum hac concluſione Bar. communiter tranſeunt hic Doctores, & in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & in c. cùm M. de cõſtit. vbi Abbas, Felinus & alij. Sed tamen hæc concluſio videtur non bene probari dictis iuribus: & primò ad d. l. per retentionem. vltra reſpõſiones Iaſ. & Modern. hic, & in d. c. cùm M. potes dicere, q, per nouam conuentionem maiorum vſurarum non cenſetur obligaturum pignus: quia quæ inſunt ex conuentione partium ad commodum actoris, non cenſentur repetita in ſtipulatione nouante, vt fideiuſſores, pignora, & pœnæ, l. ſi creditor. l. nouatio. ff. de nouat. per Bartol. in l. aliam. ff. eod. titul. Ad d. §. locator horrei. reſpondetur, quòd ibi aduerſarius ignorabat proteſtationem: & ideo etiam ſi incontinenti actus fuiſſet geſtus, proteſtatio nullius effectus fuiſſet: quia in præiudicium tertij: & ita videtur eſſe magis communis intellectus. Sed tamen iſte intellectus, & etiam alij tres relati diffuſè per Dec. in d. l. pacta nouiſſima. cauillant textum, qui non ſe fundat in hoc: & † illa dictio Propoſitum, apud Iuriſconſultos non ſi- 57 gnificat intentionem tacitam, vt ipſi credunt. Vnde



prohibentis ſit illicitũ: tunc valet proteſtatio, etiã abſq; expreſſione cauſæ, l. fi. C. de neg. geſt. l. diuus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & intellige illicitũ, largo modo, ſecundum gloſ. in l. culpa. ff. de reg. iur. Ex quo caſu infertur ad inhibitionem, quam dominus facit procuratori ſuo, vel procurator generalis ex ſuperuenienti cauſa, quam dominus ignorauit, iuxta l. ſi hominem. ff. manda. vel etiam ſpecialis, oſtenſo mandato, iuxta l. ſi quis inficiatus. depoſi. Secundus caſus eſt, quãdo ſu- A peruenit iuſta cauſa, vt quia debitor futurus pro quo quis fideiuſſit, mutauit conditionem. nam ſi adhuc non præceſſit obligatio, valebit inhibitio facta per fideiuſſorem creditori, ne ſoluat, ſecundum gloſ. in l. antepenul. ff. de procur. & per Bartol. in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſ. de quo dic, vt ibi, & per Iaſ. hic. Tertius caſus eſt, quando proteſtatio habet iuſtam cauſam, & cõcludentem, & de futuro, & is qui proteſtatur, aſſerit ſua intereſſe, & valet proteſtatio, d. l. ſi fun- B dum. C. de rei vend. l. virilis. §. pen. de leg. præſt. & per gl. in l. Fulcinius. in verb. animus. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. ea. & ideo dicit Bart. quòd talis proteſtatio inducit præſumptionem doli: & facit text. in c. conſultationis. vbi Felin. de offic. & poteſt. iud. deleg. & in l. quemadmodum. de inoffic. teſta. Alex. conſil. lxxiij. in iij. Quartus caſus eſt, vt idem ſit, quãdo cauſa eſt de præterito, & proteſtans agit de damno vitando, d. l. ſi fundum. & l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. C quæ in fraud. credit. Sed contra hanc concluſionem facit regula, quòd per proteſtationem extraiudicialem regulariter quis non conſtituitur in mala fide, & non iterrumpit præſcriptionem, l. penult. ff. pro empt. c. placuit, verſic. is autem, cuius. xvj. quæſt. iij. vbi gloſ. Felinus in c. ij. de præſcrip. Pro ſolutione diſtingue, vt per Bartol. in d. l. penult. Secundò obſtat: quia d. l. ſi fundũ. & d. §. ſi quis particeps. innuunt, quòd ibi eſſet facta fides de cauſa, ſecundum Salicet. quem ſe- D quuntur Moder. in d. c. cùm M. Reſponde, quòd imò de hoc nihil in textu: & ex quo allegans ſua principaliter intereſſe, antè quàm ius ſit proteſtato quæſitum, valet proteſtatio, vt per Bartol. in d. l. penult. & ſentit Alexan. in l. de pupillo. §. nuntiationem, ſuprà, eod. ¶ In tertia principali ſpecie proteſtationis, quæ eſt incitatoria, ex pri-
107 ma parte Bar. collige concluſionem, quòd † proteſtationi incitatoriæ, vt quis faciat, quod de- E bet, parendum eſt, etiam ſi de obligatione non fiat fides, l. quod te. ff. ſi cert. pet. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. oblig. ratio eſt: quia ille, cui fit, non habet iuſtam cauſam ignorantiæ proprij debiti, l. ſin. ff. pro ſuo: & ideo vbi eſſet iuſta cauſa ignorantiæ, aliud eſſet: deberet enim tunc probari cauſa, veluti quando quis eſt obligatus ex facto alieno, gloſ. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. d. l. nomen. d. cle. cauſam. Idem, quando obligatio venit committenda vigore facti extrinſeci, vel conditionis de futur, arg. l. fin. C. de F bon. auctor. iudic. poſsid. Et ideo infertur ad duas quæſtiones. Prima, quando tu teneris mihi ad certum poſt mortem Titij, cùm de ea morte non poſsim fidem facere per inſtrumentum, ſufficiet, ſi faciam tibi dici per tales perſonas, quibus credere debeas, arg. gl. in d. l. Titio fundus. & cond. & demonſt. & quæ notat Bartol. in d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in viij. queſt. ſuprà, eod. Sed tu aduerte: quia dictum talium perſonarum bene inducit iuſtam excuſationem credulitatis, ſed tamen non debet ſufficere ad inducendum aliquem in mora, niſi dicas, quòd iſto caſu ad probandũ mortem ſufficit leuior probatio, authent. hodie. C. de repud. notat. in l. ſed ſi de ſua, de acquir. hęred. per Bartol. in l. ij. §. ſi dubitetur, ff. quemad. teſt. aper. & ſufficeret, ſi tales perſonæ eo modo hoc dicant, quo ſi in iudicio deponerent, probarent, arguendo de inſtrumento ad probationes, vt habetur in c. ſignificauerunt. extrà, de teſtib. & facit l. j. ff. de fide inſtru. Secunda quæſtio eſt, quando † emptor vult denuntiare venditori propter litem ſibi motam, debet 108 intimare libellum, & citationem: aliàs nõ teneretur vẽditori ei credere, arg. d. cle. cauſam. & cum Bartolo eſt communis opinio, quam ſequitur Alexander cõſilio xxxiij. in ij. Felinus & Moderni in d. c. cùm M. qui reſpõd. rationibus Ang. & Roma. vt per eos. Adde tamen, quòd ſi emptor denuntiaret ſibi motam litem, & tranſmiſſum libellum, prout apparet in actis talis iudicis, videretur ſufficere, arg. l. Herennius. §. j. ibi, auctorem laudauerat. de euictio. & l. auctore. ff. de euict. Ex quo enim tenetur venditor ad defendendum, debet veſtigare, arg. eorum, quæ notat do. Anto. in c. ab excommunicato. extrà, de reſcript. & iſto caſu debet ſaluari opinio contradicentium. Item poteſt ſaluari, quando denuntiatio eſſet facta cum auctoritate iudicis, l. fin. ff. de l. commiſſo. & ſuprà vidimus, & per Alexandrum hic. Sed an in caſu huius quæſtionis ſufficiat ſimpliciter denuntiare motam litem, an verò debet venditor incitari, vt veniat ad defendendum? & Bart. hic vult, quòd debeat requiri, vt defendat: & ita videtur text. in l. j. C. de peric. & commo. l. ſi rem, quam. §. fi. de euict. & in c. fin. extrà, de empt. & vendit. cum ſimilibus: & ſentit gloſ. in d. cle. cauſam. in gloſ. fin. & eſt cõmunis opinio: quia non ſufficit ſola ſcientia venditoris, l. qui abſentem. de procurat. & quia ſi denuntiatio ſit facta ſimpliciter, litem motam poteſt intelligi eſſe, quia emptor velit certificari de iuribus venditoris, l. emptor. C. de euictio. nõ quòd per hoc eum interpellet, & defendat: vnde tanquam æquiuoca non obligat venditorem de euictione. Fallit, quando in denuntiatione emptor vſus eſſet verbis æquipollẽtibus defenſioni, vt quia dixiſſet, quòd liti aſsiſteret, l. cùm ſucceſſores. C. de euict. l. empti. C. eod. tit. Fallit in quinq; aliis caſibus relatis per Moder. in c. cùm M. & in l. ij. §. voluntatem. ff. ſolut. matrim. dic, vt ibi habetur, & per Præpoſ. d. c. ſolicitudinem. Barbat. d. c. fin. Intellige prædictam principalẽ concluſionem, quòd proteſtationi, vt quis faciat, quod debet, parendum eſt, procedere, ſecundum Bartol. quando facta eſt verbis congruis & loco & tempore congruo. Vnde particulariter de iſtis tribus videndum eſt. Circa verba congrua, dic, vt dixi in l. j. in princip. in iij. quæſt. ſuprà, eod. Circa locum, regula eſt, quòd quilibet locus eſt idoneus, authent. ſi quis ei, quem. C. de adulter. vbi poteſt etiam in eccleſia fieri, & actus de ſe valet, licet animæ conſultius ſit alibi facere, arg. c. decet. verſic. ceſſet omnis confabulatio. extrà, de immunit. eccleſ. per Bartol. in l. actus. C. de feriis. Vnde † talis proteſtatio incitatoria 109 poteſt fieri etiam in lupanari, ſi debitor ibi reperiatur, dum tamen effectus ſolutionis expreſsè conferatur in locum congruum, l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff. de arbit. facit l. vſuras. C. de ſolut. Fallit in actu iudiciario: quia talis debet fieri

L. 8. Non ſolum. §. Morte.

coram iudice, l. cùm poſtulaſſem. in princip. vbi
Bartol. infrà, de damno infect. & quando ſit fa-
cienda mentio de loco loci, dic, vt hîc per eum.
Circa tempus regula eſt, prout ſuprà dixi in lo-
co: quia valet argumentum de loco ad tempus,
l. vinum. ff. ſi cert. petat. vbi Iaſon latè: & ideo di-
cendũ, regulariter omne tempus eſſe congruũ:
110 & † ideo poterit fieri proteſtatio etiam de nocte,
ſicut teſtamenta, l. ad teſtium. §. poſſe. ff. de teſta.
A ſicut contractus cæteri, l. non minorem. C. de
tranſact. ſicut collatio beneficij, c. vt noſtrum. vbi
gl. in verbo, occulta. extrà, vt eccleſ. benefic. Fel.
c. conſuluit. de offic. deleg. ſicut appellatio, l. j. §.
dies. ff. quando appel. ſit. Poterit etiam fieri tem
pore feriato: quia non eſt actus iudiciarius, l.
dies feſtos. C. de feri. Bartol. l. cùm filij. §. fin. de
verb. oblig. Fallit in actu iudiciario, c. fin. infrà,
111 de feriis, d. l. dies. Fallit † in proteſtatione incita-
toria, vt quis ſoluat, quia debet attendi tempus
B congruum ſecundum mores ciuitatis: & ideo
tempus noctis, vt quis ſoluat, non videtur con-
gruum, l. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. Bartol. l. more.
ff. de feri. facit l. hoc edictum. §. Labeo. ff. de his,
qui deiecer. & quod notat Alexander conſilio
ciij. in j. Idem, quando comedit, vel dormitum
vadit: eſt enim interpellatio inciuilis ſecundum
mores ciuitatis: idem in caſibus notatis in l. ij. ff.
de in ius voc. ¶ Ex ſecunda parte pro reſolutio-
C ne dictorum Bar. fac regulam, quòd proteſtatio
incitatoria, vt quis faciat id, ad quod nõ eſt obli-
gatus, regulariter non valet, l. ſi fideiuſſor credi-
tori. ff. de fideiuſſor. & ideo ſi debitor proteſta-
tur creditori, vt ſolutionem recipiat, non tamen
cogetur creditor recipere, licet debitor excuſe-
tur à mora, l. ratio. §. cùm per venditorem. ff. de
act. empt. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb. obligat.
& vidimus ſuprà in j. membro inhibitoriæ: cre-
ditor enim effectualiter non dicitur obligatus,
& ideo non poteſt per proteſtationem aſtringi,
D vt ſentit Bartol. hîc. In contrarium tamen facit
teſt. in l. j. ff. de duob. re. vbi appellatur reus ſti-
pulandi. ad idem tex. in l. j. infrà. de accep. ibi, ab
eodem nexu. ad idem l. fideicommiſſa. §. ſi rem.
ff. de leg. iij. ibi, oblatam pecuniam non potuit
accipere. ad idem, quia ſtipulatio aliàs non di-
ceretur propriè cõtractus, niſi ſtipulator ex par-
te ſua diceretur ad aliquid obligatus, l. Labeo. §.
contractum. ff. de verb. ſig. & tamen videtur pro-
priè cõtractus, §. fi. Inſt. de oblig. & l. cùm dona-
E tione. C. quod met. cau. l. j. in fi. de pac. cũ ſimil.
licet Doct. in hoc aliter loquatur in l. v. in princ.
infrà, de verb. oblig. Sed tamen non poteſt ne-
gari, quin ſit quædam obligatio impropria, &
largo modo accepta. Fallit prædicta concluſio,
quãdo is, cui fit proteſtatio, eſt obligatus ſaltem
officio iudicis. num tunc valet proteſtatio, & ha-
bet effectum, dum tamen fiat in iudicio, l. cùm
poſtulaſſem. in princ. vbi Bartolus declarat, in-
F frà, tit. j. & ratio ponitur in l. j. per Bart. ff. de iu-
riſdict. om. iudic. officiũ enim iudicis licet nul-
lam præſupponat obligationem, l. qui per col-
luſionem. §. fin. ff. de actio. empt. l. iiij. C. depoſ.
intelligitur de obligatione propria ex conſen-
112 ſu: præſupponit † tamen obligationem ex æqui-
tate quadam extra ordinem conſideratã, l. ſi ſer-
uum. §. fi. de verb. oblig. & declaraui in Parado-
xorum libro II. capit. X. Fallit ſecundò, vt talis
proteſtatio habeat effectum in excuſationem &
commoditatem proteſtãtis, d. l. ratio. §. cùm per

venditorem. vnde cùm per proteſtantem nõ ſte-
terit, conditio in eius fauorem habebitur pro
impleta, l. ſi Titius ſtatuas. ff. de cõdi. & demõſt.
l. j. §. de inſpiciendo. ff. de ventre inſpic. Fallit
tertiò, vt ex huiuſmodi proteſtatione, ſeu inter-
pellatione conſtituatur mora creditor condi-
tionalis, qui potuit conditionem adimplere, l.
hæc conditio, ſi Capitolium. ff. de cond. & de-
monſt. diſtinguendo, vt in l. ſi quis inſtituatur. §.
j. ff. de hæredib. inſtit. & latè per Soci. in d. l. hæc
conditio. Fallit quartò, vt idem ſi in debitore
conditionali, qui interpellatus non adimpleuit
conditionem, ſiue loquamur in vltima volunta-
te, l. j. §. item ſi ita. ff. ad l. Falcid. l. ſi peculium. in
fi. de ſtatuliber. ſiue in diſpoſitione legis, l. ij. §.
mater. ff. qui pet. tut. gloſ. in l. j. C. de his, quib. vt
indig. ſiue in ſenten ia iudicis, ſecundum Do-
ctores in l. ſuus quoque. §. fin. ff. de hæred. inſtit.
ſiue in contractibus, l. ita ſtipulatus. ff. de verb.
oblig. ſecundum intellectum meum, quem po-
ſui in Paradoxorũ lib. I. cap. ij. & l. fideiuſſor ob-
ligari. §. fin. ff. de fideiuſſor. Et ſic apparet, quòd
Bart. hîc in dictis caſibus requirit interpellatio-
nem: cuius contrarium voluit gloſ. in d. l. ita ſti-
pulatus. in verbo, agendum. Sed opinio Bartoli
eſt magis communis: pro qua facit illud notabi-
le dictum Innoc. in c. extirpandæ. §. quia verò. de
præbend. in antiq. vbi vult, quòd quoties pœna
à iure imponitur pro negligentia, ſeu culpa in
non faciendo commiſſa, ſemper requiritur in-
terpellatio: de quo per Alexand. d. l. ita ſtipula-
tus. dic, vt per Doctor. ibi. ¶ In † quarta princi- 113
pali ſpecie proteſtationis, videlicet de certifica-
toria, Doctores tranſeunt cum Bart. qui clarè lo-
quitur. Sed pulchrum dubium eſt: lex † requirit, 114
vt denuntiatio iſta clarè fiat, non autem perfun-
ctoriè, aut obſcurè, d. l. aut qui aliter. §. j. quod vi,
aut clàm. quid ſi fiat per quãdam generalitatem
verborũ? & videtur ſufficere, arg. l. ſi chorus. de
leg. iij. l. ſi duo. de admi. tut. & quod notat Deci.
in d. l. pacta nouiſsima. in fin. In contrarium fa-
cit l. Iulianus. §. idem Iulianus. & l. venditione.
vbi Paul. de Caſt. ff. de act. emp. & per Specul. tit.
de emp. & vendit. §. nunc dicendum. verſic. quid
ſi vẽditor. & quod ſingulariter notat idem Pau-
lus de Caſtro conſil. cxcv. viſis & conſideratis o-
mnibus. in j. vbi non ſufficit, quòd ciuitas con-
ducens operam officialis, fecerit mentionem de
detractione ſalarij, niſi expreſsè admonuerit
quãtum detrahatur. Ad idem, quod notat Areti.
conſ. cv. vbi ſi vẽditor dixerit ſe nolle teneri, niſi
pro dato & facto ſuo tantùm, tamen tenetur, niſi
certificauerit emptorem, quòd res vendita pro
oneribus communis erat obligata: puto multũ
cõſiſtere in arbitrio iudicis, qui videat, an ex di-
cta proteſtatione oriatur talis obſcuritas, in qua
probabilis ſit ignorantiæ excuſatio: & in dubio
contra proteſtantem pronuntiet, qui clarè de-
buit admonere, l. veteribus. ff. de pact.

## LEX XIIII.

1 *Diuerſæ ſententiæ circa nuntiationem ſeruitutem habentis.*
4 *Excepta ſeruitute non continua, nuntiatio ſeruitutem, vel ruſticam, vel vrbanam habenti permittitur.*
5 *Seruitutes cauſam cõtinuam non habentes, tempore immemoriali præſcribuntur.*

QVI



a
1 QVI VIAM a. ¶ Qui † viam habet,
nuntiare nouum opus nõ poteſt,
ſed vẽdicare ſeruitutẽ debet. Sed
quænã eſt ratio? Irnerius directum
edictũ non dari ait, vtiliter tamen
nũtiari poſſe, ſicq́;
legem noſtrã non
tã interpretatur,
q̃ corrigit. Bulga-
rus eum, qui viam
habet, nũtiare poſ
ſe ait, niſi aduer-
ſus reficiẽtem: nã
& ei nuntiari non poteſt, qui riuos reficit [a]: idq́;
Iac. Old. Bar. Alber. probant, & antiquorũ codi-
cum lectioni conuenit. in quibus legitur, qui viã
2 ędificat, nõ autẽ in via: ſic † & ædificare dicimur
prædiũ, hortos, nauẽm [b]. Martinus & ipſe negat
ob ſeruitutes prædiales nuntiari poſſe, excepta
luminum, & oneris ferendi ſeruitute [c]. Vgolinus
aliquatenus Martino adhæret; & in prædiis vr-
banis locũ eſſe nuntiationi tradit, in ruſticis nõ
eſſe. Addit Zaſius maiorẽ in vrbanis ſubeſſe me-
tum, ne ad arma partes tranſeant, quàm in ruſti-
cis. Rofredus & Raynerius, ſi conſtat ſeruitutem
fuiſſe conſtitutã, locum eſſe nuntiationi: in re ve-
rò dubia nõ eſſe. Accurſius ob ſeruitutem domi-
no nuntiari nõ poſſe, cęteris poſſe [d]. Quæ omnes
ſolutiones eas leges violant, quę generaliter ius
nuntiandi ei, qui ſeruitutem habet, faciunt [e]. Ioã-
nes & Dinus ob ſeruitutẽ vrbanã nuntiari poſſe
exiſtimãt: ob ruſticam verò ſecùs, ſpeciali agro-
rum fauore: idq́; poſt Accurſiũ, Bald. Ang. Alex.
ſequuntur & cæteri recentiores [f]. Nec eos mo-
uet, quod lex ait, ſiue iure prædij cõtrouerſia ſit,
nuntiari poſſe [g]: quia intelligunt, quãdo contro-
uerſia de iure dominij eſt, non autem ſeruitutis:
dominium enim ius prædij eſt [h]. Nec rurſus eos
mouet, quòd lex generaliter idem eſſe ait de cæ-
teris, quibus aliqua ſeruitus à vicino debetur [i]:
quia reſtringitur ad vrbanas: vel ſi de ruſticis in-
telligatur, debet reſtringi, quãdo extraneo, non
autem domino nuntiatur: ſed ego huiuſmodi
commenta probare non poſſum: violant enim
3 verba legum, & † iura prædiorum propriæ ſunt
ſeruitutes [k]: quia dominium non ius prædij, ſed
potiùs ius domini in ipſo prædio eſt: & cùm nũ-
tians ob ſeruitutẽ proprio nomine nuntiet, non
eſt diſtinguendum, an ipſi domino, an alteri nũ-
tiet: nec ratio ſpecialitatis, id eſt, agrorum fauor
ſat probabilis eſt: cùm enim ſeruitus debeatur
fundo, fauor fundi dominantis eſt, vt nuntiatio
fiat: vnde nulla eſt cauſa, cur magis ad fauorem
fundi ſeruientis attendamus: cùm inter priuile-
gia potior ſit cauſa eius, qui ſecũdum regulas iu-
ris, quiq́; de damno vitando agit [l]. Imola, & Ca-
ſtrenſis vrbanam ſeruitutem à ruſtica non diſtin
guunt, ſed ſimpliciter attendendum exiſtimant,
an per ædificiũ ſeruitus tollatur, vt tunc nuntia-
ri poſsit, an ſimpliciter eius vſus aliquod incom
modi ſubeat: & tunc nõ poſsit [m]: quæ diſtinctio
non minùs violatiua eſt, & ab Alex. rectè impro-
batur. Ponta. Iaſ. Zaſiuſq́; ob ſeruitutem viæ nũ-
tiari non poſſe aiunt: quia nõn tenetur dominus
præciſè pati eo in loco eſſe viam, cùm poſsit mu
tare, & in alia parte fundi eam conſtituere [n]: quę
ſententia non placet: nam hoc modo, non cõfeſ-
ſoria quidem agi debuit: quod tamen hîc per-
mittitur. Sed & mutare dominus viã, niſi ex cau-
ſa, non poteſt [o], & vt nullum incommodum ſer-

a l. de pupillo. §. qui riuos. ff. eo.
b l. aufertur. §. ij. de iure fiſc.
c l. inter. de ſeruit. l. & ſi fortè. §. ſciendum. §. fi. ſi ſeruit. uend.
d l. j. in fi. ff. eo.
e l. j. §. ius is habet. de remiſ. l. de pupillo. §. impoſititiã. ff. eod. l. in iudicio. famil. erciſc.
f hic in fi. gl. magnæ.
g d. l. in iudicio.
h l. ab executione. C. quor. appel.
k d. l. j. de ſer. urb. l. qui aliena. in fi. de neg geſt. ubi gl. pen.
l l. uerum. §. fi. de minorib. l. priuil. cred. authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.
m arg. l. ſi arborem de ſeruit. urb.
n l. ij. §. pen. de relig.
o l. ſi cui. in fin. de ſeruit. ubi gl.



## LEX XIIII.

IVLIANVS *libro* XLIX. *Digeſtorum.*

A QVi viam [a] habet, ſi opus nouum nuntiauerit aduerſus eũ qui in via ædificat, nihil agit: ſed ſeruitutẽ vindicare non prohibetur.

uituti fiat [p]. nec ampliùs quàm ſemel mutatio
talis admitteretur [q]. Ego ſuprà cenſui fructuario
ius nuntiandi nõ eſſe: quia huic rei ſufficientem
poſſeſsionem non habet [r]. Idem arbitror in eo,
qui viam habet, vel iter, aut actum. Sit ergo re-
4 gula, vt † qui ſerui-
tutem, ſiue vrba-
nam, ſiue ruſticã
habet, nuntiare
poſsit [s], excepto
eo, qui ſeruitutem
non continuã ha-
bet, qualis eſt ſer-
uitus viæ, actus, itineris [t]: talis enim ſufficientẽ
poſſeſsionem non habet [u]: nam in ſeruitutibus
cõtinuis poſſeſsio retinetur per fundum domi-
nantem, animo tamen domini: quia vſus conti-
nuus iunctus animo domini, conſeruat talẽ poſ-
ſeſsionem: quod ſecùs eſt in ſeruitutibus non
B continuis, in quibus ceſſat vnus ex parte fundi,
nec ſolus ad domini animus ſufficit: aliàs omnes
ſeruitutes eſſent continuæ: quod alibi Bart. de-
clarat [x]. Hincq́; eſt, quòd † huiuſmodi ſeruitutes 5
non habentes cauſam continuam, nõ poſsiden-
tur, niſi quatenus vſus adeſt: ideoq́; non vſuca-
piuntur [y], niſi lapſu tanti temporis, quod poſt
hominum memoriam ſit [z]. At vſus adeſſe non
dicitur, cùm dominus patientiam non præſtat,
ſed ædificat, meritò tanquam amiſſa poſſeſsio-
C ne, ad nuntiationem is non admittetur, ſed ſo-
lùm ſeruitutem vendicabit.

L. 14. Qui viã.
p Alex. l. ij. ſol. mat.
q l ſi quis. C. de reb. cred.
r d. l. j. §. fi ff. eo. ubi dixi.
s dictis legib.
t l. ſi eo loco: ſi ſeru. uend.
u Bar. ff. in prin. quæſt. vj.
x Bart. l. j. uerſ. quæro, quid de quaſi poſſeſ. ff. acquir. poſſeſſ.
y l. foramen. de ſeruit. urb. pręd.
z l. hoc iure. §. ductus. de aqua quot. gl. l. ſeruitutes magna, de ſeruit.

## LEX XV.

1 *Contumacis in negatoria & confeſſoria pœnæ.* 3.
4 *Primi decreti interponendi cauſa.*
5 *Verus l. caſus: isq́; quatuor diſtinctionibus explicatus.* 6, 7, 8, 9.
10 *Poſſeſſorij ſummariſsimi deſcriptio.*
D 11 *Libellus ex actis iuſtificatur.*
12 *Turbatus actionem habens, exercet eam etiam contra iudicialiter contradicentem.*
13 *Confeſſoriæ & interdicti Vti poſsidetis, diſcrimen.*
14 *Verbalis moleſtatio punibilis.*
15 *Contradictio per clauſulam* Nego *narrata, &c. non ſufficit pœnæ.*
20 *Contumacis, quòd de reo fiat actor, pœna.*
21 *In certis ſolùm caſibus contumax in tota cauſa punitur.*
22 *Negans amittit poſſeſsionem.*
E 23 *In ſeruitutibus actor quid probet.*
24 *Quaſi poſſeſſor ſeruitutis an à probando releuetur.* 27.
26 *Poſſeſſoris variæ præſumptiones.*
29 *Seruitutum realium & perſonalium differentia.*
32 *Onere probandi grauatur actor.*
33 *Semel malus non præſumitur vbiq́; malus.*
34 *Non ſemper quaſi poſſeſsio iuris transfert probandi onus.*
37 *Reus contumax perdit actionem ad poſſeſsionem.*
38 *Reus contumax ad cautionem quibus remediis compellatur.*
F
40 *Cautionem qualiter reus præſtet.*
41 *Decretum ſecundum quomodo hic interponendum.*
42 *Cauendi in poſſeſſorio forma.*
44 *Decretorum in vſufructu interponendorũ ratio: itemq́; in iuribus merè perſonalibus.* 45. *item in interdicto Vti poſsidetis.* 52.
53 *Confeſſoria & negatoria aliquot caſibus non competunt pro omni iure incorporali.*
54 *Res à feudo libera præſumitur, niſi actus exercitium, vel coniecturæ contrarium ſuadeant.*

Mm 2

a S I PRIVS QVAM *a*. ¶ In† confeſ-
ſoria, vel negatoria actione, ſi reus
ſit contumax, officio iudicis caue-
re cogendus eſt, nihil ſe innouatu-
rum, donec de iure ſuo docuerit,
& actoris partes ſu
ſtinuerit, ſicq́; ob
contumaciam iure
poſſeſsionis quis
mulctatur, & de
reo actor efficitur:

AFRICANVS
*libro IX. Quæſtionum.*

atque ita omnes interpretes ad hanc diem cen-
I. ſuerunt, quos tamen ego ſequi non ſoleo. In-
primis, quia haudquaquam veriſimile eſt, hîc de
confeſſoria negatoriaque actione tractari, cùm
ſub alio titulo ponenda hæc lex fuiſſet [a], magiſ-
que ei rubricę quadraſſet, *Si ſeruitus vendicetur*: & li
cet confeſſoria, & hoc interdictum quandoque
concurrant [b], apparet tamen ſeparatas eſſe mate-
rias. Nec etiam me mouet, quòd cõtumax in ne-
gatoria in hoc punitur, vt caueat ſe opus nouũ
non nuntiaturum [c]: hic enim effectus ex acciden
ti contingit, nec conſiderãdus fuit [d]. Nam † &
II. 2 conſtat confeſſoriam non competere, niſi ei, qui
inquietatus in ſeruitute fuit [e]: at hîc nulla in-
quietationis, aut moleſtiæ mentio: diuinantq́;,
qui dicunt facta fuiſſe præparamenta, tametſi &
præparationem actioni huic nõ ſufficere defen-
di poſsit: licet ſecùs ſit in noſtro edicto [f], cùm fa-
ciliùs ſit nuntiare, quàm agere, ſeu iudicio peti-
torio experiri [g]. nam & rei vendicatio ex ſola
præparatione non competit, imò nec ex ſola tur
batione [h], meritò nec confeſſoriam, quæ licet ex
turbatione competat, quia ſeruitutum poſſeſsio
in patientia conſiſtit [i], quæ turbatione rumpi-
tur, non tamen ex ſola inquietandi præparatio-
III. ne concedi debet. Oſtendunt hoc & exempla,
quæ ſpecialiter iiſce actionibus non conueniũt:
in iis enim concludendum pro ſeruitute eſt, quę
non perſonæ, ſed fundo debetur [k]. at exempla
magis perſonã reſpiciunt, vicino ius nõ eſſe, etc.
IIII. Quid ſi pacto perſonali id promiſerit [l]? Nam &
ſubiicitur, non alias futuras iudicis partes, &c.
3 atqui † in confeſſoria aduerſus contumacem alia
quoque prodita ſunt remedia, vt mulctæ indi-
ctio, & pignoris capio [m], & ſi qua ſimilia. Qui e-
nim ratione, captis pignoribus, compellit ad ca-
uendum, cur eadem non compellit potiùs ad li-
tem conteſtãdum, & in iudicio perſiſtendum [n]?
cùm poſsit intereſſe actoris ius ſuũ declarari, po
tiùs quàm expectare, donec reo placuerit age-
V. re [o]. Adde, q; nec vlla efficax ratio eſt, vt pro-
pter contumaciam reus actoris partes ſuſtinere
debeat. friuolum quippe eſt, quod Baldus ait [p],
vt qui benedici noluit, maledictionem habeat.
VI. Primum † enim decretum interponitur, vt tædio
4 affectus reus tãdem compareat: nec ſolet id eius
iura minuere [q]. Vnde ſatis fuiſſet, ſi actor eius
iuris quaſi poſſeſſor conſtitueretur, non autem
reum ad cautionem perpetuã adigeret, per quã
ſpes recuperandæ poſſeſsionis aufertur, quæ in
effectu ius omne eius perimit, ſi alias probatio-
nes non habeat, quàm quæ ex poſſeſsione præ-
VII. ſumuntur. Quòd ſi admiſeris, locum cautioni
non niſi lapſo anno, eſſe [r], (quod Bartolus & cæ-
teri tradiderunt) euidenter violantur legis ver-
ba, quæ ſimpliciter loquuntur, nec vllam annuæ
VIII. contumaciæ mentionem faciunt. Nam & vt
demus poſſeſsionem ex primo decreto infeſta-
ri, id in odium rei contumacis eſt, quem præ-

a l. imp. de in di. addict. & l. ij. de ſtat. homi.
b l. ij. §. eod. l. Trebatius. ꝟ. tit. j.
c ꝟ. ea. l. uerſ. idemq́;.
d l. ſi quis nec cauſam, ſi cert. pet.
e l. uti frui. cũ l. ſeq. ſi uſufr. pet. l. ſi quis diuturno. §. fi. l. loci. §. ſi quis. ſi ſeru. uend.
f l. de pupillo. §. nuntiationem. in uer. inchoet. §. eo.
g l. is, qui deſtinauit. de rei uẽd.
h l. officium de rei uend.
i l. quoties. ij. de ſer.
k l. qui in aliena. in fi. de neg. geſt.
l l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. uerſ. nam & ſi. de uerb. oblig.
m l. j ſi quis ius dic. nõ obt. Bar. ꝟ. ea. l. ij. q.
n l. quoties in princ. de noxal. l. inter. §. j. de uerb. oblig. Alex. l. ſi finita. §. Iulianus. ꝟ. tit. j.
o l. harum. l. egi. ſi ſer. uend.
p Bal. auth. ei, qui. C. de bo. auctor. iud. poſ.
q l. iij. in fi. de acq. poſſ.
r l. ſi quis emptionis. §. ſed et ſi qs. C. de pręſc. xxx. uel xl. ann. Bar. ix. opp.

tendit actor rem ſuam retinere [s]: ſed in caſu no-
ſtro hic reus nihil adhuc actori nocuerat, neque
ædificauerat, neque aduerſus actoris ius quic-
quam fecerat, retinueràtve. Vnde iniquum eſt
tanta pœna eum adfici, vt poſſeſsionem amittat.
Violantur & in ſe- IX.
cunda parte verba,
quæ generaliter
concepta ſunt, ſiue
agens iure ſibi eſſe
altiùs tollere in

LEX XV.

A S I priùs quàm *a* ædificatum eſſet,

poſſeſsione libertatis ſit, ſiue non [t] ſit: & tamen
Doctores reſtringunt, cùm non poſsideret, quia
reus ipſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eſſet:
quę omnia ſatis indicant, haudquaquam verum
eſſe communem intellectum. Aliter † ergo in- 5
terpretanda hæc lex eſt. Et ſciendum eſt, ſuprà
id tractari, vt quoties nuntiatum ſit nouũ opus,
ab ædificando ſuperſedeatur. Vt autem nuntia-
B tio fieri poſsit, oportet opus fieri, vel ſaltem ali-
quid præparatũ eſſe [u]. Quid ergo, ſi dubitem,
ne fortè vicinus, mę abſente, vel ignorãte, capta
occaſione, repente ædificet? nunquid potero
præoccupare, vt quod poſt nũtiationem cogno-
ſcendum erat, nunc ad liquidum perducatur?
Quid item in caſu contrario, ſi ego velim ædifi-
care, & verear, ne in ipſo operis feruore mihi nũ-
tietur, pendeantque opera interrupta, an pote-
C ro agere? & videretur non poſſe [x]: dicet enim vi-
cinus, Quis te inquietat? vnde non videbatur, æ-
quum actionem dari [y]. Sed tamen contrarium
hîc deciditur, vt eatenus cogatur vicinus, qui cõ
tumax ſit, defendereque nolit, vt caueat, ſe non
priùs quicquam nouaturum, quàm docuerit de
iure ſuo. & ratio eſt, quia hoc iudiciũ habet vim
cuiuſdam pręoccupatæ nuntiationis: & ideo
ſicut vicinus, ſi nõ nuntiauerit, ſed ædificari per-
miſerit, non poteſt demolitionem obtinere, niſi
D iure ſuo plenariè diſcuſſo: & vice verſa, ædificãs,
ſed ei nuntiatum ſit, nõ poteſt vlteriùs progredi,
niſi de iure ſuo docuerit: ita & hoc in caſu ſta-
tuendum fuit. & hoc eſt, quod dicitur, reum a-
ctoris partes ſuſtinere debere, non quòd amittat
poſſeſsionem, ſi quam habeat: imò cùm lex eum
grauet, vt de iure ſuo doceat, ſatis erit, ſi & ius
poſſeſsionis deduxerit [z]. Vnde conſequens eſt,
vt ſiue ius prætendam dominij, ſiue ex confeſſo-
ria, aut negatoria, ſiue ex pacto perſonali, ſiue ex
E ſtatuto conſuetudinéve [a], ſiue iudicio poſſeſſo-
rio, quale eſt quod ex edicti noſtri, aut interdicti
Quòd vi, aut clàm, præparatione oritur, ſemper
procedat lex noſtra, in qua non ſuprà ſcriptis a-
ctionibus, neq; ad declarationem ſeruitutis agi-
tur, ſed iudicio noui operis nuntiatur, aut inter-
dicto Quòd vi, aut clàm, ſubrogato, quod officio
iudicis, ſeu actione in factum exercetur. nec e-
nim hîc agitur, vt ſeruitus declaretur, ſed dunta-
xat, vt ædificium concedatur, vel prohibeatur [b],
F nec refert, quis poſsideat: lex enim ſimpliciter
loquitur, nec diſtinguit, ſolumque ſuprà ſcriptã
contumaciæ pœnam inducit, ſaluis in cæteris
iuribus partium. Cæterùm † ſeparandi hac in 6
materia aliquot ſunt caſus. Primus eſt, cùm I.
præoccupato nuntiationis iudicio ago, reuſque
eſt contumax, non tamen aliquid adhuc innoua
uit: & tunc procedit lex noſtra, vt ſufficiat cau-
tio, ſe nihil nouaturum, id eſt, quòd non inquie-
tabit in quaſi poſſeſsione iuris petiti, donec de
iure ſuo docuerit. Secundus † eſt, cùm ago ad- II.
uerſus eum, qui nouauit, ſeruitutemque impo- 7
ſuit,

s l. Fulcinius. §. Celſus. ex quib. cau. in poſ.
t l. de pretio. de Publicia.
u d. l. ſtipulatio. §. qui opus. & not. §. l. j. §. poteſt.
x l. j. C. ut nemo inuit. ag.
y d. l. officium.
z Innoc. c. epiſcopi de reb. eccleſ. non alien. Iaſ. l. j. de acq. poſſ.
a l. j. C. de ędi. priua.
b l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. uend.



ſuit, illeque ſimpliciter eſt contumax: & tunc
poſſeſsio transfertur, id eſt, vt niſi intra ſtatu-
tum tempus de iure ſuo docuerit, fiat demoli-
tio [a]. translatio enim poſſeſsionis ſecundũ ſub-
iectam materiam accipitur, vt etiam ad ius ſer-
uitutis, ſeu quaſi
poſſeſsionem iu-
ris petiti refera-
tur [b]: placetq́; mi-
hi magis hæc in-
terpretatio, quàm
vt cum Bartolo
oppo. vij. de rei i-
pſius inædificatæ
poſſeſsione intel-
ligamus: tametſi & eius ſententia probabilis ſit.

agere*t a* ius vicino nõ
eſſe ædes altiùs tolle-
A re, nec res ab eo defen-
deretur, partes iudi-
cis non alias futuras
fuiſſe ait, quàm vt eũ
cum quo ageretur, ca
uere iuberet, nõ priùs
ſe ædificaturũ, quàm
vltrò egiſſet ius ſibi
eſſe, inuito aduerſa-
rio, altiùs tollere.

III. Tertius † eſt, cùm reus non ſolùm eſt contumax,
8 ſed etiam latitat: & tunc fit miſsio in poſſeſsio-
nem in omnibus bonis [c]. aduerſus enim latitan-
tem fit in omnibus bonis miſsio [d]. hodie tamen B
intra annum rediens recuperabit poſſeſsionem.
vt quod Iuſtinianus de rebus corporalibus ſan-
xit, ad hæc quoque incorporalia producatur [e]:
quæ ſententia receptiſsima eſt. Ego tamen Pon-
tanum, Imolæque adſentior, vt id non procedat,
cùm quaſi poſſeſsio hæc per cautionem à reo
oblatam eſt amiſſa: nec enim lex noua, quæ reo
ſuccurrit, quo abſente, translata eſt poſſeſsio,
ad hunc caſum trahi debet, quo reus proprio fa-
IIII. cto, id eſt cauendo, eam amiſit [f]. Quartus † ca- C
9 ſus eſt, cùm quis agit confeſſoria, vel negatoria,
& poſsidet, reuſque non eſt contumax, & tamen
dubitat actor, ne interim pendente iudicio in-
quietetur, vt quia reus non præſtet patientiam:
& tunc cogetur reus ad cauendum, ſe, donec
quæſtio finiatur, nihil innouaturum [g]: quod ar-
bitror ego procedere, etiam ſi non petitorio iu-
dicio agatur, ſed poſſeſſorio, prout natura inter-
dictorum ſuadet: quod Oldr. & Albericus cen-
ſuerunt [h]. Hinc belliſsimè reſpondit Caſtren- D
ſis [i]: cùm iudex videt vtranque partem de poſ-
ſeſsione contendere, quia vterque litigatorum
ſe poſsidere affirmet, debere eum extraiudicia-
liter huius rei argumenta probationéſve ex offi-
cio etiam à teſtibus iuratis [k] aſſumere, & eum,
quem compererit poſsidere, interim defendere,
aduerſariumque cogere ad actoris partes ſuſti-
nendas [l], itemque ad cauendum, pendente lite,
nullam ei moleſtiam facturum [m]: appellatque
10 † id ipſe poſſeſſorium ſummariiſsimum, in quo E
lata ſententia ſimplicis interlocutoriæ vim ha-
bet, nec in alio vero poſſeſſorio præiudicium fa-
cit. Addit Baldus, à tali interlocutoria appellari
non poſſe: quia nullum in via iuris damnum in-
fligit [n]: qua in re ego dubito: nec enim modicũ
eſt eius detrimentum, qui cùm reum ſe præten-
dat, actoris partes ſuſtinere cogatur [o]: vnde tu-
tius eſt appellationi deferre [p]: qua tamen in re
amplius deliberandum eſt.
a AGERETVR *a*. Confeſſoria, vt inquit Ac- F
curſius, quod ſuprà ſimpliciter non probaui.
Hinc infert Bartolus [q], præſupponendum eſſe,
aliquid moleſtiæ actori irrogatum: aliàs enim
confeſſoria non competeret [r]: ſatis autem eſt,
vel præparamenta aliqua facta eſſe [s]: quam ſen-
tentiam ego ſuprà non ſum auſus affirmare. Nec
me mouet, quod plerunque idem operatur me-
tus ex rei præparatione oriens, quod res ipſa [t]:
quia hoc verum in his, quę ſi cœpta ſint, nequeũt
deinde facto actoris tolli: quod in caſu noſtro

a l. à quo fundus. ꝟ. tit. j. ſecundum intellectũ. gl. & ueterum. & Raph.
b l. i. in fi. C. de ſer. l. fi. ꝟ. de itin. actuq́; priua.
c l. iis, cuius. ſi ſer. uend. Bart. x. oppoſ.
d d. l. Fulcinius. §. Celſus. & § uideamus.
e d. l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. Bart. ix. oppoſ.
f gl. l. j. C. ſi aduer. uend. l. cũ hi. §. planè. de tranſact.
g l. pe. ꝟ. de acq. quot. Bar. l. j. §. ij. de itin. actuq́; priua.
h d. l. pe. Bart. ꝟ. iij. & iiij. oppoſ. ij. partis.
i Paul. conſ. iij. in ij. lib. Innoc. c. cũ ueniſſent. extrà, de inſtit.
k Curt. conſ. l x. in fi.
l l. liberis. in fi. de lib. cau.
m d. l. pen.
n Bal. l. ij. C. de epiſc. aud.
o l. iij. §. j. de alien. iudic. mut. Bal. l. j. §. in fi. de appel.
p Ang. conſil. 107. Iacobellus.
q Bar. ij. opp. hic.
r l. uti, frui. l. ſi quis diuturno. in fi. ſi ſer. uend.
s d. l. de pupillo. §. nuntiationem.
t l. ij. C. de tranſact. ubi dixi. l. penult. de teſta. mil.

non eſt, cùm poſsit expectari ea turbatio, quæ
poſt præparamenta fiat, & tamen demum per
operis noui nuntiationem tolli, vel officio iudi-
cis, ſi intentata ſit confeſſoria [u]. Subiicit Barto-
lus, ſatis quoque eſſe, ſi ſimpliciter reus in iudi-
cio contradixerit:
tãtum enim actus
iudicialis verbo
inductus opera-
tur, quantum ex-
traiudicialis fa-
cto [x]. Et quamuis
ius ſuperueniens,
pendente iudicio,
actionem non cõ-
firmet [y], quod hîc Iaſon ait: tamen ſecùs eſt in
hac contradictione, quæ facto ipſius rei induci-
tur [z], & quæ declarat retrò animum rei fuiſſe, ne
patientiã ſeruituti adhiberet, qua patientia ſub-
B lata, impeditur ſeruitutis poſſeſsio [a]. Vnde e-
tiam conſequens eſt, vt nihil referat, quòd con-
tradictio libello obiecta non fuerit: ſatis enim
eſt in actis de ea conſtare: libellus † enim ex actis 11
quoque iuſtificatur, & ſufficit qualitatem, pro-
pter quam actio datur, in actis depræhendi [b],
tametſi in libello adiecta non fuerit: quod &
Pontificij tradiderunt [c]. Concludendum ergo,
quotieſcunque † lex actionem ex ea cauſa con- 12
cedit, quod aliquis turbetur, ſeu inquietetur, ta-
C lis actio datur, etiam ſi ſola contradictione iudi-
ciali vexatus ſit: quod hîc Bartolus ſentit, & cæ-
teri ſequuntur: quod [d] Alexander ex facto con-
ſultus extendit, vt etiam in pœnalibus locum ha
beat. Contrà alij, vt Raphael, Iaſon, Firmia-
nus, cæteriq́;: non enim ex tali turbatione quis
incidere in pœnam debet, cùm in pœnis ſemper
mitior fieri debeat interpretatio [e]: quam ſen-
tentiam & ego ſequor, maximè ſi in ſtatuto ver-
ba ad viam facti magis reſpiciant, quale eſt ver-
D bum Turbare, Vexare, Vim facere [f]. Qua † ra- 13
tione interdictum Vti poſsidetis, ex ſola verbali
turbatione non datur, vt Alex. hîc ex communi
ſententia tradit: verba enim illa in interdicto,
Vim fieri veto, ad factum referuntur [g]: quod ſe-
cùs eſt in confeſſoria, in qua lex ſimpliciter re-
quirit, ne dominus ſeruitutis inquietetur [h]. hæc-
que eſt verior differentiæ ratio, quàm quę hîc ab
Alexan. adducitur, dum ait, confeſſoriam faci-
liùs competere, quia datur etiam poſsidenti:
E atque difficiliùs debuit ex ſolis verbis compe-
tere, cùm petitorium iudicium præter naturam
ſuam poſsidenti datur [i], dum rurſus ait, con-
feſſoriam etiam ei, qui non poſsideat, dari [k]:
quod ſecùs eſt in interdicto: atqui maiori mo-
leſtiæ ſunt verba erga eum, qui non poſsidet,
quàm qui re fruitur, qui cum Satyro poteſt di-
cere, Populus me ſibilat, at mihi plaudo. Sunt
tamen tres caſus, quibus ſuprà ſcriptum inter-
dictum etiam citra vexationem facti competit.
F Primus, cùm † propter verbalem moleſtiam da- 14
mnum poſſeſſor faceret, vt quia ea cauſa locare
nõ poſsit, vti commodè nequeat [l]. Alter, ſi reus
non ſolùm turbauit contradicendo, ſed etiã con
tendit ſe poſsidere [m]: tunc videretur ex ſententia
Baldi interdictum actori non denegandũ [n]: nec
ideo videtur actor ſe ex eo iuuare, quod impu-
gnat [o]. non enim iuuat ſe ex poſſeſsione rei, quã
negat ſed ex verbali illa adſertione, quam affir-
mat eſſe prolatam, ſed citra rei veritatem. Ter-
tius, quãdo, pendente lite, re ipſa fuiſſet vexatus

L. 15. Si priùs quàm.
u d. l. pe. Bart. l. in prouinciali. §. j. ꝟ. eo.
x l. ſi in rem. §. fi. de pignor. ubi Bar. Alex. l. ſi maiora. ſolut. matrim.
y l. non poteſt. de iudic.
z l. ſin autem. de rei uend. l. quæſitũ. de pecul.
a l. quoties. de ſeruit.
b l. ij. in princ. de iudic. Bart. l. multũ. de cond. & demonſt.
c c. ſi clericus laicus. de foro comp. ubi Abb. & Felin.
d Alex. conſ. 73. in iij. 87. & 110. in 5. lib.
e l. cùm quidã. de lib. & poſth.
f l. ad teſtium. de teſta. §. ſi ſigna. l. uim facit. de ui, & ui arm. Bar. l. j. §. nõ autem. in fi. ſi quis teſt. lib.
g l. j. in princ. uti poſsid.
h d. l. pe. §. fi. ſi uſufr. pet.
i l. officium. de rei uend.
k d. l. uti, frui. §. fi.
l Bal. l. j. §. huius. uti poſsid. Alex. conſ. iij. & clxxvij.
m arg. l. j. ſi uſufr. pet. l. is, a quo. de rei uend. Bal. l. non ab re. C. unde ui.
n Bal. l. ordinarij. C. de rei uẽd. Can. in c. audita. de reſt. ſpol. Alex. Iaſ. hic.
o c. ex eo non debet. de reg. iur. in vj.

a l. ſi Titius. de uerb. oblig. Iaſ. hic.

actor, confirmaretur iam intentatum iudicium[a]: quod Alex. hîc tradit, & ego alia lege, quàm quæ ab eo adducitur, ſequor[b].

III. Sed † quid, ſi verba-

15 lis contradictio clauſula generali duntaxat concepta ſit, Nego narrata, prout narrantur, &c? & Ang. negat ſufficere talem contradictionem[c]: ideoque ait, non poſſe agi. Iaſon verò contrà: quia licet talis clauſula ad extrinſecùs libello accidentia non referatur, ipſam tamen libelli principalẽ ſubſtãtiam negat, idque hoc caſu ſufficit. Ego diſtinguendũ puto, vt liceat reo declarare talem clauſulam, vt ad contradictionem reſpectu poſſeſsionis nõ referatur[d]: hocque caſu defendatur Ang. ſententia: videtur enim reus tali clauſula ea dũtaxat negare, quorũ negatio ſibi ſit vtilis: quod non vno in loco tradit Alex.[e], cuius ſententiam probare viſus eſt Felinus[f].

b d l. ij. Doct. d. c. ſi clericus.

c Bar. l. ſi dubitet. §. ita demũ. in fi. de fideiuſ. Aret. §. æquè. Inſt. de actio. Dec. c. cæterũ. de iudic.

d l. ſi quis inten tione. de iudic. Alex. l. etiam. §. licet. ſol. mat. e conſ. 83. j. 37. ij. f Felin. c. j. de lit. conteſt.

Idemque è contrario [a], ſi cùm quis agere vellet, ius ſibi eſſe inuito aduerſario altiùs tollere: eo non defendente, ſimiliter (inquit) officio iudicis continebitur, vt cauere aduerſarium iuberet, nec opus nouum ſe nuntiaturum, A nec ædificanti vim facturum. eaque ratione [b] hactenus is qui rem non defenderet, punietur, vt de iure ſuo probare neceſſe haberet.

nos verò, quando conſtat vtra earum competat, quibus verbis concipiendus ſit libellus. Hincque conſequẽs eſt, vt quãuis ſeruitus fundo debeatur[s], tamen ſuſtineatur libellus, quo quis intendit ius ſibi eſſe, &c. intelligitur enim ius ſibi ex ſeruitute fundo ſuo debita eſſe[t]. ex † natu- 19 ra enim rei, & vt

B cõſeruetur libellus, ſit hæc interpretatio[u], cùm reus hac in re probabilem incertitudinẽ non habeat: quòd ſi probabiliter dubitaret, tunc, eo opponente libellus non conſeruaretur: quod in generali alternatiuo conditionali receptum eſt[x]: libellus enim porrigitur, vt certus reddatur reus, cedat, an contendat[y]. Vnde ſi, reo opponente, actor intentionem ſuam non declaret, vitiabitur[z]. Sicque defendi poſſunt quædam decisiones, quibus probatur libellum impropriè C conceptum infirmari, non autem ſuſtineri[a].

s d. l. qui aliena. in fin. de neg. geſt. Bar. l. j. de acq. poſ.

t Paul. d. l. ij. ſi ſer. uend. Bart. hic 6. oppoſ.

u l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. de iureiur. ubi Iaſ.

x l. ubi autẽ. §. q illud. de uerb. oblig. ubi Alex.

y l. j. de eden.

z Alex. Bart. l. rei. de uerb. ſig. l. de quib. in fi. de legib.

a IDEMQVE E CONTRARIO [a]. ¶ Lo-

16 quitur † hic verſiculus de eo, qui proponit actionem negatoriã aduerſus reum, qui in quaſi poſſeſsione ſeruitutis erat: cùm enim infrà in fine dicatur, reum non defendentem amittere poſſeſsionem, ſequitur, quòd apud eum eſſet, & conſequeretur negatoria agens non poſſideret: ſicq; Bar. & cæteri intellexere, quos ego ſuprà ſequutus non ſum: lex enim ſimpliciter loquitur, & in fine non dicitur, reum poſſeſsione priuari, ſed actoris partis ſuſtinere, & probare debere: atqui etiam ſi poſſideret, nihilominùs probandi onus illi incumbet, cùm quaſi poſſeſsio in ſeruitutibus non releuet à probandi onere, vt infrà videbimus. Alex.[g] reum ex quaſi poſſeſsione ſeruitutis præſumi dominum fundi ait, niſi fuerit cõtumax: tunc enim & id ipſum probandum eſſe, eatenuſque, quia non defendit, grauari: ſed ſatius eſt generaliter verba hæc accipere, ſiue actor poſſideret, ſiue reus, vt cùm lex non diſtinguit, nec nos diſtinguamus. Sed cùm hîc affirmatiuè egerit ius ſibi eſſe altiùs tollere, quomodo dicemus eum negatoriam intendiſſe[h]? Reſpondeo,

17 ius † ſemper nos ex perſona actoris metiri[i], ab eoque actionem denominari. Cùm ergo actor in negatoria ſemper concludat, ſeruitutem nõ deberi, ſicut contrà in confeſſoria ſeruitutem deberi[k], ab huiuſmodi concluſione nomen ſumpſerunt ſuprà ſcriptæ actiones. Nec deinde refert, quemadmodum concepta ſint verba[l]: cùm ſemper eadem concluſio aut expreſsè, aut tacitè

18 reſultet[m]: non † enim tam ad ſonum verborum, quàm ad effectum reſpicimus[n], & quælibet affirmatiua clauſula poteſt eodem ſenſu etiã verbis negatiuis concipi, & vice verſa. Idemque eſt, ſiue quis dicat ædes liberas, ſiue ſeruitutem non debere[o]. Attendendum ergo ad concluſionem fuit, quæ effectum reſpiciat: nam & aliàs ſemper in libellis ad concluſionem reſpicimus[p]. Vnde & ſufficit, ſi libellus à medio concludendi incipiat, putà quia tibi mutuaui, peto, &c.[q]. maior enim propoſitio neceſſariò exprimenda non eſt, cùm ſemper ſubaudiatur[r]. Et licet hac in re multa ſcripſerit Bar. tamẽ à me omittuntur, ceu ſuperflua & inutilia: nec vtilitas, quam hîc Iaſon ex ſtatuto Florentino adducit, multùm ad rem facit: cùm ipſe in eo diſputet, quomodo diſcernamus, negatoria, an confeſſoria intendatur:

g Alex. hic.
h Bar. v. opp. hic.
i l. j. §. l. ſi pars hæred.
k l. ij. ſi ſer. uẽd.
l l. uti, frui. ij. reſponſ. ſi uſuſ. pet.
m gl. l. fi. in fi. de doli excep.
n Bar. l. inter ſtip. in fi. princ. de uerb. oblig. Bald. l. nec codicillos. C. de codicil.
o gl. iij. q. 6. hoc quippe. c. ex parte B. de for. compe. l. ſi uoluntate. C. de reſc. uendit.
p Alex. conſ. 117. ij. & xcij. j.
q Bald. l. ij. C. ut lit. pend. Bar. l. certi condictio. in princ. ſi cert. pet.
r Bar. l. j. ſi cert. pet.

b EAQVE RATIONE [b]. ¶ Intelligunt Doctores communiter hunc verſiculum, vt ad vtrũque caſum ſuprà poſitum referatur, velitque vtroque caſu propter contumaciam amitti poſſeſsionem: qua de re ſuprà diſputaui. Adnotan-

20 da † ergo hîc eſt pœna contumaciæ, vt de reo actor efficiatur, & ad cautionem compellatur. Addit Iaſon, ex cauſa quandoque perpetuum ſilentium contumaci indici[b]: qua in re ego po-

D tiùs regulam in contrariũ conſtituerem, vt propter contumaciam quis in tota cauſa puniri non debeat[c]: quod & alibi Accurſius tradit[d]: à

21 † qua concluſione excipiuntur ſex caſus. Primus, cùm contumax ſpontè ipſe pœnam totius litis promiſerit[e]. Secundus, cùm non perpetuò priuatur, ſed ad tempus, vt quia iudex durante ſuo officio indicit ei ſilentium[f]: quod in dubio eſt interpretandum, cùm ſimpliciter dicit, ſe ei denegare audientiam. Vnde vbi ipſe

E magiſtratu functus erit[g], poterit à ſucceſſore audiri. Tertius, cùm lex calumniam præſumit[h], vt quia quis intra tempus à iudice ſibi ſtatutum non egit[i]. Quartus, cùm quis etiam in præſentia iudicis contumax fuit: aggrauatur enim hoc facto delictum[k], tametſi & de tali caſu non poſſit dici in tota cauſa puniri: quamuis enim in ſolidum à iudice condemnetur, habet tamen bona tanquam hæres. Quintus, quan-

F do quis eſt contumax, & præterea ex actis conſtat iudici eum fouere malam cauſam: tunc enim poſt tres monitiones eum in totum condemnabit[l]. Sextus eſt: quandoque per indirectum contumax perdit totum, vt in caſu legis noſtræ. Cùm enim partes actoris ſuſtineat, ſi probare non poterit, ſuccumbet[m]. Idem in caſibus, quibus pro confeſſo habetur, quos alibi Alexand. adnotat[n].

Oppo. I.

22 Sed † an, quod hîc dicitur de contumace, habeat locum in negante mendacij conuicto? & Bartol. hîc cenſet, reum poſſeſsione priuari etiam propter negationem[a]: quod intelligendum, ſi certa ſcientia negauerit. tunc enim dolus præſumitur[b], debetque hoc in proceſſu allegari: aliàs tali pœnæ locus non eſſet. quod Alex. ex facto reſpondit[c]: qua de re alibi.

a Bald. l. qui uſuſf. pet. l. doce. C. de rei uend. l. ſi non etiam. §. j. de hæred. inſt. l. ij. de cõd. inſt. l. cũ hæreditas. C. de poſ. Alex. d. §. nihil commune.

b gl. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ſed & ſi dũ decreto. ex quib. cau. maior.
c l. properan. §. ſin autem reus. C. de iudic.
d gl. l. j. §. hoc iudicium. ſi quis ius dic.
e l. cũ quærebatur. iud. ſol.
f d. §. ſed & ſi dum decreto. ubi Bald.
g l. fin. de pœn.
h l. ij. §. quod ſi actor. C. de iur. calum.
i l. diffamari C. de ing. man. Bar. l. ij. C. de edend. l. ſi contẽdat. de fideiuſſ.

K l. de ætate. §. qui tacuit. de inter. act. c. ij. de teſtib. l l. C. quo & quando iud. m d. l. conſentaneum. in fi. l. cũ de princ. de probat. n d. l. contumacia. in princ.

l. conſentaneum. indebito. in



a d. l. cũ de indebito. §. j. l. fi. de rei uend.
b c. uaſallus. j. ubi Bald. ſi de feud. defun. cõ. fue. int. dom. & agn.

II. opp.

23 Sed † videndum hîc eſt, qui in iiſce ſeruitutibus actoris partes ſuſtinet, quid probare debeat? & conſtat, haſce actiones non, niſi dominis, competere[d]: probandum ergo dominiũ. Sufficit autem, ſi vel prçſumptiuè probetur. cùm enim incidenter deducatur, ex ſola poſſeſsione præſumitur[e]. Vnde conſequens eſt, vt ſi ego ad fundum Sempronianum iuerim per fundum tuum iure ſeruitutis, præſumat dominus ipſius Semproniani. nec enim potui iure ſeruitutis ire, niſi fundum ipſum dominantem poſſiderem, quæ poſſeſsio arguit dominium, aduerſus ſcilicet dominum fundi ſeruiẽtis: aduerſus verò tertium aliud eſſet[f]: & ita Bar. hîc ſentit. Quid ergo de dominio fundi ſeruientis cenſebimus? & ſi egero confeſſoria, probaueroque conſtitutam à te mihi ſeruitutem in fundo Seiano, præſumeris tu ipſius Seiani dominus fuiſſe, nec audiéris, ſi te negares dominum: turpitudinem enim tuã allegares[g]: meritò ergo ex tali quaſi poſſeſsione præſumeris dominus, nec erit mihi opus alia probatione, quod Accurſ. tradit[h]: ſed ſufficiet ſola allegatio, cùm qui præſuppoſitioni innititur, eam ſaltem allegare debeat[i]. Nec me mouet Bartoli auctoritas, qui hîc cenſuit, mihi hoc oneris incumbere, vt probem conſtituentẽ fuiſſe fundi ſeruientis dominum: quia hoc defendi poteſt, cùm lis aduerſus tertium inſtruitur, non

24 cùm aduerſus eum, qui ipſe conſtituit. Sed † an quaſi poſſeſsio ſeruitutis poſſidentem ab onere probandi releuet? & Accurſ. hîc negat[k], quem & cæteri ſequuntur: cùm enim quælibet res prçſumitur libera[l], habet poſſidens aduerſus ſe præſumptionem iuris, quæ videtur efficacior ea præſumptione, quæ ex poſſeſsione oritur[m]. Fulg. tamen & Comenſis contrariæ ſententiæ adſertores ſunt[n], quam & ipſe Tract. Præſumptionum, j. regula, ij. partis ſum ſecutus: videtur enim verbis legum magis conuenire. Videamus, ne hæc ſecunda opinio verior ſit. Et in primis illud conſtat, pro communi ſententia legem nullam adduci, quæ eam probet: lex enim noſtra, quam ipſi adducunt, pro diuerſa vrget, cùm in principio ſatis oſtendat reum contumacem in confeſſoria, ſi reuertatur, & velit rem liberam dicere, debere neceſſariò probare, ius ſibi & altiùs tollendi: ergo ex ſola poſſeſsione, & quidem per contumaciam tranſlata, fundata erat domini intentio: quod & Bart. hîc ſentit[o]. Rurſus conſtat, rationem pro communi adductam admodum fragilem eſſe: aiunt ipſi, præſumptionem, quòd quælibet res præſumatur libera, fortiorem eam eſſe, quæ ex poſſeſsione oritur: atqui id videtur falſum, cùm præſumptio ex poſſeſsione oriens ſit magis ſpecialis[p]: ergo debet vincere aliam, quæ generalis eſt, & cùm alia præſumat rem liberam tam reſpectu dominij, quàm poſſeſsionis, & appareat iam reſpectu poſſeſsionis corrigi, credendum eſt, etiam reſpectu dominij limitatam eſſe[q]: nam & ſuprà ſcripta regula tempus præteritum reſpicit: quia facit, vt ab origine res videatur fuiſſe libera: at coniectura poſſeſsionis ex re prçſenti ſumitur:

c Alex. 35. in 5.
d l. ij. ſi ſer. uend.
e l. quidam in ſuo. de cond. & inſt. ubi Doct.
f arg. l. ſi quis diuturno. §. fi. ſi ſer. uend. Bal. l. cũ res. C. de probat.
g Bar. l. cũ res. C. de prob. in fi. no. in l. j. uerb. cũ à domino. de Publicia. ubi Ang. Alex. con. xcij. j.
h gl. l. ſcienti. §. ſed ſi quæratur. ſi ſer. uend.
i l. ſi adult. §. idem Pollioni. de adult.
k gl. d. §. ſi quæratur. Paul. rub. de ſer. tit. generali.
l l. altiùs. de ſer. & aqua. C.
m l. diuus. de integ. reſt.
n l. & ſi fortè. §. j. d. §. commodum. l. ab ea parte. in fi. de prob. c. ſi iudex. de ſent. excom. in 6.
o Bar. ſ. in prin. partis ij.
p l. cũ de indebito uerſ. ſin autem is. de prob. ubi Bar.
q l. cũ. de indebito. uerſ. ſin autem pro parte. l. alteri. de adim. leg.



L. 15. Si priùs quàm.

vnde efficacior eſſe debet[r]. Adde, quòd † plures 25 præſumptiones vnam excludunt: pro † poſſeſſo- 26 re verò plures ſunt. Prima oriens ex poſſeſsione[s]. Secunda ex tacito conſenſu aduerſarij[t]: cùm quaſi poſſeſsio non potuerit abſque eius patientia induci[u]. Tertia, quod non eſt credibile, reum paſſurum ſibi imponi ſeruitutem, niſi iure impoſita eſſet: quia nemo præſumitur iactare ſuum[x]. Quarta, quia pro bonitate cuiuſque

A præſumendum eſt, nec credendum, quenquam poſſidere, quod de iure non habeat[y]. Quinta, quia cauſa naturalis eſt pro dicta regula, cauſa verò accidens & impoſititia pro ſeruitute: quæ cauſæ cùm ſimul pugnent, fortior eſt accidentali[z]. Sexta, quia pro poſſeſsione eſt regula, vt in corporalibus poſſeſsio faciat præſumi dominium[a], argumentamurque regulariter ex corporalibus ad incorporabilia[b]: at ea, quæ ſecundum regulas iuris procedunt, fortiora ſunt ex-

B traordinariis commentitiiſque rationibus[c]. Hincque apparet, haudquaquam firma ratione inniti communem ſententiam. Putarim tamen diſtinguendum, vt diſcernamus, qualis ſit hæc quaſi poſſeſsio: aut enim ſimpliciter & nuda prohibitione, vel interpellatione eſt acquiſita[d]. & tunc puto communem ſententiam veram eſſe: cùm enim eã adeptus ſim, quia affirmaui ſeruitutem mihi deberi[e], debeo probare cauſam interpellationis, quæ eſt fundamentum intentionis meæ. Aut † verò acceſsit tanta aduerſa- I. rij patientia, quæ ſufficiat interdicto poſſeſſorio 27 obtinendo, putà triginta diebus paſſus eſt me ire, agere[f], vel permiſit me in ſuo fixum aliquo tempore habere[g], vel fructus percipere[h]: & tunc putarem ex poſſeſsione præſumi ius ſeruitutis: aliàs interdicta poſſeſſoria parum nos adiuuarent: quod Placentinus ſenſit[i], quicquid hac in re Bartolus quoque diſſenſerit[k]: nec iis agentes cautionem vllam petere poſſumus[l].

D II. Addit Iaſon, & † tunc ex poſſeſsione ius prçſumi[m], onuſque probandi transferri, cùm poſſeſ- 28 ſio ob contumaciam translata eſt, ſicque legem noſtram interpretatur. cuius opinionis illa eſt ratio, quòd contumax pro confeſſo habetur in maius ſui damnum[n]. Perinde ergo erit, ac ſi reus confeſſus eſſet, actori ius ſeruitutis competere. Sed hæc ego haud facilè probauerim, cùm poſſeſsio propter contumaciam trãslata ſoleat eſſe debilior[o], & contumax regulariter non habe-

E tur pro confeſſo in maius ſui prçiudicium[p], ſiue de cauſa ciuili agatur, ſiue de criminali[q], ſiue allegeretur reũ citatũ non veniſſe[r], ſiue libello nõ reſpõdiſſe[ſ], ſiue interrogationes neglexiſſe, niſi tamẽ iuſſus fuerit in prçſentia & antè quàm recedat, reſpondere[t]: quo caſu adhuc omnino nõ puniretur, cùm rem habeat, vt ſuprà dixi. Meritò ergo Alexander ex facto reſpõdit[u], vt † contumax 29 pro confeſſo habeatur, quinq; eſſe neceſſaria, q lis ſit conteſtata, quòd iudex ipſe, non per nun-

F tium, iuſsiſſet, q prçſens iuſsioni reus fuiſſet, q abſq; probabili cauſa reſpondere detrectaſſet, q interlocutus iudex eſſet eum pro confeſſo ſe habere[x]. Quòd ſi abſens reus ſit, tunc tranſmittendam interrogationis copiã adiecta cõminatione, ſe, niſi reſponderet, p confeſſo eum habiturũ. Et hçc quidem in ſeruitutibus in rem, locũ habẽt. III. Quid ergo in ſeruitute & libertate perſonarum? & fatentur omnes, aliud eſſe, & in iis pro poſſeſſore prçſumi, onuſque probationis ad aduerſarium pertinere[y]: & ratio differentiç ea eſt:

r l. moueor. C. ſi ſer. expor. uo. l. ex perſona. C. de probat.
s l fi. C. de rei uendic.
t c. is. qui tacet. de reg. iur. in 6.
u d. l. quotiens. de ſeruit.
x d. l. cũ inde bito.
y c. ſi. de præſump. l. merito. pro ſoc.
z l. j. §. beſtias. de poſtul. Bart. l. qui habet de tutel. ſ.
a d. l. ſi uti, frui. §. j. ſi uſuſtr. pet.
b §. æquè Inſt. de actio. d. l. quoties. ij.
c l. eius militis. §. j. de teſt mil. gl. omnis. de reg. iur.
d Bar hic. uerſ. reſtat.
e l. qui luminib. de ſer. urb. prçd.
f l. j. §. ij. de itin. actuq; priua.
g d. l. & ſi forte. §. j.
h. d. l. uti. frui. §. quòd ſi forte.
i gl. l. cùm res. de prob.
k d. l. j. §. ij. uerſ. ulteriùs quæro.
l l. pen. de aq. quot.
m Iaſ. ij. opp. Bald. auth. ei, qui char. pen. uerſ. conſidera. C. de bõ. auctor. iud. poſ.
n l. de ætate. §. qui tacuit. de interrog. act.
o l. ſi quis emptionis. §. pe. d. l. iij. §. fi. de acq. poſſeſ. ubi not.
p l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudic.
q Bart. l. ſepulchri. ſ. de ſepulc. uiol.
r Bal. in Spec. tit. de poſ. §. j. uerſ. gl. dicit.
s Bal. d. c. uaſallus. in fin.
t d. §. qui tacuit. ubi Bart.
u Alex. cõſ. 188. in ij.
x Bar. l. eius, q de iur. fil. c. ij. de confeſſ. lib. 6.
y l. liberis. in fi. de lib. cauſ. l. uis eius. C. de proba.

quia contradicens ſeruituti rei, habet præſum-
ptionem ex rei origine neceſſariam: quia quæli-
bet res à principio eſt libera: meritò contraria
poſſeſsionis præſumptione non excluditur: at,
qui contradicit ſeruituti perſonæ, non habet
hanc præſumptionem, cùm potuerit ſeruus na-
ſci: ſicut & qui contradicit ei, qui ſe libertinæ
conditionis adſerit[a]. non enim neceſſariò na-
tus eſt ingenuus, cùm potuerit & ipſe naſci ſer-
I. uus. Sed hæc videntur mihi ſatis ambigua. Nã
30 & falſum videtur, originem † rei neceſſariò pro
libertate ædium eſſe, cùm futuro ædificio ſer-
I.I uitus imponi pòſsit[b]. Et conſtat, nemi-
nem naſci clericum[c], & tamen eius conditionis
quaſi poſſeſsio, quamuis origini repugnet, non
minus transfert onus probandi in aduerſarium,
quàm conditionis ingenuæ, quæ neceſſariò non
repugnat[d]: & cùm hæc paria eſſe lex pontificia
dicat, ſatis indicat haudquaquam attendendum
III. & hanc originis neceſsitatem. Nam & alibi
videmus, quantum ſit ad modum probandi li-
bertatem, æquiparari filium, & ſeruum[e], & ta-
men filius legitimus omnino in poteſtate naſci
debuit[f], ſeruus potuit extra aduerſarij poteſta-
IIII. tem, cùm naſceretur, eſſe. Sic & dicimus de fi-
lio, qui in quaſi poſſeſsione emancipationis ſit,
præſumetur emancipatus, probationiſque con-
trarię onus in negantem transfertur[g], tametſi
hæc allegatio origini repugnet. nec enim poteſt
quis naſci emancipatus. Putarim communem
quidem ſententiam veram eſſe, ſed ſecundum
ſuprà dicta diſtinguendum, vt quaſi poſſeſsio
(cum non repugnet origini) omnino probatio-
nem in aduerſarium transferat: quia faciliùs bo-
na fide poſsidentis præſumitur, adeò vt alia ti-
31 tuli probatio neceſſaria non ſit. Si † verò repu-
gnat, tum demum transferat, ſi non vi, non clàm,
aut præcariò acquiſitam appareat, vel ſi titulus
probetur, conſtetque bona fide inductam poſ-
ſeſsionem[h], vel aliàs longi temporis poſſeſsio
ſit, quanta ſcilicet ciuilis à domino amittitur[i].
Hinc eſt, quòd qui per decennium in quaſi poſ-
ſeſsione emancipationis vixit, præſumitur e-
mancipatus[k]: quod Iaſ. hîc tradit. Sunt tamẽ
& aliqui caſus, quibus hæc neceſſaria non ſunt.
Primus, cùm fauor religionis, & mutatio volun-
tatis ad pœnitentiam hoc ſuadent, vt cùm quis
fugitiuus ingreſſus eſt monaſterium[l]: incum-
32 ber † enim domino onus probandi. Idem, cùm
fauor publicus hoc ſuadet, & de valore actus re-
ſpectu tertij agitur[m], nullumque priuilegium
ſpeciale allegatur. Secundus, cùm id agitur, vt
quis excuſetur à pœna: quod hîc Alexan. ſentit,
vt ſi quis percutiat clericum habitu ſeculari in-
cedentem[n], vel cùm beneficiarius cliens domi-
nium perſonarum iniuria afficit[o], vel cùm ci-
uis officialiter inſectatus eſt abſque faſcibus &
magiſtratus inſignibus iter facientem[p]: quæli-
bet enim cauſa excuſat à pœna[q]. Tertius, cùm
qualitas originis lapſu temporis mutabilis eſ-
ſet, vt in ætate[r], in moribus[s]: ex lapſu enim tẽ-
poris plerunque homines inclinant ad malum[t]:
quod Ang. & Alexan. hîc docent. Hinc eſt, quòd
regula iuris eum, qui ſemel fuit malus, præſu-
mit ſemper malum, quamuis à principio nemo
I. malus naſcatur. Quod intelligendum in eo-
33 dem genere mali[u]: in † diuerſo enim non adeò
eſt vrgens præſumptio, tametſi ſit aliqua conie-
II. ctura propter connexitatem, qua cathenantur
ſimul apud ſceleſtos delicta[x]. Item intelli-

a d.l. circa. de prob. ȝ.
b l ſi ſeruitus. §. futuro. de ſer. urb. præd. gl. c. ad diſſoluendũ de deſpon. impub.
c c. uel non eſt. de temp. ordin.
d c. ſi iudex. circa med de ſent. excõ. lib. 6.
e l. ſi filius. de probat.
f l iubemus. de eman. lib. C.
g l. ab ea parte. de probat.
h l. eam. quæ. ubi Bal. C. de lib. cauſ. d. l. uiſeius.
i gl. l. j. gl. magna, in fi. C. de ſer. fug.
K l. j. C. de pat. pot. Bal. l poſt mortẽ. de adop.
l §. hinc autem nobis. in auth. de mona. ubi Ang.
m l. j. de teſta. l. ij C. de ſenten,
n gl. l. ſi qua per calumniam. C. de epiſc. & cler.
o Bal. c. j. quib. feud. Alex. con. cxiiij. j.
p Alberic. q. 43. j. parte ſtatut. Rom. conſ. cccxxxiij.
q gl. l. j. in fi. de abig. Alex. cxix. ij. opp. Bart.
r l. cùm te. C de probat.
s c. ſemel malus. de reg. iur. in vj.
t xij. q. j. omnis ætas.
u l. ſi cui. §. j. de accuſ. l. non omnes. §. à barbaris. de re mil.
x c. ſi gens. l. vj. diſtin.

gendum, niſi conſtaret de manifeſta pœniten-
tia[y], vel data occaſione ſimilis criminis eum
ceſſaſſe: quod Iac. Bel. quadam diſputatione tra-
didit[z]. Vel de crimine ageretur, quod ætate III.
mutari ſolet. nec enim qui iuuenis nequam, &
libidinoſus fuit, idem & in ſenectute facturus
præſumetur[a]. In criminibus quoque occul- IIII.
tis ſemper humanior fit interpretatio, vt non
præſumatur, ceu canis, ad vomitum reuerti, ſed
A potiùs pœnitere commiſsi facinoris[b]: quod i-
dem Iacobus tradit. Sed an hæc præſumptio
plenè probabit in delinquentis odium? & Bart. V.
hîc ſentit, probationi ſufficere, adeò vt qui ſe-
mel malus fuit, in futurum quoque malus præ-
ſumatur, onuſque probandi ei incumbat, qui bo
num affirmare velit. Sed hæc ſententia commu-
niter reiecta eſt: talis enim præſumptio reſpectu
futuri non probationem, ſed coniecturam indi-
ciumque quoddam duntaxat inducit: quod Ia-
B cobus ſuprà ſcripta diſputatione cenſuit[c], quem
& aliqui ſunt ſecuti: vnde ſi in rixa aliquis fue-
rit vulneratus, poterit iudex quæſtionem à ſu-
ſpectiſsimo incipere, eumque torquere, qui a-
liàs ſimilis delictum commiſerit: condemnare
verò ob tale iudicium non poterit: quod Salic.
Hippolytuſque tradiderunt[d]. Cæterùm & VI.
illud non omittendum eſt, quod ſuprà conclu-
ſum eſt, ex † quaſi poſſeſsione alicuius iuris trãſ- 34
ferri onus probandi, intelligendum hoc eſſe, e-
C tiam ſi tali de iure ageretur, quod abſente ſpe-
ciali priuilegio obtineri non poſſet: adhuc e-
nim transferretur, cùm de modico præiudicio
ageretur, vt quia circa præparatoria iudicij liti-
garemus[e]. quòd ſi magni referret, ſecùs eſſet.
Vnde tali caſu exiſtens in quaſi poſſeſsione cle-
ricali, non præſumeretur clericus: imo poſſeſsio
etiam longiſsima nihil conferret, cùm neceſſa-
rius ſit titulus[f]: cuius rei exemplum & in iure
decimandi accipi poteſt[g]. Itemque in iure ex-
D emptionis, quo quis ſe ab ordinario ſubtra-
hit[h]. Sic ſpurius, qui ſe pro legitimato longo
tempore geſsit, nõ præſumetur natalibus reſti
tutus, niſi principis indulgentia exhibeat[i]. Sic
qui in quaſi poſſeſsione tabellionatus diu fuit,
non transfert in aduerſarium probandi onus: ſic
& qui ſe comitem palatinum affirmat, quod A-
lexander ex facto reſpondit[k]. nec enim hæc
abſque priuilegio inducuntur. illud ergo eſt ex-
hibendum. Quid † ergo ſi allegaretur poſſeſsio 35
E ante hominum memoriam? & conſtat eam vim
priuilegij habere[l]: quod aliqui intelligunt, e-
tiam ſi de re ſpirituali agatur[m], putà de deci-
mis, quas ſeculares poſsidere non poſſunt[n]: quæ
ſententia vera eſt, licet aliqui cõtrà[o]. Sed † quid, 36
ſi allegaretur amiſsio priuilegij? & adhuc puta-
rim ex quaſi poſſeſsione, accedentibus aliqui-
bus coniecturis, onus probandi in negantem
transferri, talique caſu defendi Accurſij ſenten-
tiam[p]. Vnde cùm ius decimandi etiam per ſe-
F cularem longiſsimo tempore, & ſupra omnem
memoriam poſſeſſum eſſet, iſque allegaret titu-
lum ante Lateranenſe concilium acquiſitum[q],
verùm inſtrumenta propter bellicas calamita-
tes amiſſa[r]: vidi ab ampliſsimo ordine in Gal-
lia iudicari defendendum eſſe ſecularem[s].
quod apud nos maximè obſeruandum eſſet,
qui continuis bellis conflictamur, ſæpiſsime-
que rerum noſtrarum documenta amittimus.
ideoque valerent ſtatuta, quæ tali caſu laicos
adiuuarent[t].

y d. §. hinc autem nobis.
z Alber. l. omnimodo. C. de inoff. teſta.
a Bar. l. Caſsius. de ſenator. Feli. c. cùm in iure. de off. deleg.
b vj. q. j. ſi omnia. & de ſortileg. c. ex tuarũ.
c Alber. d. l. omnimodo. Luc. l. quemadmodũ. C. de agr. & cẽſ. Pet. de Anch. in reg. ſemel malus. Salic. l. fi. de prob.
d Hippol. l. j. in princ. de quæſt.
e d. c. ſi iudex. Bal. l non ignorat. C. qui accuſ. Alex. conſ. 8. & lxxix.
f c. cùm adeò. de reſcript. c. j. & ij. de cleric. peregri.
g c. ad decimas. de reſt. ſpol. in 6.
h c. cùm perſonæ. de priuil. in 6.
i Barb. cõſ. 27. j.
k Alexan. con. 138. uidetur in j.
l l. iij. §. ductus. ȷ. de aqua q̃t. c. ſup. §. præterea. de uerb. ſig.
m c. j. de præſc. in 6.
n Alex. conſ. 6. j. Bar. conſ 35. ij. Bal. Tract. præſcrip. v. par.
o Abb. c. cum apoſtolica. de iis, quæ fi. à prælat.
p gl. l. ſolennis. C. de fid. inſtru. ubi Iac. But.
q l. prohibemus. extrà. de decim.
r Bar. l. ſi quis ex arg. §. fi. de eden.
s Doct. d. c. ad apoſtolicæ: ubi Bal. Imol. Butr. Io. Frãc. Balbus d. Tract. præſcr.
t Bal. con. 180. j.

PETI-



L. 15. Si priùs quàm.

a PETITORIS PARTES SVSTINERE a.
¶ Explicat hanc materiã Bartolus hîc duodecim
quæſtionibus: quibus veſtigiis & nos inſiſtentes
I. queſt. in primis quęremus, Quid, ſi † actor in quaſi poſ-
37 ſeſsione ſeruitutis quidem erat, verùm poterat
aliquo interdicto à
reo turbari, & à qua
ſi poſſeſsione ſua

id enim eſt petitoris partes ſuſtinere a.

ſummoueri, an reus contumax, qui ſecundũ for-
mam hui⁹ legis cauit, reuerſus poſsit interdictũ
illud intentare? & cõcludit Bartolus, ſicut ſi reus
poſsidet, nec ante annum reuerteretur, perderet
poſſeſsionem, ita & hoc caſu actionem ad poſſeſ
ſionem perdit[a]: ſicq; contumacia in iudicio pe-
titorio nocet etiã poſſeſſorij reſpectu, quamuis
adhuc nondum in iudicium deducti. Sed in con-
trarium obſtat regula[b]. videtur enim vniuerſali-
ter totum iudicium reſpicere[c]: regulariter tamẽ
cõtumacia in vno, nõ nocet in alio[d]: ſic nec mo-
ra, nec pactum ad aliã rem trahitur: quod hîc Bar
tolus tradit, & Iaſon non ſat pertinenter ad quaſ
I. dam quæſtiones infert. Quod non procedit ſu
II. prà ſcripto caſu. Rurſus non procedit reſpectu
III. pœnæ temporalis[e]. Item non procedit in fo-
ro animæ: quia cùm contumacia ſit delictum[f],
qui in vno delinquit, eſt omnium reus[g]: quod po
teſt iure defendi, cùm quis faciendo delinquit.
IIII. Rurſus non procedit in indiuiduis, in quibus
delinquens in parte, cadit à toto[h]. Si verò omittẽ
do peccatũ ſit, aliud videtur. Vnde notarius q in
falſi crimẽ omittẽdo aliqã ſolẽnitatẽ incidit, nõ
cẽſetur in omnibus falſus eſſe, ſed reſpectu alio-
rum capitulorũ valebit inſtrumentũ: quod Bald.
cẽſuit[i]. q intelligo, etiam ſi in foro conſcientiæ
II. quæſt. agatur. Rurſus † quæritur, quibus remediis vta
38 tur iudex aduerſus reum contumacẽ, qui negat
cauere? & tria remedia competere Bartolus ait.
Primum, vt pignoribus captis, vel mulcta indicta
compellat[k]. Alterum, vt vice cautionis actorẽ in
poſſeſsionem mittat[l], vel decernat perinde ha-
beri, ac ſi cautum eſſet[m]. Tertiũ verò eſt, vt actio-
nem in factum ad id quod propter contumaciã
rei intereſt, ipſi actori det. Siue enim præceptum
iudicis officio nobili emanauerit[n], ſiuę mercena
rio aduerſus contumacem actio in factum com-
petit[o]. Sed an in litem iurabitur? & traditum eſt
in iis, quę iudicis officio duntaxat præcipiũtur,
in litem aduerſus contumacem non iurari[p]: ſe-
cùs, ſi via actionis præciperentur[q]. ſicque ſe ha-
bet communis ſententia. & ratio differentiæ ea
eſt, quòd qui officio iudicis innititur, non adeo
firmum ius habet, vtpote quod omne imploran
dum à iudice ſit[r]: vnde cùm ſecum à iudice hu-
maniter agatur, non poteſt ipſe reum inhumani
ter tractare, & duro illo remedio compellere. Di
39 xerit † aliquis, ſi ita ſit, deberet ſaltem concedi id
iuramẽtum, cùm officio mercenario actioni de-
ſeruienti agitur[ſ]. Reſpondeo, vtique conceditur,
ſi tale officiũ actioni præpoſitæ terminandæ de-
ſeruiat[t], vt ſi iudex mandet rem reſtitui iure
actionis debitam. at in caſu noſtro cautio iure
actionis nõ debetur, nec per eã litis terminatur,
ſed inſtãtiam duntaxat[u]. Sed quid, ſi de re agatur
in qua & actio in factum, & officium iudicis pro-
ditum ſit, & tunc attenditur, quod eſt potentius,
& iurabitur in litem, etiam ſi officio iudicis aga-
tur[x]. Hinc contra Alexandrum eſt, quod licet of
ficio iudicis res vendicata reſtitui iuſſa ſit, iura-
tur tamen in litem[y]. quoniam licet executio-
nes omnes officio iudicis nobili fiunt, mixtique

a l. qui actionẽ. de reg. iur.
b arg. l. ſi ſeruus. ȷ. ui bo. rap.
c gl. c. ij. uerb. non teneris. de dolo, & cont. lib. vj.
d l. ſtatuliberos. §. Stichus. de ſtatuliber. Bart. Iaſ. j opp. partis ij.
e gl. d. l ſed & ſi per prætorem. Alex. l. j. §. in operis. ȝ. eo.
f l. omne. de re mil c. duo. xcvj. diſt.
g c. defleat. de reg. iur. in anti.
h l. cùm eiuſdẽ. de Aedil. edict. ubi Bald. l. quidam. in fin. ubi Raph. de dona.
i Bald. l. iubemus. in fi. C. de teſta. dixi l. ſi ex falſis. C. de trãſact.
k Inſtit. §. pe. de ſat. tut. l. j. ſi qs ius dic.
l l. poſtquam. uer. poſſeſsio. ut leg. no. ca. l. ſi finita. §. ſi qs damni. ȷ. tit. j.
m l. ſi finita. §. eleganter. ubi not. ȷ. tit. j.
n l. ſi quis ex. §. ex hoc edicto. de edend.
o l. j. ne uis fiat ei in princip. & §. hæc uerba.
p d. §. ex hoc edicto.
q gl. l. harum. ſi ſer. uind. l. pe. §. j. ne quis eum, qui.
r Bartol. l. j. de iur. omn. iud.
s d. l. j. §. hæc uerba. cum gl.
t Bartol. l. in actionibus. de in lit. iur. l. 4. §. ſed & ſi quis. ſi reg.
u ȝ. vi. opp. partis iij. per Bar.
x d. l. harum. in ſin.
y l. qui reſtituere. de rei uend. l. licet. de pet. hęr.

ſunt imperij[z], (quod Alexander tradit, & rece-
ptiſsimum, veriſsimumque eſt, quicquid Areti-
nus[a], Iaſonque quandoque commenti ſint (ita
etiam poſſunt per actionem in factum explicari,
cùm ex re iudicata etiam ſic actio in factum com
perat[b]. Item quæ- III. queſt.
ritur, an † cautio 40
hec cum fideiuſſo-
re præſtanda ſit, & cùm cõſtet non eſſe prætoriã,
A ſed iudicialem, conſequens eſt, vt minimè neceſ-
ſarius ſit fideiuſſor[c]: hoc enim diſtant iudicia-
les à prætoriis[d]. Sed an debeat fieri cum hypo-
theca bonorum? & Bartolus hîc debere cẽſuit[e],
quem & Iaſon ſequitur: quæ ſententia certior eſ-
ſet, quando loco fideiuſſoriæ cautionis dãdę lex
ſimpliciter cautionem requirit: tunc enim ſaltẽ
hypotheca præſtanda eſt[f]: quod Imola & Ale-
xander hîc tradunt. Ego in ſuprà ſcripta quęſtio-
ne haudquaquam adiiciendam hypothecam ar-
B bitror. non enim hæc cautio ideo interponitur,
vt actor ſit magis ſecurus, ſed duntaxat loco pa-
tientiæ ſuccedit, per quam quaſi poſſeſsio in ſer-
uitutibus acquiritur[g], habetque vim traditio-
nis. Sicut ergo in traditione rerum corporalium
non tenetur quis, vt bona ſua obliget, ita nec in
quaſi traditione incorporaliũ: quicquid ſit aliis
in caſibus, quos alibi Doctores attingũt[h]. Rur- IIII. quæſt.
ſus † hæſitatur, qualiter in materia legis noſtrę ſe- 41
C cundum decretum interponatur? receptiſsima
eſt ſententia, in actionibus quibuſcunque, ſiue in
perſonam, ſiue in rem, perueniri ad ſecundũ de-
cretum poſſe[i]. Bartolus cenſet lapſo anno ſta-
tuendum à iudice certum tempus, intra quod de
proprietate reus agat: aliàs ampliùs non audia-
tur. Sed hanc ſententiam ego vix probare au-
ſim. cùm enim reus nihil habeat ædificatum in I.
actoris damnum, nec eum turbet, iniquũ eſt, ex-
cludi eum à iure ſuo, vel ad agendum cogi[k]. Ad- II.
de, quòd ad ſecundum decretum nunquam per-
D uenitur, niſi aduerſus eum, qui dolo malo latita-
uerit[l]: at in caſu legis noſtræ fatetur Bartolus la-
titationem rei nullam fuiſſe[m]. Nam & quod III.
ſubdit ante annum non poſſe talem decretũ in-
terponi[n], falſum videtur: non enim compelli-
tur iudex huiuſmodi tempus in ſecundo decre-
to expectare, ſed terminus ſibi prorſus arbitrari-
us eſt: quod receptior habet ſententia[o]. Sed IIII.
& quod ait, lapſo tempore ampliùs non audiri,
dubitabile admodum eſt, quia alibi lex ait, com-
E minationem huiuſmodi à iudice factam nõ ob-
eſſe, niſi iterata fuerit[p]: niſi dicas hoc non proce-
dere, cùm hęc comminatio in vim ſecundi decre
ti ſit. Adiicit Bartol. duos alios caſus, quibus ſe-
cundum decretum interponitur: quos ſuprà at-
tigi. Subiicit † idem, quid, ſi pro ſeruiente ali- V. quæſt.
qua iudicio poſſeſſorio agatur? & dicit, cauendũ 42
eſſe, non, prout hîc dicitur, non ędificaturũ priùs
quàm docuiſſet de iure ſuo, ſed nõ ędificaturum
priùs quàm de poſſeſsione ſua docuiſſet: vt q̃d
F dictũ eſt de iudicio petitorio, extendatur & ad
poſſeſſoriũ, quoties eadẽ ratio ſubeſt[q]. Ego † nõ 43
video, cur lex noſtra intelligi quoq; non poſsit,
cùm interdicto agitur[r]: etenim qui de poſſeſ-
ſione ſua docet, de iure ſuo docet[s]. Secundum
verò decretum interponetur ſtatuendo tempus,
intra quod, niſi de proprietate docuerit, ampliùs

z l. iubere. de iur. omn. iud. l. non ſolùm. de rei uend.
a Alex. §. nihil commune, ubi Aret. & Iaſ. l. naturaliter de acquir. poſſeſ.
b l. intra. de re iudic.
c l. ſancimus. C. de uerb. ſig. & l. uerum. §. uidendũ. ȝ. pro ſocio.
d l. non ſolũ. §. ij. ȝ eo. l. j. §. ſtip. de præt. ſtip.
e l. filio. ut leg. no. l. omnes. §. in hac. ij. de epiſcop. & cler.
f l. multis. ante fi. C de prin. ag. in rebus, lib. xij. §. ſi quis autẽ pro pecuniaria. in auth. de ſanc. epiſc.
g l. quoties. ij. de ſeruit.
h Bal. conſ. 25. j. Rom. conſil. ccccxlj. Alex x. ij. xxxv. iiij. & l. diuortio. §. interdum. ſolut. matrim.
i c. quoniam frequenter. §. in aliis, ubi gl. ut lit. non conteſt. Doct. l. ſi finita. §. Iulianus. ȷ. tit. j.
k d. l. j C. ut nem. inuit. ag.
l d. l. Fulcinius. §. quid autem.
m ȝ x. opp. j. partis.
n d. l. qui emptionis. §. pe. gl. pe. l cùm proponas. C de bon. auct. iud.
o Alex. d. §. Iulianus. Felin. c. conſultationibus. de off. deleg.
p §. ſi quis autẽ. in authen. de eccle. tit. ubi Ang. & Iaſ l. fi. de feri.
q d l pe de aqua q̃t. Doct. l. naturaliter. §. nihil commune. j. not. de acquir. poſ.
r gl. l. iij. §. hoc interdicto. de itinere actuq; priu.
s Innoc c. epiſc. de reb. eccle. nõ ali. Iaſ. d. §. nihil cõmune.

non

VI. quæſt. non audiatur:de qua re ſuprà. Rurſus † quæri-
44 tur,quid, ſi pro vſufructu agatur, qualiter huiuſ-
modi decreta interponantur?& ſi auctor in quaſi
poſſeſsione vſusfructus eſt, quo caſu naturaliter
rem poſsidet a,diſtinguendum eſt ſecundum ſu-
prà dicta, vt ſi propter turbationem paſſus ſit da-
mnũ,vel potiùs(vt ego ſentio)ſi reus latitauerat,
fiat miſsio in omnibus bonis b: aliàs compelle-
tur ad cautionem,&c c. Si verò actor non poſsi-
det,mittetur in poſſeſsionem iuris periti d, & ſic
conſequenter naturalem poſſeſsionem , quam
vſufructuarius habet, cogeturque reus cõtumax
ad cauẽdum, ſecundum legem noſtrã,cùm quaſi
poſſeſsio vſusfructus ex patientia oriatur, quam
cautio inducit e: at ſecundum decretum eodem
modo induceretur, ſicut cùm de dominio in rei
vendicatione agitur. etenim vſusfructus pars do
minij eſt f, in hocque à cæteris ſeruitutibus in rẽ
differt, quòd de eo perinde ac rei portione iudi-
VII. quæſt. camus g. Sed & illud arduæ quæſtionis eſt:
45 quia † cùm de iure merè perſonali agitur,vt quia
aio te filium, ſeruum,clientem meum eſſe, vel è
conuerſo affirmo me à tali iure liberum? & per-
pendendi videntur tres caſus. Primus, cùm tali
iure agitur,& reus latitat, ſeu citatus negligit cõ
parére, tunc iudex ſecũdum auctorem decernet,
huiuſmodiq; decretum, quamuis primum, vim
perfectæ translationis habebit, nec aliud ſecun-
dum expectabitur h: ideòque & à definitiua ſen-
tentia appellari poterit i, quæ tali caſu etiam li-
te non conteſtata ferri poteſt. Nec dubitandum
eſt,quin hoc in libertate hominum procedat,qđ
etiam ad eccleſiarum libertatem non incommo-
dè trahetur. Quid ergo,ſi fauor libertatis ceſſet?
& Bartol. generaliter idem cenſet: qua in re ego
ſubſiſto: apparet enim ſpeciali fauore per ſena-
tuſcõſulta libertatibus fuiſſe ſubuentũ, durum-
que eſt,& aduerſus omnes regulas, vt primo de-
creto quiſquam à iure ſuo excludatur k,idque li-
te non conteſtata l. amplius ergo cogitandum.
46 Secundus † caſus eſt, cùm actione in rem agitur,
reuſq; ab initio contumax eſt: & tunc ex primo
decreto transfertur onus probandi, ſecundũ le-
gem noſtram.Si ergo dicam te ſeruum meum,&
tu ſis contumax, onus libertatis probandæ tibi
incumbet:quod Bart.cenſuit. Sed & hoc durum
eſt,cùm ſuprà legem noſtram intellexerimus, vt
non ideo admittatur poſſeſsio , & etiam ſecũdũ
communem intellectum caſus legis noſtræ ab
iſto differat:in lege noſtra per trãslationem poſ-
ſeſsionis non tamẽ grauatur reus, vt probet rem
liberam,cùm lex pro libertate præſumat m,vt ſu-
prà vidimus: at in propoſito caſu reus grauare-
tur onere probandi ſe liberum n, ſicque maius
47 damnum ex tali decreto ſubiret. Tertius † ca-
ſus eſt, cùm reus poſt præſtitam ſatiſdationẽ eſt
contumax:& ſi adhuc lapſus non ſit annus,pote
rit interim iudex cognoſcere, & prout ſibi lique
bit, iudicare o: ſi verò iam lapſus ſit annus,amit-
tit reus ius ſuum,& in ſeruitutem trahitur,idque
ex lege Iuſtiniani p,quam extendit Bart.vt in ca-
ſu quoque contrario locum habeat, vt dominus
petens ſeruum , ſi ſit tanto tempore contumax,
ius ſuum perdat:quod aduerſus Imol.receptiſsi-
mum eſt q. Ego haud facile crediderim, ius ve-
tus à Iuſtiniano abſque vlla verborum effuſione
aduerſus morem ſuum correctum fuiſſe,conſtitu
tionemque tam iniquam eum edidiſſe,vt per cõ-
tumaciam anni perderetur libertas, cùm aliàs in
corporalibus, quibus non adeo fauemus, ſolum

a d.l. generaliter.
b d.l.is,cuius.
c d.l.à quo fundus.
d l.cuiuſcunq;. in fi.de uſufr.
e d.l.quoties.ij.
f l.iiij.de uſufr.
g l. cùm filij.§. cùm dominus. de leg.ij.
h l.cùm uerò.§. ſubuentum cum l.ſeq.de lib. cauſa.
i Fel.c.cùm olim.de teſtib.
k d.§.Iulianus.
l rub.ut lit.non conteſt.
m l.altius.C.de ſer.& aq.
n l.circa.de probat.§.
o l.diui.in fin. de lib.cauſ.
p l.pen.§.pen. C.de adſer.tol.
q Alex.& Iaſ. hic.

ius poſſeſsionis amittatur r, Et cùm in cæteris
cauſis,ſi liqueat iudici de bona abſentis cauſa,ni
hilominùs pro eo pronuntiet s, in hac liberali
contra libertatem pronuntiari debere credendũ
non eſt: & ſanè lex Iuſtiniani alio caſu loquitur,
quàm Doctores crediderint. Cùm enim ſtatuiſ-
ſet,vt, pendente lite, bona, quæ per reum poſsi-
derentur,illi relinquerentur,dum tamen ſatiſda
ret iudicio ſiſti,& ſi aliter non poſſet, iuratoriam
A cautionẽ præſtaret,ſubiicit, ſi poſt eiuſmodi ex-
poſitionem,id eſt iudicis cognitionem,qui eum
ad iuramentum admiſit,abfuerit per annum, pri
uetur iure ſuo: & hoc non in ſimplicis contuma
ciæ pœnam, ſed periurij, & quia beneficium ſibi
à legiſlatore conceſſum, ne res ſequeſtro depo-
nerentur,in occaſionẽ delinquendi vertit. Cę- VIII.quęſt.
terùm † & illud quæritur,quid iuris ſit,cùm quis 48
agit pro aliquo iure, vt reus caueat ſe daturũ,vel
facturum aliquid? & traditum eſt, ſi ſit cõtumax,
B & cauere nolit,idque dolo,omne omnino,quod
intereſt, actori reſarciendũ eſſe t: ſi verò citra do
lum,tunc differri executionem u: quod alibi Bar
tolus diſputat x. Sed quid in caſu contrario, ſi IX.quęſt.
agatur pro libertate alicuius obligationis perſo
nalis,& ſi is qui conuenitur,ſit contumax?Natu-
ra rei repugnat, vt primum decretum interponi
poſsit y. qua † enim in re fiet miſsio, cùm nullã 49
rem petat,ſed potius liberari ipſe velit?meritò ta
li caſu ſpeciale erit,vt lite non conteſtata aduer-
C ſus contumacẽ procedi ad definitiuam poſsit z,
vt pro eo iudicet, quem cognouerit bonam cau-
ſam fouere a. Sanè & illa vtilis eſt quæſtio, X. quæſt.
cùm quis ad officium aliquod temporarium ele
ctus eſt,petitque admitti,& periculum eſt,ne in-
terim tempus labatur, & diſtinguendi ſunt duo
caſus.Primus,cùm quis ius ex ſimplici electione
à ſyndicis facta habet,nõ cogitur reſpublica præ
ciſè eum admittere,ſed id,quod intereſt,præſtã-
do liberabitur b: in † obligationibus enim facti 50
D in id quod intereſt,ſit condemnatio: licet ſecùs
ſit,ſi ex diſpoſitione legis talis obligatio inducta
ſit: hocque differant couentionales à legalibus
obligationibus c. Item ſecùs fit in emptore,qui
non ſimpliciter eſt obligatus ad factum, ſed ſi eſt
dominus,tenetur dare,id eſt dominium tranfer-
re d. Igitur tali caſu fit miſsio in bona vniuerſita-
tis e, quæ hac in re æquiparatur priuato. Alter
eſt caſus, ſi legis municipalis iuſſu eligendus eſt
aliquis ex certa domo: & tunc ne durante quæ-
E ſtione, dies idonea prætereat, debet iudex con-
trahere dilationes,& intra modicum tempus de-
cretum interponere f: idque expediri hoc caſu
poterit, quamuis nulla interueniat latitatio g.
Quòd ſi de re agatur, quæ æſtimationem non re-
cipiat,non decretum, ſed diffinitiua ſententia fe
retur,tametſi non conteſtata lite, quod ſuprà di-
xi h. Et hæc quidem vera ſunt in iis quæ curſu tẽ
poris pereunt,id eſt,quæ perſonæ præſtationem
intra certum tempus coarctatam requirunt i.
F Quòd ſi † ad certum tempus coarctata non ſit,ſe- 51
cùs eſt k, transferturque dies lapſa in ſequentẽ: I.
quod aliqui veteres cenſuerunt l. Idem, ſi le- II.
gis interpretatione dies præfixa dilationem ha-
beat,ſatis eſt termino legali expediri munus poſ
ſe m. Sed & ſi dolo vniuerſitatis impediuit,vi- III.
detur actorem eligere poſſe, vt tantundem tem-
poris ſibi reſarciatur, quo magiſtratum ſuum

r d.l.ſi quis emptionis.§. pen.
s l.conſentaneum. C.quo. & quando iud.
t l.ij. de euict.l. ex empto.§. etiã.de act.empt.
u l.locum.§.cõdemnatio. de tab.exhib.
x Bar.d.l.finita.§. eleganter. in fin.
y Bart.d.l.ſi finita.§.Iulianus. uerſ. quæritur etiam gl.
z l. ſi qs ſuper. ubi Bar. authẽ. ſi omnes.C.ſi ut ſe ab hære. abſt. c.cùm olim.de teſtib.ubi Felin.
a gl. ij.c.fin.de off.iud.
b l.ſtipulationes.uerſ.Celſus. de uerb.obl.
c l.ſi cùm exceptione.§. ſed & ſi quis. quod met. cauſa.Iaſ. hic.
d l.cùm manu.§. fi. de cõtrah. empt.
e d.l.is,cuius.et l.fi. quod cuiuſque uniuerſ.
f arg.l.j.de glã. leg. l.ſi de meis.§.fi. de arb. Iaſ. hic.
g Fel.c. conſultationibus. de off.deleg.
h d.authen.ſi omnes. d. c.cùm olim. de teſtib.

i l.ſi uſusfructus mihi in biennium.de uſufr. leg.l.fin.§. quoties. de publica. ubi Bartol. k l j.l.ſeruus.§.ſeruus.de ſtatulib. l Ioã. And.in ſpec.de pign.gloſ.durat. m l.iij.§. ſi quis hæredi. de ſtatulib.

obeat.



IIII. obeat a. Sed & fauore libertatis à quibuſdam
traditũ eſt, tempus lapſum reſtitui, & pro eo ha-
beri, ac ſi temporis curſus nihil mutaſſet b: quod
V. ego alibi tractaui. Sed & quoties non operæ,
quę curſu tẽporis mutantur,ſed factũ ipſum ſim-
pliciter conſideraretur,receptum eſt, factum ad-
huc præſtandum, quamuis ſtatuto tempore iam
XI. quæſt. pręſtari nequeat c. Cæterùm & illud quæſtio-
nis eſt,cùm monachi abbatem ſuum nolũt agno
ſcere,contumaceſque ſunt, quid ei ſit agendum?
& cùm hîc de ſtatu agatur, cuius nulla eſt æſti-
matio,poterit,quamuis lite non cõteſtata,ad de-
finitionem procedi d: quod ſuprà vidimus,rece-
XII. quæſt. ptiſsimumque eſt e. Poſtremò † quærit Barto-
52 lus,in interdicto Vti poſsidetis,quemadmodum
ad primum,itemque ſecundum decretum proce
datur?& diſtinguẽda eſt cauſa interdicti.Si enim
ideo agitur, qui iã quis turbatus fuerit, petatq;
quod hoc nomine ſua intereſt f, tunc eodem mo
do interponetur decretum,quo aliis in perſona-
libus actionibus,quibus quantitas petitur.ſi ve-
rò agatur,quia aduerſarius naturalem poſſeſsio-
nem abſtulerit g, fiet miſsio in eam poſſeſsionẽ:
quod & receptum eſt, cùm interdicto recuperan
dæ poſſeſsionis quis experitur. Sed ſi ſimplici-
ter agatur, ne reus actorem inquietet, petatque
actor declarari ſe potiorem in poſſeſsione eſſe,
tunc cenſuit Bart. primum decretum interponi
debere, transferendo onus probationis in con-
tumacem: ſecundũ verò interponetur,prout ſu-
prà in confeſſoria dictum eſt h. Quæ ſententia du
bia eſt: hoc enim modo primum decretũ ſuper-
fluum eſſet.cùm enim præſupponamus actorem
poſsidere, omnino onus contrarium probandi
ad reum pertinebat i: niſi dixeris, iam incipiet
clarũ eſſe hoc ipſum , quod prius propter rei in-
quietationem erat ambiguum. Supereſt admo
XIII.quęſt. dum vtilis Alexandri quæſtio,an † confeſſoria &
53 negatoria pro omni iure incorporali competat?
putà pro exigẽdis vectigalibus, capitationibus,
embateutico,quod pedagium vocant, iure eligẽ
di,& ſi qua ſimilia? & Doctores communiter cõ-
cludunt, ſuprà ſcriptis caſibus vtiliter confeſſo-
ria agi poſſe k: quæ ſententia ſat probabilis eſt,
tametſi nulla defendatur lege. Excipiuntur ta-
men tres caſus. Primus,quando nõ ſolùm quis
tenetur patientiam præſtare, ſed etiã ad aliquod
factum: tunc illius facti ratione non agetur con-
feſſoria. Vnde ſi ſacerdos petat decimam, eamq;
in agro velit accipere, aget cõfeſſoria,vt colonus
ſinat auferri l: quòd ſi vlteriùs petat eam ad do-
mum ſuam deferri, condictione ex canone agen
dum erit m: idq; Alber. & Puteus tradiderunt n.
nec enim cõfeſſoria ad onera perſonalia compe-
tere poteſt. Alter eſt caſus, cùm ius, ad quod agi-
tur,publicæ facultatis eſſet. Si ergo quiſquam ve
tet me viâ publicâ ire, non cõfeſſoria, ſed officio
iudicis experiendum mihi erit o, quod elegan-
ter à Bald. traditum eſt p. Poſtremus eſt caſus,
quando ad huiuſmodi iura ab eo ageretur, qui
dominus non eſſet q. Confeſſoria enim non, niſi
domino competit, vt ſuprà vidimus: ideoq; qui
eam intentat, tenetur in libello allegare ſe domi
num r. Qua ratione & negatoria non competit,
niſi aduerſus eum,qui de ſeruitute cõtendat, do
miniumque rei velit imminuere: quòd ſi ius ali
quod perſonale prætendat, alia actione conue-
XIIII.quęſt. nietur s. Nouiſsima eſt Iaſonis diſputatio: cùm
ſuprà dixerimus, quamlibet rem liberã à ſerui-
54 tute præſumi , an † inde conſequens ſit, vt à feu-

a arg.l.ſi plures.§.fi. de ui,& ui arm.
b l. Paulus.§. Caius. de lib. cauſ.Fel.c. ſi de iudic.
c l.& ideo.ubi dixi, de uerb. oblig.
d d. auth.ſi omnes.l. ſi quis ſuper. C. ſi. reg.
e Alexan. d.§. Iulianus.
f l. ſi duo.§. pe. uti poſsid.
g l.clàm.§.qui ad nundinas. de acq. poſſeſ.
h §.quæſt. iiij.
i l.fin.C.de rei uend.
k Iaſ. Alex.hic, & l.ſi publicanus.§. fi. de publica.
l c.tua nobis.ubi gloſ.de decimis.
m c.reuertimini.xvj.q.j.
n l. Caius. de ann.leg.
o l. denuntiamus. C.de his, qui ad eccleſ.
p Bal.l.quibus. in princip. de cõd.& demõſt.
q l. ſi ego.§. j. de Publicia.Ab. c.examinata.de iudic.j.ſol.
r l.ij.ſi ſer. uẽd. Bart.l harum. eod.tit.
s gl.l.apud Trebatium. uerb. impediri. & uerb.j. tit.ij.gl. l.ſi cùm meus. in fi.ſi ſer.uend.

do libera præſumatur? Eſt enim clientelare hoc L.15.
ius quædam ſeruitutis ſpecies t. Et ex ſuprà ſcri- Si priùs
ptis conſtituendum eſt præſumi rem liberam,& quàm.
nemini ſeruitutem debere, non fidelitatis, non
cenſus,non canonis, nõ cuiuslibet alterius one-
ris u: quod eò vſque verum eſt, vt quamuis con-
ſtet aliqua officia exhibita principi territorij fuiſ
ſe,non tamen præſumatur ei tanquam domino
beneficij præſtita x, ſed potiùs tanquàm ſuperio
A ri ,& ad maieſtatem eius communiter obſeruan
dam y. Non tamen hæc perpetua ſunt. Quid I.
enim,ſi huiuſmodi act9 ſint,qui propriè ad natu-
ram feudi pertineant? qualis eſt petitio inueſti-
turæ z: præſumendum enim ex ea cauſa factam,
quia cliens is eſſet, niſi tamen alia cauſa præceſ-
ſiſſet a, vel modico tempore huiuſmodi officia
præſtita fuiſſent b, vel is, qui præſtitiſſet, rem
ipſam nõ poſſediſſet, nõ oberit hoc poſſeſſori c.
Sed an idem in iuriſdictionibus & dignitati- II.
B bus ſit?& videretur,præſumi eas beneficiarias eſ
ſe,cùm reſpectu iuriſdictionum fundata ſit prin-
cipis in omni ſuo territorio intentio d: idque ſa-
tis ſentit Butrigarius & Tudiſcus e, niſi cũ appa-
reret præſcriptione tutos eſſe huiuſmodi clien-
tes f: quo caſu non tamen præſcriptioni locus
aduerſus maieſtatem,id eſt,ius ſuperioritatis,eſ-
ſet g. Quæ † ſententia & ad eccleſiarum iura III.
producenda eſt,vt quælibet eccleſia ſubiecta epi 55
C ſcopo ſuo cenſeatur, habeatque is fundatam in
vniuerſa diœceſi intentionem h. Addit Baldus
præſumi eccleſiam, quod ad ius epiſcopale atti-
net,neminem alium habere patronũ, quàm epi-
ſcopum i. Sanè , cùm iure noſtro omnia præ- IIII.
dia prouincialia tributaria ſint k,conſequens eſt,
vt in eis,quod ad tributum attinet, pro principe
præſumatur l. Enimuerò, quoties coniecturæ V.
adſunt, quæ veriſimiliter indicent rem eſſe feu-
dalem , credendum eſt libertatis præſumptionẽ
illis elidi,vt ſi vetuſtiſsima ſit fama, quę hoc ſua-
D deat m. In † antiquis enim, quę ſuprà communem 56
hominum memoriam ſint , fama probationem
facit n: quod Alexander reſpondit. qui & idem
eſſe ait, ſi verbis narratiuis principis hoc proba-
retur o. Addo ego,idem quoque eſſe,ſi conſta- VI.
ret anteceſſorem ea bona titulo feudi poſſediſſe:
præſumuntur enim eodem iure in ſucceſſorem
perueniſſe p. Sed & ſi conſtaret me eſſe Princi- VII.
pis clientem,iſque me interpellaſſet, vti oſtende
rem, pro quibus bonis & in fide eſſem , niſi ſpe-
E cialiter id à me factum ſit, præſumat q omnium,
quæ habeo,ratione ei teneri,ſicque vniuerſa bo-
na mea cenſebuntur feudalia , niſi tamen iuſtam
cauſam ignorantiæ allegauerim: qua de re ali-
bi r. Subiicit hîc Iaſon, quoties iuriſdictio- VIII.
nes, vel penſiones aliquæ ab eccleſia impetratæ
proponuntur, præſumi in feudum conceſſas s.
cùm † enim res eccleſiæ alienari non poſsint,cre 57
dibile eſt in clientelam conceſſas eſſe t: quod
F defendi poteſt,ſi appareat rem prima origine ab
eccleſia perueniſſe: aliàs præſumetur in dubio
cenſus à domino illi rei impoſitus, & eccleſiæ
donatus u.

t gl.l.ſi uſusfruc. j. de uſufruct.
u c.nimis. de iniur. ubi Doct. c.fin .de iudic. uerb. reſpondere. ubi Doct. Iac. tract.feud.
x d.l. Caius.ubi Din.& Alberic.
y l. non dubito.uerſic. hoc enim. de cap.cle. paſtoralis.§.rurſus. de re iud.
z c. j.§. ſi uerò. qd ſit inueſtit.
a Bal.l j.de rer. diuiſ.
b l.ſi certis. C. de pact.
c l.Pomponius. quib.mod.uſusfru.amitt. Præpoſit. rubri. de feud. uerſic.xv.
d arg.c.ſi diligenti .de præſcript. ubi Ab. in princ. Bal. c. cùm uenerabilis.eod.tit.
e in d. c. nimis.
f c.cùm ex officij. de præſcrip. ubi Doct.
g arg. l.competit. de præſcrip. xxx.uel xl.ann.
h c. omnes baſilicæ.16.q.vij.l.j.§.cùm urbem. de offic.præfect.urb. i Innoc. & Bald. c. venerabilis.de except. k l. fi.C.ſine cen.uel reliq. l l. Imperatores. de publican. m gloſ.l.at qui.§. ij. de neg. geſt.uerb. committat. n c.ueniens.j.de teſtib. l pe.§ de prob. Alex.conſil.155. o cle. j.de prob.l cùm res.ubi Bald.C.de prob. p Barb.conſ.17. lib.ij. q l.Titius Sempronij. de act.empt. ubi Alberic & Fulgoſ.Iaſ.l.ij.q. xiij. de iur emphyt. r c.j.§.uaſſallus.j.ſi de feud. defunct.cõten.ubi Præpoſit. & Bald. conſ.225.in j. s c.ad audientiam.ubi Bal de præſcript. t c.j. qui feud dare poſ. u Alberic.& Iaſ. d.l ij Innoc. & Bald. c fin.de cau. poſ.

DE Do-

# De Donationibus.

*Rubrica* †.

†*lib. 39. tit. 5.*

LEX. XV.

1 *Scelere polluti donatio ante condemnationem tenet.*
3 *A die ſententiæ incipit obligatio.*
8 *Poſt litem conteſtatam iudicium delicti contra hæredes exercetur.*
9 *Alienata à delinquente quando reuocentur.12,17,18,28.*
14 *Reatus quid.*
15 *Fiſcus vxore donataria ex cauſis potior.*
20 *Pretium alienatorum reddit fiſcus.*
24 *Creditor delinquentis à fiſco non excluditur.*
27 *Fictioni non eſt locus contra æquitatem.*
29 *Alienatio fraudulenta quomodo dignoſcatur.*
32 *Præſumptio delicti perſonam non egreditur.*
33 *Actus tertio non præiudiciales.*
34 *Præſumptio fraudis contraria eliditur.*
37 *Falius luſu amiſſa reuocat vſque ad legitimam.*
39 *Agnati reuocant alienationem damnati.*
40 *Sex fraudis coniecturæ. 41,43,47,52,63.*
42 *Coniunctæ perſonæ quæ.*
44 *Fructus percipiens cenſetur poßidere.*
46 *Præſumptionibus præſumptiones cedunt.*
48 *Fraus emptoris probanda.*
50 *Clàm facti depræhendendi modus.51.*
53 *Incontinenti quando quid factum dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
60 *Concubina in extremo agone recepta in vxorem, legitimantur filij.*
69 *De bonis non ſuis in caſum publicationis ex delicto, rectè quis paciſcitur.*
72 *In muliere inter liberos inæqualitate vtente non capitur fraudis præſumptio.*

## *De donationibus.*

LEX XV.

MARTIANVS LIB. III. *Inſtitutionum.*

A POſt contractum[a] capitale crimē donationes factæ non valent ex conſtitutione Diuorum SEVERI & ANTONINI, niſi condemnatio ſecuta ſit.

a
POST CONTRACTVM *a.*
1
¶Donatio † igitur à reo criminis capitalis, cuius pœna ſit bonorum confiſcatio, valet. ante enim, quàm condemnatus ſit, liberā bonorum ſuorum adminiſtrationem habet[a]. Nec me mouet,
2
quòd † is, qui delinquit, ſecundum tempus delicti obligare ſe pœnæ videtur[b], vt meritò pœna donatione potior videri debeat. Reſpondeo enim, hunc tacitum fictumque conſenſum contra donationem nihil operari, quæ ciuili, naturalique obligatione munita eſt, verumque conſenſum habet[c]. Fortiùs obſtat, quòd ſequuta ſententia condemnatoria, deberet retrò fingi donationem nō valuiſſe[d]: idque Odofred. de plano fatetur[e]: ſed cæteri vno ore negant: quia verba legis noſtræ violantur: nec enim valerent donationes, vt lex ait, ſed in ſuſpenſo ſtarent[f], & participiū Sequuta, præteriti temporis, non ſatis conueniret. Nec verum eſt, in preiudicium donatarij, cuius interim quæſitum eſt, ſententiam retrò trahi[g]: quia quamuis delinquentis reſpectu ad tempus delicti reſpiciamus[h], quòd tamen ad id, quod pecuniariter tertii intereſt, attinet, tempus ſententiæ ſolùm inſpicimus[i]. Et licet lex dicat, fiſcum ſemper ius pignoris habere[n], tamen cùm pignus obligationi ipſi ſit acceſſorium, nō priùs naſcitur, quàm ipſa obligatio. Conſtat † autem à
3
die ſententiæ duntaxat incipere obligationem: quod alibi Bartol. tradit[l]. Sunt autem verba legis noſtræ generalia, vt ante ſententiam facta donatio valeat. Vnde † conſequens eſt, vt quam- I.
uis iam accuſatus ſit 4
reus, nihilominùs donare poſsit. non enim debet accuſatio impedimento cuiquam eſſe, quin de rebus ſuis arbitratu ſuo diſponat[m], cùm ius accuſandi omnibus conceſſum ſit, idque Bartol. infrà
5
ſenſit, receptumque videtur: nec † enim fiſcus ius aliquod in rebus accuſati prætendit ante ſententiam, vt interim poſsit videri dolo facta alienatio[n]: imò potiùs pro accuſato præſumitur eum
B innocentem eſſe[o]. quod intelligendum, niſi reus aufugerit[p]. Nam ſaluis caſibus exceptis, de quibus infrà[q], itemque ceſſantibus coniecturis II.
doli, quas mox explicabimus: Rurſus † conſe- 6
quens eſt, vt idem ſit, etiam ſi nomen accuſati inter reos ſit receptum: quod Bartol. infrà cenſuit: litis enim conteſtatio hac in cauſa criminali nō ſuper bonis fit, ſed ſuper ipſo crimine[r]: ideoq; cùm res non efficiantur litigioſę, non debet alie-
natio impediri[s]. Videntur † tamē Doctores hoc 7
C caſu concedere actionem reuocatoriam fiſco, tāquam præſumatur talis alienatio in eius fraudē facta[t]. nam & aliàs videmus, alienatione poſt litis conteſtationem facta, faciliùs fraudem pręſumi[u]. Et alibi traditur, quibus caſibus criminis executio in hęredem tranſit, iiſdem & alienatio-
nem prohiberi[x]. Clarum autem eſt, lite † conte- 8
ſtata, iudicium in hæredem reddi[y]: niſi dicas in criminibus exceptis hoc duntaxat procedere. Ego ſimpliciter Bartol. ſequor, vt ſola conteſta-
D tione non præſumatur fraus, neque reuocatoria competat, niſi aliæ quoque coniecturæ fraudis accedant[z], quas infrà attingam. Excipiuntur
† à ſuprà ſcripta regula quinque caſus. Primus I.
hîc ponitur, cùm alienatio poſt ſententiam facta 9
eſt. quod intelligendum de ſententia, quæ in rē iudicatam tranſierit. amiſit enim reus dominiū, ideoque illud in alium transferre non poteſt. Quid ergo erit, ſi à condemnatione pendeat ap-
E pellatio? & Imol. Pontanuſq; valere donationē cenſuerunt. cùm enim ſuprà concluſerimus, poſſe eam fieri pendente iudicio principali, ſequitur, & pendente appellatione, valeat[a]. Quæ ſententia defendi poteſt, ſi interim res deceſſe-
rit. morte † enim extinguitur iudicium[b]. alio- 10
quin præſumptio, quæ pro ſententia eſt, etiā videtur probabiliter metum induxiſſe, ne fraudē ſuſpicaretur[c]. Sed quid, ſequuta ſententia confirmatoria, & re iudicata, quomodo retractabitur donatio? & reuocari officio iudicis per viam at-
F tentati Bart. & Picus, & non pauci alij tradiderunt[d]. Sed Imol. & Pont. attentatū id dici, quod fieri licitè interim potuit: ideoq; ipſi ſolùm remedia ordinaria concedunt, nempe actionem reuocatoriam, vel condictionem ex lege[c], quandoq; & rei vendicationem, cùm dominiū ipſo iure in fiſcum trāſiit[f]. Ego via executiua reuocari poſſe cum

a l. aufertur ·§· in reatu. de iure fiſ. l. reo. de ſolu.
b l. imperatores. de iure fiſ. ubi Bart.
c arg. l. eius, qui de iure fiſ. l. priuilegia. de priui. cred.
d arg. l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcr. ubi Angel.
e l. qui pœnæ. uerſic. ſed nec rei de manum.
f arg. l. ſi com. præd. l. res uxori. C. de donat. inter uir. & uxor.
g Bartol ·§· & quid ſi tantùm. l. Gallus. de lib. & poſt.
h l. j. de pœn.
i l. pe. ſi ex nox. cau. ag.
k d. l. aufertur ·§· fiſcus.
l l. in fraudem. in princ. de iur. fiſc. l. fi. de iniur.
m l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſ. lib. x.
n l. dolo. ad leg. Falcid. l. diuus. de pet. hæred.
o l. abſentem. de pœn. l. qui accuſare. C. de edend.
p l. fi. in fin. de de req. reis.
q l. ex iudiciorum. de accuſ. Doctor. c. cū ſecundum. de hæred. lib. vj. Ang. Salic. l. ſi quis poſt. C. de bo. præſcript.
r l. quanquam. ·§· Iulianus. in gl. iudicium. de aqu. plu.
s Guil. l. non ſolùm. in fin. de reſt. in integ.
t gl. d. l. ex iudiciorum. uerb. alienari. Doctor. d. l. ſi quis poſt. & l. ſi aliquis ·§· tit. j. Paul. hic.
u l. alienationes. §. fami. erciſc. l. chirographis. in fin. de admi. tut.
x l. donationes. §. fi. j. eod. d. l. ex iudiciorum. uerſic. adeò.
y l. j. C. ex delict. defunct.
z l. fi. de bon. eorum. a l. poſtquam ·§· Imperator. ut leg. lio ·§· eius, qui ·§· ſeq de iniuſt. rup. b l. fi. C. ſi reus, uel accuſatoribus. in fi. c. d l. fi ·§· fraudis. d arg. d. l. chirographis. not. l. ſi quis filio ·§· d. l. qui à latronibus ·§· fi. e d. l. defenſionis facultas. f Salic. l. ſi quis poſt. l. imperator. ubi Bar. de iure fiſc.



58
Vnde tu dic, quòd † horreum accipitur pro quocunque loco ad reponendum merces, cuius cuſtodia domino pertinet: vulgò dicitur Magazinum, vel Soſta, vt ibi probatur, & in l. j. C. locat. l. iij. §. effracturæ. de offic. præfec. vigil. & apud Apuleium libr. iij. is habebat propoſitū, id eſt proſcripſerat, iuxta l. ſed & ſi pluribus. §. proſcribere. ibi, palàm eſſet propoſitum. ff. de inſtit. & facit l.
A ſi quis id, qđ. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ibi, propoſitum erit, etc. ſe aurū argentū periculo ſuo non recipere, etc. ſi igitur recipit, adhuc tenetur: quia ea eſt natura illius contractus, vt horrearius ſuo periculo cuſtodiat: aliàs eſſet in facultate ipſius eum decipere, l. j. in princip. ff. naut. caup. ſtabul. & ideo, non obſtāte proteſtatione, tenetur, ſicut & in nauta, & caupone dicimus, l. fin. §. itē ſi prædixerit. ff. nau. caup. ſtabular. Vnde iſte volendo eſſe horrearius, cenſetur vſque à principio ad talem cuſtodiam ſe obligaſſe, quia hoc eſt
B de natura talis officij: nec cenſetur per generalem illam proſcriptionem natura contractus & receptionis alterata, facit l. cùm manu ſata. §. fin. de contrahen. empt. l. ſi non fuerit. pro ſoc. Et ex hoc intellectu apparet, q ibi non eſt in conſideratione, an actus incontinenti, vel ex interuallo ſubſequutus ſit; ſed quòd generale propoſitum, ſeu proſcriptum per receptionem cēſetur remiſſum, etiam ſi parti innotuerit: quod intellige, dum tamen pars expreſsè non conſenſerit, d. l.
C fin. §. item ſi prædixerit. & infrà videbimus. Ad d. l. ſi tibi liberum. & d. l. binarum. reſpondetur, quòd loquuntur in non dependentibus ex mera voluntate proteſtantis, ſed potiùs ex contractu. Vnde ſi pòſt fiat actus ſimpliciter, non intelligetur repetita conuentio: & ideo ibi non cenſetur ipſo iure impoſita ſeruitus, ſed ſolū agēdum eſt, vt imponatur, vt declarat Bar. & Doct. in l. Titia. §. j. ff. de verb. oblig. Et ſic videtur hæc cōmunis opinio non bene probari iuribus per Doctores
D allegatis. Vnde contra communem tenuerunt plerique hîc relati per Moder. Mouentur primò per l. ſi ita ſit adſcriptum de leg. & fideicom. j. & etiam l. ſi quis in principio teſtamēti. ff. de legat. & fideicom. iij. quæ leges nimiùm reſtringerentur, ſi teneremus codicillos incontinenti factos. Mouentur etiam ratione: quia voluntas non præſumitur mutata, l. eum, qui. ff. de probat. quod procedit etiam lapſo longo tempore, l. ſancimus. vbi Iaſ. in iij. notab. C. de teſtament. &
E in l. j. C. de ſeruis fugit. & quod notat Bartol. in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. Pro qua opinione vltra alios adduco tex. in l. talis ſcriptura in l. fin. cum l. ſeq. infrà, de legat. & fideicom.
59
j. ponderando dictionem Poſtea, quæ † ſignificat ex interuallo, c. non ſolùm. in princ. vbi Geminia. de appellat. in vj. Bartol. in l. fructus. circa fin. ſuprà, ſoluto matrimo. niſi reſpondeas, quòd illud ſit, quia codicillis ſemper trahūtur ad mentem teſtamenti, & vice verſa, l. Neſennius. in fin.
F cum l. ſeq. de excuſat. tutor. l. Caio. de alimen. leg. l. fin. ad Senatuſconſult. Trebel. Cornæus conſil. xliiij. in iij. & ita etiam poteſt reſponderi
60
ad d. l. ſi quis. in princip. Quid tenendum, conſidera quatuor caſus. Primus † eſt in contractibus, ſeu in actu, qui cum alio geratur: & procedit opinio Bartol. quia ex interuallo eſt iuſta exiſtimatio alterius credentis, proteſtatione receſſum, d. §. locato horrei. d. l. per retētionē. d. l. binarū. & in iſto caſu loquitur Bart. in d. l. pacta nouiſsima. in diſtinctione. Quē tamē caſum limita pluribus. modis, vt per Iaſonē in l. Titia. §. j. de verb. oblig. & etiam per text. in l. ſi verò. ff. de Ædelit. edic. Secundus caſus eſt in his, quæ abſque alio geruntur, vt in teſtamentis, etc. Et ſi ſubſequens actus non contrariatur proteſtationi, nec arguit aliquam pœnitentiam teſtatoris, porrigetur etiam ad caſus ex interuallo factos, d. l. ſi quis in principio teſtamenti. & d. l. talis ſcri-
A ptura. in fin. cum leg. ſeq. Tertius caſus eſt, quando arguitur aliqua pœnitentia: & procedit adhuc opinio Bartoli per rationem ſuprà dictam, quæ bene probatur in d. l. ſi tibi certam. & tunc ceſſet regula d. l. eum, qui. quia præſumitur tali caſu mutatio, ex quo pœnituit in tempore: dum quod incontinenti facturus erat, diſtulit ad interuallum. Idem, quando actus eſſet contrarius: quia ex tali præſumitur mutatio: illa enim regula intelligitur rebus ſic ſtantibus, vt per Bartol. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit. & per
B do. Decium in c. j. in ij. notab. de iudic. & facit, quia incontinenti quis non præſumitur voluiſſe ſe corrigere, ex interuallo verò faciliùs capitur talis præſumptio, l. nam ad ea. de condict. & demonſtrat. Aduerte, quia in hac materia ſunt plures regulæ, quæ ſimul inculcandæ non
ſunt. Prima eſt, quòd † mutatio voluntatis 61
non præſumitur: de qua in d. l. eum, qui. & dixi in tractatu Præſumptionum in ij. regula, ver- 62
ſic. decimoſexto. Secunda eſt, quòd † quæ in
C præfationibus dicuntur, cenſentur in contractu repetita, l. Titia. §. j. de verb. obligat. l. item quia. §. final. de pact. Tertia, quæ ante contractum tractata ſunt, ſi omittantur, cenſentur per errorem omiſſa, l. ita ſtipulatus magna. in j. reſponſo, de verb. obligat. l. ſed & ſi me putem. §. j. ff. de condic. indeb. & vbi error in principali eſt, cenſetur etiam eſſe in conſecutiuis. Quarta,
verba † ſimpliciter prolata intelliguntur in pri- 63
mo actu, l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb.
D ſignific. l. matrimonij cauſa. in fin. ff. qui, & à quibus. per Iaſonem in l. diuortio. §. quod in an-
no. ff. ſolut. matrimo. Quinta, verba † præſen- 64
tis temporis, vel etiam indefinita, non trahuntur ad futurum, l. ſi ſtipulatus fuero. §. j. vbi Iaſon ponit plures fallentias, infrà, de verb. ob-
lig. extra iſtas regulas, quo ad materiam Barto- 65
li hîc tantùm. Sexta, ex † præcedentibus dictis declaratur intentio faciētis, l. ſi ſeruus plurium. §. final. de leg. & fideicom. j. etiam ſi extra illum
E actum dicta ſint, vt per Bartol. in l. ij. in principio. ff. de vulg. etiam ex interuallo, ſecundum Bald. in l. precibus. C. de impuber. Quartus
† caſus eſt, cùm verba reſpiciunt futurum, & 66
ſunt generalia: nam tunc trahuntur ad interuallum, nec finiuntur per primum actum, l. ſi ita ſtipulatus. ij. de fideicommiſſ. allegata hîc per Bartol. facit l. quæro. locat. Idem, quando aliàs ex coniectura argueretur mens proteſtantis: non enim verificaretur in primo actu tantùm,
F vt per Bartol. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de legat. & fideicommiſſ. iij. & Iaſon in
d. §. quod ſi in anno. Idem, ſi † ex natura rei, 67
vt quando quis proteſtatur nolle præſtare alimenta animo donandi: cùm enim alimentorum præſtatio habeat tractum ſucceſsiuum, ſemper durabit proteſtatio, d. l. Neſennius. Idem quando ſubeſt ſemper eadem cauſa, & durat etiā ex interuallo, vt in eo qui proteſtat, quòd per metum ingredit religionem, d. l. fin. in fin. C. quod metus cauſa. Bartolus in l. penult. ff. de condi-

L. 8. Non ſolùm. §. Morte.

ctione ob turp. cauſ. Bart. & Doctor.in l. qui in
aliena.§. Celſus.de acqui.hæred.vel quòd ſoluit
metu tyranni, l. penult.circa med. de cond. ob
turp.cauſ.vel quòd per metum contraxit matri-
monium, vt eſt gloſſ. in c.ad id, quod extrà, de
ſponſalib. Alexand. conſilio xcviij.in fine,in iij.
vel conſtituit dotẽ,Calder.cõſilio ij. in tit. quod
metus cauſa.And.Sicul. conſilio liiij. in fin. in j.
& quod notat Socinus cõſilio xxvij. in iij. Idem,
A ſi ex natura contractus,vt in mandato, de cuius
natura non eſt, quòd ſtatim per procuratorem
mittatur executioni: & ita intelligitur, quod
notat Bartol. in d.l. non ſolùm.§.ſi mandato. de
iniur. poſt Innocent. in c.ad audientiam.de ho-
micid. quamuis etiam ad illud dictum poſsit re-
ſponderi, quòd non loquitur in proteſtatione
derogatoria ad actum ſequentem, prout eſt ca-
ſus noſter. Vnde in eo ceſſat ſuprà dicta ratio.I-
dem, ſi actus ex interuallo tendit ad executio-
B nem præcedentis,l.ſi verò. ff. de Ædil. edict. &
ita etiam poteſt intelligi Bartol.in d.§.ſi manda-
to. & d.l. ſi tibi liberum. & d. l. binarum. tradi-
68 tio † enim tendit ad executionem venditionis,
l.j. C. de peric.& commod.rei vend. ſecundum
Aretin. in d.l. Titia.§.j.& idem, quando ex illa
proteſtatione eſſet quæſitum aliquod ius pro-
teſtanti: quia etiam ex interuallo non videtur
ab eo receſsiſſe, d. l. ſi tibi liberum. ſecundum
alium intellectum,quem ſequitur Alexand.con-
C ſil. xxvij. in iij. de quo tamen aliter loquitur A-
III. retin.in d.§.j.& Claud.hîc. ¶ Tertia† principalis
69 concluſio Bartol.eſt, quòd proteſtatio in his,
quæ pendent à ſola voluntate diſponentis, non
tollitur per cõtrarium factum,qui ſe cum ea non
compatiatur,l.qui in aliena.§.ſi. ff. de acquir.hę-
red. d.l.ſi quis in principio teſtamẽti. & l. ſi mihi
& tibi.§.in legatis.& d.l.ſi ita ſcriptũ. & cũ Bart.
trãſeunt cęteri. Amplia,etiã ſi proteſtatio ſit con-
tra ſubſtãtiam materialẽ illius actus, l.per ſeruũ.
D §. pen.ff. de vſu, & habitat. vbi ſi legetur fructus
deducto vſu,propter proteſtationẽ deductionis
vſus annullatur legatũ. Sed tu aduerte,quia ali-
qui Moder. dicunt, hoc videri contra textum in
l.huic ſtipulationi.§.ſed & ſi vſus.ff.vſusf.quem-
ad.cauea. vbi videtur probari, quòd valeat lega-
tum fructus abſque vſu. Sed tu omiſsis aliorum
ſolutionibus,dic,quòd ille tex.fuit malè intelle-
ctus per Modern. cùm enim ſtipulatio prætoria
in caſu illius tituli cõciperetur, cùm vſusfructus
E deſineret de reſtituendo, dicit Iuriſconſultus,ꝙ
ſi quis non facta mentione vſus, ſimpliciter fru-
ctũ legauit, in ſtipulatione abolebitur illud ver-
bum Vſusfructus, & ponetur ſolùm Fructus: &
ſic vice verſa, legato vſu,non fiet in ſtipulatione
mentio fructus. Amplia ſecundò,vt idẽ ſit,quan-
do proteſtatio eſt contraria conſequutionis ad
factum: valet enim proteſtatio, factum annulla-
tur, d.l.per ſeruum.§.penult.ſecũdum aliam in-
telligentiam: & facit ratio,quia idem iudicamus
F de neceſſario conſequenti ad factũ,quod de ipſo
facto,l.pro hęrede.§.Papinianus.& ibi gloſ. ff.de
acquir.hęredit.l.ij.de iuriſd.omn. iudic.Nec ob-
ſtat l.j.§.j.ff.de vſusf.petat.quia ademptio itine-
ris ibi non eſt contra ſubſtantiam actus: vſusfru-
ctus enim de ſe valet,licet iter non detur, ſed eſt
potiùs contrà quoddam extrinſecum, quid ibi
dicitur adminiculum: facit l.pacta conuenta.vbi
gloſ. de contrahen.empt.& ideo magis attendi-
tur actus: facit l.cùm præcariò.ff.de precar.quòd
enim precarium reuocetur, non eſt de ſubſtan-
tia intrinſeca,ex qua actus conficiatur: & ita ego
ſoluo, & eſt ſatis de mente Bartol. in l. vbi ita
donatur.de dona. cauſ.mort. licet Doctores ali-
ter loquantur, & vide Fel. in c. in noſtra.& in c.
ex parte decani. de reſcript.Mod.in authen.in-
greſsi.C. de ſacroſanct. eccleſ. Amplia tertiò,vt
idem ſit in proteſtatione dependente ex facto
duorum, dum modò ambo conſentiant: quia
data paritate rationis, valet argumentum de v-
A no ad plures, l.ſingularia.ff.ſi cert.pet.Et pro i-
ſta ampliatione eſt gloſ. in d.l.pacta nouiſsima.
C. de pact.& facit text. in c. Cumana.de elect.
in c.fin. de condi. apposi. & Abb. in c.per tuas.
eodem tit. & ita omnes tenent: quod intellige,
quando conſentiens eſt ille, cum quo principa-
liter actus geritur: aliàs ſecùs, vt eſt textus in c.
ij.quod metus cau. declarando,vt hîc per Alexã.
Declara prædictam concluſionem Bartoli, vt
procedat in his, quæ tam reſpectu proteſtatio-
B nis,quàm facti dependent à mera voluntate pro-
teſtantis: alioquin † ſi factam à diſpoſitione iu- 70
ris penderet, aliud eſſet: quia proteſtatio non
attenderetur, ſecundum Ang. & Mod. in l.iuriſ-
gentium.§. quod ferè.ff.de pact.vbi ſi quis dicat,
litem conteſtor animo non conteſtandi, ſti-
pulor animo non ſtipulandi, intelligitur litem
conteſtatus, vel ſtipulatus eſſe: quia iſta depen-
dent à diſpoſitione iuris: pro qua opinione fa-
cit gloſſ. fin. in c.j.de arbit.in vj.vbi in ſententia
C ſua non poſſunt arbitri per proteſtationem fa-
cere, quòd in maiori ſumma minor non inſit:
quia iſtud à diſpoſitione iuris dependet:& ideo
ſi quis proteſtetur, quòd non intendit litigare,
& de facto litiget, illa proteſtatio nihil iuuabit,
ſecundum Dec. conſi.clxxxvij. & quod dictum
eſt de proteſtatione vnius, habet locum etiam
in proteſtatione plurium: quia in his, quæ de-
pendent à legis diſpoſitione, eorum proteſtatio
non attenditur, c.cùm M. de conſtit. etiam fa-
D cit text. in c.fin.de homicid.lib.vj.& doctri.Bar.
in l.j.§. item ſolent. in fi. de offic. præfec.vrb.v-
bi declarat l. fin. C.de arbit. tut. Et procedunt
iſta non ſolùm, quando proteſtatio eſt contra-
ria facto,ſed etiã ſi ſit de conſecutiuis ad factum,
d.c. cùm M.inducendo, vt per Abbat. in d.c.Cu-
mana. facit l. nemo poteſt de leg.j.& l.alimen-
ta. cum gloſ. C. de negot. geſt. & quæſt. j. c. ij. 71
Secundò † declarat prædictam concluſionem,
vt non procedat, quando factum illud poſt pro-
E teſtationem cum alio gerendum eſſet: quia tunc
attẽditur factum contrariũ,non autem proteſta-
tio,c.ſolicitudinẽ.extrà de appel.qui tamen tex.
loquitur in dependentibus à diſpoſitione iuris.
vnde meliùs facit c.j.quod me cau. & ita tenet
Bartol. & ſequuntur alij, qui pro hac opinione
addunt text.in l. pro hærede.§.Papinianus. ff.
de acquir. hæred. qui optimè probat, iuncto eo,
quòd idem eſt Abſtinere, quod Proteſtari ſe
nolle adire: Intellige hanc declarationem, quan
F do aliàs actus eſſet præiudicialis huic, cum quo
geritur,vt in caſu d.cap.j. Præiudicaretur enim
monaſterio,cum quo per ingreſſum cenſetur eſ-
ſe contractum,vt ibi habetur. Item in caſu d.§.
Papinianus ſtatuliber. niſi hæreditas adita eſſet,
fruſtra daret cauſa conditionis implendę, vt de-
clarat ibi glo. in verbo, ſi ſolus. Et ideo ſi mulier
etiam cum iuramento proteſtetur, ſe non con-
ſenſuram marito alienaturo fundum dotalem,
ſi deinde conſentiat, non attendetur proteſta-
tio in præiudicium emptoris, ſecundum Inno.
in l.



in l. cùm vir. in penult. chart. ff. de vſur. Ioann.
Fab.in §.j.Inſtit. quibus ali.non lic. Bald. conſi-
lio ccccvj.in tres marchiones.in v.lib.Iaſ.hîc &
Alexand.conſi.xvj.ponderatis.in iij.quæ tamen
opinio eſt dubia per gloſ.in c.licet.de iureiur.in
vj.Dic,vt latiùs dixi c.cùm cõtingat.in vj.notab.
de iureiur. mihi enim videtur, quòd alienatio
non valeat, & ſic vera ſit opinio gloſſ. in d. c. li-
cet. Sed poſsit agere emptor contra eam de do-
A lo, quæ debuit admonere eum de tali iuramen-
to iam præſtito,arg.l.j.in fin.ff.de act. emp. gloſ.
in c.fin.in verbo,exiſtit. de procur.in vj.per Ful-
goſ.in l.j.in fi.ff. de cõtrah.emp. Limitatur hęc
ſecunda declaratio pluribus modis. Primo, vt
non procedat,quando proteſtatio talis eſt veſti-
ta ex aliqua iuſta cauſa, veluti metu, d.c.j.quod
metus cau.vel propter iuſſum iudicis,vt per glo.
in c.ij.in verbo, rationabili. de confeſ. in vj. vbi
Geminia.& in procemio Sexti: iuſſus enim iudi-
B cis præbet iuſtam cauſam, vt per Ioan.And.in c.
in generali.de reg.iur.in vj.& per do. Præp.in d.
c.ſolicitudinem. & do. Claud. hîc, qui adducit
ea,quæ habentur in c.poſtoralis.de except.& in
c.præſentium.de teſtib. Secundo limita,vt non
procedat in foro conſcientiæ: quia in eo ſtatur
ſimplici declarationi confitentis,c.tua.de ſpon-
ſalib. & per Bart. in extrauag. ad reprimend. in
verbo, denuntiationem. & habetur in c. ſignifi-
caſti.de homic. Tertio intellige, quando actus
C ſequitur proteſtationem ex interuallo: ſecùs, ſi
eodem tempore interueniret. tũc enim propter
repugnantiam & actus & proteſtatio corrueret,
l. vbi repugnantia. ff. de reg.iur. c.tua.extrà, de
ſponſal.& ideo ſi quis dicat, Obligo me animo
non obligandi, non cẽſebitur obligatus, l. obli-
gationum ſubſtantia. §. fin. de act. & obligat. &
per Bart.infrà: & pro iſta limitatione facit gloſ.
in l.ſi debitor.§.j.ff.quibus mod.pig.vel hypoth.
D & in l.ſi quis à filio. de leg. & fideicommiſſ. j. &
quod not. Bart. & Doct.in l.ſi fundum per fidei-
commiſſum.eodem titulo: & pro iſta limitatio-
ne facit d.l.per ſeruum.§.penult.cum his,quæ ſ.
diximus in j.& ij.ampliatione, quæ procedit nõ
ſolùm in actibus dependentibus ex voluntate
vnius tantùm, ſecundum Alex. hîc, ſed etiam in
actu,qui geritur cum alio, ſi ille alius cõſentiret
proteſtationi illi, vt per Ioan.And. & Cano.in c.
fin.de condi.apposi.per do.Præpo.in d.c. ſolici-
E tudinem. verſic. fallit primò. Iſto enim caſu eſt
eadẽ ratio,quæ eſt, quãdo actus ab vnius volun-
tate dependet. In contrariũ facit doctrina Bart.
in authent.ingreſsi.C.de ſacroſanct.eccle. Sed
ibi loquitur, quando proteſtatio adiicitur per
72 vim modi, vel pacti: modus † enim impoſsibi-
lis,quia contra ſubſtantiam actus reiicitur, & a-
ctus ſtat firmus,d.l.cùm precariò.Poteſt tamẽ di
ci,ꝙ in d.l.cùm precariò.proteſtatio eſt in fauorẽ
eiuſdem, cuius & actus: vnde potiùs annulletur
F proteſtatio,vt declaraui in l.j.§.ſed ſi mihi Pam-
philum. de verb.oblig.& ita etiam reſpondetur
ad l.ſi peculium. §.j.ff.de pec. leg. vbi Bartol. ita
73 ſoluit. Et eſt ratio, quia † quæ inducta ſint in fa-
uorem,non debent operari damnum,l.quod fa-
uore.C.de legib. Secundò facit text.in d.c.ſo-
licitudinem. vbi proteſtans non renuntiare ap-
pellationi per aditionem metropolitani, ſi ta-
lis aditio habeat effectum, vt quia metropolita-
nus eum audiat, excluditur à beneficio appella-
tionis, & actus tenet, proteſtatio non valet. Re-
ſponde, quòd loquitur in dependentibus à iure,
in quibus partis voluntas nõ attenditur: adeun- L.8.
do † enim iudicem cenſetur à iure appellationi Non ſo-
renuntiaſſe, vt ibi habetur: & ita etiam reſpon- lùm.
detur ad text. in c. diaconi.xxviij. diſtinct. & ad
gloſ.in cle.gratia.de reſcrip.& in d.c.cùm M.Fer §. Morte.
rarienſis.allegatis hîc per Imol. & Alexand.& i- 74
ta etiam procedit,quod not.Angel.in d. §. quod
ferè. qui debet intelligi de actu, qui geritur cum
alio, & ex ſolo animo nõ pendet: & ideo exem-
A plum de eo,qui dicit ſe adire animo non adeun-
di,non videtur bonũ,& plus placet opinio Bart.
hîc,per d.l.obligationem.§.fin. Quartò limita,
quando is, cum quo actus geritur, conſentiret
proteſtationi, per gloſ.in l. pacta nouiſsima. C.
de pact. & text. in d. c. Cumana.quod intellige,
dum modò ſimus in his, quæ dependent à vo-
luntate partium, vt habetur in d.c.is,qui fidem.
de ſponſ.Item dum modò actus ſequatur incon-
tinenti: ſecùs, ſi ex interuallo,vt ſuprà vidimus,
B & facit l.diuus.§.licet.ff.de iure codic.Item dum
modò is conſentiat, cum quo actus principali-
ter geritur, c.j. quod metus cauſa. per Alexand.
hîc,& ſuprà dixi,& facit l.j.§.adeundi. ff. quãdo
appel.ſit.& l.j.§.denuntiari.ff. de vent.inſpic. &
per Fel.in d.c.cùm M.in j.reg.verſic.fallit ſecun-
dò.& hæc limitatio procedit etiam in tacito cõ-
ſenſu, qui interuenit in iudicio: & ideo valet
proteſtatio contraria facto, & iuuat proteſtan-
tem, ſi iudex eum ab actu repellat, d. c.ſolicitu-
C dinem.ſecundum intelligentiam Ioan.And.quẽ
ſequitur Alexand.hîc,& Felin.in dicto cap. cùm
M.verſicul.fallit ſecundò. Et eſt ratio: quia iſte
actus contrarius, qui non habuit effectum, non
eſt attendendus, arg.l. quamuis.& l.libertas. ij.
ff.de in ius voc.& iudex repellendo videtur vel-
le,quòd proteſtatio obſeruetur. Quintò & vl-
timò limita,vel potiùs declara ex mente Bartol.
hîc,vt non procedat, quando actus non eſt con-
D trarius,ſed potiùs æquiuocus: quia tunc prote-
ſtatio ſemper attenditur, & declarat actum, qua
mente facta fuerit,d.l.Neſennius.de negot.geſt.
& d. l. ſi quis. §. plerique.l. in concubinatu. vbi
gloſ. ff. de concub. & per Alexand. in conſilio
cxxx. in iiij. vbi ponit duas notabiles deciſio- 75
nes: ex † hoc etiam infertur ad eum,qui compa-
ret in iudicio cum proteſtatione, quod non in-
tendit in iudicem conſentire: caſu enim,quo ille
non ſit iudex, non cenſebitur prorogata iuriſdi-
E ctio: ſed ſi ſit iudex,cenſebitur ille contumax,vt
per Innoc. in d. c. Cumana. & habetur per Mo-
der.in c. cùm M. vbi inferunt ad alias quæſtio-
nes.Intellige tamen,vt talis declaratio non ope-
retur,niſi in his, quæ à ſola voluntate dependẽt:
ſecùs, ſi à legis diſpoſitione etiã præſumpta per
præſumptionem iuris,& de iure, ſecũdum gloſ.
in c.per tuas.in gl.magna,circa mediũ,de condi.
app.declarat Iaſ.hîc: dic,vt per eum. Item intel-
lige, quãdo declaratio tenderet in rẽ permiſſam:
F ſecùs, ſi ad rem turpẽ & illicitã, ſecundũ Innoc.
in c.veniens.vbi per Doctores,de ſponſa.& in c.
final.de condi.app. de quo dic, vt per Aretin.in IIII.
d.l.Titia.§.j. ¶ Quarta† principalis cõcluſio Bar. 76
ꝙ proteſtatio declaratoria, per quam quis exo-
neratur,& alius poteſt decipi, ſeu lædi, debet in
eius præſentia fieri,l.ſi mandaſſem.ff.manda.l.j.
C.de ſatiſdat.vel aliàs illi intimari, cle. cauſam.
de elect.cle.j.in fi.de renuntiat. Adde, ꝙ in con-
trarium facit tex. in d. §. plerique. quem ad hoc
ponderat do.Præpoſ.in d. c. ſolicitudinem. vbi
proteſtatio, per quam impeditur aditio, poteſt

fieri in abſentia creditorum, & tamen illi poſ-
ſent lædi: quia ſi ſcirent illum non futurum hæ-
redem, procurarent, ne bona tranſeant in ſini-
ſtrum: ſed reſponde, quòd creditores nõ læduu-
tur ex facto proteſtãtis, ſed ex facto proprio, qui
ſcire debuerunt poſſe eum vti iure ſuo, & prote-
ſtari de eo: & ideo debuerunt eſſe cauti, vel vt eũ
in iure interrogarent, vel curatorẽ bonis darent,
vel bona hæreditaria pernumerarent, ne tranſi-
rent in ſiniſtrum, l. j. §. ſi verò. & §. quòd ſi non-
dum. ff. de ventre in poſſeſſ. mitten. & facit l. j. ff.
vt leg nomi. cauea. & l. fin. C. de iure deliber. In-
telligit primò hanc concluſionem Bart. quando
77 ille qui poteſt lædi, eſt certus: ſi † verò ſit incer
tus, tunc conſiderandi ſunt aliquot caſus. Pri-
mus eſt, cùm ille eſt incertus, ſed certus eſt lo-
cus, in quo contrahendum ſit: & tunc debet in
eo loco proſcribi, & publicè proponi, l. ſed ſi pu
pillus. §. proſcribere. de inſtitor. c. fin. & ibi per
Doctores, de elect. in vj. Secundus caſus eſt, quã-
do etiam ille, qui lædi poſſet, eſt incertus, & etiã
locus: & tunc Bartl. hîc, & in l. qui hominem. §.
ſi Titium. ff. de ſolut. videtur velle, quòd debeat
adhuc publicè proponi hęc proteſtatio, dum al-
legat in argument. d. §. proſcribere. nam ſicut v-
bi locus certus eſt, in eo proſcribi debet, ita vbi
incertus, debet publicè, & in locis frequentiori-
bus, vel ad hoc conſuetis poni: & ita etiam tenet
Bald. in l. mandatum. verſic. fin. C. manda. facit
etiã, quod notat Petrus de Anchar. & Geminia.
in c. fin. in fi. de elect. in vj. vbi tali caſu dicunt,
quòd debet fieri notificatio per edictum. Idem
dicit Salic. in d. l. mandatum. concludens, quòd
etiam debebit notificari per proclamata. ſed cõ-
munior opinio eſt Bart. hîc, vt ſufficiãt edicta: &
de communi atteſtatur Felinus in c. ex parte de-
cani. verſi. quarta regula. de reſcrip. & iſta opi-
nio videtur mihi verior, quicquid dicat Alexan.
hîc, & quidam Modern. per doctrinam Bart. in
l. j. C. de ſatiſdat. dum dicit, quod vbi incertus
eſt aduerſarius, non eſt imputandum proteſtan
ti, ſi ei nõ denuntiat, arg. l. ſi dictum. §. fin. de Æ-
dil. edict. quia non per hoc negat, quin debeat
publicè proponi. Tertius caſus eſt, quando ad-
uerſarius eſt incertus, ſed de facili poteſt prote-
ſtans certificari: & tunc videretur, quòd deberet
illi ſpecialiter intimari: quia paria ſunt, vel quòd
quis ſit certus, vel quòd de facili poſsit certifica-
ri, l. ſi duo. vbi Bald. per illũ textum, ff. de acquir.
hæred. facit l. qui contra. vbi Bad. C. de inceſt.
nup. gloſ. in c. ij. de tempor. ordi. in vj. & ita te-
net Gemin. d. c. fin. de elect. in vj. & Bald. in l. ſi
curatoris. C. de iure deliberan. Fel. in c. gratum.
de offic. deleg. Alexand. conſilio v. in ij. & Felin.
in d. c. ex parte decani. Sed tamen iſtud non eſt
de mente Barto. & Scribent. hîc, dum allegant
d. §. proſcribere. & facit l. ſi eo tempore. C. de re-
miſſ. pign. & quod notat Bar. in l. fin. C. de edict.
di. Had. tol. Quare dic, quòd cùm in caſu noſtro
principaliter proteſtans agat, vt ſe exoneret, de-
bet ſatis eſſe talis proſcriptio per edictum: ſecus,
ſi principaliter ageretur de damnificando ali-
quem: quia talis citandus eſſet. & procedunt al-
legata in contrarium. Secundò intellige hanc
concluſionem Bartol. quòd debeat proteſtatio
intimari ei qui poſſet lędi, vt non procedat, quã-
do quis exoneraret ſe ab obligatione legis cau-
ſata ſine facto proteſtantis: hæc enim fieri poteſt
etiam in abſentia eorum, qui poſſent lædi, ſecun
dum eundem Bart. per l. honores. §. fin. ff. de de-
curion. & ratio eſt, ſecundum Iaſonem hîc, quia
in his, quæ facit lex, nõ requiritur partis pręſen-
tia, l. ij. & l. ſi creditores. C. de pact. Adde, quòd
meliùs probatur in l. ſi pecuniã. §. ſi ſeruum. ver-
ſic. planè. vbi Bart. & Iaſ. ff. de condict. ob cauſ. &
per Ioan. de Anan. conſi. xxv. in fin. Vnde ſicut
abſque vllius præſentia lex eum obligauit ex e-
ius præſumpto conſenſu, ita etiam ſi de contra-
ria voluntate appareat, eum liberat, arg. l. ſecun-
A dum naturam. ff. de reg. iur. ſicut videmus, quòd
quando lex revocat mandatum propter impro-
bitatem, ſeu morum mutationem procuratoris,
ipſo iure reuocat abſque alia partis intimatione,
ſecundum Bald. in l. rogaſti. §. ſi. ff. ſi cert. pet. Ad-
verte tamen: quia iſto caſu ſi quis eſt ignorans i-
ſtius mutationis, in eius præiudicium mandatũ
non cenſebitur reuocatum, vt dicit Bal. in l. ſi pa
ter hæredi. ff. de teſtamen. tut. Et ad hanc ratio-
nem Iaſ. adde, quod idẽ videmus in acquiſitio-
B ne, quæ fit per legem, quæ fit ipſo iure, abſq; pręſ-
ſentia, vel facto partis, l. certi cõdictio. §. ſi num-
mos. ff. ſi cert. pet. vbi per Doctor. Et ex hoc infer
tur ad duas quæſtiones. Prima: teſtis † qui in cau 78
ſa ciuili teſtimoniũ perhibuerat, captus à latrun
culatore, in iudicio criminali revocauit dictum
ſuum, fortè in tortura, an id habeat nocere parti,
in cuius fauorẽ depoſuerat? Soci. in conſil. ccliij.
in j. dubio, quòd non: quia pars non erat citata,
arg. gloſſ. in c. cùm cauſam, quę inter archiepiſco
C pum. de teſtib. In contrarium facit: quia iſte prin
cipaliter fecit, vt ſe exoneraret, & præiudicium
oritur parti ex dipoſitione legis, quæ facit, vt de
fide eius diminuatur: ergo citatio nõ fuit neceſ-
ſaria, d. l. honores. §. fin. Secunda quæſtio: præla-
tus † conſtituit procuratorem ad litigandũ pro 79
beneficio, & durante lite renuntiauit: clarum eſt
extingui mandatum, cle. fin. vbi not. de procur.
an talis revocatio intimanda ſit his, quorum in-
tereſt? & ſi morte reuocaretur, non eſt dubium,
D quòd non: quia nihil ei poteſt imputari, vt per
Bartol. in l. ſi procuratorem. in fin. de procurat.
ergo idem videretur in ceſsione, arg. §. ecce, in
quibus. vij. quæſt. j. & per Cardinal. conſil. cx. &
Rotam tit. de procurat. deciſ. vj. in nouis. Facit,
quia talis revocatio fit ex diſpoſitione legis, d.
cle. fin. ergo non eſt intimãda, d. l. honores. §. fin.
& iſtud videtur verius per rationem d. cle. quæ
eſt, ne oriatur præiudicium eccleſiæ, vel ſucceſ-
ſori. Putarem tamen, quòd pars ignorans habe-
E ret ſaluam actionem ad intereſſe, cõtra eum, qui
ceſsit, & non intimauit, ſed fecit eum fruſtra li-
tigare, arg. l. is, qui ſe obtulit. ff. de rei vendic. &
per gloſ. in c. fin. in verbo, exiſtit. de procur. in
vj. per Feli. in d. c. ex parte decani. in vj. fallen. in
fine. Tertiò † vltra Doct. hîc intellige hãc con- 80
cluſionem, vt non procedat, quando quis exo-
nerat ſe à iuſſu facto alicui nuntio: nam ſi conſti-
tuo te nuntium ad contrahendum, vel aliquid
aliud faciendum, & tu contrahas, ſed ego inte-
F rim reuocem voluntatem, quamuis nec tibi nec
parti intimauerim, non obligor, l. ſi pater. ff. de
man. vind. ſentit gloſſ. in cle. j. de renũtiat. & de-
clarat Bald. in extravag. de pace Conſtan. in ver.
mittit. & in l. mandatum. C. mandat. & eſt ratio,
quia nuntius nihil ex ſuo facit, ſed ſolùm domi-
ni voluntatem exequitur, l. licet. ff. de conſtit. pe
cun. l. multùm. C. ſi quis alteri. vnde ſi ea ceſſet,
non poteſt ex eius perſona actus convalidari: &
ita etiam tenet Felin. in c. ex parte decani. verſic.
fallit ſextò. extrà, de reſcript. cum concord. Si ta-
men



men pars ex hoc damnum ſentiret, tali caſu re-
quireretur certioratio, l. j. §. ſed ego. ff. quod ius.
gloſſ. in l. j. in fi. de contrah. empt. ſecundum Ia-
cob. Butrig. ibi, & Bald. in d. l. mandatum. Sed
Fulgoſius ibi videtur ſentire, quòd contractus
etiam tali caſu non teneat, quia deficit conſen-
ſus, l. in omnibus. ij. l. in quibuſcunque. de actio.
& obligat. ſed conſulatur parti per actionem de
dolo, arg. l. exhibitionis. C. ad exhibẽd. l. & ele-
ganter. §. ſeruus pactionis. de dol. & per gloſſ. in
c. final. in verbo, exiſtit. de procurat. in vj. & hæc
opinio in pũcto iuris videtur mihi verior. Quar-
tò intellige, ſecundum aliquos, vt ſufficiat ei no-
tificari, qui immediatè poteſt lædi: ſecùs, ſi occa-
ſionaliter, vel indirectè, arg. d. l. at ſi quis. §. pleri-
que. ſed iſte text. non probat, & ſuprà reſpondi:
meliùs facit l. non ſolùm. §. quæritur. ff. de pro-
curat. & quod dicit Bartol. & Paul. de Caſt. in l. j.
§. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. & d. l. j. §. denuntia
ri. de ventre inſpic. Sed tamen putarem hanc de-
clarationem dubiam, per regul. cùm quid vna
via. de reg. iur. in vj. & quia etiam his, qui ſecun-
dariò lædi poſſunt, denuntiandum eſt, ſi volu-
mus vt actus eis noceat: alioquin eis non præiu-
dicabit, ſecundum Alexand. in l. de vnoquoque.
de re iudic. & conſil. lxxxiij. in iij. & Iaſon in l. fi-
liusfamiliâs. §. diui. in j. q. Bartoli, ff. de legat. & fi
deicommiſ. j. & eſt doctrina Bart. in extrauag. ad
reprimendum. in verbo, per edictum. Quintò
& vltimò intellige, vt cõcluſio procedat in acti-
bus dependentibus in voluntate vnius: quando
verò dependent à voluntate duorum, dicemus
infrà. Et ſicut in illo caſu, quando proteſtans nõ
poſſet habere copiam aduerſarij, vel haberet iu-
ſtam cauſam metus, excuſaretur, etiam ſi non in-
timaret illi: ita in caſu noſtro, c. fin. de appellat. l.
de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. ſ. eod. d. l. vt per-
fectiùs. C. de anna. except. & infrà dicemus. ¶ Ex
ſecunda parte quando proteſtatio declaratoria
voluntatis pendet, non ſolùm ex poteſtate pro-
teſtantis, (vt loquitur prima pars) ſed etiam ex
poteſtate alterius: collige etiam aliquot conclu
ſiones ex doctrina Bart. Et prima concluſio eſt,
I. † quòd in tali proteſtatione ſemper requiritur,
81 quòd fiat ipſi parti, nec ſufficeret, ſi parte igno-
rante fieret, l. codicillis. §. j. de legat. & fideicom-
miſ. ij. l. ſi debitor. §. j. quibus mod. pign. l. cùm in
plures. §. locator. ff. loca. quę iura loquũtur, quan
do proteſtatio fit ſuper aliquo actu, ex quo pro-
priè obligatio non inducitur, ſed aliud præiudi-
cium generatur. Idem tamẽ & multò fortius eſt,
quando proteſtatio ipſe induceretur ad tollen-
dam, vel limitãdam obligationem: ſemper enim
parti eſt intimanda, per regulam l. nam ita diuus.
82 ff. de dopt. & † quia iniuſtum eſſet ignorantem
præter ſentẽtiam ſuam obligari, l. cùm Aquilia-
na. ff. de tranſact. Sed aduertendum eſt ad iura al-
legata per Bartolum: & primò ad textum in d. l.
83 codicillis. §. j. nam † quatenus Bartol. vult in caſu
d. §. oportere proteſtationẽ intimari parti, iſtud
videtur mihi dubium: primò, quia ille text. ſim-
pliciter niſi ea mente rem, & ſic ſolam requirit
mentem, non autem intimationem: & gloſſ. ibi
intelligens de pacto, videtur deſtruere text. & l.
quod quis. ff. de cond. indeb. ſecundum intelle-
ctum communem probat contra gloſſam. Secun
dò, quia in illo caſu tractabatur de renutiatio-
ne, vel non renuntiatione fideicommiſsi, quod
ex ſolo facto proteſtantis dependet, c. ij. de reſti-
tut. ſpoliat. Bald. in c. accepta. de reſtitut. ſpoliat.
Tertiò, quia etiam ſi dicamus ibi agi de donatio- L. 8.
ne, tamen videtur ſufficere proteſtatio abſente Non ſo-
parte, ſicut in caſu d. l. Neſennius. Quartò, quia lùm.
vbi agitur de damno alterius, bene requiritur
partis præſentia: ſed hîc non agitur de damno §. Morte.
hæredis, ſed ne ex tali actu lucretur: ergo ad im-
pediendum tale lucrum, cùm in nihilo captioſa
illa ſit, debet proteſtatio illo abſente valere, l. il-
le, à quo. ff. ad ſenatuſc. Trebel. Quintò qui po-
A teſt quid facere inuito, & contradicente, etiam
abſente facere poteſt, infrà, l. qui poteſt. de reg.
iur. ſed talis proteſtatio conſeruatoria iuris ſui
etiam contradicente hærede conſeruaret ius le-
gatario. l. j. C. de his, qui ſpon. mun. pub. vbi per
Bartol. lib. x. ergo, etc. Nec obſtat gloſ. ibi: quia
poteſt procedere reſpectu emptoris, qui ſi libe-
raretur ſoluendo hęredi, eſſet in damno, non au-
tem reſpectu ipſius hæredis. Nec obſtat, quòd
Di. & Abb. ibi requirunt mẽtem expreſſam: quia
B non ſequitur, vt ideo debuerit hæredi intimari.
Cogita tamen: quia (vt vides) in hoc puncto Do-
ctores variant: glo. enim d. §. j. vult proteſtationẽ
illam conſeruatoriam non valere, niſi accedente
cõſenſu partis: & ideo requirit pactum. Bart. hîc
dicit ſufficere ſcientiã abſque conſenſu: ſed mi-
hi verius videtur, non requiri neque ſcientiam,
quando non reſultat captio aliqua, prout in caſu
d. §. j. Secundò ad d. §. locator horrei. quia Barto.
hîc refert tres intellectus ad illum textum, Iaſ.
C alios duos, de quibus per Dec. in d. l. pacta no-
uiſsima. ſed verior eſt meus, quem ſuprà retuli:
& ita communiter tenetur, licet gloſ. in d. §. item
ſi prædixerit. aliter ſentiat, & malè: quia contrà
mentem text. licet etiam Bart. ibi aliquo modo
velit eam ſeruare. Sed iſta concluſio Bartol. hîc
eſt verior, & communior, ex qua etiam ſuſtine-
tur intellectus meꝰ ad d. §. locator horrei. de quò
ſuprà dixi. ¶ Secunda cõclſio Bartoli eſt, quòd II.
† in tali proteſtatione non ſolùm requiritur prę- 84
D ſentia, ſeu intimatio, ſed etiam partis conſenſus:
& hoc procedit, quando proteſtatio fit ad tollen
dam, vel limitandam obligationem iam contra-
ctam, l. perfectam. C. de donat. quæ ſub mo. l. ſi
maior. C. de trãſact. & ratio eſt, quia iſto caſu tra-
ctatur de iure quæſito tollendo: & ideo expreſ-
ſus conſenſus requiritur: quia ſola pręſentia non
ſufficere: & ideo, quando agitur de limitanda,
ſeu tollenda obligatione de futuro, quæ ex ne-
ceſsitate contrahitur, etiam tunc expreſſus con-
E ſenſus requiritur, l. fi. §. item ſi pręd ixerit. ff. nau.
caup. ſtabul. & eſt ratio: quia cùm proteſtans ſit
obligatus ex diſpoſitione legis, & ſic ius ſit quæ-
ſitum proteſtato, non cenſetur per taciturnitatẽ
proteſtati ſublatum, niſi expreſsè conſentiat: po
tuit enim tacuiſſe, quia ſciebat ius ſuum durare,
l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. modis pig. vel hy-
poth. ſol. & quod not. Paul. de Caſt. conſil. cxcv.
viſis & conſideratis omnibus. in j. vol. & ita in-
telligit Bartol. text. in d. §. item ſi prædixerit. re-
F quirentem conſenſum, & ſic expreſſum, arg. l. ij.
§. voluntatem. vbi Barto. & Moder. ff. ſoluto ma-
trim. caupo enim ex neceſsitate tenetur hoſpi-
tem recipere, vt dicunt Moder. allegantes Ang.
in c. j. fur. aduer. nau. caupo. & Mart. de Laud. in
tractatu de leg. principum. §. ij. quæ tamen opi-
nio videtur dubia per d. l. j. in princi. ibi, nam eſt
in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant. ff. nau.
caup. ſtabul. Quare dic, quòd neceſsitas eſt in eo,
quòd ſuo periculo tenentur cuſtodire, & ratio
neceſsitatis ponitur in d. l. j. in princip. verſic. &

niſi hoc ſtatutum eſſet, vnde ad tollendam talem
neceſsitatem à lege inductam, requiritur expreſ
ſus conſenſus. Sed aduerſus hanc concluſionem
obſtat: quia aut ꝓteſtatio eſt facta in præſentia,
& tacens videtur conſentire, vt habetur in regu-
la, de reg, iur. libro vj. qui tacet. & etiam in l. quæ
dotis. ff. ſol. mat. aut intimatur ſibi, & etiam tunc
recipiens, ſi non contradicat, cenſetur conſenti-
re, l. ſi filius. ij. ff. ad ſenatuſconſ. Mace. Bartol. in
A l. quo enim. ff. rem ratã hab. vnde in caſu noſtro
contrahens de futuro, cùm ſciat talem proteſta-
tionem præceſsiſſe, videtur illi præſtare conſen-
ſum: quod procedit etiam in actu neceſſario, ſe-
cundum gloſ. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſdare co-
gan. & per Felin. in c. nónne. in vj. fallent. de præ-
ſumpt. Reſponde, quòd doctrina Bart. hîc debet
intelligi, quando ex præſentia & taciturnitate
non aguitur conſenſus, de quo in d. l. quæ dotis.
per Doct. & Feli. in d. c. nónne. & eſt regulare,
B quòd vbi tractatur de præiudicio ſuo, aliquate-
nus tacens non cenſetur conſentire, l. qui vas. §.
vetare autẽ. ff. de furt. l. Caius. de pignor. act. l. fi-
liusfamiliâs. §. inuitus. de procur. cũ ſimilib. Vn-
de in caſibus, in quibus regula iſta limitatur, etiã
concluſio Bartol. limitanda eſt: exemplum po-
85 teſt ſumi in quinque caſibus. Primus † eſt, quan-
do tractatur de præiudicio partis non circa ius
iam competens, ſed circa ius de futuro mediãte
facto proteſtantis quærendum: nam tunc non re
C quiritur alius conſenſus expreſſus: quia ſatis ille
ſciẽs de veniendo poſtea ad actũ dicitur cõſenti
re, dũ tamen actus non fiat ex neceſsitate, vel in-
teruallo, ſecundum Bartol. hîc: & ita procedit gl.
in l. pacta nouiſsima. & l. Modeſtinus. quæ facit
in arg. ff. de ſolut. & l. j. de ſolut. & l. codicillis. §. j.
de legat. & fideicommiſſ. ij. & ideo ſi proteſtor ti
bi, quòd ſi fideiubebo pro Titio, non intẽdo ob-
ligari, & deinde fideiubeam, valebit proteſtatio:
videris enim me recepiſſe ſecundum proteſta-
D tionem tibi intimatam: & ſic obſtat tibi tacitum
pactum: & ita poteſt intelligi gloſ. in d. l. pacta
nouiſsima. & ita etiã tenuit Pyl. q. xxv. Iacob. de
Aret. & Alber. de Roſat. in d. l. ſi fideiuſſor. De-
cius & Modern. in d. c. cùm M. Ferrarienſis. Iaſ.
hîc, qui videtur ita intelligere Bar. licet Præpo-
ſit. in d. c. ſolicitudinem. aliter ſentiat. & certè
mens Bart. hîc alia fuit, qui manifeſtè diſtinguit
taciturnitatem à conſenſu, licet in d. l. pacta no-
uiſsima. non ita diſtinguat. Sed hæc opinio eſt
E magis communis, quam etiam tenet Angel. in l.
ſi mora. in princ. ſoluto matrim. pro qua adducit
Decius rationem: quia vbi, inquit, agitur de præ-
iudicio iuris quærendi, tacens debet haberi pro
conſentiente, tanquam tale ſit modicum præiu-
dicium, l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. Et in
modis præiudiciis tacens cenſetur conſentire,
l. quam Tuberonis, §. ſunt quidam. ff. de pecul. l.
Labeo. cum gloſ. de aqua pluuia arc. Bartol. in d.
l. quæ dotis. circa fin. Alexand. hîc. Et ideo diſtin
F ctio Bartol. hîc, quo ad §. ſed cùm adiicitur. non
videtur vera, prout etiam tenuit Imol. & Alexan.
quem vide. Nec obſtat, quòd do. Præpoſi. in d. c.
teneat, quòd imò, nec in modicis cenſeatur ta-
cens conſentire, per gl. in c. j. xxvij. diſtinct. quia
illa gloſ. probat contra eum: ex quo ibi præiudi-
cium illius, cui fiebat proteſtatio, id eſt ordi-
narij ordines conferentis, erat leue, meritò habe
tur pro conſentiente. Secundus caſus eſt, quan-
do agitur de derogatione priuilegij: cùm enim
faciliter priuilegia remittuntur, l. eius militis. §.

militia miſſus. ff. de teſta milit. ſi fiat proteſtatio
tali priuilegiato, vt eo non vtatur, & taceat, cen-
ſetur conſentire. d. l. ſi fideiuſſor. iuncta gloſ. vbi
Angel. Paul. & Alexand. facit l. j. §. tutor. & quod
ibi Angelus, ff. quando appel. ſit. de quo per Iaſ.
in l. j. §. fin. de conſtitut. princip. & l. ij. C. de diuer.
reſcrip. de quo hîc per Moder. Tertius caſus eſt,
quando cum taciturnitate cõcurrit aliquis actus
facti, vt receptio literarum, clem. j. de procurat.
& eſt text. l. ſi filius abſente. ff. ad ſenatuſc. Mace-
don. Sed † ille text. non videtur probare: quia ſe- 86
cundum Paul. de Caſtr. in l. quo enim. ff. rem ra-
tam hab. pater obligatur ex ſola ſcientia, l. ſi ta-
men patre ſciente. ff. ad ſenatuſc. Macedon. Item
text. ille loquitur, quando tractamus de vitando
odio: quia talis exceptio Macedoniani eſt odio-
ſa, l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. Sed
tamen ſatis poteſt ſuſtineri communis intelle-
ctus: quia d. l. ſi tamen: loquitur, quando pater
ſcit tempore contractus, & poteſt prohibere: vn-
de ſi non facit, cenſetur cõſentire: quę ratio ceſ-
ſat iam actu celebrato. Itẽ illa exceptio eſt odio-
ſa reſpectu filij eam opponentis: ſed quòd pater
ipſe non obligetur per filium, non eſt odioſum:
imò regulare, arg. d. l. j. C. ne fil. pro pat. l. iij. vbi
gloſ. C. de pact. Aduerte tamen vltra Doctor.
dum text. ille requirit, quòd continuò interpo-
natur proteſtatio contrariæ voluntatis, debet
intelligi fieri incontinenti arbitrio iudicis, l.
quod dicimus. ff. de ſolut. iuxta doctrinam Bart.
in l. j. §. j. ff. de verb. oblig. qui conſideret, an ille
literas retinuerit: quia fortè ad illud attendebat,
an quia adſentiebat actui: alioquin eſſet parata
via fraudibus: debet enim iſte conſenſus eſſe ve-
riſimilis: ex quo inducitur per præſumptionem,
quæ innititur veriſimilitudini, vt per Bald. in
rub. C. de probat. & in l. ea quidem. C. de accu-
ſat. in princip. & facit text. in d. l. clement. j. vbi
ponderatur, quòd plus ille ſciebat, antequàm ſi-
bi traderetur ſcriptura: & ſic cùm antea ſciret, &
ſciens poſtmodum ſcripturam acceperit, meritò
veriſimilis eſt conſenſus: & facit, quod not. Iaſ.
in l. admonendi. de iureiur. Matheſil. not. xxij.
Com. conſil. clxxvij. ſuppoſitis ſtatutis quibus
locis declaratur d. l. ſi filij. quæ nota ad conuin-
cendas cautelas traditas per Doctores, argum. d.
l. de qua vltra Modern. hîc, & in d. c. cùm M. &
in d. c. ſolicitudinem. vide etiam Cæpol. caut.
xxiiij. pone, quòd filius. Felin. d. c. nónne. de
præſumpt. Alexand. conſilio cxlvij. in ij. & con-
ſilio lxxviij. And. Sicul. conſilio vj. in j. conſilio
xxxvij. eodem lib. & conſilio ij. & conſil. xv. in
ij. Iaſon in d. l. quæ dotis. verſic. decimuſoctauus
caſus. & per Abbat. in conſilio xviij. in ij. & ideo
in propoſito noſtro, ſi quis intimat proteſtatio-
nem in ſcriptis alicui, non tamen ſtatim cenſe-
tur conſentire, dato quòd eam reſpiciat, ſed arbi-
trio iudicis habebit tempus ad reſpondendum
& contradicendum: & in hoc ſeruanda eſt con-
ſuetudo loci. Quartus caſus eſt in iudiciali-
bus: quia in illis tacens habetur pro conſentien-
te, ſecundum gloſſam in d. l. ſi fideiuſſor. quam
ita intelligit ibi Bald. facit l. j. C. de relat. vbi Bar-
tol. & c. fin. de accuſat. lib. vj. Mihi tamen vide-
tur eſſe verius, quòd nihil ſit ſpeciale in actu iu-
diciali, quo ad hoc: aut enim actus fit à iudice, &
tacens non cenſetur conſentire, niſi lapſo tem-
pore ad appellandum, ſi actus valet: vel dicen-
dum de nullitate, ſi actus eſt nullus, vt eſt com-
munis opinio Doctor. in c. tuis. extrà, de teſtib.
vbi



vbi Hoſtienſ. Aretin. & Felin. concludunt, per
taciturnitatem non cenſeri remiſſum iuramen-
tum teſti, & per Bartol. & Bald. in l. ab eo. C.
quomodo, & quando iud. Doctor. in c. quod ad
conſultationem. de re iudic. Felin. c. fraternita-
tis. de teſtib. Alexand. in l. ſi qui ſeparatim. §.
final. de appellat. & ita intelligitur text. in d. c.
final. de accuſat. aut actus fit à parte: & tunc
idem eſt, quod in extraiudicialibus. Si enim
contradicendo poteſt actum impedire, & res à A
voluntate ſua dependeat, tacens cenſetur con-
ſentire, d. l. j. C. de relat. l. ne in arbitris. vbi Bar-
tol. in fin. C. de arbit. & idem eſt in extraiudicia-
libus, vt per Bartol. in d. l. quæ dotis. dum ſimi-
liter allegat iura in vtroque caſu loquentia, l.
ſæpe. verſic. ſed ſcientibus. de re iudic. gloſ. in l.
fideiuſſor. §. pater. de pignor. Si verò à volunta-
te ſua non dependeat, ſecus eſt, vt per Bartol. in
l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat. Ad l. cùm
oſteadimus. §. final. de fid. tutor. reſponde, quòd B
ibi alia concurrebãt, de quibus per Moder. in l. j.
in princip. ff. de verbor obligat. Ad d. gloſ. in l.
ſi fideiuſſor. dic, quod eſt intelligenda, prout di-
xi in ſecundo caſu: & ita tenet ibi Alexand. &
eſt de mente Bartol. in d. l. quæ dotis. quicquid
dicant Modern. hîc, & in d. c. cùm te. Quintus
caſus eſt, quando proteſtatio fit ſuper aliquo
actu, ex quo non inducitur propriè obligatio,
ſed aliud præiudicium generatur: & tunc pars
tacens cenſetur illi conſentire, d. l. codicillis. §. j. C
d. l. debitor. §. j. ff. quibus mod. pignus, vel hy-
poth. ſol. Bald. in d. l. ſi fideiuſſor. & do. Præpo-
ſit. in d. c. ſolicitudinem. in iij. & vij. fallent. Sed
tu aduerte, quia Bartol. hîc dicit, quòd non eſt
neceſſe, quòd cenſentiat: ſed ſatis eſt, quòd ſciat:
imò etiam ſi contradicat, tamen attenditur pro-
teſtatio, d. l. j. C. de his, qui ſpon. mun. publ. ſuſ-
cep. libro x. & ſuprà dixi: cùm enim talis pro-
teſtatio ſit conſeruatoria iuris noſtri, non atten-
ditur conſenſus, vel contradictio partis, ſed ſo- D
87 lùm voluntas noſtra, ſine † qua ius noſtrum à no-
bis auferri non debet, l. ius noſtrum. ff. de regul.
iuris: facit, quia idem videmus in eo, qui portat
habitum monachalem vltra annum, & prote-
ſtatur, quòd non intendit profiteri, attenditur
proteſtatio, etiam ſi pars contradicat, vt per In-
nocent. in d. c. j. quod metus cauſa. & in d. c.
cùm M. vbi do. Anton. ponderat, & Præpoſit. d.
c. ſolicitudinem. verſic. fallit quartò. Idem in eo,
qui reſpondit libello cum proteſtatione de li- E
tem non conteſtando, de quo per Ioan. And.
Anton. & Abb. in c. j. de lit. conteſt. do. Anton.
in c. tua nos. de ſponſ. Bart. in d. l. j. C. de lit. con-
teſt. vbi optimè loquitur. Et ad euitandam pœ-
nam, quòd ſufficiat tacitus conſenſus: gloſ. in
d. c. j. xxvij. diſtinct. ſentit, quòd ſic, provt eam
declarat Abb. in d. c. cùm M. Item in foro con-
ſcientiæ, vt habetur in c. tua nos. de ſponſal. de
quo dic, vt per Præpoſit. in d. c. ſolicitudinem.
& Modern. hîc. ¶ Ex tertia parte quando po- F
teſtas deficit de facto, ſed de iure actus depen-
det à mea poteſtate, fac breuiter tres conclu-
I. ſiones. Prima, quando † poteſtas deficit de fa-
88 cto propter adverſarij potentiam, ſatis eſt coram
vicinis proteſtari de metu, & potentia, l. final.
C. de his, qui propter met. iudic. c. final. extrà,
de appellat. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.
§. eod. facit l. imperator. de appellat. Adde, quòd
d. l. final. ſimpliciter requirit, quòd proteſtatio

publicè fiat: & ita etiam loquitur text. in l. cùm L. 8.
quidem. ff. de appellat. & text. in d. c. final. di- Non ſo-
cit, in præſentia bonorum virorum. Vnde pu- lùm.
to, quod idem ſit, dum modò teſtatio poſsit pro- §. Morte.
bari: & ita eſt etiam de mente Scribentium, &
facit l. iubemus. C. de defenſ. ciuit. vbi ſufficit,
quòd publicè proponatur. Limita, quando
actus erat explicandus coram iudice, tanquam
coram parte in iudicio: nam tunc debet adiri
A alius iudex, l. ſi præſens. C. de epiſcop. audien.
l. in contractibus. in fin. C. de non numerat. pe-
cun. & ita tenent communiter Doctor. hîc, & in
d. §. ſi quis ipſi. vbi etiam Bartol. ponit rationem:
quia † ſicut exceptiones debent proponi coram
iudice, ita etiam talis proteſtatio, quæ ſuccedit 89
loco exceptionis: quam rationem ſequitur Imo.
& Iaſ. ibi, declarando, vt ibi. Sed aliam ſentit
Raph. & Put. ibi, quòd propter reuerentiam di-
gnitatis ipſius lex voluit, quòd honeſtioribus
B verbis mediante iudice, illis denuntiaretur. Sed
tamen neutra iſtarum rationum ſatis placet:
quia illud remedium eſt introductum in fauo-
rem debitoris, & ſi vult, poteſt eo non vti, & ex-
traiudicialiter ille denuntiare, vt ſatis probatur
in d. l. in contractibus. in fin. & facit gloſ. in l. ſi
intra. eod, titul. ergo actus de neceſsitate non
erat expediendus in iudicio. ¶ Secunda con- II.
cluſio, quando poteſtas deficit de facto propter
aduerſarij abſentiam, videtur, quod ſufficiat
C proteſtatio ſimplex coram teſtibus, l. Labeo. ff.
de naut. fœno. & quia videtur eadem ratio, ſiue
quis impediatur propter potentiam, d. §. ſi quis
ipſi prætori. ſiue propter abſentiam: & hanc
concluſionem omiſit Bartolus. Fallit primò,
quando aduerſarius eſt iudex: tunc requiritur
factum alterius iudicis, ſecundum l. vt perfecti-
ùs. C. de annal. except. cle. cauſam. §. penult. de
electio. Fallit ſecundò quando actus eſt expli-
candus coram iudice, tanquam iudice: nam ſuf-
D ficit, ſi ad tribunal proteſtemur, l. j. §. adeundi.
ff. quando appel. ſit. non enim tenetur eum ali-
bi perquirere, ſecundum Bartol. de quo dic, vt
ibi. Si verò non habeat tribunal, debet fieri co-
ram honeſtis perſonis, c. cùm veniſſent. de eo,
qui mit. c. paſtoralis. §. final. de offic. odinar. &
tunc ſtamus regulæ. Fallit tertiò in caſu l. ſi di-
ctum. §. final. ff. de evictio. vbi abſente, vel non
exiſtente tutore, debet ſaltem denuntiari pu-
pillo: per quem text. aliàs dixi, quòd ſtante ſta-
E tuto, quòd locatio cenſeatur durare, niſi per tres
menſes antè eſſet denuntiatum, quòd ſtatutum
eſt limitatorium, l. qui ad certum. §. final. loca- 80
ti, & cond. ſatis erat denuntiari pupillo, qui tu-
torem nullum habebat. Fallit quartò in caſibus,
quibus citatio ad domum ſufficit: de quibus in
l. iij. §. prætor ait. vbi per Bartol. ff. de damno in-
fect. nam videretur tali caſu etiam proteſtatio-
nem ibi tunc intimandam, cle. cauſam. de elect.
Fallit quintò in proteſtatione, quæ alium non
F grauat: poteſt enim fieri marito pro vxore, vel
etiam amico, l. aut qui aliter. §. at ſi fortè. ff. quod
vi, aut clàm. de quo infrà per Bart. Fallit ſextò,
quando reliquit abſens procuratorem, vel nego
tiorum geſtorum, quibus denuntiãdum eſt, iux-
ta diſtinctionem, de qua infrà dicetur: facit l. ho-
nores. §. fin. de decurio. ¶ Tertia concluſio ex III.
doctrina Bart. eſt, quòd † ſcriptura non eſt de ne- 90
ceſsitate proteſtationis, ſed poteſt fieri etiã ſine
ſcriptis, d. l. ſi. C. de neg. geſt. & facit reg. l. pactũ,

quod bona fide. C. de pact. & in l. contrahi-
tur. ff. de pignor. & gloſ. in c. j. §. poſtquam. de
cenſib. in vj. & eſt gloſ. in §. conteſtationem
in authentic. de temp. non numerat. pecun.
Fallit, quando proteſtatio ſuccedit loco actio-
nis, l. vt perfectius. C. de ann. except. vel loco ex-
ceptionis, authent. hanc autem. C. de non nume
91 rat. pecun. & eſt ratio: quia † ſicut actio, vel exce-
ptio in ſcriptis proponi debet, quia ſunt de actis
iudicij, c. quoniam contrà. de probat. vt per glo. A
in d. c. j. de cenſib. ita etiam proteſtatio, quando
in eorum locum ſubrogatur, arg. c. quoniam cō-
trà. & quod ibi Bald. extrà, de probat. vbi duûm-
viri in caſu illius text. tenentur iurare, ſicut nota-
rij, quia eorum loco ſubrogantur: facit l. ſi eũ. §.
qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & quod notat
idem Bald. in l. ne cauſas. C. de appellat. vbi pro-
teſtatio, quæ loco apoſtolorum mittitur, debet
in ſcriptis fieri: quia illis ſubrogata. Et hæc opi-
nio ſatis poteſt procedere in exceptione non nu B
meratæ dotis, in qua lex præciſè requirit ſcriptu
ram, vt per gloſ. in d. §. conteſtationem. vbi adſi-
gnatur ratio, per quam videtur aliud dicendum
in querela non numeratæ pecuniæ, prout etiam
ſentit Bartol. & Doctor. in d. l. ſi intra. Nec obſtat
d. l. in contractibus. ibi, ſcripto miſsis. quia non
per hoc exculduntur teſtes, vt infrà dicam. Et ex
dicta fallentia inferri poteſt, quòd quando preſ-
byter acceptat tutelam, debet proteſtari in ſcri-
ptis, quia talis acceptatio eſt actus fori, l. actus. C. C
de fer. & ita procedit text. in authen. presbyte-
ros. vltima, C. de epiſcop. & cleric. Idem, quando
lex concedit loco iudicis, quòd quis propria au-
ctoritate ius ſibi dicat, fit proteſtatio in ſcriptis,
authent. ſi quis ei. C. de adult. tali enim caſu pars
ſuccedit loco iudicis, arg. l. ij. C. quando lic. ſine
iud. de quo dixi in l. in ſuis. in iiij. not. de liber. &
poſthum. Doctor. tamen hîc dicunt, quòd illud
eſt propter præiudicium irreparabile, ſicut etiã
in caſu §. ſi quis de prædictis. in authent. vt cùm D
de appellat. cogn. vbi quando filius, vel agnatus
proximior negligit tutelam, ſeu curam furioſi, ſi
quis extraneus atteſtationem eis ſcriptis direxe-
rit, ipſe ad hæreditatem admittitur in ſcriptis. Po
tes tamen dicere, quòd illa dictio Scriptis, ibi re-
fertur ad dictionẽ Hæredibus, nõ ad Atteſtatio-
nem. Præterea non ſequitur, quamuis lex facit
mentionem de ſcriptura, quinetiam ſufficiant
teſtes, l. j. ibi, ſcriptura interveniente. & ibi per
Bartol. C. de iure emphyteut. cuius opinio eſt E
communis, vt per Alexand. conſi. xxvij. in iiij. &
ſecundum ſuprà dicta etiam debet intelligi tex-
tus in c. vt circa. de electio. in vj. vbi, qui opponit
crimina contra electum, debet in ſcriptis oppo-
nere iſtud, cùm reſpicit actus iudiciarios: & ſic
ſtat firma concluſio Bartol. cum limitatione ſua,
quæ ſanè intellecta compræhendit alias relatas
per Moderniores. ¶ Ex quarta parte, quando
poteſtas deficit de iure, ſed non de facto, collige
I. duas concluſiones. Prima eſt, quòd † quando F
92 quis proteſtatur, ne incidat in delictum, ſi certa
eſt perſona, cum qua factum illud perpetraretur,
debet admoneri vel ipſe, vel familia, iuxta l. aut
qui aliter. §. j. & ij. ff. quod vi, aut clàm. facit in ſi-
mili c. licet. de reg. Si eſt incerta perſona, ſatis eſt
ſi fiat loco, & tempore, quo factum illud geritur,
l. qui foueas. l. ſi putator. ff. ad leg. Aqui. facit tex.
in c. ex literis. iuncta gloſ. ibi, & in c. fin. extrà, de
homicid. in antiquis: cum Bartolus tranſeunt
alij. Et ex hoc infert Iaſon ad quæſtionem em-
phyteutę vxoris, qui alienauit inconſulta vxore,
ſed tamen facta marito denuntiatione, nunquid
excuſetur à pœna l. fin. C. de iure emphyteut? &
ipſe in d. l. fin. q. xvij. tenuit, quòd ſic, argum. d. l.
aut qui aliter. ſed hîc tenet oppoſitum. Vltrà
eum dic, quòd † d. l. aut qui aliter. nihil facit: quia
ibi lex ſimpliciter requirebat, vt qui faceret, ce- 93
landi animum non haberet, vt ibi dicitur, verſic.
ſed Seruius. vnde ſufficit denuntiare vxori, vel
amicis. Sed l. fin. requirit, quòd atteſtatio domi-
no tranſmittatur: ergo non ſufficit, ſi marito fiat,
niſi quando maritus eſſet dominus, vt quia fun-
dus dotalis, ſecundum l. in rebus. C. de iure dot.
facit, quia videmus, quod denũtiatio facta patri,
non præiudicat filio, nec vice verſa, vt per Socin.
conſil. viij. in iij. Quid tenendum? diſtingue, aut
maritus cohabitat cum vxore, & facit eandem
familiam: & puto, quòd ſicut ſufficeret denũtia
re domi, l. j. §. j. ff. de liber. agnoſc. l. ſcire oportet.
§. oportet. de excuſat. tutor. ita etiam meritò ipſi,
quando tamen ipſa non reperitur, iuxta doctri-
nam Bartol. in l. iij. §. prætor. infrà, de damno in-
fect. & procedat opinio Iaſ. in d. l. fin. aliàs verius
ſit, quod hîc tenet. Et ex his infertur ad aliam
quęſtionem: Emphyteuta iuit ad domum domi
ni, vt ſolueret canonem: eum non reperit, quia
erat ruri, ſed reperit vxorem, quæ noluit eum re-
cipere, nũquid excuſetur à pœna caducitatis? &
putarem, quod ſic, per ſuprà dicta: hîc enim non
aggrauatur dominus: & quia hîc ceſſat contem-
ptus domini, quæ eſt ratio pœne introductæ à d.
l. fin. & † quia conſignatio, & depoſitio requiri-
tur ad conſequendam plenam liberationem, l. 94
obſignatione. C. de ſolutio. ad euitandam verò
pœnam ſatis eſt oblatio verbalis, l. acceptam. l. ſi
pro te. C. de vſur. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verb.
obligat. & per gloſ. in l. ij. in fin. cum qua tranſ-
eunt Scribentes eodem titulo: & iſta opinio ha-
bet æquitatem. ¶ Secunda concluſio Bartol. II.
eſt, quando proteſtatio fit ad diminuendum de-
lictum, ſi factum non dependet totaliter à pote-
ſtate noſtra, proteſtatio nihil releuat, c. fin. de ho
micid. in vj. Si verò dependet à poteſtate noſtra,
ſecus eſt: gloſ. in l. j. in verbo, nec vi. C. vti poſsi-
det. declarando, vt hîc per eum. Sed contra hoc
vltimum tenet do. Claud. allegando etiam Feli.
in d. c. cùm M. qui tamen hoc non dicit. Moue-
tur: quia ſicut non attẽditur proteſtatio, quo ad
totum, vt non ſit delictum, non debet neque quo
ad partem: & ſic vt diminuatur, per regulam l.
quæ de tota. ff. de rei vendicat. Secundò adduci-
tur doctrina Bartol. & Scribentium in l. ſi quis
extraneus. in princ. ff. de acquir. hæred. iuncta l. j.
§. non vſque adeo. ff. de iniur. Tertiò not. per
gloſ. & Doctores in l. ſed ſi nolit. infrà de acquir.
poſſeſ. Sed tu non recedas ab opinione Bart. cũ
qua cæteri tranſeunt. Non obſtat prima ratio:
quia eſt impertinens: non enim ratio differentiæ
in eo conſiſtit, quòd reſpiciamus totum, vel par-
tem, ſed quòd dependeat totaliter à poteſtate,
ſeu animo noſtro. Nec minùs etiam obſtat d. l. j.
§. non vſque. quia loquitur reſpectu iniuriam paſ
ſi, non autem reſpectu facientis: non enim ab eo
ſolùm dependet, ſed aliis quoq; qualitatibus, l.
aut facta. ff. de pœn. Ad doctrinam Bar. in d. l. ſed
ſi nolit. reſponde, quòd non loquitur reſpectu
delicti, vt eſt caſus noſter, ſed reſpectu intereſſe,
quod deducitur in actione Vnde vi, l. j. in princ.
ff. de vi, & vi armat. Præterea non loquitur, quan
do præceſſerat proteſtatio nolentis ſibi acquiri
ciuilem.



ciuilem. Vnde illa concluſio limitatur per do-
ctrinam Barto. hîc. Sed dubium eſt, nunquid hoc
caſu proteſtatio talis, per quam diminuitur de-
lictum, debeat fieri præſenti, vel intimari? &
Bartolus hîc dicit, quòd non requiritur præſen-
tia partis, cùm pendeat ex ſolo animo: do. Præ-
poſi. in d. c. ſolicitudinẽ. tenet contrarium: quia
ſicut proteſtatio, quæ fit ad tollendum delictum,
debet fieri parti, d. l. aut qui aliter. & d. l. qui fo- A
ueas. ergo idem, quando fit ad minuendum, arg.
d. l. quæ de tota. Sed reſponde, quòd ibi deli-
ctum conſiſtebat in clandeſtinitate, hîc in alio
facto. Potes dicere, quòd quo ad minuendum
delictum, vera ſit opinio Bartol. ſed quo ad in-
tereſſe, ſi pars probabiliter in aliquod damnum
incidit, propter ignorantiã proteſtationis pro-
cedat contraria opinio, arg. doctrinæ Bartoli in
d. l. ſed nolit. ¶ In quinta, & vltima parte
95 Bartolus facit concluſionem, quòd † proteſtatio
in his, quæ pendet à diſpoſitione legis, nihil o- B
peratur, l. alimenta. vbi gloſſa, & Bartol. C. de
neg. geſt. facit textus in c. ſic quidam. x. quæ. j. I-
dem, ſi dependeant reſpectu conſequutiuorum
ad actum tantùm, d. c. cùm M. Ferrarienſis. & d.
c. Cumana. & ibi per Abbat. & facit regula ge-
neralis tradita in l. nemo poteſt. ff. de leg. & fi-
deicom. j. Intellige procedere, quando conſen-
ſus partis non interuenit: aliàs interuenit pro-
teſtatio, ſuſtinebitur in vim pacti, ſeu confeſsio-
nis, arg. l. fin. ff. de rebus eor. & l. iij. C. com. v- C
triuſque iudic. & per Felin. in c. fraternitatis. de
hæretic. & in c. cùm venerabilis. de except. Imò
ſi illa diſpoſitio legis ſit in fauorem partis, po-
teſt pars renuntiare, & valebit proteſtatio, c.
cùm dilectus. vbi Abbas, in v. notabili, de con-
ſuetud. per Felin. in c. ſi diligenti. de foro com-
pet. Et ex hac concluſione infert Iaſon hîc ad
quæſtionem emphyteutæ alienantis, ſaluo &
reſeruato conſenſu domini, & non aliter: nam
per talem proteſtationem non liberatur à ca- D
ducitate. cùm enim ſit contraria facto, non de-
bet attendi, d. c. ſolicitudinem. & quia caduci-
tas dependet à diſpoſitione legis, d. l. final. & i-
ta tenet Bald. in l. j. quæſt. xvj. C. de his, quæ
pœn. nomi. & in d. c. Cumana. & eſt commu-
nis opinio ſecundum Iaſonem hîc, quando ſe-
quuta eſſet traditio, vt hîc per Iaſon. & in rub.
ff. ſoluto matri. in ij lectura, & in d. l. fin. & Dec.
conſil. clx. cum ſimilibus. Sed tu conſidera ali-
quos caſus. Primus eſt, quando ſimpliciter em- E
phyteuta alienauit reſeruato iure domini: &
tunc puto indubitanter dictam concluſionem
veram: quia talis reſeruatio non aufert con-
temptum domini, cùm omnino eius ius ſal-
uum eſſet, l. ſi debitor. §. j. ff. quibus modis pig.
& quia ius domini non conditionat cõtractum,
meritò cadit. Et ita loquitur Abbas & Canon.
in c. ij. in fin. extrà, de feud. Iſta enim verba
non ad conſenſum ipſius referuntur, ſine quo
alienatio fieri pon potuit, ſed ad ius, id eſt di- F
rectum dominium, d. l. j. C. de fund. patrimo-
nia. imò concordant cum caducitate, quæ in-
troducta eſt, vt ſaluum ſit ius ipſius domini. Se-
cundus caſus eſt, quando reſeruatur conſenſus
ipſius domini: & tunc videtur, quòd dicta o-
pinio communis non ſit vera, duplici ratio-
ne. Prima eſt: qui ſi verba conditionaliter pro-
lata eſſent, vtique emphyteuta non caderet, vt
quia dixiſſet, Alieno, ſi conſenſerit dominus,
l. fin. C. de fund. patrimo. lib. xj. l. ſi quis locu- L. ſi.
ples. & ibi per Bartol. ff. de manumiſ. teſtam. & Non ſo-
eſt communis opinio, vt per Iaſon. in d. l. final. lùm.
verſic. vigeſimo ſextò quæro. Ergo idem dicen- §. Morte.
do, ſaluo conſenſu: quia illa dictio Saluo, ha-
bet vim conditionis, cùm modificat reſpectu
futuri, vt colligitur ex gloſſella ſuper verbo, ſi
purè. gloſ. in l. item Labeo. §. j. ff. familiæ er-
ciſc. & probatur in l. j. in princip. C. de fund. pa- A
trimo. lib. xj. ſicut & ablatiui abſoluti ſtant con-
ditionaliter, l. ab emptione. ff. de pact. Et da-
to, quòd aliqualiter accedant ad naturam diſpo-
ſitionis, l. in ratione. ij. §. tandiu. ff. ad legem Fal-
cid. vbi Paulus de Caſtro & Alexander: tamen
pro euitanda caducitate deberet capi intelle-
ctus, qui eſt magis proprius, meræ & puræ con-
ditionis, l. cùm quidam. vbi Iaſon, ff. de liber.
& poſth. Secunda ratio eſt, quia non eſt ve-
rum, quòd caducitas dependeat ſimpliciter à
diſpoſitione legis: quia etiam dependet ex vo- B
luntate domini: vnde non habet locum, niſi i-
pſo volente, l. ij. vbi Bartol. ff. ſi ager vectigal.
vel emphyteut. Vnde ſi dominus declarauerit,
quòd non vult, & emphyteuta cum emptore
reſcindant venditionem, & traditionem, non
poteſt dominus dicere ſe contemptum: & ceſ-
ſat ratio d. l. final. & ideo putarem communem
opinionem intelligendam, etiam quando do-
minus de diſſenſu proteſtatus eſſet: & nihilo-
minùs emptor in poſſeſsione perſeueraſſet, nec C
contractus effectualiter (etiam quatenus pro-
ceſsit) per viam facti diſſolueretur. Tertius ca-
ſus eſt, quando dictum eſt, Vendo ſaluo con-
ſenſu domini; & non aliter, nec alio modo: &
tunc communis eſt opinio, emphyteutam non
cadere propter vim geminationis, quæ retro
contractum non minùs, quàm expreſſa condi-
tio reſiluit: gloſ. in l. ſi quidem. vbi Bald. C. de
except. per Bald. in c. j. §. denique. quæ fuit pri-
ma cauſa benefic. amit. Abb. d. c. ij. cum concord. D
per Iaſonem in d. rubica, & Curt. conſilio viij.
Fallit, quando eſſet facta corporalis traditio rei
naturaliter de difficili recuperabilis, vt Caſtri,
ſecundum Bald. in c. j. §. hoc quoque ad final. de
ſucceſ. feud. & in d. c. Cumana. ſequitur Felin.
c. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. in antiquis.
Hîc enim apparet de euidenti præiudicio: er-
go non debet talis proteſtatio valere, ſecundum
Bald. in c. final. de confeſ. quia in rebus facti non
debet ars verborum valere, vt idem dicit in l. v- E
nica, C. de confeſ. & iſto caſu poteſt procede-
re opinio Iaſonis hîc tenentis contra commu-
nem: mihi tamen magis placet, vt ex euentu iu-
dicemus. nam ſi dominus proteſtatus fuerit de
diſſenſu, & emphiteuta non reduxerit rem ad
integrum, prout erat ante talem venditionem,
intelligitur cecidiſſe: alioquin ſecùs, prout e-
tiam ſuprà diſtinxi. Quartus caſus eſt, quan-
do emphyteuta reſeruauit conſenſum domini,
& realiter non tradidit rem, ſed tantummodò F
per cõſtitutum, vel precarium: & videtur, quòd
cadat, ſecundum tamen diſtinctionem ſuprà di-
ctam: quia conſtitutum transfert veram poſſeſ-
ſionem, l. quòd meo. de acquir. vel amit. poſſeſ.
l. certè. §. j. & §. Iulianus. de precar. ſecundum
Bartol. conſilio xxxiiij. & Iaſ. in d. l. final. quæſt.
xix. Sed tamen Moderni d. c. cùm M. tenent
contrarium: quæ opinio mihi placet in hoc ca-
ſu. Videtur enim precarium & conſtitutum re-
cipere

cipere conditionem à conſenſu domini, iux-
ta notata per Bald. & Iaſon. in l. ex teſtamento.
C.de fideicomiſ. & Dec. conſil. ccxlvij. in cau-
ſa magnifici. Nec hîc eſt fraus: cùm ſicut ver-
balis fuit proteſtatio, ita & verbalis traditio: &
Bartol. & Iaſ.non loquuntur ſtante clauſula re-
ſeruationis:imò etiam in caſu ſuo illa deciſio eſt
dubia, quia per talem actum verbalem non de-
bet emphyteuta in pœnam incidere, vt dicit
Guid. Pap.quæſtio.xlvj.& quæſt.cap.cj.& vide,
quæ dixi in l.alienatum. infrà,de verb.ſignif.vbi
citaui multa iura, & rationes, quib. concludit,
traditione verbo tantùm facta rem emphyteuti-
cam non eſſe commiſſam:& fuit etiam de mente
Bal.in cap.vnico,§.aut ſi libellario. quibus mo-
dis feud.amit.vbi per illum tex.iuncta l. j.ſuprà,
quod quiſque iur. dicit, quòd contractus à reali
traditione nudus, non facit rem in commiſſum
incidere:& idem not. in cap.j.de prohibit.feud.
alienat. per Frid. & cap. denique. quæ ſit prima
cau. benefic. amit. & etiam ſentit Alex. conſilio
clxxiij.dum requirit perfectam & efficacem trāſ-
lationem poſſeſsionis, & conſilio xxviij. in ij.&
hoc maximè, quando propter talem clauſulam
venditor non eſſet adhuc liberatus ab actione ex
empto. Vnde apparet, contractum adhuc non
perfectum,de quo in l.ab emptione.ff.de pact. fa
cit,quod notat Argentinus filius domini Rayne.
quem refert Paulus de Caſtro & Moderni, in l.
j.§. ſi vir. infrà, de acquir. poſſeſſ. Cæteras quæ-
ſtiones, quæ ex hac principali concluſione poſ-
ſent inferri, vide per Iaſon hîc. & Modern.in d.
capitul.cùm M. Ferrarienſis. & etiam ſuprà ali-
quid tetigi, & per Felin.in cap.cùm venerabilis.
de except. ¶ In ſecunda principali ſpecie pro-
I. teſtationis,quæ eſt inhibitoria,ex doctrina Bar-
toli fac primam concluſionem,quòd † proteſta-
96 tio prohibitoria eius, quod quis erat obligatus
facere,non valet,l.ſi quis prohibuit. de public.l.
ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſſoribus.vbiBartolus per
Bald.& Salicet.in l.ſi liberam.C.quod cum eod.
& eſt ratio: quia † talis proteſtatio non eſt mo-
97 dus tollendæ obligationis,l.obligationum ferè.
§.placet.infrà,de actionibus & obligat. Inſt. qui-
bus modis.tol. obligat. toto titulo,& per talem
actum non debet quis poſſe alteri præiudicare,
vt hîc pe Bartol. Intellige maximè procedere, ſi
cauſa proteſtationis eſt iniuſta, vt dictis iuribus,
& l.vtrùm.de conſt. pec.vbi etiam probatur præ
dicta ratio. Item intellige procedere, etiam ſi
cauſa eſſet iuſta in ſe, ſed non vera, l.hæc autem.
in princip. ff. ſi cui plus,quàm per Falcid.Idem,
ſi non veriſimilis: quod enim veriſimile non eſt,
incredibile reputatur,l. Mæuius,de legat.ij.Imò
quod veriſimile non eſt habet imaginem falſi-
tatis l.milites.§. oportet.ff.de quæſtion. & no-
tat Bal.in l.j.C.de ſeruis fugit.facit, quod idem
notat in l.presbyteri.C.de ſacroſ.eccleſ.per Do-
cto.in cap.quia veriſimile non eſt.de præſumpt.
Item intellige, etiam ſi cauſa eſſet iuſta, & vera,
ſed non probata:quia verum dicitur, quod eſt
probatum ita eſſe,ſecundum Arcihdiac. xxx.
quæſti.v. iudicantem. Bald. in cap.j.de conſtit.
& paria ſunt non eſſe,&non probari,l. duo ſunt
98 Titij.de teſt.tut.& † non tenet qs credere verbo
proteſtantis l. ſi quis inficiatus. vbi Bartol. ff.
depoſi.l.j.§.j.& ſeq.quod falſ.tut.auctor. & quaſ
dam deciſiones ponit Iaſon hîc, quibus adde,
quod notat Fel. in c. cùm contingat.de reſcrip.
& Iaſon in l.j.ff. eo,per quem fact.& dixi in l.j.in
xj.quæſtione ſuprà,eodem.Fallit hęc concluſio,
vt non procedat, quando cauſa eſt iuſta & vera,
l. hæres cùm debuerat.ad Senatuſc. Treb. item-
que probata, vt quia de ea ſit facta fides per
oſtenſionem inſtrumenti, illud ſibi legendo:
vel per dimiſsionem copiæ, cle.cauſam. cum
glo. de elect.&l.nomen.C. quæ res pig.obligar.
poſſ. de quo dic, vt dixi in d. l. in xj. quæſtion.
A facit l.iij.§.ſed ſi ſic. ibi, ne credulitas. ff.de in rē
verſ.Sufficit enim talis verificatio, quo ad iuſtifi
candum proteſtationem, licet quo ad probatio-
nem iudicialem aliud ſit, vt Bartol.in extrauag.
ad reprimendum. in verbo, de plano.per text.
in l. finali, C. de fide inſtru. Idem ſi non oſten
datur inſtrumentum,ſed fiat auctoritate iudicis,
l. finali. ff.de lege commiſ. ſecundum intelle-
ctum Bartoli ibi, qui tamen bene non probatur
per illum textum: meliùs facit ratio,quia præ-
B ſumitur pro facto iudicis, lege ij. C. de offic.
ciuil. iudic. & ideo iuſſus iudicis excuſat, lege
non videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.& quod ha-
betur in l. iuſtè.ff.de acquir. poſſeſ.exuſat etiam
à periurio, vt per Hoſtienſ. in Summa, de iure-
iuran. §. quot ſunt ſpecies. & Ioan.Andre.& do.
Anton.in c. ſignificauit. de cenſib. Reſtringe ta-
men, dum modò iſte ſit iudex competens ſal-
tem in iuriſdictione voluntaria: quia etiam pro
tali lex præſumit, l.ab ea parte. reſponſo ij. de
C probat. & ita intelligo, quod notat Alexand.
conſil. xxxix. in iij. ſecùs, ſi omnimodò careret
iuridictione, ſecundum Aretin. conſilio.xxxv.
Vnde intimatio laudi facta auctoritate arbitri,
non valet:quia ampliùs non habet poteſtatem,
ſecundum Alexand.conſil.xcv.in ij.& quod no-
tat Felin.c.cùm cauſa de offic. & poteſt. iud.de-
leg. Item reſtringe, vt ſaltem cauſa debeat eſ-
ſe inſerta in proteſtatione: quia aliàs præcepto
iudicis non creditur, l. j. com. vel epiſt. per
D Bartol. & Doctores in l. filiusfamiliâs. §. diui.
in fin. de leg.& fideicommiſ.j. Imò ſi pars dein-
de coram iudice petat ſibi edi inſtrumentum &
fieri fidem, debebit illi dari copia, arg. d. cle.
cauſam. in verbo, ſi petita. & l.j.§.fin.ff. de e-
dend. Intellige prædictam limitationem, vt
requiratur intimatio inſtrumenti, quando pro-
teſtatio fit ab eo, cuius principaliter non inter-
eſt. Si verò fiat ab eo, cuius principaliter in-
tereſt, & qui in ea ſibi præiudicare poteſt,tunc
E non requiritur alia cauſa, vel verificatio, ex quo
iſta ſunt nota ipſi, cui fit proteſtatio,ſicut quādo
creditor proteſtatur debitori, ne ſoluat: valet
enim abſque alia probatione, & operatur effe-
ctum,vt purgetur mora,& creditor ipſe in ea cō-
ſtituatur,vt hîc per Bar. & in l.ſi ſeruum.§.ſequi-
tur.ff. de verb. obligat. & eſt text. in l. Aemilius.
verſic. dicebam.ff. de minor. & in l. poſt diem.
ff. de leg. com. facit, quod notat Bald. in l. ſi le-
gatum per illum text. de edend.vbi qui non te-
F netur facere mētionem inſtrumenti, quod præ-
ſumatur eſſe penes eū, cui fit proteſtatio. Idem
in debitore,qui denuntiat fideiuſſori ſuo, ne ſol-
uat:quia habet exceptionem pacti, vel ſolutio-
nis, vel aliam.non enim eſt opus,quòd alter fa-
ciat fidē:quia cùm iſtud principaliter ad eū per-
tineat, debet ei fideiuſſor credere, l.ſi fideiuſſo.
in princ. ff. mand. Item intellige prædicta,quòd
requiratur cauſa vera,&probata,quo ad dictum
effectū, quòd proteſtatio obliget eum inuitum,
cui



cui ſit:ſed ſi ille velit parére, tunc,dum modò ha
beat in ſe cauſam veriſimilem, & cui veriſimili-
ter proteſtatus debuit credere, ſufficit, quo ad
ius, excuſatio, arg.gloſ.in l. Titio fundus.ff. de
cond. & demonſt. & quæ per illam gloſſam no-
tat Fel.in c. cùm contingat.de reſcript.& in c. ij.
de calum.Iaſon in auth. iubemus.C. de iudic. &
99 in d.§.ſi quis ipſi prætori.& † ideo proptèr talem
veriſimilitudinem teneretur proteſtans ad in-
tereſſe, l.j. §. dolum. & §. & ſi reus. ff. de eo, per
quem fact. & cenſeretur proteſtatus habere iu-
ſtam cauſam reſtitutionis in integrum, l. final.ff.
eod.titul. Alium effectum etiam operatur veriſi-
milis cauſa: quia propter eam poteſt exigi cau-
tio,de qua in l.hęc autem.ff.ſi cui plus quàm per
leg. Fal. & in l.fin. C. de petit.hæred. ſecundum
Bartol.hîc,cui adde text.in l. is,à quo.cum l.ſeq.
ff. de rei vendic. & in l. penult.ad fin.C.depoſit.
facit l.ſi poſt perfectam.C.de euict. de quo dicē-
dum,vt in dictis iuribus,& per do.Claud. hîc.Et
100 ex ſuprà ſcriptis habes regulam, quòd † in hac
proteſtatione inhibitoria ſemper requiritur ex-
preſsio cauſæ: licet in aliquibus caſibus opor-
teat eam probari ex exhibitione inſtrumento-
rum: in aliquibus ſufficiat, quòd ſit veriſimilis:
in aliquibus nulla probatio requiratur, vt ſuprà
vidimus, ſcilicet quando pars acquieſcit: & i-
deo Fel.in d.c.cùm M.Ferrarienſis.in ij. conclu-
ſione iij. partis principalis, generaliter conclu-
dit, quòd parte non opponente proteſtatio ſine
cauſa valet: ſicut dicimus in libello, & in exce-
ptione, l. j. infrà, de edend. l. j. §. Labeo.de flu.
quæ opinio non eſt vera: quia non eſt probabi-
lis credulitas, niſi aſsignata ſit cauſa, & ideo
proteſtatus non excuſaretur, & Doctores in d.
l.j. de edend.non dicunt,quod libellus valeat ſi-
ne cauſa,ſed quòd valet cum cauſa generali, vel
obſcura, ſi pars non opponat: & ita debent in-
telligi etiam notata per Alex. in l. Titiæ texto-
res.in princ.de leg.& fideic.j. cum ſimilibus, de
II. quibus hîc per Modern. ¶ Secunda concluſio
101 eſt, quòd † ad proteſtationem inhibitoriam non
admittitur is, cuius non intereſt, l. ij. ff. quod
falſo tut. arg. l. non ignorat. C. qui accuſ. non
poſ.per Bartol.in l.poſthumus.§.j. de inoffic.te-
ſta. ſi verò interſit, admittitur. Et ideo infer-
tur: & primò, quod talis proteſtatio poteſt fie-
ri per procuratorem, dum tamen procurator fa-
ciat fidem de mandato,d.l. ſi quis inficiatus.Sed
an ſufficiat cauere de rato? & Baldus in rubri-
ca. extrà, de procurat.dicit, quòd non: quia lex
requirit, quòd proteſtatus cognoſcat, etc.d. l. ſi
quis inficiatus. facit l. non ſolùm. §. qui alieno.
ff.de procurat. In nunciatione tamen noui ope-
102 ris aliud eſt: quia † eſt præambula iudicij, l. de
pupillo.§. qui procuratori.ſuprà,eod. Et in iu-
diciis, quoties dubitatur, ſuffici cautio, l. qui
abſentem. de procurat. & ita etiam tenet Bald.
in d.c. Cumana. de electio.in c. coram. de offic.
& poteſt iud. de leg. Iaſon d. §. qui procurato-
rio. & quod notat Alexander conſilio lxxviij.
in v. Secundò infertur, quòd poterit fieri per
negotiorum geſtorum: quod intelligi in caſi-
bus, in quibus ſufficit ſola ſcientia à quocun-
que facta, ſecundum dictionem Bartoli in l. fa-
cta. §. ſi hæres. ff. ad Senatuſc. Trebel. pro qua
cōcluſione Iaſon allegat text.in l. item veniunt.
§.petitam. ff. de petit. hæred. ibi enim fiebat
denuntiatio ad finem, ne poſſeſſores diſtrahant
bona hæreditaria: & facit, quod notat Rota L.8.
deciſ. cxxvij. in nouis, & deciſione xij. in anti- Nō ſolū.
quis, vbi intimatio appellationis poteſt fieri e- §.Morte.
tiam per negotiorum geſtorem.Nec obſtat text.
in l. cùm ſatis.§. final.C. de agric.& cenſit. libro
xj. allegatis hîc per Iaſon.quia loquitur in pro-
teſtatione incitatoria, vt reſtituat, & ſic, vt quis
faciat, quod facere debet, non autem in prohi-
bitoria: nam incitatoria, vt reſtituatur domi-
A no, bene poteſt fieri per negotiorum geſtorum,
l. ſi quis ſolutioni.§.j.ff.de vſur. & ideo dicen-
dum eſt, quod d.l.cùm ſatis. loquens de procu-
ratore, non tamen per hoc excludit negotiorum
geſtorem, arg.d.l.prohibere.in princ.cum gloſ-
ſa,ff. quod vi, aut clàm. & ratio differentiæ eſt:
quia cùm omnino talis teneatur, nec per hoc
augeatur principalis obligatio, ſufficit etiam
geſtoris incitatio, maximè quia effectus ſolu-
tionis confertur in perſonam domini: & ita in-
B telligendus eſt etiam Bart.in l.ſi ſeruum. §.nunc
videamus. ff. de verb. oblig. ſecundum Alexan.
hîc. Tertiò infertur, quòd † poterit fieri per 103
coniunctam perſonam, iuxta tamen diſtinctio-
nem, quæ eſt in negotiorum geſtore, videlicet
vbi ſufficit ſola ſcientia, d. §. petitam.Item quā-
do proteſtatio eſt incitatoria, l.qui abſentem. ff.
de procurat. vbi Baldus, & in l. ſin autem. ff. de
neg.geſt. & quod notat Aret. conſilio xxvj. ver-
ſic.circa tertium.alioquin non poterit fieri, l.tu-
C tor vrgentibus. vbi Baldus, ff. de minorib. per
Felin. in d. c. cùm M. Ferrarienſis. Eſt verum,
quòd d. l. tutor.non probat: quia ibi coniuncta
perſona non attenditur propter tutorem, ad
quem principaliter pertinebat, l. ſenatuſconſul-
to. vbi Baldus, C. qui accuſ. non poſ. per Iaſon.
in l. exigendi. in ij. fallent. C. de procur.& ideo
Moderni in d.c.cùm M. Ferrarienſis.tenent con
tra communem: quia cùm liceat in proteſtatio-
ne incitatoria, ergo etiam in prohibitoria, quæ
D videtur minoris importantiæ, c. cui licet.de re-
gul.iur.libro vj. Tamen tu non rec̨ede à com-
muni: quia eſt manifeſta ratio differentiæ inter
incitatoriam, & prohibitoriam, vt ſuprà dixi.
Et pro communi etiam facit ratio: quia ſuprà
diximus, quod procurator non admittitur, ni-
ſi faciat fidem de mandato: nec ſufficit cautio
rati, vt per Iaſon. d. §. qui procuratorio. Sed
coniuncta perſona quando agit, debet caue-
re, l. ſin autem. ff. de neg. geſt. Vnde apparet in
E caſibus, in quibus procurator cum cautione nō
admittitur, nec ipſam admittendam. Sed quid
iuris vice verſa? an poterit fieri procuratori? &
regula eſt, quòd ſic, in caſibus, in quibus ſcien-
tia procuratoris nocet domino, de quibus in l.
procuratoris.in prin.ff.de trib.act.& l.apud Cel-
ſum. §. quæſitum. ij. ff. de doli except. quod li-
mitatur tribus modis hîc per Iaſon. & per Felin.
d. c. cùm M. ¶ Circa ſecundam, quando ſit
proteſtatio inhibitoria eius, quod quis teneba-
F tur non facere, habes ex doctrina Bartoli con-
cluſionem, quòd volens occidere bannitum vi-
gore ſtatuti impunè hoc concedentis, non te-
netur credere bannito proteſtanti, ne offenda-
tur: quia dicit ſe rebannitum, niſi de hoc fiat fi-
des, vt per eum, cum quo tranſeunt cæteri: al-
legat text. in l. non omnes. §. fin. ff. de re milit.
& facit c. j. & ibi gloſ. de ſent.excommunic.&
facit l. penult. ff. de adulter. & aliquas ſimiles
deciſiones ponit hîc Iaſon, & in l. iiij. §. con-
demna-

demnatum. in ſin. infrà, de re iudic. & Decius
in l. qui cum alio. de regul. iur. cum ſimilibus,
Alexand. conſilio cxiiij. vbi ampliat, in j. vol. Tu
aduerte: quia in contrarium facit: nam, ſtan-
te tali ſtatuto, videtur quilibet priuatus eſſe
ſubrogatus loco iudicis, qui poſsit ſumere vin-
dictam, l. ij. C. quando lic. ſine iudi. quia ſta-
tutum cenſetur committere executionem cui-
libet priuato, ſecundum Gand. in Tractatu ma-
leficior. in fine, Rayn. in l. quòd ſi iterum. de
A adim. legat. Ang. Paul. in l. binas. de ſeruit. vr-
ban. prædi. & dixi in l. in ſuis. de liber. & poſth.
Sed iudex, ſi bannitus allegaret ſe incontinen-
ti verificaturum, deberet ſuperſedere, d. l. iiij.
§. condemnatum. Ergo etiam pars, ne parti li-
ceat, quod iudici non licuiſſet, arg. l. Pædius.
ff. de incend. ruina, nauf. ibi, ex rerum quali-
tate. Confirmo, quia ſtante tali ſtatuto banni-
tus habetur pro hoſte ciuitatis, qui poteſt im-
punè occidi, l. iij. §. transfugas. de ſicar. Sed
B hoſtis, præterquam in acie, non poteſt occidi,
l. pupillus. §. j. ff. de verb. ſignificatio. Imò ſi ne-
get ſe hoſtem, debet ad iudicem deduci, arg. l.
final. C. de malefic. & math. & per Bard. l. liber-
tus. §. ſerui. ff. de ſtatu hom. Confirmatur: quia
Bartolus & Doctores non negant, quin talis
occidens ſit ſaltem in culpa, qui debuit veſti-
gare, arg. d. l. qui cum alio. & qui proteſtatio-
nem ſibi factam non debuit ita negligere, arg.
C l. ſi fundum. C. de euict. & ideo punietur de cul-
pa, ſecundum eos. Sed videtur verius, quòd i-
mò ſit in dolo: quia occidere hominem eſt con-
tra ius diuinum, vel naturale: vnde ignoran-
tia non excuſat à dolo, Ang. in l. plagij. C. ad l.
Flaui. de plagiar. Salicet. in l. ſenatuſconſulto.
C. de his, qui ſibi in teſta. aſſcrib. Bartolom.
Veronenſis conſilio xxj. Item in his, in quibus
debuit præcedere diligentia, præſumitur ſcien-
tia, & dolus illius, qui debebat diligenter in-
D quirere, nec admittitur excuſatio ignorantiæ,
gloſ. in c. ad falſariorum. in gloſ. ij. & ibi Ioan.
de Ana. extrà, de crimine falſi. Vnde cùm i-
ſte in dolo, non autem in culpa ſit, videtur,
quod debeat de homicidio teneri, l. in lege Cor-
nelia. ff. ad leg. Corn. de ſicar. per Iaſon. in l. in a-
ctionibus. ff. de in lit. iurand. præſertim cùm ta-
lis occidens præſumatur id feciſſe non cauſa
boni publici, ſed propter odium, vel inimici-
tias ſuas. Pro reſolutione poſſet diſtingui, aut
iſte bannitus proteſtatur ſe liberatum, & offert
E venire ad iudicem: & tunc non poſsit offendi,
prout ſentit Alexand. hîc, arg. notatorum per
Cardin. in cle. j. in v. q. de re iudic. Bald. l. ſi fe-
riatus. de feri. & quod notat Bartol. in l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi. ij. lectura, ſuprà, eodem: Feli-
nus, Moderni d. c. cùm M. Aut non offert, &
tunc ſecùs: ſi tamen potuit deduci ad iudicem,
erit maior culpa occidentis, & iudex eum pu-
niet ex dicta culpa, non tamen tanquam de ho-
F micidio ex lege Cornelia de ſicariis: quia il-
la non habet locum, niſi in homicidio commiſ-
ſo ex dolo vero non ex præſumpto, d. l. in le-
ge Cornelia. per Cardinal. c. lator. de homicid.
104 dolus † enim præſumptus lata culpa eſt, l. quod
Nerua. ff. depoſit. Nec obſtat deciſio Baldi in
d. l. libertas. allegata in contrariũ hîc per Claud.
quia in caſu ſuo verè erat bannitus, in noſtro
ſecùs. Non obſtat, quòd non ſit credendum
bannito atteſtanti ſe velle ire ad iudicem: quia
non eſt credendum verbo ſimplici, ſed etiam
facto: quia veniat, ſeu poſsit etiam inuitus ſe-
curus deduci. ¶ Circa tertium, quando † in- 105
hibetur id quod erat arbitrarium, facere, vel nõ
facere ipſi inhibito, collige ex doctrina Bartoli
quinque caſus, quibus proteſtatio non tenet, &
quatuor, quibus valet. Primus caſus negatiuus
eſt, quando ſalua honeſtate proteſtationi paré-
re non poſſumus, l. quintus. ff. mandat. l. ſi fide-
iuſſor. ff. de fideiuſſor. vbi per Bartol. & Paul. de
A Caſtro; facit text. in l. pecuniæ. in verb. neceſ-
ſitas. & in verb. verecundia. ff. de alim. leg. &
quod ibi notat Bartolus, cui adde gloſ. in c. ſi
quis teſtium. extrà, de teſtib. & Felin. in c. ſu-
per. ij. eod. tit. c. nónne. de præſumptio. Secun-
dus caſus eſt, quando proteſtatio eſt facta ſi-
ne iuſta, vel concludenti cauſa: nam & tunc nul-
lius effectus eſt, l. ſi maior. C. de reſcind. vend.
l. tutor. ff. de minorib. & optimè probatur in l. j.
C. debi. uendi. pignor. per quem textum vidi a-
B liàs dubitari, teſtator mihi legauerat fundum
ſub conditione, hæres fortè colludens cũ quo-
dam creditore paſſus eſt eum auocari per hypo-
thecariam à ſe, deinde euenit conditio: reſpon-
ſum eſt, creditorem non poſſe moleſtari, ſed ta-
men hæres tenebitur ad æſtimationem legata-
rio, qui debuit luere dictum pignus, l. ſi res obli-
gata. de legat. & fideicomm. j. Bald. d. l. ij. C. ſi ad.
vendit. pignor. Tertius caſus eſt, quando non
intereſt principaliter proteſtantis: nam tunc p-
C teſtatus poteſt non credere, & proteſtatio nil o-
perabitur, l. ij. ff. quod fal. tutor. auct. ſecundum
vnum intellectum. Sic etiam videmus, quòd
regulariter is, cuius non intereſt, non admitti-
tur, l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſ. & quod
ſuprà videmus in j. membro: & ita etiam poteſt
intelligi d. l. ſi maior. & d. l. tutor. In caſibus ta-
men, quibus ſola ſcientia ſufficeret, attendere-
tur, ſi facta eſſet fides, ſecundum Bart. hîc, & pro-
batur in l. item veniunt. §. petitam. verſic. à quo.
D ff. de petit. hæred. & talis inducit effectus ex ſci-
entia & patientia productos, vt inquit hîc
Bartolus, qui refert effectus proteſtationis: tu
in hunc locum vide Felinum Sandæum capit.
cùm M. de conſtitut. & iſtud puto verum,
quando conſtat proteſtato, quòd non intereſt
nuntiantis: ſed ſi nuntians aſſereret ſua intereſ-
ſe, dato quòd tunc fidem non faceret, aliud vi-
deretur, arg. l. ſi fundum. C. de rei vendic. de
quo infrà dicemus. Quartus caſus eſt, vt proteſta
E tio per tertiũ facta nihil valeat, quo ad fauorẽ do-
loſi, cuius principaliter interſit, d. l. ij. ſecũdũ aliũ
intellectũ, quem ſequitur gloſ. in d. l. ſi fundum.
& eſt ratio: quia qui non credit proteſtationi, eſt
in culpa: ille alius erat in dolo, qui culpam præ-
ponderat: vnde non poteſt ſe ea iuuare, l. item
obſtetrix. l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. Quintus ca-
ſus eſt, quando aliquis certat de lucro, & alius de
damno vitando. nam proteſtatio non valet in
fauorem eius, qui de lucro agit, ſecundum in-
tellectum Din. ad d. l. ij. qui intellexit, quòd
F ibi pupillus agebat de lucro, emptor de da-
mno vitando: qui intellectus eſt in ſe ſatis bo-
nus, ſed iudicio meo diuinat ad text. Quid
enim, ſi falſus tutor pecunias non numera-
uit pupillo? & ſic pupillus nihil habuit? Vn-
de reſpectu literæ magis conuenit primus intel-
lectus, quòd non intererat proteſtantis, nec ve-
riſimiliter erat illi credendum. Nunc venia-
mus ad caſus affirmatiuos. Primus † eſt, quan- 106
do prohibetur tale quid, quod ſola voluntate
prohi-



cum veteribus ſentio [a]: quòd & Caſtr. hîc tradi-
11 dit, vt † ſicvt in cauſis ciuilibus ſi actione perſo-
nali res aliqua petatur, ſententia contrà ipſum
auctorem lata, adverſus particularem ſucceſſo-
rem executioni mittitur [b], ita & in hac crimina-
li dicamus: idque ſiue in primo iudicio, ſiue pen-
dente appellatione, donatio ſit facta [c]: licet ſi fa-
cta ſit pendente appellatione, faciliùs fraus præ-
ſumatur. Nec obſtat, quod ſuprà diximus, bona
non effici litigioſa [d]: quia verum eſt propriè lo-
quendo: vnde & ſtatim revocari alienatio non
poteſt, ſed ex eventu litis iudicabitur, vt confir-
mata ſententia executio ad eam porrigatur: ta-
metſi & aliter Iuliani reſponſum aliqui intelle-
II. xerint: qua de re alibi. [e] Alter † caſus eſt, cùm do-
12 natio eiuſmodi fuit, vt non, niſi morte, confirme
tur [f]: qualis eſt ea, quæ mortis cauſa facta ſit, ta-
lis enim indiſtinctè, ſequuta cõdemnatione, in-
firmatur, etiamſi ante crimen ſit facta: cùm enim
in vim vltimæ voluntatis duntaxat valeat [g], con-
ſtat ſuprema elogia capitali ſentẽtia infirmari [h].
A qua tamen ſententia excipitur ille caſus, cùm
maritus mortis cauſa vxori donauit [i]: condem-
natione enim, tanquam morte ciuili, confirma-
tur in vxoris vtilitatem, quam cenſuit legislator
ante fiſcum eſſe: idque in pudicitiæ præmium [k].
I. Quòd ſi nõ ciuili, ſed naturali morte maritus
obijt, tunc nulla eſt confirmatio [l]: idque Iacob.
Oldr. Odofred. Cin. Alberic. hîc tradiderũt: quæ
ſententia nec bona ratione innititur, nec verbis
II. his conſentanea [m]. Bart. Angel. Salic. aliter, vt
donatio inter coniuges ante fiſcum ſit, & natura
li quoque morte confirmetur, niſi maritus ex cri
mine damnatus atrociore ſit: qualia ſunt, quæ e-
tiam memoriam nominis poſt mortẽ abolent [n].
Sed cùm lex etiam de eo ſimpliciter loquatur,
qui ſibi mortem cõſciunt, qui ſolùm præſumpti
delicti reus eſt [o], videretur haudquaquam hanc
atrocitatem perpendi, ne rurſus plus pœnæ præ
ſumptioni irrogetur, quàm veritati [p]: quod & ſen
III. ſit Accur [q]. Imol. & Pont. diſtinguunt, an do-
natio vxori poſt contractum crimen facta ſit? vt
tunc non valeat [r]: an verò ante patratũ facinus?
& valeat [r]. aitque Picus idem & omnes recen-
tiores ſentire. Sed hoc modo nulla eſſet differen
tia inter donationes cõiugum & extraneorum,
cùm poſt perpetratum delictum, ex quo memo-
ria poſsit damnari, perdatur adminiſtratio, & in
diſtinctè donatio infirmetur [t]: & tamen lex ma-
nifeſtam differentiã conſtituit [u]. Præterea haud-
quaquàm probabilis eſt differentia, an ante pa-
tratum ſcelus, an pòſt donatum ſit, cùm regula le
gis noſtræ indiſtinctè procedat, lexque ſolùm cõ
ſideret, an ante præſcriptionem, & ſic latam ſen
tentiam, ſit donatum [x], alibique ſimpliciter re-
14 quiritur ante reatum fieri [y]. Eſt † autem reatus
non crimen, vt vulgò putant, ſed habitus ipſe &
ſenti regulariter non pręſumimus retrò [y]. Vnde
D animus,qui fuit tempore delicti, nõ debet præ-
ſumi etiã adfuiſſe tempore alienationis. Sed re- 56
ſponderi poteſt,propter † præſumptionẽ rei in-
continenti geſtæ ceſſare ſuprà ſcriptã rationem.
nam & cùm tẽpus præteritum præſens reſpicit,
ſicvt finis principium,ex eo,quod ſequutum eſt,
retrò præſumitur [z]. videtur autem propter in-
cõtinenti ſubſequutum delictum, mutuo reſpe-
ctu vtrunque geſtum eſſe [a]. Fortiùs obſtat lex III.
noſtra,in qua donatio poſt crimen facta valet:er
E go multò fortiùs valere debet,ſi antè facta, quã-
vis incõtinenti:quod Puteus tradidit: vidẽturq́;
Oldra.& Odofred.in ea fuiſſe ſententia,qui cen
ſuerũt legi noſtræ locum non eſſe,ſi poſt contra-
ctum crimen ſtatim reus donaſſet [b]. Alii ſecun-
dum cõmunem interpretationẽ exiſtimat legi
noſtræ locũ eſſe,cùm delictum occultũ eſt adeò,
vt donans veriſimiliter credat fore,vt nunquam
detegatur,neq; ius in fiſcum trãſeat:at ante com
miſſum facinus non poteſt quis eſſe certus,quin
F de ipſo ſcelere deprehendatur [c]: ideoq́; faciliùs
fraus præſumitur. Et ex ſuprà ſcriptis ſatis po- I.
teſt colligi,ex † actu incontinenti geſto non pre- 7
ſumi fraudem,quoties aliqua ratio repugnaret.
Vnde & propter fauorem publicum excluſio II.
nemque odii putarem à ſuprà ſcripta conie-
ctura recedendum eſſe.Finge:lex iubet domum
parricidæ æquari ſolo: aliquis alienata domo
ſtatim parricidium fecit.cenſuerunt aliqui frau-
dem

f c.le.j.de reb.eccl.Modeſtinus.de ſol.glo.l in bon.fid.C.de pac.
g l.fin aũt.ff.de pact.ubi Soci.& Albe.
h Fel.d.c.paſtoralis.
i Soc.Alb.Caſtr.& Iaſ.
k Caſt.Iaſ.l.contra.§.fi.de pact.
l l.ſi ad reſoluendã.C.de præd.mi.
m in add.Spec.tit.de pact.
n cxlvj.& clix.Goz.xv.
o l.ij.§.de reb.cor.
p Tract.pig.par iiij.ad fi.
q l.uoluntate.ſi.§.j.quib.mod.pig.ſol.l.ſi cum uendiderit.de pig.act.dixi.l.traditionibus.C.de pact.
r l.j.C.de theſau.lib.x.
s c.pe de decim.
t l.uoluntate.in fi.§.j.quib.mod.pig.
u l.neq; pignus.de regul.iur.
x Mod.Tract.pign.iiij.parte,q.pe.Cur.Iun.conſ.cxlvij.
y l.j.§.magiſtratus.de magiſt.conuent.not.l.expreſſa.C.de prob.c.ſi eo tẽpore.de reſcrip.in vj.
z l ſed Iulianus.§.proinde.ad Maced.
a arg.l.Modeſtinus.de ſol.l.qui ſic.de ſolut.Bal.l per diuerſas.in l.q tertiana.de fi.Iaſ.l.fin.q.xx.C.de iur.emphy. b arg.l.fi.quod ui,aut clam.Aepil.edi. c arg.l.iij.de fur.c.fi.de homicid.in vj.



dem præſumi [a]. Ego contrà,ne fauorabilior in-
terpretatio aſſumatur, ne deſtruantur domus [b];
& ne ſtatutum odioſum in caſu vero loquens,ad
fictum,ſeu præſumptum trahatur [c].Qua ratione
& videmus odio ſpoliatoris inductum, vt ea al-
legatione vti non poſsit, Dolo facis, qui petis,
quod incontinenti reſtituturus es [d], cùm tamen
III. aliàs ei exceptioni regulariter ſit locus. Nam
58 † & receptũ eſt, ſi quis poſtquã me ſecretò allo-
quutus eſſet,incõtinenti inimicũ meũ occiderit, A
præſumi mandato meo feciſſe [e], niſi tamen alia
coniectura accipi poſsit,vt quia percuſſoriã fuiſ-
ſet ab occiſo provocatus [f].Vnde apparet, adver-
ſus ſuprà ſcriptam præſumptionẽ alias præſum-
ptiones induci poſſe, vt delicti ſuſpicio evitet.
IIII. Sed & quotieſcunq; lex limitatè loquitur de
actu pòſt facto,non extenderur ad eũ,qui incon
tinenti antè geſtus ſit [g].in limitatis enim ad mo-
menta quoq; temporum attendimus [h], ſicvt in
his,quæ formam,ſeu conditionem reſpiciunt [i]: B
quod & eleganti quæſtione Baldus docuit [k].
V. Qua ratione cùm vẽditor in traditione rei ſpe
cialiter pactus eſſet, vt res vẽdita nemini pigno-
rari poſsit, præterquam vxori emptoris, potio-
rem eſſe vxorẽ creditoribus prioribus,aliqui re-
ſpõderunt [l],dũ tamen huiuſmodi pactio in con-
tractus ingreſſu ſit poſita, non ſi incontinenti
pòſt,quia ſtatim ius eſſet creditoribus quæſitũ,
quod pacto tolli deinde non poteſt [m]. Ego non
video,quomodo vẽditor alteri paciſci potuerit, C
cùm nihil ſua inteieſſet [n]. Fortiùs ego generali-
59 ter cõſtituendũ arbitror,vt † quoties de ijs tracta
mus,quæ meræ facultatis noſtræ ſunt,nullus ſit
ſuprà ſcriptæ præſumptioni locus [o]: quoniam
I. qui vtitur iure ſuo,nemini iniuriam facit [p].Vnde
60 † ſi quis extremo halitu concubinam in vxorem
acceperit, legitimos efficiet filios,& nullum a-
II. gnatis querelæ locum relinquet [q]. Sic is,qui
pœnam ſoluit antè quàm cõdemnatio ſequatur,
ſtatuti vindictã evadet,nec quicquã in fraudem D
III. dicetur feciſſe: quod Bartolus tradidit [r]. Sic pa-
ter,qui debito ſibi in bonis filij vſufructu incon-
tinenti renuntiarit,nihil dicitur in fraudem cre-
IIII. ditorum feciſſe [s]. Sic,qui vouit ingredi religio-
nem,tametſi incõtinenti exeat,votũ ſeruaſſe vi-
V. detur,quia ſatis dicitur ingreſſus:vnde poteſt iu
ris beneficio vti, quo ante annum probationis
permittitur pœnitentia [t]. Sic clericus homicida
incontinenti propter delictum abiurans ſacer-
VI. dotiũ,dicitur vti iure ſuo,& valet renuntiatio [u]. E
61 Putarim tamen delicti perpetrati mentionem
in ſupplicatione faciendam,ne aliàs vitium ſub
reptionis obijciatur [x]. Hinc infertur,ſi † domi-
nus iure prælationis ab emphyteuta rem conſe-
quutus eſt, poſſe eum incontinenti alteri,fortè
amico,vẽdere,nec iuſtã eſſe emphytheutæ que-
relam, tãquam in fraudem emerit, cùm iure ſuo
dominus ſit vſus [y]. lex enim ſolùm mandat,vt
emphyteuta à domino pretium meliorationis
recipiat [z]: nec vlteriùs dominum grauat,ne a- F
lienare poſsit.tametſi hac in re ſciam alios aliter
reſpondiſſe [a]. Nec me mouent quædam exem-
pla,quæ in contrarium adduci poſſunt:videntur
enim in ijs duntaxat procedere, quæ lex meræ
facultati noſtræ non relinquit, vt quia ius alteri
interim ſit quæſitum [b]: quale eſt,cùm quis mo-

a Io.And.de don.c.fin.
b l.cætera.l.ſenatus.de leg.j.
c l.fi.C.de interd.mat.c.ſuſceptũ.de reſcript.in vj.§.fi.i auht.ut lic.mat.
d l.dolo.de doli except.l.qui ſic.de ſolut.
e Bar.d.§.fi.Fel.c.afferte.de præſumpt.
f Bald.cõſi.cl.j.ccclxxxij.v.Iaſ.l.j.C.de ſer.fug.
g l.Seia.§.uirgini l.inter eos.de don.inter uir.d.l.ij.de reb.cor.l.act.ubi gloſ.de iud.
h l.pe.C.de poſth.hær.inſt.
i l.Thais.§.intra.de fid.lib.gl.d.l.act.Doct.l.ſi iudex poſtea.de re iud.
K Bal.c.cũ dilectus.de fide.inſtr.Ang.l.Põp.§.ratihabitionis de procurat.
l Bartol.l.ſi quis duos.de ſol.l.pẽ §.ſi uir.ſol.mat.
m l.nullus uidetur.de reg.iur.
n Doct.l.ſed eſt quæſitũ.de lib.& poſth.c.nuper.de donat.inter uir.ubi Doct.
o Socin.conſi.lxxv.& ſeq.in iiij.
p d.l.j.in fi.de ff.de pact. s l.fideicom. t c.ex in fi.de uulg. Oldr.cccxxiij.de iur.emphyt.

reb.cor.Fanenſ.ubi S.q.l.iuſiurãdũ.& §.fi.de iureiur. r l.pen. patrẽ.quæ in frau.ubi Di.& Alberi. Iaſ.l.poſt mortem.C.de tranſmiſſa.de renunt.Archid.xij.q.ij.ſancimus.Iaſ.l in ſubſti. u Fel.c.inquiſitionẽ.de accuſat. x c.dilectus.j.c.ſeq.de reſcript. y in auth.ut de cætero cõmu.circa med.p loc.à ſpec. z l.fi.C. a Guid Pap.q.ccccij. b Bal.c.j.§.porro.qual.olĩ feud.pot.alie.

ribũdus in fraudem ſubſtituti ingreditur religio L.15.
nem [c].Nam cùm monaſterium ſit loco filij, præ- Poſt con-
feretur ſubſtituto, huncq́; excludet,vt ait Bald. tractum.
Ingrediẽs igitur cœnobiũ, licet vtatur iure ſuo,
alteri tamen facit iniuriam:ob idque cœnobium
non excludet hoc caſu ſubſtitutum. Nec obſtat,
quòd ſubſtitutus ſi hæres deceſſerit ſine liberis,
ab eo ſummouetur,qui legitimatus fuerit [d]. Re-
ſpondeo,id propter verba cõditionis inducitur,
& quia huiuſcemodi legitimato naturalia iura
ſuffragantur:cùm ſecùs ſit in monaſterio, quod
quis ingrederetur. ſolum enim commentitium
Iuſtiniani ius,& quidem adverſus teſtatoris mẽ-
tem inductum ei prodeſt [e], fauorque religionis
propter fraudem ingredientis ceſſat, & habet a-
liquod ius ſubſtitutus [f]. Sicvt & pater in dote
filiæ,quam ſibi reſtitui ipſa in matrimonio dece
dente ſtipulatus eſt [g],ius habet [h]. Vnde non de-
bet in facultate mariti eſſe, vt per repudij miſsio
nem illud auferat [i],cùm ſimulatum cenſeatur ta
le repudiũ [k]:quicquid in non abſimili caſu Paul.
Caſtren.Ancharanusq́; reſponderunt [l], quorum
deciſio haudquaquã videtur vera,ſed ſecundum
ſuprà ſcripta ſemper diſtinguendũ eſt. Cęterùm
& idem eſt,quoties lex noſtræ facultati diſpoſi-
tionem nõ ſubijceret aliqua alia ratione [m]: nun-
quam † enim legi facienda eſt fraus [n]: quod ad-
verſus Pont.reſpõdi [o]. Qua ratione non dicitur 62
veniſſe,qui incontinenti receſsit [p]: & lex requi-
rens,vt quis veniat in iudicium,intelligitur, Et
permaneat [q]. Vnde propoſitis edictis pro valuis
eccleſiæ [r], cùm ſtatim corrupta ablatáve fuiſ-
ſent,reſpõdi legis ſolennitatẽ obſeruatã non vi-
deri [s]. Sanè ad ſuprà ſcripta aliquatenus perti-
net,quod alibi traditur,ex iis quæ præproperè,
præcipitiq́; quadã feſtinatione geſta ſunt, frau-
dem quoq; præſumi [t]:quod in iudice nimis ac-
celerante traditum eſt [u], & in eo,qui & ex abru-
pto confiteatur [x], itemq́; in eo, qui calore quo-
dam animi ſe devoueat [y], & ſi qui ſimiles caſus.
Sexta eſt præſumptio,cùm † donatio cõditio VI. Præ-
naliter facta eſt,vt quia dictũ,Dono,ſi contigerit 63
bona mea publicari.cẽſetur enim in fraudẽ fiſci
facta:quod hic Barr. tradit [z],& receptiſsimũ eſt.
cùm enim hæc donatio collata ſit in tempus in-
habile,id eſt,quo ius iã ad fiſcũ pertinere cœpe-
rit,perinde eſt,ac ſi tũc eſſet facta [a], nulliusq́; eſt
effectus,nec poteſt ex ea trãſferri dominium, ꝙ
eveniẽte cõditione iam cœpit ad fiſcũ deferri [b].
E Et licet in contractibus cõditio exiſtens retrò ad
tẽpus ſtipulationis celebratæ trahatur,& ſecun-
dum illud iuris acquiſitio fiat [c], tamen hoc non
ꝓcedit,cùm vel promiſſor,vel res ipſa cœpit eſſe
inhabilis [d].ſequunturq́; omnes hanc coniectu-
rã,niſi alia ſubeſſe proponeretur,quæ efficacior
eſſet [e]: vt in caſu Vlpiani,cùm maritus vxoris I.
donat in caſum deportationis:valet † enim do-
natio,& deportatione confirmatur [f],ſpeciali fa- 64
uore præmii pudicitiæ & coniugalis amoris [g].
F Sunt † tamẽ,qui Vlpiani reſpõſum intelligant, II.
nõ cũ ſpecialiter deportationis facta eſt mẽtio, 65
ſed cùm generaliter donauit maritus cauſa mor
tis:ſimplex † enim mortis mẽtio arguit id actũ,vt 66
donãs priùs ipſe,dũ viuit,habeat,deinde dona-
tarius [h]:nec videtur quicquã ad fiſcũ conſidera-
tionis habuiſſe.qui intellectus regulis iuris, ſu-
perior verò verbis legis magis convenit. Hinc III.

c Doct.auth.niſi ad Treb.c.Barb.cõſ.xviij.in ij.
d Doct.l.generaliter.§.cũ aũt.C.de inſtit.& ſubſtit.
e d.auth.niſi.
f Bar.l.is poteſt.de acq.hæred.
g d l.filiæ meæ.ſol.matr.
h l.ſi filia.C.de diuor.
i §.ex conditionali.Inſt.de uer.oblig.
K l.dubiũ.C.de repudi.
l Paul.conſ.cccxxxix.ij.Anchara.conſ.ccccxxx.
m l.Iulianus.ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.
n l.ſi ab hoſtib.§ ſi uir.ſol.mat.c.poſtulaſtis.de concel.præbẽd.in fi.
o Lud.Roma.conſ.lxviij.
p Bart.l.conſentaneum.in fi.C.quomo.& quã.iudex.
q l.ſcire.§.ſufficit.ubi Bar.de excuſ.tut.Mod.in c.j.de iudic.
r d.authen.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſ.eccle.
s ar.c.iij.de uer.ſignif.cum glo.
t v.q.v.qui ambulat.ubi glo.& Archi.
u l.iudices.C.de iudic.c.tũ ex literis.de reſt.in integ.
x c.ex literis.de diuor.uerb.admonita.
y c.dudum.de conuer.coniug,d.c.tranſmiſſa.Picus.hic.
z l.fi.de ſtip.ſer.ubi glo.& Bart.l.ſumma.in princ.de pœ.
a l.in tẽpus.de hæred.inſtit.

b l.quoties.ult.reſpon.de nouat. c l.ſi filiusfamilias.de uer oblig. d d.l.quoties.Bart.l.poſtquam.in prin ut leg.no.ca. e l.diuus.de in integ.reſt. f l.ſed ſi mors.de dona.inter uir. g l.qui res uxoris.C.eod.tit. h arg.l.Statius.§.fi.ibi ſed ſi nondum dies.de iur.fiſc.

infertur ad quæſtionem: dedi monachis certum fundum, ipſi vice mutua conſtituerunt mihi reditum annuum ſuper vniuerſis bonis ſuis vbiq; gentium ſitis [a]: actumque eſt, vt eos Romæ, Venetijs, vbique locorum poſsim conuenire: deinde perpetrato in patria delicto fui proſcriptus: quæ-
67 ritur, an † fiſcus ipſe exigere penſionem poſsit? & cùm publicatio extra territorium non trahatur [b], videntur duo rei credendi eſſe, fiſcus in patria [c], ego extra patriam: & ideo ſi priùs mihi ſoluiſſent, liberati à fiſco cenſerentur. Hoc enim in duobus reis credendi regulare eſt, vt ſolutione vni facta alter excludatur [d]. Quòd ſi ſpecialiter actum eſſet, vt monachi in caſum quoq; cònfiſcationis ſoluerent, tunc poſſet fiſcus alienationem fundi, ceu in fraudem factam, (vt hîc dicitur) reuocare: quo caſu, re evicta, monachi
IIII. ampliùs non tenerentur [e]. Sanè † huic quoque
68 præſumptioni haudquaquam locus eſt, quoties
69 non de facultatibus delinquentis, ſed alterius tractatur: & † ideo valet pactum alienationi adiectum, vt ſi contingat te delinquere, bona ad talem pertinere incipiant [f]. Potui enim ego, qui non deliqui, hanc legem rei meæ imponere [g].

Sed quid, ſi ſtatutũ huiuſmodi prohibitiones etiam à tertio fieri vetet? & præſumat in fraudem fiſci factas? & cùm præſumptio legis, ſeu fictio debeat inniti ſigno veriſimili [h], putarẽ non procedere, niſi cùm conſtaret delinquentẽ ea fiducia deliquiſſe, quia videret huiuſmodi prohibitione rem ſibi in tuto adverſus fiſcum fore: aliàs enim cõſtitutio iniqua eſſet, quæ ſub colore non veriſimili coercendi facinoroſos fiſcum locupletaret [i], & quia abſque probabili cauſa facultatem libero homini auferret de re ſua diſponẽdi [k]. Putarem quoque rurſus non procedere, cùm prohibitio ſpecialiter de fiſco non loqueretur, ſed generaliter interdiceretur alienatio. tũc enim (vt ſuprà diximus) non tam facilè coniectura fraudandi fiſci accipitur [l], vt tunc ſit locus iuris regulæ, Expreſſa nocent, non expreſſa non
V. nocent. Quid † rurſus, ſi donauerim ſub ſuprà
70 ſcripta conditione, ſed adiecto pacto, quòd in caſum publicationis teneatur donatarius me alere? & videretur non eſſe locũ ſuprà ſcriptæ concluſioni: quia etiam publicato relinquenda ſunt alimenta [m]: videtur autem donatio hæc propter mutuam alimentorum obligationem facta [n]: quam ſententiam ego probo, vt vſque ad alimenta donatio valeat, niſi huiuſmodi condemnatus ex lege municipali pro hoſte publico eſſet, vt impunè poſſet offendi [o], vnde nec im-
VI. meritò occidi eos poſſe conſtat. Sed finge: Promiſiſti Titio & hæredibus mille aureos, ſi homicidium committeres, vel aliter eum offenderes: commiſiſti, & ſolum vertiſti, fiſcus occupat bona tua, an conſequentur hæredes Titij à te mille? & videretur. ex tali enim delicto bona nõ publicãtur [p], & fiſco ius non ex eo delicto, provt loquitur hîc Bartolus, ſed ex poſteriore contumaciæ cauſa oritur [q]. debet ergo ante contumaciæ pœnam eſſe ſtipulatio [r], maximè cùm ſtipulator fraudis particeps non ſit, qui quò faciliùs abſtineres à delicto, ſtipulatus eſt [s], vt meritò
VII. huic præſumptioni locus eſſe non poſsit. [t] Sed
71 † quid in caſu contrario, cùm quis donat incapaci ſub conditione, cùm capere poterit? & receptum eſt, valere huiuſmodi donationem [u]. Vnde ſi pater legat filio ſpurio, cùm capere poterit vel cùm legitimabitur, valet legatum [x]. Fortiùs receptum eſt, etiam inſtitutionem ſuſtineri [y]: licet enim in teſtamentis tria tempora ſoleant perpendi [z], tamen cùm ſpurius cuiuſcunque ſucceſsionis ſit capax, preterquàm paternæ, limitata hæc prohibitio negligitur, dum vel tempore paternę

A mortis, vel ante eveniẽtem conditionem ſit abolita [a]. Hinc infertur, ſi mulier ſecundum maritum in ampliore parte inſtituerit, quàm per legem diui Leonis poſſet [b], eique communes filios vulgariter quatenus maritus capere nõ poſſet, ſubſtituerit, valere ſubſtitutionem [c], & fraudem nullam videri legi factam. Poteſt † enim
72 mulier inæqualitate inter liberos vti [d], & plus ſecundi matrimonij filijs relinquere, quàm alijs: qua tamen in re vidẽtur alij aliter ſenſiſſe [e], tan-
B quam fraus hoc caſu præſumatur, cùm ex prima mariti inſtitutione ſatis appareat, nõ tam filios, quàm maritum prædiligi [f]. nos etiam ſuprà attigimus. Et hæc quidem quod ad hanc legem artinet, ſufficiant: aliàs enim doli præſumptiones nos alibi attigimus.

a extrauag. regimini. de empt. & uendi l. cum ſtipulamur. ubi dixi, de uerb. oblig.
b Bart. l. j. C. de ſ[illegible] Imol l. ex facto. de hæred inſtit.
c arg. l. ij C. ad l. Iul de ui.
d §. pen. Inſt. de duo. reis.
e l. uendicantẽ. de euict. l. ius emphyteutici. C de iun. pat. lib. xj.
f l. ampera. Antonius. de fid. lib. Alex conſi. [illegible] fi[lius]familias. § [illegible] nota. d. l. g. j.
g l. ea lege. C. de cond. ob cau. l. quoties. C. de do. quæ ſub mod.
h Abb. c. cũ contingat. de iure iu. [illegible] erit lex. iiij. diſun. iuj
i ar. l. j. .d. ſec. nup. uerſic. ne in ijs.
k l. j C. de ſacroſ. eccleſ. d. l. non uſq; adeo. ſi à parẽte quis mã.
l arg. d. l. ſed ſi mors. j. l. iij. C. de ler. pig dat. l ſi creditor §. fi. de diſt. pig.
m l iij §. de ijs, quæ p nõ ſcrip.
n l. j. C. de donat. quæ ſub mod.
o l. j. C. de bon. liber. Bart. q. j.
p authen. bona damnatorũ. C. de bon. proſcri.
q l. ſi ideo. ff. de euict. Bar. l cum filius. de uerb. oblig.
r l nõ poſſunt. §. de iur. fiſc.
s l. ex ea parte. § j. de uerb. oblig.
l nõ impoſsibile de pact. §.
t d. l. fi. de ſtip. ſer.
u d. l in tempus de hæred. inſtit.
x l. nõ intelligitur. §. quando. auht. de iur. fiſc. Bar. l. j. in vj. mẽbro, de reg. Cat.
y Iaſ. l. Gallus. §. inſtitues. §. de li. et poſthu.
z l. ſi alienũ. § in extraneis. de hære. inſtit.
a gl. l. fi. de reg. Cat. d. §. quãdo aũt. Are. l. ſi filiusfamilias. de teſtamen.
b l. hac edictali. C. de ſec. nupt.
c Bal conſ. cccc[illegible]. in fi. in ij.
d § illud quoq; oportere. i auht. de nup.
e Bald. conſil. cccxxxvj. in iij. Garro. in d. l. hac edictali. uerſi. ult. Ripa. l. j. de uulg. l. ſi maior. j. C. de tranſact.
f l. Iulianus. § quis omiſſa cauſæ.

# De Acquirenda, vel amittenda poſſeſsione.

C *Rubrica* †.

† lib. 41. tit. 2.


2 *Ratio interrumpendæ vſucapionis ob poſſeſsionis defectum.*
5 *Vſucapionis ἔτυμον.*
7 *Bona fides nõ cauſa, ſed requiſitum vſucapionis extrinſecum.*
8 *Contrariorum eadẽ conditio, et iuris diſpoſitio: & quomodo in ijs eadem ratio eſſe poſsit. 9.*
D 10 *Contrariorum quomodo eadem ſit diſciplina.*
12 *Statuta ad caſus non expreſſos non porriguntur.*
13 *Legitimæ debitæ, quo ad filium & patrem, differentia.*


DOMINIA † Iure gentium confeſtim acquirebantur, tradita poſſeſsione [g]: quod ſuprà tractatum eſt: at iure ciuili cõtinuatione poſſeſsionis vſque ad tempus lege definitum opus eſt [h]: de
E ea ergo hîc videndum eſt [i]. Cognoſcetur † autem hæc retentio poſſeſsionis ex eius acquiſitione, itemque amiſsione: quoniam (vt Accur. inquit) contrariorum eadem eſt diſciplina [k]. Sed † vnde hoc, vt vſucapio ſi interim poſſeſsio deficiat, interrumpatur [l], & tamen ex bonę fidei defectu nõ interrumpatur [m]? an, quod Iaſ. ait, quia qui vſucapiebat, amiſſa poſſeſsione conveniri ampliùs nõ poteſt [n]? cùm ergo agi cum eo non poſsit, nec præſcribere qui-
F dem is poſſe debet [o]: quod non probo: quod enim dicitur, non † valenti agere non currere præſcriptionem, reſpectu ipſius domini inductum eſt, cui negligentia adſcribi non poteſt, ſi agere non potuit [p]: at ſi de ipſo vſucapiente loquamur, aliud eſt, cuius vſucapio interrumpitur, ſiue ad dominum revertatur poſſeſsio, ſiue ad alium, erga quem pari negligentia vtatur dominus [q]. Verius ergo eſt, poſſeſsionem vſucapionis cauſam eſſe, quæ † nihil aliud eſt, quàm capio,

1 g l. qua ratione. § hæc quoq; cũ ſeq. §. tit. j.
h l. iij. §. tit. j.
i §. fi. Inſt. de uſu & habit.
2
3 K l. j. §. de ijs, q ſunt ſui, uel alie. Bart. l. inter ſtipulãtem. §. ſacr. de uerb. oblig.
l l. ſine. §. tit. j. & l. naturaliter. eod. tit.
4 m l. iuſto. §. & poſſeſsionis. §. tit. j.
n l. officium. de dei uend.
o l. j. in fi. C. de ann excep.
p d. l. j. in fi.
q. naturaliter. §. tit. j.
5



capio, id eſt, acquiſitio, quæ ſit per vſum, id eſt
6 poſſeſsionem [a]. Vnde † niſi cauſa integra accedat,
7 effectus produci nõ poteſt [b]: ſed † bona fides non cauſa vſucapionis eſt, verùm quiddam extrinſecùs requiſitum: quod ſatis eſt, ſi à principio adſit [c], licet hodie iure canonico quandocunque interveniat bonæ fidei defectus, vſucapionem vitiet [d]: imò etiam perfecta vſucapione fuere, qui in foro conſcientiæ tutum non eſſe poſſeſſorem crederent [e]: quod alibi diſputaui [f]. Adnotant autem Doct. (quod ſimpliciter Accur. ait)
8 contrariorum † eandem eſſe diſciplinã: nec enim vnum cognoſci poteſt, quin & aliud cognoſcatur [g]. Sed an eadem quoq; ſit iuris diſpoſitio? & traditum eſt eſſe, ſi eadẽ cõtrarij caſus ſit ratio [h]: quod lib. De verbor. ſignificat. ij. diffuſiùs tradidi: ſecùs ſi cõtraria [i], vel diuerſa [k]: quod Soc. hîc
9 docet. Advertendũ † tamen eſt, quomodo in contrarijs ſubeſſe eadẽ ratio poſsit; cùm ſemper alterũ videatur fauorabilius: ecce, abſoluere & cõdemnare contraria ſunt [l]: at abſolutio fauorabilis, cõdemnatio odioſa eſt [m]: legati datio, & adẽptio ſimul pugnãt, & tamẽ adẽptio fauorabilior cenſetur [n]: lucrũ & damnũ facere adverſantur [o], at alterũ interpretatione adiuuandum videtur, alterũ reſtringendũ [p]. quomodo ijſce in caſibus dicemus ſubeſſe ſimilitudinem rationis? & puto de ratione intelligendum, qua motus ſit legislator, nec ad hunc fauorẽ attendẽdum eſſe [q]: verbi gratia, lex Pontificia legatum ad pias cauſas probari poſſe conſtituit etiam duobus duntaxat teſtibus [r], an & revocatio eodẽ teſtiũ numero probabitur? & non videretur, cùm in revocatione non fauor, ſed odiũ piæ cauſæ verſetur, & tamen Doctores receptiore calculo aliud ſentiunt [s]. ratio enim legis eſt Euãgelicum dictum, *In ore duorum, vel trium, &c.* cui rationi vtroq; caſu eſt par locus. Sic proconſul mandat iuriſdictionẽ legati. vt cognoſcãt de cuſtodijs, potuerũtne innocẽtem abſoluere? & non poterũt: cùm nec nocentem cõdemnare valeant. ſubeſt enim ratio prohibitiua, q; merũ imperiũ delegari nequit [t], cui vtroq; caſu eſt locus, ſiue condemnẽt, ſiue abſoluãt. Non tamẽ perpetua ſunt ſuprà ſcripta. Quid enim, ſi conſtet hunc fauorem à legislatore perpenſum fuiſſe? tunc non erit contrariorũ eadem diſpoſitio [u]. Vnde quod relictum eſt filio coram duobus teſtibus, non revocabitur, niſi ſolẽni diſpoſitione, ne fauor filii ſubvertatur [x], & facultas quæſitoribus à fide delirantium relicta, vt ſoli abſq; ordinario abſoluere poſsint, non protrahatur, vt etiam cõdemnẽt [y]: quod frequentiùs receptum eſt. habet enim legislator ſuſpectã horum ſæuitiã imperitiamq; [z]. Et ideo quãvis cõdemnationẽ inhibeat in abſoluendo, tamen ius
10 olim collatũ non aufert [a]. Rurſus † advertẽdum regulam nõ ex vi verborum procedere, ſed iure extẽſionis, quę propter ſimilitudinẽ rationis inducitur. quoties ergo extẽſio locũ habebit, procedet regula [b]: q; ſi de materia tractemus, quę extenſionẽ non recipiat, tũc ei locus non erit: vnde cùm à verbis mãdati recedẽdum nõ ſit [c], ſi Pontifex mãdauit canonicorũ numerum ſecundum facultates imminui, ſeu moderari, ſi facultates augeantur, non ideo augeri poterit [d]. Sic ſi facultas abſoluẽdi ex priuilegio alicui competat, non cenſebitur & ius condemnandi cõpetere [e]. Idem, ſi per nudum miniſteriũ facti cõpetat [f]. in priuilegiis enim non fit talis extenſio [g]. Sic ſtatutum, quòd quęſita à fratribus in cõmunione viuentibus ſint communia, nõ trahetur, vt etiam debita ſint communia [h]. quod intelligẽdum, niſi ęs illud alienũ lucro facto cohęreat [i]. In † ſtatutis enim prohibita quoque regulariter eſt extenſio:
11 idque maximè eſt verum, ſi cautum ſit, vt ſtatuta ad literam dũtaxat intelligãtur: de qua re alibi [k]. Hinc infertur, non tamen ſatis pertinẽter, an ſtatutum ſororem ab hæreditate fratris excludens, intelligatur, & vice contraria fratrem ab hęreditate ſororis reiicere? & Bald. negat, cuius ſententia receptior eſt [l], ne † producatur ſtatutũ ad caſum non expreſſum. Vnde conſequens eſt, vt idem ſit in caſu contrario, ſi ſtatuti verba fratrem ab hæreditate ſororis excluderent, vt non ideo prohibeatur ſoror, quin ipſa fratri ſuccedat [m]; ne ſcilicet à verbis ſtatuti correctorij recedamus. nam & ſtatuto excluſa ſoror ab hæreditate fratris, non cenſebitur excluſa ab hæreditate ſororis, vt Caſtr. reſpõdit [n]. Nec puto ego eſſe diſtinguẽdum, ſtatutum negatiuè, an adfirmatiuè conceptum ſit: quod Caſtr. credidit [o]. Nec me mouent Soci. aliorumq; quorundam rationes, qui reciprocas ſucceſsiones eſſe debere adfirmant [p]: Reſpondeo, ęquitatem quidem hoc ſuadere, ſed eam non ſufficere, vt ideo ſtatuta ſupra vim verborũ extendamus [q]: cuius rei plus ſunt iure veteri exẽpla, ſecũdum quod mater ex Tertylliano Senatuſconſulto ſuccedebat filio, non filius matri: neceſſariumq; fuit longo pòſt tẽpore id Orficiano provideri [r]: & filius emancipatus bonorum poſſeſsionẽ cõtra tabulas patris edicto prætoris obtinebat, cùm tamẽ eo edicto non ſuccurreretur patri, ſed neceſſe haberet, tãquam patronus, ius ſuum petere [s]. Sic media iuris prudentia vterinam ſororẽ à fratris ſucceſsione reiiciebat, cùm tamen idem ille frater ei ſuccederet, dura retq; etiamnum id vitiũ, niſi Iuſtiniani conſtitutione emendatum eſſet [t]. Sic & olim pater, qui contracta fiducia emãcipaſſet, filio ſuccedebat [u], & tamẽ non è cõtrario filius patri [x]: cuius rei & hodie quædã exẽpla ſuperſunt. Succedit patronus liberto vel ſtirpe, vel gente, & tamen non libertus illi [y]. Filius fratris vtrinq; cõiunctis eum excludit in patrui ſucceſsione, qui altero latere duntaxat iungatur [z], & tamen è contrario aliud eſt in filio fratris decedẽte. ęqualiter enim is, qui altero, cum eo qui vtrinq; iũgitur, vocatur, vt receptior eſt ſentẽtia [a]. Sic & filius patri ipſo iure
13 eſt hæres, non autem pater filio [b]: ſic † filio legitima iuræ naturæ in parentum bonis debita cenſetur [c], at parẽtibus in bonis filiorum iure duntaxat cõmentitio, ſeu (vt vocãt) poſitiuo [d]. apparet ergo rationem hanc viciſsitudinis in materia ſucceſsionum concludentem non eſſe, cùm ſucceſsiones ex quadam legis diſpenſatione proveniant, limitatamq; habeãt naturã [e]. Nec me mouet, quòd ſtatutum probationem relicti legati ad duos teſtes reducens, etiã in ademptione locum habet: quod Baldus cenſuit [f], & receptius videtur [g]. nam in materia probationum hoc tollerabilius eſt, quæ limitata non eſt, ſed fauorabiliter accipitur [h]. Vnde & ſtatutum prohibens exceptionem probari per teſtes, ad actionẽ quoque extendetur: quod idem Baldus cenſuit [i], vt in probationibus par ſit rei & actoris cauſa [k]. Nec rurſus me mouet, quòd in correlatiuis diſpoſitum in vno, cẽſetur & in alio diſpoſitum [l]: quia (vt ſuprà vidimus) pater & filius, frater & ſoror, maritus & vxor, ſunt quidem correlatiua ſanguinis ratione, vel fœderis connubialis:

a l. denique. l. nec utilem. ex quib. cauſ. maior.
b l. j. §. j. ſi uſuſfr. pet.
c l. per ſeruũ in fin. de uſu, & habit.
d c. fi. de præſcrip.
e Canon. c. uigilanti. eo tit.
f l. quinq; pedũ. C. fin. regund.
g d. l. j. de is, qui ſunt ſui.
h l. quemadmodum. §. eo. l. ab empt. de pact.
i l cũ prætor. de iud. l. ſi. §. fi de leg. iij.
K Bart. d. §. ſacram.
l l. iiij. §. de re iud. ubi Iaſ.
m l. Arrianus. de act. & oblig.
n l. ſi fuerit. de reb. dub.
o l. manifeſtiſsimi. §. ſed cum in ſecundam. C. de fur.
p l. ſi C. de codicil.
q Bar. d. l. inter. § ſacram. d. l. ab legat. §. mari. l dië. de arbit.
r c relatum. de teſta. ubi Abb. & cæteri.
s l. in frau. §. de teſt. milit. A. ex. con. xxix. in j.
t l. ſolent. de of. proconſ.
u l. fi. §. adeo. C. ubi ſenat. uel clari.
x auth hoc inter C de teſta.
y gl. cle. j uer. cõtra eos de hær.
z d clem. j. in princ.
a arg. §. illud. in auth. ut cler. apud prop. epiſc.
b gloſ. l. proponebatur. de leg. ij. Alexand. hic.
c c. ſuſceptũ. de reſcrip. in vj.
d c. fi. de uer. ſig.
e c. pe. de of. de leg. Fel. c. nõ poteſt. de re iudic.
f glo. c. cum inferior.
g Abb. c. cum ex iniũcto. de hær.

Rubrica.
h Caſtr. conſ. lxviij. in j. Alex. conſ. cxxxix. i v.
i l. contra in fi. §. de pact.
K in l oẽs pop. de uſt. & iur. dixi lib. j. de uerb. ſig.
12
l Bal. l. leg. xij. tabularũ ad fi. C. de leg hęr. ubi Raph. Caſtr. Cor. al. ij, hic.
m arg. l. j. C. de adul. Bal. l. teſtamentum in fi. C. de teſta.
n conſi. cxix. hęreditas. in j.
o Caſt d. l. lege xij.
p §. filiũ. i auht. quib. mod. nat. ef. ſui. l. ſi ab eo. C. de leg. hæred. glo. §. fi. Inſt. ad Tertyllia.
q Soc conſ. 75. in iij. Cur. Iun. cõſ. 6.
r Inſt. ad Tretyl. & Orfic.
s l. j. §. ſi quis à par. man.
t d. l. lege xij. tabularum.
u §. fi. Inſtit. de leg. ag. ſuc.
x §. emancipati. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.
y Inſt. de ſuc. li. & de bo. poſ. uerſ. 5. & 6.
z auth. ceſſante. C. de leg. hæred.
a auth. poſt fratres. C. eod. tit. ubi Cor.
b §. ſui autem. Inſtit. de hæred. qual.
c c. Raynutius. de teſtam.
d Bal. l. j. §. ij. de iuſt. & iu.
e glo. l. illa inſtitutio de hæred. inſtit.
f Bal l. fi. C. de fideicom.
g glo. proponebatur. de leg. ij.
h l curent. de teſtib.
i c. cum ueniſſent. extra, de iudic.
k l. non debet actori de regul. iur. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.
l l. fi. ubi Iaſ. C. de indic. uid. tollen.

14 bialis: quod † verò ad ſucceſsionem attinet, di-
15 uerſo iure cenſentur. Vnde † quamvis maritus dotem recipiat, hodie tamen donatio propter nuptias in vſu eſſe deſijt a, multaque parentibus conceduntur, multa maritis, quæ non filijs, nec vxoribus permittuntur b: qđ ex lectione ſtatutorum municipalium ubique apparet.
16 Sanè † cùm quandoque plus neget negatiua, quàm ponat adfirmatiua c, conſequens eſt, vt
17 † tunc contrariorum non ſit eadem diſciplina d: quod aliquibus exemplis oſtendi poteſt e. Idemq; dicendum, quoties ſignificatio ex vniuerſo ſumitur, in quo quid ſit falſum f. Hinc eſt, quòd ſi iudex appellationis pronuntiauit bene iudicatum, cenſetur rectè & ritè iudicatum pronuntiaſſe: quòd ſi dixerit malè iudicatum, verba ſignificabūt aut rectè, aut ritè non eſſe iudicatum. Sed quia iudex appellationis defectus ſolennitatem primæ ſententiæ ſupplet g, intelligitur de iuſtitia cauſæ ſenſiſſe: quod Baldus tradidit, & refert Iaſon h.

a c. fi. extra. de don. inter uir. et uxor.
b Ang. l. j. C. de adul. l. cōſenſu. C. de repub.
c gl. l. hoc genus de cond. & demonſt. c. j. in gl. j. de reg. iur. in vj.
d l. eum, qui. §. ſi libertus. j.
e l. Titia. §. fi. de manu. teſt. Bar. l. act. C. de trāſact.
f l. ſi is, qui ducēta. §. utrum. ff. de reb. dub.
g l. j. C. quando prouo. ubi Doct.
h Bald. l. eos. C. de appel. Iaſ. l. fi. ff. quod cum eo.

PAVLVS *lib. LIV. ad Edictum.*

LEX I.

A Poſſeſsio a appellata eſt (vt & Labeo ait) à ſedibus, quaſi poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei inſiſtit: quam Græci κατοχὴν dicunt. B dominiumq; rerum ex naturali poſſeſsione cœpiſſe, Nerua filius ait: eiusq; rei veſtigium remanere in A his, quæ terra, mari, cæloque capiuntur. nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi poſſeſsionem eorum appræhenderint. Item bello capta b, & inſula in B mari enata, & gemmæ, lapilli, margaritæ in litoribus inventæ,

LEX. I.


1 *Dominij origo, poſſeßio.*
2 *Poſſeßionis etymologia.*
3 *A corpore magis, quàm ab animo, cur poſſeßio denominetur.*
6 *Verbi Mancipere,* ἔτυμον.
8 *Κατοχὴ à κατέχω.*
10 *Capta bello ad ducem deferenda à militibus ſalaria habentibus.*
13 *Res immobiles militum occupantium non fiunt.*
14 *Bella inter Chriſtianos ciuilia videntur.*
23 *Poſſeßio in mobilibus: quæ tamē legato poſſeßionis nō veniunt.* 24.
25 *Definitio, origo, & diuiſio poſſeßionis.* 29, 31.
34 *In dubio venit poſſeſſor naturalis.*
36 *Effectus ciuilis poſſeßionis.*
41 *Definitio & effectus naturalis poſſeßionis.*
42 *Vſufructuarius quomodo poßideat.* 43.
45 *De ſeruitutum poſſeßione.*
50 *Detentatio eſt iuris & facti.*
52 *Poſſeßio appræhenſione acquiritur: interdum ſine ea.* 56, 58.
62 *Poſſeßio quomodo amittatur.*
63 *Naturalis poſſeßio per exitum de fundo, aliquot caſibus non amittitur.*
64 *Poſſeßio penes duos inſolidum eſſe poteſt.*


2
1 POSSESSIO a. ¶ A † poſſeſsione olim cœpit dominiū: & hodie incipit ijs in rebus, quę in nullius bonis ſunt. nam & bello capta in nullius bonis fuiſſe videntur, vtpote à dominis pro derelictis habita, dū pila, id eſt, milites fugiunt. Vnde & Expilare verbū, cùm quid furto ſubtrahitur, cuius adhuc nullus ſit dominus i, vel ſi ſit, cùm dominus fugit, & pro derelicto habet, vt in ijs cōtingit, qui Gręcè λωποδύται vocantur, id eſt, noctu vi adhibita fugientes viatores pallijs ſpoliant k. Vario † autē modo à pleriſq; etymolologia poſſeſsionis deducit: in vulgatis codicibus à pedū poſitione legitur: quę ſententia cum vetuſtiſsimo Hebræorū iure convenit, quo traditū erat, vt quicquid calcauerit pes tuus, tuū ſit l: at in emendationibus legitur, à ſedibus. Poſsidere enim, reſidere, deſidere, & ſimilia, à verbo Sedeo, deducūtur: hinc ſeruare ſedem, Vergilio: habere ſedes, Alfeno m: occupare ſedes, Iſidoro n: capere, præbere, collocare, Ciceroni. Poſsidet ergo, qui ſedem poſuit: quod Iuriſcōſultus hîc ait. Grāmatici tamē à dictione Pos, & Sedeo, exiſtimāt Poſsidere, qui poteſt ſedere o: quod alibi docui: ſicvt Polluere, qui poteſt lauare: Polliceri, qui poteſt liceri.

i ℣. de eri. expil. hær. l. ij. & l. fin.

2
k l. j. §. de effracto. dixi l. j. c. ℣. παρέργων.
l Deut. c. xj. Ioſ. c. xiiij. uel c. j.
m l. in lege Cenſoria. de uerb. ſignific.
n c. ius gētium. j. diſt.
o arg. l. iiij. §. ex cōtrario. in fi. ℣. eod.

3 Sed † cur poſſeſsio magis à corpore denominatur, quàm ab animo: cùm tamen animus non minùs neceſſarius acquirendę C poſſeſsioni ſit, q̄ pedes, vel manus, vel ſedes p? an
4 † quia denominatio ab eo fieri debet, quod rei ipſius propriū ſit q, id eſt, quod illi ſoli ſpecialiter convenit r? Corporis autē factū ſpecialiter poſſeſsioni acquirēdæ neceſſarium eſt s: at animus non huic tātùm, ſed cuicunq; acquiſitioni gene-
5 raliter adeſſe debet t. Sic † ſtipulatio nōn à conſenſu, qui generaliter accedit, ſed à verbis, quæ propriæ requiruntur, appellationē habet u. Sanè D nō pedibus tātùm, ſed manibus quoq; poſſeſsio
6 quæritur. Vnde † Mancipare, eſt manu capere, & Res mancipi, quas in manu, id eſt, dominio poſſeſsioneque noſtra habemus x: & Manumittere,
7 de poteſtate noſtra dimittere y. Qua † ratione fit, vt etiam propriè loquēdo poſsidere dicamur res mobiles, vt Bar. hîc docet, z cùm per manum earum poſſeſsionem acquiramus: quæ ſententia
8 adverſus Accurſ. receptior eſt. Quod † autem hîc Græcè dicitur κατοχὴν, fit à verbo Græco κατέχω, E quod ſignificat Detineo.

p l. iij. in prin. l. quemadmodū. ℣. eod.
q §. eſt & aliud. Inſt. de donat.
r l. mortis. pe. ℣. de donat. cau. mor. l. nō facile. §. j. de gradib.
s d. l. l. iij. §. Nerua.
t l. pro hæred. de acq. hær. l. iij. §. pe. ℣. de cōdict. caut. dat.
u Caſt. rub. ℣. de uer. oblig.
x l. j. C. de uſuca. transfor. in fi. ubi Cin.
y l. ij. de off. pro. cōſ. l. manumiſ. de iuſt. & iur.
z l. j. in fi. ℣. de fur. §. retinendæ Inſt. de interd.
a l. naturalem. in fi. ℥. tit. j.

b ITEM BELLO CAPTA b. ¶ Quæ † ergo
9 in bello capiuntur, capientiū efficiūtur a. idq; vetuſtiſsimū eſt gētiū ius. quod tamē aliquatenus iure ciuili tēperatum eſt, nempe vt quamvis res
10 captæ efficiantur capientiū, cùm † tamen milites de publico ſalaria habeāt, teneātur hęc ſpolia ad Ducē ſuum referre b, qui prædam hāc in publicum, ſeu ærariū redigat. id enim militaris diſciplina poſtulat, ne iniquiſsima ſorte præda eorū ſit, qui omiſsis hoſtibus, eam dūtaxat ſectātur. In F publicū ergo redigunt quęſtores, non ſolùm immobilia c, ſed etiā mouētia, itemq; captiuorum, & obſidū bona d. Habēt tamen prætores facultatem aliquid militibus donationis cauſa relinquendi, & eorum fortem operā remunerandi e. Quandoq; etiā ad acuendos militū animos pnuntiabat prædam ipſorum fore: cuius rei exempla apud Hiſtoricos plurima ſunt f. Sanè & res hoſtium non quidem bello captæ, ſed quę penes nos reperiuntur, noſtræ efficiuntur, non publicæ

b l. is, qui prædā ad l. Iul. pecul. xxiij. q. v. c. dicat aliquis.
c l. ſi captiuus. §. expulſis. de capt.
d l. diuus Commodus. ℣. de iure fiſc.
e c. ius militare. ad fi. j. diſtinct. l. ſi quis pro redemptione. §. ſimili. C. de don.
f arg. c. pro humani. de homicid. lib. vj ad fi.



publicæ a. cùm enim hoſti lex actionem ad eam conſequendam non det b, ſequitur, vt in eius bonis ampliùs non ſit c: meritò ergo tanquā in nullius bonis ſit, occupanti cōcedetur: quod & Bar. hîc ſentit d, habetq; hæc ſententia æquitatem. Si enim hoſtes quicquam ex bonis meis diriperent, ſuum facerēt, & quamvis minimè militantem, ſed vmbraticum caperent: ergo, vice verſa, idem concedendum eſt mihi, vt quod ex ſuo capiam, meum fiat e. Vnde ſequitur, vt ſi princeps edixerit, vt quiſquis habeat bona hoſtium, teneatur ad ſe deferre, tali edicto ciuis non compræhendatur, qui huiuſmodi occupauerit: quia non hoſtium, ſed ſua ſunt f. Quid ergo, ſi iure amicitiæ acceperit clàm in depoſitum ab eo, qui dein factus eſt hoſtis? & videtur alia quoque ratione tutus eſſe. Cùm enim fidem ei dederit, & ſecretò habere promiſerit, debet eam ſeruare: cùm probo viro conveniat, etiam hoſti fidem ſeruare g, ne videatur edictum id inducere, quod adverſus ius naturale eſt h, vt ſcilicet eum, qui fidem noſtram ſecutus eſt, probamus i. quod non abſimili caſu Thomas Aquinas tradidit, & ex facto Socinus reſpondit k. Sanè quod hîc dicitur,
11 bello † capta effici capiētium, procedit, ſi bellum iuſtum ſit: ſi verò ſit iniuſtum, ſecus eſt l. Dicetur autem iniuſtum, quod ab eo indictum ſit, qui ius indicendi non habet m: vel ſi habeat, notoriè, & evidenter cōſtet eum iuſtā cauſam non habere n: in dubio tamen propter auctoritatem principis credendum eſt, iuſtum eſſe bellum: quia debent milites pro cauſa Ducis ſui bene præſumere o, nec iura partium ipſi cognoſcere, cùm ad eos id non pertineat, vt receptior eſt ſentētia p. Et licet hoc modo per indirectum princeps dominium alterius auferret, quod Aretino abſurdum videtur q: tamen propter probabilem vtrinq; dubitationem hoc inductum eſt r, ſicvt & pleraq; alia hoc caſu tolerātur. Dubietas enim in eo vertitur ꝙ quis nō debet inniti opinioni ſuæ s, vt quamvis credat principem ſuum fouere bonā cauſam, nō tamen ideo credat hoſtē fouere malam, cùm & ipſe ſuos habeat ſectatores: alioquin capta à Saracenis, & Schiſmaticis nō efficerētur capientium t, cùm illi iniuſtam cauſam noſtro iudicio habeant u. atqui ſuo ipſorum habent iuſtam, idque ſatis in bello eſt, quod ſecundum iuriſgentiū regulas definitur. Quòd ſi inter Chriſtianos agatur, qui omnes eodem iure viuunt, aliud eſſet x. Addunt alij ſuprà ſcriptæ concluſioni locum non eſſe, cùm quod de bonis vi hoſtili raptum eſt, contraria vi à militibus noſtris recuperatur, dum tamen incōtinenti recuperetur. ſunt enim ciuibus eas agnoſcentibus huiuſmodi res reſtituendæ y, & ex Philippi Vicecomitis con-
12 ſtitutione. Et † cenſetur incontinenti recuperatum, quod adhuc apud hoſtem non pernoctauit: ſicque vulgò obſeruant militares præfecti. In iure tamen, Incontinenti, dicitur, antè quàm intra præſidia hoſtium ducatur z. Veteres a, etiam ſi ex intervallo recuperatæ res à militibus noſtris ſint, putant prioribus dominis reſtituendas. Quod intellige, dū modò res ſit, in qua ius poſtliminij ſit, vt ſeruus b: & res in vſum belli, quæ ſine dedecore amitti potuerunt c: aliàs in præda computabuntur, fientque vel publicæ, vel capientium d: videturque hæc receptior opinio iure noſtro, quo ſola auctoritas principum, non iuſtitia cauſæ attenditur: at inter Chriſtianos potiſsimè ad cauſę iuſtitiam reſpiciendum eſt e:

a l. transfug. ℥. tit. j. Bart. in extrauag. qui ſunt rebel.
b epiſt. inter claras. uerb. extorres. de ſum. tri.
c Caſt. l. oēs populi. in fi. de iuſt. & iur.
c l. rem in bonis. ℥. tit. j.
d Bar. ī ſumma.
e l. pen. C. de ſol.
f d. l. transfugā.
g l. j. ad l. Iul. maieſt. ubi Bar.
h l. nō omnes in fi. de re milit.
i glo. xiij. diſt. c. nerui. ſecūda ſecundæ, q. xxij.
k Soc conſ. ciij. in iiij.
l c. ſicut iij. extra de iureiur.
m l. hoſtes. ubi Bart. ℣. de ca. Sic. conſ. xxviij. in j.
n xj. q. iij. Iulianus.
o c. quid culpatur. in fi. xxxiij. q. j.
p Doct. d. c. ſicut. iij.
q l. uend. §. ſi cōſtat. commun. præd. Doc. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.
r l. fi. C. de tranſact. ubi dixi, & lib. ij. c. ult. Paradox.
s c. ne innitaris. de conſt.
t c. ſi epiſcopus. de ſuppl. negl. præl. lib. vj.
u l. poſtliminiū. in prin. de capt. uer. p iniuriam.
x d. c. ſicut.
y arg. l. iij. §. eū igitur. de ui, & ui ar. l. qui poſſeſsionem. ℣. de ui, & ui arm. l. Pomponius. ℥. tit. j.
z l. poſtliminij. in princ. de cap. ar. l. iiij. de furt.
a Guid. Suz. Io. And. in Spec. de rap. Alex. hic.
b l. ab hoſtib. ij. C. de poſtlimin. reuer.
c l. ij. ℣. de capt.
d l. ſi quod bel. in princ de cap. ubi Bart. Ang. Salic. d. l. ab hoſtibus. Iaſ. hic, And. Sicul. d. cōſ. xxviij. in j.
e d. c. ſicut. iij.

vnde ſatius eſt hodie veteres indiſtinctè ſequi f, vt nunquam in præda hæ res computentur, ſed ſemper domino reſtituantur, ne audiatur miles noſter allegans iuſtè hoſtes feciſſe, qui rem noſtram rapuerint g, neq; enim aliter à nobis dominium receſsiſſet h: aliàs, qui noſtra defendere deberent, ipſi maximè rebus noſtris fruerētur i.
13 Illud quoq; conſtat, res † immobiles non fieri occupantium, ſed potiùs publicas, vt videantur à A militibus appræhenſæ nomine reipublicæ, cui militant k. Sed non non idem in mobilibus? an quia bella inducuntur principaliter adipiſcendi territorij, latioresq; fines acquirēdi cauſa? mobilia verò arripiuntur in pœnam reſiſtentium ſimpliciter? vnde in quādam conſequentiā tantùm, & iuſſu prætoris militum à republica recipiuntur l. T. Liuius lib. xxxviij. Conſul prædam conferre omnes iuſsit, & aut vendidit, quod eius in publicum redigendum erat, aut cum cura, vt B quàm æquiſsima eſſet, per milites diuiſit. Vnde apparet, pręda militibus (vt hîc dicitur) acquiri: poteſt tamen prætor conferri eam iubere m. Sanè fuere etiam, qui exiſtimarint capta in alieno territorio, capientium non effici, tanquam territorium alienum ſecuritatem pręſtet n: quod Angel. tradidit, & reſpondit Socin. o. Qua ratione nec transfuga, nec exul, & ſi hoſtes publici ſint, alieno in territorio capi poſſunt p: quæ ſententia probabilis eſt, cùm prorſus alienum eſt C territoriū. Vnde ſcribit Tit. Liuius libro xxviij. in partu regio Syphacis non auſum eſſe Haſdrubalem vim Scipioni facere. Quòd ſi is, cuius eſt territorium, fœderatus alteri ſit, perinde iudicabimus, ac ſi alienus non eſſet q, ideoque res vtrinque captæ efficientur capientium r: niſi tamen ipſe dominus fœderatus pugnam in ſuo prohibuerit, vt quia ſe vtrique medium præſtet s. Cæterùm illud conſtat, ſi bella inter Chriſtianos ſunt vltrò citroque captos, non effici ca- D piētium ſeruos: quod cōſuetudo obſeruat: quia
14 † hęc bella ciuilia videntur: omnes enim in Chriſto frarres ſumus t: in ciuilibus autem bellis non eſt locus regulæ u. Sufficit ergo, ſi lytron,
15 † id eſt redemptionis præmium, cogantur perſoluere x: atque ita ſe habet vulgaris conſuetudo. Qua in re debent advertere præfecti militum, ne cuiuſque auaritiæ iudulgeant, nec ſupra modum exigi captiuum permittant y. Vnde aliàs reſponſum vidi z, vt cùm libertas captiuo E ſalua ſit, non poſsit victor ampliùs ab eo extorquere, quàm quod tertia bonorum parte confici poſsit, idque legis Papiæ exemplo, quæ patrono in bonis liberti ius tertiæ duntaxat partis auocandæ permittit a. Rurſus advertere debent, ne ei qui à commilitone emerit, vt cariùs liberationis ius vendat, actionem ſuprà, quàm impenderit, det b. Huiuſmodi enim emptio duriorem libertatis cauſam reddit c, nec convenit militi tale mangonium d, quod quandam
16 F plagij ſimilitudinem habet e. Illud † admittendum videtur, non poſſe vlteriùs captiuum iſtum adigi, quàm vt victori per quinquennium ſeruiat f. Sed an is, cui pecunia in redemptionis præmium promiſſa eſt, ius tacitæ hypothecæ poſsit prætendere in bonis victi? & non puto: nec enim tacita hypotheca inducitur, niſi in caſibus iure expreſsit g: at de eo tantùm expreſſum eſt, qui ipſe captiuum redemit h. Sed quid in foro conſcientiæ, an ſuprà ſcripta regula procedat? & talia bella inter Chriſtianos non videntur

L. j. Poſſeſsio.
f d. rub. de raptor.
g arg. l. ſi ſeruus plurium. uerſ. nec enim. de leg. j.
h d. c. ſicut.
i d. l. ab hoſt. ij.
K d. l. captiuus. §. j.
l arg. l. ſeruum filij. §. fi. de leg. j.
m d. l. ſi is, q prędam.
n l. præſenti. C. de his, qui ad eccle. confug.
o Angel. in diſputatione ſua, Socin. hic.
p l. ſi quis fugitiuus. §. itē Cælius ij. de Aedil. edic. ubi gl uerb. adduci & Oldr.
q l. non dubito. in fi. ff de capti.
r arg. l. pe. §. j. C. de donat. uerb. quibuſcunq;.
s arg. l. diuus. cū glo. de ſer. ruſti. præd.
t xj. q. iij. ad menſam.
u l. ſi quis ingenuā. §. fi. de cap.
x Bart. d. l. hoſtes. Salic. d. l. ab hoſtibus.
y l. j. C. de epiſ. aud. Salic. d. l. ab hoſtibus.
z Parthē. c. viij.
a §. cū uero. Inſt. de ſucceſ. lib.
b arg. l. per diuerſas. C. mand. Rip. l. oblig. ff. de pignor.
c l. inuitus. ℥. de fidei. lib. ubi gl.
d l. ſi plagij. de uer. oblig. Paris lib. ix. uerſ. aliquis in duello.
e arg. l. milites. C. de re. milit. lib. xij.
f arg l. fi. C. de poſtli. reuerſ.
g Alex. l. ſi cum dotē. §. ſin autē. ſol. matr.
h l. ij. C. de capt. Rip. d. l. obligatione.

tur

tur iuſta, quod tradit Origenes, idq́; auctoritate
17 Apoſtoli, non † voſmetipſos vindicantes, ſed ma
gis iniuriam accipite, & magis fraudem patimi-
ni [a]. Bald. tamen ſimpliciter in foro conſcientiæ
capta retineri poſſe cenſuit [b]: cuius ſentētia de-
fendi poteſt in bel-
lo adverſus infide-
les, & impios, tūc,

**eiꝰ fiũt, ꝗ primꝰ [a] eorũ [b] poſſeſſionẽ nactꝰ ẽ [c].**

cùm contra eos iuſtè pugnamus [c]. Idemq́; gene-
raliter, cùm ei aufertur, qui iniuſtè nos oppu-
gnat [d], ſiue in procinctu, ſiue extra aciē, vel cùm
de bonis eius quicquam capimus, qui cauſam
bello iniuſtè dedit, tanquam id in damnorum
compenſationem cedat [e]. Alioquin ſi duo prin-
cipes de imperio litigent, nulla eſt ratio, cur ille,
qui bellum infert, res ſubditorum depopulans,
eas debeat acquirere, cùm ſubditus ipſa in culpa
non ſit, qui paratus eſt altervtri obſequi. Senſit
hoc Horatius,

*Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.*

18 nam † nec ipſi excuſari poſſunt, cùm controver-
ſiás ſuás iure, non armis finire debeant [f], nec de-
ſit Romanus Pontifex, ad quem cognitio tali ca
ſu pertinet [g].

a EIVS FIVNT, QVI PRIMVS [a]. ¶ Cùm
lex exēplum ijſce in rebus ponat, dicatq́; adhuc
ita eſſe, ſequitur, in aliis rebus nō ita eſſe, nec ve-
ſtigiū eius rei remāſiſſe. Quid ergo, ſi aliqui ſint
agri inculti, & à nemine poſſeſſi? an fient occu-
pantis, an potiùs reipublicę cenſebūtur? an verò
19 eius principis, qui ciuitati dominatur? Et † non
putauerim principis eſſe: quia eius intētio reſpe
ctu iuriſdictionis duntaxat, non autem dominij
in territorio fundata eſt [h], niſi is princeps totum
territorium haberet ſibi vectigale [i], vel illam ſal-
tem partem, quæ deſerta, incultaq́; eſt [k], vel niſi
mortuo abſq; hærede aliquo ad bona vacantia
fiſcus admitteretur [l]. Rurſus non putauerim oc-
cupantis eſſe, quia hodie omnia immobilium
dominia alicuius ſunt: quod lex noſtra ſatis in-
dicat. nec enim vllus eſt ager, quem veriſimilè ſit
aliquando diuiſum cultumq́; nō fuiſſe [m], ideoq́;
lex, cùm rei exemplum ponit, quæ in nullius bo-
nis ſit, ad hæreditatem iacentem ſe reſtringit [n]:
alibiq́; generaliter tradit, quod tuum non eſt, de
bere te exiſtimare alienum eſſe [o]. Quod tamen
perpetuum nō eſt. Quid enim ſi inſula ſit, quam
conſtet in flumine publico inter limitatos agros
labente nuper natam [p]? Quid, ſi appareat rem,
de qua agitur, pro derelicta habitam eſſe? tunc
20 † enim occupātis fiet [q]. Quid, ſi factis proclama-
tionibus, vt ſi quiſquam ius in ea re prętenderet,
intra ſex menſes comparéret [r], nemo compa-
ruerit [s]? Quid, ſi reſpublica nullum in ea re poſ-
ſeſſionis actum exercuerit, adeò vt longiſſimo
tempore res inculta remanſerit, nónne videbi-
tur pro derelicta habuiſſe [t]? quod Aret. hîc ſen-
tit, licet hac in re ego cenſeam ampliùs delibe-
randū. Quid, ſi res ipſa per aliquem iam ſit occu
pata, eiq́; non dominus, ſed tertius controverſiā
moueat? videtur † certè potior cōditio occupan-
21 tis, in re præſertim in qua quæſtionem dominij
refricare non liceat [u]. Saluis igitur ſuprà ſcriptis
caſibus exiſtimarim huiuſmodi agros ad rempu
blicam pertinere, idq́; argumento legis noſtræ,
quæ occupanti non concedit, niſi quę in nullius
22 bonis ſunt, vt ſuprà dixi [x], & † quia omnes res aut
in priuatorum ſunt dominio, aut reipublicæ. Si
igitur non conſtat eſſe priuatorum, ſequitur, vt
reipublicæ ſit [y], vt fundata reipublicæ ſit inten-

a Orige. hom. xv ſup. Ieſum. Naue.
b Bal. c. j. de mil. uaſal. q cōtum.
c Abb. d. c. ſicut. Anchar. c. pecca. de reg. iu. in vj.
d xxiij. q. viij. c. ſi nulla.
e gl. d. c. ius gentium. diſt. j.
f gl. d. c. ius gentium. j. diſt.
g c. nouit. extra, de iudic.
h c. ſi diligēti. ubi Abb. ij not. de præſcript. Bart. l. j in fi. de iur. om. iudic.
i l. j. ff. ſi ager uectig.
k rubri. C. de omni agro deſer. & de fun. pat. lib. xj.
l l. j. cū ſeq. C. de bon uac lib. x. c. j. quæ ſint reg.
m l. ex hoc iure. de iuſt. & iur.
n l. j. ſ. de rer. diuiſ.
o l. fi. C. und ui.
p l. j. §. ſi inſula. de flumi
q l. j. ſ. pro derelict.
r l. locorum. C. de omni agro deſer. lib. xj.
s Bar. l. rem, quę nobis. ſ. eo l. iij. ſ. tit. j. l. rē alienā. ſ. de pig. act.
t arg. d. l. fi. in fi.
u Bar. l. nam & ſi fur. ff. ſi cert. pet.
x l. quod in littore. ſ. tit. j.
y d. §. fi. c. j. quē ad. feud. amit. c. cum Bertoldus. de re iud. uerb. uniuerſi. Aretin. conſ. xv.

tio, niſi quatenus reperiatur à priuatis acquiſi-
tum eſſe. Nam & alibi dicitur, aſſignatis agris,
ſciri, quid cuique datum, quidq́ue in publico re-
lictum ſit [z], tanquam quod non probetur alteri
datum, cenſeatur publico relictum: atq; ita Paul.
Caſtr. Socinuſque
hîc cenſuerūt, quos
& ego ſum ſecu-
tus [a]. Si tamen princeps iura reipublicæ ſibi re-
A tineret, tunc huiuſmodi res principis eſſe præſu
merentur, niſi quatenus probaret fuiſſe in com-
muni relictas [b].

EORVM [b]. ¶ Loquitur lex de mobilibus: & b
tamē appellat poſſeſſionem: quoniam † & in eis 23
eſt propriè poſſeſſio, quod hîc diſputat Bartol.
quē cæteri ſequuntur. Sed quid, ſi quis leget poſ
ſeſſiones ſuas Titio, quid cenſebimus eſſe lega-
tum? & videtur communiter receptū eſſe, vt pro-
prietas ipſa relicta cenſeatur [c], niſi appareat te-
B ſtatorem poſſeſſionem à proprietate diſtinxiſſe,
vt quia ſic conceperit verba, Lego Titio poſſeſ-
ſionem rerum mearum, vel talis fundi [d]: quod
Claudius, alijq́; recentiores hîc probant, tanquā
genitiui caſus natura id ſuadeat [e]. quæ ſententia
nō ſat certa eſt: quia ita interpretādo dominium
remanerent invtile [f], & quia quandoq; videmus
legiſlatorem † poſſeſſionem prædij appellare i- 24
pſam proprietatem [g]. quæſtio ergo facti eſt, quid
ſenſerit teſtator. Sed nunquid etiam res mobiles
C tali legato comprehendē[ntur]? & aliqui cenſebāt
comprehendi [h], cùm ſuprà dixerimus, eas res e-
tiam propriè poſſideri. Sed tamen contrarium
verius videtur: quo[niam] cōmunis vſus loquēdi
eſt, cùm poſſeſſionem ſimpliciter dicimus, vt de
rebus immobilibus intelligamus [i], nec memini
vſquam in iure legiſſe poſſeſſionem pro rei mo
bilis proprietate [k]: vnde & Feſtus Pōpeius ſim
pliciter poſſeſſiones appellari ait agros, qui non
per dominii traditionem, ſed per vſucapionem
D ſint acquiſiti [l]. Meritò ergo credendum eſt, res
mobiles non contineri. Nec quicquam refert, ꝙ
mobiles res propriè poſſideantur: quia quæſtio
noſtra eſt, quid appellatione poſſeſſionis veniat
quando ad proprietatem refertur. Procederet er
go duntaxat ſuprà ſcriptum argumentū, quando
ſeparaſſet teſtator poſſeſſionē à proprietate, vt
quia dixiſſet, lego poſſeſſionem rerum mearum,
tunc probabilis eſſet Tranſalpinorum ſentētia,
vt etiam res mobiles continerentur: quia & illæ
E propriæ poſſidētur [m], & poſitio ſediū nihil aliud
eſt, quàm detentio rei, quæ etiam in rebus mo-
uentibus propriè locum habet. Vnde & ſi dixiſ-
ſet, lego quicquid in patria poſſideo, mobilia
quoq; debebūtur, niſi ſi qua ad tēpus ibi eſſent [n].

POSSESSIONEM [c]. ¶ Quæro † hîc in pri- c
mis, quid ſit poſſeſſio? Et multæ reperiuntur de- I. quæſt.
finitiones à Doctoribus traditę, quę omnes mu- 25
tuis telis corruūt, adeò vt Accur. etiam peritiſſi-
mos non auſos definire teſtatus ſit [o]. Receptior
F videtur à Ioanne inventa, à Bartolo expolita, vt
poſſeſſio ſit ius inſiſtēdi rei, adiicit Bar. nō pro-
hibitæ poſſideri, quæ adiectio ſuperflua eſt: ſatis
enim eſt, ſi rei ſubſtantia definiatur, cùm ſemper
verba ad habilitatem referantur [p]: quod & in de-
finitione teſtamenti [q], itemq́; ſtipulationis ob-
ſeruaſſe iuriſconſultos videmus [r], quod Iaſ. hîc
docet. Sed adverſus hanc definitionem illud ob-
ſtat, quòd verum non videtur, poſſeſſionem ius
eſſe. imò vbiq; lex dicit eſſe facti, ideoq́; pupillū
poſſe incipere poſſidere, & etiam amittere [s], &
poſſeſſio-

z l. in agris. ſ. tit.
a l. ſylua. §. noualis. de uer. ſig.
b l. pe. uerſi. quæ huius iuris. C. de diuer. præd. lib xj.
c l. interdum. de uer. ſi. l. rura. C. de om. ager. deſer.
d ar. l. ſi duo. in fi. uti poſſidet.
e ar. not. in rub. ſ. de ope. noui. nunt.
f arg. l. ſi uſufr. municipi. de uſufr. leg.
g l. initio. C. de pact. inter emp.
h l. ij. C. com. utri. iudi.
i l. ij. C. de fid. mi nor. l. ab exec. C. quo. appel. d. l. rura. l. j. l. locorū eo. tit.
k l. filij. §. fi. ad municip. l. cū ſatis. C. de agr. & cenſit. lib. xj.
l l. quæſtio de uerb. ſignifi. ubi dixi.
m l. j. in fi. de fur. §. retinēdæ Inſt. de interdict. l. j. C. de uſucap. transf. Bart. hîc.
n l. uxorē. §. legauerat. de leg. iij. ubi Doct. gl. & Rapha.
o glo. l. ſtipulatio iſta, habere. §. hęc quoq. de uerbor. oblig.
p glo. l. fi. C. ſine cenſ. uel. reliq.
q l. j. de teſtam.
r l. v. §. ſtipul. de uerb. oblig.
s §. ſeq. & l. poſſeſſionē pupillū ſ. eod.



poſſeſſionē ex contractu à lege reprobato tranſ-
ferri: quia res facti infirmari iure ciuili nequit [a].
Et alibi poſſeſſionem hæreditas non habet: quia
26 facti eſt, & animi [b]: & † rurſus poſſeſſio plurimū
facti habet: cauſa verò facti non continetur poſt-
liminio [c], ſenſeruntque hoc aliqui veteres [d], tum
Pont. Beſut. Put. quandoque & Iaſ. [e]: nouiſſimè
& Rai. Contrariam tamen ſententiam, quę & re-
ceptior videtur, Alexan. Socinuſque ſequuntur, A
diſtinguuntque, vt poſſeſſio, dum acquiritur, ſit
facti: acquiſita verò ſit iuris. nam & non paucis
locis probatur poſſeſſionem iuris eſſe, vt cùm
dicitur, ius poſſeſſionis nō videri peremptum [f]:
vel qui de poſſeſſione controuerſiam facit, ius
poſſidentis minuere [g]: & alibi, in poſſeſſione
eum tuendū, qui prior ius eius appręhēderit [h]: &
alibi, inconcuſſum poſſeſſionis ius obtinebis [i].
Sed hæc iura me haud multum mouent. quam-
uis enim poſſeſſio ſit facti, tamen dubium non B
eſt ex facto ius oriri, vtputà vſucapionis, acquiſi-
tionis fructuum, dominij per traditionem, ius
retinendi, & ſi qua ſimilia, de quibus ſuprà ſcri-
ptę leges loquuntur, vt caſus genitiuus ex ſui na-
tura ad cauſam efficientem referatur [k]. Vnde &
delegata cauſa, vt iudex datus cognoſcat de iu-
ribus eccleſiæ, etiam de poſſeſſione cognoſcen-
dum erit, quod Innocen. cenſuit [l], & ad ſimiles
caſus produci poteſt [m]. nos enim diſputamus,
nunquid poſſeſſio ipſa ſit iuris, non autem de
effectibus ex ea ſecundum legum diſpoſitionem C
prouenientibus. meliùs ergo probatur ea ratio-
ne, quòd ſeruus poſſidere non poteſt [n]. quòd ſi
poſſeſſio facti eſſet, aliud ſecundum regulas iu-
ris ſtatuēdum fuerat [o]. Sed non negauerim ego,
naturalem poſſeſſionem ſeruo concedi [p], licet
ciuilis denegetur: quia iure ciuili tantùm ſerui
pro nihilo habentur [q]. Addūt aliqui & illam ra-
tionem: nam de poſſeſſione ad contractus argu-
mentum valet [r]. contractus † autē, licet dum ce-
27 lebrantur, ſint facti [s], tamen perfecti iam, & ab- D
ſoluti, ſunt iuris [t]: ergo & de poſſeſſione idē di-
cendum eſt. ſed certè manifeſtam differentiā lex
inter poſſeſſionem & contractus conſtituit, cùm
ait, cauſam poſſeſſionis, quia facti eſt, non conti-
neri poſtliminio [u]: & tamen cauſa cōtractuum
cōtinetur: nam & aperta eſt calumnia interpre-
tātium poſſeſſionem, id eſt poſſeſſionis acquiſi-
tionē: atqui iſta plurimùm inter ſe diſtant, ſicut
natiuitas hominis ab homine differt. Exiſtimo
28 † itaq; poſſeſſionem quidem facti eſſe, ideoq́; & E
naturalem dici: quia quæ iure naturali inducta
ſunt, lex facti eſſe interpretatur [x]: verùm quoties
lex ciuilis ei aliquam qualitatē addit, incipit eſſe
iuris [y], appellaturq́; tunc poſſeſſio ciuilis. Hinc
eſt, quòd poſſeſſio, quam quis non per ſe, ſed per
alium, putà filium, vel ſeruum, habet, non ſolùm
corporis, ſed & iuris eſſe dicitur [z]. Qua de re dif-
fuſiùs libro De quinque pedum præſcriptione à
me diſputatum eſt, vbi aliam definitionem ex
verbis Iuriſconſulti contextui: Poſſeſſio eſt vſus F
II. quæſt. rei appræhenſæ à iure ſeparatus [a]. Rurſus
29 † quæritur, quo iure inuenta ſit poſſeſſio? & Ac-
curſius videtur dicere iure naturali primæuo in-
uentam: quod tamen ipſe tandem non probat.
hoc modo enim animantibus quoque cæteris
communis eſſet poſſeſſio [b], cùm tamen ea ani-
mum poſſidendi habere non poſſint: ideoque
nec poſſeſſionem [c]. Alij ergo iure gentium in-
uentam cenſent: dupelxq́; ius gentium conſti-
tuunt, antiquiſſimum quoddam, & aliud poſte-

a §. ſi uir uxori. ſ. ead. l.
b l. j. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. l. cū hæred. ſ. eod.
c l. deniq. ex qb. cauſ. maior.
d gl. in 3. defin.
e Iaſ. in lect. j.
f l. peregrè. ſ. eo.
g l. ſtipulatio. §. ſi quis fortè. de uerb. oblig.
h l. ſi ea res. in fi. de act. empt.
i l. v. C. de lib. cauſ. l. nēo. C. eo.
k l. q pignoris. ſ. eo. l. in cōuentionalib. in fi. de uerb. oblig. l. ſi fi nita. §. ſi qs metu de damn. infect.
l Inn. c. epiſc. de reb. eccl. Iaſ. hîc.
m Rot. deci. 64. in nouis. Alex. conſ. [illegible] in ij.
n l. poſſei. §. j. ꝙ ſeruus. ſ. eod.
o §. ſed cū factū. Inſt. de ſtip. ſer.
p d. l. ſtipulatio iſta. §. hęc quoque.
q l. qd attinet. de reg. iur.
r l. quāuis ſaltꝰ. ſ. eod.
s l. cōſilio. in fin. de cur. fur.
t gl. l. j. in princ. de uerb. oblig.
u d. l. deniq. l. in bello. §. factę. de capt.
x l. nec ſeruus. de pecul. l. ſi unus. §. pactus. ne de pact.
y l. ius ciuile. ff. de legib.
z l. poſſeſſio. ſ. e.
a l. quæſtio. de uerb. ſig.
b Inſtit. de iure natur. in princ.
c l. 3. in prin. ſ. e.

rius [d]: exiſtimantque hoc poſteriore inuentam L. j.
poſſeſſionem. Si enim ex antiquiſſimo illo iure **Poſſeſſio.**
inuenta eſſet, ſeruis quoque poſſeſſio ipſa com-
peteret, cùm eo iure à liberis non diſtinguerentur [e]:
poſteriore verò diſtinguantur, & tamen
contra ſeruos poſſidere non poſſe [f]. Rui. tamen
priore illo inuentam mauult, ſed ideo ſeruis nō
cōmunicatam, quia cùm ipſi ab alio poſſidean-
A tur, non poſſunt vllam rem ſibi poſſidere [g]. quæ
ratio iuris ciuilis eſt, non autem antiquiſſimi il-
lius. Ego † vnum eſſe ius gentium arbitror [h]: nec 30
enim vlla eſt lex duas ſpecies illud diſtinguens,
videturq́; imminutus fuiſſe Iuriſconſultus, qui
vnum feciſſet, quod in duo ſecādum erat [i]: ſen-
ſitq́; hoc & Aretinus hic [k]. Tametſi ſicut in iure
ciuili aliquę ſunt leges priores, aliquæ poſterio-
res non ſit abſurdū, & iuriſgentiū aliquas diſpo-
ſitiones aliis antiquiores fuiſſe, ideoq́; & facti di-
B cuntur: quia & temporibus, & locis variantur [l].
Nec me mouet, ꝙ ſeruus poſſidere non poſſit:
quia hoc verum iure ciuili [m], ſed iure gentiū, ſeu
priore, ſeu poſteriore, non videntur ſerui pro ni-
hilo habiti [n]: vnde eo iure ſerui in iudicio contra
dominos ſtabāt [o], & domino ſine filiis decedēti
ſuccedebant [p]. Item ad militiā aſſumebantur [q],
& bona poſſidebant [r]: & ſi paulò honeſtiores
erāt, ad munera publica aſſumebantur: quòd A-
riſtoteles libro quarto, capite quintodecimo Po
litices atteſtatur. Sed & apud veteres Germa-
C nos, qui iure gentium viuebant, non multùm à
liberis diſtabant: qđ Cornelius Tacitus tradit [s].
Rurſus etiam quæritur, quotuplex † ſit poſſeſ- III. quæſt.
ſio? & Ioānes duas eſſe poſſeſſionis ſpecies tra- 31
didit, naturalem, quæ corpore & animo acquiri-
tur: ciuilem, quæ animo retinetur [t]. Cùm enim
duo eandē rem inſolidum poſſidere nequeāt [u],
& lex eum, qui clàm ingreſſus eſt, & eum, qui re-
uerſus eſt poſſidere dicat [x], ſequitur, vt de di-
uerſa poſſeſſionis ſpecie accipiatur: ſecutuſque
D hanc ſententiam diſputando eſt Din [y]. quæ &
cōmuniter per cæteros eſt recepta. At Placenti-
nus, itemq́; Azo, vnā eſſe duntaxat poſſeſſionem
exiſtimarunt, ſcilicet naturalem, quæ ſi à lege fo-
mentum accipiat, eadem & ciuilis dicetur [z]. lex
enim ſimpliciter ait, vnum † eſſe poſſeſſionis ge- 32
nus [a], quo loco, more loquendi veterum, genus
pro ſpecie accipitur [b]: & alibi duplex, inquit,
poſſeſſionis eſt ratio, vt vnā eſſe poſſeſſionē ap-
pareat, quæ tamen duplici ratione conſideretur,
E non autē in duas ſpecies diuiſa ſit [c]: nam & iu-
ſta poſſeſſio pro ciuili accipitur iniuſta pro na-
turali [d]: & tamen lex ait iuſtā ab iniuſta nihil in
ſumma poſſeſſionis differre [e]. Et quod dicitur,
eandē † poſſeſſionē apud duos eſſe nō poſſe, non 33
procedit reſpectu diuerſæ qualitatis, quæ diuer-
ſas perſonas reſpiciat [f]: ſenſitq́; hoc Trebatius,
cuius exēplum non ideo improbabat Labeo [g], ꝙ
verū nō eſſet, ſed quia exiſtimabat, poſſeſſionem
iuſtā ab iniuſta ſpecie differre. quod falſum eſt [h],
F fuitq́; hæc antiqua Materni opinio, licet eā Doc.
malè interpretentur, vt reprænhendant: ſecutuſq́;
eſt & quandoq; Accur. [i]. Ego non arbitror ope-
rępretiū eſſe, hac in re plurimùm inſiſtere, quan-
doquidem cōtentio hæc magis in verbis, quàm
in re ipſa ſit. nam nec Azo negat eſſe ciuilem poſ
ſeſſionem, ſed ait, ſpeciem à naturali ſeparatam
non eſſe, ſed potiùs qualitatem: & Bar. differen-
tiam inter ciuilem & naturalē non reſpectu ſub-
ſtātiæ, ſed ratione effectuum duntaxat definitio-
nibus ſuis conſtituit. non videtur autem diuerſi-

d Bar. hic, & l. ſi id, qđ. de cond. indeb.
e d. l. ſi id, quod
f d. l. quod ſeruus. ſ. eod.
g l. ſic euenit. de adult.
h c. cuius naturale. ij. diſtin.
i l j. in fi. l. omnes. in fi. de iuſt. & iur.
k Arch. d. c. ius naturale. j. diſt.
l arg. c. j. de conſtit. in vj.
m l. quod attinet. de reg. iur.
n d. l quod ſeruus. & argu. l. iiij. ſ. de manu.
o Iob c. 31.
p Geneſ. c. 15.
q Geneſ. c. 14.
r Reg. 2, c. 9. c. 16.
s Tacit. in lib. Germ.
t l. j. §. deiicitur. de ui, & ui armat. l. 2. §. quod uulg. pro hære. l. 3. in fin. ad exhib.
u l. 3. §. ex contrario. ſ. eod.
x l. clā. §. fi. ſ. eo.
y Din. cap. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6.
z l. licet. ubi gl. C. e. l. ſi ut certo. §. fi. in gl. ſ. cōmod.
a l. 3. §. genera. ſ. eod.
b l. ſi peculium. ſ. de man. teſt.
c l. nemo. C. eo.
d l. ſi duo. ſ. uti poſſidet. l. ꝙ ſeruus. ſ. eod.
e l. 3. §. ex contrario.
f l. ſi duo. & l. fi. ſ. uti poſſid.
g d. §. ex contrario.
h Soc. hîc.
i gl. d. l. licet. & d. l. ſi ut certo. §. fi. Beſ. Put. Soci. Rip. hîc, Mar. c. j. de cauſ. poſſeſ.

tate alicuius effectus diuerſitatem ſpeciei argui. Qua ratione mulier fœcũda, itemq; ſterilis, eiuſdem tamen ſpeciei ſunt. Sed & animus non magis ad ciuilẽ poſſeſsionẽ pertinere debet, quàm corpus. vtrunq; enim facti eſt [a]. Cõſtituẽdũ itaq; eſt, poſſeſsionem ſimpliciter pro naturali accipi, quę ſi à lege ciuili ſit approbata, ciuilis quoq; dici poteſt [b]: dicetur & iuſta [c]: quãdoq; etiã dicitur poſſeſsio, quę plurimum iuris habet [d]: quo nomine ſpecialiter vocabitur illa poſſeſsio, quam non nos ipſi occupamus, ſed per aliũ nomine noſtro tenentem poſsidemus. Vnde depoſitarius, colonus, inquilinus, quiq; precariò habet, craſsiore Minerua dicuntur quidẽ naturaliter poſsidere [e]: dominus verò ipſe verus eſt poſſeſſor [f]. quod & in fructuario dicendũ eſt. tametſi enim lex quandoq; dicat eum videri naturaliter poſsidere, vel tenere [g], ſeu in poſſeſsione eſſe [h], tamen propriè loquendo ipſe proprietarius eſt, qui poſsidet [i], cùm nomine domini fructuarius in fundo ſit, procuratorq; in rem ſuam cenſeatur [k], fructuſq; ſuos faciat, nõ ex eo, ꝙ poſsideat, ſed propter ius percipiendi, quod habet: aliàs ſi propriè naturaliter poſsideret, vt emphyteuta, iure poſſeſsionis fructus acquireret [l]. Hincq; apparet, poſſeſsionem naturalem ciuili coniungi, niſi cùm talem poſſeſsionem lex improbat. tunc enim naturalis ſola remanet, vt cùm cauſa poſſeſsionis à lege improbatur [m]. vel cùm perſona inhabilis exiſtimatur [n]. Idem, ſi ex re ipſa vitiũ oriatur [o], quę tamen naturalis iuris effectũ non habet, cùm ei lex reſiſtat [p]: qua ratione qui vi, clàm, precariò ab aliquo poſsidet, reſpectu eius, à quo poſsidet, iniuſtam poſſeſsionem habere cẽſetur [q]: reſpectu
34 verò aliorum, verè dicitur poſsidere [r]. Quid † ergo in dubio reſpondendum erit, cùm lex poſſeſſoris mentionem facit? & ſatis putarim de iuſto poſſeſſore intelligi, id eſt, qui naturaliter ciuiliterq; poſsideat [s]: quod Baldus rectè cenſuit [t]: alibique Bartolus, Poſſeſsio, inquit, ſimpliciter prolata, de ciuili naturaliq; intelligitur [u]. nihil tamẽ refert, malæ fidei ſit, vel non: quia bona, vel mala fides naturam poſſeſsionis non mutat, ſed effectus duntaxat iuris reſpicit [x]. Ex ſubiecta tamen materia ſi appareat ad effectus iuris reſpectum fuiſſe, alia fiet interpretatio, tuncq; poſſeſſor intelligitur, qui facit fructus ſuos [y]. qua ratione & quãdoq; poſſeſſoris appellatione intelligemus pacificum dũtaxat [z]. in materia quoq; latiore poſſeſſorem intelligemus etiam fructuarium [a], quod ſuprà Aretinus tradidit [b]: qui quamuis alieno nomine poſsideat, ſuo tamen fructus percipit, idque dum ratio legis id patiatur [c]. Sed & vt libellus ſuſtineatur, vt ſtipulatio valeat, vt ſupplicatio principi porrecta non videatur ſubreptitia, poſſeſſorem pro eo, qui corporaliter ſolùm detinet, intelligemus. Dein-
35 de quærit Bartolus, quæ † ſit ciuilis poſſeſsio? & reſpondet, ius eſſe inſiſtendi rei aptum producere ciuiles effectus, etc. Sed obſtat lex noſtra, quæ de naturali loquitur, & tamen parit effectum dominij. Verùm cùm hic tractetur de naturali, quam quis in iis rebus acquiſiuit, quæ in nullius bonis erant, ſequitur, vt à ciuili quoque iure ſit approbata, meritoque & ciuilis dici poſſit. Fortiùs obſtat, quòd proprietarius dicitur ciuiliter poſsidere [d], & tamen ius inſiſtendi non habet. Sed reſponde, etiam ius inſiſtendi illi eſſe, non per ſe, ſed per fructuarium, qui eius pro-
36 curator in rem ſuam cenſetur [e]. Sed † quinam

a l. pro hęrede. de acq. hęred l.j. §. ſiue autẽ. de ui, & ui armat. b l.legitima. ß. de pact. c d l. ꝙ ſeruus. d. l. ſi duo. & l. duo. de pręcar. d l.poſſeſsio.ff.e. e l.communi.§. neq; cõmuni di uid.l 4.ad exhi. f l.certè.§.is, ꝗ. de precar l.licet. depoſit. g l. naturaliter. ff.eod. h l.cuicunq;. in fin.de uſufr.l.fi. ff.uti poſsid. i ff. hac l.§. per eũ.l.5.§.Iulian9. ad exhib. k l.j.in fin.ß.de op.nou.l.j.uſufru.quem.caue. l Bar.l.3.§.è cõtrario.ff.eod. m ut ff.hac l.§.ſi uir.& d.l.j.§.de ijcitur. n l.quod ſeruꝰ. ff.eod.

o l.quamuis ſaltus.l. cũ hæred. §.item quærit.ff. eod. p l.ſi eũ, qui. ff. de donat. inter uir. q d.l.clã.§.fin. r d l.ſi duo.d.§. deijcitur.uer.de nique. s d.§.ꝙ uulgo. d.§.deijcitur. t Bal.l.j.C.cõm. de uſucap u Bar.§.nihil cõmune.l.naturaliter.ff.eod. x d.§.ex cõtrario.Are.ß. in ru. y c.ſi tibi.de prębend.in 6. z gl.cl.j. uerb. neutro.ut lit. pend. a l.3.§.unde ui. de ui, & ui arm. d.l.iiij.

IV. quæſt.

b Are.ß.in rub. cl.ſciendũ.§.j.q ſatiſd.cog.

d l.ſciendũ.§.j. ß.alleg. e l.quod meo.§. procurator.ff.eod. l j in fin.ubi no. de oper no nũt.

ſunt ciuiles effectus, quos hæc poſſeſsio producit? & plures commemorari poſſunt [f]. In primis ex conſtituto, ſeu, quod idem eſt, ex retentione vſusfructus [g] conſtat propriè ciuilem duntaxat poſſeſsionem trãferri, & tamen illud ſufficit acquiſitioni dominij, quod non, niſi traditione, transfertur [h]. habet enim effectum quoque translationis naturalis. Proceditque † hoc, etiam ſi à procuratore adiectum ſit conſtitutum [i].
A Itemque, ſi conſtitutum conditionale ſit: dum tamẽ re integra euenerit conditio: quod Decius reſpondit [k]. Addunt aliqui procedere, etiam ſi agatur, vt quis incidat in pœnam: & ideo emphyteuta, inconſulto domino, per conſtitutum transferens poſſeſsionem, efficit vt res committatur domino [l]. Quæ tamen ſententia apud me dubia eſt: quia lex irrogãs pœnam, quia quis actu naturali peccauerit, non videtur ad ciuilem extendenda [m], quod non pauci tradiderunt [n].
B Nam & non videtur id conſtitutum in contractu à lege probato vllam transferre poſſeſsionem: quod Argentinus cenſuit [o]. Alter † eſt effectus præſcriptionis. cùm enim abſque poſſeſsione vſucapio nõ procedat, ſufficit, ſi ea poſſeſsio ciuilis ſit [p]: quod Bartolus hîc docet, ſubiicitq; dominium indę translatum, poſſe verum dominium appellari, cùm directo ipſi aduerſetur. Vnde infert Aretinus, eũ, qui in libello dixit ſe dominum, obtinere poſſe, ſi de vtili duntaxat
C docuerit [q]. Quòd ſi dixerit ſe verũ dominũ, non poterit [r]. quæ ſententia probabilis eſt, quoties pars petiiſſet ſe certiorari, libellique ambiguitatem confutaſſet [f]: aliàs puto vtroque caſu intentionem adiuuandam, vt verba fauore actus ſuſtinendi impropriè accipiantur [t]. Sanè veteres eum, qui vſucepiſſet, non iure veteri dominij, ſed auctoritate legis tutum eſſe dicebant: ideoq; vſucapio, adiectio dominij definitur [u], quod alibi diffuſiùs explicui. Alius † effectus eſt, qui
D ad acquiſitionem fructuum pertinet, quem vel ſola ciuilis parit [x]: quod intelligendum, ſi poſsidens ſit bonæ fidei, vt hæc acquiſitio potiùs reſpectu bonæ fidei fiat, quàm ſimplicis poſſeſsionis [y]: qua de re alibi [z]. Eſt † & alius effectus, quòd ei, qui ciuiliter poſsideat naturalem vi, vel clàm ſibi occupatam, propria auctoritate ingredi permiſſum eſt [a]. ille enim, qui occupauit, cùm iniuſtè poſsideat, poteſt à vero poſſeſſore incontinenti expelli: quod quomodo ſit acci-
E piendum, alibi traditum eſt [b]. Huc pertinet, quod alibi Bartol. tradidit, etiam ſi iuſtè naturaliter poſsideas, ſed eam mihi rem obligaueris, conſtitueriſque meo nomine poſsidere, licitum eſſe mihi propter ciuilem, quæ ex conſtituto translata eſt, eam rem appræhendere [e]. Addit idem, non videri clàm ab eo factum, qui ciuiliter poſsidebat [d]: & ideo, ſi mihi rem obligaueris, manuſque iniectionem conceſſeris, licet, te reſiſtente, eam occupare non poſsim, in-
F ſciente tamen potero, nec clàm feciſſe exiſtimabor [c]. Addit hîc Bartol. quandoq; aliquem videre, vt tamen alterum vſucap. vt creditor, qui re apprehenſa ciuiliter, & naturaliter poſsidet [f], atque debitori ſuo vſucapiendo acquirit. Ego (quod ad vſucapionem attinet) debitorem ipſum poſsidere videri arbitor: ideoque

d l.quinq; pedum. x l.3.§.ex contrario.ff.eo ubi gl.Bar. Bar.de uſufr. z Petr Cin.l.certũ.ij.q.C.de rei uend. a l.3.§. & ui arma. b l.j.§.nuntiatio ß.de ope.noui nunt.l j.§.j.de c Bar.l.creditores.C.de pign. d l cũ creditor.ff.de fur. tores. f l.qui pignoris.ff.eod.

ipſe

f Guid. Pap. q. ccclvj.

I.

g l.quiſquis.C. de don.l. ſi quis argentũ.§.ſed ſi quidem. de donat.C.

I. ampliat.

37

II.

III.

h l.quod meo.ff. eod.

i Soc.cõſ.131.in fin.iiij.

I. limita.

k Dec.cõſ.226.

II.

38

l l.fi. ubi Iaſ.C. de iur.emphy. Butr.conſ.34. m arg.gl.l.Iulianus.§.ex uẽdito de act.empt. n Guid.Pap.q. cj. o §.ij.ff.ea.l. ubi Doct.

III.

39

IV.

40

p l qui fundũ. in princ.ff. pro empt.

V.

VI.

q Bar.l. j.C.de uſufruct. r arg.l ij.C.de bo. ſec. tab. ubi Aret. s l j.de eden. t l.ſed & ſi poſſeſſori.§.item ſi iurauero. de iureiur.

u l.3 de uſucap. y l.ſi fur. ubi eũ igitur. de ui. uerb.obl. e Bar.d.l.creditores.



ipſe acquirit. quod & alij ſentiunt [a]. Quòd ſi propria auctoritate facere, atq; ideo debitorem capere, & vſucapere poſſum, multò magis cum auctoritate mihi iudicis erit cedendum. conſtat enim ei, qui ciuiliter poſsidet, interdictũ Vnde vi, competere [b]: quod quidam ad eum extendũt, qui naturalem poſſeſsionem clàm amiſit [c], vt ex capite violentiæ illa pars interdicti Quod vi, intentetur: ex capite alio agatur Quod clàm: quæ ſentẽtia probabilis videtur: eſt enim eadẽ actio, quę has qualitates adſumit [d], tametſi verba legis aliud ſentiãt, nempe qualitatem clàm mutari in violentam. Sanè quoties lex abſq; aliquo corporali inſtrumento poſſeſsionem transfert, ciuiliſsimam eam Doctores vocãt [e]: quod hîc Iaſ. docet, vt cùm lex municipij ſtatuit poſſeſsionẽ defuncti in hæredem continuatam cenſeri. Baldus fictã poſſeſsionem appellat, cuius is ſit effectus, vt remedium iuris communis non auferat [f], interdictum recuperandæ non pariat. qua de re alibi [g]. Conſequenter etiam quærit Bartol. quo-
41 modo † definiatur naturalis poſſeſsio? & ait, eſſe ius inſiſtendi aptum producere effectus diuerſos à dominio. Vnde infertur, quòd ex naturali producuntur varij effectus ciuiliter, vt præſcriptionis [h]: ſubiicitque fructuarium ius illud vſucapere poſſe, idemque in cliente beneficiario [i]: producuntur & effectus ad acquiſitionem naturalium acceſsionum pertinentes [k]: datur & naturaliter poſsidenti interdictum, ſeu nomine ſuo poſsideat [l], ſeu alieno, dum tamen in rem ſuam procurator ſit, vt fructuarius [m]. colono enim, inquilinoque non datur, niſi iam interuerterit poſſeſsionem [n]. Sed aduertendum eſt, hauquaquam vera eſſe, quæ Bartol. hîc docet. etenim receptior ſte ſententia ex ſola naturali poſſeſsione nõ produci vſucapionem [o]. vnde qui naturaliter poſsidet, non priùs incipit præſcribere, quàm ciuilis poſſeſſor ſuam amiſerit: quod obliuione fit, idq; longo tempore, id eſt, decennali [p]. tunc enim ea ciuilis amiſſa iungitur naturaliter, & effectum vſucapionis tum demum parit: quod Doct. communiter tradiderunt [q]: ego alibi ſum tractatu-
42 rus. Nam † & quod ſubdit, fructuario ius præſcriptioni ex naturali poſſeſsione oriri, falſum eſt: vſusfructus enim ex quaſi poſſeſsione iuris, quod fructuarius habet, tam ciuili, quàm naturali acquiritur [r], non autem ex naturali, quam videtur ipſa in re habere [s]. Nec me mouet, quòd lex præſcribi iũri vſusfructus etiam aduerſus dominũ ignorantem ait [t]: quia non ideo conſequens eſt, vt ex poſſeſsione rei pręſcribatur, quin potiùs ex illius iuris quaſi poſſeſsione id fieri debet, quę licet à principio ſcientiam domini requirat, qui patientiam colligendis fructibus præſtet [u], tamen cœpta durat, tametſi ignorantia deinde ſuperueniat, vt ſi dominus moriatur, hæredemque huius rei inſcium relinquat, vel obliuiſcatur, vel alteri vendat [x]. Idemque, ſi à principio verus dominus ignorauerit, dum fructuarius titulum & bonam fidem habeat [y]: quod Alex. hîc tradit, & receptiſsimum eſt [z]. Nec eſt verũ, etiam fructuarium naturaliter poſsidere [a]. lex enim vtitur verbo improprietatis, vel quod ad detentionem refertur, vt ſuprà dixi: detẽtio autem craſsiore Minerua pro poſſeſsione eſt [b]. Puto itaque veterum opiniones, quę in ſpeciem differre videntur, con-
43 iungendas eſſe, vt † vſufructuarius ius ipſum vtẽdi fruẽdi ciuiliter, naturaliterq; poſsideat, ideoque & vſucapiat [c]: fundum verò ipſum non poſ-

VII.

a gl.l.cũ notiſsimi.§.j. de præſcri. xxx. b l.j.§.deijcitur. de ui. et ui arm. c d.l.clã.§.fi.ubi gl. d l.prohibere in prin.ff. quod ui. e l.raptores. C. de epiſc & cler. f Bal.rub.extrà, de conſuet.

VIII.

g Alex.l.in ſuis de lib. & poſth. ubi dixi. h l.fi.in fi.C. de pręſcr.xxx. uel xl.ann. i l. cõperit. de pręſcr.30.uel.40. ann.

V. quæſt.

k auth.niſi.C.de bo.mat. l. indebiti.in princ. de cond.indeb. l d.l.j.§. deijcit. m l 3.§.unde ui. eo.tit. n l.colonus eo. tit. o Doct.hic, & l. 3.§. ex cõtrario. ff.eod. p l.furtũ. in fi.ff. tit.j.gl.l.j. C. de ſer.fug. q l.ſi de eo.§. ſi fortè. ubi Alex. ff.eo.Fel.c.uigilã ti.c.fi.de pręſcr. r gl.l.ait pętor. §.item, ex quib. cau.ma. s Bar d.l.naturaliter.ff.eod. t d.l.fin. u l ꝗties.de ſeruit.

x d. l. furtũ. in fin. y l.ſi ego.§.j.de public. z Cin.l.ij. q. 7. C.de ſeruit. Bar. l.3.§. ex contrario.ff.eo.l.iuſto.§ nõ muta.ff.tit. j. a d.l.acquirit.§. ſi & ff.ead l.§.p eum. & § in bonę fidei. inſt.per quas perſ. b l.ſtipulatio iſta.§.hęc ꝗq;.de uerb.obl.l. communi.§.neq;. cõmu.diuid. c d l ſi l.3.§. unde ui. uerſic. qui uſusfruct.ff. unde ui l.uti, frui. ſi uſusfruct.pet.

ſideat, ſed detineat tantùm. Poſsit tamen latiore ſenſu dici poſsidere [d], vt ſuprà dixi. Addit Bart. & † naturalem poſſeſsionem eſſe, quę magis propriè & ἐμφατικώτερος corporalis dicitur [c], quę retẽtionis recuperationiſque effectum producit, vt cùm quis, eo, qui ad nũdinas iuerat, abſente, fundum occupauit [f]: ſed Doctores negant ſeparatam à naturali ſpeciem hanc eſſe. lex enim indifferenter hanc naturalem appellat etiam corpora-
A lem [g]: quia corpore acquiritur & tenetur [h]: qua de re hîc latiùs apud alios. Sed num eadem diſtinctio naturalis ciuiliſq; poſſeſsionis etiam in iuribus fiat [i]? & † ſi de ſeruitutibus perſonalibus loquamur, conſtat eſſe, vt ſuprà de vſufructu diximus [k]. maior eſt in prædialibus difficultas: quia poſſeſsio non facto ſolùm, ſed & animo quæritur [l]. at fundus, vtpote res inanimata, non poteſt videri animum habere, & tamen lex ei deberi ſeruitutem ait [m]: ſed tamen Bartol. poſſe hoc caſu
B vtranque poſſeſsionis ſpeciem conſiderari tradit, cuius ſententiam aliqui malè declarant [n], vt improbent. Sciendum itaque eum, qui fundum dominantem poſsidet, cenſeri & huiuſmodi iura poſsidere, naturaliter per fundum, cuius acceſſiones ſunt hæ ſeruitutes [o], ciuiliter per animũ ipſius poſſeſſoris, q animus ſi à principio interuenit, ſatis eſt [p]: quia durare intelligitur, ſicut & ſcientia, quæ à principio neceſſaria eſt [q], demum perſeueraſſe cenſetur [r], & ad eum tranſire, ad
C quem fundus dominãs tranſit: quia qui eum poſſidet, & eius acceſsiones poſsidere velle intelligitur. Quod ergo Bart. ait, naturali † poſſeſsioni animum non eſſe neceſſariũ, intelligitur ex pòſt facto: à principio tamen opus fuit animo, vt acquireret, aliàs fruſtrà retineremus, quod adhuc acquiſitum nõ eſſet. Quod rurſus ſubiicit, quòd fundus ipſe præſcribit, intelligendum eſt continenter abſque medio. quæritur enim acceſsio illa fundo dominanti, & conſequenter ipſi domi-
D no. nec enim fundus ipſe poſsidet, ſed poſsidetur [s]: dominus verò poſsidet, & præſcribit [t]. nam proditum eſt, per rem inanimatã nihil nobis acquiri poſſe [u]: at in caſu noſtro vltra rem ipſam, ſeu prædium dominans eſt etiam animus, qui acquiſitioni ſufficit. Requiritur ergo vtrunque, & animus poſsidentis, & ſeruitutis vſus fundo dominanti accedens. Quid ergo, ſi alterum non adſit, putà animus? & clarum eſt, nullam videri adeſſe poſſeſsionem, ideoq; nec illam eſſe vſucapio-
E nem [x]. Hinc quod vulgò dicimus, naturales † ad inferiorẽ partem aquarum defluxus (ſcolatitia vulgò vocant) nunquam pręſcribi, niſi quatenus probaretur animus: vt quia ſuperiorem alueum inferior longo tempore purgaſſet, vt ad ſe aqua delaberetur [y]. Quid item, ſi illud alterum deſit, nempe vſus continuus fundi dominantis? & tunc idem eſt, vt non ſubſit vlla ciuilis poſſeſſio, ideoque nec vlla præſcriptio [z]. Vnde tra-
F ditum eſt ſeruitutem quidem aquæductus, cæteraſque vrbanas longo tempore vſucapi, quæ cõtinuæ ſunt [b]: at ſeruitutem itineris, viæ, actus, qa continua non eſt, eo tempore non vſucapi, ſed requiri ſupra hominum memoriã dominum iuiſſe [c], egiſſe. id enim tempus vim priuilegij habet [d]. Quamuis † ergo animus in aliis iuribus perſonæ cohærentibus cauſam poſſeſsionis continuet [e], in iis tamen ruſticis ſeruitutibus, quę in

que.de aqua plu.arc. b l.fi.in fi.C. de præſc lõg.tẽp.l.ſi quis uend. c d l.ſeruitutes.ubi Doct. Alex conſ.16. d l.hoc iure ꝗt. e Bar.l.iuſto.§.nõ mutat.ff.tit.j.Bal de pręſcr.ij.prin q.

L. 1. Poſſeſsio.

44

d l.fi.C.uti poſſ. e c.ꝙ aũt.de iur.patr.c.cũ aliq;. de re iudic.utro biq; Butr. f d.l.clã.§ fin.

VI. quæſt.

45

g l.fi.C.de fund. patr.lib.xj.d.c. quod not. h l.nemo.C.eo.l. ꝗd ſeruus.ff. e.l. & hic.§.eũ, qui. de precar. i gl.l. regulariter.de petit.hęr. k l fi.C.de præſcript.long.tẽp. l. ſi ego.§. j. de Public.Bar.l.iuſto.§. non mutat.ff.tit.j. l l.quemadmodum.ff.eod. m l q aliena. in fi.de neg geſt. n Aret. & Iaſ.

46

o l.ſeruitutes.4. de ſeru. l. uia.§. ſi fundus de ſer. ruſtic. prædior. p l.j.§. quęſitũ. de aqua.ꝗt.l. q fundum.quẽad ſer.amit. q l.ij.C. de ſerui. r l.3.§.fi.de adi. leg. s l homo lib ß. tit.j. t l.ſi ſic conſtituta.quemad. ſer. ami. Abb.ca de quarta. de præſcript.

47

u gl.§.pe. uerb. per hãc.Inſt.per quas perſon. x Bal c. cũ oẽs. de conſt. c.j.§. ſi quis de manſo. in uſib feu. ſi de inueſt.ſue. cõtr. y C.p tit.de aq. duct.

48

z l foramen.de ſer.urb. a Bar.l.j.§.deni diuturno. ſi ſer. § ductus.de aq.

conſequentiã quandam à fundo dominante trahuntur, ſecùs eſt: qua ratione & illud efficit, vt quamuis cęterę ſeruitutes nuntiationi noui operis ſufficiant a, hæ diſcontinuę interpellatæq; nõ ſufficiant b, tanquam plenarium poſſeſſionis ius
49 illis non adſit, quod nũtiationi neceſſarium eſſe alibi docuimus c: ceſſante † enim vſu, ceſſat naturalis poſſeſſio, quę hoc caſu ciuilem quoque animo domini prouenientem impedit: ſicut aliàs videmus, amiſſa naturali, ciuilem quoque amitti, vt in rebus mobilibus d, & interrupta naturali, ciuilem interrumpi, vt quando quis per colonum poſſidet, iſque eiicitur e. Idem ergo fit & in eo,
VII. quæſt. qui per fundum poſſidet. Sed † qui in detentatione,
50 ſitne eadē diſtinctio, vt alia ſit iuris, alia facti? & videretur fieri: quia alibi probatur ea facti eſſe f: quod Bartol. ait, quem recentiores g ſequuntur: ideoque per clauſulam conſtituti non transfertur h: alibi videtur probari eſſe iuris i: quod aduerſus Bartol. aliqui maluerunt, vt Ang. Imol. Caſt. & Alex. verùm exiſtimarim ego propriè loquendo eſſe facti, veramque Bar. ſententiam, vt ſicut poſſeſſio naturalis eſt facti, quod ſuprà tradidimus: ita & hæc quoque: verùm quia quandoque lex eam approbat, & adiuuat, vt quãdo pignus prætorium ex ea inducitur k, vel ius inſiſtendi cuſtodiæ cauſa l, hactenus poteſt etiam iuris eſſe exiſtimari, ſatiſque arbitror hanc fuiſſe omnium mentem, vnde detentator quamuis abſens, tamen detinere dicitur, dum cuſtodiam rei habeat, vt quia clauſo oſtio receſſerit m: qđ infrà Bartol. tradit, & Angelus hîc de eo prodidit, qui ex primo decreto in poſſeſſionem miſſus eſt, vt eam videatur ſeruare, niſi decem annis ſit moratus quibus in rem præſentem non acceſſerit. tanto enim tempore dicitur eam animo perdidiſſe,
51 vt † quod de poſſeſſione dicimus, ad detentationem producatur n. Quæ autem actio detentatori competat, an rei vendicatio o? an interdictum p? an officiũ iudicis q? & an ius propriæ auctoritatis r alibi Doctores attingunt: ego hîc diſputãda non cenſui, ſicut & quomodo definiatur detentatio s? quod hîc aduerſus Imol. Alexãder diſputat.

VIII. quæſt. Proſequitur Bart. diſputatq;, quemadmodum
52 † acquiritur poſſeſſio? In † qua re receptiſſima
I. eſt concluſio, acquiri per appræhenſionem, vt in
53 lege noſtra dicitur, quæ in rebus loquitur iam va-
II. cantibus, ſeu quæ in nullius bonis ſunt. Idemque in feris beſtiiſque dicendum eſt, quæ in noſtro domino eſſe non intelliguntur, niſi poſtquã captę ſunt t: quia (inquit lex) multa accidere poſſunt, vt ea non capiamus. Vnde apparet, ſi certũ ſit, feram euadere non poſſe, vt quia inſepta mea confugerit, videri iam in poteſtate mea eſſe, & abſque alia appræhenſione meam cenſeri: hacq; in re eſſe à cæteris differentiam, defendique ſic diſtinctionem Accurſij poſſe, quam cæteri impro-
III. bant. In † theſauro quoque idem eſt, vt non pri-
54 ùs noſter efficiatur, quàm appræhenſus, ſeu loco motus ſit u. Fuere tamen, qui ſufficere inſpectione exiſtimarint, vt theſaurus illius ſit, qui priùs viderit x: quos & Socin. ſequitur y, non quòd ideo ius in re per aſpectum ſit quæſitũ, (nec enim dominium, abſque poſſeſſionis appræhenſione quæritur z.) ſed vt ius ad rem conſequendam is habeat, tanquam fortunæ beneficio ſibi oblatã a: quæ diſtinctio haudquaquam probabilis eſt, & meritò Bartol. ſententia recepta ſimpliciter exi-
I. ſtimantis appræhenſionem eſſe neceſſariã. Vn-
55 de & infert, leges † quæ de eo, qui inuenerit, lo-

a l. j. §. Iulian. de remiſ.
b l. qui uis §. de op. no. nunt.
c l. j. eod. tit.
d l. 3. §. Nerua. ſ. eod.
e gl. l. j. §. nõ ſuff. de ui, & ui arm. & d. l. j. in fin. u ſusfr. quemad. caue.
f l. quod dicitur. 2. ubi Aret. ij. de uerb. obl. d. l. ſtipulatio. §. hæc quoque.
g Iaſ. Claud & Alex l. quod meo. ſ. eod.
i l. ij. in princ. p hęred. l. ſi finita. §. ſi quis metu & de dam. infect.
k l. non eſt mirũ de pig. act.
l d. l. 2 d. §. ſi qs metu.
m l. 3. §. quæri. §. ſe, ut in poſſeg.
n gl. l. j. C. de ſer. fu. Alex. hic inſi.
o l. officium. de rei uendic.
p gl. l. ſi de fũdo. C. locat.
q d. uſu. de ua. & extra ord. cõ gl. Aqui de do.
r l. j. §. nuntiatio. C. de op. no. ubi Doct.
s l. naturalē. §. illud. l. in laqueum. ſ. tit. j.
t l. 3. §. Neratij. ſ. eod.
u l. j. C. de theſau. uerb. inuenerit. & §. item lapil. Inſt. de rer. diuiſ. ubi gl.
z d. §. Neratij.
y l. traditionib. C. de pact.
z l. ſi is qui in aſ. ſiena. §. j. ſ. tit. j. & §. theſauros. Inſt. de rer. diuiſ.

quuntur intelligi, & appræhenderit, quæ opinio in caſu noſtro eſt vera, idque propter ſubiectam materiã. cùm enim dominij acquiſitio poſt poſſeſſionem ſit, nõ dicetur dominium theſauri acquiſiuiſſe, niſi qui poſſeſſionem iam ſit nactus. II.

Idemque dicendum eſt, cùm latronem inuenire decurio militum promittit: intelligitur enim non ſolùm apprehendere, ſed appræhenſum exhibere: quia aliàs inutilis & ſine effectu huiuſmo-
A di eſſet promiſſio a. Qua ratione ſi ſtatutum III.
pœnam ei inferat, qui à familia prætoris inuentus cum armis ſit, receptior eſt ſententia, intelligendum eſſe, vt etiã captus ſit b. quod ego probo: cùm enim familiæ fiat mentio, indicatur mens ſtatuti, non puniri eum, qui ſimpliciter à quolibet fuerit inuentus, ſed à familia, cuius officium eſt delinquentes capere. Sunt tamen, qui generaliter non inuentum caueant, qui captus ſeu apprehenſus non ſit c: quod Angelus Imol. Nicol. à
B Neapoli, Felinuſque non probant d: quia aliud eſt inuenire, aliud rem inuentam appræhendere e: & plerunque inuenire nocentem, nihil aliud eſt, quàm conuincere f, & ideo, ſtatutum imponat pœnam mulieri inuentæ cum vnionibus, non eſt credibile conceſſum eſſe liſtoribus, vt ei manum iniiciant g: quicquid Bald. cenſerit. Sed nunquid ſuprà ſcripto ſtatuto locus erit, ſi caſu fortuito inuenta ſit? & non videretur h: quoniam Grãmatici, Inuenire, inquiunt, eſt dedita ope-
C ra: Reperire verò, fortuitò & præter ſpem. Ouid. tu non inuenta, reperta es: ego tamen hanc ſubtilitatem propter ſtatuentium mentem non probo. Quid, ſi inuentus aufugerit? & non ideo minùs diceretur deprehenſus qui aufugit i. Sanè, vt ad rem redeamus, & † tum quoque neceſſaria IV.
videtur appræhenſio, cùm rei quidem non vacat
56 poſſeſſio, ſed citra poſſeſſoris animum quis rem occupat, eatenus duntaxat cenſebitur poſſidere, quatenus occupauit k. Quid ergo, ſi animus
D poſſeſſionis is ſit, vt poſſeſſionem transferat: & tunc non eſſe neceſſariam appræhenſionem receptum eſt l, ſed ſufficere rei aſpectum m, vel alios modos à iure inductos n, quos alibi adnotaui: quæ tamen res aliquas declarationes recipit.

Et in primis inquit Bart. traditis clauibus horrei, cenſeri merces traditas o, ſi emptor ſciat, quo ſpeciali loco res ſint repoſitę: quę ſententia Imolæ, Alexandroq; non placuit. nec enim vlla ſpecialis loci mentio in lege eſt. & † cùm propter tra- 57
E ditionem clauium res incipiat ſub cuſtodia noſtra eſſe, ſatis & in noſtra poſſeſſione videtur eſſe p: quod & Claud. & alij docuerunt. Rurſus II.
inquit Bartol. oportere, vt huiuſmodi claues in conſpectu domus tradantur: quoniam lex requirit, vt traditio apud horrea fiat q: dictio autẽ Apud, quandoque pro Coram, accipitur r: quã ſententiam Iaſon & Claudius hîc probant. Nec me mouet Alexandri diſſentiẽtis ratio: quia abſ-
F que clauibus ipſius horrei poteſt quidem ex aſpectu, ſi in rem præſentem ventum ſit, fieri translatio s: at merces præſentes non erant, ſed in horreo concluſæ, meritò claues ipſæ fuerunt tradẽdæ t. Cæterùm & illud traditum eſt vt † ex III
aſpectu poſſeſſio transferatur, oportere eam va- 58
cuam eſſe u. Vnde inferunt aliqui, ſi quis me abſente clam ingreſſus ſit, quo caſu naturaliter poſſidet x, non poſſe eũ per aſpectũ in aliũ naturalẽ ſuã transferre: qa vacua non eſt cùm ego ciuiliter poſſideã, idemq; in fructuario, qui & ipſe videtur naturaliter poſſidere y. Hinc ſequitur, vt nec ego ciuilem

a l. ſi Berſatoré. C. de fideiuſ. & mand.
b Iaſ. hic, & Rip.
c Bal. itē lapilli in ſi. de rer. diuiſ. Alber. l. qđ ait lex. de adult.
d c. ij. de reſcr.
e l. raptatores. C. de epiſc. & cl. l. j. C. de rap. uir.
f ſ reuerendiſsimus in auth. de ſactiſs. epiſc. l. j. ff. de cur. fur.
g l. j. C. de off. diuerſ. iudic.
h l. ſi is. tit. j. §. ſ ubi Bar. ſ. l. n. in ſi. de cond. & demonſt.
i l. ſi quis in ſeruitute. in fin. de furt.
k l. qđ meo. §. ſ fin. ſ. eod.
l ſ. ea. l. §. ſi iuſſerim.
m l. q. meo. §. pe.
n gl. l. 3. in prin. ſ. eo. diui. d. l. traditionib.
o d. §. ſi iuſſeri. in d. l. clauib. de contrah. empt.
p l. quãdiu. §. eo. d. §. Nerua.
q d. l. clauib. gl. d. §. ſi iuſſerim.
r l. de iure. in princ. ad muni. l. cum, pro quo. de in ius uocã.
s d. §. pen.
t l. j. C. de ed. exp. hæred. ubi Doctores.
u q. l. qđ meo. §. pen.
x l. clam. in ſi. ſ. eod.
y l. naturaliter. ſ. eod.



ciuilem meam transferre per aſpectum poſſim: quia non videtur vacua, cùm alius naturaliter eã teneat: quod Soci. fatetur a. at alij cõtrà: nõ enim naturalis ideo minùs vacãs dicitur, quòd ciuilis ſit alterius, nec vice verſa ciuilis, quòd naturalẽ alius occupet b. & ſicvt per conſtitutum poteſt ciuili ſola transferri c, ita etiam per aſpectum:
IIII. quæ ſententia verior videtur. Enimverò & illud adijcit Bartolus, in executorem non trãsferri ex ſolo aſpectu poſſeſſionem, nec pignus præ-
A torium conſtitui: ſed ſi facultate appræhẽdẽdi rem habet, debere appræhendere: ſi verò non habeat, ſufficere aſpectum d. cùm enim citra poſſidentis conſenſum poſſeſſio transferatur, nõ ſufficit aſpectus. at quia iudicis factũ vice partis fingitur e, media hęc via fuit eligẽda, receptiſsimaque hęc eſt ſententia, quamuis aliqui cõtradixe-
59 rint f: quia † epiſcopus collator per ſolam inueſtituram in re pręſenti factam transfert poſſeſſio-
B nem g. Sed reſpondendum eſt, cùm ad epiſcopũ cuſtodia vacantis ſacerdotij pertineat h, cenſeri eum perinde, ac poſſeſſorem: ideoque animum poſſeſſionis concurrere: quod non eſt caſu ſuprà ſcripto, in quo nec res vacat, nec nuntius cuſtos eſt i. Qua ratione proditum eſt, ſi nuntius me in poſſeſſionem vnius rei inducat, nõ cenſeri in aliarum quoq; poſſeſſionẽ ex aſpectu induxiſſe k: quod Angelus hîc tradit, verumque eſt, ſit aliarũ
C reſpectu impedimentum nullum ſuberat, vt hîc Bart. ait. Nunquid autem, qui iam detinet, rurſus in poſſeſſionem mitti debeat, alibi ab Alexã-
V. dro reſponſum extat l. Sed † quid in tutore, cu-
60 ratore, huiuſmodique adminiſtratoribus mãdatum ſpeciale non habentibus, an tradere poſſeſſionem ex aſpectu, vel per huiuſmodi modos fictos poterunt? & Bar. negat poſſe, quia verè non concurrit animus poſſeſſoris, & quia per actum fictum, qualis eſt conductio, non tranfertur poſſeſſio m: nam & videmus iiſce viris nõ permitti, vt fictas ſolutiones recipiant n. meritò ergo nec
D actu ficto transferent poſſeſſionem. Sed hæc ſententia ſatis ambigua eſt: quia generale mandatũ ei factum, qui alienare poſſit, arguit voluntatem domini generaliter adfuiſſe o: idque verè, non autem per fictionem p. quod certiſsimum eſt in procuratore generali mandato hominis conſtituto, vt etiam Aret. hîc tradit q. Et exemplum cõductoris nihil ad rem facit, cùm cõductor nec generale quidem mandatum transferendi habeat: imò potiùs contrarium, nempe cuſtodiendi r.
E Nec quicquam vrget, quòd iis non permittitur acceptilatio: quia hoc ex quadam iuris ſubtilitate s eſt, quæ non permittit adminiſtratori donationem, vel vt debitorem ipſo iure per actum ciuilem liberet t, cui ſubtilitati ſi ſequatur nouatio, locus non eſt u, vt meritò Ang. Imol. & Raph. à Bar. diſſenſerint: Alex. infrà hoc ſibi non ſatis conſtare adfirmet x: nam & translationem, quæ per aſpectum fit, per actum fictum fieri ego nõ exiſtimo, ſed potiùs per naturalem, interpretatione iuris ſuffultum, vt meritò dici nõ poſſit, binas fictiones hîc concurrere y. Hinc infertur,
61 an † tales adminiſtratores per clauſulam conſtituti transferant poſſeſſionem? & Iaſ. negat: quia cùm ipſi non poſſideant, nõ poſſunt eam transferre z. Sed cùm mandatum ſaltem generale ad vendendũ habeat, ſequitur, vt etiam ad tradẽdũ habere cenſeantur a: ideoq; transferant poſſeſ-
F ſionẽ quã domini habẽt: & cũ trãslatio per actũ fictũ ęquiparetur vero, nihil referre debet, quòd

a Socin. d. §. ſi iuſſerim. Ruinus hic.
b l. ſi. C unde ui, ubi Bart.
c Bart. d. l quod meo.
d l. ſi finita. §. illud. de dam. inſect. quamuis. ſ. de bo. auct. iud. c. contingit. de dolo & contu.
e l. j. C. ſi in cau. iudic. Doct. l. intereſſe.
f c cum aliquib. de re. iud. ubi Abb.
g Ioan. And. c. tranſmiſſa. de elect.
h c cum uos. de officio ordin.
i Alex. cõſ. lxxxiij. lib. ij.
k Spec. tit. de primo decre. §. iã de effectu. Alex. l. iij. in prin. ſ. eo.
l conſ. v. in ij.
m l. quamuis. §. j. ſ. eod.
n l. & per iuſſurãdum. §. tutor. de acceptil.
o arg. ſ. ea. lege, §. itē acq. l. iuſſurandũ. quod ex conuentione. §. ſi. de iureiur.
p l. cum lege. de teſta. ubi Aret. Bal. l. iij. C. de iur. ann.
q l. procurator, cui. de procur.
r §. pen. Inſtit. de loca.
s l. quoties. de adm. tut. l. ante pe. de neg. geſt.
t l. pact. curatoris. C. de pact.
u d. §. tutor. Bar. l. iij. §. mutui datio. in fi. ſi cer. pet.
x Ang. Imo. Paul. Alex. l. quarundã. ſ. eo.
y l. j. C. de dot. promiſ.
z d. l. quãuis. §. j. ubi Alex.
a l. Papinianus. de Publica. ubi Angel.

mandatum per ęquipollens ſit impletum b: imò faciliùs ſic impletum videtur, idque ſufficit c. quod maximè in tutore dicendum, qui cum decreto iudicis alienat d, quo decreto fruſtrà conceſſa eſſet venditio, niſi & rei vẽditæ traditio fieret. Accedit iis, quod in caſu contrario receptum eſt, vt per tutorem, vel procuratorem generalem poſſit domino quæri per actũ fictum poſſeſſio e: ergo & amitti, ſeu transferri poterit. cùm ad ac-
A quirendam poſſeſſionem non ſolùm animus verus tradentis requiratur, ſed etiam acquirentis: contrariorumque ſit (vt vulgò dicitur) eadem diſciplina f. Sed quid in prælato, ſeu antiſtite reſpondebimus (& Alexãder idem, quod in tutore reſpondit, vt eius cõſtituto non trãsferatur poſſeſſio g. quæ ſententia non videtur Matheſilano vera h, cùm prelatus ipſe res eccleſię ſaltem eius nomine poſſideat i, tutor, vel procurator rem pupilli, uel domini non poſſideat k. Ego natura-
B lem poſſeſſionem transferri arbitror, ciuilẽ non arbitror, niſi in caſu permiſſo alienatum ſit: qua tamen in re amplius deliberandum eſt. Vltima IX. quæſt.
eſt quæſtio, quemadmodum † poſſeſſio amitta- 62
tur? & in primis conſtat, ciuilem animo retineri: ideoque nihil referre, exierit poſſeſſor de fundo, an id minùs l. ſolùm ergo perditur, cùm animus deficit, vt quia ſuſpicetur ſe poſſe repelli m, vel lapſum ſit decennium, quo tempore præſumitur obliuio n. Addit Alexander, per ædificium in re
C factum amitti poſſeſſionẽ, cùm forma rei ſit mutata o: quod ex interuallo defendi poteſt, alioqui incontinenti propter ſuam ciuilem licet domino occupare, ſeu propria auctoritate rem perdere p: quod ſuprà docui. De naturali verò magna fuit inter veteres altercatio: ex quibus aliqui eã amitti cenſuerunt, cùm quis inſiſtere ei deſijt, ſeu de fundo exiit, quę ſententia reiecta eſt: quoniam exitus cauſa amittendæ poſſeſſionis non eſt q: aliàs nunquam pręſcriptioni locus eſſet, ni-
D ſi continuò manſiſſet poſſeſſor in fundo. Alij (vt Plac. & Azo) naturalẽ retineri exiſtimarunt, quocũq; poſſeſſor eat, cùm ea non, niſi animo, amittatur r. quæ † ſententia quibuſdã caſibus eſt cer- 63
tior. In primis, ſi non tam procul eat, quin adhuc res ſit in conſpectu s: quod Accur. intelligit ad decem millia paſſuum. opinor fuiſſe eum lynceum, alioqui pauci ſunt, qui tantum perſpiciant, vt meritò Ruinus hîc ſubſiſtat: dubium tamẽ nõ eſt, oculi inſtrumentum, ſicvt acquirendæ poſſeſ-
E ſioni, ita & retinendæ aptiſsimum eſſe. Addit I.
Accurſ. idem eſſe, ſi in proximo res ſit, quamuis eam non videat: qui enim propè eſt, cẽſetur præſens t: in re tamen mobili ſtatim quòd quis eam non videt, ſunt qui naturalẽ amiſſam credant u: ego non probo. Alius eſt caſus, cùm poſſeſſio
naturalis per alium retinetur. quãvis enim ille II.
deſinat ei inſiſtere, non tamen perditur x. quod intelligendum, niſi deſinat inſiſtere animo amittendæ poſſeſſionis, vel eam alius occupet y.
F Eſt & alius, cùm poſſeſſio naturalis ſola eſt,
qualis eſt, quam fructuarius in re ipſa, vnde fru- III.
ctus percipit, habet z. ea enim per abſentiam nõ IIII.
perditur a. quod omnes hîc fatentur. Quo exemplo & poſſeſſio, quam Bar. corporalẽ vocat, nec ipſa per abſentiã pditur, ſed animo cõſeruatur b,

L. 1. Poſſeſſio.
b l. ſi. §. ſi mand.
c Alex. l. non ſolũ. ſolut. matri.
d l. magis. §. nõ paſſim. de reb. cor.
e l. certe. §. j. de procurat. Bar. l. ſi is, qui pro emptore. §. ult. ſ. tit. j.
f d. §. tutor.
g Alexan. cõſil. lxxxj. iij.
h Matth. not. clxvij. Old. cõſil. ccix. in cauſa.
i Doct. c. cũ ſup. de cau. poſ. Bar. l. cũ hæred. ſ. eod.
k l. fiſtulas. §. j. de contrah empt.
l l. clam. in fin. ſ. eod.
m l. ſed ſi nolit. ſ. eod.
n gl. l. j. C. de ſer. fugi. l. peregre. ſ. eod.
o l. qui uniuerſas. §. j. ſ. eod. l. repeti quibus mod. uſusfru. amit.
p l. ſi in area. de cõdi. indeb. not. l. j. §. nuntiatio. de oper. no.

q l. ſi id. quod. §. eod. r l. quemadmodum. ſ. eod. s d. l. quod meo. §. ſi uenditionem. t gloſ. l. parui. de condi. fur. u gloſ. l. iij. §. Nerua. ſ. eod. ubi Alex. & Iaſ. x l. ſi colonus. ſ. eod. y d. l. clam. in fin. z d. l. naturaliter. a l. iij. §. undeui, ſ. & de ui armat. b gl. l. j. uer clam. C. uti poſſid.

&huiuſmodi poſſeſſori cõtra extraneum inter-
dictũ Vti poſsidetis, cõpetit [a]: qua ratione & co-
lonus animo detentionem ſuã ſeruat [b]. Idemq;
V. in detentore traditũ eſt, qui cuſtodiã rei etiã ab-
ſens gerere dicitur [c], ideoq; animo detẽtionẽ ſuã
ſeruat. Suprà ſcri-
ptis igit caſib. certũ
eſſe poſſeſsionẽ re-
tineri, quamvis ex-

# ¶ Adipiſcimur [a] autem poſſeſsio-

VI. tra fundum quis abſceſſerit. Quid ergo de eo,
qui cũ ciuiliter, & naturaliter poſsideret, abſceſ-
ſit? & Ioannes, Accurſius, Bart. cæteriq; crebrio-
re calculo exiſtimant, poſtquam exiit de fundo,
nec ampliùs præſens eſt, amitti naturalem [d]. Sed
Iaſon & hoc caſu Azonẽ ſequitur: cùm enim na-
turalis ſola per digreſsionem extra fundum non
amittatur [e], nec quidem hæc omitti debet, quæ
ciuili iuncta ſit, cùm coniunctio hæc difficiliorẽ
perditione naturalem efficere debeat [f]: maximè
cùm idem ſuprà concluſerimus, & in detentio-
ne, & in corporali poſſeſsione, & in ea, quã per
alium habemus. quæ cùm debitores ſint, debu-
iſſent faciliùs amitti. Nec rationes differentiæ,
quas Doctores adducunt, ſatis probabiles ſunt,
dũ dicitur, quòd animus nequeat circa ambarũ
poſſeſsionum retentionem operari, cùm vni tan
tùm deſtinatus [g]. Reſpondeo, videri potiùs ani-
mum vtrique deſtinatum, cùm nihil impediat,
quin animus circa ambarum poſſeſsionum retẽ-
tionem operetur, & veriſimile ſit, eum animum
vniuſcuiuſque eſſe, vt omnia iura ſua conſeruare
velit, ne vel minimum ex iis pereat [h]. Rurſus, dũ
Accurſius inquit, in colono cõſiderari animum,
an exeat, vt poſſeſsionẽ velit amittere, qui ſi no-
lit, vt aliquid animus iſte operetur, naturalẽ do-
mino conſeruabit [i]: at in eo, qui ciuiliter, & natu
raliter poſsidet, ſatis eſt, quòd ei animus ciuilem
cõſeruat, meritò naturalis perit. Reſpondeo, nõ
ideo colonus abſens naturalẽ ſeruat, vt animus
aliquid operetur, ſed quia generaliter naturalis
per abſentiam non perditur. ſed & dum dicitur,
non debere animum circa tot poſſeſsiones ope-
rari, friuolum planè eſt: ſi enim animus mul-
tas poſſeſsiones ciuiles, multas naturales in di-
uerſis locis, & ſeparatas tuetur, cur & coniun-
ctas tueri non poteſt? Nec etiam ratio Socini
vera eſt, dum ait, in eo, qui ciuiliter quoque
poſsidet, faciliùs naturalem amitti, vt quæ invti
lis ſit, cùm ei ciuilis ſufficiat. Reſpondeo, vtilem
futuram naturalem: quia noſtra intereſt plurima
iura conſeruare [k]: & quia naturalem poſſeſsio-
nem difficiliùs auferet à nobis princeps [l], vt in-
quit Aretinus, & quia ſi nos eam habemus, non
tam facilè ingrediendo alius auferet [m], & quia
(vt Iaſon inquit) hoc admiſſo, ſemper naturalis,
quę ciuilis iungeretur, eſſet fruſtratoria. Ego &
illud addo, hac ratione non dilui argumentum,
quòd naturalem, quæ per alium tenetur, conſer-
uamus, quamvis & ciuilis noſtra ſit [n]. Puto itaq;
veriorem eſſe ſentẽtiam, vt ſuprà ſcripto caſu na
turalis adhuc non amittatur, quamvis de fundo
quis exierit. Habetque hæc ſententia minores ſa
lebras, quàm ſi dicamus, exeũdo amitti natura-
lem, quæ tamen recuperetur, quoties ille ad fun
dum reuertitur. eſt enim ſatis nouum, vt rei ſuæ
quis quotidie poſſeſsionem amittat, quotidie re
vertẽdo acquirat: & quod Iacobus, Aretinus nõ
ſatis probant [o]. Sicvt & nouum eſt, quòd rever-
tẽdo per inſpectionẽ, vel vicinitatẽ, incipiat rur-
ſus poſſeſsionẽ acquirere: ꝗ hîc Accurſius ait,

a l.j. in fi. uti poſ.
b d.l. ſi colonus.
c l.v. §. quæri. ut in poſſeſ. leg. d. §. ſi quis. metu. ubi Pau.
d d.l. licet. d.l. clam. in fin.
e d. §. unde ui.
f ar. l. qui patri. de acq. hæred.
g ar. l. quod Labeo. de compẽſ. l. & ſi quis. §. pleriq;. de relig.
h l. cũ de indebito. de probat.
i l. ſi colonus.
k l. ſi domus. de ſer. urb.
l l. fi. C ſi ꝑ uim, uel alio modo.
m d.l. clam. in fi. l. iij. §. ex contrario. ꝟ. eo.
n d.l. ſi colonus.
o arg. l. pen C. de cur. fur.

cùm rei vacantis poſſeſsio nõ, niſi vera apprę hẽ-
ſionẽ, accipiat, vt ſuprà vidimus, & Socinus hîc
diſputat, tadẽq; id tribuit virtuti ciuilis, quę re-
mãſit, & cui naturalis faciliùs accedit [p], an qa fa-
uorabilior eſt cauſa recuperationis [q]: cùm res fa-
cilè ad naturã ſuã re
vertatur [r]. Ego for-
tiùs illud cenſeo, a-
deò generaliter ve-

# nem per noſmet-ipſos [b].

A rã eſſe Azonis ſententiã, vt ſi cui abſenti occupa-
ta fuerit domus, adhuc ille dicat naturalẽ poſſeſ
ſsionẽ, & quidẽ iuſtam, habere [s]. Nec me mouet,
quòd occupator ipſe naturalem habeat [t]: vnde
† non poteſt eadem poſſeſsio penes duos inſoli 64
dum eſſe [u]: quia ſuprà reſpondi, id abſurdum nõ
eſſe diuerſo ſcilicet reſpectu [x], vt vnus naturali-
ter corpore poſsideat, alter animo: quæ tñ poſ-
ſeſsio, & ipſa naturalis dicitur, cùm animus non
minùs ad factum iuſq; naturale pertineat, quàm
B corpus [y]: quæ antiqua fuit Mart. opinio, licet eã
Doctores malè interpretentur, vt reprę hendant,
ſequutusque eſt etiam quandoque Accurſius [z],
ſenſitque hoc Trebatius, cuius exemplum non
ideo improbat Labeo [a], quòd in ſe vęrum non
eſſet, ſed quia exiſtimabat poſſeſsionẽ iuſtam ab
iniuſta ſpecie differre: quod falſum eſt. qui ergo
iuſtà poſsidet, verus poſſeſſor, quo ad oẽs effe-
ctus iuris, eſt [b]: qui iniuſtè, ſolùm reſpectu extra-
nei poſsidere cenſetur [c]. Quod † ergo lex ait, eã- 65
C dem poſſeſsionem apud duos eſſe non poſſe, nõ
procedit reſpectu diuerſæ qualitatis, quæ diuer-
ſas perſonas reſpiciat: ſicq; vera erit Azonis ſen-
tentia, vt vna tantùm poſſeſsionis ſit ſpecies, cu-
ius ciuilis & naturalis quædã ſint qualitates: qđ
ſuprà cẽſui, & Soc. alijq; recẽtiores ſequuti ſunt.

p c. cũ ueniſſet. ubi Abb. in ult. no. de reſt. ſpol. Iaſ. d. §. Nerua.
q §. fi. Inſt. de uſufruct.
VII.
r l. ſi unus. §. pactus ne. de pact.
s d.l. licet.
t d.l. clam in fi.
u l. iij. §. ex contrario. ꝟ. eo.
x d.l. ſi duo. l. fi. uti poſsid.
y d.l. pro hære. de acq. hæred. & l. qui bona. ꝟ. eod.
z l. ſi ut certo. §. fi. commod.
a d. §. ex contrario. ubi Socin.
b l. non uidetur. l. ſi quis ui. ꝟ. eo. l. iij. §. eum igitur. de ui. & ui armat.
c l. ij. uti poſsid.

1 *Acquiſitio poſſeſsionis, facti eſt.* 10.
2 *Poſſeſsio nobis etiam per alium acquiritur.*
3 *Delegatus principis poteſt ſubdelegare.*
D 4 *Perſonalia interdum per alios expediri nequeunt.*
5 *Infans, interveniente tutoris auctoritate, acquirit poſ-ſeſsionem.* 9.
8 *Furioſus curatore auctore non acquirit.*
10 *Poſſeſsio iuris, an facti ſit.*
13 *Vſucapio iuris eſt.*

§. ADIPISCIMVR [a]. ¶ Acquiſitio † poſſeſ- a
ſionis, facti eſt: ideoq; per quemlibet ſibi fieri po 1
teſt, etiam per pupillũ, qui intellectum habeat:
ſecùs ab his, qui intellectu carent, vt furioſi, vt
E ſopiti, vt infantes.

PER NOSMETIPSOS [b]. ¶ Non † tamen b
his verbis prohibetur, quin & per alium quęrere 2
poſſeſsionẽ quis poſsit, vt Accurſius hîc notat.
vnde conſequens eſt, vt tãta non ſit pronominis
perſonalis efficacia, quin actus per alios quoque
expediri poſsit [d]. Nam & qui precariò rogat, vt
ipſi in fundo morari liceat, etiã pro familia ſua
rogaſſe cenſetur [e]: ſic † & lex iubet, vt Principis 3
de legatus ipſe iudicet [f], & tamẽ ſubdelegare po
F teſt [g]: ſic qui ſe obligat, ne ipſe faciat, haudqua-
quam cohęrẽtem perſonæ obligationem indu-
xiſſe cenſebitur: ideoq; & hæres tenebitur [h]: ſic ſi
princeps in reſcripto delegationis ſcripſerit, Per
te cognoſcas, non cẽſebitur inhibitum, quin de-
legationi ſit locus: quod Iaſ. cẽſuit [i]. Idq; certius
eſt, ſi ſimpliciter dixerit Tu cognoſcas, vt Baldus
ait [k]. cenſetur enim quod tacitè ineſt, expreſsiſ-
ſe [l]: veràq; hęc ſunt, niſi alia appareat fuiſſe mẽs
legis, vel reſcripti [m]. tũc enim dicitur per ſe face-
re, qui per interpretẽ facit [n]. Arguitur autẽ mens
quando-

d l. diuus. §. j. de fal. ubi Bart.
e l. pe. ꝟ. de precar.
f §. fin. in auth. ut defunct.
g l. à iudice. C. de iudic.
h l. ſtipulatio iſta. uerſ. ſed ſi ſe ꝟ. de uer. oblig.
i l. j. de off. eius.
K c. fi. de off. de leg.
l l. iij. de leg. j.
m l. ſi ita fuerit. uerſic. itẽ quæritur. de mã. teſt.
n l. j. in fi. de uer. oblig.



quandoque ex iteratione verborum [a], quandoq;
ex pręcedentibus, & ſubſequentibus [b], quãdoq;
ex ſubiecta materia: quia appareat electam indu
ſtriam perſonæ [c]. Idem, ſi clauſula illa aliàs eſſet
ſuperflua, vel de facili eluſoria [d]. quod maximè
in diſpoſitione ſta-
tuti dicẽdum eſt, in
quo nihil ſuꝑfluere
4 debet [e]. Quod † &
certiùs eſt credẽdũ,
cùm adiecta eſt ali-
qua dictio, quæ co-
hæreat perſonæ [f],
vt ſi dictũ ſit, quòd
perſonaliter, vel ꝑ
ſemetipſum, ſeu ꝓ-
prijs manibus quid
agat [g]. Hinc infer-
tur, vt ſi in principis

# Furioſus & pupillus [a] ſine tutoris auctoritate nõ poſſunt incipere poſsidere: qa affectionẽ tenẽdi nõ habent, licet maximè rẽ ſuo corpore cõtĩgãt: ſicvti ſiqs dormiẽti aliqd in manu ponat: ſed pupill9 tutore auctore incipiet poſsidere. Ofilius quidẽ & Nerua fili9 etiã ſine tutoris auctoritate poſſidere incipere poſſe pupillũ aiũt, ea re enĩ facti, non iuris eſſe [b]. ꝗ ſententia recipi poteſt, ſi eius ętatis ſint, vt intellectũ capiant.

reſcripto dictũ ſit, quòd ordinarius à ſeipſo pro-
cedat, cẽſeatur ſublatũ conſiliũ ſapiẽtis, quod ex
forma ſtatuti requirebatur [h]. Rurſus infertur, vt ſi
teſtator prohibuerit alienationẽ adiecto prono-
mine, ipſi hæredi, cenſeatur prohibitio nomina-
tim facta: quod Bal. reſpõdit, tanquã pronomen
Ipſe, merè perſonale ſit [i]: quod tamen ego ſecu-
dum ſuprà ſcripta reſtringendum arbitror.

a FVRIOSVS ET PVPILLVS [a]. ¶ Videretur
ergo cum tutoris auctoritate eos poſſeſsionẽ ac-
quirere, & cùm lex, de pupillo, &c. loquatur, qui
eius ætatis ſit, vt intellectum non capiat, ſequi-
5 tur, vt † infans tutore auctore poſſeſsionem ac-
quirat. Quæ ſententia quibuſdam caſibus certa
eſt. & in primis, cũ de re agitur, in qua infans ve-
riſimilem adfectionẽ habet, velvti in puppis &
crepundijs: quod Dinus ex Decij Imperatoris
conſtitutione cenſuit [k], & alij probarunt. Idem,
6 cùm † de infante loquimur, qui aliquem habeat
intellectum, licet nõ perfectum, vt Papiniani re-
ſponſum Bart. hîc interpretatur [l]. Idem (inquiũt
Raph. Alex. Pont. & Iaſ.) de quolibet pupillo qui
ſciat loqui, licet non intelligat [m]. Et is enim poſ-
ſeſsionem etiam ſolus acquirit, vt mùltò magis,
tutore auctore acquirat [n]. non enim neceſſarium
eſt, vt ſit proximus pubertati, vel doli capax:
quod Bartolus cenſuit, dũ legis noſtræ exceptio
nem in pupillo infante, vel etiam infantię proxi
mo intelligit [o]. Ego generaliter legem noſtram
7 interpretor, vt † indiſtinctè infans cum tutoris au
ctoritate acquirere poſſeſsionẽ poſsit. lex enim
Decij generaliter loquitur [p], itemq; reſponſum
Papiniani [q], nec probabilis eſt reſtrictio ad cre-
pundia, vel ad eum, qui infans non ſit, id eſt, ali-
quem intellectum habeat. Et (quicquid hîc com
mententur Bart. & Alex. alijque recentiores) re-
ceptior eſt tamen ex Decij conſtitutione intelle
ctus, quẽ Ioã. tradidit, & alij ſecuti ſunt, & vbiq;
probarunt Accurſius, Cinus, Iacobus, Nicol. Ma
8 tha, Bal. Ang. Sal. Fulg. [r]. Sed † quid de furioſo di-
cem9, an curatore auctore acquiret poſſeſsionẽ?
Et negant cõmuniter Doct. quia furioſus per ſe
nihil poteſt agere [s], ſed curator ipſe ſolus agit [t].
In contrarium vrget lex noſtra, quæ à contrario
ſenſu probat etiam tutore auctore furioſum ac-
quirere. vrget & ratio: licet enim plus iuris habe
at tutor in infantẽ, quàm curator in furioſum [u],
tamen, quod ad acquirendam poſſeſsionem atti
net, par eſt ratio, eademq; in vtroq; ignorantia.
Sed tñ prior ſententia receptior eſt, vt ſi curator
auctoritatem furioſi apprę henſioni interponat,

a Doct. d. c. fi.
b l. j. in fi. de uer. oblig l. ſi ſeruus de leg. j.
c c. cũ dilect. de reſcrip. Doct. d. c. fi.
d c. corã, de offi. deleg. ubi Bald.
e Alex. l. iij. §. ſi procurator. ꝗd quiſꝗ iur. f gl. cle. j. de uita & hon.
g c. ſtatutum. de præb. in vj. l. iubemus. C. de erog. mili. anno. lib. xij. ubi Bart.
h arg. c in criminalibus. v. q. iij.
i Bal. cõſ. ccciij. in j. Iaſ. l. filiuſfamilias. §. diui. de leg. j. q. pen. Dec. conſ. cclxij.
K l. iij. C. eod.
l l. quamuis. §. fin. ꝟ. eod.
m §. pupillus. Inſtit. de inutili ſtipul.
n l. ſeruo. §. ſi pupillo. ad Treb.
o Bar. hic, in prĩcip. uerſi. pup.
p d.l. iij.
q d.l. quamuis. in fin.
r d.l. iij. Raph. Soc. Claud. hic.
s l. in negotijs. de reg. iur.
t l. j. ꝟ. de bon. poſ. furio.
u l. in copulandis. C. de nupt. Soc. hic.

non ipſi poſſeſsio tanquam per ſe quæſita acqui
ratur [x]. Ego tamen putauerim tali caſu nihilomi
nùs tanquã ſolius curatoris facto acquiſitam cẽ-
ſeri, vt actus eo modo, quo fieri poteſt, valeat: qđ
Raph. Cuma. cenſuit [y], & (vt Herma. ait) hoc
Doct. non negant.
nam & alibi Bal. cõ
iunctionẽ actus per
auctoritatis inter-
poſitionẽ factã, ęq-
pollere cõſenſui cẽ
ſuit [z]. Nec me mo-
uet, quod Aretin. &
Claud. dicũt, eũ qui
per modũ auctorita
tis cõſenſit, nõ vide
ri id velle, vt actus à
ſe ſubſtantiã & ro-
bur capiat [a]. Pericu
B loſa eſt hæc ſubtilitas aduerſus ęquũ & bonũ in-
ducta. Cùm enim ſciat tutor, nullũ planè eſſe fu-
rioſi cõſenſum, ſatis videt agere, vt ex ſua pſona
actus ſuſtineatur, nõ aũt fiat eluſorius [b]. Sed † nũ- 9
qd infans ſolus poſsit aliquo caſu abſq; tutore
hanc poſſeſsionẽ acquirere? Et lex noſtra negat,
ideoq; Decij cõſtitutio ex intellectu Ioan. accipi
enda eſt, cũ tutor auctoratur: ꝗ ibi eſt receptior
interpretatio, qđ & Claud. hîc teſtat, ꝓbaturq;
ex natura dictionis Alioquin, quę in iiſdẽ termi-
C nis adverſatur [c]: probatur &, quia lex debet in-
telligi, vt cætera habilia ſupponat [d]: ſuadetur &
auctoritate Papiniani, quẽ adducit, qui infrà ex-
preſſè loquitur, cùm tutor intervenit [e]: adſcribi-
tur enim aliquibus in codicibus ea [f] non Paulo:
intelligitur ergo noua Decii cõſtitutio ſecundũ
veteres Digeſtorũ leges [g]: nec in ea quicquã de
crepũdiis huiuſmodiq; iocularib. diuinabitur.

FACTI NON IVRIS ESSE. [b] ¶ Eſt ergo b
poſſeſsio ipſa facti, nõ iuris, ꝗ intelligunt reſpe-
D ctu acquiſitionis, dũ ad eſſentiã ſuã producitur:
ſed † certè aliud ẽ acqſitio poſſeſsionis, aliud ipſa 10
poſſeſsio, quę hoc nomẽ nõ habet, niſi iã actu ꝑ-
fecto, cõſummatoq;. alioqui quid diſtaret poſſeſ
ſio à cæteris cõtractibus? nã & illi dũ cõcipiũtur,
facti ſunt [h], & tamẽ hac ipſa in re magnã ſubeſſe
differẽtiã lex ait: ideoq; cauſam contractuũ poſt-
liminio cõtineri, cauſam poſſeſsionis nõ cõtine
ri [i]. Nõ † diſtaret rurſus à ſtipulatione, quæ dũ cõ 11
cipitur, facti eſt [k], & tamẽ lex ſtipulationem iuris
E eſſe divertè ait, & ab his, quæ facti ſunt, multũ dif
ferre [l]. Sciendũ igitur ea propriè facti dici, quæ
nõ tantũ facto conſiſtũt, ſed etiã à legiſlatore in
meris iuris naturalis terminis ſunt relicta [m]: ideo
que lex facti eſſe ait, quæ iuris naturalis ſunt [n].
cùm ergo poſſeſsio facti ſit, id eſt, in animo cor-
poreq; cõſiſtat, ꝗ omnia ſunt facti [o], cũ & lex eã
in ſuis finibus reliquerit, adeò vt nihil eã impedi
at, iuſta ſit, an iniuſta [p], & vbi re ipſa nõ adfuit, nũ
quã adfuiſſe fingat [q], apparet ei adipiſcẽdæ non
F obſtare clauſulas iuris ciuilis, ſecundũ † quas pu 12
pillus abſq; tutore integrã perſonã nõ habet [r],
ſed ſatis eſſe corpus, & cõſenſum, qui in eo adſit,
cuius ætas intellectus ſit capax: quod Raph. Põt.
Aret. Claud. rectè adverſus cæteros docuerũt [s].
Nec ratio Accur. mouet, dũ ait pupillũ etiã acq-
rere abſq; tutore, ea, quę iuris ſunt, ideoq; ſtipu-
lari poſſe [t]: qđ iuris eſt [u]. reſpõdeo, hoc alia ratio
ne inductũ eſt, nẽpe fauore pupilli, vt poſsit me-
liorẽ conditionẽ facere, deteriorẽ non poſsit: at
poſſeſsionẽ acqrit, non diſtincto, vtilis ſit, an id

L. 1. Poſſeſsio. §. Adipiſcimur.
x d.l. i negotiis.
y ar. l. pater & e ma. uin. l. fi. C. de pact.
z l. is, qui hær. in fi. de acq. hæred.
a arg. l. multum C. ſi quis alt. uel ſibi. in fi.
b arg. d.l. is, qui hæres. in fi.
c Alex. l. filius à patre. de liber. & poſth.
d gloſ. l. fi. C. ſine cen. uel reliq.
e d.l. quamuis. in fin.
f lex Papiniano lib. Reſponſ. xj.
g l. non eſt nouum. ꝟ. de leg.
h l. cõſilio de curat. furioſ.
i l. in bello. §. factæ de capt.
K glo. l. j. in prĩ. ꝟ. de uer. oblig.
l l. ſi unus. §. pactus. de pact.
m l. condit. pupillus. de cond. & demonſt.
n d.l. nec ſeruus de pecul.
o l. bonæ. §. j. ꝟ. tit. j.
p d. §. e contrario.
q d. §. factæ.
r Inſtit. de tut. in princ.
s gl. in l. ſol.
t Inſtit. de auctorit. tutor.
u d. §. pactus.

13 minus. Nam & quòd vſucapere poſsit a, cùm † tamen vſucapio ſit iuris, eodem pertinet, maximè cùm ſubſtantia vſucapionis in poſſeſsione conſiſtat, cuius ipſe capax b. Hinc conſequens eſt, vt poſſeſsionem pupillus adipiſcatur: quia facti eſt, dominiū verò, quod iuris eſt, alia ratione acquirat, ga ſcilicet poteſt abſq; tutore meliorem efficere cōditionem ſuam.

a l. ſequitur. §. pupillus. ff. tit. j. b l. homo liber. in fi. ff. tit. j.

¶ Si vir vxori a cedat poſſeſsione donationis cauſa, plerique putant poſsidere eā: quoniam res facti infirmari iure ciuili nō poteſt. & quid attinet dicere, non poſſidere mulierē, cùm maritus, vbi noluit poſsidere, protinùs amiſerit poſſeſsionē?

2 *Naturalis poſſeſsio in caſu huius §. transfertur.*
3 *Per traditionē pupilli acquiritur emptori ciuilis poſſeſsio.*
4 *Contractus ſimulatus non transfert poſſeſsionem.*
6 *Ratio repugnans contractui, nocet etiam traditioni.*
10 *Emphyteuta transfert poſſeſsionem, ſed ſine effectu.*
11 *Creditor dicitur rem pignoratam poſsidere.*
13 *Ex cōtractu invtili, dum modò illæſis legibus celebrato, transfertur dominium.*

1 §. SI VIR VXORI a. ¶ Lex † ergo contractum donationis reprobans non impedit, quò minùs transferatur poſſeſsio: cuius rei Iuriſconſultus illam adducit rationem, quòd poſſeſsio facti eſt: ideoque infirmari iure ciuili non poteſt: quod ex ſuprà ſcriptis declarādum. Nec mē mouet, quòd cùm lex ſuper iis, quę facti ſunt, fingat, potuit fingere poſſeſsionem non traditam fuiſſe c: ſicut in poſtliminio fingit, & pleriſque aliis caſibus, quos alibi Doctores annumerant d. Reſpondet enim Bar. non fuiſſe operępretium hoc caſu fingere, cū omnino vir ſtatim amiſerit poſſeſsionem, vbi noluit poſsidere, vt hîc dicitur. Ego reſpectu ipſorum cōiugum fingi à lege poſſeſsionem non eſſe traditam arbitror e: licet reſpectu extraneorū ſit ſecùs: quod infrà attingā.

I. Sed † quænam poſſeſsio in caſu legis noſtræ 2 transferetur? & Alexand. ait, ciuilem, naturalemque transferri, hacque in re Pontanum vehementer errare, qui ſolam naturalem transferri credidit. Videamus nos, ne verior ſit Pontani ſententia, quæ & Raf. fuit, itemque Claudii: lex enim noſtra transferri poſſeſsionē ait, ſed ſine effectu: ciuilis autem plurimos effectus habet, præſertim vſucapionis, qui huic poſſeſsioni non conueniunt f: ergo de naturali tantùm intelligetur, quæ ſine effectu eſt: ideoque nec acquiſitioni quidem fructuum ſufficit, niſi adſit bona fides g, vt hęc vtilitas potiùs legitimæ cauſæ, quæ bonam fidem pariat, tribuenda ſit, quàm poſſeſsioni. Nam & cùm lex contractum, traditionemq; ex eo prouenientem reprobat, non poteſt dici poſſeſsio ciuilis h: quamvis ergo, ſi maritus rem pro derelicta haberet, poſſet alius ciuilem, naturaleq; adipiſci, non tamen ita eſt, ſi vxor ex titulo reprobato hoc faciat i. Puto tamen diſtinguendum, vt ſi reſpectu ipſius donantis loquamur, nulla ciuilis

II. transeat. Reſpectu verò cuiuſlibet extranei perinde ſit, atque ſi ciuiliter, naturaliterque poſsideat: ideoque ſi res aliena ſit, adverſus dominū præſcribat k: ſi deiecta de poſſeſsione ſit, interdicto de vi armata, experiri poſsit l: quod haudquaquam contra maritum competeret, ſed ex ſolo contractu donationis translationem poſſeſsionis naturaliter prætenderet. Qua † ratione etiam

3 videmus pupillum, qui poſſeſsionem amittere

c l. ſi meuacus. am. ff. eod. d Bart. l. ſi is, qui pro. ff. tit. j. e l. ſi eū, qui. de donat inter uir. l. iij. §. ſciendum. eo. tit. f l. quod uxor. ff. eod. g l. de fructibus. eo tit. l. fructus. de uſur. h l. legitima. §. de pact. §. in princ. leg. i d. l. ſi me in uacuā. uerſ. ergo. K d. l. ſi uir. ff. pro donat. l §. deiicitur. de ui, & ui arma. Alber. c. conſtitutis. de elect.

non poteſt m, ſi tamē eam tradat, acquiri emptori etiam ciuilem poſſeſsionem, vt vſucapere adverſus dominum poſsit n. is enim effectus adverſus tertium inducitur, non adverſus pupillum, cuius contemplatione emptor pro nō poſſeſſore eſt: quod & ſuprà de eo diximus, qui poſſeſsionē abſentis occupauit, reſpectu eius naturaliter ſeu, vt Bart. vocat, corporaliter dūtaxat poſsidet o: reſpectu cuiuſlibet tertii pro iuſto poſſeſſore eſt p: nec enim multū intereſt, an quis clādeſtinè, ſeu violenter poſsideat, an titulo, cui lex reſiſtat, vt in caſu noſtro, quicquid Iaſ. hîc comminiſcatur q, niſi quòd deiectus vi, vel clàm ciuilem retinet, maritus propter cōſenſum ſuum ſtatim eā perdit, vt hîc dicitur. Sed † quid in contractu ſimulato reſpondebimus? an ex eo trāsferetur poſſeſsio? & ſi omnino eſt ſimulatus, cōſtat nullam poſſeſsionem transferri, cùm deſit animus: præſumendumque in dubio eſt traditionem poſt cōtractum ſimulatum factam eodem vitio laborare r, vt ex præcedente titulo ſubſequentia quoque declarentur s: quod adverſus Baldum Aretinus cenſuit, verumque ego eſſe arbitror, etiam ſi ex intervallo ſequuta ſit traditio t, quicquid hîc Claud. dixerit. Sed † quid, ſi contractus non omnino ſimulatus eſt, vt quia fingam me agere ex vna cauſa, cùm tamen ex alia efficere rem velim? & tunc transferri poſſeſsionem certum eſt, dum tamen cauſa ſufficiat translationi u. quod etiam in traditione ficta procedit: nō enim ideo minus valebit traditio, quod Claud. hîc ſcripſit, & Alexander alibi docuit x. Quòd ſi non conſtat, an cōtractus ſit ſimulatus, ſed ſimpliciter eſt ſuſpectus, tunc vera traditio ſimulationis præſumptionē non induceret, ficta verò induceret y: quod aliqui hîc tradiderunt, ego alibi attigi z.

Sed † quid, ſi quæ ratio cōtractui repugnat, eadem quoque traditioni poſſeſsionis adverſetur? & videretur, nihilominùs poſſeſsionem trāſferri: quia (vt hîc dicitur) res facti infirmari iure ciuili non poteſt. Aretinus tamen & Claudius negāt transferri a. quo argumeto ſubrogatus poſſeſſori litigioſi ſacerdotii non eſt citandus b: quia poſſeſsionem adverſus canonum prohibitionem & decreti clauſulam adſequutus videtur c. Sic tertius poſſeſſor, qui vi, vel clā poſsideat, poteſt de facto deiici, & ei poſſeſsio auferri, vt Caſtrenſis cenſuit d. non tamen explicat, an abſq; citatione fieri id poſsit? qua ratione, ſi ex ſtatu continuetur poſſeſsio defuncti in hæredem, & ab alio facta quælibet appræhenſio nulla ſit, nō videretur citandus appræhenſor ille: quę ſententia defendi poteſt, cùm notorium eſt, nullam illi competere defenſionem e: aliàs ſummariè cognoſcendum videtur de tertii iſtius poſſeſsione f: ideoque neceſſariò citādus: quod & Innocen. g ſenſit, & diſertè Baldus docuit h. quiſquis enim quamvis iniuſtus poſſeſſor ſemper citandus eſt, nec temerè ab hac regula recedendum eſt i: nam & lex reſiſtit mulieri, quæ cùm ventris nomine in poſſeſsione eſſet, in alium eam poſſeſsionem tranſtulit, & tamen vt ille ſummoueatur, opus eſt citatione k: ſic & reſiſtit trāſlationi poſſeſsionis rei litigioſæ l, & tamen adverſus tertium omnino

m l. pupillus. §. tit. j. n l. j. §. ſi à pupillo. l. pro emptor. l. poſſeſsionē. ff. eod. o l. clam. in fi. p l. iij. uti poſsid. q Iaſ. v. not. r l. emptor ubi Bar. de aquapl. s l. doli. §. diuer-ſum. de nouat. t Rom. & Raf. l qui mihi. de donat. III. 4 u c. imperialem. §. callidis. de proh. feud. alie. per Frid. ubi Bald. & Doc. x l. ſi donationē. C. de collat. y l. j. C. de ſuffrag. ubi Bal. z l. poſt contractum. de donat. I. 5 a r. l. iubemus. in fi. C. de ſacroſanct. eccl. Bar. hic, & c. quod in dubiis. de renunt. ubi Bald. II. III. 6 b Rota in antiq. deciſ. cccc. xxiij. in nouiſ. iiij. de reſt ſpol. Rom. cccxcix. c c. ſi. ut lit. pen. in uerſic. ubi Gemin. d l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iud. e Abb. c. quia clerici. de iur. patr. Deci. c. cum ſit Romana. de appel. f d. §. ſi ſuper ubi Bar. Bald. d. §. callidis. in princ. g Inn. c. quia. C. de iud. in fi. h rub. extra, de ca. poſſeſ. Alex. conſil. lxxxij. ij. i l. fi. C. ſi per uim. Felin c. fi. de præſump. Socin. conſil. xiij. iiij. K l. j. §. neceſſario. ſimul. uen. no. ubi Bart. l l. j. C. de litig.



omnino neceſſaria eſt citatio a: ſic attentata lite pendente, revocari omnino debent: & tamē hoc non fiet, niſi vocato illo, in quem facta eſt poſſeſſionis translatio: quod alibi melius iidem Pontificii tradiderunt b. Sed † quid, ſi lex non ſolùm

V. prohibet contractum, ſed etiam aufert admini-

7 ſtrationem? & tunc videretur, nec poſſeſsionem quidem transferri poſſe: qua ratione is, cui bonis interdictum eſt nec poſſeſsionem tradendo quicquam agit c. Ego tamen naturalem, quæ facti eſt, transferri magis crediderim d, quæ licet contra prodigum pro non translata ſit, reſpectu tamen aliorū ſecùs eſt, vt ſuprà diximus: qđ & de pupillo receptū eſt. illius enim fauore multa à iure introducta ſunt e. Nec puto conſtituendā eſſe differentiam, an lex ſimpliciter vetet alienationem,

VI. an verò prohibeat non ſolùm rem alienari, ſed etiam aliquem obligari, dum modò etiam poſſidere deſinendi habeat f. vtroque enim caſu nō impedietur translatio poſſeſsionis g: quia (vt hîc dicitur) facti eſt, nec à iure ciuili impediri poteſt, quicquid hîc Alexand. tradiderit h. erit tamē ineſficax & iniuſta, vt Pont. hîc ait, & ſuprà retuli: ideoque præſcriptioni cauſam non præſtabit, vt Aret. hîc ſcribit i, licet quandoque propter bonā fidem emptoris ſufficiat acquiſitioni fructuū. Vnde ſi ſtatim prohibeat rem peregrino alienari, transferetur tamē poſſeſsio: quę licet effectus ciuiles non habeat, attamen fructus acquiret emptor, ſi bonæ fidei ſit k.

VII. Sanè certiſsimum eſt, quod Alex. ait, quoties cauſa translationis cōiuncta eſt contractui, eo expreſsim reprobato, translationi quoque poſſeſsionis locum non eſſe l: vnde ex contractu conductionis nullo, nō transfertur poſſeſsio aliqua. Quod intelligendum, ſi cōtractus expreſsim eſt nullus. Quòd ſi in ſpecie valet, ſecùs eſt: vnde, qui ſciēter rem ſuam quaſi alienam conducit, amittit poſſeſsionem: quod Accurſius, Alexanderque aduerſus Bartolum cenſuit, & verius videtur: quia verbis legis conſentaneum m. Item intelligendum, niſi de facto poſſeſsio ſit translata, vt cùm à poſſeſſore bonę fidei

VIII. dominus conducit: priuat enim locatorem poſſeſſione, vſucapionemq; impedit n. Cæterùm

8 ſuprà dictæ concluſioni conſequens eſt, vt † quoties poſſeſsio non actu naturali, ſed ciuili duntaxat transfertur, reprobato contractu, nunquam transferatur poſſeſsio: quia non de re facti tractatur, quam lex infirmare nequeat, ſed de actu iuris o: vnde ſequitur, vt clauſula conſtituti tali in contractu nihil operetur, ſicut nec tūc operatur, cùm contractui deeſt cauſa p. etenim contractus non valet, hincque generaliter traditum eſt, quoties contractus principalis non valet, nec clauſulam quidem conſtituti, tanquam ei acceſſoriam, vllius eſſe momenti q: quod pluribus exemplis

I. Alexand. & Iaſ. hîc docent r. Verum † eſt, niſi

9 contractus ſemel valuit. quamuis enim deinde infirmatur, translatio poſſeſsionis ex conſtituto facta non mutabitur s: quod Bald. tradi-

II. dit. Item verum, niſi ex aliquo cauſa ſuperueniente lex contractum, vel conſtitutum confirmet, vt cùm maritus donator præmortuus eſt vxori, & in eadem voluntate deceſsit, conſtitutū tanquam vim traditionis habuerit, confirmabit

III. donationem t. Item verum, niſi ex ſeparata cauſa conſtitutum adiectum æquè principaliter ſit, vnde & confeſsio in contractu nullo ipſa non eſt nulla, quia principaliter cenſetur adiecta u: qua in re ad veriſimilem mentem contrahentiū

a gl. l. credi-tor. in princ. mand. Peruſ. c. ex ratione. de appellat. b Rot. deciſ. l. 6. in nouiſ. Hipp. not. 195. c l. iſ, cui bonis. de uerb. oblig. ubi Aret. d d. l. iubemus. in fi. C. de ſacroſanct. eccl. uerb. uendicat. e d. l. pupillus. d. §. ſi à pupillo. f d. l. poſſeſ. pupillum. ff. eod. g Ang. d. l. is, cui. h d. l. ſi cum. i gl. l. magis. §. j. de rebus cor. k gl. l. 2. C. ſi quis ign. rē min. ubi Bald. Alex. Iaſ. hic. l l. ſi quante. ad fi. ff. eod. m d. l. ſi aliquā rem. 2. reſponſ. n d. l. ei. à quo. ff. tit. j. Bart. d. l. ſi rē aliquam. in 2. memb. o Ang. Caſt. eod. p Bart. d. l. ſi quid meo. Bald. c. 2. de feud. q l. fi. §. de cōſtit. pec. Bal. l. ex teſtamēto. C. de fideicom. ubi Iaſ. r arg gl. l. ſi patronus. §. patronū. uerb. filiū. ſi qd in frau. patr. s l. 3. §. fin. l. ab ēptore. de pact. ubi Bald. Aret. Clau. hic. t arg. gl. l. 2. C. de dot. caut. nō nu. Paulus. de Caſt. hic. u l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. oblig. ubi Iaſ. l. ſi fideiuſ. de leg. j.

plurimùm attendēdum erit: quod alibi docui x. Quid ergo, ſi cōtractus non ſit reprobatus, ſed tamen pœnam inducat, vt cùm emphyteuta vendens irrequiſito domino conſtituit ſe poſsidere? & fuere, qui incidere in pœnam caduci eum dicerent, tanquam poſſeſsionem ex clauſula conſtituti transtulerit y: alii plus attendendam poſſeſsionē facti, cui adhuc incumbit, exiſtimarūt z, vt euitetur pœna a: qua de re alibi b. Sed † an

10 emphyteuta poſsit transferre poſſeſsionem nudam in alium inconſulto domino? & videretur poſſe: quia (vt hîc dicit) prohibitio alienationis non impedit, quin poſſeſsio tranſeratur: qua ratione ſi ſtatutum prohibeat alienigenis quicquā alienari, plerique hîc cenſuerunt c, non impediri poſſeſsionis translationem d. Sed hæc parum me mouent: non impeditur enim poſſeſsionis translatio: quia (vt hîc dicitur) res facti infirmari nullo iure ciuili poteſt, non autem quin mens legiſlatoris etiam eam prohibeat, ideòque nullos effectus ciuilis habet talis poſſeſsio e. Fortius vrget, quòd fructuarius naturaliter poſsidere videtur f, & tamen licet emphyteutæ non ſolùm alienare fructus etiam in longiſsimum tempus abſque domini conſenſu g, ſed etiam fructuariū in re emphyteutica conſtituere h. Sic † & creditor rem pignori datam dicitur poſsidere i, & tamen nō prohibetur emphyteuta meliorationes ſuas pignorare k. Vnde † conſequens eſt, vt 12 ſi poſſit emphyteuta vendere poſſeſsionem meliorationum ſuarū, reſeruato ſibi vtili dominio, quod Bald. cenſuit l: transferre verò ius reale nō poteſt m: vnde alium emphyteutam non conſtituit, quia emphyteuta ille tantùm dominium habet n: hincque nec ad longiſsimum tempus locare poteſt o: quia tali contractu vtile ius in re tranſit p, niſi expreſsim agat, ne tale ius transeat q. Enimverò ſupereſt, vt videamus, quod † de poſſeſsione dicitur, an & in dominio locum habeat, id eſt nunquid ex contractu invtili transferatur dominium, & conſtituendum pro regula eſt, non transferri r: ſi tamen contractus ſit inutilis, quia lex illi repugnet: aliàs verò transferretur, dum † tamen contractus de ſe teneat, ſiue non ſit 14 rectè ſecundum mentem contrahentium conceptus s, ſiue quia error facti interveniat t, ſiue ex cauſa non vera, neque perfecta celebratus u, ſiue per dolum initus ſit. neque enim dolus ipſo iure translationem dominii impedit x, quia formula Aquilii, Iudicium, inquit, dabo y: quæ verba futurum reſpiciunt, dominii translationem non impediunt, ſiue ante eventum conditionis traditio ſit facta z: quod non ſolùm in re corporali locùm habet, ſed etiā in iuribus, ſeu ſeruitutibus a: idque etiam ſi qui cōſtituit ſeruitutem, putet purè ſe debere, cùm conditionalis duntaxat debitor eſſet: hîc enim error non impedit iuris tranſlationem c. Nam (vt ait Accurſ.) etiam ignorans conſtitutionem transfert, etiam pendente conditione. Sed † quid, ſi tradens non eſſet dominus? 15 & non eſt dubitandum, ſaltem vſucapiendi conditionem trāſferri e: quod Claud. rectè docuit. Nec me mouet Aret. & Iaſonis auctoritas, tanquam lex negat vſucapioni eſſe locum, quoties

L. 1. Poſſeſsio. §. Si vir vxori. IIII. x l. j. §. ſed ſi m. hi. eo. tit. V. 10 y Iaſ. l. fi. C. de iure emp. Butr. cō ſil. xxxiiij. z l. ſicut. §. ſuper uacuū. qb. mod. pig. ſol. a arg l fin. C. de iis, qui ue. & gl. l. j. §. ſi rē. depoſ. b Guid. Pap. q. 46. 264. Alex. 173 in 2. VI. c Rom. Alex. Iaſ. Claud. 11 d Bal. l. 2. de iur. om. iud in fi. Socin. d. conſil. 13. Dec. 56. Alex. 58. e d. l. ſi eum. f d. l. naturaliter. g Bart. Alex. l. uſufruc. ſol. mat. IX. 13 h l. j. §. j. qui. mo. uſusfr. ami. ubi Bal. Iaſ. l. j. §. ex contratio. i ſ ca. l. §. per ſe ſum. k l. lex uectigal. de pig. Iaſ. l. fin. de iur. emphyt. l l. neceſſario. §. ſi pric. & cō. Iaſ. d. l. 2. not. m Iaſ. d. l. fin. p text. l. fin. C. de reb. ali. nō alie. n d. l. fi. C. de iure emph. o l. pen. §. inſtituto. ubi Bart. de leg. 2. Fel. c. quæ in eccleſ. uerſic. ſextò ager uectig.

ta declaratio. de conſtitutionibus. p l. j. in fi. cum ſeq. ſi ager uectig. q Bal. Imo. l. ſi domus. in fi. de leg. j. s l. non dubium. C. de leg. s l. multū. C. ſi quis alt. uel ſibi. r §. de cond ind. toto tit. Bart. l. j. §. de off. proc. Cæſar. u gl. l. contractus C. de fid. intru. x l. & ſe gantes. de dolo. y l. j. eod. tit. z l. dotis fructus. in fin. de iur. dot. a l. ſeruitutes. 2. in gl. mag. de ſeruit. b gl. l. 3. §. 9. uſufr quem. ca. b §. ſed iſtæ. Inſtit. de actio. l. clauibus. de contrah emp.

condi-

conditionalis venditio eſt[a].Reſpōdeo,hoc verū,
cùm actum eſt,ne prius dominium trāſeat,quàm
cōditio euenerit,vt in emptore,cuius reſpectu [b],
nulla eſt prorogationis præſumptio [c]:ſecùs,ſi ſit,
vt in ſponſo,vt alibi pleniùs diſtinguit Iuriſcon-
ſultus.Bartol.[d] non
pro emptore vſuca-
pi,ſed pro ſuo cen-
ſuit: quæ ſententia
ſecundum ſuprà di-
cta probabilis eſt.

a l. 4. de in di. ad.l.ij.§.ſi ſub.ꝭ. pro empt.
b d.l.dotis. cū l. ſeq.
c c.3.C.de repet. hæred.
d Bar.d.l. contractus.

¶ Item acquirimus[a]
poſſeſsionem per ſer
uum aut filium[b], qui
A in poteſtate eſt: & q-
dem earum rerum,
quas peculiariter te-
nent, etiam ignoran-
tes, ſicut Sabino &
Caſsio & Iuliano pla
A cuit: quia noſtra vo-
luntate [c] intelligan-
tur poſsidere, qui
eis peculium habere
permiſerimus.

1 *Ignorantibus nobis ſeruus acquirit.*
2 *Peculiarium rerum explicatio.*
3 *Res non peculiares iuſta poſſeßione ſerui, acquiruntur domino.*
5 *Acquiſitionis filij & ſerui differentiæ.*
7 *Vnicus et generalis conſenſus interdum ſufficit:interdum non.*

§.ITEM ACQVIRIMVS[a]. ¶Acquirit † er
a go nobis etiam ignorantibus ſeruus poſſeſsionē
1 in his rebus,quas peculiariter tenet. Vnde vide-
tur probari,in non peculiaribus nobis nō acqui-
ri [e]: quod intelligit Accurſ.eſſe verum,quantum
ad vſucapionem [f]. Dominus enim ignorans poſ
ſidebit quidem,ſed non vſucapiet.quam ſenten-
tiam Bart.ſequitur, & non pauci alij. Ego verò
probare non poſſum: quia non conuenit verbis
legum, nec arbitror permiſſum nobis eſſe,vt tā-
tum diuinemus. Rectior ergo erit ſequens ſolu-
tio,dum† peculiares res interpretatur Accurſ.o-
2 mnes,quæ iuſtè acquiruntur:qđ & veteres Din.
Rainu.Alb.quandoque &Bart.probauerunt[g],&
Raph.Beſu.Aret. Socin. Iaſónque diſputant.Di-
ſtinguēdi ergo ſunt tres caſus. Aut enim in pecu
liaribus loquimur,& dubium non eſt,ignoranti
domino acquiri poſſeſsionem,&vſucapiendi cū
3 ditionem,vt hîc probatur[h].Aut † in non peculia
ribus,&ſi poſſeſsio ſit iuſtè à ſeruo quæſita,idem
erit,ignorantique acquiretur[i]. videtur enim &
id quodammodo in peculio ſerui eſſe [k],cùm ve-
riſimiliter dominus ſit cōceſſurus,vt iuſtè acqui-
rat [l].vnde ſicut ex generali conceſsione domini,
quæ in cauſa peculiari ſubeſt, ei acquirit,ita etiā
tacita eius mens ſufficiet[m],tanquam videatur do
minus talem rem in peculium breui manu pro
tradita habuiſſe:quod lex requirit [n], & Aret.ad-
uerſus Imol.hîc docet:dicique poterit lata ſigni-
ficatione &hæc cauſa peculiaris,proderitque hu
iuſmodi poſſeſsio etiā vſucapioni [o]. Aut loqui-
mur in poſſeſsione iniuſta,& hæc ignoranti non
quæretur [p].nec enim veriſimile eſt,dominum cō
ſenſurum,vt quicquam iniuſtè ſeruus acquirat [q].
Quod ergo lex ait,cuiuſcunque rei ſeruus poſſeſ
ſiónem adeptus fuerit,id nos poſsidere videri [r],
verum eſt in poſſeſsione iuſta. Iniuſtá enim qua-
tenus corporalis,&facti eſt,ſibi tenet:nobis verò
4 non acquirit,cùm animus noſter nō adſit. At† do
minium,ſiue iuſtum,ſiue iniuſtum, nullo modo
in perſona ſerui conſiſtere poteſt, quia iuris inca
pax eſt ſeruus [s].

e l.3.§.ſalto.l.peregrè.§.quæſitū.ꝭ.ead.
f l.ij.ꝭ.tit.ij.
g Bar.l. qđ ſeruus.ꝭ.eod.
h l.q à ſeruo. in fi de act. & obl.
i d.l.q ſeruus.l. fi.d.l. q à ſeruo.
k glo rub.ſ. de pecul.
l l.non ſolū. de pecul.
m l. cū quid. ſi cert pet.
n l.non ſtatim. de pecul.
p l.nunquā.§.ſi ſeruus.ꝭ.tit j.
p d.l. quod ſeruus.ꝭ.eod.
q l ſi ꝓcurator. de cond.indeb.
r l.acquirit.§.j. ſ. tit.j.
s l q attinet. de reg.iur.

AVT FILIVM[b]. ¶Duæ † tamen differentię
b inter filium & ſeruum hîc referūtur.Altera,quòd
5 filiùs cùm hoc agit, vt patri acquirat, vt quia ex
cauſa peculiari patri acquirit, quamuis ab alio
poſsideatur [t], quod ſecùs eſt in ſeruo, qui ſi ab
alio poſsideatur,nobis non quęrit poſſeſsionē [u]:
quod intelligunt Docto. etiam ſi ſeruus ex cauſa
peculiari poſsideret [x]. ratio eſt,quia filius nobis
acquirit iure patrię poteſtatis,quæ illibata rema
net,quamuis alius enim poſsideat: ſeruus acqui
rit propter dominicam poteſtatem, quæ eius ſer
ui poſſeſsione ad-
miſſa ex parte mi-
nuitur [y]. Altera eſt,
quòd per filium ſup
poſititium, ſeu (vt
vocant) putatiuum
non quæritur no-
bis poſſeſsio [z],& ta
men per ſeruum pu
tatiuum ſecùs eſt [a].
ratio diuerſitatis eſt
ob maiorem ſeruorum frequentiam, quàm ſup-
poſititiorum [b]:quod Iuriſconſultus ait, vt meri-
tò non ſit quærendus nodus in ſcirpo,vt Iaſon fa
B cit,qui ſubiicit,per ſeruos quæri poſſeſsionē do-
mino,ea ratione,quòd ab eo poſsidentur [c]: imo
principaliter ratiōe dominicę poteſtatis ei quę-
runt,vt ſuprà dixi,& omnes probant.

t l.quicquid.ꝭ.e.
u ꝭ.uerſ.ſeq.l per eum.ꝭ.eod.
x l.homo liber. in fin.ſ.tit.j.
y gl.d.l.quicqd. Alexā.ꝭ.§. ueteres.
z l.per eū.ꝭ.eo.
a uerſ.ſeq. ſed et per eum.
b l.iuſto.ꝭ.tit.j.
c arg.d uerſ.ſed &.

QVIA VOLVNTATE NOSTRA[c]. ¶Cō- c
ſenſus† enim à principio in conceſsione peculij 6
generalis adhibitus videtur ſufficere [d], vt dein
poſſeſsio tāquam ex ſpeciali mandato accepta
cenſeatur [e], cùm non referat, an quis in ſpecie,
an generaliter conſentiat, cū genus omnes ſpe-
C cies ſoleat complecti [f]. Sed quid, ſi lex certam
ſolennitatem requirat, an ſufficiat ſemel gene-
rali conſenſu interfuiſſe, an verò ſingulis cauſis
ſpecialiter adhibenda erit? Et puto attendendū
ad rationem legis eſſe.ſi enim conſenſum alicu-
ius requirat, ne ei præiudicetur, ſatis erit ſemel
acceſsiſſe.Vnde† lex quę cōſenſum patris exigit, 7
vt filius familiâs agere in iudicio poſsit [g], obſer-
uata cenſebitur, ſi pater ſemel conſentiat pro o-
mnibus cauſis. Quòd ſi conſenſum ideo requi-
D rit, vt magis ipſi contrahenti ſit conſultum, ad-
huc idem videtur: ſi tamen ſpecialiter actus,qui
agitur, prævisus eſt. Vnde ſi minor, vel mulier
procuratorem ad alienandum rem certum con-
ſtituat,& agnatos ſecundum ſtatuti formam ad-
hibuerit, poterit procurator deinde abſque illis
vendere: quod Federicus reſpondit [h]. Manda-
tum enim certum eſt, & veriſimile eſt, agnatos
rectè tunc perpendiſſe, mulierique conſultum
voluiſſe: proceditque hæc ſententia,non ſolùm
E eius, quod principaliter mandatum eſt, ſed o-
mnis ſequelæ reſpectu [i]. Hinc eſt, quòd ſi pa-
ter filio ſemel conſenſit,vt certa in cauſa ageret,
ſatis eſt, nec in ſententiæ executione conſen-
ſus iterabitur [k]. Maior eſt difficultas, cùm ge-
neraliter mandatum factum eſt, vt quia mulier
adhibitis agnatis, generalem procuratorem ad
contrahendum conſtituit. Et fuere, qui idem
eſſe cenſuerunt,obligarique per eum mulierem,
tametſi cōtractibus ſpecialiter celebratis agnati
F non conſenſerint [l]. ſufficere enim primum cō-
ſenſum, idque argumento legis noſtræ, & quia
ratio ſtatuti volētis imbecillitati ſuccurſum eſ-
ſe,ceſſat,cùm per procuratorem contrahunt,cui
non,niſi per expertam fidem, agnati non aucto-
res fuiſſent:aitq; Socin.ita conſultum ab omni-
bus Italiæ Doct. fuiſſe [m]. Eandem ſententiam
Ang.Raph.Pur. [n] alia ratione ſecuti ſunt. Aut e-
nim impugnare contractum à procuratore fa-
ctum volumus, & verba ſtatuti ceſſant, quod de
contractu mulierum loquitur : hîc propriè lo-
quendo,

d d.l.peregrè.§.j.
e l. filiusfamil. de do. ubi Bart.
f l.ſi duo.de ad mi.tut.in fi.Bal. repet. l. j. de ſacroſanct.eccl.
g l.fi.§.neceſsitate.C de bo.q lib. ubi Cy.q.3. Bar. l. tam is.§. j. de don cauſ.mort. q pen.
h c.Rodulphus de reſcrip c.ſine except.xij.q.
i l. tutor rerū. & ibi gl.fi.de ad mit.tut.l. ſi pupillorū.§.j.de reb.eor.
k gl.l.3.§.utrū. uerſ. inuito patre.de min. ubi Bart.
l Ang.§. hæres. Inſt.de obl.q ex quaſi contra.
m l.ſi qs neceſſam.ſi cert.pet.
n l.apud Iul. ex quib.cauſ. in poſ.



quendo, non mulieris contractus,ſed procura-
toris eſt [a]. Aut de ipſo mandato loquimur, & in
eo ſeruata eſt ſtatuti forma, probabiliſque hæc
eſt opinio, vt vbi ſtatutū non impedit, iuri com-
8 muni adhereamus.Nec† multū facit, quòd agna
ti non poſſunt per
procuratorē cōſen-
tire, cùm eorū fidei
lex cognitionē de-
mandet [b], quia ipſi per ſe conſenſerūt mandato:
quod ſatis eſt. nec enim eius, cui conſenſerunt,
eſt ꝓcurator,ſed mulieris eſt. Nec rurſus mouet,
quod Accurſ.cenſuit,non poſſe fundi alienatio-
nem per procuratorem minoris à iudice peti [c].
id enim vlla lege haud ſatis probatur, & pleriq;
diſſenſerunt:ſed vt verius ſit, nihil prohibet im-
petratione à iudice facta per procuratorē fundū
diſtrahi:ſicut & in caſu noſtro facto legitimè mā
dato,alienatio à ꝓcuratore facta ſuſtineri debet.
Nec etiam vrget, quod Iaſon ait, deberi cogna-
tos in ſpecie intelligere actum, cui ſint conſen-
ſum adhibituri [d]:quia cùm iure conmmuni id mi
nimè neceſſariū ſit, ſtatutumque homini ſit exor
bitās,ſatis eſt,prout ſcriptum eſt, obſeruari,nec
ſpecialis aliqua inſtructio in eo ſubaudiēda eſt,
cùm veriſimiliter agnati non ſint cōſenſuri, ni-
ſi quia valde expertā habeant procuratoris pro-
bitatem,atque prudentiam. Nec multum etiam
me mouet quorundam contradicentium aucto-
ritas [e]: quia receptior eſt ſuprà ſcripta ſententia,
poſſentque illi defendi,ſi verba ſtatuti in obliga
tionibus, mulieris requirerent conſenſum. tunc
enim cùm procurator contrahit, ipſa obligatur:
meritò tunc quoque neceſſarius eſſet conſenſus.
aliud enim eſt contrahere, quod procurator fa-
cit:aliud obligare, quod verbum etiam propriè
mandatori convenit.

a l.3.§.procurator. quod quiſq; iu.ubi Alexā. l. poſſeſsio.ꝭ. eod.
b Bal.Lud l.j C q admit.arg ca. is,cui. de off.deleg.in 6.
c gl. l. minorū. C.de pręd.min.
d Bal.d.l.j.Imo. l.ij.§.ſi.ſol. mat.
e d.c.Rodolph. & d.c ſine.Iaſ. hic.

VLPIANVS *lib.*LXX.
*ad Edictum.*

LEX XII. *Naturaliter.§. Nihil commune.*


3 *Quomodo intentans vendicationem non fateatur ſe non poßidere.*
4 *Remediorum petitorij & poſſeſſorij proponendorum ratio.*
5 *Quomodo intelligatur, poßidenti non competere vendicationem.*
6 *In diuerſis cauſis auditur allegans contraria.*
10 *Poſſeſſorij cauſa quare dicatur momentanea.*
13 *Explicatio diuerſæ naturæ dominij & poſſeßionis.*
14 *Teſtis ſuper proprietate interrogatus, fruſtra ſuper poſ ſeßione deponit.*
15 *Varia remedia poſſeſſoria.16,17.*
18 *Proprietas opponitur poſſeßioni & vſuifructui.*
19 *Proprietas pro dominio.*
21 *Proprietas continet poſſeßionem habentem cauſam perpetuam.*
24 *Varij intellectus §.huius,nihil commune.34,40,54,56.*
26 *Dotata dicitur etiam ante connubialem coniunctionem.*
28 *Actor ſuccumbens in petitorio, non ſemper admittitur ad poſſeſſorium.30.*
31 *Exceptio dominij non indiſtinctè permiſſa.*
57 *De petitorij & poſſeſſorij cumulatione.58,59, 60, 61, 62,63,64,65.*
66 *Quibus caſibus petitorij & poſſeſſorij concurſus prohibetur,exceptio opponenda eſt.*
68 *Actionum contrariarum vna aliam electione perimit.*
69 *Simplex contradictio opponentibus libello ſufficit.*
70 *In poſſeſſoriis cōteſtatio litis neceſſaria:interdū non.73.*
72 *Poſſeſſorium retinendæ duplex.*
75 *In attentatorum revocatione conteſtatio litis non requiritur.*
76 *Petitorium & poſſeſſorium caſu quo concurrunt,vna ſententia terminantur.*
77 *Cauſa poſſeſſorij ſummaria.*
78 *Petitorij liquidi expeditio,ob poſſeſſorium ſuſpendenda:ciuſque ratio.*


L.12. **Naturaliter. §.Nihil cōmune.**

LEX XII.Naturaliter[a]

¶ Nihil[a]

§. NIHIL[a] COM-
a MVNE. ¶Petito
1 rium † iudicium nō
impedit, quin inter
A dictum retinendæ poſſeſsionis intentari poſsit.
in aliis interdictis tāta non erat difficultas: quia
qui agit adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa, aduer-
ſarium poſſeſſorē fatetur,ſicut& qui recuperādę
experitur, meritò rei vēdicatio nihil obſtabit [f],
quæ & ipſa poſſeſsionem apud reum eſſe in-
dicat,& poſsidenti non datur [g]:ſed in interdicto
retinendæ aliud eſt.qui enim eo experitur,poſsi
dere ſe contendit [h]: qui rei vendicatione agit, a-
pud aduerſarium poſſeſsionem eſſe fatetur:ergo
B † non fuit audiendus, ceu contraria allegans [i]. 2
Sed tamen aliud Iurecōſulto viſum eſt, ea ratio-
ne, quòd huiuſmodi cauſæ ſeparatam naturam
habeant [k]: & ideo altera per alteram non impe-
ditur.Nec obſtat,quòd intendendo vendicatio-
nem videatur actor fateri ſe non poſsidere: quia
intelligunt Doctor. tex.noſtrum procedere,cùm
hæc confeſsio non ſubeſt: quòd † multis caſibus 3
contingit,vt ſi ego quidem poſsideam,reus verò
detineat: etenim aduerſus detinentem datur rei
C vendicatio [l], videturque actor petitione ſua fa-
teri, nō quidem reum poſsidere,ſed detinere [m],
cùm id ſufficiat ſuſtinēdo libellum [n]. Idem quo-
que cōtingit, ſi ego ciuiliter poſsideam,reus ve-
rò naturaliter [o], adfirmémque propter rei natu-
ralem poſſeſsionem meam ciuilem turbari [p]:vel
è cōtrario, ſi ego naturaliter poſsideam, reus ci-
uiliter,vendicareque eam ciuilem velim [q]. Sed
& ſi quis velit,quamuis poſsideat,actoris partes
ſuſtinere,ꝓbationeſq; dominij ipſe inferre, po-
D teſt rei vendicationem intendere,tuncq; ea poſ-
ſidēti dabitur [r]. quod & in duplicibus iudiciis
ex veterum ſententia probatum eſt [s]. In vendi-
catione quoque abuſiua rerum incorporalium,
quæ per confeſſoriam fit, dubium non eſt aucto-
ri ſaluum ius poſſeſsionis eſſe,cùm ea actio poſsi
denti detur [t]: ſed etſi poſt cœptum vendicatio-
nis iudicium poſſeſsio ad me pervenerit,in quaà
reo turber, non eſt dubium, mihi licere interdi-
cto vti [u], iiſque caſibus abſq; difficultate lex no-
E ſtra procedit.Sed tamē negari non poteſt, nota-
biliter eam reſtringi, ſi generalem hāc ſententiā
ita coarctemus.Raph. Pont.Iaſ.in dubio facien-
dam interpretationem aiūt, vt diuerſis reſpecti-
bus intentata videantur hæc remedia [x]: ideoq;
ſuſtineatur vtraq; intētio.Vēdicatione† agimus, 4
vt nos dominos eſſe principaliter declaretur [y]:
interdicto, vt reus ab omni inquietatione deſi-
ſtat,poſsideréq; non ſinat [z]. Quòd ſi quis nō in-
quietetur,interdictum nō competit:quia lex ait,
F poſsidenti vltrò actionem non dari [a]: intellige
Vltrò,vt aliqui codices habent, qui ſuæ ſpontis
eſt, & à nemine turbatur:quæ Raph.ſentētia mi-
nùs quidem, ſed & ipſa tamen reſtringit legem.
Fortè defendi poſſet, quoties quis poſſeſſorē tur
bat, perinde in eum agi,atq; ſi detētator eſſet, vt
quæ poſſeſsio ſatis eſt interdicto, ea & vendica-
tioni ſufficiat:quæ videtur mihi fuiſſe Pegaſi ſen
tentia [b].Et† quod lex ait,poſsidenti vendicatio- 5
nem non cōpetere [c], intelligatur, niſi turbetur.
quo caſu turbans pro detentatore, non pro poſ-
ſeſſore

f l j.§.quia aūt.ꝭ.quor. leg.l.cū fundū.in fin.de ui.& ui arm. c. paſtoralis.de cauſ.poſſeſ.
g l.j.C.de alien. iud.mu.§.ęquè. in fi.Inſt. de act.
h § retinēdæ.Inſtit. de interdic.
i l.j.C.de fur.
k l.& an eadē. in fi.ꝭ. de excep. rei iudic.
l l.officium. de rei uend.
m l.ſi quis intētione.de iudic.
n l.non ſolet.de reg.iur.
o d.l.clā.in fi.d. l.officiū in fin.
p Bar.l.j.§.interdictū.in fi.uti poſsid.
q l. cuiuſcunq;. § j.de uſuf.Doc d.l.j.C de alien. iud.
r §.ęquè.uer.ſanè.Inſtit.de act. ubi Pet Bal.Ioā. Fab Angel.
s gl.d uerſ.ſanè Bal.l.ſi de ui. de iud.ſ.
t l. &ſi fortè.§. ſciendum. ſi ſer. uend l.pe.in fi.ſi uſufr.pet.
u gl.in 4.intellectu.
x l ſi quis intētione.ſ.de iudi.
y l.& ex diuerſo.§.j.de rei uēd l.ſi à te.§.j.de excep.rei iud. in 3. intellect.
z d.§.retinēdę.
a d.l.j.§. interdictū. uti poſsi.
b d.l officiū.uer ſic.quidam.
c d.§.æquè.uer. ſanè.d.§. interdictum.

ſeſſore eſt: quia agens petitorio, nõ videtur eum effeciſſe poſſeſſorem, cùm non eo animo adierit iudicem, vt poſſeſſionem perdat[a], aut deteriorẽ conditionem ſuam faciat[b], ſed dũtaxat eum detentorem appellaſſe, cùm id ſolum ſuſtinendo iudicio ſufficiat[c]. Sicque petitio actoris, ſecundum eius mentem accipiatur[d], vt quàm minimum fieri potuit, de iure ſuo deceſſiſſe videatur. Ego rationi, quam Iuriſconſultus hîc adducit, adhærendum cenſeo, arbitrorq́; hanc confeſ- A
ſionem ex petitorio reſultantem, præiudicium nullum in poſſeſſorio, ceu in re diuerſa, facere[e].
6 Quod† ergo vulgò dicitur, allegantem contraria non eſſe audiendum[f], non procedit, cùm quis hoc faceret in diuerſis cauſis, & diuerſis rebus, quæ nihil commune haberent, vt hîc dicitur: vt quod reo in eadem re permittitur, vt ſcilicet contrariis defenſionibus vti poſsit[g], eatenus actori concedatur, vt in rebus diuerſis, & diuerſis inſtãtiis tolleretur[h]. ſicq́; legem noſtram ſimpliciter B
intelligemus: quod & aliqui veteres fecerunt, vt Pet. Cyn. aliiq́; Tranſalpini[i]. Cæteriq́; eſt hæc
7 interpretatio, etiam † ex aliquorum noſtratium ſententia, quoties reus in iudicio petitorio negaſſet ſe poſsidere, nec ei confeſsioni acquieuiſſet, vt meritò ex ea adiuuari non poſsit[k]. Item
8 † quoties rem vendicans non petiiſſet rem ſibi per reum reſtitui, ſed ſimpliciter ſe dominũ declarari[l]. nec enim tunc vlla ſubeſt repugnantia: quod Caſtr. prodidit[m]. Item quoties confeſsio C
non expreſsis verbis, ſed tacitè ex quadam conſequentia inducta eſſet. tunc enim ad inſtantiam illius cauſæ duntaxat trahitur, quatenus iudiciũ ſuſtineatur, vltrà non operatur[n]: idq́; & Gulielmus cenſuit[o]: ſicq́; apparet, ſuprà ſcripto intellectui regulã contrarietatis non obſtare. Nec me mouet ordo iudiciorum, qui priùs poſſeſsionis iudicium fieri expoſtulat[p]: quia is ordo conſilij,
9 non autẽ neceſsitatis eſt[q], poteſtq́; † fauori ſuo actor renuntiare, ſi velit[r]. inductus enim eſt is D
ordo cauſa poſſeſſorem exonerandi, ne dominiũ probare neceſſe habeat[s]. quòd ſi ſpõtè ipſe hoc agere velit, actoriſq; partes ſuſtinere, vtiq; poterit, dabiturq́; tunc poſsidenti vendicatio[t]. Nam eſt Din. Oldr. Alb. veterumq́; ſententia[u], vnico tãtùm caſu ei ordini in poſſeſſorio retinẽdæ locũ eſſe, cùm ſcilicet vterq;, tam actor, quàm reus, non ſolùm poſsidere, ſed & detinere ſe contendit: qa de re infrà. Sed & regula, quæ ad duplicitatem pertinet[x], nihil obſtat, & ab ipſo Bart. infrà confutata fuit[y]. nec enim circa eandem rem E
eundemq́; effectum verſantur hæ actiones[z]. Regula verò electionis[a] nihil prorſus ad propoſitum facit: electio enim inter plura iura locum habet[b], quorum altero electo, alterum perimitur:
10 at clariſsimum eſt, electione poſſeſſorij non perimi petitorium[c]: imò † ideo dicitur cauſa momentanea, quia poteſt per petitorium reparari. Nec me mouet, quòd ſi tanquam ex teſtamento hæres intentet poſſeſſorium, non poteſt tanquã F
ex codicillis intentare petitorium[d]. Reſpõdeo, non ideo excluditur, quia poſſeſſorium intentarit, ſicq́; ex tacita cõfeſsione, ſed ex expreſſa, qua cauſam teſtamenti approbauit[e]. Vnde poſſet nihilominus, ſi vellet, ex teſtamento intentare etiã
11 petitorium. Cur † verò ex codicillis nõ poſſet, ea eſt ratio, quòd idem actus non poteſt ex pugnãtibus cauſis approbari: aliàs nec in interdicto adipiſcendȩ locus nõ eſſet cumulationi. de eo enim loquitur ſuprà ſcripta ratio: & tamen aliud com-

a l. de pupillo. §. meminiſſe. de ope no. nunt.
b l. aliam. de nouat.
c Bar. l. Titium. §. altero. de admi. tut.
d d. l. ſi quis intentione.
e arg. l. Aurel. §. fi. de lib. leg. & l. Papinia. §. ſed nec impub. ff. de inof. teſt. Rot. dec. 855. quidã.
f d. l. j. C. de furt.
g c. nullus. de reg. iur. in 6. d. §. ſed nec impub.
h l. eũ, qui. l. cõtra maio. C. de inof. teſt. l. ſi res. C. de ord cog.
i Petr. d. §. æquè Cyn. l. ordinarij C. de rei uend.
k c. ex eo de reg. iur. in 6. Bal. l. j. C. de confeſ.
l l. ſi duo. ubi gl. & Doc. ff. de iureiu. Doc. l. ſi cõtẽdat. de fideic.
m Caſtr. l. ſi de ui. de iudic.
n l. q famil. ff. fam. ercíſ. quod not. Bar. d. §. altero.
o Gulie. l. j. in fi. C. de inſt. & ſubſtit.
p l. ordin. C. de rei uend
q l. is, q deſtinauit de rei uend.
r l. ſi qs in cõſcribẽdo. C. de pac.
s l. incerti. C. de interdict.
t d. uerſ. ſané.
u l. ſi duo uti poſsid.
x l. nemo ex ijs. §. qties. de reg. iur.
y Bar. in v. intellectu.
z l. huiuſm. §. q ſeruũ. de leg. j.
a l. quod in hærede. §. eligere. de tribut. d. §. q̃ties.
b l. cũ illud. quãdo dies leg. ſ.
c d. l. & an eadẽ. §. fin.
d l. fi. cum gloſ. uerb. ex more. C. de codicil.
e d. l. fi. uerb. explanet.

muniter receptum eſt[f]. Clarum autem eſt, interdictum retinendæ, & vendicationem, cauſas repugnantes non habere, ſed diuerſas, & à diuerſa origine procedere, non ex eodem actu. Minùs obſtat alia regula prȩiudicij, quòd abſolutoria lata in vno, pariat exceptionem in

**commune [a] habet**

alio iudicio[g]. Reſpondeo, hoc non ſufficit, niſi & vice mutua condemnatoria in ſecundo, præiudicet primo: quod Bartol. tradidit[h]. quod nõ eſt in caſu noſtro[i], in quo expreſsim conſtat, nõ obſtare talem exceptionem[k], tanquam de re diuerſa agatur. nam & ſemper poſſeſſoriũ, tanquã ſummarium, citiùs eſt expediendum[l]: vnde ſententia momenti nullum faciet vẽdicationi præiudicium[m]. Sed & alia regula ſolutionis parũ me mouerit, dum, quoties (inquit) per poſitionẽ ſecundæ actionis actor videtur adſerere ſe habere, quod petebat in prima, cenſetur primo iudicio renuntiare[n]. Reſpondeo, hoc ita demum verũ eſt, ſi reus aſſenſum ſecundæ actioni prȩſtet[o]: nam & agens retinendæ, non videtur adſerere ſe habere, quod primò per vendicationẽ petebat, cùm ea principaliter ageret, vt declararetur dominus[p]: in † ea enim petebat actor ſe dominum 12
pronuntiari, & pacificam poſſeſsionem reſtitui: in ſecunda actione neutrum adfirmat ibi adeſſe. cùm enim reus contendat ſe poſsidere, ſatis apparet eum non acquieſcere confeſsioni actoris, ſed actorem turbare[q]: quamuis etiam (vt ſuprà dixi) talis confeſsio nõ operatur extra inſtantiã primi iudicij[r]. arbitror itaque veriorem hanc ſententiam, quia apud me plus pollent verba legum, quàm regulæ Doctorum.

COMMVNE[a]. ¶ Poſſeſsio† ergo, & dominium naturam prorſus ſeparatam habent[s]. 13
Dominium enim ius eſt de re ſua diſponendi, Poſſeſsio ſecundum ſui naturam facti eſt[t]. vnde & ex ſola apprȩhenſione acquiritur, cùm dominio neceſſarius ſit titulus[u]. Poſſetq́; vna dũtaxat ex cauſa haberi dominium, cùm poſſeſsio ex pluribus quandoq; contingat[x]. Sic & ſolo animo illa ammittitur, cùm aliud in domino ſit[y]. Et lex, vel teſtatoris iuſſus tranſlationi quidẽ dominij reſiſtere poteſt, poſſeſsionis verò non poteſt[z]. Alibi quoq; dicitur, aliam eſſe rei ipſius æſtimationem, aliam poſſeſsionis[a]. In iudiciis quoq; aliter cauſa poſſeſsionis, aliter cauſa ꝓprietatis tractatur: hæc ordinaria, illa ſummaria eſt[b]: hȩc perpetuã cauſam, illa momentaneã habet[c]. Vnde in iudicio poſſeſſorio iure noſtro receptũ eſt non appellari[d]: ſic & minor in eo admittitur abſq; curatore[e]. Et cùm turbatæ poſſeſsionis iudicium agatur, etiam ſerui in eo eſſe poſſunt[f]. Admittuntur & in tali cauſa leuiores probationes, adeò vt vel ſemiplenæ ſufficiant[g]. In ſpiritualibus ſacriſq́; cauſis poſſe per iudicem ſecularem poſſeſſorium cognoſci traditum eſt, cùm aliud in petitorio conſtet[h]. Hinc ſatis apparet, longè huiuſmodi caſus diſtare. Quo fit, vt quæſtio ſuper poſſeſsione mota vitium litigioſi reſpectu proprietatis non inducat[i], vt qui procurator meus cauſam poſſeſsionis tractauit, in petitorio perhibere pro me teſtimoniũ valeat, nec tanquam ſuſpectus reiiciatur[k]. Hinc † ſi teſtis ſu- 14
per articulo poſſeſsionis interrogatus, ſuper ꝓprietate reſponderit, nõn cenſebitur rectè reſpõdiſſe, nec fidem faciet[l]. Hinc & teſtimoniorum in poſſeſſorio publicatio nihil impedit quin in petitorio alij denuò recipiantur[m]. Et atteſtationes

f d. c. paſtoralis.
g l. fundũ. l. fundi. de excep.
h Bar. d. l. fũdũ. Alex. ꝫ. j. combi.
i d. c. paſtoralis.
k d. l. & an eadem. §. fi.
l d. c. paſtoralis.
m l. ſed ſi ante. de exc. ubi Bar.
n § fin. Inſtit. de perp. & temp.
o d. c. ex eo. de reg. iur. in 6.
p d. l. & ex diuerſo. §. j.
q d. c. ex eo. de reg. iur in 6.
r d. l. qui familiæ. d. l. fin. uerb. explanet.
s l. permiſceri. ꝫ. eod.
t l. deniq;. ex qb. cauſ. maior.
u l. nunquã. ꝫ. tit. j.
x l. 3. §. ex pluribus. ꝫ. eo.
y l. ſi quis ui. §. differẽtia. ꝫ. eod.
z l. j. §. ii uir. ꝫ. eod.
a l. ſi duo. in fi. uti poſsid.
b l. ij. in fi. C. ubi in rem act. & ibi Bar.
c l. j. in fi. de aq. quo.
d l. j. C. ſi de mo. poſ.
e l. fi. C. qui leg. perſ.
f l. j. C. ſi per uim.
g Bar. l. j. C. quo. bon.
h gl. & Doct. c. literas. de iura. cal.
i c. j. de cõfirmatione util. ubi Dec.
k But. & Fel. c. cũ à nobis. de teſtib.
l gl. C. de teſtib. ꝫ. de teſtib.
m c. ueniẽs. ij. ubi Fel. de teſtib. Rot. dec. 437. in nouis.





nes ĩ cauſa poſſeſsionis receptȩ, in petitorio nõ ſufficiunt[a]. Et appræhenſio poſſeſsionis abſque executione ex ſentẽtia in poſſeſſorio lata, nõ poteſt videri in præiudicium pendẽtis petitorij attẽtata eſſe[b]. Et iudex ad poſſeſſorium delegatus, ſuper ꝓprietate cognoſcere non poteſt[c]: & ſi qua ſimilia.

**proprietas [a] cum poſſeſsione:**

Nõ tñ eſt omittẽdũ, (quod alibi Bar. tradidit[d]) quoties eadem ratio ſubeſt, de iudicio proprietatis ad poſſeſſorium argumẽtari nos poſſe[e]. Nam & videmus plerunq; ex poſſeſsione præſumi dominium[f]. Videmus & iure gentium ab ea cœpiſſe dominium[g]. Vnde & poſſeſsionis appellatione quãdoq; proprietas ipſa accipitur[h]. Videmus & ab altero alterũ quandoque ſeparari nõ poſſe[i]: quæ & ſi vera ſint, nõ tamen conſequẽs eſt, quin in ſubſtãtia plurimùm differant, nihilq́; (vt hîc dicitur) commune (quãtum ad ſubſtãtiam ſit) habeant. Sanè & in actionibus ipſis poſſeſsio à proprietate plurimũ differt: in petitorio enim iudicio rei vendicatio in-
15 tenditur[k]. at † pro poſſeſsione triplex eſt in factũ actio prodita: aut enim cauſa retinẽdæ poſſeſsionis interdicta proponimus: aut adipiſcendȩ, aut recuperandæ[l]: cui aliud vberius remediũ addiderunt Pontifices, quod redintegrandæ vocãt[m], cui locus eſt etiam adverſus eum, qui abſq; vitio rem habuerit[n]: qua in re etiam cum quibuſdã ex lege condictionibus concurrit[o]. Addit Bal. etiã cauſa cõfirmandæ poſſeſsionis ad inſtar interdictorum agi poſſe[p], idq́; etiam ſi adverſarius non contendat ſe poſsidere, vel in iudicio tãtùm turbet[q]. Pro re quoq; mobili recuperãda datur detentori officium iudicis[r]: creditori verò, qui ius pignoris in re habeat, cõdictio incerti[s], qua poſſeſsionem ipſam, tanquam quid incertum, ad ſe revocet[t]: ei autem qui ius in re nullum habebat, ſed poſsidebat tantùm cõdictio triticaria[u], vel ſi qua alia ſimilis[x]. Addunt põtificii etiam aliud remedium ex officio iudicis proveniẽs, quo eccleſia, vel minor in priſtinum ſtatum reſtituũtur, rebus negligentia œconomi, vel curatoris diſsipatis, quod ſeparatum ab iſtis interdictis eſſe teſtantur[y]: cui nõ abſimilis eſt & querimonia, quȩ pro iure perſonali annuo coram iudice proponitur, vt ſi allegẽ me eſſe in quaſi poſſeſsione exigẽdi à te ſingulis annis tot capones, tot ꝑdices, & ſimilia. Hæc enim officio iudicis videntur expediri[z]. Sed & huc pertinet attentati remediũ, quo ea reſtituuntur, quȩ pendente appellatione, ſeu poſt provocationem ſunt innouata[a], idque
16 citra aliam cauſæ cognitionẽ[b]. Sed † & cùm duo ſe poſsidere cõtendunt, & neuter vult libellum in reſtituẽdȩ iudicio porrigere, actoriſq́; partes ſuſtinere, ſubeſtq́; rixæ timor, locus eſt poſſeſſorio, quod ſummariiſsimum conſtat[c]: qua de re extat diffuſum Pauli Caſtr. reſponſum[d]. Illud quoq; adiiciendum videtur, quod aliqui tradiderunt, legatario adverſus hæredem officium iudicis præſtò eſſe debere, quo ad ſimilitudinem interdicti adipiſcendæ poſſeſsionis, rei legatȩ poſſeſsionem is conſequatur, exceptionibus, quȩ altiorem indaginem requirunt reiectis[e]: quæ ſententia ſub eo iudice probabilis eſt, qui ſola facti veritate attẽta, procedere poſsit[f]: aliàs enim cõſtat remedio poſſeſſorio ſucceſſoribus particularibus non conſuli[g]: habent & pleriq; conſuetudine cautũ, vt poſſeſsio defuncti in hæredem cõ-
17 tinuetur: quo † caſu remedium continuandȩ oritur[h], diſtantq́; hæc remedia à petitorio: imò eo-

a c. præſentata. de teſt. ubi Doct.
b Rot. deci cccc. ij. in nouis.
c l. pen. C. ſi à nõ cõpe. iu. l. nulli.
d l. ſi prius. ſ. de op. no. nunt.
e c. cauſam. de præſcrip.
f Bar. l. quidam. de condi. inſtit.
g ſ. eo. l. j. in princ. l. traditionib. C. de pact.
h l. interdum. de uerb. ſigni.
i l. per procuratorem. C. eo.
k §. j. Inſt. de act.
l §. ſequens Inſt. de interd.
m ij. q. j. c. redintegranda.
n l. ré, quæ nobis. ubi Bart. §. eod.
o c. ſæpe. de reſt. ſpol.
p Bal. c. fi. de prohib. feud. alie. ꝑ totum.
q Alex. l. ſi finita. de dam. infect.
r gl. l. & non tamen. uer. fac lẽ. de petit. hæred.
s l. & ideo. §. Neratius.
t l. indebiti. §. ſed ſi nummi. de cond. indeb.
u l. ij. ſ. de cond. tritic.
x l. ſi coloni. de agric. & cenſ. C. lib. xj.
y c. accedens. j. ut lit.
z c. querelſ. extra, de elect
a c. nõ ſolum. de appellat. in vj.
b l. unica, nil no. appel. pend.
c arg. l. liberis. in fin. uerſic. igitur de lib. cauſ.
d Caſt. conſil. iij. in ij. dixi in l. ſi prius, quã. ſ. de no ope. nunt.
e Guid. Pap. q. cccclxxxiij.
f Bar. l. j. C. ut quæ deſ. aduoc.
g l. j. ſ. ad Treb. l. fin. C. de edict. di. Adri. tol.
h l. cum hæred. ubi Doct. §. eod. Alex. l in ſuis. de lib. & poſthu.



rum vtilitas in hoc conſiſtit, quòd quȩſtionẽ dominii tanquam altiore diſcuſsione indigentem in aliud iudicium reſeruãt, poſſeſsionemq́; interim actori decernunt, expediturq́; id officio iudicis, quod remedium prorſus extraordinariũ eſt, vt meritò Iuſtinianus triplicem duntaxat interdictorum ſpeciem diſtinxerit[i], ad ea ſolùm attendẽs, quæ actionẽ in factum obtinẽt.

A PROPRIETAS[a]. ¶ Sic res ipſa appellatur, quã iure proprio, id eſt, perpetuo obtinemus[k], a
opponiturq́; † poſſeſsioni, cuius cauſa non per- 18
petua, ſed momẽtanea eſt[l]. Opponitur † & vſu- 19
fructui, cuius ea eſt natura, vt quandoq; finiatur, & ad dominum redeat[m], hæcque potiſsima huius vocis ſignificatio eſt: ſumitur & quandoque non pro re ipſa, ſed pro iure perpetuo, quod in ipſa re habemus[n]: quo ſenſu id ſignificat, quod dominium[o]. Vnde ſicvt quaſi dominium rerum
B incorporalium habemus, ita & quaſi proprietatem habere dicimur[p]. Qua † ratione & emphy- 20
teuta, qui vtile dominium duntaxat habet, intelligitur quaſi proprietatem habere: etenim ius emphyteutæ perpetuum eſt[q]: ſuſtinereturque libellus, quo proprietatem ſuã peteret, vt Alex. aliique recentiores hîc tradiderunt[r]: in libellis enim conſtat, verba latiùs ſecundũ actoris men-
tem accipi[s]. Nam † & proprietatis appellatio- 21
C ne ſimplex poſſeſsio continetur, dum tamẽ cauſam perpetuã habeat[t]: quæ † lex expreſsim ait, penes emphyteutam poſſeſsionis proprietatem 22
eſſe[u]. Receptumque hinc eſt, vt ſi mandato principis ſcriptum ſit, alienata in ius & proprietatẽ eccleſiæ revocari, etiam quæ ratione poſſeſsionis duntaxat alienata ſunt, revocantur[x]. Nec dubito, quin hæc ſententia vera ſit: quamvis alibi Bald. quem Iaſ. refert, huiuſmodi libellum ſuſtineri neget[y], cuius ſententia eo tantùm caſu defendi poſſet, quo perſtitiſſet actor in iuris di-
D recti petitione[z], nec requiſitus intentionem ſuam declaraſſet, potueritq́; ideo reus probabiliter incertus eſſe, quid ageret[a]. Sed quid in vſufructuario? an ſi in libello petierit proprietatem, poterit obtinere? Et ſi verba ambigua ſint, poſsitq́; ex aliquibus ſignis per ſubauditionem intelligi, quòd petierit proprietatem ad fruendum, ſatis poterit defendi[b]: aliàs obtinere non poterit: quod Aret. hîc docet[c]. Maior eſt dubi-
E tatio, cùm ſe dominum dixerit, aut petierit declarari dominium ad ſe pertinere, & ſi verba ad dominium iuris vtendi, fruendi, referri poſſunt, ſatis credendum eſt, libellum ſuſtineri[d]. Si verò res clara ſit, vt quia appareat, non confeſſoriam, ſed rei vendicationem eũ intendiſſe, ſecùs eſt[e]. Idem, ſi dixerit, ſe dominum fundi[f]: nec enim cõmodè poſſunt appellatione fundi fructus intelligi: tũ, qa appellatio totius impropriè ad partẽ refertur[g]: tũ, quia vſusfructus formalis, pars 23
F dominii in fundo non eſt, ſed cauſalis tantùm[h]: quicquid hîc Soc. commẽtetur: tũ, quia † fructus pars fundi ſunt, & proprietario quæruntur, niſi quatenus fructuarius eos à ſolo ſeparauerit[i]. Meritò ergo receptior eſt ſententia, vt hoc caſu obtinere fructuarius nequeat: ꝗ ego adeò verũ eſſe ſentio, vt nihil referat, an adiecta ſit illa vulgaris clauſula. Omnia meliori modo[k], &c. vel illa, Petẽs ius, & iuſtitiã miniſtrari, &c. Nec.n. huiuſmodi clauſulȩ operãt, aut circa ea, q̃ repugnãtia ſunt[l], aut q̃ nullo modo fuerint narrata[m], aut ad q̃ ꝓpoſita nõ cõpeteret[n]: qua de re alibi latiùs

i d. §. ſequens.
k l. ſi procurator. j. ſ. tit. j. l. iiij. C. de prob.
l l. j. §. huius. j. uti poſsid. l. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt.
m l. ſi tibi proprietas. de uſu fr. accreſ. l. fi. de uſufr. ear. rerũ.
n §. littorũ. Inſt. de rer. diuiſ.
o c. j. de cauſ. poſ.
p c. fi. extra, de iudic. l. ij. §. quędã. de interdict. in gl.
q l. j. C. de offi. co. ſac. pal. l fi. C. de loca. præ. ci. ui. lib. xj.
r Alex. l ſi finita §. fi. de uectig. de dam. infecto. Soc. Herm. hic.
s l. ſi quis intẽt. de iud. l. ſed & ſi poſſeſ. §. itẽ ſi iurauero. de iureiur. ubi Doct.
t l. iube. in fi. C. de ſac. ſan. eccl.
u l. loc. C de om. ag. deſer. lib. xj.
x Inno. c. epiſc. de re. eccle. Abb. c. j. de reſt. ĩ int.
y Bal. l. ij. de cõdi inſt Dec. c. cæterũ. de iudic.
z l ij. C. de bo poſ. ſecun. tab. ubi. Are.
a l j. ſ. de edẽd.
b ar. d. l. iubem9
c & l. j. in prin. ſ. eod.
d l. iij. ſi uſufr. pet. l. in uend. ubi Bart. de bo. auct iud. poſ. & l. j. D. de uſu, & habit.
e l. hab. de inſti. Bart. l. minor. §. j. de euict.
f Bar. d. l. in uẽd.
g l. appellatione de uerb. ſign.
h l recte dici. de uer. ſign. Bart. l. qui uſumfructũ de uerb. oblig.
i l. ſi fur. de uſufru ubi Bar. l. ſi apes. §. fi de fut.
k l. ex ea. §. j. de teſtam. ubi Are.
l Alex. cõſil. xc. vj. cx. in v.
m Are. cõſ. xvij. Alex. cxxj. in j. Corn. viij. in j.
n Caſt. clxv. primo quærit. in j.

a ET IDEO [a]. ¶ Quamvis ergo intento petito
rium, potero etiã poſſeſſorio iudicio experiri, ꝙ
hîc Iuriſcõſultus generaliter tradit. at † Doct. ver
24 ba legis, violant, negãtq́; hoc verũ eſſe, niſi quin-
que ſpecieb. ſecũdũ quas legẽ noſtrã reſtringũt.
Primus ergo intel-
lectus eſt, cùm qui
petitoriũ intẽtauit,
in eo ſuccubuit, tũc
fatẽtur poſſe eũ, qui

*et ideo a nõ denegatẽ ei interdictũ VTI POSSIDETIS, q cœpit rẽ vẽdicare: nõ.n. videt̃ poſſeſsioni renũtiaſſe, q rẽ vẽdicauit.*

ſuccubuit, interdicto retinendę rurſus agere: nec
ei obſtare exceptionẽ abſolutorię ꝓ reo cõvẽto
latę. Sed huic ſentẽtię obſtat, ꝙ nullã legẽ addu-
cunt, vnde ea ꝓbetur, nec verbis Iurecõſulti hîc
adiuuatur, quæ manifeſtè loquũtur, cùm cœptũ
eſt vendicationis iudicium, non cùm finitum. Et
dũ infrà ſubijcit verbũ Vendicauit, quod eſt præ
teriti temporis, intelligendũ eſt, id eſt, vẽdicatio
25 nem intendit [a]. Poteſt † etiã dici, quòd quatenus
ad ipſum actorẽ pertinet, perfecta eſt rei vẽdica-
tio ſtatim, quæ ſuam intentionẽ indicauit, licet
iudiciũ peractũ nõ ſit, vt in ſimili dicimus. Pater
dotauit in teſtamento filiã. quomodo.n. dicitur
dotata, quæ nec de matrimonio cogitauit? Sed
26 † reſpectu ipſius patris dotata dicitur, qui quãtũ
ad ipſum ꝑtinebat actũ perfecit, licet poſteà ex-
pectetur matrimonij tẽpus [b]. Obſtat & regula ge
27 neralis: non † enim videtur eum, qui in petitorio
28 ſuccubuit, ampliùs audiendũ eſſe, cùm † ſentẽtia
petitorij poſſeſſoriũ abſorbeat [c]: ideo enim mo-
menti cauſa hæc dicitur, quia effectus eius tẽpo
ralis eſt, donec de dominio cõſtet: qua in re du-
plex eſt diſtinctio: prima, cùm ideo actor ſuccu-
buit, quia nõ potuit de dominio ꝓbare: ſecũda,
quando reus ipſe vltrò dominũ ſe eſſe probauit.
In prima ſpecie tradidit Bar. cõſentiuntq́; cęteri,
intellectũ legis noſtrę abſq; dubio ꝓcedere, cùm
ſi actor excluſus eſt, quia nõ ꝓbauit, non tñ ideo
conſequens ſit, vt reus ſit dominus [d]. Nihil ergo
29 obſtabit, qn poſſeſsionẽ tueri poſsit [e]. Ego † hãc
naturã iudiciorũ eſſe arbitror, vt ſi actor poſt legi
timas dilationes ꝓbare nõ potuit, reus abſolua-
tur, & ꝙ ad actorẽ pertinet, perinde habeatur, ac
ſi reus dominus eſſet [f], adeò vt etiã ſupervenientĩ-
bus ꝓbationibus referri ei dominij quæſtio am-
pliùs nequeat [g]. ꝓpter enim rei iudicatæ auctori
tatẽ (etiã ſi actor ipſe dominus eſſet) cẽſetur non
eſſe dominus, ſed eũ, qui obtinuit [h]: ideoq́; non
caret ſcrupulo hęc Bar. ſentẽtia, tametſi cõmuni
ter approbata videatur [i], niſi verba tamẽ ſentẽtię
clara eſſent: qa atteſtaretur iudex, ſe ita iudicare,
quia actor non ꝓbaſſet [k], ſed hęc alibi. In † ſequẽ-
30 ti ſpecie, cũ reus obtinuit, qa ipſe probauit ſe do
minũ, minùs videt̃ actor admittẽdus, vt poſſeſſo
rio cõtẽdat. obſtat. n. ei exceptio manifeſta do-
minij, de quo ſtatim cõſtat, cũ res inter ipſos acta
ſit [l]: nã ſi in interdicto adipiſcẽdę excipere reus
põt, *Dolo facis, qui petis, quod reſtituturus incontinenti es* [m],
quãtò magis id in interdicto retinẽdæ dicẽdũ
eſt, vt ſi tali exceptione excluditur actor, ne poſ-
ſeſsionẽ totã adipiſcatur, multò magis excluda-
tur à parte, i. à turbatione, & moleſtia, quam reo
infert: ꝙ Pau. Caſt. tradidit, receptiorq́; hęc vide
tur ſẽtẽtia: atq; ita ſenſit Accur. Din. & veteres [n],
quos Bar. alibi ſequit̃ [o], licet hîc eorũ verba ſub-
tilitate ſua inuertat: cùm. n. hoc interdicto vincat
q litis cõteſtatę tẽpore poſsidet [p], tali ſentẽtia de
claratur reũ & tũc poſſediſſe, & etiã priùs, cũ ſci-
licet adverſus eũ vẽdicari res cœpta eſt. Quòd ſi
exceptio evidẽtis dominij eũ ſummouet, qui in
terdicto nũtiationis noui operis experitur, vt cõ

a l. cum fundũ. in fi. de ui, & ui arma.
b Doct. l. j. ſol. mat.
c c. cũ dilectus. ubi gl. de cauſa poſſeſ. l. j. in fi. de aqua quot. & æſtiua.
d l. ſed & ſi poſſeſſori in princ. de iureiur.
e l. ſi inter. de except. rei iud.
f l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ubi Doct. ꝟ. eod.
g l. ſi quis rem ꝟ. de excep. rei iudic. Nicol. Petr. Fulg. l. Iulianus de cond. inde.
h l. iij. §. itẽ quæri. de reb. eorum d. §. ſi iuſſu. ubi Dec. ꝟ. eod.
i Bar. & Doctor. in l. Iulianus. de condi. inde.
K d. l. ſed & ſi poſſeſſori.
l gl. l. ſi de ui. in fin. de iudi.
m l. dolo facis ꝟ. de doli. exc. ubi Doct.
n gl. d. l. ſi de ui.
o Bart. d. l. ſi coloni. C. de ar. & cenſ. lib. xj.
p § hodie. Inſtit. de interdict.

muniter receptũ eſt [q], ſi eũ quoq; excludit, qui re
cuperãdę iudiciũ intẽdat, vt infrà videbimus [r], q
tamẽ valde fauorabilẽ cauſam habent, fortiùs &
tũc excludere debet, q retinẽdę poſſeſsionis cau
ſa agit, vt hîc Alex. argumẽtatur: nec huic rationi
obſtat, ꝙ actor hîc ſe
defendat, ne turba-
tur [s], faciliusq́; im-
pediat̃ noua acqſi-
tio, quàm retẽtio [t]:
A quia etiã reus, qui exceptionẽ dominij obijcit, ſe
defendit, & de retinendo agit [u], & licet plus tri-
buamus retẽtioni, quã acquiſitioni nouiter faciẽ
dę, nõ tñ ita eſt in acquiſitione reſtitutoria: cùm
reſtitutio ꝓpter odiũ ſpoliatoris ꝑ legẽ ſit fauo-
rabilior. Nec me mouet, ꝙ ſentẽtia petitorij præ
iudiciũ in poſſeſſorio facere nõ debeat, tãquã in
re diuerſa [x]: qa poſt rẽ iudicatã incipit res nõ eſſe
diuerſa, cùm dominiũ ad ſe trahat poſſeſsionẽ [y],
B & ſentẽtia præiudicet reſpectu omniũ acceſsio-
nũ, aut cõnexorũ, quę aliàs cũ ea pugnarẽt [z]. Nec
etiã mouet, ꝙ in interdicto Vti poſsidetis, pręter
ſolùm approbet eas exceptiones, ꝙ non vi, non
clàm, nõ precariò ab actore reus poſsideat [a]. Re-
ſpõdeo.n. nõ ideo excludi evidẽtis dominij exce
ptionẽ, quę poſſeſſoriũ abſorptũ eſſe declaret [b].
Nec ꝓbabilis eſt Alex. hîc diſtinctio, q Bar. defen
di poſſe exiſtimat, cũ quis ſimpliciter agit, vt ad-
verſari9 à turbatione deſiſtat. Quid.n. hoc aliud
C eſt, quã agere, vt declaretur ſe poſsidere, reũ nõ
poſsidere, hoc eſt, ius inquietãdi actorẽ nõ habe
re: nec eñ lex verbis imponẽda ẽ. Et cũ hîc ideo
turbet, quia poſsidere ſe cõtẽdat, & cõvẽtus rei
vẽdicatione obtinuerit, nihil refert, an actor ſim
pliciter dixerit ſe turbari, an adiecerit per ipſius
rei poſſeſsionẽ: minùs obſtat aliorũ [c] ratio q in-
quiũt (niſi Bar. ꝓbemus) id abſurdi cõſequi, vt vi
deat̃ licuiſſe reo, qui in cauſa dominij obtinuit,
ꝓpria auctoriate executionẽ facere, & poſſeſsio
D nẽ appręhẽdere [d]. Reſpõdeo, ridiculũ id eſſe: quã
enim hîc poſſeſsionẽ appręhendit, cùm iã antea
eã habuerit, ideoq́; rei vẽdicatione convẽtus ſit:
nã q ſuã poſſeſsionẽ cõtinuat, nihil nouare credi
tur [e]. Vnde & alia eorum [f] ratio ſubvertitur, qui
aiũt, hoc modo cõſequẽs eſſe, vt bonę fidei poſ-
ſeſſor poſſet à dño inquietari: reſpõdeo, ęquiſsi-
mũ hoc eſt, ſi is dominus poſſeſſor ſit, & domi-
niũ evidẽtiſsimè cõfeſtimq́; oſtẽdat. Sanè nec
Anto. cõſtitutio quicquã vrget, quę exceptionẽ
E dominij nõ admittit [g], quia ſpeciali caſu loquit̃,
quo legislator abſenti cõſulit, cui poſſeſsio abla
ta, vel ꝑturbata ſit: at in caſu noſtro re9 nõ alienã
ꝑturbaſſe, ſed ſuã defendiſſe videt̃: & hęc quidẽ
vera ſũt, cũ rei iudicatę auctoritas ꝓ reo ẽ: ea eñ
nõ ſolũ rẽ manifeſtã reſpectu dominij facit, ſed
etiã reſpectu poſſeſsionis: arguit eñ reũ poſſediſ
ſe, cùm aliàs fruſtrà res ab eo vendicata fuiſſet [h].
Quid ergo, ſi exceptio dominij aliter ꝓbetur, an
obſtabit agẽti poſſeſſorio, & ſi incõtinẽti nõ ꝓ-
F betur? cõſtat nihil obſtare [i], niſi quatenus in pari
teſtiũ cauſa iudex ꝓ eo ꝓnuntiat, qui fidẽ tituli
facit [k]: ꝙ Bar. hîc docuit, & receptiſsimũ eſt: hinc
reſpõdit Alex. eũ, q de antiquiore poſſeſsione ꝓ
bauerit illi pręferri, q recẽtiorẽ etiã cũ titulo o-
ſtẽderit [l], dũ tñ alleget cũ clàm à ſe poſsidere [m].
Hinc & Corn. reſpõdit [n], hoc interdicto nõ eſſe
admittẽdã ſimulationis, aut vſurarię fraudis ex-
ceptionẽ. Sed quid ſi incõtinenti de dominio ſe
ꝓbaturũ reus offerat? & nõ admittẽdũ eſſe Bart.
cẽſuit, cuius ſẽtẽtia Arẽt. receptiorẽ eſſe atteſta-
tur [o], quã etiã Alex. & Soc. alijq́; recentiores ſe-
quuntur,

q Bart. l. j. in prin. de no. op.
r c. ſignificaſti. de diuort. c. ad decimas. de reſtit. ſpo.
s l. j. §. huius. uti poſsid.
t l. patre furioſo. de ijs, q ſunt ſui.
u arg. l. amiciſsimos. §. fin. ff. de excuſ. tut.
x arg. l. & an eadem in fi. de except. rei iudic.
y d. l. j. in fi. d. c. cum dilectus.
z l. ſin autem. in fi. de neg. geſt. l. qui Romæ. §. fi. de uer. obligat.
a l. j. in fi. uti poſsid.
b d. l. j. §. fin. d. c. cum dilectus.
c Peruſ. hic.
d l. meminerint C. unde ui.
e c. j. extra, ut lit. pend.
f Aret. d. l. ſi de eo. §. fin.
g l. j. uer. ſed reformato. C. ſi uim, uel al. mo.
h d. l. j. C. de alio iud. mut. c. examinata. de iud.
i gl. d. l. ſi de ui. in fi. l. ſi de eo. in fi. ꝟ. eod.
K c. licet cauſam de probat. ubi Doctor. Bal. l. qui accuſare. C. de edend.
l Alexan. conſil. lxxxix in v.
m Bar. d. l. ſi de eo. §. fi.
n Cor. conſil. ccxxvij. in iij. uiſo
o Aret. d. l. ſi de eo. §. fin.



quũtur, quoties actor ſimpliciter egit, vt adverſa
rius à moleſtia deſiſtat. cùm. n. nihil petat, ꝙ reſti
tuẽdũ ſit, exceptio *Dolo facis*, &c. locũ ſibi vẽdica
re nõ poteſt, quã rationẽ ſuprà nõ ꝓbaui. Maior
altercatio eſt, qñ actor, qui ciuiliter poſsidet, ad-
verſus naturaliter poſsidentẽ agit, eamq́; natura
lẽ ſibi reſtitui petit. nã tũc nõ pauci cẽſuerũt hãc
dominij exceptionẽ admittendã [a]. videmus. n.
pleriſq; caſibus idẽ cẽſeri, an res ꝑ ſentẽtiã noto
ria ſit, an verò poſsit aliter, ſed cõfeſtim ꝓbari [b].
31 Ego † in hoc quoq; caſu nõ admitti exceptionẽ
dominij arbitror. nã cũ agẽti interdicto recupe-
rãdæ nõ obſtaret, vt infrà videbimus, conſequẽs
eſt, vt nec in hoc interdicto obſtet, quatenus re-
ſtitutionẽ poſſeſsionis reſpicit: fruſtraq́; ſe tor-
quet hîc Soc. dũ ab hac ratione extricare cupit. q̃
ſentẽtia certa eſt, cùm adverſus abſentis defenſo
rẽ reus convẽtus hoc obijceret. Reſcriptũ † enim
32 Antonini omnino hãc exceptionẽ dominij reij-
cit, quę & hoc interdicto locũ ſibi vendicat [c]. Sed
qd dicẽdũ, cùm interdicto recuperãdę agitur, an
ſentẽtia abſolutoria in petitorio lata, qua decla-
retur reũ dominũ, obſtabit actori? & Bart. negat
obſtare: quia ſpoliatus ante oĩa eſt reſtituẽdus [d]:
& qa qua ratione etiã manifeſto pręͅdoni reſtitu
tio fieri debet [e], ea & huic faciẽda eſt, quãvis ĩ pe-
titorio iã ſuccubuerit, ne ſcilicet delictũ ſpoliato
nis ipſi delinquẽti ꝓſit [f]: aliàs nec cumulari hu-
iuſmodi remedia poſsẽt, ſi ꝑ petitoriũ fieret poſ-
ſeſsioni pręiudiciũ [g]. & tñ cõſtat fieri id poſſe [h],
niſi dicas ſecũdum cõmunẽ curſum cauſarũ non
conſueuiſſe reos onus probandi adſumere, & do
minium ſuũ oſtendere. Cęterùm fuere non pau-
ci, qui hac in re ſimpliciter Bar. ſequuti ſunt, quẽ
& ego quibuſdã caſib. ſequor. Primus, cùm quis
abſens ſpoliatus ꝓponit̃. adverſus. n. eius defen-
ſorẽ excipi nõ poteſt, quoniã cõſtitutio Antoni-
33 ni hoc videtur expreſsim ſentire [i], ne † ſcilicet de
iure tertij, qđ probabiliter ignorat, reſpõdere te
neatur. Alter, cùm poſt ſententiã facta eſt huiuſ-
modi deiectio [k]: ꝙ Alex. hîc tradit. Tertius, cùm
exceptio rei notorię nõ ipſo iure actũ infirmat,
ſed ſententiã iudicis expectat [l], vt ſi matrimonio
obijciat̃ adfinitas. expectãda. n. tali caſu iudicis
eſt ſẽtẽtia, licet ſecùs ſit, ſi obijciatur adulteriũ [m].
obiectio. n. adfinitatis in ſecũdo gradu potuiſſet
à iudice diſpẽſari, & ex cauſa negligi [n]: ꝙ in ex-
ceptione adulterij nõ eſt: meritò expectãda fuit
ſententia [o]. Quartus, cùm poſſeſſorium intẽde-
retur, quod à dominio abſorberi non poſſet, vt ſi
creditor, vel qui meliorationes in re fecit, poſſeſ
ſionem iure pignoris ſibi conceſſam ad ſe trahe-
ret [p]. Quintus, niſi reus à dominio ſuo cecidiſſet,
idq́; culpa ſua, vt ſi ĩ Arcadij cõſtitutionẽ incidiſ
ſet [q]. nec enim agẽti recuperãdę obijcere poſſet,
*Dolo facis, qui petis, quod reſtituturus es*: cũ ille nõ ſit re
ſtituturus, huiuſmodiq́; deiectio poſt ſententiã
facta ſit: ꝙ & Claud. hîc docet [r]. Sextus, cùm nõ
cõſtat adhuc ſpoliatorẽ eſſe dominũ, licet offerat
ſe incõtinẽti id ꝓbaturũ. in hoc enim interdicto
nõ admitteretur [ſ], quãvis aliàs paria ſint, an con
ſtet, an incõtinenti cõſtare poſsit, vt ſuprà dixi [t].
enimverò ſaluis ſuprà ſcriptis caſibus, alij cre-
briore calculo in diuerſam iuere ſententiam, vt
exceptio dominij ex ſentẽtia abſolutoria in pe-
titorio proveniens agenti recuperandæ obſtet,
cùm notoria inter ipſas partes ſit [u]: quæ ſenten-
tia & ipſa quibuſdam caſibus certa eſt, & in pri-
mis, quoties de poſſeſſorio, cui cauſa proprieta-
tis coniungatur, tractemus, id eſt in quo neceſ-
ſaria ſit dominij, ſeu tituli probatio [x]. qua ratio-

a gl. d. l. ſi de ui. Bar. d. l. ſi coloni Rai. Ang. Im. Paul. d. l. ſi de eo. §. fi.
b l. fi. ubi Bar. C. ſi ex fal. Alex. l. iiij. §. condẽnatũ. de re iud. Iaſ. l. ait prætor. ĩ fi. prin. de iureiur.
c d. l. j. ubi Bar. c. ſi per uim.
d l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad leg. Iul. de ui.
e c. in literis. de reſtit. ſpol.
f l. meritò. de ui, & ui ar.
g l. fundum. de excep. rei iud.
h d. l. cũ fundũ. de ui, & ui.
i d. l. j. C. ſi per uim. uer. ſed reformato.
K l. meminerint C. unde ui. c. cũ teneamur. de appel.
l c. porro. de diuor.
m c. ſignificaſti. eo tit.
n c. nõ debet. de conſang. & aff. Imo. hic.
o xxxv. quæſt. vj. c. multorũ.
p Paul. Caſt. d. l. ſi de eo. §. fin.
q l. ſi quis in tantam. C. unde ui.
r arg. d. c. cum teneamur.
ſ d. l. ſi coloni. ubi Bar.
t d. l. fi. c. ſi ex fal. ubi Bar.
u c. ueſtra. c. fi. de cohab. cle.
x l. iij. §. hoc autem. de itin. act.

ne beneficiarijs præbendis cùm neceſſarius ſit ti
tulus [y], qui iuſtum poſſeſsioni colorem tribuat,
obſtabit agendi huiuſmodi exceptio [z], ſic & ei,
qui reſtitutionem liberorum aut coniugis petit,
neceſſaria eſt iuris ſui probatio [a]: ideoq́; poſſeſ-
ſorium iudiciũ tali caſu cauſam proprietatis an-
nexam habet [b], vt meritò & hoc caſu agenti ſu-
prà ſcripta obſtet exceptio [c], ſi tamen ipſo iure
proprietas impediatur. Sed & quoties notoriũ
A vitium facti permanẽtis non ſolùm titulo, ſed &
poſſeſsioni reſiſtit, exceptioni locus erit, vt cùm
quis petit decimas in aliena parochia [d]. reſiſtit
enim lex etiam poſſeſsioni, niſi quatenus aut pri
uilegium Põtificis, aut præſcriptio impedimen-
tum ſuſtulerit. Sanè dubiũ quoq; non eſt, poſſe
actorem fauori ſuo renũtiare, & quæſtionem de
iectionis petitorio iudicio poſthabere [e]. qua ra-
tione ſit, vt communis ſententia adverſus Bart.
defendatur, tanquam ſpoliatus, qui maluit peti-
B torium intendere, & ad ſentẽtiã vſq; proſequi,
interdicto recuperandę renũtiaſſe videatur: ſicq́;
hoc caſu limitabitur regula, qua traditũ eſt, ſpo-
liatum ante omnia reſtituendum eſſe [f], quæ &
plurimis alijs caſib. reſtringitur, quorũ aliquos
hîc Alex. & recentiores attingunt. Corſeus lõgè
plures integro tractatu: ego ceu impertinẽtes o-
mitto. Sed quid rurſus conſtituemus in inter-
dicto adipiſcẽdæ? & receptum eſt, abſolutoriam
in petitorio latam agenti poſſeſſorio adipiſcen-
C dæ non obſtare [g], niſi reus incontinenti paratus
ſit de dominio fidem facere [h]: tunc enim obijci
actori poteſt, Dolo facis, qui petis, quod inconti
nenti reſtituturus es [i]. Quid ergo, ſi poſſeſsio
tranlata in rei conventi pœna ſit, & conſtat ex-
ceptioni locũ non eſſe [k]. Quid, ſi abſolutoria la-
ta ſit, quia actor non probauit, non autem ꝙ reus
ipſe dominum ſe oſtenderit? & nequę tunc ob-
ſtare exceptionem Bar. ſenſit. ego ſuprà diſputa
ui. Quid ſi is, qui petit, habet ius retinẽdi, vt quia
D hæres interdicto Quorum legatorum, poſſeſsio
nem retrahat, vt ex lege Falcidia quadrãtem ſibi
retineat [l]? quid in beneficialibus cauſis? & cùm
mixtum id poſſeſſoriũ ſit, videtur indiſtinctè ob-
ſtare exceptionem [m]: quod hîc Bart. ſentit. Pon-
tificijs tamen aliter viſum eſt [n]. Cæterùm illud
quoq; ſupereſt diſcutiendum, an è contrario ſen
tentia in poſſeſſorio lata exceptionem rei iudi-
catæ in petitorio pariat? & traditum eſt, non pa
rere [o], niſi lata ſit in poſſeſſorio, ꝙ cauſam pro-
E prietatis contineat [p]: ꝙ Bart. hîc tradit, verumq́;
eſt, cùm cauſa proprietatis talis eſt, vt plenaria
probatione indigeat: ſicvti interdictum de itine
re reficiendo, in quo non ſufficit dominium inci
denter deduci, ideoq́; ex ſola poſſeſsione præſu
mi, ſed opus eſt principaliter probari [q]. Quòd ſi
plena cauſę cognitio non requiratur, vt in bene
ficialibus [r], vel interdicto de itinere vtendo [s],
tunc ſecùs eſſet [t]: nã & videmus, ꝙ acta summa-
F rij iudicij ſi plena cauſæ cognitio intervenerit,
fidem in ordinario quoq; iudicio faciunt [u], cùm
ſecùs ſit, ſi ſummaria duntaxat cognitio fuerit [x].
Quod ergo in actis receptum eſt, ad ſententiam
quoq; producẽdum eſt [y], qua de re hîc latiùs ab
alijs traditur, & nos alibi docuimus [z]. Secundus
† principalis intellectus eſt, quod hîc Accurſius 34
intelligit, fuiſſe renuntiatum petitorio, idq́; ex-
preſsè, ideoque non prohiberi actorem poſſeſſo
rium retinendæ intentare. qui ſenſus plurimùm
diuinat: nec enim hîc vllum renuntiationis eſt
verbum: non quadrat & ductui ſermonis, nec
quidem rationi, quam Iuriſconſultus adduxit:

L. 12. **Naturaliter.** §. **Nihil cõmune.**

y c. j. de reg. iur. in vi.
z Abb. d. c. in literis.
a d. l. ij. §. quædam. de interdict. l. cum hær. §. fi. ꝟ. eo.
b c. ex tranſmiſſa. c. ex parte. de reſtit. ſpol.
c c. ſignificaſti. de diuort.
d c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in vi. Bal. l. j. in fi. C. de appel.
e c. j. de reſt. ſpol. Bart. l. j. §. ſed & is, cui. de op. no. nunt.
f d. l ſi quis ad ſe fundum.
g l. ij C. de edict. diui Ad.
h ar. l. iij. §. cauſ. de Carb. edict. gl. d. l. idẽ. in fin.
i d. l. dolo. cũ gl.
K gl. l. fi. ff. de rei uend. gl. auth. item poſſeſſor. C. qui pot. in pig.
l l. j. uer. redigũt. ꝟ. quor. leg. ubi Bar.
m l. ij. §. quędã. de interdict.
n d. c. in literis. ubi Abb. gl. clem j. de cauſ. poſſeſ. in glo. fin.
o d. l. & an eadem. §. fi.
p l. j. §. fi de aq. quot. gl. d. l. ij. §. quædam de interdict.
q d. l. iij. §. hoc autẽ. de itin. actúq;.
r gl. cle. j. in fin. de cauſa. poſſeſ.
s gl. l. j. §. j. uerb. uſus. de itin. actúq;.
t l. ſed ſi ante. de except. rei iud.
u Fel. c. cauſ. j. de teſtib.
x l. pe. ff. de ijs, qui ſunt ſui. ĩ gl.
y l. ante pe. ff. de manumiſ.
z l. qui Romę. §. fi. in v. oppoſ. de uerb. oblig.

etenim agi poſſet poſſeſſorio ſecundum hunc
intellectum: quia renuntiatum petitorio eſſet,
non ex eo, quia nihil commune hæc haberent.
Addit Bar.ſi ex renuntiatione petitorij detur ex-
ceptio dominij reo,conſequẽs futurum vt actor
in poſſeſſorio hoc exceptione dominij notorij
a j. intellectu.
excluderetur:ſicq; ſentit agenti interdicto reti-
nendæ obſtare manifeſtam dominij exceptio-
nem:quod verũ eſt,licet ipſemet Bar. ſuprà con-
trarium tradiderit [a],quem ne videatur contraria
incontinenti ſcripſiſſe, ita Soci.defendit, vt hîc
de poſſeſſorio recuperandæ ſenſerit. ego poſſe
eum intelligi, cùm pares ſint vtrinque probatio
b c.licet cauam ſ de prob.
nes,arbitror [b]. Alex. eum de dominio hîc loqui
ait,quod actoris voluntate in reum translatum
eſſet:ſecùs,ſi ſententia iudicis: quam differentiã
25 ego nõ facilè admitterẽ [c]. Videamus † igitur,an
c l.j.C.ſi in cau. iudic.
actor dominus, qui petitorio renuntiat,domi-
nium in reum transferre cenſeatur?& cõſtituen-
36 dum eſt,non cenſeri:quia†dominium abſq; titu
d l.nunquã nu-da.§.tit.j.
lo idoneo non trãsfertur [d]: nam ſimplex renun-
e l.ſi te.C.de ing. man.l.ſicut. ubi Bal.& Corn. C. de rep.hær.
tiatio litis nõ videtur ſufficere:qui enim renun-
tiat,id agit,vt ſe excludat,nõ vt alium includat [e]:
meritò non ideo acquiritur verus titulus poſsi-
f l.ſi quis delegauerit. de nouat.
denti:nã & renuntiatio vim donationis habet [f],
g l.ſuus.C.de re pud.hær.l.elegãter.§. ſi quis. de condic. ind.ubi Bal.iij.not.& d. l.ſicut.
quæ nec præſumitur,nec inducta cenſetur, niſi
quatenus vis verborum vrget [g]:quod in caſu no-
ſtro non eſt.& quamvis is,qui renuntiat,præſu-
matur plerunq; id facere,tanquam malam cau-
ſam ſe habere credat [h], hæc tamen præſumptio
h l.iij.C.de fid. inſtrum. c. per tuas. in fi. de ſimonia.
admodùm certa non eſt,quia potuit id facere o-
dio litium [i].potuit etiam,quia exiſtimaret aliam
viam ſe breuiorẽ habere [k]:ideo lex hanc renun-
i l.quia ad Trebel.
tiationem anguſtè interpretatur [l],vt ex ea exce-
ptio facti , vel doli detur reo,non vt dominium
K l.is,qui deſtinauit. de rei uend.
transferatur [m], cùm & poſsit illud eſſe,vt actor
quidẽ malam cauſam habeat, quia dominus nõ
l ar.l.ſi quis emptionis.§.j de præſer. xxx. ann.
ſit,& tamen reus nec ipſe ſit dominus [n]. Proce-
ditq; hæc concluſio, etiam ſi ſimplex renuntia-
tio non ſit,ſed in vim trãſactionis facta : quia qui
m gl.l.nõ ſolũ. §.ſi liberationis. de lib.leg.
iure tranſactionis renuntiat,non videtur id age-
re,vt dominium trãsferat, ideoq; nec evictionẽ
n l.ſi inter.de except. rei iud.
præſtat [o],ſed duntaxat à lite recedit [p]. Hincque
apparet nihil obſtare,quod aliqui hîc aiũt,etiam
o l.ſi pro fundo. in fi. C.de trãſact.
donatorem,vel hæreditatis venditorem trãsfer-
re dominium,& tamen nõ teneri de evictione [q]:
37 quia † donationis,& vẽditionis natura hæc eſt,
p l.ſi ſuper.in fi. eo tit.
vt dominium trãsferatur.at tranſactionis ſolùm
vt à lite recedatur. quãvis ergo in aliquibus re-
q l.Ariſto.in ſ. de donat.l. ij. in prin.de hær.uel act uen.
nuntiatio à tranſactione differat [r], quod tamen
ad ſuprà ſcriptam concluſionem pertinet, ſecùs
eſt.Rurſus procedit,etiam ſi vltra renuntiationẽ
r l.ſi maritus.§. ſi negauerit.ubi Bar.de adult.
litis promiſerit actor reo habere licere.nec enim
ideo cenſetur dominium tranſtuliſſe,ſed ſimpli
s l.ſtipulatio iſta,hab. in glo. uer. ſucceſſores. de uerb.oblig.l. ſi habere.§.de euict.
citer cauiſſe, ſe non inquietaturum,controver-
ſiamq; non moturum [s].Sed & procedit,etiam ſi
quis renuntiaſſe proponatur propter adverſarij
potentiam,litiumq; execrationem [t]. non enim
t l.iiij.§.non tamẽ. de alie. iud. mut.
ideo videtur rem pro derelicta habere, aut con-
cuſſori illi quicquam donaſſe [u]. quod adverſus
Aret.rectè Soci.cenſuit. Ego maximè hoc caſu
u arg.l iij.C.de repud. hæred.
procedere exiſtimo,cùm non ſit veriſimile,id a-
ctorem egiſſe,vt tali reo quicquam ſui donaret.
x gl.l.ſiue apud. C. de tranſact. Bald.l.j.C.de bo.mat.
Cæterùm & generaliter procedit,ſiue reus non
poſsideret rem,ſiue poſsideret.nec enim renun-
tiatio litis arguit rem ideo fuiſſe dimiſſam, do-
38 miniumq; tranſlatum:cùm † aliud ſit rem trade
y gl.§.ſi ſinus. l.i ſtit.de a[illegible].ubi Iaſ.
re,ſeu dimittere,aliud liti renuntiare [x]. nam &
dimiſsio vim traditionis tunc ſolùm habet,cùm
ab eo fit,qui ad tradendum erat obligatus [y],idq;
in ijs actibus, qui ſui natura translationem do-
minij requirunt:quod in diſtractibus non eſt, vt
z l.nam poſteà. §.ſi petito.ubi Alex.de iureiur.
alibi Alex.docuit [z]. Sed quid,ſi actor dixerit,
ſe rei vendicationi renuntiare?& tunc fuere,qui
a arg.l.oratio.§. de ſpõ.l.j. C.de alie. iudic.mut.
crederent,dominium cenſeri amiſſum, vt Ange.
Pon.Salic. [a]. Sed Alex.Aret.Soci.Iaſon contra-
dicunt:cùm non ideo ipſa vendicatio reo quæra
tur,ſed pacti,vel doli exceptio tãtùm, vt hîc Bar.
b l.ſi ſponſalib. .§.j. de iur.dot.
ait. Ego puto diſtinguendum, vt ſi non ſolùm
A renuntiatio vendicationis , ſed etiam ceſsio in
c glo.l.planè. §. fam.erciſc.
reum poſsidentem eat, incipiat ille tutus eſſe
dominio:nec procedat ſuprà ſcripta cõcluſio [b].
d Bar.l.fin.C.de hęr.uel act.uẽd.
Quòd ſi reus non poſsideat, ſecùs eſt:nec enim
e l.j in fin. pro empt.l. ſi culpa. de rei.uend.
ceſsione actionis transfertur dominium [c], cùm
ceſsionibus dominia non trãſeant, ſed traditio
nibus [d]. Sola ergo erit ſuprà ſcriptæ cõcluſionis
39 limitatio,cùm†non ſolùm renũtiatio litis facta
f l.cum manu. in fi.de contrahen.empt.
eſt,ſed etiam apparet id actum,vt ius, quod quis
in re habet, transferatur , vt quia ceſsio iurium
B poſsidenti facta ſit, vt ſuprà dixi:vel ideo actor
g Bar.l. non ſolũ.§.ſi liberationis.de lib.leg.
renuntiauit,quia litis æſtimationem percepit [e].
habet enim litis æſtimatio venditionis inſtar,cu
h l.j.§. eo in pri.
ius natura eſt trãsferre dominiũ [f]. Idem,ſi actor
i .§.interdum. Inſt.de rer.cauſ.
non ſimpliciter actionem, ſed rem pro derelicta
K l.utiq3.ubi gl. de rei uend.l.fallaciter.C.de abolit.
habere ſe dicat [g]. ſequitur enim,vt reus poſsi-
dens dominium iure gentium per apprehenſio-
nem acquirat [h],cùm hoc caſu retentio vim nouę
l auth.qui ſemel.C.quo.& quando.
apprehenſionis habeat [i]. Sed nunquid indiſtin-
ctè quilibet renuntiare liti poteſt?& conſtat ex-
C cipi duos caſus,quibus non poteſt:alter eſt,cùm
m Dec.l.qui in alt.de reg. iur.
rei intereſt,vt potiùs ſententia feratur [k]:alter eſt,
n Inſtit.dę act.§. æque. uer. ſane. l.j.uti poſsid.
cùm non liti, ſed inſtãtiæ dũtaxat renuntiare a-
ctor vult.non enim poteſt [l]. qua de re alibi. Sed
o arg.l.pe.de leg.commiſ. pc.ex eo de reg. iur.
an renuntiãs liti in exẽplis condemnãdus ſit? at-
tingũt hîc Doct. verùm hæc quæſtio à legis no-
ſtræ materia aliena eſt,ideo alibi diſputanda [m].
Tertius† intellectus eſt nõ abſimilis ſuperiori q, 40
hic tacitè petitorio renũtiatum fuerit: quoniam
† qui vendicationem intendit,ſi deinde ad inter 41
D dictum retinendæ tranſeat, cenſetur vẽdicatio-
q Bal.l.ſicut.in fi.C.de rep.hær. Fel.c.ex tenore. de reſcript.
ni renuntiaſſe:cùm vendicatio arguat poſſeſsio-
nem penes reum eſſe [n], interdictum verò penes
agẽtem.Nec igitur videatur actor ſibi cõtrarius,
r l. de ætate.§. qui tacuit. de interrog.act.Alex. hic.
cenſetur priori iudicio renuntiaſſe [o], receptaq;
communiter hæc ſentẽtia eſt, quę tamẽ aliquot
declarationes habet . Prima,vt † tum demùm I.
procedat,cùm reus interdicto cõvẽtus fatetur a- 42
ctorem poſsidere.ſi enim negauerit,ſecùs eſt, ne
s l.cum de inde bito de prob.
cõmodum ex eo,quod negauerit,ferat [p]:idemq;
E ſecũdum aliquos,ſi expreſsè quidem non nega-
t Fel.c.capitulũ. de reſcrip.c. cũ olim.de teſtib.
uerit,ſed contumaciter diſsimulauerit [q], nec fa-
teri voluerit [r]. idemque & certiùs,ſi non ſolùm
negauit,ſed etiam de mendacio eſt convictus [ſ]:
vnde & regulariter traditum eſt, eum † qui poſi 43
tionẽ ſibi factam negarit,non poſſe ex ea ſe fun-
u Bar.l. poſt legatum. de ijs, quib.ut indig.
dare [t].Quid verò,ſi iudex ipſe ex officio hoc fa-
ciat [u]?Quid,ſi in teſtimoniis ſe funder,quę ſuper
poſitionibus negatis percepta ſunt?alibi attingi
tur [x].Hinc cõſequẽs eſt,nõ†videri eũ ſibi cõtra- 44
x Ange conſil. clij.Alex. clxxiij.in v.
F riũ,qui adverſus propriã cõfeſsionẽ agit,ſi ea ab
adverſario fuerit impugnata [y]. quod & in actis
y Bal.l.ſi quis teſtib. C.de teſtib.
iudiciariis receptum eſt [z]. Idemq; in eo,qui ad-
verſus appellationem ſuã aliquid feciſſe argua-
z gl c.cũ ueniſſent.uerb. obtulit.de eo,qui mitti.
tur [a]: quod multò magis procedit,ſi ſentẽtia ſe-
cundũ impugnãtis intentionẽ lata ſit [b]. & ex iis
a Doct.c. gratũ. de offic.deleg.
colligitur ratio, cur ſuprà ſcripto caſu videatur
petitorio renuntiatum,& non poſſeſſorio. Di-
b c.mulieri. de iureiur.gl.auth. item poſſeſſor. qui pot. in pig.
xiſſet enim aliquis , cùm qui petitorio agit,ad-
verſarium poſſeſſorem conſtituat, conſequens
eſt,vt ampliùs interdicto retinendæ experiri ne-
queat,



queat,cùm ſua ſponte poſſeſsionem amiſerit [a].
a arg.d.l.pen.
Sed reſpondetur,cùm reus fateatur poſteriorem
actoris intentionem,& eum poſsidere adfirma-
uerit,potiùs ſumitur cõiectura abrenuntiati pe-
titori:ideoq; ferenda erit in petitorio abſoluto-
ria ab obſeruatione iudicij, ſeu quia actor habet
b §.ſi Inſtit.de perp.& tempo. act.
rem,quã petebat ſibi reſtitui [b],ſeu quia reus ipſe
non poſsidet [c]:in poſſeſſorio verò ferri non po-
c l.ſi.de rei uẽd. Feli.c.pe. de except.
terit,quia ſtat ſimul actorem poſsidere,& tamen
reo ius turbandi competere [d]: vel adhuc iudici A
II. non liquere, quatenus ratione damnorum con-
demnandus ſit reus [c]. Secunda † declaratio eſt,
45 vt ſi quis ſciens ſe poſsidere,nihilominùs cœpe-
d Bar.l.j.§.ij.& §.ſi.uti poſsid.
rit rem vẽdicare,non poſsit ampliùs interdicto
e d.l.ſi duo.eo. tit.Bart.§. cõbinat.j.
experiri,tanquam poſſeſsioni renũtiauerit, quæ
vel ſolo animo amitti poteſt [f].Addit Bart.ratio-
f d.l.ſi quis ui.§. differentia.
nem,vt ſicvt nũtiatione noui operis verbo facta
g l.j.§.in operis. l. de pupillo.§. meminiſſe. de op.no.nunt.
amittitur poſſeſsio [g],ita & fortiùs per iudicij pe
titorij exercitationem:quæ ratio haudquaquam
tuta eſt,cùm conſtet nuntiatione per prætorem B
facta poſſeſsionem non amitti [h]: at huic magis
46 vẽdicatio iudicialis ęquiparãda eſt. Vnde†Imol.
h d.§.meminiſſe.
Pont.Iaſ.alijq; recẽtiores in diuerſam ſententiã
trãſiuerunt,quoniam lex noſtra expreſsim dicit,
non videri poſſeſsioni renuntiaſſe,qui rem ven-
dicauit,violantq; eam, qui ignorantiam actoris
ſomniant,aut reſtringũt,rationẽque à Iuriſcon-
ſulto ſubiectam pervertunt,qui reſpectu diuerſæ
poſſeſsionis actum interpretantur.Adducitur &
alia ratio : nam ſi vendicando quis renuntiaſſe C
poſſeſsioni cenſeretur,conſequens eſſet, vt indi
i d.§.æque.d.l.j. §.perpetuo. uti poſsid.c examinata.de iudic.
ſtinctè poſſeſſori rei vẽdicatio competeret:quod
tamen falſum eſt [i].Poſſet defendi Bar.ſententia,
cùm priùs intẽtatum eſſet poſſeſſorium retinen
dæ adverſus reum,qui ſe poſsidere cõtendebat:
ſi enim deinde petitorio conveniatur, confeſsio
tacita actoris petitorium intẽdentis, cum rei in-
K arg.l.ſi qui ante.§.eo.
terdicto conventi exceptione concordans, ſibi
præiudicaret,vt poſſeſsio renuntiata videatur [k]:
III. ſecùs ſi reus ſe poſsidere non adſereret. Sed D
47 † quid,ſi reus actoris intẽtioni non acquieuerit,
ſed rem vẽdicanti obiecerit,dominum eum non
eſſe?Et Raph.aliiq; recentiores nihilominùs ad-
huc cenſeri poſſeſsioni renuntiatum arbitran-
48 tur:quia†faciliùs illa,quàm dominium, amitti-
l d.l.ſi quis ui.§. differentia.
tur [l].Addit Alex.atq; Aretin. poſſeſsionem amit
m l.quod meo. §.ſi furioſo.§.eo.
ti etiam ſi traditio ſecundum transferẽtis inten-
n l.ſi iure.de leg. iij.
tionem effectum non ſortiatur [m], cùm tamen ſe-
cùs ſit in dominio,aliiſq; rebus,quę iuris magis,
quàm facti ſunt [n].At Iaſon contrariæ ſententiæ E
auctor eſt.quia ſicvt quando priùs intẽtatum eſt
petitorium,non cenſetur ei renuntiatũ,niſi reus
agẽti interdicto retinendæ acquieuerit, vt ſuprà
Bart.diſtinxit:idem & hoc caſu dicendum eſt,vt
o glo.§.in rub.
contrariorum eadem ſit diſciplina [o].Ego diſtin-
guẽdum arbitror, vt neceſſe ſit reum eatenus ac-
quieuiſſe rem vẽdicanti,vt fateatur actorem non
poſsidere,ideoq; rectè quantum ſit ex hoc capi-
te agere poſſe:ſicq; vera ſit Iaſonis ſententia : re-
ſpectu verò alterius capitis , quo actor domi- F
nium ad ſe pertinere ait,nihil neceſſe ſit ei reum
acquieſcere,ſicquę aliorum ſententia intelliga-
tur.nec enim tunc vlla eſt contrarietas, nec do-
minium quicquam reſpectu poſſeſsionis infert.
49 Hinc conſequens eſt alia concluſio , vt † agens
p l.mater decedens. de inoff. teſt.l.tres fratres.de pact.
petitorio non videatur renuntiaſſe poſſeſsioni,
ſi ignorabat ſe poſsidere, vt quia per alium poſ-
ſideret:nec enim ignorãs videtur renuntiare iu-
q l.ſi.pro ſuo.
ri ſuo [p]: probabilis autem eiùs eſt ignorantia,
qui per alium poſsidebat [q]: & qui per alium
poſsidet, ſola renuntiatione poſſeſsionem non L.12.
amittit,ſed ita demum , ſi alius eam appræhen- Naturaliter.
dat [r]. Sed † & quoties conſtare eum oblitum
eſſe, videtur propter obliuionem poſſeſsionem
ſemel amiſſam fuiſſe [ſ], ideoque ampliùs perdi, §. Nihil cõmune.
aut renuntiari non poſſe,cùm † obliuiſcens ani-
mum poſsidendi non habeat,qui animus huius IIII.
rei magiſter & auriga eſt [t]. Non facilè autem 50
credẽdum eſt omnino memoriam exoleuiſſe [u],
A niſi temporis diuturnitas acceſſerit [x]: faciliusq; 51
r l peregrè.§. quibus.§.eo.
in rebus mobilibus obliuio obrepit, quæ viliùs
s l.ſi id,quod.§. eod.
æſtimantur,quàm in ijs,quæ ſoli ſunt [y], vt ad-
t l.iij.§.in amittenda. §.eod.
verſus Bart.hîc receptum eſt. Sanè † aliam de-
clarationem addit infrà Bartol.nempè ante litis
conteſtationem non capi præſumptionem re- V.
nũtiationis [z],cùm potuerit actor mutare volun- 52
u l.iii.§.Nerua. §.eo glo.l.ſi is, qui.§.eo.
tatem [a],non autem iuri ſuo renuntiare. Ego &
illud controverti poſſe video, vt quod hîc di-
x d.l.peregrè.§. eod.
citur renuntiatũ petitorio cenſeri,reſpectu dun-
B taxat inſtantiæ intelligatur,tanquam tacitè hu-
y arg.l.ſi rẽ mobile[illegible].§.eod.
iuſmodi renuntiationes vim ſuam extra illam
inſtantiam non porrigant [b]: quod & non abſi-
z Bart.§.in iiij. combin.
mili caſu Innoc.prodidit [c]. ſi enim contingeret
a l.is,qui ſe obtulit. de rei u[illegible].
in interdicto ſuccumbere,non deberet cõfeſsio
b l.qui familia. famil.erciſ.
per ſentẽtiam reprobata illi eſſe damno [d]: quod
& ſatis ſentit Bart.dum rei conſenſum requirit:
c Innoc.c.cum ueniſſent. in fi. de teſt. Fel.d.c. capitulum.
quo caſu vix eſt,vt ſuccumbere actor poſsit [e].
Sexta eſt declaratio,vt† concluſio procedat,vi
deaturq; petitorio renuntiatum,ſi conſtet reſpe
C ctu eiuſdem poſſeſsionis interdictum retinendę VI.
propoſitum fuiſſe: ſecùs,ſi reſpectu diuerſarum 53
d d.c. mulieri. gl.d.auth.item. poſſeſſor.
poſſeſsionũ,vt quia vendicauerim à te corpora-
liter detinẽte,interdixerim , quia verè & ciuili-
e l.j.infra,de confeſ.
ter ego poſsiderẽ.q, infrà [f] videbimus. Hinc ap-
paret,facilè reddi concluſionẽ hãc eluſoriã:quia
f v. intellectu.
actor ne videatur renũtiaſſe,ſemper dicet diuer-
g l.ſi quis intentione.de iudic.
ſarum poſſeſsionũ reſpectu ſe egiſſe, cùm ad eũ
ſuæ intẽtionis declaratio pertineat [g], vt meritò
& hic intellectus ſit reiiciendus,qui non ſat quã
D drat verbis,diuinatq; quatuor modis,ſecundum
omnes ſuprà ſcriptas declarationes . Quartus
†intellectus eſt,q, hîc actor vendicare rem cœpe-
rat,cùm eam nõ poſsideret,cuius tamen poſſeſ- 54
ſionem deinde,pendente lite,adeptus eſt: nihil
impedit,quin eius poſſeſsionis reſpectu interdi
cto retinendæ agere poſsit.Hinc adnotandũ eſt,
licet res poſt litis conteſtationem ad actorẽ per-
venerit durare tamen adhuc iudicium, non qui-
dem reſpectu reſtitutionis rei [h], ſed ratione frũ-
h l.ſin autem.§. j. de rei uendic.
E ctuum [i], & vt ſuper dominio declaretur,adeò
i l.utique.l. ſi à bonæfidei. eo. tit.l.ſi ſeruus. iud.ſolui.
vt re evicta,poſsit reo eſſe cõſultum,vt actio pro
pter evictionem ſibi competat. Addũt Caſtr.A-
lexand.Iaſonq; poſſe actorem,ad quem res per-
venit nihilominùs petere, vt declaretur domi-
nus:quod ex Vlpiani reſponſo plerique adfir-
mant [k].Verùm † Vlpianus loquitur, quando res 55
ad reum, lata demum ſententia pervenit, non
l l.ſi à te.§.ſi quis fundum. de except. rei iud.ubi Bart.
autem antè ad actorem, qui eſt caſus noſter.Ad-
de, quòd modicæ vtilitatis erit hæc declaratio.
F reſpectu enim tertij nullum pręiudicium facit,
quia res inter alios acta,reſpectu rei nõ multum
ei nocet,quia iã à poſſeſsione excidit, & quam-
vis rem repetenti opponi dominii exceptio o-
mni modo poſſet. vnde probabilis eſt opinio
Bartol. hîc,qui ſimpliciter eum,qui conventus
eſt,hoc caſu ait reſpectu rei ipſius abſoluendum
eſſe. quod maximè procedere aiunt Pontificii,
ſi abſque dolo res apud reum non eſſet,idque iu
dici liqueret,prius quàm de iure actoris quicquã
cõſtaret.Nec enim rei abſolutionem differre de-

bet, vt interim de iure actoris cognoſcat [a]. quam
ſententiã & Pontanus hîc ſequitur, cùm rei ven-
dicatio agẽti nullo modo competit, vt quia nõ
ſolùm is, qui convẽtus eſt, non poſsidet, ſed nec
tertius, verùm ipſe actor duntaxat: quod & alij
tradiderunt [b]. Sed & actor ſciens eum, quem
convenit, non poſsidere, ſe ipſum, non alium
decipit [c], fruſtraque tali iudicio declarari ſe do-
minum petit. Addunt Alexand. Imol. & So-
cin. [d], ſi reus, qui liti ſe obtulit, poſt litem con-
teſtatam neget ſe poſsidere, ſuper petitorio pro-
cedi non poſſe, & conſequenter actorem domi-
num non eſſe declarandum [e]. quę ſententia vera
eſt, quicquid hac in re controvertat Aretin. Sed
an alio iudicio principaliter poteſt quis hoc pe-
tere? & conſtat poſſe [f]: ſed hoc iudicium propriè
rei vendicationis non erit, quod aliqui docue-
56 runt [g]. Quintus † intellectus eſt, hîc amitti poſ-
ſeſſorij petitorijq́; concluſum, quando diuerſis
reſpectibus intentantur: vt, quia agam vendica-
tione adverſus te naturaliter poſsidentem, expe
riar interdicto, quia ciuiliter poſsideam [h]. ap-
probantque hunc communiter Doct. Reſtringit
tamen contextus verba, qui ſimpliciter non re-
nuntiari poſſeſsioni ait per vendicationem, nec
poſſeſsionem ciuilem à naturali diſtinguit, diui
natque etiam aliquo modo, cùm diuerſos hoſce
reſpectus inducit. Reddit & caſum non abſque
dubitatione, cùm non decidat, quid in dubio ſit
cenſendum. Sed & id facit, vt ratio à Iuriſconſul
to adducta videatur non cõcludens, cùm non i-
deo admittatur concurſus, quia nihil commune
habeant, ſed quia diuerſo reſpectu hæc remedia
intendantur. Rapha. ergo, & Put. & Iaſon, alijq́;
recentiores in caſu dubio hîc loqui Iuriſconſul-
tum interpretantur, vt poſsit vtrunq; remedium
concurrere, tanquam diuerſis reſpectibus inten-
tatum videatur: quæ ſententia probabilis eſt, et-
enim certiſsima eſt iuris regula, intẽtionem am-
biguam ſecũdum actoris vtilitatem interpretan
dã eſſe [i]. Ideo ſi dixerit, ſe intendere petitorium
& poſſeſſorium, fiet interpretatio, vt diuerſis re-
ſpectibus videantur intendi, adeò vt ſi vtilius ſit
actori cum petitorio egiſſe ad ciuilem poſſeſsio-
nem, & interdicto ad naturalẽ, qui caſus eſt con-
trarius ſuprà ſcriptæ poſitioni: adhuc tali decla-
rationi ſtetur: quod hîc Alexand. tradit. Quam
tamen hîc limitat Bartol. niſi coniecturæ vrgerẽt
in contrarium, id eſt (vt Alexand. declarat) ſi ex
probationibus appareat, de qua poſſeſsione in
ſpecie ſit actum. ex probationibus enim claris
intentio dubia declaratur [k]. Idem, ſi aliter res ſit
clara: nec enim in claris locus eſt coniecturis [l],
velvti ſi à lege ipſa fiat declaratio. Secundum ſu-
prà ſcriptam Raph. ſententiam rurſus limitatur,
quãdo ambiguitas ex eo oritur, quòd multiplex
cauſa potuit ſubeſſe. non enim eſt ſtandum de-
clarationi actoris, per quam vltra vim verborum
adverſariũ omnino ſummoueat [m], ſed potiùs de
ea actum cenſebitur, quæ præcedebat [n]. Subijcit
Bar. & in hærede actoris limitari, qui non poteſt
intentionem auctoris ſui declarare [o]: quouiam
ea, quę meri facti ſunt, ad hęredes nõ tranſeunt.
quod verum eſt, niſi hæres tunc declararet, cùm
nullum inde detrimentum reo induceretur [p].
quod quomodo fieri poſsit, Alexan. & Iaſon hic
docent. Vel etiam ſi damnum aliquod rei eſſet,
dum tamen ex veriſimilibus cõiecturis hæc de-
claratio induceretur [q]. Addũt Socin. & quidam
alii, quoties dubitatio ex facto ipſo oritur, tũc a-

a d.c. examinata. ubi Feli. & c. Rainald. in gl. penitis. de teſta.
b Imol. & Felin. d.c. examinata. & c pe de except.
c l. nam & ſi actor. de rei uendic. Matheſil. not. cxxxviij.
d in iiij. combinatione.
e l. qui petitorio uerb. fruſtrà de rei uend. l. is, qui ſe obtulit. cum glo. eo. tit.
f arg. l. iij. §. miſſum. de Carb. edic. Dec. c. j. in fi. de cõſ. util.
g Guid. Pap. quæſt. ccxix.
h l. j. §. interdictum. j. uti poſſid. l. clam. §. fi. j. eo.
i d. l. ſi quis intentione. de iud.
k Innoc. c. cum dilectus. de ord. cogni. Alex. l. ici re. in fi. princ. de uerb. oblig.
l l. continuus. §. cũ quis. de uerb. oblig. l. ille. in fi. de leg. iij.
m l. duobus. §. igitur. ubi Bart. de iureiur.
n l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de interrog. act.
o l. v. §. fi. in glo. de rei uend.
p l. ſi qs à filio. §. pen. de leg. j. Bar. l. inter ſtipulantem. §. j. de uerb. oblig. Roma. Put. hic.
q d. l. inter ſtipulantem. §. j. ubi dixi.

ctoris declarationi ſtandum non eſſe [r]: quod &
Alex. reſpondit [s]: ſed huiuſmodi ego locis ſuis
tractanda relinquo [t]. Cæterùm adverſus ſuprà
ſcriptum intellectum argumentantur Doct. cùm
enim tã interdicto, quàm vendicatione reſtitua-
tur poſſeſsio naturalis, ſicq́; eadem ſit vtriuſque
iudicii executio, videtur non admittẽdum con-
curſum [u]: ſed reſpondendũ eſt, tunc non admit-
ti cõcurſum, cùm executio principaliter in vno
A facta, in alio liberationem induceret: quod alibi
docui [x]. ſecùs, ſi non principaliter, ſed in quan-
dam conſequentiam idem effectus inducere-
tur [y], vt Put. Iaſon, alii recentiores hîc tradunt,
qui eſt caſus noſter. Petitorium enim principa-
liter ad declarationem dominii intenditur, poſ-
ſeſsionemq́; iure dominii abſumit: interdictum
turbantem ſimpliciter coercet, & eo tantùm ca-
ſu naturalis reſtitutionem deſiderat, quo natu-
ram interdicti recuperandæ habet [z]. Addit Bar-
B tol. poſſeſsionem in vendicatione reſtitui offi-
cio iudicis, quod de nobili intelligendum eſt: eo
enim omnes executiones fiunt [a]. Quòd verò
reus ceſſat à turbatione, videtur iuris actionis in
factum induci, quæ principaliter ex interdicto
oritur [b]. Nec tamen negat Bart. ſi reus obduret,
militari manu compellendum eſſe. quod officio
nobili exercetur [c]. Difficiliùs illud defendi po-
teſt, quod idem ait, poſſe iudicem officium ſuũ
non imperriri, executionemq́; petitorii non fa-
C cere: quod durũ hoc caſu videtur, quod adeò fir-
mum eſt ius actoris, vt etiam actione in factũ pro
executione iudicati vti poſsit [d]. debet enim iu-
dex imploranti officium ſuum, illud exhibere [e]:
aliàs appellari poteſt [f]. Nec quicquã facit, quòd
pars habeat aliud remedium, nẽpe interdictum
retinendę, ad cuius exercitationem trãſiit: quia
non ideo impediri debet auxilium executiuum,
quod ſecundum communem curſum cauſarum
citiùs expeditur, & certiùs [g], & quia nihil com-
D mune ſimul hæc habent, vt hîc dicitur: aliàs ſen-
tentia petitorii fruſtra ferretur, ſi executione, q;
ad iſtud caput attinet, careret.

EXPLICITIS Interpretationibus legis
noſtrę, diſputãt hîc Doct. † quomodo, & quibus 57
caſibus poſsit petitorium poſſeſſoriumq́; iudi-
cium eodem tempore exerceri? referũturq́; tres
diuerſæ veterum ſententiæ: alii enim, vt Azo &
Ioan. nũquam hæc iudicia concurrere exiſtima-
rũt: alii, vt Petr. & Cyn. Trãſalpiniq́; cæteri, ſem-
E per concurrere [h]: alii, vt Mar. quem communi-
ter noſtrates ſequuntur, idem, vt concurrant, ex-
cepto interdicto retinendæ. Mihi verior videtur
Tranſalpinorum ſententia, quæ legis noſtrę ex-
preſsis verbis adiuuatur, quam qui contradicũt,
non tam interpretantur, quàm pervertunt. Nec
me mouẽt ſex illæ regulæ, quas hîc abſque dele-
ctu Bart. inculcat: quia ſuperiùs omnes confuta-
tæ ſunt firmiſsimis argumentis. Proſequamur
tamen materiam aliquot axiomatis, quę Bartol.
F inepto vocabulo combinationes vocat. Prima
combinatio eſt, cùm idem, qui propoſuit pe-
titorium, deinde etiam poſſeſſorium inten-
tat, & † videtur in interdicto adipiſcendæ hoc 58
concedendum eſſe: nec enim vlla ſubeſt con-
trarietas, cùm vtraq; actione ſupponamus reum
poſsidere: quod duobus modis hîc reſtringitur.
Primùm, vt non procedat, quoties hæc remedia
electione tollerẽtur, vt cùm quis vult petitoriũ
ex vna cauſa proponere, & poſſeſſorium ex alia
illi repugnante: velvti cùm interdicens ait, teſta-
mentum

r d. l. v. §. fi.
s Alex. con. ſi. l. v. in v. Dec. c. cõſuluit. ij. de appel.
t d. l. ſi quis intẽtione. j. ubi. Curt.
u l. j. in fi. ſi fam. ſur.
x d. l. edita.
y arg. l. ſi quis nec cauſ. ſi cert. per.
z Bar. l. j. §. interdictũ. in fi. uer. circa primum. uti poſsid.
a l. iubere. de iuriſd. om. iud.
b § fi. Inſtit. de interdict.
c Bar. d. §. interdictum. in fi. d. l. iubere. in fi.
d l. intra. de re iudic.
e l. iiij. §. hoc autem de dam. infect.
f Bart. l. j. de iur. omni. iud.
g l. ſed ſi ante. ubi Bar. de except. l. j. ui bo. rap.
h Petr. §. æquè Inſt. de act.



mentum valere, & vendicans negat vt teſtamen
tum valere, ſed in vim codicillorum tantùm ſu-
ſtineri [a]. Si ergo tanquam ex teſtamento hæres
& vendicaret, & interdiceret, nulla ſubeſſet con
trarietas: qua de re ſuprà. Rurſus reſtringitur, ſi
iam in cauſa vendicationis cõcluſum eſſet: quod
lex pontificia tradit, addita ratione, ne lites liti-
bus inculcẽtur, & via fraudibus aperiatur [b]. Ad-
dit Bartol. aliam rationem: quia ſi concluſum eſt
in cauſa, probationes faciunt rem notoriam [c]:
at exceptio notoria dominij obſtat agẽti huiuſ-
modi interdicto, vt ſuprà vidimus: cuius rationi
vt locus ſit, oportet ſupponere dominiũ ab ipſo
reo probatum eſſe, tanquam ipſe onus probandi
(quod rarum eſt) adſumpſerit [d]: oportet & ſup-
ponere id in ea in ſtantia factũ, quę appellatione
non poſſet ſuſpendi [e]. Aliàs enim ſicvt ſententia,
quæ non tranſijt in iudicatum, non dicitur rem
notoriã facere [f], ita nec cõcluſio in cauſa facit [g].
ſicque reſtringit Iaſon, alijque recentiores hanc
Bart. ſententiam. Ego cum Alexand. ſentio, arbi
trorq́; ſufficere, etiam ſi poteſt eſſe appellationi
locus. non enim ideo minùs dicitur iudici res
liquida [h], licet propriè notoria dici nequeat: hoc
que videtur ſufficere, vt dominium iudici mani-
feſtũ in petitorio proſit reo ad excluſionem poſ-
ſeſſorij, hoc caſu, quo abſolutoria lata in petito-
rio parit rei iudicatæ exceptionem in poſſeſſo-
rio [i]: quod ſuprà vidimus [k]. Sanè nec tunc vi-
dentur huiuſmodi remedia concurrere, cùm cer
tus poteſt eſſe actor, vtra actione experiatur.
59 quoniam † lex ait petitionem hæreditatis & in-
terdictum Quorum legatorum tũc concurrere,
cùm incertum eſt, vtrùm quis pro legato, vel pro
poſſeſſore poſsideat? ſentitq́; hoc admittendum
nõ eſſe, ſi certum id ſit [l]. Sed certè, qui agit, ſem-
per incertus eſt, & dubius eſt litis evẽtus [m], ibiq́;
Iuriſconſultus non ſpeciali caſu, ſed generali ra-
tione argumentatur, quemadmodum ſolemus,
inquir, quoties, &c. Nec incertitudo adiuuare a-
ctorem adverſus regulas iuris debuit. cur enim
non interrogauit reum, vt ab eo certior fieret [n]?
nec reo vlla culpa imputari poteſt, ſi non reſpon
dit, cùm interrogatus non fuerit, vt meritò nihil
in eius damnum, qui iuris cõmunis regula tutus
erat, ſtatui debuerit [o]. ſatius ergo eſt ita inter-
pretari, vt nihil ſpeciale in eo caſu ſit: quod Pe-
trus Cynusq́; cenſuerunt [p], licet alij vno ore, &
hîc & alibi contrà ſentiãt, procedatq́; textus ille
ea ratione, quia petitorium poteſt cum poſſeſſo-
rio cumulari. Nec obſtat, q; abſolutoria in vẽdi-
catione pariat rei iudicatæ exceptionẽ in poſſeſ
ſorio: ideoq́; non videatur admittendus cõcur-
ſus [q]: quia non procedit argumentum hoc caſu
duplici ratione: prima cùm ſecundum iudicium
poteſt veriſimiliter citiùs expediri, quàm pri-
mum, quòd præiudiciale eſſet, tũc non prohibe-
tur accumulatio [r]. etenim poſſeſſorium tãquam
ſumariũ celeriùs expeditur: quod intelligit So-
cin. ſi nõ de eodẽ facto tractetur. etenim poſſeſſo
rium à petitorio diuerſum eſt: quòd ſi idem ſit fa
ctum, nihil refert, quòd celeriùs poſsit ſecũdum
expediri [s]. Secunda, cùm primum iudiciũ ſecun-
dum cõmunem curſum cauſarum non eſt prę iu-
diciale, non impeditur accumulatio: in caſu aũt
noſtro abſolutoria nõ parit exceptionem domi
nij, niſi reus onus probationis adſumpſiſſet [t]:
quod ſecundũ communem cauſarũ curſum non
eſt: ſicq́; Bar. cenſuit. Quæ rationes quamvis nul
la certa lege probentur, vt hîc Alex. oſtẽdit, com

a l. ſi de codicil. C.
b c. paſtoralis. de cauſa poſſeſ.
c glo. c. ſignific. de teſtib.
d l. circa. de probat.
e l. j. C. ne lic. in una cau. ter.
f Abb. c. cum olim. ij. de uerb. ſignif. Iaſ. l. admonendi. dixi l. j. q. j. Bar. de op. no. nunt.
g l. ſi rem. in fi. de euict.
h c. fin. de empt. ord. do. Card. iiij. not. & c. ueſtra. q. x. & xxxj. de cohab. cler.
i Bart. auth. at qui ſemel. uer. quæro, an alia inſtantia. C. de probat.
k §. j. Intellectu.
l d. l. j. §. quia autem. quo leg.
m l. quod debetur. de pecul.
n l. cogi. C. de pet. hær. l. q poteſt. §. de iureiu.
o l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. de iur. dot.
p in d. l. adita.
q d. l. fundum. cũ ſeq. de excep.
r d. c. paſtoralis. d. l. ſed ſi ante.
s l. interdũ. cum glo. de pub. iud.
t d. l. circa.

muniter tamen approbatæ ſunt [u]. nec enim, vt
impediatur cumulatio, ſatis eſt, vt abſolutoria in
primo præiudicet ſecundo, ſed oportet vice ver
ſa condemnatoriam in ſecundo eſſe præiudicia-
lem primo [x]. At certo certius eſt, cõdemnato reo
ad dandam poſſeſsionem non fieri præiudiciũ
reſpectu proprietatis [y]. Sed quid in poſſeſſo-
rio recuperandæ dicemus? & in eo quoq; cõſtat
admitti cõcurſum [z]. Nec obſtat regula præiudi-
A cii [a]: quia (vt diximus) veriſimiliter celeriùs ex-
pediet poſſeſſoriũ: ideoq́; exceptio dominii ex
petitorio provẽtura nihil impediet, cùm adhuc
de eo non conſtet. Nec † etiam obſtat regula ele 60
ctionis [b], tanquam qui patiatur in iudicio recu-
perandæ diſcuti de dominio, ſibi in interdicto
præiudicet [c]. hoc enim verum eſt, cùm is, qui de-
iectus eſt, ſpoliatori cõſentit, non cùm idem, qui
deiectus eſt, rem vendicat, & inſuper interdicto
agit. nõ enim hoc facere videtur, vt iura ſua per-
B imat, ſed potiùs, ius iuri addat, ne inducta ad
augmentum diminutionem adferant, vel pręter
agentis intentionem fiat deterior ſua cõditio [d].
Qua ratione ſequitur, idẽ eſſe ſiue priùs petito-
rio, egerit, ſiue poſteriùs: quod ſequenti axioma
te Bart. tradit. Minùs obſtat, quod hîc Rapha. ait,
ſemel intentata rei vendicatione, non eſſe actori
concedendũ, vt ab ea deſiſtat, & ad interdictum
tranſeat [e]. Reſpondeo, non deſiſtit, qui adhuc li-
tigat, licet noua, & ſibi vtiliore actione experia-
C tur: quod Odof. cenſuit [f]. Addit Alex. ſpeciale
hoc eſſe in ſpoliatoris odium, vt ad interdictum
tranſire poſsit, petitoriumq́; ſuſpendere [g]. Atqui
idem eſt in alijs interdictis [h]. Quomodo ergo in
hoc ſpeciale eſt? ſubiicit Iaſon hoc concedi acto-
ri huic, quia ex cauſa ad interdictũ trãſit. Atqui
lex nouella hãc cauſam nihil curat, ſed actori im
putat, qui non rectè cœperit [i]. Sed quæ vtilitas
eſt, vt ſuſpẽſo petitorio deiectus ad interdictum
tranſeat? & Bart. videtur ſentire, ſi in poſſeſſorio
D obtinuerit, conſequẽs eſſe, vt etiam in petitorio
obtineat, quãvis ſe dominum nõ probet [k]. cùm
enim per interdictũ reſtituẽda ſit ſibi poſſeſsio,
conſequẽter habebit & poſſeſsionis cõmodum,
quod eſt, vt alio nõ cõſtituto, qui poſsidet, etiã
dominus præſumatur [l]: ideoq́; ferenda erit ſen-
tentia definitiua in eius fauorem, non autem ab-
ſolutoria ab obſeruatione iudicii, vt Iaſ. credi-
dit [m]. Quòd ſi pro reo ſit præſumptio validior,
quàm nudæ poſſeſsionis, vt quia de iure cõmuni
E intẽtionem ipſam fundatam habeat, idemq́; eo
caſu tractetur, in quo conſtitutioni Cęſarũ locus
non ſit [n], tunc ſecùs eſſet reusq́; in petitorio ob
tineret [o]: quod Pontificia epiſtola traditum eſt,
quæ non de titulo ſacerdotii loquitur, vt Iaſ. cre
didit, ſed de eligendi iure, quod etiam abſq; titu
lo præſcriptione acquiri poteſt [p]. Idem, ſi reus
de dominio ipſe probauerit [q], niſi tamen actor
præſcriptione longiſsimi temporis tutus eſſet
[r]. Sanè, quod ad poſſeſsionem retinendę attinet,
F ſuprà ſatis & ſupèr diſſeruimus.

*Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.*

Videamꝰ aliud axioma, tractemusq́;, quid † iuris 61
cùm vnus petitoriũ, alius poſſeſſoriũ deinde in-
tẽta? Et in interdicto recuperãdę cõſtituẽdũ pro
regula eſt, priùs cauſam poſſeſsionis finiendam
eſſe, & tãtiſper à petitorio ſuperſederi, quia ſpo-
liatus ante omnia reſtituendus eſt [s]: quod in o-
dium ſpoliatoris indictũ eſt, qui hac quoq; pœ-
na adficiendus fuit, vt exemplo cæteris ſit, qui
præpropera & intẽpeſtiua auctoritate vtuntur [t],

L. 12.
**Naturaliter.**
**§. Nihil cõmune.**

u Iaſ. §. præiudiciales. Inſtit. de act.
x Bart. d. l. fundum. Alex. hic.
y d. l. & an eadem. §. fi.
z d. l. cum fundus. de ui. d. c. paſtoralis.
a d. l. fundum.
b d. §. eligere.
c c. j. de reſt. ſpol. in vj.
d d. l. ſi quis intentione d. l. nõ ſolet.
e auth. qui ſemel. C. quo. & quando.
f Riminal. l. edita. C. de eden.
g cle. j. de cau. poſſ. l. j. C. de Carb. edict. ubi Iaſ.
h d. c. paſtoralis Bar. ſeq. memb.
i d. auth. qui ſemel.
k l. uis eius. C. de pb. l. liberis. §. fi. de lib. can.
l §. commodum Inſt. de interdic.
m l. properandũ. §. & ſi quidẽ. C. de iudic. ubi Alex. Feli. c. pę. de except.
n l. ſi quis in teſtam. C. unde ui.
o c. cum eccl. ſutrina de ca. poſ.
p c. cõiultationibus de iur. patr.
q c. ſignificauerunt. de teſtib.
r l. ſi quis emptionis. §. ſed hæc ſuper. C. de præſcr. xxx. ud xl. an.
s d. l. ſi quis ad ſe fundum.
t cle. j. de cau. poſ. Ab. c. ex cõqueſtione de reſt. ſpol.

tamen etiam vt hoc ſit deiecti ſolatium, ne aliàs
nudus contendat [a]: nec refert, quod reus ſit con-
feſſus poſsidere: quia (vt infrà videbimus) lici-
tum ei eſt revocare confeſsionem, vt quod dictũ
eſt, inductum ſit [b]. Non procedit cõcluſio tribus
62 caſibus. Primus cùm † vis poſt acceptum vendi-
cationis iudicium facta allegaretur. tunc enim
non ideo petitorium ritè inchoatum [c] ſuſpende
tur, ſed vtrunque iudicium procedet: quod ex
Conſtantini lege traditum eſt à Bar. [d]. quę tamẽ
ſentẽtia dubia eſt: quoniam maiore odio dignus
eſt, qui, pendente lite, ſpoliauit, qui iudici quo-
que iniuriam fecit [e]. vnde & videmus maiore
pœna eum adfici [f]. Et ſicvt appellans benefi-
cium procurationis amittit, ſi adverſarium ſpo-
liauerit [g]: ita & vendicans debet id perdere, ne
interim audiatur, dum quæſtio ſpoliationis du-
63 rat: idque Aret. probat. Ego † legem Conſtantini
ĩ duplici iudicio loqui ſcio, in quo intererat ſpo
liati, vt etiam ſuper petitorio cognoſceretur, vt
inde definiri poſſet, quantus agri modus in pœ-
nam ei aſsignandus eſſet: aliàs ſi reus velit priùs
de poſſeſsione cognoſci, ſuſpendiq́; petitoriũ,
puto audiendum eſſe [h], regulæque ſuprà ſcriptæ
adhærendum, idque maximè, ſi ceu attentata
revocari, quæ geſta ſunt, velit. nec enim dubium
eſt, officio iudicis rem ablatam confeſtim reſti-
64 tuendam eſſe [i]. Alter † caſus eſt, cùm actor rem
vendicat tanquam à reo ciuiliter poſſeſſam, reus
interdicto agit, tanquam naturali poſſeſsione
ab actore fuerit ſpoliatus. tunc enim, quia di-
uerſis reſpectibus agitur, vtrunque iudicium
procedet [k]. Sed Raph. & Iac Put. diſſentiunt:
durat enim & hoc caſu ratio regulæ, nempe pri-
uilegium ſpoliati in odium prædonis, vt ante
omnia reſtituatur. Nec me mouet reſponſio Ia-
ſonis, quòd id priuilegium non operetur, niſi
reſpectu eiuſdem poſſeſsionis, non autem di-
uerſæ: nam falſum hoc eſt ſaltem iure Pontifi-
cio [l], quod Alexand. Claud. alijque recentiores
poſt Butrium tradiderunt. Tertius eſt caſus, ſi
poſſeſſorium inducatur, poſtquam lis iã in peti-
torio cõteſtata ſit. cùm enim exceptio ſpoliatio
nis dilatoria ſit [m], non poteſt poſt conteſtationẽ
litis obijci [n]: & ſi non permittitur exceptio, mul
tò minùs videtur concedenda eſſe actio [o]: & ita
Alex. Aret. Iaſ. poſt Bart. tradiderunt: ſed tamen
Pontificij crebriore calculo diſſentiunt [p], quos
& Raph. Caſtrenſis, Puteus hîc ſequuti ſunt, quo
niam lex Pontificia expreſsè hoc caſu admittit,
vt vſque ad concluſionem in cauſa poſſeſſorium
poſsit intentari [q]: cuius ratio generalis eſt in o-
dium ſpoliatoris, vt meritò non ſit credendum,
in beneficialibus duntaxat cauſis, aut quę ad au-
lam Romanam devolutæ ſint, procedere [r]. Sua-
det hoc & ratio: nec enim tam facilè impeditur
id, quod actioni ſufficit, quàm quod exceptio-
nem ſolam parit: & ideo quamvis exceptiones
litis finitæ ſi ad differendum inducãtur, debeant
ante litem conteſtatam proferri [s], non tamen i-
dem eſt in actione, cuius natura eſt, vt arbitratu
actoris proponatur. Addit Iaſon, ſicvti actori cõ-
ceditur, vt accumulato vendicationi interdicto,
petitorium iudicium ſuſpendatur [t], ita & reo
cõcedẽdum, ne deterior ſit eius conditio [u]. Et ſi
dixeris, actori faciliùs cõcedi, vt petitoriũ, quod
ipſemet intentauit, ſuſpendat, quàm reo, cùm fa
ciliùs iuri, quod facto noſtro quæſitũ eſt, renun-
tiemus, quàm quod ope aliena conſequuti ſu-
mus [x]: reſpondeo, odiũ ſpoliatoris ęquè vtroq;

a c.j.de reſt. ſpol.in vj. b l.is.qui ſe obtu lit.de rei uend. c l.qui cum maior.de bo. lib. in princ. d l.ſi conſtiterit. C.fin.reg. e c.bonæ.ubi Abb.de appel. f d.l ſi quis in tantã cum d.l.ſi conſtiterit. g gl.c. non ſolũ. de appel. in vj. Bal.l. præſcript. C.ſi contra ius. h d cle. j. i d.c.bonę.Rot. deciſ.xiiij. in nouiſ. K arg.intellect. per c.ex conqueſtione.de reſt. ſpol. l c.ſi.de ord. cog.c.itẽ ſi quis. de reſt.ſpol. m gl.ij.q ij.c.ij. n l.ſi. C. de excep.c.inter.de re iudic. o l.j.de ſuperfic. p Innoc. Paul. de Eleaz. Io.de Leg. Abb.d.c.ex conqueſtione. Rrt.deciſ. cv.in nouiſ. q d.cle.j.ubi Card.Io.And. r Abb.d.c. paſtoralis. glo.pe. d.cle.j. s l eleganter.§. ſi quis.de cond. ind. t d.c.paſtoralis. u l. non debet. de reg.iur. x l. cũ hi.§.plane. de tranſact. glo.l.ſi.C.qui pot.in pig.

A B C D E F

caſu militat: ideo & æqualis debet eſſe deciſio.
Defendetur tamen ſentẽtia Bartoli eo caſu, quo
de ſpoliatione obiectum, non iure actionis, ſed
via exceptionis ſit: quod Põtificij tradiderunt [y],
probabilisque eſt ſententia: tametſi in hoc quo-
que aliqui contradicant, quia dilatoria poteſt
etiam poſt litem conteſtatam opponi, ſi poſt
eam ſit orta [z], idque etiam ſi facto opponentis
ſupervenerit [a]: quicquid hîc Alexand. commi-
niſcatur. at hæc exceptio petitorii ſuſpenſiua,
tum demum naſcitur, cùm interdictum propo-
nitur, quòd poſt litem conteſtatam factum eſt.
Sed reſpondet Aretinus, quòd cùm reus potue-
rit à principio facere, vt naſceretur, perinde eſt,
ac ſi ante litem conteſtatam nata eſſet [b]. Con-
tradicit & Andr. Siculus [c], alijque recentiores:
quia exceptio dilatoria, quæ cauſam ſucceſsi-
uam, ſeu tractum habet, ſemper poteſt oppo-
ni [d]. at hæc ſpoliationis huiuſmodi videtur eſſe.
Sed reſponde falſum id eſſe, cùm ſemel nata ſit
hæc exceptio, non autem quotidie naſcatur [e].
Sanè ſubiicit Bartol. nec tunc reum ſpoliatum
reſtitui, aut audiri, cùm petitorio conventus ad-
ſeuerat ſe poſsidere. qui enim poſsidet, non eſt
deiectus. Si igitur interdicto experiatur, erit re-
pellendus, tanquam contraria allegauerit [f]. quæ
ſententia dubia eſt, cùm ad eam diuerſitatem re-
ſpiciẽdum non videatur, quæ ex exceptionibus
depræhendatur, cùm licitum ſit reo contrarias
exceptiones opponere [g], nec ſuper exceptione
quis regulariter condemnetur [h]. nam & cùm
diuerſa hæc iudicia ſint, ſuprà dixi nihil referre,
quòd quis ſit contrarius [i]. Sed quid, ſi nihil
adſeruit, quia non fuit interrogatus, an poſside-
ret? & tũc admittetur, vt interdicto experiri poſ-
ſit, & in petitorio poterit ferri ſentẽtia, qua reus
abſoluatur, quia nõ poſsidet, & nihilominus a-
ctor declaretur dominus [k]: quod hîc Bartol. ſen-
tit. Ego accepi, quoties actor ſciens reum non
poſsidere, ab eo rem vendicauit, non poſſe hu-
iuſmodi ſententiam ferri, ſed ſimpliciter abſol-
uendum reum [l]. qua de re ſuprà quarto intelle-
ctu. Sed quid iuris erit in interdicto adipiſcen-
dæ? & Bartol. per illud impediri petitorium iu-
dicium, quo adverſarius experitur, exiſtimat, id-
que propter contrarietatis, idemque ordinis re-
gulam: quod non procedit, ſi diuerſæ poſſeſsio-
nis reſpectu agatur, vt ſuprà in quinto intelle-
ctu vidimus. Item non procedit, ſi reus poſt li-
tem cõteſtatam proponeret id interdictum. ceſ-
ſat enim regula ordinis: quia exceptio ꝙ priùs
de poſſeſsione cognoſcatur, eſt dilatoria, vt ſu-
prà vidimus: ergo poſt litem conteſtatam non
poterit opponi. Obſtaret tamen regula contra-
rietatis, ſi in ipſa conteſtatione reus confeſſus ſit
ſe poſsidere: eſſet enim ſibi contrarius, ideoque
repellendus [m]: ſicq́; Bar. cenſuit, quem cæteri ſe-
quuntur. Petr. tamen & Cyn. indiſtinctè non im
pediri mutuo concurſu hæc iudicia exiſtimarũt,
quorum ſententia mihi videtur verior, vt qua ra
tione in perſona eiuſdem tolerãtur [n], eadem &
in diuerſis: quod & ſuprà in interdicto retinẽdæ,
tractauimus: ideoq́; non hîc repeto. Cæterũ pro-
ſequitur Bar. quid † in caſu contrario dicendũ ſit, 65
cùm vnus primò interdictum propoſuit, adver-
ſarius deinde vendicationem? & cũcludendum
eſt idem, quod ſuprà diximus, vt interdictum re-
cuperandę, impediat petitorium, quia ſpoliatus
ante omnia eſt reſtituendus [o]: quod procedit
non ſolùm, ſi petitorium excipiendo inducatur,
ſed

y Arch.d.cle.j. ij opp.Abb. d.c. ex cõqueſtione. z l.ij.C. de conſor.eiuſd.lit.c.inſinuante de off. deleg. a Bar.l.j.de except. Fel.d.c.inſinuante. b l.ſi quis ita hæres inſtituatur. de hæred. inſtit. glo.ſi.c.paſtoralis.de except. Abb.c. cum ſpeciali de appel. c Barb.d.c.ex conqueſtione. d l.j.ubi glo.& Doct.de feri. Felin.c.accidens.ij. ut lit. nõ cõteſt. e Aret.l.ita demum.in fin. de procur. f l.j.C. de fur.c. ſolicitudinem. de appel. g l.nemo.de except. h gl.l.ij.§.pe de adult.Bald.c.cũ dilectus.de ord. cog. i ꝟ.in poſitione caſus arg.§. noſtri. K l.ſi à te.§.j.de except.rei iud. l l.nam ſi actor. de rei uendic. Math. m d.l.j.C.de fur. n d.§.quia autem. o d.l.ſi quis ad ſe fundum.



ſed etiam ſi agendo. quod hîc Bar. tradit, ſupraq́;
diximus etiam reſpectu diuerſarum rerum locũ
habere [a], quicquid hîc Iaſon comminiſcatur. Ad-
de, id etiam facta reſtitutione procedere, nec te-
neri eum, qui ſemel ſpoliatus fuit, & reſtituitur
adverſario ſuper dominio contendenti reſpon-
dere, niſi tanto tempore poſſederit, quanto de-
iectus manſit [b]. Quod intelligendum eſt, niſi ple
naria reſtitutio ſit facta fructus impenſæque, i-
temq́; omne quod intererat, reſarcitum iam eſ-
ſet [c], idque (vt Bald. ait) ad vltimum vſque qua-
drantem [d]. Sed quid, ſi conſentiente ſpoliato
fuerit iudiciũ petitoriũ cœptum? & refert qua-
lia fuerit hic conſenſus. ſi enim renuntiatum eſ-
ſet poſſeſſorio, tunc ſine dubio ſuper dominio
duntaxat cognoſceretur [e]. idem, ſi conſenſerit
ſpoliatus, vt reus quæſtionem dominij referre
in tali iudicio poſſet [f]. idem, ſi pactus fuerit, non
agere tali iudicio poſſeſſorio: verba enim & hoc
caſu clara ſunt [g]. ſi verò ſimpliciter permiſerit ſe
reconveniri, tunc ſuper vtroque erit proceden-
dum: priùs tamẽ ſuper poſſeſſorio iudicãdum [h].
& quamvis mutuæ petitiones regulariter eodẽ
tempore iudicentur [i], tamen hoc non obſerua-
bitur, quoties priùs de poſſeſsione in iudicio re-
cuperandæ conſtaret: nec enim diutiùs differe-
tur ſententia, vt expectetur, quid in petitorio ſit
iuris [k]: quod rectè Pontificij tradiderunt [l]. Sed
quomodo conſenſus ſpoliati probabitur? & nõ
videretur admittenda hæc exceptio, ſi per ſolos
teſtes probaretur, tãquam nõ videatur ille ſpõ-
tè conſenſiſſe [m], cùm nec coram iudice, nec co-
ram notario, aut conſanguineis, quorum præ-
ſentia metus præſumptio eliditur [n], id factum
proponatur [o]: an & quòd huiuſmodi probatio
altiorem indaginem requirit, ideoque videtur
ab hoc iudicio ſummouenda [p]? quod alibi diſ-
putaui [q]. Quòd ſi verba conſenſus renuntia-
tionem petitorij inducant, an & poſſeſſorio re-
nuntiatum videbitur? & hæc apud Pontificios
videnda ſunt [r], noſque ſuprà attigimus ea quæ-
ſtione, an exceptio dominij notoria hoc in iu-
dicio agenti obſtet [s]. Addit hîc Aretin. quoties
ex eventu petitorij pendet, an perſona agens
interdicto, ſtare in iudicio poſsit, tunc differri
reſtitutionem [t]. Sed quid cenſebimus, cùm
quis priùs interdictum retinendę propoſuerit?
& conſtat eum, qui deinde vendicationem pro-
ponit, reijciendum. vendicando enim fatetur ſe
non poſsidere: at litigando in interdicto Vti
poſsidetis, contrarium ſentit: qua de re ſuprà ſa-
tis dictum eſt. Excipiuntur tamen tres caſus.
Primus, cùm diuerſis reſpectibus actum eſt. Al-
ter, cùm reus vendicationẽ intendit, priùs quàm
lis in poſſeſſorio conteſtata ſit. nec enim ante li-
tem conteſtatam cenſeretur contendere, ſeu ad-
ſerere ſe poſsidere. Tertius, quando iudicium
petitoriũ proponitur pro poſſeſsione, quæ poſt
litem conteſtatam amiſſa ſit. quæ omnia ſuprà
tractata ampliùs non repeto. Vnum illud notan-
dum eſt, quod Bartol. ſubijcit, eum qui petito-
rium poſtea proponit, cenſeri poſſeſsioni, de
qua priùs litigabat, renuntiaſſe: & ideo feren-
dam eſſe ſententiam pro primo, tanquam ille ſit
potior in poſſeſsione. cùm enim cenſeatur ſecũ-
dus etiam liti & inſtantiæ renuntiaſſe [u], non
videtur poſſe definitiuam ferri, ſed ab obſerua-
tione iudicij duntaxat liberãdum actorem, quia
reus liti renuntiauerit [x]. Sed reſponde, verum
id eſſe, niſi adverſarij interſit, vt definitiua po-

a d.c.ſi.d.c.item ſi quis. b c.j.c. tandiu. iij.q. ij. Abb.c. uenerabili.de off.deleg. c c.accedens.ij. ubi Abb. not. pen. ut lit. non cõteſt.Cur.Iun. conſi.xlj.in ſi. d Bald c.cõquerente.de reſt. ſpol. e c.j.de reſt.ſpol. f Alex. cõſi. lxxvij.in ſi.ij. cxiij. v. g l.ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. h Abb.c. ij.eo. tit.in ſi.Socin.d. c.cõſi. lix.iij. i c. cum dilectus de cauſ.poſ. K c.j.de mut. pet. l c. ij.de cau. poſſ.& j.uideb. q.iiij.Bar. m c.ij.de reſt. ſpol. n l.tranſact. C. de tranſact. Socin.conſi. lix. in iij. o c.iij.de reſt. ſpol.j. p l.iij.§.ibidem. ad exhibend. q l.dum te.C.de tranſact. r c.j.c.ij.c.iij. de reſt.ſpol. s ꝟ.j.lectura. t l.ſi res.C.de ord.cog. ubi Bald. u Bar. ꝟ.iij.lectur. x l.properandũ §.pe.C.de iud.l. j.C.quãdo prouoc. non eſt neceſ.

A B C D E F

tiùs feratur, putà ob damni reſtitutionem: quod
poſt Bald. Aretin. hîc tradidit [y]. poteſt enim in-
ſtare, vt vlteriùs procedatur, ſi integrè ſibi ſatiſ-
factum nõ ſit [z]: quod & alij hîc docuerunt. Quid
verò, cùm eodem tempore vnus petitorium, a-
lius poſſeſſorium proponit? ſatis ex ſuprà ſcri-
ptis declaratum eſt. Subijcit Bart. ſi eodem tem-
pore vtrinque interdictum, & vendicatio pro-
ponatur, debere ſemper priùs cognoſci in poſ-
ſeſſorio [a]. Quod dupliciter reſtringendum eſt:
in primis, vt admitti poſsit cumulatio, ſi vterque
adſumat onus probandi ſuper vtroque, petatq́;
nõ adverſarium condemnari ad reſtituendum,
ſed ſimpliciter ius ſuum declarari: quod Caſtr.
tradidit [b], defendique poteſt: quicquid hîc Ia-
ſon cenſuerit. Ruſus reſtringẽdum eſt in incor-
poralibus, in quibus procedunt petitiones quã-
vis contrariæ [c]: quod hîc Iaſon, Ruin. cæterique
adverſus Aretinum diſputant. Et hæc quidem
Bar. vij. cõbinationibus non indiligenter diſpu-
tauit, quamvis tamen non ideo omnes attigerit
caſus, qui controverti hac in materia poſsint.
Quid enim, ſi vnus, & idem poſſeſſorium recu-
perandæ intendit, accumuletque aliam actionẽ?
qualis eſt condictio ex canone redintegranda [d],
vel vi bonorum raptorum, vel actiorem crimi-
nalem ex lege Iulia de [e]. Quid, ſi interdicta i-
ſta commiſceat, vt quia agat recuperandæ, item-
que retinendæ poſſeſsionis cauſa? vt enim Iaſon
hîc ait, videtur concedendum, ſi tamen diuerſis
reſpectibus agatur [f]: quod & à Caſtrenſe reſpõ-
ſum eſt, cùm quis & retinendæ & adipiſcendæ
interdictũ propoſuiſſet [g]. Idem & Bald. tradidit,
cùm quis ex lege Iuſtiniani ſe mitti in poſſeſsio-
nem tanquam hęredem ſcriptum peteret: quod
remedium adipiſcendæ eſt, & ex ciuiliſsima
poſſeſsione à ſtatuto translata, vel retinendæ,
vel recuperandæ poſſeſsionis cauſa experire-
tur [h]. Quid, ſi vnus aliquod interdictum propo-
ſuiſſet, adverſarius aliud? vt enim inquit Bald.
videtur hoc paſsim concedendum [i], excepto
tamen interdicto recuperãdę, in quo nullus eſt
reconventioni locus, niſi ex eodem interdicto
alterius ſpoliationis cauſa [k]: qua de re latiùs a-
pud Orianum diſputatum extat [l]. Ruſus prin-
cipaliter dubitat Bart. an † caſibus quibus ſuprà 66
concluſum eſt non concurrere ſuprà ſcripta iu-
dicia, neceſſe ſit opponi exceptionẽ? an verò e-
tiam ea non oppoſita reus ſit abſoluendus? &
cõcludit, exceptionem omnino obijciendam [m]:
quia aliàs reus cenſeretur conſentire, qui con-
ſenſus ſibi pręiudicaret: ſicvt videmus & in con-
tumacia, quæ conſenſum fictum habet [n]: proce-
ditque concluſio, quoties ratione ordinis impe-
diatur cumulatio [o]: ſemper enim obijcienda
eſt exceptio. Vnde quod vulgò dicunt Pontifi-
cij, per iudicium poſſeſſorium ceſſare petito-
rium [p], intelligitur, ſi pars opponat, vt rectè
Claud. hîc docet, qua exceptione oppoſita, non
poſſet iudex, etiam ſi ex ſtatuti, vel reſcripti for-
ma liberum ampliſsimumque arbitrium habe-
ret eam reijcere: quod idem Claud. diſputat, &
alibi traditum eſt [q]. Procedit etiam concluſio,
ſiue ea ratione impediatur cumulatio, quia ab-
ſolutoria vnius præiudiciũ alteri faceret [r], ſeu
quia electione vnius alteri renuntiatum cenſe-
retur. cùm enim nõ cogatur quis eligere, niſi ad-
verſario opponente, quod Cin. tradidit [s], con-
ſequens eſt, vt antequam opponat, admittatur
cumulatio. Quæ ſententia certiſsimè procedit,
quoties

L.12. Naturaliter. §. Nihil cõmune.

y Bal.l. poſtquã liti. C. de pact. z l.ſi reus.de procur. ubi Bartol. Claud. Ripa. Mod.Repet. a l.j.§.huius.uti poſid.l.inter litig.de iudi.l.mater.C.eod. b Paul.l.ſi de uſ. de iudic. c Bal l.j.§.pe.C. de cad.tol. d c.reintegrãda. iij.q.j. e l.j.ff. ui bo. rapt. f Iaſ.Lud.Rom. hic. in iiij. combinat. g Paul.conſi. lxxviij. uidetur dicendum.in ij. h Bal.rub.extra de cõſuetud. Alex.l. in ſuis. de lib. & poſth. i Bal.l.incerti.q. xj.C. de interdict. k c.ſi.de ord.cognit. l Lanfr.Orian. rep.rub.de cauſ. poſſeſſ. m c.cum dilect. de ordi. cognit. n l.l.ſi.C.de ann.excep. o l.ſi mancipiũ §. j. de euic.ubi gl.& i l. ij. com. diuid. p Doct.ex conqueſtione.c. lit. ubi Abo. j. no. de reſt.ſpol. q Felin.c.j.de conſtit. r l. fundi.l.generaliter.de excep. s Cin.l.ſi.in j. opp. C. com. de leg.

quoties actiones origine non ſunt contrarię,ſed ſolùm exactione tolluntur[a],vel exercitatione ſola ſe mutuò impediunt[b].tunc enim ſemper opponenda eſt exceptio[c]. Quando autem id fiat, declarat alibi Bart.[d].Idem, quoties earum natura eſt,vt per ſequentem tollatur prima[e]. intelligitur enim ita demum tolli,ſi pars oppoſuerit[f]. Sed tamen neq; hæc perpetua ſunt. Quid enim, ſi ſuprà ſcripto caſu nō vna poſt aliam, ſed eodē tempore intendantur? & cùm non ſubſit ratio, cur vna magis,quàm alia extinguatur,valebit tū quoq; iudiciū,niſi pars opponat:quod Bart. hîc cenſuit[g]. & ſicvt in cōtumacē id admitteretur[h], ita & in eum:quia non opponendo cenſetur cōſentire.Et hęc quidem ſecūdum regulam procedunt.Excipitur ille caſus,quo non eſt exceptio-
67 ne opus,cùm † ratione contrarietatis impeditur cumulatio. etenim proceſſus talis ipſo iure eſt nullus[i],poteſtq; iudex libellum ſibi repugnantem lacerare[k].qui enim contraria proponit, ſeipſum excludit[l].
68 Hinc eſt,quòd † ſi de actionibus agatur,quæ origine ſint contrariæ, vna propoſita,alia quæ deinde proponatur,nō ſubſiſtet, tanquam iam perempta[m]: quia per huiuſmodi electionem tollitur alia ipſo iure[n]. qui igitur aliam deinde proponeret,cenſeretur de facto agere,non debet autem iudex de facto agentem audire:quod alibi à me declaratum eſt[o].Quid rurſus,propoſitis ijs duabus contrarijs actionibus, ſuper altera dūtaxat proceſſerit, videbitur libellum correxiſſe[p]: & ideo ſuper ea,quā perſequutus eſt,obtinebit[q]:& quod hîc rectè Bart.tradit: quoniam libellus non cenſebitur nullus,cùm tacitè correctus fuerit, quicquid Aret. hîc diſſentiat.Sed & ſi cōtrarietas non eodē in iudicio,ſed in diuerſis ſit? Fuere aliqui,qui opus eſſe exceptione crederent:quod alibi attingitur[r]. Illud certū eſt,acta in primo iudicio, in alio eſſe exhibenda,etiamſi inter eaſdem perſonas, & ſub eodem iudice ageretur[s].quod Bart.hîc cenſuit, & ſequūtur cęteri,& ceu notatu dignū Matheſil.[t] commēdat.nam quod vulgò dicitur, acta productione aliqua non indigere[u], & rurſus actis rem effici manifeſtam[x], intelligitur in eodem iudicio:in alio verò ſecùs eſt,vt hîc oēs docent. Sed & caſibus,quibus non natiuitas,ſed exercitium impeditur,neceſſariam eſſe exceptionem ſuprà docui[y].Addunt aliqui, eum qui contraria proponit,audiendum quoque eſſe,ſi ea non coniunctim,ſed alternatim proponat[z]: cui ſententiæ conſequens eſt, vt idem ſit, ſi conditionaliter[a] propoſita fuerint:qua de re alibi[b]. Sanè quoties iuris interpretatione contrarietas illa ordine cōpetenti accipi poteſt, non eſt reijcienda intentio[c].Dixerit aliquis, cùm libelli verba etiam impropriè accipiantur,vt ſuſtineri poſsit[d], cur coniuncta in cōtrarijs pro diſiuncta non accipitur[e]? Reſponde, non fieri talem interpretationem in iudicijs,quoties reus redditur incertus, quē lex voluit omnino certum fieri,vt ſciat, contendere an cedere debeat[f].Illud non omittēdum, haud-
69 quaquam † neceſſarium eſſe, vt res explicitè opponat,ſed ſatis eſſe,ſi generaliter,ſeu ſimplici cōtradictione libello non adſentiatur: quod rectè Decius ex facto reſpondit[g]. Sed quid,ſi iudici delegato mandauerit princeps,vt cognita cauſa poſſeſsionis,de proprietate quoque deinde cognoſceret,& ille de proprietate priùs cognouit, quia pars non opponebat?& Alexand.Iaſonque proceſſum nullum eſſe ipſo iure exiſtimarunt[h]:

a l.Aurelius.in §.de lib leg.l.reſcriptum·§·ſi pacto.de pact.l.nō ſolū de rei u·d. l ſi cū·§·eū,qui. quod met. cau. Aret.hic.
b gl.l.j.§.de fur.
c l.exceptio. de prob.l. peremptorias.C.ſen.reſcind. nō poſ.
d l.j·§·unde quęritur.de pub.
e l.ſi filius.j.reſp. de minor.
f l.poſtquam litig C.de pact. Bart.hic.
g arg.l j·§·quia autē.quor.leg.
h d l.ſi C.de ann.excep.
i c.exhib.de iud. c.imputari.de fid.inſt.
k gl.l j.§.de off. aſſeſ.
l l j·§·ſed ſi alius.quādo. app. ſit.l. ubi repug. de reg.iur.
m l.ſi.C.de cod.
n l.§d in hęr. §. eligere. de trib. l.cū filius·§·nat. de leg.ij.l.nemo ex ijs·§·quoties. de reg iur.
o l.ſi Titius.de uerb.oblig.
p l.edita.C.de edend
q d l.ſi.C.de an. except.
r l huiuſmodi. § ſi de leg j.& in l.ordinarij.C. de rei uendic.
s l. cū antea.C. de arbitr.
t not.clxix.Alex. cōſi. lxxxij.in j.
u c.quoniā contra de prob.
x l.geſta.C.de re iudic.
y d.l.Aurelius. d.l j.
z l.Papinianus. §.ſi quis.de inoffi.teſt.
a l.qui de inofficioſo. eod. tit. d.gl.
b dixi d.l.edita. c.l.ſi res.ubi Bal. C.de ord.cog.
d l.ſed & ſi·§·itē circa uero.de iureiur.
e l.ſi Titio.de uſus.leg.
f l.j.de edend.c. j.de libel. oblat.
g Dec.conſil. lxxxiij.
h c.uenerab.de off.deleg.

quia forma mandati obſeruata non eſſet[i]: ſed contraria ſententia alijs placet,tanquam iuriſdictio delegati de re ad rem prorogata conſenſu partium videatur[k]: & ſic remiſſa cenſeatur illa forma, quæ fauore impetrantis erat inducta[l], idque & mihi placet,ſi de conſenſu, ſeu prorogatione appareat, aliàs ex ſolo ſilentio non eſt credendum formæ literarum voluiſſe impetrantem derogari[m]. Subſequitur Bart. diſputatque,
A nunquid † in iudicio poſſeſſorio lis ſit conteſtanda?& videtur non conteſtanda:vt ſicvt per con- 70
tumaciam transfertur poſſeſsio abſque conteſtatione[n],ita & principaliter, cùm de ea agitur, transferri per ſententiam poſsit. Sed certè aliud eſt per interlocutoriam ſinere quem in poſſeſſione eſſe:aliud ipſum poſſeſsionis iudicium definire:qua † ratione,vt per negligentiam, perdi- 71
tur poſſeſsio[o]: & tamē per contumaciam,quoties definitiuè iudicandū eſt,non perditur, cùm
B à regula non ſit temerè recedendum, qua traditum eſt,ad diffinitiuam non,niſi lite conteſtata, procedendum eſſe[p]. Quæ regula & in poſſeſſorijs iudicijs locum habet[q], cùm ſententia in eis lata,ſit definitiua[r].Plus ergo vrget, quòd in huiuſmodi iudiciis admittuntur etiam, qui legitimam perſonam non habent[s]: ſed quamvis exceptio perſonæ ſit ſublata, non eſt conſequens, vt ideo & ordo qui iudicii ſubſtantiam reſpicit, ſublatus ſit[t].Dubium autem non eſt, litis con-
C teſtationem cardinem eſſe,& fundamentum totius iudicii. Meritò ergo receptiſsima eſt ſententia,in iudiciis poſſeſſoriis neceſſariā eſſe[u]: ideoque ſi agatur interdicto retinendæ, lis conteſtāda erit[x]. Nec mouet, quòd † hoc iudicium eſt 72
duplex, & quòd actore abſente ferri poſsit definitiua[y].Reſpōdeo,eſt duplex,poſtquam comparuit vterque,petitioneſque in iudicio porrexit:tunc enim actor, qui litem proſequi detrectat,cogi poteſt,vt litem cōteſtetur: aliàs perin-
D de proceditur,ac ſi lis verè eſſet conteſtata:quod ſingulari iure lex nouella induxit.nec enim poteſt lis conteſtari,niſi vtroque præſente[z]: aliàs potuiſſet actore abſente ad diffinitiuam procedi:quod falſum eſt[a]. Meritò ergo non videtur reum conventum interdicto retinendæ,qui non alium ſtimulauit. ſed ipſe ſtimulatus eſt, pro actore habendum,nec legi nouellæ hoc caſu locum eſſe. Idem quoque dicendum eſt, interdicto recuperandæ actum ſit[b]. & tunc enim lis
E conteſtabitur: quod & Pontificii manifeſtè ſenſerunt[c],tametſi Bald. non vno in loco hoc caſu Gulielmum ſit ſecutus[d], & odio ſpoliatoris non eſſe neceſſariam cōteſtationem ſcripſerit[e]: quæ ſententia reiecta eſt.Idem etiā in interdicto adipiſcendæ proditum eſt[f]. Addunt aliqui,&, cùm quis ex canone redintegrari ſe petit[g]. Adiicit Bartol. concluſioni in interdictis quoque exhibitoriis locum eſſe[h].Videamus † nunc,qui- 73
bus caſibus locus concluſioni non ſit: & in pri-
F mis Bartolus non procedere ait,quoties adverſus incertam perſonam ageretur, vt cùm quis tanquam hæres mitti ſe in poſſeſsionem poſtulat[i]: cui conſequens eſt, vt ſi quis confirmari ſe in poſſeſsione petat, & adverſus neminem vnū agat, haudquaquam neceſſaria ſit conteſtatio: quod Cinus ſimpliciter ſenſit,cùm actor nihil ſibi dari,aut fieri petit.talis enim intentio adverſus certam perſonam non eſt[k]. Rurſus non procedit, inquit Bartolus, cùm lex iudicium ſummatim cognoſci iubet, ſententiaque in eo lata,

i l.diligenter. mand.
K c.cū olim de of.deleg.
l c.fi.§· fin autē eo tit.
m d.c.uenerab. Bal.C.de ſentēt.
n l.ſi quis ius.§. pen.C.de præſcrip.xxx.
o l.furtum.§.j. tit.j.
p l.prolatā C. de ſent.
q l.properandū. §. fin autē reus. C.de iudic.
r gl.j.in fi.l. C ſi de moment.
s l.fi. C.qui leg. perſ.
t gl.d l.prolatā.
u l.j.§.neceſſario.ſi uen.no. mul.
x §.hodie.Inſt. de interdict.
y auth.qui ſemel.C. quo. & quando iud.
z arg.l j.C.de lit.conteſt.
a l.& poſt. in fi. de iudi.
b l.fi.C.ſi per uim.
c d.c.ij.ut lit.nō conteſt.
d ar.l.ſi quis ad ſe.uer.protinus. ad l.Iul.de ui.
e Bal.q.accuſatus.uerſi.xv.
f l.fi. quorū leg. in gl.in uerb.interdicto.
g iij.q.j.redintegranda. ubi Archid.Iaſ.hic.
h gl.l.locum.§. ſi t.bula.de tab.exhib.
i l.fi.C.de edict. diui Ad.tol.
K Cyn.auth. ſi omnes.in fi.C.ſi min. ab hæred. Bar.con.fundo



lata,nec quidem poſſeſ.irrevocabiliter definit[a]: cuius rei exemplum in Carboniano edicto eſt, in quo, adveniente pubertate, niſi filius caueat, exceptione poſſeſſorij iudicij tutus non eſt[b]: aliàs verò vbi ſententia ius poſſeſsionis omnino definiret, neceſſaria eſſet conteſtatio:nec referret,quòd lex ſummatim cognoſci vellet[c]: quia intelligeretur vel reſpectu ordinis, ve reſpectu probationis,vt alibi Bartol.diſtinguit[d]. ex ſubiecta enim materia hæc dictio interpretationem recipit, & ſi lex adverſus latitantem requirat ſummatim conſtare debere[e], neceſſariò intelligetur abſente parte, alioqui non latitaret[f]. Ego in Carboniani edicti quæſtione litis cōteſtationem nō requiri magis ex auctoritate Bartoli arbitror,quàm quòd nulla lege ſatis probe-
74 tur. Addit † idem Bartol.in cauſa appellationis neceſſariam nō eſſe conteſtationem[g], tanquam ſufficiat ea,quæ in prima inſtantia cōtracta fuerit[h].quod intelligendum, ſi pars altera abſens ſit:aliàs vtraque pręſente lis omnino conteſtanda eſt[i].Et ſi alter detrectet,debet iudex comminari,niſi litem conteſtetur, ſe pro cōteſtata eam habiturum:quod Paul.Caſtr.reſpondit[k]. quæ omnia in alijs cauſis defendi poſſunt[l]. In hac verò poſſeſſoria ſatis putarim caſibus, quibus appellatio permittitur, poſſe abſque conteſtationi definiri, præceptumque illud,ſeu comminationem omitti,tametſi pars ſit præſens.quod ſentire videtur Bartol.vt hoc ſaltem naturæ iudicij ſummarij tribuamus, & quia adverſus iuris regulas ea appellatio inducitur. Subijcit idem Doctor[m], quoties iudici liqueat de cauſa ſpolij, haudquaquam conteſtationem neceſſariam. ſicvt enim parti permittitur incontinenti rem,vnde deiectus eſt,recuperare[n], quia hoc ipſi recuperanti liquet:idem ergo, ſi & iudici liqueat. Vnde conſequens eſt,quoties evidentiſſimè de ſpoliatione conſtaret, defendi Gulielmi,Baldique ſententiam poſſe,cùm in notorijs ordo ſit non ſeruare ordinem[o]:idque & Claud. hîc tradit.Illud quoque ſuprà diximus, reſpectu actoris nō eſſe neceſſariam conteſtationē: quia, dato libello, cogitur in lite perſiſtere, quod ex lege nouella retulimus[p], vt in odium ipſius deſiſtentis ad definitionem perveniri poſsit. Non tamen ſuprà ſcripto caſu deneganda ei eſſet emendatio aut mutatio libelli,cùm verè lis conteſtata non ſit:quod Salic.cenſuit. Cæterùm præter ſuprà ſcripta addunt Doctor. & alios caſus, quibus litis conteſtatio non videtur neceſſaria,ex quibus Bald.ſi periculū in mora ſit,non expectandam conteſtationem diſputauit[q].Etenim,quoties mora damnum immodicum factura eſt,recēdimus plerunque à regulis iuris.quod pluribus exemplis libro De verbor. ſignificat. primo oſtendi[r]. Nec me mouet Alexand.ratio, qua cauſa(inquit)damni infecti celeritatem deſiderat:quia periculum eſt in mora, & tamen in ea lis conteſtanda eſt[s]. Reſpondeo,periculum illud non admodum graue eſt,cùm reſarciri debeat,quicquid damni,pendente iudicio, emerſerit[t]. Intelligetur ergo Bal.ſententia,cùm periculum eſt irreparabile:quod Claud. & alii tra-
75 diderunt.Sanè † in iudicio,quo attentata revocantur, cùm de poſſeſsione tractatur,receptum quoque eſt,conteſtationem nullam requiri, ſeu in prima inſtantia, ſeu pendente appellatione nouatum ſit[u].Cui conſequens eſt,vt ſit iudex aliquem in poſſeſsionem non ſeruato iuris ordi-

a l.ij.§.cauſæ. de Car.edi.
b l.de bonis·§. fin.ff.eod.tit.
c l.tigni·§·ſi qs nō·§· ad exhib.
d l.j·§·de præt. ſtip.
e l.cū proponas C.de bo.auct. iud poſid
f Bar.l.Fulcinius·§·j.j.cod. tit.
g l.j.§.illud. C. de temp. appel.
h l.ita demū.C. de procur.
i l.j C.ne li:. ter. e.Raynaldus.de feſta.
K conſil.cexv in cauſa.
l Rot.deciſ.viij. in nouiſ.
m Bart.viij.fundo.
n l.iij.§.eum igitur.de ui, & ui arma.
o c.ad noſtram. de iureiur.
p auth. qui ſemel.ubi Salic.C. quom.& quando iud.
q l.ait prætor.§. ſi debitorē, quæ in fraud.cred.c. quoniam.ut lit. non conteſt.
r l.de pupillo.§. ſi quis riuos. de no op.nunt.
s Bar.l.iiij.de dam.infect
t l.ſi finita.§. eleganter.eod. tit.
u gl.c.ij. ut lit. pend. Abb.c. ex parte.ij.de reſcrip.

**L.iii. Naturaliter. §. Nihil cōmune.**

ne,neque lite conteſtata miſerit, petaturque revocatio,non ſit neceſſaria conteſtatio[x]. quod Bar.ait,& plerique ſequuntur, vt quæ de facto geſta perperam ſunt,de facto quoque revocentur[y]. Addit Alexand. quoties iudex ad certum tempus delegatus eſt,licere ei etiā lite non conteſtata rem definire,ne in rei facultate ſit eius iuriſdictionem eludere,diemque præfixam tergiverſando eximere: ſicque conſtitutionem Pon-
A tificiam interpretatur[z].quæ ſententia probabilis eſt,tanquam periculum tali caſu ſit in mora. Is tamen intellectui à Doctoribus ea in conſtitutione non ſat probatus eſt, receptiorque ille eſt,quo conteſtatam litem ibi aiunt. Nec omittendum, quod ait Innoc. licere epiſcopo eum, qui ſacerdotium abiurauit, confeſtim abſque vllo iuris ordine,vllâve conteſtatione poſſeſsione priuare[a]. Quo exemplo ego generaliter conſtituendum arbitror, vt quibus caſibus poſſeſ-
B ſio alicui cauſa indicta,ſeu abſque citatione, auferri poteſt,iiſdem & nulla conteſtatio requiratur[b]. quod quatenus permittendum ſit,ſuprà expoſuimus. Illud quoque admonendi ſumus, ſuprà ſcripta procedere, cùm interdicti quæſtio propoſita ſit: ſed ſi ad hoc ſolùm agatur,vt cognoſcamus,quis actoris partes, pendente iudicio,ſuſtinere debeat[c], quod poſſeſſorium ſummariiſsimum vulgo appellatur[d], tunc nulla li-
C tis cōteſtatio ſuper tali articulo requiritur: imò nec citatio,vt aliqui exiſtimarunt[e]. Enimverò † & illud quæſtionis eſt, quoties poſſeſſorio 76
iudicio adiunctum eſt petitorium, an vtrunque eadem ſententia definiendum ſit? & concludendum eſt,debere vna ſententia definiri[f], niſi tamen priùs de cauſa poſſeſsionis liqueat: quia eius definitio expectatione petitorii non erit retardanda[g]. quæ ſententia antiquorum fuit[h], viderurque receptior, vt ſicvt iure ciuili ſepara-
D tim poteſt ſuper eo capite, quod iudici liquidū eſt pronuntiari,& aliud interim differri[i], ita & iure Pontificum dicamus. nec facilè diſcordiam inter legiſlatores conſtituamus, quicquid hîc ſcripſerit Bartolus.Sed quid,ſi ex vna parte poſſeſſorium,ex alia petitorium intendatur? & putarim idem,vt priùs de poſſeſsione iudicetur, ſi de ea liqueat.Nec me mouet Innocentii Decretalis[k]:quia in ea non ſolùm à diuerſis perſonis intendebantur actiones, ſed etiam de diuerſis
E rebus,alter ob damna ſibi illata, alter ob quandam poſſeſsionem ſibi vi raptam: meritò propter naturam reconventionis vna ſententia omnino res vtraque definienda eſt[l]. Nec rurſus me mouet, quòd & hoc caſu reconventioni locus eſſe debet[m].Reſpondeo,cùm † cauſa poſſeſ- 77
ſorii ſit ſummaria,locus eſt reconventioni catenus,vt ab eodem iudice res cognoſcatur,non vt vno contextu definiat[n]. Quod ergo Bartol.ait reconventioni hoc caſu locum eſſe,etiam vt ea-
F dem ſententia definiatur, eo duntaxat caſu defendi poſſet, cùm ex reſcripto principis, vel ex ſtatuto etiā cauſa petitorii ſummaria eſſet:quod Aretin.hîc,& alii quidam docuerunt.quoties enim Princeps ſuo reſcripto cauſam aliquā ſummariam efficit,locus eſt reconvētioni, tanquam & adverſarii cauſa effecta ſit viciſsitudinis ratione ſummaria[o]:quantò magis in caſu noſtro, in quo adverſarii cauſa, quia poſſeſsionis eſt,iure ſuo eſt ſummaria[p]. Quod intelligo,etiam ſi lis,quod regulariter eſt,in ea conteſtetur. non enim ideo minùs ſummaria eſt, quicquid hîc Bart.

x Bar l.fi.C.de ed.diu. Ad.tol. uer.ſi uero non aliter.Alex.conſ. v.lib.ij.
y gloſ.l. minor. de euict.
z c.conſultationibus.de off. deleg.
a Innoc.c.iij.in fin.de reſt. ſpol. Roman. conſil. ccclxxxiij.
b Rot. in antiquis.ccccxxxiij. Aret.l.j ·§·ſi uir. §.eo.ubi dixi.
c l.penul. de aq. quot.l.ut liberis in fi.de lib.cauſ.
d Paul.conſ.iij. l.ij.dixi ſupra l. ſi prius. de op. nou.nunt.
e Innoc.c.cū ueniſſent. de Inſt. Cur. cōſi. lx i fi.
f c.cum dilect. de cauſ.poſſeſ.
g c.ij.eod.tit.
h Pet.Cyn.l.in certi. Rom. Imol.Iaſ.hic,Ab. c.j. de mut.pet.
i l nō idcirco.de iudic. l.etiā.§.ex cauſ. de minor.
K c.ij.de ord. cog.
l l.j.in fine, quæ ſent. ſine appel.
m auth.& conſequenter. C. de ſent.ubi not.
n Bart. d.auth.
o l iij.quod quiſq iur gl.de. ſæpe.uer.uolu. de uerb. ſignifi.
p Bar. extrauag.ad reprimēdum uerb. ſummariè.

Bart. ſcripſit, quem Claud. alijq́ue recentiores rectè improbant. Sed quid, ſi priùs de petitorio, quod raró contingit, conſtet? & illud priùs videretur expediendum: quod Pet. & Cin. ſenſerunt[a]: at Bart. contrà, propter naturam reconventionis, quem
78 ſequor. Nihil † enim impedit hoc caſu, quòd cauſa poſſeſsionis ſummatim tractetur, cùm iam de petitorio liqueat: vnde tantò minùs erit expectandum. Sed quid refert iudicium poſſeſsionis expectare, cùm per proprietatis cauſam evacuetur[b]? Reſpondeo, poteſt non parum intereſſe partis, vt acceſsiones, expenſaſq́; conſequatur[c]: quod & Alexander reſpondit[d].

a arg. l. qui prior. de iudic.
b l. j. in fi. de acq. quot. d. c. dilect.
c l. utiq; de rei uend.
d Alex. conſ. xlv. iij.

CAIVS *libro* XXVI. *ad Edictum provinciale.*

## LEX XV.

A REm, quæ nobis[a] ſubrepta eſt, perinde intelligimur deſinere poſsidere, atq; eam, quæ vi nobis erepta eſt. Sed ſi is, qui in poteſtate noſtra eſt, ſubripuerit: quã diu apud ipſum ſit res, tam diu non amittimus poſſeſsionem: quia per huiuſmodi perſonas acquiritur nobis poſſeſsio. & hæc ratio eſt, quare videamur fugitiuũ poſsidere: quod is, quemadmodum aliarum rerum poſſeſsionem interuertere non poteſt, ita ne ſuam quidem poteſt[a].

## LEX XV.

1 *Inficiatio furto comparatur.*
3 *Rerum mobilium vilis poſſeſsio.*
4 *Rei appellatio compræhendit etiam mobiles.*
5 *Pro rebus mobilibus competunt interdicta, & alia remedia poſſeſſoria.*
6 *Condictione pro mobilibus agenti exceptio dominij opponi poteſt.*
7 *Depoſitario datur officium iudicis.*
8 *Remedium redintegrandæ non competit indiſtinctè cõtra titulo & bona fide poßidentem.*
12 *Probandi dominij modi.*
13 *Præſumptio præſumptione perimitur.*
14 *Proclamatum effectus.*

a REM, QVAE NOBIS[a]. ¶ Rei vel furto, vel vi amiſſæ poſſeſsionem perdimus, niſi ea apud filium, vel ſeruum noſtrum ſit[e]. Quid, ſi apud depoſitarium, aut commodatarium ſit? Et ſi illi ſolùm animum inficiandi habeant, adhuc poſſeſsio noſtra remanet: quod hîc Accurſ. ait[f]. quòd ſi rem ipſam inficientur, tunc
1 etiam poſſeſsione me priuant[g]. huiuſmodi † enim inficiatio quaſi furtum eſt[h]. quòd ſi non ſolùm inficientur, ſed etiam contrectent, tunc ve-
2 rè furtum feciſſe dicuntur[i]. Sed † nunquid pro re mobili amiſſa recuperanda, competat nobis aliquod interdictum? Et Accurſ. negat[k]: quia
3 † rerum mobiliũ vtilis, & abiecta eſt poſſeſsio[l]. Qua ratione, ſi vera ſit, nec quidem retinendæ interdictũ Vtrobi, competere debuiſſet: & tamẽ competit[m]. veriſimile enim eſt noluiſſe legiſlatorẽ cauſam poſſeſsionis à proprietate in his ſeparari, quia ſatis conſultum per alias actiones credidit[n]. Sanè in conſequentiam quandoque dari interdictum conſtat, cùm deiecto de poſſeſsione aliquæ res quoque ſunt ablatæ[o]. quod lege Iuſtiniani etiam inductum eſt, quoties rem
4 vacantem quis occupauit[p]. Rei † etenim appellatio etiam mobiles compræhendit: vtiturq́ue lex exemplo rerum furto ſubtractarum. At conſtat in ſolis mobilibus furtum committi, ſicq́ue
5 omnes recentiores hîc docuerunt. Ad † res quoque mobiles conſtat competere Saluianum interdictum: ſicvt & illud, de liberis ducendis[q]: quorum materia locis ſuis eſt reſeruanda. Addit Bartol. pro poſſeſsione rei mobilis condici poſſe, ſi is, qui agit, ius in re habeat, vt creditor, cui pignus ablatum eſt[r]. Quòd ſi ius non habeat, dum tamen poſsideret, adhuc poſſeſsio condici poterit, quandoq; triticaria[s]: quandoque condictione indebiti[t], quãdoque condictione ex lege[u]: quas omnes condictiones ego incerti eſſe arbitror, cùm ad poſſeſsiones duntaxat competant[x]:
B quod & aliqui cenſuerunt. Sed † an agenti con- 6
dictione obſtabit exceptio dominij? Et putarim obſtare[y], cùm huiuſmodi iudicium perſonale & ordinarium ſit[z], niſi quòd receptori hominis fugitiui non videtur hoc indulgendum[a], ſicvt nec ei, qui ſpoliaſſet. in eius enim odium, qui ſpoliatus eſt, cùm poſsideret, dominus quoque videtur præſumendus[b]: quod disertè hîc Raph. docet. Sed † quid in eo, qui non poſsi- 7
det, putà commodatario, & depoſitario? Accurſ.
C Bartol. & cæteri, dari eis officium iudicis, ſeu actione in factum extra ordinem ſuccurri, generaliter cenſuerunt[c]. Quæ ſententia eſt probabilis, cùm adverſus furem ageretur[d]. qua in actione non tam poſſeſsio, quàm id, quod intereſt, perpenditur[e], vel cùm actione vniuerſali ageretur, qualis eſt petitio hæreditatis[f], vel cùm dominus eſt abſens, quia ipſe experiri non poteſt[g]: aliàs videretur ſecundum iuris regulas, eum debere dominũ admonere, vt vel ipſe agat,
D vel actiones ſibi cedat[h]. Nec me mouet, quòd quamvis lex ſimpliciter dicat, colono, vel inquilino non competere interdictum Vnde vi[i], Doctor. tamẽ ex æquitate officium iudicis dari exiſtimant[k]. nam id ego non facilè admiſerim, niſi cùm is qui ageret poſſeſsionem aliquam ciuilem, vel naturalem prætenderet, vt quia donatum ſibi vſum domus diceret, in quo inquietaretur: vt ſicvt fructuario interdictũ datur, ita huic vſuario officium competat[l]: aliàs nulla ſubeſt
E ratio, cur quod interdicto nobis vetuit prætor[m], indiſtinctè concedat officio. Subijciunt Doct. hodie pro recuperanda re, ſiue immobili, ſiue mobili, agi reintegrandæ poſſéſsionis remedio poſſe[n], quod longè plenius, fauorabiliuſq́ue eſt interdictis: & ideo competit etiam contra eum, qui bona fide poſsideat, ſatiſq́ue in eo eſt, ſi probet actor antiquiorem poſſeſsionẽ penes ſe fuiſſe. recentior enim præſumetur clandeſtina, ſeu vitioſa poſſeſsio[o], reſponſumq́ue ita extat varijs conſilijs, quibus hæc ſententia, tanquã com-
F munis adſeritur[p]. At † Bart. hîc, quem noſtrates 8
ferè crebriùs probant, hoc moderatur, vt duntaxat procedat, quoties bonæ fidei poſſeſſor titulum ab auctore vitioſo habebat, reſq́ue ipſa effecta erat vitioſa, vt quia furtiua, vel per vim erepta[q]. Idem, vt ego puto, ſi per metum extorta[r]: aliàs ſaluis iſti caſibus, puto potiorem eſſe poſſidentis conditionem, nec inquietari tali remedio reintegrandæ poſſeſsionis eum poſſe[s], idq́ue Iuliani auctoritate[t], cui Doct. non videntur

e l. iij. §. Nerua. ꝟ. eo.
f l. iij. §. ſi rem. ꝟ. eod.
g l. ſi quis rẽ. ꝟ. eod.
h l. inficiando. ꝟ. de fur.
i d. §. ſi rem.
K l. j. §. ſi quis de naui. de ui, & ui arma.
l l. ſi rem. ꝟ. eo.
m l. j. §. utrobi.
n d. §. illud.
o d. §. illud.
p l. fi. C. unde ui.

q l. iij. de lib. exhib.
r l. & ideo. §. Neratius. de cond. fur.
s l. j. in fi. de triticar.
t l. indebiti. §. j. de cond. ind.
u l. ſi coloni. C. de agri. & cenſ. lib. xj.
x l. ubi autẽ. §. ſi quis id, quod de uerb. oblig.
y l. ſi de eo. §. fi. ꝟ. eod.
z l. dolo. de dol. excep. Bar. l. pe. ꝟ. de cond. ob turp. cauſ.
a d. l. ſi coloni.
b l. ſi quis empt. §. ſed hæc C. de præſcript. xxx. uel xl. an.
c l. fi. §. j. C. de furt in gl. uer. rem furtiuam.
d l. is, qui. ꝟ. loc.
e l. ſi fur. ꝟ. de uſufruct.
f l. & non tantũ de pet. hær.
g l. j. C. ſi per uim. l. ſi longius de iudic.
h l. cũ in plures. §. meſſem locat.
i l. j. §. deiicitur. de ui, & ui arma. gl. l. ſi de fundo. C. locat.
K Socin. conſ. xvij. in iij.
l l. Aquilius. in fi de don. Bart. l. de uſu. de uar. & extraor. cog.
m d. §. deiicitur. in fi.
n iij. q. j. c. redintegranda.
o c. licet cauſam de probat.
p Claud. & Iaſ. hic.
q l. ſiue autẽ. §. hæc actio. de Publicia.
r l. ſi cum. §. aliquando. quod met. cauſa.
s Alex. conſil. cxviij. in ij. lxxix. in v. Soc. xxxix. in iij.
t d. l. ſiue. §. ſi duobus.



tur mihi hactenus rectè reſpondiſſe. Si enim ibi antiquior poſſeſſor, & quidem cùm titulo, non habet ius aduerſus poſteriorem, quantò minùs in caſu noſtro huic antiquiori poſſeſsio reſtituẽda non eſt, qui de titulo non docet? Adde, quòd
9 † licet aliqua ſit pro antiquiore poſſeſsione præſumptio, tamen cedit poſteriori, quoties ea titulo, ſeu bonæ fidei cõiungitur[a]. nec enim clàm poſsidere videri poteſt, qui titulo poſſidet[b]. taleq́ue clandeſtinæ poſſeſsionis vitium perſonam duntaxat adficit, nec ad ſingularem ſucceſſorem progreditur[c]. Quod ſi verum eſt, illud remedium à Pontificibus fauore animæ inuentum, iam aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem inefficax eſſe debet, qui nullius peccati ſibi conſcius eſt, nec quidem litis conteſtatæ tempore. Quod maximè attendimus, vt actio dari poſsit[d]. præſertim cùm nullius actoris titulus inducatur.
10 Nec mouet, quòd † mala fides in ſucceſſorem plerunque tranſit[e]: quoniam hoc reſpectu vſucapionis locum tantùm habet, quæ non ſimpliciter prohibetur, ſed in longius tempus differtur: non autem Publicianæ[f]. neque enim ſemper paribus paſsibus remedia hæc ambulant[g]. Ego fortiùs crediderim c. illud, redintegranda. nihil noui iuris inducere: quod Innocen. quandoque
11 ſenſit[h]. ſi † enim originalis Euſebij, vel Iõannis Papæ epiſtola videatur, vnde illud acceptum eſt, ſatis cognoſcetur, aduerſus eos tantùm loqui, qui mala fide poſsidebãt, & epiſcopos ſuos, vel ſpoliauerant, vel ſede deturbauerant. Et ideo alibi ſimpliciter refert capitulum illud ad diſpoſitionem iuris, dum legibus (inquit) ſunt redintegranda[i], Nam & ante conciliarem conſtitutionem conſtat nullo remedio aduerſus tertium poſſeſſorem conſultum fuiſſe[k]. quod falſum eſſet, ſi redintegrandæ iudiciũ competiiſſet: quicquid Gofred. comminiſcatur, qui declaratoriam eam conſtitutionem ait, non autem noui iuris inductiuam: quam interpretationem verba non patiuntur. Nam & cùm quis petiiſſet eccleſiam cum poſſeſsionibus ſibi reſtitui, ſanxit Pontifex obtinere non poſſe, niſi aduerſus eum, qui ſpoliauit, aut, vt id fieret, mandauit, aut ratum habuit[l]. Atqui ſi verum eſſet ſuprà ſcriptum redintegrandæ remedium, debuiſſet obtinere, cùm petitio, concluſioq́ue actoris, etiam tali iudicio conueniret[m], quicquid commentetur Soc. Addit alibi Bartol.[n], aduerſus hunc bonæ fidei poſſeſſorem, etiam iure ciuili prouiſum eſſe condictionemq́ue triticariam, itemq́ue condictionem ex lege[o], competere. quod rectè Alex. & Iaſ. hîc improbant, cùm potior eſſe debeat poſsidentis conditio, qui titulum habet[p], quinque dici non poteſt cũ aliena iactura effectus locupletior, imò de damno vitando agit[q].

a NEC SVAM QVIDEM POTEST *a*.
12 ¶ Quęrunt hîc Docto. quemadmodũ † quis probet ſe eſſe talis rei dominum[r]? & tradunt ali-
I. quos huius rei modos. Primus eſt per occupationem rerum, quæ ſui naturâ in nullius bonis fuiſſe poterant, ſicuti lapilli & gemmæ[s]. vnde conſequens videtur, vt licet regulariter ex poſſeſsione dominium, de quo principaliter diſputatur, non præſumatur[t], tamen ſecùs in hiſce rebus ſit. Sed an idem ſit in agris incultis? & ſuprà negaui, ſed potiùs pręſumi reipub., in cuius territorio ſunt[u]. Sed quid in pecunia? & cùm hæc ab artificibus cudatur, non poteſt videri ſua natura in nullius bonis fuiſſe. quod hîc omnes tradiderunt, quibus & ego adſentior, niſi aduerſus eum, qui quæſtionem dominij refricare nequeat. quod Bartol. ſenſit[x]. Item niſi is, qui conuentus eſt, poſsideat. præſumetur enim pro eo, niſi actor probet contrarium[y]. Ideoque ſi in nemore ſacculum pecuniæ inuenero, mea erit[z], niſi, qui amiſit, probet eſſe ſuam[a]. Tenebor tamen procurare quantum poſsim, vt inue-
B niam eum, qui amiſit, illiq́ue, ſi probabilia indicia attulerit, reſtituam, ne aliàs furti nomine ſim alligatus[b]. Sed an, nemine inuento, tenebor ad epiſcopum adferre? Et dixerit ſcrupuloſior aliquis, teneri[c]. quod tamen lege vlla non probatur, nec quidem ſi in loco ſacro rei inuenta ſit[d], niſi quoties pecunia modo illicitò, putà fœneratitia prauitate, ab incertis perſonis extorta eſſet[e], vel cùm de hæreditate peregrini agitur. nec enim lucro hoſpitis eſſe debet, ſed quo iure vacantia bona ad principem deferuntur, eo ho-
C die peregrinorũ ad epiſcopos pertinet[f]. Al- II.
ter modus eſt, quoties prędia tributaria biennio inculta vacarunt, perditur tali tempore & poſſeſsio & dominium[g]. quæ ſententia iure duntaxat veteri videtur procedere. Cùm enim vacantium prædiorũ nomine ad tributa ordo decurionũ ciuitatis teneretur[h], & pleriq; hac cauſa ad pauperiem redigerentur, ideoq́ue ſolũ verterent[i], neceſſarium fuit, breui tempore rem definiri. Vnde putarem etiam hodie hiſce in lo-
D cis, quibus prædia omnia tributaria ſunt, ei conſtitutioni locum non eſſe, ſed legitimam vſucapionis tempus expectandum[l]. nec enim hodie curiales tributa abſentium ipſi ſoluunt, vt tantus rigor obſeruari debeat[k]. Tertius eſt mo- III.
dus, cùm officio iudicis facta eſt proclamatio, vt quiſquis prætendat ius in tali re, intra talẽ diem compareat, &c. & nemo cõparuerit. Quę ſententia duobus caſibus certa eſt. Alter, cùm is, qui fundum tributarium poſsideat, abeſt, & conſti-
E tuto per edictum ſemeſtri tempore, non reuertitur[m]. quod ſpeciale eſt in curiæ fauorem, quæ aliàs de ſuo ad tributa teneretur[n]. Alter eſt, cùm creditor etiam poſterior iure hypothecæ ſuæ rem pignoratam vendit, & alius proclamate admonitus comparere neglexerit, cenſetur remiſiſſe hypothecam[o]. quòd fauore bonę fidei poſſeſſoris inductum eſt, & quia ſaluæ remanerent creditori actiones aduerſus principalẽ[p], & quia probabiliter venditor pignoris ignorabat quen-
F quam anteriorem eſſe: aliàs non per generale edictum, ſed ſpecialiter admoneri ille debuit[q]. Et cùm huiuſmodi caſus ſpeciales ſint, & contra regulas communes inducti, non putarim extendendos eſſe[r], nec iudicis præcepto ob talem negligentiam dominium cuiuſquam amitti poſſe[s]. Quid ergo de probatione dicemus? Et putarim, ſi quis probet poſſeſsionem, quia plerunque ex poſſeſsione dominium præſumimus[t], ſi accedat etiam coniectura, quæ ex tali proclamatione oritur, tunc cõfirmari poſſeſsionis pręſumptionem

a d. §. ſi duobus.
b l. clã. in princ. ꝟ. eo. l. ſi de eo. in fi. ꝟ. eo.
c l. Pomponius. §. cùm quis. ubi gl. ꝟ. eo.
d l. Titius. de uerb. oblig.
e authen. malæ fidei. C. de præſcrip. lon. tem. Bart. hic. & d. l. fi. §. j. C. de furt.
f l. eum, qui. §. prętor. ubi Bar. de Publicia. ut hic Alex. docet.
g d. §. cũ quis. ubi Doct.
h c. cũ ad ſedẽ. de reſt. ſpolia.
i c. j. iij. q. j.
k c. ſæpe. de reſtit. ſpol.
l c. cũ ad ſedem. de reſtit. ſpol.
m c. delicti. de iudic. Dec. conſ. cxxxvj.
n d. l. ſi coloni.
o l. ſi me & Titium. ſi cert. pet.
p d. §. ſi duobus.
q l. ſi eum. ſi cer. pet.
r l. cũ res, ubi Doc. C. de prob.
s l. i. in princ. ꝟ. eo.
t Bar. l. quidã. in ſuo. de cond. inſtit.

L. 15. **Rem, quę nobis.**
u l. in agris. ꝟ. tit j. dixi in l. j.
x l. nã & ſi fur. ſi cert. pet.
y l. fi. C. de rei uend.
z arg. l. iij. §. Nerua. ꝟ. eod.
a d. l. fi.
b l. falſus. §. qui alienum. de fur.
c Bal. Alex. Iaſ.
d gl. 14. q. 5. c. ſi quid inueniſti.
e gl. c. quia fruſtra. de uſur. Doct. l. interdũ. §. j. ꝟ. eod.
f authen. omnes. C. com. de ſucceſ.
g l. qui agros. C. de om. agro deſer.
h l. j. C. eo.
i l. generali. l. neminem. C. de decur. lib. x.
k l. j. C. de uſuc. transfor.
l Anch. Imol. l. ſi ab eo. §. j. ꝟ. eo.
m l. locorum. C. de om. ag. deſer.
n d. l. j. C. de om. ag. deſer. ut ſuprà dixi.
o l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.
p l. diſtractis. C. de pig. l. fi. §. & ſi præfatã. C. de iur. delib.
q Bar. d. l. ſi eo. Alex. con. clvj. in ij. Barb. conſ. xv.
r Ang. conſil. cclxxxix. uiſo facto.
s Bar. l. fi in fi. C. de elict. diui Had. tol.
t Bar. d. l. quidã in ſuo.

ſumptionem, & generaliter dominium præſumi, vt quæ ſingula non proſunt: coniunctim iuuent[a]. Qua ratione communiter hîc receptum eſt, ex huiuſmodi edictis, ſeu proclamationibus probari dominium, dum tamen excuſsio, ſeu nuntij indagario quoque accedat[b]. Sed an poterit deinde probari contrarium? Et non videtur dubitan-
13 dum: quia † vna præſumptio alij contrariæ cedit[c]. Addit Raph. huiuſmodi edictò pupillos, & furioſos, & quorũ res vſucapi non poſſunt, non compræhendi[d]. Addo ego, nec abſentes quidem, qui tutò comparére nõ poſſent[e]. Idemque videtur de hæreditate iacente[f]: qua tamen in re aliter atq; aliter ſtatutis municipalibus prouiſum eſt, ad quorũ verba ſimul & rationem ſemper reſpiciendum eſt. Addunt Pontificij, quamuis hodie non valeat ſtatutum, quo creditor poſt certum tempus ad agendum
14 non admittitur[g], tamen ſecus eſſe, ſi † iuberet priùs proclamationes fieri, quibus elapſis, excluderet creditorem[h]: videturque tali caſu, tamquã res pro derelicto habita fuerit, præſcriptione directum dominium acquiri[i]. Qua tamen in re ampliùs deliberandum eſt; ſubeſt enim ratio prohibitionis, ne ſcilicet debitor, qui malæ fidei eſt, præſcribat, & rem alienam tenendo peccet[k]. Nec tam veriſimile eſt rem pro derelicto habitã, quàm edictum proclamationémve ad notitiam creditoris non perueniſſe[l].

a l. j. §. 2. ubi Bartol. de quæſt.
b l. ſi tamen. ubi Bar. in fi. de leg. ij. & l. In illa. de uer. oblig.
c l. diuus. de in integ. reſt.
d l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt.
e cle. paſtoralis. §. cęterũ. de reg. iur. Bar. l. ſi quis ſub conditione. de condit. inſt.
f Iaſ. ꝭ. tit. j. l. ſi is, qui pro emptore.
g c. fi. de præſcrip.
h d. l. locorum. Fel. d. c. fi.
i Bar. d. l. cùm res. ij. lect. Iaſ. l. traditionibus. C. de pact.
k d. c. fin.
l auth. qui ſemel. C. quo. & quan. iud.

# LEX XVII.

VLPIANVS *libro* LXXVI. *ad Edictum.*

A Differentia[a] inter dominiũ[b] & poſſeſsionẽ hæc eſt, quòd dominium nihilominus eius manet, qui dominus eſſe nõ vult: poſſeſsio autem recedit, vt quiſque conſtituit nolle poſsidere. Si quis igitur ea mente poſſeſsionem tradidit, vt poſtea ei reſtituatur, deſinit poſsidere.

*1 Dominij & poſſeßionis differentiæ.*
*5 Regulæ, qui vult conſequens, &c. declaratio.*
*6 Dominij definitio, & ἔτυμον.*
*8 De dominio pro arbitrio diſponere lex interdum prohibet.*
*10 Dominij diuiſio.*
*12 Vtile dominium multiplex.*
*14 Iurium veluti dominium habemus.*
*15 Figurati dominij deſcriptio.*
*17 Dominij κατὰ πρόληψιν acceptio.*

a §. DIFFERENTIA *a*. ¶ Faciliùs † ergo poſ-
1 ſeſsio, quàm dominium perditur, cùm illa ſolo animo abſque alio facto perdatur, etiam ſi id agatur, vt deinde reſtituatur: at dominium ſolo a-
2 nimo non perditur. quia † ſicut in eo acquirendo traditione poſſeſsionis opus eſt[m], ita & in amittendo dimiſsio poſſeſsionis eſt neceſſaria. Item dominium, quod quis transfert, vt incontinenti
3 reſtituatur, non translatum cenſetur[n]. in † dominio enim, quod iuris eſt, plus poteſt legis interpretatio, quàm in poſſeſsione, quæ facti eſt[o]. Quid ergo, ſi rei meæ poſſeſsio apud alium nomine meo poſsidentem ſit? & ſicut tali caſu ſolo animo poſſeſsio non perditur[p], multò minùs dominium. Quid, ſi ego non poſsideam, nec alius nomine meo? Et tunc ceſſat ſuprà ſcripta ratio, poteritq; nuda voluntate dominium amitti, tanquam rem, quod in me eſt, pro derelicta habeam[q]. Quid, ſi ego poſsideam rem, conſtituamque nolle eius eſſe dominus? Et Dinus, Rain. Bartol. Pont. Claud. amitti etiã poſſeſsionem aiunt, ceu neceſſarium quoddam antecedens[r]. At Accurſ. Iacob. Alber. Caſtr. Aret. contrarium ſentiunt[s]. quæ ſententia verbis legis noſtræ conuenit. aliàs enim euidenter violare-
4 tur. Conuenit & rationi, vt † renunttans dominio non cenſeatur renuntiare poſſeſſioni, cui adhuc inſiſtit[t]. quod Imol. & Alex. aiũt, vt præſumptio, quę ex retentione poſſeſsionis oritur, præualeat[u], & quia nihil commune proprietas cum poſſeſsione habet[x], cũ aliqui ſint caſus, quibus dominium, ſalua poſſeſsione,
B perdi poteſt[y]. Quod † ergo dicitur, qui vult con-
5 ſequens, velle etiam neceſſarium antecedens, nõ procedit in re, quæ ſui naturâ ſeparatam cauſam habeat, & quandoq; non antecedat, quod Aret. hîc ſenſit. tunc enim potiùs actus ille conſequẽs remanet nullus[z], idque ex præſumpta agentis mente. quod alibi Alexan. poſt Salic. docuit. Illud certum eſt, ſi quis ſimpliciter conſtituat, rem pro derelicta habere, intelligi tam reſpectu dominij, quàm poſſeſsionis: ideoque tunc legi no-
C ſtræ locum non eſſe[a]: (quod non pauci hîc tradiderunt) niſi tamen de re agatur, quam quis renuntiare nequeat, vt cùm ſacerdos conſtituit ſe nolle habere ſacerdotium. nihil enim agit[b], nec reſpectu quidem poſſeſsionis, vt Bald. cenſuit: qua de re alibi per Pontificios[c].

m l. traditionibus. C. de pac.
n l. qui ſic. de ſolut.
o l. denique. ex quib. cauſ. maior.
p l. peregrè. §. quibus. ꝭ. eod.
q l. j. & ij. ꝭ. pro derelict.
r l. illud. de acq. hæred.
s arg. l. iij. in fi. de ſer. ruſt. præd.
t l. an pars. ꝭ. pro derelict.
u l. Paulus. ꝭ. rerat. hab. l. naturaliter.
x §. nihil commune. ꝭ. de acq. poſſeſ.
y l. iiij. C. de ædif. priuat. l. cõmiſſa. de publica. l. cum duob. §. idem reſpondit. pro ſoc.
z l. in uendendo contrahen. empt. l.. C. de hæred. inſtit. ubi Alex.
a d. l. j. & ij. pro derelict.
b c. quod in dubiis. de renunt. ubi Bald.
c Bart. & Alex. hîc in fi. Bar. cõſil. 5. de renunt.

b
6 DOMINIVM *b*. ¶ Videndum in primis, quid † ſit dominium. Et puto commodè ſic finiri poſſe. Eſt ius[d], atque auctoritas in re noſtra[e], vendicationem nobis, alioſque effectus pariens. Vi-
D detur autem dictum ἀπὸ τοῦ δόμεναι, quod eſt dare, vt Pallada Græcus poeta ait. Vnde & vulgò di-
7 cimus, Dare † id eſſe, quod dominium transferre[f]. Bart. tamen aliter definit, vt dominium ſit ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lex
8 prohibeat. Prohibetur † autem à lege quandoq; propter imbecillitatẽ ætatis, vt in minoribus[g]: quandoq;, ne ius alterius imminuatur, vt in emphyteuta, & beneficiario, qui inconſulto domino alienare nequeunt[h]: quandoque, vt iuſſus te-
E ſtatoris obſeruetur, vt in eo, qui ex cauſa prohibitus eſt alienare[i]. Idem, ſi lex iuſſerit, vt cùm mandat digamæ, vt reſeruet donata filius priori-
9 bus[k]. Videturque † ex ſuprà ſcripta definitione dominium in rebus incorporalibus propriè nõ eſſe, ſed quaſi dominium: ſicut & in eis non poſſeſsio, ſed quaſi poſſeſsio eſt[l]. quod & Bar. tradit. Lex tamen ſimpliciter dicit, nos poſſeſsionem, itemque dominium vſusfructus habere[m], & alibi actionis perſonalis dominium apud mu-
F lierem eſſe[n]. Sed † quotuplex dicemus eſſe do-
10 minium? & Bar. receptiore ſententia tradidit, duplex eſſe. Aliud enim directum, aliud vtile appellari[o]. At alij vnicum duntaxat dominiũ eſſe dixerunt, cuius pars ſit illud, quod vtile dicitur. imminuit enim alterius vtilitatem[p]. quæ controuerſia magis verborum, quam effectus eſt. Eſt ergo directum dominiũ plenarium, quotieſcunque nullus alius in ea re ius habet[q]. Etenim dicitur ea res pleno iure ad nos ſpectare, quæ nullà
11 ex parte imminuta eſt[r]. Sanè † imminuitur id domi-

d l. quæſtio. de uerb ſignif. l. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. & §. hi, qui, de uerb. oblig.
e l. fi. de pig. act. Bar. l. j. de iuriſdict. om. iu. uer. ad huius.
f §. ſic itaq; Inſtit. de act.
g l. j. de reb. eor.
h l. fi. C. de iure emphyt.
i l. filiusfamiliàs. §. diui de leg. j.
k l. fœminæ. §. illud C. de ſecund. nupt.
l l. ſeruus, qui §. incorporales. ꝭ. tit. j. Bart. l. in uenditione. de bon. auct. iudic.
m l. iij. ſi uſufr. pet.
n §. illud. in authent. de æqual. dot.
o l. poſſeſſores. in fi. C. de fund. patrimo. lib. xj.
p arg. l. iiij. de uſufruct.
q l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. j. de uerb. oblig.
r Bal. conſ. ccxciij. in iiij. Abb. c. cũ inter. de re iud.



nium quandoque maximum in modum, vt cùm alius nõ tantùm poſſedit rem ipſam, ſed etiam longiſsimo tempore præſcripſit. quo caſu omnis eius effectus legis auctoritate evaneſcit[a]: ſi verò mala fide præſcriptum eſt, licet adverſus præſcribentem ſit, adhuc invtile tamen adverſus quemlibet alium extraneum, apud quem res reperiretur, poſſet reviuiſcere[b]: quia non liceret illi de alterius præſcriptione adverſus dominũ
A ipſum obijcere[c]. Imminuitur etiam, ſed minus, quoties alius in ipſa re ius vtile prætendit, vt quia res in vectigal, ſeu emphyteuſin ſit data[d], vel in clientelarem fiduciam[e], vel etiam alius in ea ſuperficiarius ſit conſtitutus[f]. Idem, ſi ad longum tempus exiſtat conductor: hîc enim actionem vtilem in rem habet[g]. Imminuitur rurſus per ſimplicis poſſeſsionis alienationem, vt cùm alius vſumfructum in re illa habet[h]: quo caſu ipſe fructuarius naturaliter, dominus ciuiliter
B poſsidere dicuntur. qua de re ſuprà[i]. Huc pertinet, & ſi quis fructus talis fundi vendidit per centũ annos. remanet enim vtilitas domini interim inanis, niſi quòd habet pretium. Suntque, qui adfirment, poſſe hoc modo contrahi etiam ab emphyteuta, nec ideo iuſtè conqueri dominum[k]. qua de re alibi. Sed quid, ſi alius iure proprio poſſeſsionem habeat? Et tunc etiam dominij effectus imminui conſtat, vt ſi ego quidem ſim dominus, tu verò ſis exceptione tutus, putà
C quia promiſerim tibi habere licere[l]: vel transegerim, remque tibi dimiſerim. quo caſu vtilis tibi in rem actio dabitur[m]. Conſtat autem tale dominium penes me invtile fore, niſi quatenus vel tu non exciperes, vel ab extraneo ego vendicarem, vt ſuprà dixi. Cui non eſt abſimile, quod de eo relatum eſt, qui cùm dominus eſſet, vendicationem ceſsit. ait enim Bar. ceſsionario quidem vtilem actionem competere, tametſi vtile dominium non habeat[n]. At hîc videtur ſentire oppo-
D ſitum, tanquam quoties lex ait, vtilem actionem dari conſequens ſit, & vtile dominiũ ſubeſſe[o]. Ego diſtinguendum puto, vt ſi translatio vtiliũ actionum legis auctoritate fiat, dicamus & trãſlatum vtile dominium eſſe[p]: ſi verò ex contractu fiat, ſecùs ſit[q], vt priùs dominium non cenſeatur trãslatũ, quàm poſſeſsio rei penes ipſum
12 ceſsionarium fuerit[r]. Et hæc quidem de directo dominio ſatis: quibus conſequens eſt, vt † e-
E tiam cognoſci varia vtilis dominij natura poſſit. Aliud enim eſt, quod directo adverſatur, nẽpe quod per longi temporis poſſeſsionem quæſitum eſt, quod & verum dominiũ appellari poteſt[s]. diciturque is, qui prǽſcriptione tutus eſt, pleno iure dominus eſſe[t]. Poteſt & proprietarius appellari[u]. Lex tamen non ſimpliciter acquiſitione, ſed adiectione dominij eum eſſe ſecurum ait[x]. qua de re alibi dixi[y]. Aliud eſt, quod directum agnoſcit, illique ſubijcitur: quale eſt emphyteutæ, clientis, & ſimilium. & tales
F quoque (vt ego ſentio) poſſunt rectè proprietarij vocari: quia lex dicit habere eos poſſeſsionis proprietatem[z]: ideoque & perpetuarij appellantur, quia ius perpetuum habent[a]. qua de re ſuprà dixi[b]. Quid ergo, ſi emphyteuta alium emphyteutam, etiam conſentiente domino, cõſtituit? Et alibi dicitur, nihil iuris primo emphy-
13 teutæ relinqui[c]: ideoque † laudatiuum primo domino ſoluetur, quoties ille alienauerit[d]. quod intelligendum, ſi primus emphyteuta omne prorſus ius à ſe abdicauit. Quòd ſi canonẽ ſibi ſecundò ſolui cõvenit, ceſſat ratio ſuprà ſcripta: ideoque laudatiuum ipſi præſtandum eſſet. Rurſus intelligendum, niſi is, qui in fiduciam vniuerſitatem caſtri haberet, alium fiduciariũ in re particulari cõſtitueret, haberet is vtile dominium inferius, concedens verò ſuperius. quod Bald. tradidit[e], vt cùm Dux Mediolani, qui Imperatoris eſt beneficiarius, aliquod caſtrum iure clientelari dat militi. Aliud eſt vtile, quod dire-
A cto adhærẽs eſt, quale illud ceſsionarij, qui quãdoque etiam directas actiones nomine domini intendit[f]: quippe nõ impedit, quin ſolutio domino fieri poſsit[g], niſi in tribus caſibus, vt ibidem notatur: videtur tale dominium ceſſum directo, hærere, ſaluo tamen effectu[h], cùm ab eo peruenerit. imò idem cum illo ſit, niſi quòd diuerſitate perſonarum quibus cohęret, diſtinguitur. Eſt & aliud dominium, quod legis interpretatione in alium trãsfertur, cùm alius ſecundum
B regulas communes ſit dominus[i]. vt in re, quam quis ex militis, pupilli, eccleſiæ pecunia emit[k]: vel quoties æquum legislatori viſum eſt, vt dominij vtilitas in alium transferatur[l]. qua de re alibi[m]. Sed de hoc quoque hactenus. Sunt tamen, qui vtile dominiũ appellent quaſi dominium: quod Bartolus improbat, & per quãdam æquivocationem ſic dici arbitratur[n], cùm quaſi dominiũ ſolùm de eo accipiamus, cuius nomi-
14 ne actio Publiciana nobis competit[o]. Ego † ſicvt
C rerum incorporalium non poſſeſsionẽ, ſed quaſi poſſeſsionem habemus[p], ita & non propriè dominium, ſed velvti dominium illius iuris nos habere arbitror[q]; nec malè loqui, qui ita loquitur, tametſi quandoque lex dicat iurium nos poſſeſsionem dominiumque habere[r]. quod ſuprà teſtatus ſum. Et hæc quidem ſunt dominij ſigni-
15 ficationes. Cæterùm eſt & alia dominii ſpecies, quam Doct. hîc omittunt: ego † figuratam appel-
D lo, vt cùm dominium καταχρηστικῶς pro maieſtate accipitur[s], id eſt, vt vulgò dicimus, pro maioritate & ſuperiore quodam principum iure[t] de quo alibi multa[u]. Huc pertinet & dominiũ, quod viduæ in domo mariti habent, quas ipſi iuſſerunt eſſe dominas rerum ſuarum, & vſufru-
16 ctuarias. Ex Bulg. enim interpretatione, maieſtatem † præeminentiamque intelligemus vnà cum alimentis[x]. Vnde & mos veterum fuit, vt vxores dominas vocarent, & illæ viros, domi-
E nos[y]. quod & generaliter in alijs quoque ob-
17 ſeruatum fuit[z], vt eſt apud Senecam, Plinium, Martialem, & cæteros. Quandoq; † κατὰ πρόληψιν, id eſt anticipationem, dominiũ accipitur, vt cũ dicimus, mulierem nuptam habere dominiũ rei dotalis[a], vel filiumfamiliâs habere dominium rerũ paternarum[b]. veriſimile enim eſt, moriente marito, vel patre, eos futuros dominos. qua ratione mulier, ceu locuples, non tenebitur ſatiſ-
F dare, tametſi filiusfamiliâs teneatur, qui tam firmum ius non habet[b]. Et hæc quidem ſatis.

a gl. l. ſi ædes. in fi. de ſeruit. urb. præd.
b l. cũ ſeruum. ubi Are. C. de ſer. fug.
c l. ſi quis empt. §. j. de præſcrip. xxx vel xl ann.
d l. j. ſi ag. uect.
e c. j. §. j. de in veſt. de re alien. fact.
f l. j. ꝭ. de ſupfic.
g Bar. l. pe. §. ij. de leg. ij.
h l. ij. ubi Bal. de condi. inſt. l. cuiuſcunq; §. fi. de vſufr.
i ſ. d. l. naturaliter.
k l. neceſſario. §. fi. de peric. & com. Bart. l. vſufruct. ſol. matri.
l l. ſtipulatio iſta. in princ. de uer. oblig. in gl. uer. ſucceſſores.
m l. ſi ſup. in fi. l. ſi pro fundo. C. de tranſac.
n l. fi. C. de hær. vel act. vend. vbi Bar.
o gl. l. j. ꝭ. de edend. Bal. l. per diuerſas. q. xj. C. mand.
p l. ſi culpa. de rei vend. l. idẽq; in princ. ꝭ. qui potio. in pig. cũ glo.
q d. l. fi. l. ſi ſpõſalibus. §. j. de iur. dot. gl. l. ij. fam. erciſc.
r §. interdum. Inſtit. de rer. diuiſ. l. traditionibus. C. de pact.
s Bar. l. j. ꝭ. eo.
t l. Iulianus. in fi. de rei vend.
u Bal. l. ij. de cond. inſtit.
x l. ij. ꝭ. tit. j.
y d. l. traditionibus.
z l. locorum. C. de om. ag. deſ. lib. xj.
a l. j. C. de off. co. ſac. palat.
b d. §. nihil cõmune.
c gl. l. j. in fin. C. uti poſsid. in l. emptor. in fi. C. de hær. vel act. vend. in gl. fi. in fi.
d gl. l. fi. C. de iur. emph. uerb. alijs. Alex. l. ex aſſe. ad Trebel.

L. 17. Differentia.

e l. cęterum. in fi. de iudic.
f d. l. emptor. ubi Doct. & Dec. l. ſi duo. de ſolut.
g l. iij. C. de nouat. Doct. d. l. ex aſſe.
h l. ſi glius. §. j. quod cum eo.
i arg. l. qua ratione. §. literę. ꝭ. tit. j.
k gl. l. idemq; ꝭ. qui pot. in pig.
l l. j. C. de donat. quæ ſub mod. l. qui mortis. ꝭ. de donat. cauſa mor.
m l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de capt. glo. l. l. ei, qui ita. de cond. inſtit.
n Bar. l. minor. §. j. de euict.
o § aliæ. inſtit. de actio.
p l. ſeruus, qui. §. incorporales. ꝭ. tit. j.
q l. ij. §. quæd. ꝭ. de interdict.
r l. iij. ſi vſufr. pe.
s l. non dubito. de capt.
t c. j. §. illud. de prohib. feud. alienat. per Fed.
u Guid. Pap. q. clj.
x gl. auth. hoc loco. C. ſi ſecundo mul. nupt.
y l. ſi. §. j. de aur. & arg. leg.
z l. Neſennius ad l. Falc.
a l. in rebus. C. de iure dot.
b l. in ſuis. de liber. & poſthu.
c l ſciendum. §. ſi fundus. qui ſatiſd. cog.

# L. XVIII.

*1 Per conſtitutum alieno nomine, quod iam poßidemus, poßidere poſſumus.*
*3 Quæ poſſeßio per conſtitutum transferatur. 4.*
*5 Precariò poßidens naturaliter poßidet.*
*6 Per colonum retinemus naturalem poſſeßionem.*
*8 Poſſeßio interdum conſtituto non transfertur. 10, 15, 16, 19, 20, 21.*

9 *Corporali occupatione amittimus poſſeßionem per alium habitam.*
12 *Conſtituto transfertur quaſi poſſeßio iuriſdictionis.*
13 *In conſtituente requiritur poſſeßio.*
14 *In producente inſtrumentum conſtituti quid requiratur.*
18 *Conſtitutũ de poſſidendis alieno nomine rebus præſentibus pro futuris, tenet.*
20 *Conſtituti concipiendi verba.*
22 *Clauſula conſtituti non transferuntur res minorum, & eccleſiæ.*

CELSVS *libro* XXIII. *Digeſtorum.* LEX XVIII.

**QVod meo** *a* **nomine poſsideo, poſſum alieno nomine poſsidere. Nec enim muto mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, & alium poſſeſſorẽ miniſterio meo facio.**
A **Nec idẽ eſt poſsidere & alieno nomine poſſidere. nam poſsidet, cuius nomine poſsidetur. Procurator alienę poſſeſsioni pręſtat miniſterium.**

a QVOD MEO [a]. ¶ Rei † à nobis poſſeſſæ alium poſſeſſorem facere
1 poſſumus, ſi conſtituamus eius nomine nos poſsidere: cenſeturq; ille per nos, tanquam per procuratorem, poſsidere. Clarum autem eſt, poſſe procuratorem domino poſſeſsionem acquirere [a], nec alia ceſsione opus eſſe [b], cùm nudum mini-
2 ſterium pręſtet. Sed † an eadem poſſeſsio ſit, quæ de conſtituente in dominum tranſeat? & hîc videtur probari, non eſſe eandem. imò illa conſtituentis extinguitur, & in perſona domini noua incipit [c]. Sed quomodo citra animum, ſeu factũ domini poteſt ei quæri poſſeſsio [d]? Reſpondeo, ſufficit generalis animus, qui adfuit, cùm procuratorẽ conſtituit [e]. q̄ ſi procurator non ſit, requiritur ratihabitio: quia lex ait, acquiri nobis volentibus [f]. ergo voluntas probanda eſt. nam & in caſibus, quib. abſenti quęritur, ſemper intelligitur, ſi voluerit [g]. qua de re infrà. Sed † quę-
3 nam hæc poſſeſsio eſt, quæ per clauſulam conſtituti tráſfertur? & fuere, qui fictá commẽtitiamq; poſſeſsionem crederent [h]. At Bar. veram † poſſeſ-
4 ſionem transferri cẽſuit, licet per modũ à iure fictum inducatur [i]. lex enim eum, qui per conſtitutum poſsidet, propriè poſsidere ait [k]. quod & lege noſtra ſatis probatur, receptiſsimaque hæc eſt ſententia, adeò vt etiam in pœnis ei locũ eſſe Salic. Iaſonq; ſenſerit [l]. cui conſequens & illud eſt, vt per conſtitutũ ciuilis naturaliſq; poſſeſsio
E tráſferatur. quod Alex. hîc tradit. Vt enim hîc dicitur, is, q̄ ſe noſtro nomine providere cõſtituit, noſter procurator eſt. At dubiũ non eſt, per procuratorẽ nos & ciuiliter & naturaliter poſsidere [m], cùm ipſe ſolùm rem detineat. Sanè quoties lex fraudis ſummouẽdæ cauſa corporalem poſſeſsionẽ requirit [n], hęc quæ ex conſtituto transfertur, non ſufficit [o]: hactenuſq; dici poteſt non vera eſſe poſſeſsio. Sed † & ſi quis non ſimplici-
5 ter, ſed precariò cõſtituerit ſe poſsidere, non cẽſetur omnem poſſeſsionem in dominum tranſtuliſſe [p]. habebit enim dominus duntaxat ciuilem poſſeſsionẽ, procurator verò naturalẽ. quia qui precariò poſsidet, naturaliter poſsidere dicitur [q]. Vnde traditur vulgò plerunq; vtiliorem ſimplicis cõſtituti clauſulã eſſe, quàm ſi precariũ addatur [r]. Finge ergo, obligaui tibi omnia bona mea, eaque conſtitui ſimpliciter nomine tuo poſsidere, ſi deinde aliquam rem vẽdiderim, & emptoris nomine rurſus poſsidere cõſtituerim, non cẽſebitur in eum translata aliqua poſſeſsio: quia cùm ego ſolùm detineam, non poſſum in emptorem transferre poſſeſsionem, quam non habeo [s]. Quòd ſi à creditore precariò poſsidere me conſtituerim, tunc per ſequens conſtitutum naturalem, quam habeo, in emptorem transfero [t], & conſequenter creditorem etiam poſſeſsione ſua ciuili priuo, quæ ſuper mea naturali quieſcit: idque receptior habet ſententia. Illud tamẽ conſtat, quomodocũq; debitor clauſulam conſtituti conceperit, ſi per actum verum, ſeu corpo-
B raliter in alium transferat, cenſeri priorem poſſeſsione ſua priuare [u]: in hocq; corporalem traditionẽ ab ea, quæ ex ſuprà ſcripta clauſula fiat, diſtare [x]. vnde competet priori creditori cõdictio ex lege ad revocandum poſſeſsionem [y], nec poterunt extranei poſſeſſores tali caſu excuſsionis beneficio ſe tueri. quod receptior habet ſententia [z]. niſi tamen debitor per clauſulam precarij naturaliter poſſediſſet, idque precariũ eius morte finitum proponeretur. quod Pont. ex fa-
C cto reſpondit, & aliqui ſecuti ſunt [a]. Ego verum arbitror, ſi hypothecaria duntaxat creditor agat [b]: non, ſi condictione ex lege. quoniam in ea ſimpliciter dicitur, quempiam, ſeu quemlibet alium conveniri [c]: intelliguntq; Doct. abſq; alia debitoris excuſsione. Nec obſtat, quòd precarium morte ſit finitum. quia non ideo purgatur vitium accipientis in damnum poſſeſſoris [d]. erit ergo dictæ conſtitutioni locus, non ſolùm in precario, qua in re dubitat Cornæus [e], ſed etiam
D in conſtituto finito precario, vt ego ex mẽte Doctorum arbitror [f]. Sed quid, ſi is, qui conſtituit ſe poſsidere, in fundo non ſit? & tunc per conſtitutum nõ videtur transferri naturalis poſſeſsio, quá ipſe conſtituens non habet [g], niſi in eo fundo colonũ habeat. etenim † conſtat per colonum 6
naturalem poſſeſsionem nos retinere [h]. Ego tamen ſuprà cenſui, tametſi quis in fundo non ſit, nec colonũ aliquem reliquerit, animo tamen naturalem ſuam poſſeſsionem conſeruare. quod
E Azo tradiderat, & quidam alij [i]. Quid ergo, ſi quis ciuiliter duntaxat poſsideat, nunquid per hanc clauſulam poſſeſsionem ciuilem transferet? & Bartol. cenſuit transferri [k], vt ſicvt is, qui ciuiliter poſsidet rem conducendo, ciuilem illam transfert [l], ita & in conſtituente dicamus. Nec obſtat, quòd tranſlationi poſſeſsionis videatur neceſſarius corporalis actus [m]: quia ſufficit ſemel interveniſſe, cùm conſtituens ipſe poſſeſsionem acquiſiuit [n]. trahitur enim ea acqui-
F ſitio etiam ad eum, cuius nomine deinde conſtituit ſe poſsidere: ſicvt, re appræhẽſa nomine noſtro, ſufficit, ſi poſteà ratũ habeamus [o]: arbitrorque ego hoc veriſsimum, quicquid hîc Raph. & Aret. controvertant, quos rectè Claud. confutat. Nec enim dubitandum eſt quin ciuilis poſſeſſio per actũ ciuilem rectè transferatur. probabilior eñ fuit dubitatio in naturali, quæ facti eſt, & ſecundum regulas ciuiles non reſtringitur [p], quam tamen ſuprà concluſimus transferri. Sed nunquid fiet translatio hæc per conſtitutum, etiam ſi nullus titulus præcedat? & Accurſ. ſenſit
7 requiri titulum, vt † ſicvt dominium abſque titulo transferri nequit [a], ita & in poſſeſsione dicamus [b]. Sed Din. Bart. cæterique contrà. cùm enim transferatur poſſeſsio etiam ex titulo à lege prohibito [c], conſequẽs eſt, vt eadem ratione ex nullo tranſire poſsit. nec enim quicquam referet, quis nullum titulum, an reprobũ habeat [d]. nam & videmus, prædonem, occupatoremque violentum nihilominùs poſſeſsionem acquirere, & contra quemlibet, præter eum, à quo vi, clàm, precariò poſsidet, tutum eſſe [e]. & tamẽ huiuſmodi homines titulum nullum habent, veraque eſt hæc ſentẽtia: nec arbitror ego aliud ſenſiſſe Accurſium. vt enim adfirmatiuè verum eſt, cauſas, quæ dominio tranferendo ſufficiunt, eas & transferendæ poſſeſsioni ſufficere [f], ita è contrario falſum non eſt, aliquas cauſas tranſlationi poſſeſsionis ſufficere, ex quibus tamẽ dominium non transferetur, ſicvti cauſa cõductionis, vel precarij [g], vel nudi conſtituti, vt in lege noſtra. Poteſt etiam defendi Accurſius, vt tunc demum clauſula conſtituti in inſtrumento tráſlationis dominij adſcripta, transferat poſſeſsionem, cùm contractus principalis tenet [h]: alioquin, illo infirmato, etiam hæc clauſula, quæ cõtractui cohæret, evaneſcit [i]. vnde & conſequens eſt, vt quoties conſtituens idem eſt dominus, tali clauſula non transferat poſſeſsionem, niſi cauſa translationi dominij ſufficiens adſit [k]. quod Bart. hîc ait, & nos ſuprà diffuſiùs attigimus [l],
8 Sed † quid, ſi is, qui conſtituebat, per alium poſſidebat? & videretur tali cõſtituto poſſeſsionem non transferri, ſicvt nec tali caſu nuda voluntate amittitur poſſeſsio, ſed tum demum, cùm alius corporaliter occupauerit [m]. Sed tamen Bar. quem cæteri ſequuntur, aliter ſentit, locumque legi noſtræ & hoc caſu eſſe arbitratur, vt ſicvt conſtituens per colonum poſsidet, ita dominus per conſtituentem tanquam procuratorem: nihilque referat, quòd colonus ſit huius conſtituti ignarus [n]. nec vlla ratio differentiæ ſit, an de acquirenda, an de conſeruanda poſſeſsione tracte-
9 tur. Quod ergo dicitur, in † re, quam per alium poſsidemus, non amitti poſſeſsionem, niſi poſt corporalem occupationem [o], nõ procedit, cùm non principaliter de amiſsione, ſed de translatione in alium tractamus. quæ translatio ſponte noſtra ſiat [p], receptaque communiter hæc eſt ſententia, quam à Pontani argumẽtis Aretinus,
10 Alex. cæterique defendunt. Sed † quid, ſi cùm fundum pleno iure poſſiderem, eius vſumfructum tibi conceſsi, eumq; conſtitui tuo nomine poſsidere? & non videretur vſusfructus poſſeſſionem translatam. nec enim penes me ſeruitutis illius poſſeſsio vlla fuit [q]. vnde nec eã tranſtuliſſe videri poſſum [r]: nec ego, qui ſeruiturem hanc tibi debeo, videri poſſum iuris poſſeſsionẽ in ea habere [s], ne eadẽ in perſona actio paſsioq; conſiſtat [t]. Nec quicquam facit, quòd retentio vſusfructus traditionem poſſeſsionis inducit [u]. F quia hoc verum eſt, cùm qui plenam proprietatem habet, vſumfructum ſibi retinet, ea retentio vim traditionis, non autem patientiæ habet: at ſuprà ſcripto caſu non niſi patiendo vſusfructus cõſtitui poteſt [x]. ita Aret. & Claud. cenſuerunt. Sed Bart. alijq; contrà receptiore calculo, cuius ſententiam & ipſe ſequor. qui enim pleno iure poſsidebat, etiam vſumfructum cauſalem habebat [y]. vnde cõcedendo alteri, videtur cauſalem illum in formalem tranſtuliſſe. meritò ergo conſtitutum efficax erit. & quamvis videantur hæc diuerſa, lex tamen propter magnam ſimilitudinem, quam ſimul habent, pro iiſdem accipit [z]. vnde quamvis inter diuerſa iura nõ ſit locus iuri accreſcendi [a], tamen hæc iura mutuò ſimul accreſcunt [b], & alterum alterius vice fungitur [c]. nec dubitandum eſt, quin per tale conſtitutum transferat proprietarius naturalem poſſeſsionẽ, quam habebat, in fructuarium, cùm fructuarius
A naturaliter poſsideat [d]. at ex huius naturalis translatione ius vtendi fruẽdi ipſi quæritur, perinde ac ex domini patientia [e]. quod alibi Socin. tradidit [f]: ſicvt & ex rei corporalis traditione ius feudi transferri cenſetur [g]. Sed an idem tn emphyteuta ſit, vt dominus, qui directum dominium habet, vtile transferens, & rem ipſam nomine emphyteuſeos poſsidere conſtituens, dicatur poſſeſsionem in eum tráſtuliſſe? & Bar. idẽ eſſe reſpondit [h], idq; etiam ſi dominus ipſe ciui-
B liter duntaxat poſsideret, vt ſpecialiter hoc caſu transferat dominus poſſeſsionẽ naturalem, quã ſeparatim non habet, ſed arbitrio ſuo propter ciuilem producere poteſt [i], vt qua ratione vtile dominiũ à ſuo directo extrahit, generatq;, eadẽ & naturalem poſſeſsionem de ſua ciuili producat, quæ emphyteutæ ſit [k]: hocque caſu ſimiles ſint fructuarius, & perpetuarius: licet in pleriſq; differant [l], in ſeruitutibus tamen prædialibus aliud eſt. Vnde † ſi tibi concedam ſeruitutem viæ 11
C per fundum meum, ad fundum tuũ conſtituamque tuo nomine poſsidere, non ideo translata erit iuris eundi poſſeſsio. nec enim fundi mei poſſeſsionem naturalem vllã acquiris, ſicvt fructuarius facit, ſed ab ipſo fundo debetur ſeruitus [m], quæ ex ſola patientia quæritur [n]. quod hîc Bar. tradit, receptiſsimumq; eſt. Quòd ſi ego cõſtituens nomine tuo deinde ea ſeruitute vterer. tuq; ratum haberes, aliud eſſet [o], vt Alex. hîc tra-
D dit, nec tali caſu agẽs patienſque eodem in ſubiecto eſſent [p], cùm nõ ego, ſed fundus meus ſeruitutem debeat. Sed † nunquid hæc procedant 12
etiam in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis, & ſi aliquis princeps vendat mihi iuriſdictionem, cõſtituatque ſe nomine meo poſsidere? nõ eſt dubitandum, cenſeri quaſi poſſeſsionem translatã, vt quod de dominio dicitur, in iuriſdictione quoq; locũ habeat [q]. Quòd ſi ipſi homines ſe iuriſdictioni ſubijciãt, conſtituantq; ſe poſsidere, nihil agunt, cùm ipſi non poſideant, ſed poſsi-
E deãtur. Putarim tamẽ, videri ijs verbis eos poſſeſſionẽ domini intervertere, niſi ipſo cõſentiente, ita conſtituant: quo caſu ſatis poteſt dici nouus poſſeſſor incipere vti iuriſdictione [r]. Quid ergo, ſi populus liber ſit? & Bal. poſſe eos ſibi principẽ creare [s], & hoc modo poſſeſsionem iuriſdictionis in eũ tráſferre ait [t]. Vnde conſequens eſt, vt & ipſi nouã quaſi poſſeſsionẽ transferant, quę priùs in eis nõ erat, & de actiua paſsiuã faciant [u]: neq; enim ſibijpſis ſingulariter dominabãtur, licet iuriſdictio territorio cohæreret [x]. Enimverò vt legi noſtræ locus ſit, oportet † conſtituentẽ 13
poſsidere. nec enim in alium transferre poterit, quod ipſe non habet [y]: ideoq; † qui inſtrumentũ 14
producit, quo venditor cõſtituat ſe emptoris nomine poſsidere, nõ cenſetur probaſſe emptoris poſſeſsionem, niſi cõſtituerit venditorem ipſum tunc poſſediſſe [z]. nec enim per ſolùm inſtrumentum traditio poſſeſsionis probatur, licet in eo ſcriptum ſit, *Titius vendidit, dedit, tradidit,* &c. [a].

L. 18. **Quod meo.**

Marginal notes, p. 1471–1472:

a l.j.C.eod.l.ea, quæ ciuiliter.§. tit.j.
b l.poſſeſsio.§.fi.j.eod.
c l.ſi is, qui pro empt.§.pen.j.tit.j.l.Pomponius.§.cum quis.§.eod.
d l.quemadmodum.§.eo.
e l.j.§.item acq.§.eod.
f d.l.ea, quæ ciuiliter. Din.cõſ.xv.
g l.certi condictio.§.ſi nummos.ſi cer.pet. Bart.l.frater à fratre de cond.indeb.
h l.j.ubi Bal.C.de ſuffrag.
i Bar.d.l.ſi is, qui.in fi.
k l.certè.§.j.de precar.
l Iaſ.l.iij.§.ſi rẽ apud.§.eod.
m d.l.j.§.per procuratorem.
n d.l.j.C.de ſuffrag.l.pe.in prin.C.de bon.proſcript.
o Bar.l.poſt cõtractum de donat.in l.Titia.de uerb.oblig.
p gl.l.Iulianus.§.ex vend.de act.empt.Iaſ.l.ab emptione.ff.de pact.
q l.& habet.§.eum, qui.de precar.
r Alex.l.interdum.j.eod.
s l.quamuis.§.j.§.eod.
t l.interdum.§.fi.j.eo.ubi Alex.
u l.iij.§.quod ſi ſeruus.§.eod.
x l.peregre.§.fi.j.eod.ubi Do t.
y l.fi.C.eo.verb.quempiam aliũ.
z Alex.l.exitus.j.eod.Cor.cõſil.cxxviij.in ij.
a Rom.cõſ.dxxxix.in fi.Iaſ.§.item ſi quis in fraudẽ.inſtit.de actio.uerſ.iij.limit.
b auth.hoc ſi debitor.C.de pig.
c d.l.fi.
d d.l.fi.
e Cor.conſ.lv.in iij.
f Mod.tract.de pig.vj.par.j.memb.nu.lj.
g l.clam.in ſ.§.eo.Alex.d.l.interdum.
h l.ſi de eo.§.j.l.ſi colonus.j.eo.
i § in l j ubi dixi.
k l.quædã mulier.de rei vend.
l l.qui bona.in prin.eo.l.ſi quis ante.§.eod.
m gl.hîc, verb.miniſterio.
n l.ſi me in vacuam.ubi Aret.j.eo.gl.l.ſi rõ.j.eo.Claud.hîc.
o l.communis ſeruus.§.fi.j.eo.
p l.j.§.ſi vir vxori.§.eo.

Marginal notes, p. 1473–1474:

a l.nunquam.§.tit.j.
b l.iij.§.genera.§.eo.
c d.§.ſi vir vxori.
d l.eleganter.§.qui reprobos.de pig.act.
e l.j.in fi.j.vti poſsid l.clam in fi.§ eod.
f d.§.genera.
g l.qui bonæ.l.interd.in fi.j.eo.
h Bal.rub.extra de cauſ.poſſeſ.Alex.& Iaſ.d.§.ſi vir.
i l.ſi quis ante.ver.quod ſi nũmo.j.eod.
K l.ei, à quo.j.tit j.
l d.§.ſi vir vxori.
nimè fingat. & etiãſi verũ eſſet, nihil adhuc id ob
ſtaret, cùm ſciētia hoc caſu fictione nõ indigeat,
ſed præſumatur, niſi probaretur obliuio[r], ma-
ximè cùm ſua interſit meminiſſe. quãvis & illud
certũ ſit, ex obliuione nõ interrumpi vſucapio-
nē[s]. Cēſeo itaq; concordari has ſentētias poſſe,
vt † ſi ante captiuitatē, ſciēte dño, ſeruus cœperit 31

**Si is, q ꝓ emptore.**
III. quæſtio Bartol.

z l. ſi maritus. ij. §. legis. ubi Bar. de adult.
a d. l. pen. de ca. d. §. hi plane. §. rurſus. Inſtit. de act. d. §. factę. d. l. iuſto. §. fi. ubi gl.
b d. l. iij. §. ſaltus.
c hac l. uer. quēadmodum.
d l. pen. de capt. d. l. iuſto. §. fin. d. §. hi plane.
e l. bonorũ. ff. rē rat. hab.
f l. bonæ fidei. ff. tit. j.
g d. l. deniq.
h gl. d. §. factæ. in gl. pen.
i d. §. factæ. uerſ. eorum.
K l. nũquam. §. ſi ſeruos. ff. eod.
l l. j. uerſ. hoc tãtummodo. C de uſucap. trãsfor.
m gl. rub. & l. non ſolum. ff. de pecul. dixi d. §. item acq.
n in d. uerſ. quēadmodum.
o l. quod ſeruus. ff. tit. j.
p d. l. nõ ſolum.
q d. l. iuſto. d. l. pe. d. §. hi plane.
r l. ſancimus. C. de teſta.
s l. ſi is, qui. ff. tit. j.

poſsidere, locus poſsit eſſe poſtliminio. & ita loquitur Tryphon [a]. qui diſertè caſum explicat, quo cœptum erat vſucapi [b]: & ita Iacobi Andreæq; ſententia procedat. Si verò dominus adhuc neſciebat, Bart. ſequamur. nec enim cœpit dominus vſucapere, nec potuit videri quæſita ad hunc effectũ ignorãti poſſeſsio. & veriſimile eſt ita ſenſiſſe Accurſ. [c], nõ autem pugnantia ſcripſiſſe [d].

Marcellus, poſſe plenius *a* fictionem legis accipi. Quemadmodum enim poſtliminio reverſus plus iuris habere poteſt in his quæ ſerui egerũt, quàm his quæ per ſe, vel per ſeruũ poſſidebat, cùm ad hoſtes pervenit: nã hęreditatẽ in quibuſdã vice perſonę fungi receptum eſt: ideoq; in ſucceſſorib. locũ nõ habere vſucapionẽ.

a PLENIVS [a]. Vt
I. † vſucapio hæredi
32 procedat etiam in non peculiaribus [e], vt Rogerius interpretatur. quæ ſentẽtia recepta non eſt, quia conſtat in non peculiaribus non incipere vſucapionem, niſi à die aditæ hæreditatis [f], cùm non priùs ſubſit perſona [g], nec adſit voluntas domini, à qua facultas poſsidendi ſeruo
II. competit [h]. Hugoli. dictionem *Plenius*, refert ad principium legis, vt in re poſſeſſa per dominum, vel ſeruum, nõ peculiariter, ſit locus vſucapioni beneficio legis Corneliæ, licet non iuri poſtliminij. quæ ſententia ab omnibus eſt reiecta: non enim convenit verbis legis, nec rationi, quia potentius eſt iure poſtliminij inducẽdæ vſucapioni, quàm lex Cornelia, cùm poſtliminiũ fingat, perinde ac ſi dominus nunquam captus fuiſſet: lex Cornelia ſimpliciter fingat ante captiuitatẽ deceſsiſſe, vt tanquam ciuis Romanus hęredem habeat: in fauorẽ verò hęredis nihil vlteriùs diſponat, vt meritò hęſitauerit Iulianus in lege Cornelia, quamvis in iure poſtliminij nihil dubitaſſet. Addit Bar. quamvis aliàs hæreditas iacens vſucapionem compleat [i], non tamen hoc ad hæreditatem captiui trahendum eſſe, quæ propriè
III. non eſt hæreditas [k]. Accurſ. Bar. cæteri *Plenius* intelligunt, vt ſit quidem locus vſucapioni, ſed in peculiaribus tantùm. quæ ſententia non convenit verbis legis, quę peculiaria à cæteris nõ diſtinguũt. nec convenit verſiculo, quemadmodũ, vt Iuliani iam diu antè defuncti perſona ſubaudiatur, qui Marcello reſpondet. Sed & hoc ſenſu lex hæc omnino Triphonij reſponſo corrigeretur
IIII. adverſus Iuſtiniani edictum [l]. Ego ſuprà ſcriptam interpretatus ſum eam fuiſſe Marcelli ſententiam, vt nullo modo locus eſſet vſucapioni, non ſolùm reſpectu nõ peculiarium, quod cæteri fatentur, ſed etiam peculiarium. & quamvis quod ad ius poſtliminij attinet, limitata reperiatur hęc ſentẽtia [m], tamen in lege Cornelia, & ſic reſpectu hęredis videtur eſſe vera: quia (vt ſuprà dixi) lex Cornelia nihil fingit vltra tempus mortis captiui, ſed aditio hæreditaris retrò trahitur ad tempus mortis, non eius legis beneficio, ſed ex iuris communis regula [n], quæ ad ea, quę facti ſunt, non extenditur [o]: maximè cùm perſona nõ ſubſit [p], & morte domini cenſeatur revocata voluntas, cui conceſsio peculij innititur [q]. Meritò igitur non debuit dubitare Iulianus, ſed pro certo habere, non prodeſſe hæredi vſucapionem. Nec contrarium dicitur à Tryphonio [r], cùm (vt admonet Accurſius, & Pandectæ Florentinę ſcriptum habent) non Hęredi, ſed Credi, legendum ſit, intelligendumq; de iure poſtliminij tantùm, quo ſolo caſu non eſt locus Marcelli ſententię [s],
33 & † dictio Pleniùs, accipiẽda eſt, vt idẽ operetur fictio, qđ veritas [t], vt ſuprà docui: ſicq; citra vllã reſtrictionẽ Vlpiani reſpõſum intelligi poteſt [u]. Nec ei adverſatur Paulus [x], dũ eo modo, inquit, etiam hęreditas nondũ nato poſthumo aut nõdũ adita augeri per ſeruũ hæreditariũ ſolet, quia hoc ad vſucapionẽ nõ eſt referẽdũ, quę diuturnius tẽpus requirit, qua poſthumi natiuitas pendeat, ſed ad ꝓximius, qđ dixerat ignorãti acquiri. conſtat enim ĩ peculiaribus id ꝑ ſeruũ fieri [y]. Cęterùm fictionum legalium materiam diffusè hîc proſequitur Bart. cuius veſtigiis & nos inſiſtentes à definitione incipiemus: & quia alii aliter deſcripſerũt, (vt Iaſ. hic refert, qui in eũdẽ tamen finẽ corruunt) videtur ſic commodè finiri poſſe. Fictio † eſt legis adverſus veritatẽ in re
34 poſsibili ex iuſta cauſa tanquam rei veræ diſpoſitio. Conſtat autem ex genere & differentiis: genus eſt diſpoſitio, ſeu (vt Bar. inquit) pro vero aſſumptio: cætera ad differentias pertinent. Quod
35 † ergo dicitur Legis, indicat fictionẽ ab homine non induci [z], ſed ſola duntaxat legis auctoritate. Quod intelligendum in his, quę iuris publici ſunt, vt quia certam formam à lege habeant, quã mutare contrahentes non poſsint [a], vel quia lex prohibitiuè concepta ſit [b]: nec enim ei derogare contrahentes queunt: vel quia tali fictione ius alterius imminueretur [c]. Vnde ſi fiduciam veterẽ cliens à domino ceu nouã recognoſcat, nihil agit [d]. non enim auferre agnatorum ſpem poteſt, quo minùs ex vetere ſuccedant [e]. Hinc cùm duo ſocii arcam communẽ in rationibus creditricẽ alterius ipſorũ ſcripſiſſent, nihil hoc obeſſe aliis Alex. reſpondit [f], & (vt puto) rectè [g], quin compenſatio ipſo iure facta cenſeretur [h]. & hęc quidem receptiſsima ſunt. Cæterùm licet fictio ab homine induci non poſsit, vt verè & ſecundũ ſuprà ſcriptam definitionem id nominis habeat
I. effectusque iuris eò ſequatur, lata tamen ſignifica-
36 tione ſecus eſt, & quatenus ſibi præiudicare homo poteſt, talis fictio locum habebit [i]. Vnde † poſſunt cõventiones repetita die fieri, vt priùs res geſta videatur: nocetq; hoc ipſis partibus, al-
II. teri non nocet [k]. Sic cùm quis fiduciam nouam cliẽti cõceſsiſſet, adiecta clauſula, quòd antiqua ſeu paterna cenſeretur, reſponſum à pleriſq; eſt, in concedentis damnum feudũ pro antiquo eſſe, & fratri in ſucceſsione fratris locum patẽre [l]. idq; videtur receptius [m], tametſi etiam non pau-
III. ci adverſentur [n], quorum ſententia probabilis eſſet, quantum ſi in aliorum, quàm concedẽtis damnum [o]. Sic cùm dominus pactus eſſet, vt mortem iumenti præſtaret, quę facto contigiſſet, dũ intra decem dies probaretur, aliàs intelligeretur
IIII. culpa paſtoris eveniſſe: reſpõdit Alex. ſtandũ pactioni, & poſt diei lapſum fingi culpam [p]. Sic videmus, quòd licet nemo poſsit facere, quò minùs leges in ſuis diſpoſitionibus locũ habeant, datur tamen nihilominùs plerunq; exceptio ex quadã æquitate propter cõſenſum [q]: & ꝙ propter rigorẽ iuris valere non poſſet, ſaltẽ ęquitate fideicõmiſsi ſuſtinetur [r]: quandoq; & iure reten-
V. tionis [s]. Sic † licet filiusfamiliâs omnia profecti-
37 tia patri ſuo acqrat, nec eorum ſit capax [t], poteſt tamen

a d. §. factę. b l. ij. ſ. tit. j. c d. §. ſaltus. eo. d Bar. in iiij. oppoſit. in fi. e d. l. iuſto. §. nõdum. f d. l. fi. in fi. ſ. eo. g d. l. iuſto. in fi. h d. §. item acq. i d. §. nondum. K l. iij. in fin. d. uerb. ſignif. l l. j. C. de ueter. iur. enucle. m d. l. pe. d. l. iuſto. in fi. d. §. factæ. n l. hæres quandocunq;. de acq. hæred. l. omnis hær. de reg. iur. o d. §. Scæuola. p d. l. iuſto in fi. q l. iiij. locat. l. pe. ſi cert. pet. r d. §. factæ. s d. l. pe. d. l. iuſto in fi.

t d. l. fi. in fi. u d. l. fi. in fi. x d. l. pen. d. l. iuſto. in fi. y d. l. j. §. item acquirimus. l. hęr. ij. ſ. tit. j. z l. ſi forte. de caſtr. pecul. gl. l. ſi donatione. C. de collatio. a gloſ. §. in hac. uerſ. ſed hæc ſolennia. Inſtit. de uerb. oblig. *De fictionibus legalibus.* b l. qui teſtamẽtũ. ſ. de prob. l. j. cũ gl. in fin. C. ne fideiuſ. dot. c c. j. de uaſallo decrep. ætat. d c. j. an agnat. uel filius. e c. j. de eo, qui ſi. fec. f Alex. cõſ. cxlix. in ij. g l. peculium eſt in princ. uerſ. ſi uero. de pecul. h l. Vranius. de fideiuſſor. i l. huiuſmodi. l. ſi ita ſtipul. fuero. l. ſi Titius. de uerb. oblig. ubi Arct. Bart. ſ. v. q. j. mẽbro. in ſ. K l. iij ſ. de fid. inſtru. l. confeſsionibus. ſ. de interrog. act. l arg. l. quicunq; in prin. C. de omni ag. deſer. lib. xj. m Alex. conſ. xxx. i j. & xxix. in v. Curt. Sen. xlix. n Old. conſ. clxxviij. Alex. cõſ. x. in iij. Iaſ. cõl. cliij. in ij. Lud. Bolog. conſ. j. o arg. d. l. confeſsionibus. p Alex. conſil. clviij. in fi. in ij. q l. oblig. §. plane. de act. & oblig. r l. codicillis. §. fi. de leg. ij. l. ſi priore. ff. ad Treb. s l. militis. §. ueteranus. de teſt. milit. t l. placet. ubi Aret. de acq. hær.



tamẽ pater cõſenſu ſuo ſibi præiudicare, vt profectitia pro adventitijs habeantur: quod Ioãnes Andreas cenſuit [a], & in donatione cauſa mortis probabile eſt [b]. Itẽ in dote. dos enim à patre profecta aduẽtitia efficitur, cùm eam pater reſtituit filię, eiusq; liberis & hæredibus ſtipulatus eſt [c]: vel aliter appareat, ab eo tanquam ab extraneo
VI. datam [d]. Idemque, ſi iuramentum acceſsiſſet [e]. Sic ſi teſtator expreſsè proteſtatus ſit legãdo bouem ſe de equo intellecturum, debebitur equus propter voluntatem. licet enim in dubio error, vel dementia arguatur, ideoq; nihil valeat legatum [f], tamen in claris ſecùs eſſe exiſtimandum eſt [g]. licet enim non valeat iuris fictionis, vt hîc
VII. Bartolus tradidit, tamen propter volũtatem ſuſtinetur [h]. Sic acceptilatio ſolutionis vim habet, licet ab hominibus fiat, idque propter conſenſum [i]. Verùm cùm lex eam approbat, & Galli Aquilij auctoritas ſubſequuta eſt, non ſolùm iure exceptionis, ſed re ipſa efficax eſt [k], diciturque lex ipſa tali caſu fingere, non homo [l], vt rectè Bar-
VIII. tolus declarat. Sed quid, ſi non legis auctoritas, ſe iudicis dũtaxat interveniat, an id ſufficiat inducendæ fictioni? & ſunt, qui exiſtiment nõ
IX. ſufficere [m]. Sed quid, ſi fictioni hominis acceſſerit iuramentum, an propter vim religionis cenſeatur lex talem fictionem approbare? & non puto, cùm ſubſtantia iuramẽti maximè in veritate conſiſtat [n], niſi de his actibus loquamur, quibus propter iuramentum prohibitio legis non attenditur, vt ſi ex patria poteſtate oriatur [o]. Vnde valet donatio inter patrem & filiũ, ſi ſit iurata, perinde ac ſi adventitiorum bonorum eſſet: quod ſuprà dixi [p]. nam & propter iuramentum quandoq; adſeuerationi contrahẽtis faciliùs creditur, vt non fingere, ſed vera dicere exiſtimetur [q]. Quod ſubſequitur, *Adverſus veritatẽ*, eò pertinet, vt fictionẽ à pręſumptione differre ſciamus: pręſumptio
38 † enim veritati innititur, & ſuper incerta re fundatur [r]: at fictio adverſus certam veritatẽ inducta eſt. Vnde fit, vt contra fictionem legis nulla probatio admittatur [ſ], cùm tamen aliud adverſus præſumptiones ſoleat obſeruari [t]. Sed quid ſi lex non quidem adverſus veritatem quidquam inducat, ſed priuilegia rei veræ ad aliam extendat? & videretur non eſſe fictionem [u]. Vnde videmus, poſtliminium ei cõcedi, qui apud hoſtes natus conceptusq; eſt, & tamen is nũquam fuit verè captus [x], vt Angel. Imo. Pont. & Iaſon aiũt. Verùm hoc ex fictione non inducitur, ſed potiùs cuiuſdam extenſionis iure, ſecundum quod fauor poſtliminij ad talem quoque caſum producitur. Qua ratione & cùm lex ea, quæ filijs natis indulgentur, ad eos quoque extendat, qui in vtero ſunt [y], non tam videtur fingere, quàm ius vetus ad hoc producere [z]: & ideo quandoque Doctores non fictionem hanc, ſed diſpenſationem
39 vocant [a]. Nec obſtac, quòd † lex dicat talem pro nato haberi [b], vel perinde, ac ſi natus eſſet cuſtodiri [c], vel quodammodo in rerũ natura eſſe exiſtimari [d]: quia talia verba etiam diſpẽſationi iſti conveniunt, quæ propriè fictio non eſt, cùm adverſus veritatem principaliter non ſit inducta, licet craſsiùs accepto vocabulo poſsit ita appellari. non enim ipſe qui in vtero eſt, fingitur natus, ſed priuilegia natorum ad eum, ſicvt ſi natus eſſet, trahũtur. & ideo lex pro nato haberi ait, quãtum ad moram faciendam, &c. [e]. Verba enim illa, Intelligi, Haberi pro tali, Quodãmodo, quãvis fictionem indicent, plèrunque tamen aliter accipiuntur, & diſpenſationem arguunt, quãdoque etiam improprietatem. quod enim pro tali eſt, propriè tale non eſt. Meritò † igitur hæc diffinitionis verba, *Adverſus veritatem*, differentiam quãdam ſignificãt, per quam fictio à præſumptione,
40 à diſpoſitione, ab improprietate atque etiam ab extenſione ſeparatur. Idque quomodocunq; fiat illa extenſio, ſiue ſimilitudine rationis, ſiue iure ęquiparationis, ſiue ex alia regula, vt cùm lex ait videtur rem habere, qui actionem habet [f]: vel nõ videtur actionem habere, qui adverſus inopem inaniter agit [g]: proximus libertatis habetur pro libero [h]: proximus † cingulo, pro cincto [i]: vel nõ
41 videtur poſsidere, qui poſſeſsionem retinere nõ poteſt [k], ſeu qui alij reſtituere debet [l]: vel tacens intelligitur conſentire [m]: vel poſſeſſor habendus eſt, qui dolo deſijt poſsidere [n]: & † intelligitur
42 fraudem feciſſe, qui clàm rogatus eſt [o]: & pięctor qui vni vetat, cæteris videtur cõmittere [p], & mille huiuſmodi ſimilia, quæ varijs ſpeciebus argumentorum à Iuriſconſultis inducta ſunt, non vt quicquam adverſus verum fingãt, ſed vt diſpoſitionem de caſu vero loquentem ad ſimilia extẽdant: quicquid hîc Angel. dixerit, quem Imol. & Pont. rectè improbãt. Quod ſcriptum eſt, *In re poſſibili*, ſic intelligitur, vt † fictione ea nõ inducamus,
43 quæ impoſsibilia ſunt [q], vt libro parergôn vj. docui. Diſputat adverſus Moſen Galenus lib. De vſu partium xi. nec Deum quidem, quę naturę impoſsibilia ſunt attentare, quod præceptum & oratores & Poetæ quoque obſeruant. Igitur idem & de fictione dicendum. ea enim naturam imita-
I. tur [r]. Hinc eſt, quòd † adoptio in his tantùm lo-
44 cum habet, in quibus eſt natura [ſ]. Nec enim poteſt quis ad certum tempus, neque ad certum a-
II. ctũ adoptari, cùm naturâ id fieri nequeat [t]. Sed † & in emancipatione idem traditum eſt. non e-
45 nim poteſt quis ad certum actum emancipari [u],
III. vt receptior habet ſententia [x]. Quod † & in le-
46 gitimatione receptũ eſt, quę ſi pro parte fieret, monſtroſum quoddam induceret [y]. hincque nõ legitimatio, ſed diſpenſatio, & quidẽ odioſa, diceretur [z]. Addit Accurſius, nõ † ſolùm ea, quæ fa-
47 cto ſunt impoſsibilia, non fingi, ſed nec etiã, quæ iure [a]. quod multis exemplis oſtendi poteſt [b].
48 Vnde † cùm qui bona non habet, iure noſtro hæredem habere nequeat, non fingit lex Cornelia, vt talis habeat [c]. Hincque conſequens eſſe cenſuit Aretinus, vt † ſicvt nõ fingitur adverſus legẽ,
49 ita nec adverſus aliam fictionẽ à lege inductã [d]. Quod intelligendum, niſi appareat tali legi eatenus derogatum eſſe, vt infrà oſtendemus. faciliùs enim lex legi derogat, quàm naturæ vt mox dicam. Et hæc quidem ſecundum regulam procedũt, verùm declaratione indigẽt. etenim multa exempla adduci poſſunt, quibus oſtenditur etiam impoſsibilia quandoque fingi, quibus adducti Doctores non eodẽ modo ſe extricant. Et † alii dicũt, ſatis eſſe, ſi id, quod fingitur, poſsibile in ſuo genere ſit, licet in eadẽ ſpecie ſit impoſ-
50 ſibile [e]. Alii, vt Aretinus & Ruinus, genus generaliſsimum quoddam comminiſcuntur, quod à ſubalterno differat: ſatisque eſſe affirmãt, ſi poſſibilitas reſpectu generis illius ſuperioris ſit [f]. Alii, vt Imo. & Crotus [g], ſatis eſſe arbitrãtur, ſi poſſibilitas adſit, non quidẽ eadẽ ſpecie, ſed variatis

a i addit Speculi, de inſtru. edit. §. porro uerſ. quod ſi filiusfamilias. l. tã is. de don. cau. mor. b Oldr. cõſ. xxvj. c l. filiæ dotẽ. C. de collat. l. ij. §. j. ubi dixi, ſol. matr. d l. profectitia. §. ſi pater non quaſi. & §. ſi quis certam. ſ. de iur. dot. e Corn. cõſ. clxxxiij. in ij. Ripa. l. ſi unquam. q. xv. C. de reuoc. donat. f l. ſi quis in fũd. ubi dixi, de leg. j. g l. cũ proponebatur. ubi Bart. in fi. ff. de leg. ij. h Bar. d. l. ſi quis in fundi. i l pen. de ſolut. K §. eſt aũt. Inſt. quib. mod. tol. obligat. l l. lege obuenire de uer. ſig. l. j. §. omnia. C. de ueter. iur. enucl. m l. ſi tibi. de adopt. n c. & ſi Chriſt. de iureiur. o l. nam quod. ff. ad Treb. c. ſi. de iud. in vj. p Ripa d. l. ſi unquam. q xv. q l. cum ea. quæ. ubi dixi, C. de trãſact. l. fi. C. de nõ num. pec. r gloſ l. unica. §. accedit. C de rei uxor. actio. s c. ij. de arb. in vj. gloſ. l. ſiue. C. de prob. t gloſ. l. ſiue. C. de prob. u l. ij. ſ. de uſufr. ear. rer. x l j. C. de poſtli. reuerſ. y l. intelligẽdus. de uer. ſig l. qui in utero. de ſtatu homi. z l. emancip. §. j. de ſenatorib. l. cum pater. de negot. geſt. a Imo. Alex. Iaſ. l. Gallus. §. ſi eius. de lib. & poſth. b l. cũ quidã. §. j. de acq. hære. c d. l. qui ĩ utero. d l. uel uiuo. de ſuis & leg. e d. l. um quidam. §. j.

*L. 15. Si is, qui pro emptore.*

f l. nam is. de dolo. g l. id apud. de uerb. ſignif. h l. moris. in fi. de pœn. i l pen. de teſta. milit. K l. non uidetur ſ. tit. j. l l. ſi totam. de acq. hæred. m l qui patitur. ff. manda. n l. ad ea. §. ſemper. de reg. iur. o l. non intelligitur. de iure fiſc. p l. cum prętor. de iudic. q l. iij. §. è cõtrario ſ. tit. j. gl. l. Gallus. §. ſi eius. ff. de li. & poſth. r §. adopt. Inſt. de adopt. s l ſi patremfamilias. in fi. cũ l. ſeq. de adopt. t l. ſi tibi, de adopt. u arg. l. ij. ſ. ad Maced. l. j. §. j. C. de Latin. alibi tol. x Doct. l. j. §. ſi filij. ad Trebel. y c. per uenerabilẽ. extra, qui fil. ſint legit. gl. c. cum inhibitio. de cland. deſpõ. z c. j. de matri. ad ; morganat. contract. Caſtr. & Doctor. in l. pact. C. de col. a l. aj. ubi gl. C. de inoffic. dona. gl. l. talis. de leg. j. b l. j. §. ſi quis nequaſi. de eo, qui pro tut. c l. lex Cor. ubi Bal. ff. de uulgar. d. §. è cõtrario Aret. e l. eandem. ubi Bar. de duob. reis. f Aret. d. l. eandẽ. g Imo. & Crotus. hic.

aliquo modo terminis,ſeu rei finibus: alij aliter. Ego omnes rectè ſenſiſſe arbitror,licet non ſatis aptè ſententiam ſuam expreſſerint.Sciendum e-
51 nim,fictionem † cum veritate pugnare [a]. Ideoq; ſimul eſſe ambas nō poſſe.nec enim duo pugnā tia iungi queunt.Id ſi fieret, induceretur quiddā impoſſibile [b].Separatim uerò conſiderata nihil impedit,quin induci poſſint:ſicvt duo rei debē di eiuſdem pecunię in mutuo cōſtitui poſſunt [c]: quia licet obligatio re non ampliùs oriri poſſit, quàm quatenus res pervenerit [d], eadem autem res ad duos inſolidum pervenire nequeat [e],tamē ſi vnumquemque debitorum ſingulariter perpē damus,nihil impedit,quin ille inſolidū obligari potuerit,& fictio,quæ coniunctim impoſſibi-
II. lis eſt,ſeparatim accepta eſt poſſibilis. Sic cùm quis homini lethaliter vulnerato,ita quòd certū ſit eum moriturū,aliud vulnus adigit, mortemque accelerat,lex vtrunque de occiſo teneri ſtatuit [f]:quia licet impoſſibile ſit,vtrunque inſolidum ſimul occidiſſe, ſeu bis illum mortuū eſſe, ſeparatim tamen vnoquoque percuſſore cōſiderato,potuit id fieri:quia & primus potuit eū occidere,& ſecundus.Fuitque hoc fingendum, ne delicta remaneant impunita:& quia nulla eſt ſatis efficax ratio,cur alter minùs altero teneatur.

III. Illud certum eſt, faciliùs † legem adverſus ea fingere,quæ ipſa induxit,quàm adverſus ea,quæ
52 natura conſtituit [g]. Vnde quandoque adverſus patriam poteſtatem fingit [h]: quandoque adverſus regulam tranſmiſſionis,quæ & ipſa iuris ciuilis eſt [i].Sic ſeruos ab hæreditate arcet,eamque
IIII. dominis acquiri mandat [k]. Sed pone,aliquis ſeruus hæres inſtitutus, dum hæreditas vacat,liber effectus eſt,an ſi adiuerit,cenſebitúrne à principio hæres fuiſſe?& non videtur. nec enim potuit,nempe regula iuris ciuilis impeditus [l],& tamen conſtat,aliter eſſe conſtitutum [m]. poteſt enim quadam ex æquitate lex ſuas promiſſiones moderari [n],& ſinere,vt fictio etiam ad illud tempus non in fauorem domini,ſed ſerui retrò traha-
V. tur [o]. Huc pertinet & illud, quòd lex ſtipulationem non niſi verbis contrahi iuſsit. nunquid
53 † ergo poteſt fingi mutus eam interpoſuiſſe? & conſtat fingi [p]: agetq; talis ex ſtipulatu nomine dotis.Etenim hîc de his tractamus, quæ legis cōmēto inducta ſunt.An quia(vt Bartolus ait) hoc caſu ſufficit, quòd per alium potuit ſtipulari [q], putà per ſuum ſeruum,vel nuntium publicum [r]. Nec obſtat argumētum Iaſon. quòd hac ratione etiam à furioſo potuit videri renouatā locationem,vel precarium, cùm id per ſeruū potuerit. & tamen lex negat [s]. Reſpondeo, argumentum hoc impertinens eſt,quod de præſumptione loquitur:noſtra quæſtio in fictione procedit,quicquid & Bartolus hîc innuat. Ad hæc pertinet,
VI. quod receptum eſt,filium,quem in ſacris ordinibus conſtitutus quis ſuſcepit,poſſe etiam Cæſareo reſcripto legitimari [t].Imò ex generali auctoritate quilibet Palatinus comes hoc poterit, vt eſt à Caſtrenſe reſponſum [u]. & tamē certum eſt, impoſſibile patri eſſe,tali tempore legitimā ſobolem habere,cùm matrimonium cōtrahere nequeat [x]. Videtur ergo fictio adverſus poſſibile induci.Sed reſpondendū eſt,ſatis eſſe ſecundum naturam poſſibile id fuiſſe,licet non ſecundum legem poſitiuam [y], cui poteſt imperator, quantum ad hoc attinet,reſpectu ſucceſſionis in ſuo territorio derogare [z], maximè cùm non ad tempus matrimonij fiat trāſlatio, ſed ſimpliciter ad

a l.lex Cornelia. de teſta.
b l.ſi pariter.l. duob.de liber. cauſa.
c d.l.eandem.
d l.ſi tibi.i prin. de pact.
e l.ſi ut certo d. § fi.commo.
f l.ita uulneratus.l.item Mela.§.Celſus. ad l.Aquil.
g l ſub conditione. in gl.j. circa fin.de ſolut.
h l.ij.ad Maced.
i l.ſi infanti. in princ. C.de iure deliber.
k l.placet.de acq hęred.
l l.quod attinet. de reg.iur.
m §. alienus.ij. Inſtit.de hæred. inſtit.
n l.ſi tibi.§. unius.de opt. leg.
o l.hæres quandocunq;.de acq. hæred.
p l.j.in princ. C. de rei uxo. act. uer.oēs dotes.
q Bart.l.§.ſol. matr.
r l.ij.§.rem pup. ſal.fore.
s l.qui ad certā. locat.l. certi. de precar.
t gl.§.fi.authen. quib. mod.nat. ſui.Præpoſit. d. c. peruenerabilem.
u conſil.cij. in ij. Soci.conſi. lxv. in iij. Cur. Iun. cxxxvj.
x l.hęred.§.j. ubi Bar.ad Treb.
y gl.l.filius à patre.uerb. ſtatu. de lib. & poſth.
z Paul. Pariſius conſil.ij.in ij.

id tēpus,quo omnes homines legitimi iure naturali naſcebantur [a]: qua de re alibi diffuſiùs [b].
VII. Sed & faciliùs lex adverſus id fingit,quod per accidens impoſſibile videtur,quàm quod ex na-
54 tura: & † ideo ſpadoni permittit,vt filium adoptet [c],quia tale vitium ex caſu contingit: caſtrato non permittit, quia naturaliter impeditur [d]: & ita Theophilus, & omnes recentiores hîc interpretantur.Ego ſpadones ex Luciani & Iuuenalis auctoritate aliàs interpretatus ſum, qui arrigunt coeuntque,licet generare nequeant: caſtratos verò,ſeu eunuchos,qui nec arrigūt [e] quidem:illi adoptare [f], vxorem ducere [g], poſthumos inſtituere poſſunt [h],hi non poſſunt:illi ſani, hi morboſi exiſtimantur [i].Fingit ergo ſuprà ſcripto caſu lex id,quod adverſus quidem naturam eſt,ſed quod magna ſimilitudine cum natura cē-
VIII. ſetur.Cæterùm † vbi fictio & natura prorſus nō
55 adverſantur,ſed diuerſis caſibus procedūt, nihil
I. impedit cuique ſuo caſu locum eſſe [k]. Ecce,vbi ego ſedeo, tu ſedere non potes [l]: & tamē ego animo,tu corpore : ego ciuiliter,tu naturaliter poſſidere potes.non enim hæc pugnant, ſed diuerſo reſpectu conceduntur [m]:quod & alijs exēplis oſtenditur, quibus duæ qualitates concurrunt,quarum altera vera,altera ficta ſit,dum ta-
II. men ſimul non pugnent.Vnde † poteſt filiusfa-
56 miliâs reſpectu alicuius rei haberi pro patrefa-
III. miliâs [n]. Et ciuis reſpectu onerum non haberi
IIII. pro ciue [o].Et reſtitutus natalibus reſpectu pa-
V. troni pro non reſtituto eſſe [p]. Sic & poteſt quis emancipari,vt ſalua ſit ei ſucceſſio [q]:nec ideo videtur lex quidquam impoſſibile fingere.non enim ſucceſſio adverſatur emācipationi, imò ſe-
VI. parata ſunt hæc iura [r]. Qua † ratione dicitur
57 filius legitimatus,quoties,quantum eſt perſonę reſpectu,fuit plenariè reſtitutus,quamvis ad bona cū certa limitatione ſit admiſſus : quod alibi
VII. docui [ſ]. Sic & legitimatus à Cæſare,quamvis reſpectu ſpiritualium,vel bonorum eccleſiaſticorum,in damnum eccleſię non admittatur, cenſe-
VIII. bitur tamen verè legitimatus:vt ego ſentio,& ab aliis reſponſum extat [t]. Suprà quoque vidimus,diſpenſare plerunq; legem,& videri in ſpecie impoſſibilia inducere,vt cùm eū, qui in vtero eſt,pro nato habet [u],idque reſpectu eius, non autem,vt alteri proſit [x].ſed (vt diximus)non tā fingit eſſe natū, quàm natorū priuilegia ad eū ex-
IX. tendit. Subiicit Bartolus,in fictione translatiua extremū à quo,in ſpecie poſſibilitatē requirere: extremū verò ad quod,in genere:qua de re infrà
58 loco ſuo. Quod ſequitur, *Ex iuſta cauſa*, cùm † fictio veritati adverſetur,nunquam debet induci, niſi ſubſit cauſa adeò efficax, vt à veritate ipſa nos
59 diſcedere cogat [y]:meritò † ergo ad fictionis ſubſtātiam ptinet, vt adſit æquitas [z], quæ veritati præualere eam faciat [a]: alioquin vbi per veritatem ſuccurri poteſt,non eſt ad fictionem recurrē-
60 dum [b].Ideoque Bartolus vbique fictionem appellat remedium ſubſidiarium [c]: qua † ratione exiſtentibus veris filiis,lex non permittit,vt extranei adoptentur [d], & vbi naturales per matrimonium concubinę legitimari poſſunt, denegat Imperator beneficiū reſcripti ſui [e].Quoties autē lex fingit,conſequens eſt,vt iuſta cauſa ſubſit, alioquin non fingeret [f].ſicvt & videmus in diſpēſatione , quæ non niſi cauſa cognita concedi-

a l.ij.ff.de natal. reſtit.
b Soc.d.l.Gallo. § forſitan.in fi.
c l.ſed eſt quæſitū.de li.& poſthum.§. & illud Inſt.de adopt.
d l ſi quis poſthumus. in prin. de lib.& poſth.
e l.ſpadonum. ubi dixi,de uer. ſignific.
f l.arrogato.in fi.de adop.
g l.ſi ſeruo.in fi. de iu.dot.
h d.l ſed eſt quęſitum.
i l.Pomp.in fi.de Aedi.edict.
K l.in rebus.C. de iur.dot.
l d.§.è cōtrario.
m l.ſi duo.in prin. ubi poſ.l. quod ſeruus. §. tit.j.
n d.l.ij.ad Macedo.
o d.l.ſi maritus. §.legis.ubi Bar. de adulter.
p l.ij.de iur.aur. annul.
q l ſi ab eo.de leg.hæred.
r Bartol.l.is poteſt.de acq.hær.
s §.rubr de lib. & poſth.
t Pariſ.conſ.j.& ij.
u d.l.qui in utero.
x l.qui libertinus.§. pe.de ope.liber.
y l.filio,quē pater.de lib.& poſth. prin.
c l.hęres à
d l.nec ei.§.j. de iiij.

z l.poſtliminio.in prin.de capti.a Bar.hic ij.oppoſ.&.§.q.vj. debitore.§.fi.de fideiuſ.c l.ſciēdū,l.deniq; ex quib.cau.maior. adopt.e §.illud.in authent.quib.mod.nat.ſui. f c.erit.diſtin. tur.



61 tur [a]. Hincque eſt, quòd † lex ſucceſſionem loco ſolutioni eſſe fingit, quoties aliàs ſucceſſor damnum pateretur [b],non contrà,ſi lucrum faceret.ita enim ſuadet æqui,boniqúe ratio [c]. Quòd ſi aliqui caſus inveniantur,qui in ſpeciem videātur abſque ęquitate inducti,ſi tamen penitùs inſpiciantur,apparebit eam ſubeſſe: verbi gratia,
I. In † indiuiduis facto vnius cohæredum alij ad
62 pœnam obligantur,quia omnes contrà feciſſe videntur [d].Atqui æquum fuiſſet,vt pœna ſuos teneret tantùm auctores [e]. Sed tamen æquius fuit omnes teneri propter vim conditionis, nè ius cre-
II. ditoris tollatur [f]. Sic † reſtituto à principe de-
63 portato, etiam filius in eius poteſtatem revertitur [g]. etenim iniquum videtur beneficium principis alteri,id eſt,filio nocere [h],ſed iniquius ſi pa-
III. ter integrè non reſtitueretur, & calamitātē eius, filij ad ſuum commodum pertraherent.Sic præſcriptio cenſetur eſſe impium remedium [i]:& tamen hæreditas iacens iam perficit [k], hæreſque adeundo fingitur denuò ipſe vſucepiſſe [l].Sed negari poteſt tale remedium adverſus ęquitatē eſſet,cùm bono publico inductum lex dicat [m],im-
64 piumq; † remedium duntaxat illud videtur, qđ cum mala fide locum habet,& tamen ſumma eſt æquitas, vt tum quoque procedat propter tanti tēporis lapſum, & ne dominia diutiùs in incer-
IIII. to ſint [n].qua de re alibi dixi [o]. Sic iniquum eſt, teſtamētum poſthumo nato rumpi, quoties idē viuo teſtatore præmoritur [p]: & tamen,ſi naſcatur [q],moriaturq; interim,dum apud hoſtes pater viuit, propter legis Corneliæ fictionem rumpitur.Sed reſpondendum eſt,nō rumpi fictione legis,cùm antea ruptum eſſet,verùm impediri, ne convaleſcat:ſiue quia tunc nulla voluntas patris ſubſit,ſiue quia interim adiri hæreditas non po-
V. tuit [r].quod Bartolus cenſuit. Sic † lex fingit
65 damnatum in metallum,vel deportatū eſſe mortuos,licet viuant [s]: in odium quidem ipſorum, ſed non ſine magna cauſa, nempe in vindictam malorum [t], quæ ad publicam vtilitatem pertinet,quia vt carmine proverbiali dicitur. Bonis
VI. nocet,quicunque parcit improbis [u]. Huc per-
66 tinet & quòd lex fingit exhæredatum † eſſe mortuum [x].Sed & hoc ſumma ratione facit propter teſtatoris voluntatem. Concludendum igitur,
67 matrem † fictionis eſſe æquitatem,ſed cum iuſta cauſa: idque non ſolùm in legis fictione locum habet,ſed etiā in ea,quæ beneficio principis inducitur:& ideo non videntur naturales poſſe natalibus reſtitui, niſi ex cauſa. legitimatio enim per machinationem quandam inducitur [y],ideo eam oportet cauſa cognita [z] fieri. quod aliqui tradiderunt [a]. Ego,ſi alij filij non adſint,ſolam patris voluntatem pro iuſta cauſa eſſe arbitror. quod Decius reſpondit [b].ſatiſque eſt,talem cauſam principi pro iuſta approbatam eſſe [c]. Puta-
68 rem quoque,etiam † ſi vnus filius legitimus adſit,iuſtam cauſam Comiti Palatino rectè videri, quòd pater pluribus ſubſidijs inniti velit. quod de Auguſto Cæſare Cornelius Tacitus refert.Si quidē,vt proverbio dicitur,vnus,nullus. Bonis quoque moribus viris facilè legitimationis ornamentum concedendum videtur,quo nomine Iugurtha à patruo adoptatus fuit,vt eſt apud Saluſtium.Sed & ſi plures adeſſent,adhuc idem pu-

a j.q.vij.§.conuenientib.§.niſi in gl. Anch.cōſ. ccxlj. ccccxxvij.
b l.ſi ei.§.j.de euict.l. Stichū.§. aditio. de ſolut.
i n uer.aliquam.
c d.l hæres.§.fi.
d l.iiij.§.Cato. de uer. oblig.
e l.ſi quis in ſuo. in fin. C. de inoffic. teſtam.
f l.v.§.fi.de uer. oblig.
g l.fi.C.de ſent. paſſis.
h l.ij.§.merito. §.ſi quis.§.ne qd in loco publ.
i §.j ut eccl. Roma. in authent.
K d.l. cœptam.
l d.l. hæres quandocunque.
m l.j.§.eod.l.fi. §.pro ſuo.
n And. regula, poſſeſſor. in Mercur.
o in rubr.extra. de præſcript.
p l.poſthu.ff.de iniuſt.rupt.
q l.qui uxorem. ubi Bart. de iniuſt.rupt.
r l.nec nos.C.de capt.
ſ l.j.§.fi.de contra tabul.
t l j.& ij.§.de legib.

u Bartol. l. de coniung. cū ſui. z gl. d.§. l.ſi teſtamentū. quemadmodum.C.de agr.& cenſ.lib.xj. x l.j.§.ſi pater. emancip.lib. y §.generaliter.in authentic quib.mod.nat. niſi. a Cur.conſil.lxxiij. b Dec.conſil.cccvij. c Bal. C.de teſtament.

**L. 15. Si is, qui pro emptore.**

tarem.ſubeſt † enim ſemper vinculi naturalis ratio,niſi quando pater legitimam iure naturæ debitam eis imminueret [d], & hoc ſolo caſu eorum citationem eſſe neceſſariam. Sed hæc alibi loco ſuo [e]. *Diſpoſitio*, intellige pro veritate aſſumptio, vt inquit Bartol.quia lex ipſa diſponat de 69
ficto, tanquam de vero. Vt † his verbis inducatur differentia à præſumptionibus, quibus lex non diſponit,ſed à partibus diſpoſitum credit [f].
Item inducatur differentia à falſitate, quā lex I.
punit, nec pro re vera habet,tametſi definiatur 70
ſe veritatis μίμησις,id eſt:imitatio [g]. Inducatur II.
etiam differentia ab his,quę nō iure diſpoſitio- III.
nis dicuntur,vt quod lex ait,eos,qui † pro repu- 71
blica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere exiſtimari [h]. quatenus enim vita hominis, eſt diſpoſitio:quia durat excuſatio,ex illa ratione,vt Bart.ait:vltrà uerò quædam eſt perſuaſio, quæ ad famam & gloriam pertinet [i]. Plautus in
Captiuis,qui per virtutem perijt, is non interit. IIII.
Inducatur † rurſus hoc verbo fictiones iuris ci- 72
uilis eſſe:alias ſi iuris gentium eſſent,non diſpoſitio legis,ſed cōfirmatio eius,quod iure gentiū inductum eſt,diceretur [k].Nec obſtat, quod Bartolus ait,iure gentium fictionem poſtliminij induci.arbitror enim hoc non eſſe verum:quia lex ſimpliciter dicit, ex naturali æquitate, legibus,
moribuſque conſtitutum [l]. Moribus † autem 73
conſtitutum lex dicit, quod prudentium interpretatione poſt legē duodecim tabularum inoleuit.id enim ius non ſcriptum eſt [m]. Quòd ſi intelligere moribus pro iure gentium velis [n], de ea poſtliminii parte accipiendum eſt, qua captiuus bona ſua recuperat.hæc enim veritati innititur,non de ea,quæ retrò fingit nunquam captū fuiſſe . hoc enim caput omnino ad legem ciuilē pertinet,ſicq; copula, moribus & legibus, ſen-
ſu compoſito accipiatur. Inducitur † etiam,vt V.
cùm ſit pro veritate aſſumptio,idem operetur in 74
caſu ficto fictio,quod in vero veritas [o]: idque proculdubio pro regula conſtituendum eſt [p]. nam & hîc pleniùs dicitur accipi lex Cornelia, cùm idem operatur, quod ipſa veritas, vt ſuprà declaraui.Sic cùm emptor hæreditarius pro hærede ſit,non niſi eo modo tenetur, quo hæres [q].
qua † ratione fictio etiam in alterius damnum 75
operatur,quando & veritas hoc faceret, vt quia ei exceptio auferatur,quæ aliàs competeret [r]. Idemque, ſi in fauorem ſit inducta,ad cōnexum quoque odium trahetur,idque veritatis exemplo [s]: & è contrario in odium alicuius inducta, in fauorem quoque vertetur, quoties & veritas ipſa hoc operaretur.Sed & ſi reſpectu cauſę limitata ſit fictio,tamē exemplo veritatis propter rationis ſimilitudinem extēdetur. Vnde quamvis magiſtratus municipalis tanquam tutor reſpectu periculi duntaxat ſit,tamen perinde ac verus tutor ſententia Senatuſconſulti continebitur [t], cùm ex facto ſuo, nō autem ex perſona alterius conventur,regulariter tamen limitata cauſa ex-
tra limites ſuos non producitur. Etenim † non I.
pauci ſunt caſus, quibus minus operatur fictio, 76
quàm veritas:quorū ille eſt præcipuus, quoties fictio non plenè repræſentat veritatem [u], vt in ſuprà ſcripta ſpecie,cùm magiſtratus ex perſona alterius tenetur,& tutor fingitur reſpectu periculi tantùm [x], vel cùm quis abſens eſt, fingitur

d arg.d.l.neq;.§.j de adopt. Ang.conſil. cccxx.
e in l.Gallus.§. & quid ſi tantū ubi dixi, de lib. & poſthum.
f l.cum quid. uerſic. pro cauto.ſi cer.pet.
g in auth.de inſtrum.cautel.in princ.
h §.ſed ſi in bello.Inſtit. de excuſ.tut.
i gloſ.l.cum quidā de ann. leg. & de conſecrat. diſt.iiij.c.pprie.
K l.iuris gētiū. in prin. de pact.
l l.poſtliminiū. in prin.de capt.
m l.ij.uerſic.his legibus.de orig. iur.
n l.libertinus.de ritu nupt.
o d. l.ſub conditione.d.l. ſi filiusfamilias. ſi cer.pet.
p d.l.bona.in fi. de capt.l.quamuis.§. ſi mulier. ad Velle.
q l.ij.§.penult. de hær. uel act. uendi.
r l.cum oratio. uerſic. at ſi antequam. de excu. tut.

s d.l.cum oratio.§.fin. t l.ſi quis tutor.ff.de ritu nupt. u l. minus.de regul. iur.Bart.l.j.§.hoc autem. ad Syllan. x d.l.ſi quis tutor.uerſ. ſed & ſi.l. ſpadonum.§.ſi ciuitatis.de excuſ.tutor,

eſſe

eſſe præſens,non ſimpliciter,ſed vt fructus perci
77 pere poſsit [a].Vnde † quamvis vera ſolutio & con
ſtitutoriam & principalem obligationē tollat [b],
non tamen ficta,quę per iuramentum inducitur,
hoc facit [c]. ſic vera ſolutio etiam iuriſgentium
obligationes ipſo iure perimit,cùm tamen acce
ptilatio ope exceptionis id tantùm poſsit [d]. ſic
aliqui poſſunt vera ſolutione reum liberare,acce
ptum ferendo non poſſunt [e].ſic vera mora, quæ
ſecundum regulas iuris interpretatione induci-
tur,obligationem perpetuam perficit, adeò vt
ſpeciei debitæ interim non liberetur debitor [f],
& tamen ficta,quæ & irregularis dicitur,eam ta-
78 li caſu non perpetuat [f]. Cæterùm † & plus pol-
lere veritatem eo exemplo apparet, quòd fictio
ad cauſam facti non trahitur,vt ſuprà dixi [h]:quia
talis cauſa ſoli veritati ſubijcitur. ſic fictio ad eū
actum non trahitur, qui quadam ex neceſsitate
interim celebratus fuerit,cùm tamen in veritate
79 ſecus obſeruetur [i]. ſic † & plerunque verba ſe-
cundum naturalem ſenſum duntaxat accipiun-
tur,nulla fictionis habita ratione [k].quo caſu diſ-
poſitio vera ad fictam non trahitur, plus quàm
pollet veritas [l].quod libro De verborum ſignifi-
catione ſecundo,latiùs diſputaui. Sed & vide-
mus fictionem contraria diſpoſitione prorſus
extingui & obliterari [m],cùm tamen veritas ſem-
per aliquas reliquias retineat,quæ prorſus tolli
nequeunt,& modici quandoque effectus ſunt [n].
Vnde dominium per commentum adiectionis
translatum abſque alia traditione retrò tranſ-
it [o]: cùm ſecùs eſſet,ſi ſecundum naturalem tra-
ditionem conſenſu domini applicatum eſſet.
II. quod alibi docui [p]. Qua ratione,quoties fictio
veritate adiuuatur, fit efficacior, & plus operat',
quàm ſi ſimpliciter ei adverſaretur. Fingit lex
ſubſtitutionem pupillarem ipſius pupilli teſta-
mentum eſſe:verùm quia verè paternum eſt,non
dat matri inofficioſi querelam [q]. Idem,ſi fictio
extrinſecùs aliqua alia ratione muniatur. Vnde
quamvis ſucceſsio cùm de lucro captando agi-
tur,non habeatur loco ſolutionis,ideoque fide-
iuſſor mandati agere nequeat [r], tamen ſecus eſt,
ſi condemnatus iam fuiſſet prius quàm ſuccede-
80 ret [s].Adiuuatur † enim fictio rei iudicatæ aucto-
ritate,& ideo plus tunc operatur,quàm veritas:
quod Aretinus docuit [t]. Idemque, ſi verba legis
fictionem inducentis adeò generalia ſint, vt ap-
pareat non habitum ad habilitatem reſpectum.
quod alibi diſputaui [u]. Qua ratione & illud
quoque proditum eſt,quamvis veræ acquiſitio-
ni dominij neceſſaria ſit rei præſentia [x], quod ta
men ad fictam acquiſitionem attinet nihil opus
eſt rē eſſe præſentem [y].quod & Fulgoſius adno-
tauit [z].Sic in ſtipulatione vera neceſſariò requi-
runtur verba,in ficta ſecùs [a]. Hincque infert
Crotus hîc ad quæſtionem, an cohærentia fictæ
ſtipulationis pactum nudum veſtiat, actionem-
que informet? & cenſet informare [b]. Ego nec
cohærentia quidem veræ ſtipulationis foueri ar
bitror, vt actionem informet : quod alibi do-
cui [c]. Infert & Socinus ad quæſtionem ſtatuti,
quo cauebatur , vt omnis hæreditas paterna,
materna,collateralium,cenſeretur adita , & ad
hæredes tranſmitteretur,vt nihilominùs infans

a Io.Andr.& Gemi. c.fin.de conſuet.in vj.
b l.itē illa.in fi. de conſtit.pec.
c l.ſi actor.cum gl.de iureiur.
d l.ſi acceptolatū. de acceptil.
e l.& per iuſiurandū.§. tutor. eo.tit.de accept.
f l.electio.§.ij is, quē.de noxalib.
g l.naturalis.§. ſed ſi.de preſcri. uerb. Doctor.l. quod te. ſi cert. pet.
h d.l.deniq;.ex qui.cau. maior. clemen.quod circa. de electio.
i l.quoties.ff. de pact.dot.Bart.l. furti.de his, qui not.infa.
K l.fi.C.de his, qui uen.ęt.d.de. quod circa.
l §.j.uerſic. ſed adoptiui. inſtit. excuſ.tutor.l.iij. §.hæc uerba. de neg. geſt.
m l.in omni. de adop.ff.
n l.in rebus. C. de iur.dot.c.ferrū.j.diſt, in gl.
o l.ſi cum uenderet de pign. actio. l.uolunt. in fi.quib.mod. pig.

p l.ij. ubi gloſ. C.de pact.inter empt.in l.traditionibus.C.de pact. q l.Papinian. s §. ſed nec impub. ff.de inoffic.teſta. r l.hæres.§.fi.de fideiuſſor. s l.ſi eſt mandati. ubi Aret. t in d.l.ſi ei. u in d.l ſi filiusfamilias. x l.pecuniam.ff. de ſolut. y l.ſi ſponſalibus.§.j. de iur.dot. z Iulian. in l ſingularia ſi cert. pet. a Bartol. l.reos.iij. oppoſi.ff.de duob.reis. b l.hæredit.ff. de donat. c l.in bonæ fidei. C.de pact.

non tranſmittat, cùm cōſenſu careat,& verè ad-
ire non poſsit [d].Ego † contrà arbitror à verbis ſta 81
tuti non eſſe recedēdū,& quod lex cōmunis po-
tuit [e],idem & lex municipalis,præſertim in his,
quæ iuris poſitiui ſunt. Inferunt & alij,lex pa-
latina eſt,eiurato ſacerdotio ſi quis intra viginti
dies moriatur,cenſeatur illud non reſignatione,
ſed morte vacare, an verè vacet? adeò & ſub alijs
legibus id beneficium compræhendatur,quę de
A vacatione per obitum loquuntur, reſpondent,
non compræhendi [f], quia verè cœpit per reſi-
gnationem vacare : nec hanc veritatem poteſt
Pontifex fictione vlla ſubvertere [g]. quam ſen-
tentiam non probo.Poteſt enim legiſlator, ſub-
ſequuta morte,retrò fingere nullam reſignatio-
nem factam [h].imò abſque fictione inducere , vt
præcedentis reſignationis nulla prorſus habea-
tur ratio [i],taliſque diſpoſitio pro veritate erit.
Explicita definitione , proſequuntur Docto-
B res diſtinctionem,aiuntque † triplicem eſſe fictio *Fictionis diuiſio.*
nis ſpeciem. ſi quidem alia inductiua eſt, cùm
lex id,quod non eſt,fingit eſſe:alia eſt priuatiua, 82
cùm id,quod eſt,fingit non eſſe : tertia eſt tranſ-
latiua,cùm id,quod vno modo eſt,fingit alio mo
do eſſe. Attingendæ igitur ſunt ſeparatim ſpe-
cies.Et fictio † inductiua definitur,vt ſit in re cer- 83
ta nec poſsibili legis pro poſsibili aſſumptio, vt
cùm lex fingit natū,qui non eſt natus [k]: cùm fin-
git eum viuere,qui eſt mortuus [l]: cùm fingit cō-
C ditionem poteſtatiuam adimpletam eſſe,quam-
vis verè non fuerit [m]: cùm fingit aliquem eſſe fi-
lium, qui ſecundum naturam non eſt, ſed legis
duntaxat imaginem, velut adoptatum,vel arro-
gatum [n]: cùm eum,qui libertinæ conditionis
eſt,fingit ingenuum eſſe natum [o]:nec ideo cen-
ſetur fingere impoſsibile,quia licet in eadē ſpe-
cie non poſsit idem viuus eſſe & mortuus, filius
& extraneus tamen extra hos terminos, de qui-
bus loquimur,ſeparatim qualibet ſpecie conſi-
D derata id eſſe poteſt,vt etiam ſuprà declaraui,&
latiùs hîc Bartolus docet. Proceditque hæc fi- I.
ctio , vt & ſuprà ſcriptis exemplis patet in his,
quæ ſunt facti. etenim viuere, mori, adimplere
conditionem,facti eſt [p].quod intelligendum,vt
ſuprà,niſi de his,quæ facti ſunt,id eſt,iuris natu-
ralis,tractetur. quæ † enim iuris naturalis ſunt,& 84
lex in meris eius iuris terminis relinquit,dicun-
tur facti.nec in his locus eſt fictioni [q], vt ſuprà
declaraui.Hinc eſt,quòd ſi vir vxori donauerit,
E licet contractus iure ciuili vetitus ſit, nec domi-
nium transferatur , appræhenſione tamen rei
quæritur naturalis poſſeſsio. quia res facti (in-
quit lex)infirmari iure ciuili non poteſt [r]. At
Bartolus quod argumentum à conſequenti eſt,
pro ratione deciſionis interpretans ideo hoc in-
ductum ait, quia fictio propter iuris effectum in-
ducitur.At ibi fruſtra fingeretur , non eſſe tradi-
tam poſſeſsionem,cùm omnino non ideo mari-
tus haberet poſſeſsionem,qui vel ſola voluntate
F eam perdere potuit. quam rationem ego non
probo,cū potuerit lex fingere,vt poſſeſsio, quæ
vxori nón quæreretur,marito remaneret [s]. vn-
de plurimus iuris effectus eum ſequeretur.Item
potuerit talem poſſeſsionem tanquam contra
iuſſum ſuum tranſlatam non agnoſcere, & ta-
men conſtat mulierem contra quemlibet, præ-
ter maritum , etiam ciuiliter cenſeri poſſide-
re [t]. Rurſus intelligendum,niſi de materia II.
tractetur,quæ ſecundum veritatem facti magis,
quàm iuris effectum accipiatur [u]: qua ratione
quæ

d Soc.conſ.cxvj.
e d.l.ſi infanti. C. de iur. delib.
f Gomeſius reg. cancel. de infir. reſig.q.xx.
g d.§.factæ. xxxij.q.vij.ſi Paul.
h gl.de j.de immunit eccleſ.
i d.l.electio.§.ſi is,quem.
K d.l.qui in utero.
l d.l. bello.d.§. ſed ſi in bello. ff. de uac.mun.
m l.in iure.de regul.iur.
n d.§.adoptio. Inſt. de adopt.
o l.j.C.ad l.Viſcel.
p l.Arethuſa.& l.ſeq.de ſtatu homi.
q d.§.factæ.d.l. denique.
r l.j.§.ſi uir uxori.ff.tit.
s l.ſi me in uacuam. reſpōſ. ff.tit.j.l.per procuratorem.C.de acqui.poſſeſ.
t l.ſi uir.ff.pro donat. l.j.§.deijcitur. de ui.& ui armat.
u clem.quod eſt circa.de elect.



quæ ex bono & æquo adverſus regulas iuris in-
ducta ſunt,ad caſus fictos nequeunt extendi [a].
quod libro De verborum ſignificat.ſecundo diſ-
putaui.Eſt enim latior articulus,quàm vt hîc at-
tingi poſsit, cùm nec Bartolus quidem voluerit
III. hîc examinare. Procedit † rurſus ſuprà ſcripta
85 fictio etiam in his , quæ mixtim & facti & iuris
ſunt,cùm enim ea pars,quę facti eſt,verè non ad-
ſit,ſequitur,vt fictione legis omnino ſit ſupplen
da. Hinc eſt, quòd ſtipulatio quandoque fingi-
tur [b]:ſic & iudicis ſententia [c]:ſic poſſeſsio,quam-
vis multum iuris habeat [d]: ſic & cæteri contra-
ctus iuriſgētium,quos lex ciuilis approbatione
ſuos efficit [e].quatenus verò in his alia pars ſu-
pereſt,quę iuris eſt,nō fuit neceſſaria fictio,ſi qui
dem(vt Bartolus ait)in his,quæ iuris ſunt,lex ſe
cundum veritatem diſponere cenſetur, non au-
86 tem fingere [f].Exempli † cauſa:quæſtio ſtatus,iu-
ris eſt,putà quòd qs ſui,vel alieni iuris ſit, quòd
legitimus , quòd ingenuus , ſeu liber ſit.q; ſi ex
certa cauſa lex eū,qui [g] in poteſtate eſt,velit ſui
iuris efficere, hoc vtique non cenſebitur per fi-
ctionem induci.quia in his quę ſunt iuirs, lex po
teſt ſecundum veritatem procedere [h]. ideo non
recurrit ad fictionem,quod remedium eſt extra-
ordinarium [i], vel potiùs ſubſidiarium,vt ſuprà
dixi,& cęteri hîc ſequuntur.Addit Bartolus hoc
procedere etiam,ſi lex verbis ad fictionem perti-
nentibus vteretur [k].Vnde ſi lex dicat,filiafami-
liâs nupta in omnibus habeatur,ac ſi ſui iuris eſ-
ſet,cenſebitur verè iuris ſui eſſe , quia de his lo-
quitur,quæ iuris ciuilis ſunt.qua ratione & quā-
doque dictio Quaſi,eſt expreſsiuæ veritatis [l].
87 Ego † in rebus humanis perficiendis duo neceſ-
ſaria eſſe didici,voluntatem & poteſtatem [m]. de
88 † poteſtate ſuprà ſcripto caſu non eſt ambigen-
dum : de voluntate verò legis probabilis eſt du-
bitatio , quæ ſi verbis fictionum ſemper vſa ſit,
non videtur veritatem liberationis contuliſſe,
I. ſed imaginem [n]. Non † procedet ergo ſuprà
89 ſcripta concluſio , quoties alia eſt mens legis.
quod & non paucis exemplis oſtendi poſſet [o].
II. Sed & fatetur Bartolus non procedere,quo-
ties ratio evitandę contrarietatis ſuaderet,vt ſe-
cundum fictionem potiùs diſpoſitum interpre-
temur:velvti cùm lex filiumfamiliâs militem in
caſtrenſibus vice patrisfamiliâs haberi iubet [p].
cùm enim , quo ad cætera,ſit in paternis ſacris,
non poteſt videri partim in poteſtate,partim ex
tra manum eſſe [q]. meritò ergo non verè in ca-
ſtrenſibus,ſed fictè loco patrisfamiliâs eſſe inter
III. pretabimur.quod & Alexan.reſpondit [r]. Ego
nihil fingi tali caſu arbitror [ſ],ſed iura patrum ad
tales in eo peculio extendi,regulamque iuris ci-
uilis quæ patri omnia tribuebat,reſtringi [t].nec
enim lex Finguntur,ſed Funguntur, ait [u], quod
verbum ad veritatem pertinet [x]. Huc ſpectat &
quod de his dicitur,qui cùm naturales eſſent, cu
riæ oblati ſunt . iura enim legitimorum lex eis
concedit [y], non generaliter reſpectu omnium,
ſed in paterna duntaxat hæreditate [z]. Quo ex-
emplo in legitimatione quoque traditum eſt, ſi
princeps generaliter reſpectu ſucceſsionis ſe-
cundum primæua iura naturæ diſpenſauerit,ta-
lem verè legitimum eſſe [a]: quòd ſi ſolùm reſpe-
ctu ſucceſsionis ex teſtamento diſpenſauerit,ſe-
IIII. cùs eſſe,& inteſtato patri non ſuccedere [b]. Sub-

a ſi.C.de his,qui ueni.
b l.j.ff.de rei vx.act.l.cū oſtendimus. de fideiuſ.
c l.cum quaſi.§. ſi plures. de fidei.libert.
d l.quiſquis.C. de donat.
e l.alieno. in fi. de fideic. libert.
f d.l.quiſquis.
g auth.cōſt.quę de dig. & qui. mo.nat.legit.l.j. l.fi.C.ſi mancip. ita fue alie.
h l.ſi unus.§.pactus,ne.de pact.
i l.in cauſa.ij. de minor.
K c.tāta.extra, qui fil. ſint leg. rub.in auth.qb mod. nat.legit
l l.ſi ante.in fin. ff.ſol.matr.
m l.j.§.uſus.de procur.
n l.ij.C.de iur. aur.annul.l. ſed & ſi hac.§. patronū. de in ius uocand.
o c.in præſentia de proba.in antiq.
p l.ij ad Maced. l. pater milit.§. ſi ſeruus.de caſt. pecul.
q d.l.j.ad ſi.pri. C.de Lat. liber. tol.
r conſil.clxxvij. In ij.
s l.ſeruū filij. in prin. de legat.j.
t d.l.placet. de acq.hæred.
u d.l. ij.ad Maced.
x l. pretia ad l. Fal.Card. d. cle. quod circ.q. xj.

y l.cōmunium. C.de natur. lib. z §.aliùm uero.uerſic. machinationem. in auth. qui. mod. nat.effic.ſui. a d.c.per uenerabilem. Iaſ.rub.ff. de lib.& poſt. b And.in Spec. de ſucceſ. ab inteſt.§.j.

ijcit idem Bartolus propter repugnantiam iuris
quandoque non ſecundum veritatem à lege diſ-
poni,vt in vſufructu, qui quidem iuris eſt, & ta-
men lex in eo non ſecundum veritatem diſpo-
nit:ſed potiùs ex fictione,cùm pecuniæ vſusfru-
ctus propriè non poſsit eſſe [c], quòd in vſusfru-
ctus definitione requiratur, vt ſalua ſit rerū ſub-
ſtantia,quæ profectò tali caſu non eſt ſalua. Po-
teſt tamen lex etiam adverſus definitionem ſe-
A cundum veritatem diſponere,ſi velit: ſicvt vide-
mus filium eſſe,qui ex viro,atque vxore [d]: & ta-
men etiam legitimati propriè ſunt filij, vt infrà
dicetur. His conſequens eſt, vt multò minùs V.
procedat concluſio , quando ius naturale repu-
gnaret. & ideo quoties quis ex coitu natus eſſet
nefario,vel inceſto,quem lex naturæ,vel diuina
damnat,quamvis ampliſsimis clauſulis reſtitu-
tus natalibus proponeretur,propriè tamen is le
gitimus non eſſet [e]: quia † non poteſt lex ratio- 90
B nem naturalem,aut diuinam tollere [f], licet per
fictionem ex cauſa aliquatenus obvmbrare poſ-
ſit. Vnde inferunt aliqui,quoties à principio
inter ſpurij parentes matrimonium contrahi
non potuit, legitimationem ab Imperatore fa-
ctam fictione quadam,atque diſpenſatione ſola
ſuſtineri [g]: quia talis filius non omnino natali-
bus reſtitui ab eo potuit,cùm quicquam in ma-
trimonij radice fingere ſecularis princeps non
poſsit.Sunt tamen,qui diſſentiant [h]. nec enim
C fictio hæc ad tempus matrimonij refertur,ſed ad
primæuum ius naturæ,quo omnes legitimi na-
ſcebantur [i]. idque verius eſt, quod alibi diſſe-
rui [k]. Videtur etiam tunc ad veritatem non re- VI.
ferri diſpoſitionem legis, cùm damnum tertio
irrogaretur. Vnde filius emancipatus,& rurſus
adoptatus, nepotem in poteſtate non recupe-
rat [l].propter emancipationem enim cœpit pri-
mum locū in aui ſacris tenere,& quamvis aliàs,
vbi veritati locus eſſe poteſt, ceſſet fictio [m],ta-
D men ne ius nepotis ei quęſitum omnino extin-
guatur,fictio remanet , vt ambo poſsint admit-
ti [n],niſi expreſsim is filius,tanquam nepotis pa-
ter,ſit adoptatus. tunc enim propter expreſſam
patris mentem nepotem omnino excluderet [o].
Addunt aliqui: licet talis fictio ſecundum ſu- VII.
prà ſcripta propriè operetur,in diſpoſitione tan
tùm ſtrictè intelligenda fieri eam interpretatio-
nem,vt caſus ſecundum naturam verus compræ
hendatur,non qui ſecundum legis diſpenſatio-
E nem eſt [p]: & † ideo in ſtatuto præferente filios 91
maſculos fœminis,non compræhendi legitima
tos,quamvis Bartolus hîc cenſeat,propriè eos fi
lios legitimos dici [q]. qua tamen in re magna eſt
altercatio,vt Iaſon hîc,& alibi Crotus poſt Plūb.
diſputarunt [r]. Mihi receptior videtur ſenten-
tia,vt huiuſmodi legitimati admittātur: quia &
verba,& ratio ſtatuti eos continent [ſ]. Recipi-
et † tamen tale ſtatutum interpretationem paſ- I.
ſiuam à iure communi,vt ad maiorem partem is 92
F non admittatur,quàm vnà ex filiabus iuſtis [t]:
quod Alexand.Iaſon,cæteri tradunt [u], vt quod
de oblatis curiæ lex ait,ad plenariè legitimatos
producatur. in quo dubio,& vtcunque in cauſa
inteſtati quadam ex æquitate defenditur con-
dito teſtamento , ſicvt nulla lex prohibet plus
adoptiuo relinqui,quàm legitimo [x], dum mo-
dò ſaluus ſit cæteris triens naturâ debitus [y], cur

**L. 15. Si is, qui pro emptore.**

c l.ij.ff de uſufr. ear.rer.
d l.filiū.de his, qui ſunt ſui.
e l.legem. C.de nat.lib. Bal.l.j. C.de iur.aur. annul.
f gl.l filius à patre.§.fin. de lib. & poſthu. Crotus.d.§. & quid ſi tantum uerſ. tertius caſus.
g Socin.d rub. de lib.& poſth. Dec.conſil.cclxiiij.cccvij.
h l.qui in prouincia.§.diuus de ritu nupt.
i §.ſi quis ergo. in auth. quibus mod.nat.ſui.
k d.rub.de lib. & poſth.
l l.ſi pater.la ultima, de adopt.
m l.filio, quem. de lib. & poſth.
n l j.§.ſi quis filium.ſi tab. teſt. nullæ.
o l.iij.§.j.de cōtratab.
p l.fi.C. de his, qui uen.ætat. ubi Bal.ſaul.& Dec.conſil.lij.
q rub.auth.qui. mod.nat. leg.§. dubitandum.in auth. de inceſt. nupt.
r Crotus.d.§. & quid ſi tantum. cum duo.ſeq.
s d.l.adoptiuū d.§.pronum. ubi Alex.
t d. l.commun. §.ſi.§. & quādo de luis & legi.

uarie.in auth.quib.nat. ſui. u Iaſ.nu,288. x l.ſi te parens.C. y l.hac edictali.C.de ſecund.nupt.

non

non idem in legitimato ? quod Angel.reſpon-
II. dit [a]. Nam & talis legitimatus à feudo exclu-
III. ditur [b]. Et nec in emphyteuſi quidem eccleſiaſti-
ca,ſi tamen ad extraneos non ſit tranſmiſsibilis,
IIII. poterit ſuccedere [c]. Sicvt neque in his,quæ pri-
migenio iure deferuntur:quod And.Martin.Ale
V. xanderque diſputarunt [d]. Nec in bonis,quæ in
terris eccleſiæ ſunt,ſi à principe ſeculari ſit legi-
VI. timatus [e]. Si tamen nemini fieret præiudici-
um,id eſt,ſi conſenſerit pater,habebit vires ea le A
gitimatio,etiam extra territorium. ſicq; eorum
ſententia defenditur,qui videntur diſſentire [f].
VII. Nam & ( quod ad ſpiritualia attinet ) certum
eſt,non haberi hunc pro legitimato [g],vt ſuprà di
xi,quamvis exiſtimem non ideo minùs hunc eſ-
ſe legitimum,alioquin Imperator neminem le-
gitimum facere poſſet. quod eſſet abſurdum,vt
VIII. Alexander ait. Cæterùm ſi ex aliquibus verbis
ſtatuti appareat , de caſu naturali ſolùm actum
fuiſſe,non autem de ciuili,nec tunc erit conclu- B
ſioni locus, vt quia ſtatutum ſolos legitimè na-
tos admittat:quod Iaſon,& Crotus hîc tradunt,
receptiſsimumque eſt.at qualitas ſecundum tē-
pus participij intelligatur [h]. nam & lex Iulia de
maritandis ordinibus, quæ ſtatuerat, vt qui li-
bertinus duos à ſe genitos in ſua poteſtate habe
bit,&c.locum non habet in poſthumo [i], qui li-
cet fingatur natus,non tamen dicitur in poteſta
te [k]. Quoties ergo aliqua verba legis repugna-
rent , proculdubio non procederet concluſio. C
In materia tamen fauorabili iure extenſionis
quandoque aliter interpretamur [l]. Qua ratione
filij per ſubſequens matrimonium legitimati,
tanquam legitimè nati,pleriſque caſibus haben
tur,vt in electione [m], vt in feudo [n]: fortè & in fi-
deicommiſsis,quod Butr.Imo. Dec.tradiderūt,
licet Alexan.contrà reſponderit [o]: ego alibi diſ-
IX. putaui [p]. Sanè † ſi non verba, ſed mens legis re-
94 pugnaret,idem eſſet. etenim ad eam quoque po
tiſsimum attendi debet: quod aliquibus exem- D
plis Iaſon hîc oſtendit [q] , eo præſertim,quòd
non revocari donationem iam factā ſubſequu-
ta ſpurij legitimatione ex receptiore ſententia
adfirmat [r]. ſicvt nec fideicommiſſum à graui il-
luſtriq; perſona, ſi hęres deceſſerit ſine filijs,de-
ficere,quia legitimatum reliquerit [s].quæ ſenten
tia in naturali filio tantùm procedit. ſed in eo,
qui natalibus eſt reſtitutus,non videtur vera,ma
ximè ſi legitimatus ad honores quoque reſtitu-
tus ſit [t].Huc pertinet, quòd quamvis adoptiui E
propriè ſint filij legitimi [u], tamen ex mente te-
ſtatoris plerunque fit alia interpretatio,vt ſi tra-
ctaretur de excludendo ſubſtituto [x]. quod am-
pliat Cur. Iun. & Dec. procedere ait,etiam ſi
conditio de filiis legitimis tantùm concepta
ſit [y].in qua re amplius deliberandum eſt. Pla-
nè & illud mihi probabile videtur, vt naturalis
legitimatus propriè dicatur legitimus : quia re-
ſpectu originis habet primordium veritatis, &
lex impedimentum tollit, maculamque abolet F
iure ciuili illatam,quod facere poſſet [z].At in ſpu
rio aliud videtur.nec enim in eo ſubeſt vlla veri-
tas, cùm non conſtet legitimatum eſſe patrem:
imò lex vulgò conceptum præſumat [a], nec pa-
tris affirmatio,aut tractatus, quod ad agnatos at
tinet, aut eum quo ipſe grauatus ſit, fideicom-
X. miſſo quidquam proſit [b]. Illud quoque non
95 omittendum,licet † in his quæ iuris ſunt,lex di-

a Ang.cōſ.cccl.
b c.j.§.natural. ſi de feud.deſū.
c Doct.l.generaliter.§. cū autē. C.de inſt.& ſubſt.deciſ.Neapol.386.
d Salic.Paul.Iaſ. l.quoties.C. de rei uendic.
e Bar.l.j q. 7.C. de ſum. t init.
f Bar conſ.75.in fi. Ang.d.conſil. cccl
g d.c.per uenerabilem.Bar.d. §.diuus.
h l.in delictis.§. j de noxal.d.§. diuus.in fi.
i l.q liber.§.pen. de oper.lib.
k l.ſi prægnantem.§.de collat. bonor.
l l.j.§.liberis.l. fi.§. ex bonis de bon.damnat.
m c. innotuit. de elect.
n d.c.tanta.& c. lator.eo.tit.
o Alex.conſil.5. in 7.
p lib.iij.de uerb. ſign.
q Iaſ.uerſi.5.
r l.ſi unquā.C. de reuoc.donat. d.rub. de lib.& poſth.ubi dixi.
s l.ex facto.§.ſi qs rogatus. ad Trebel.
t Alex.conſ.ij.
u l.nec in ea. de adult.
x l. fideicōmiſſum.de cond.& demonſt.
y Dec. conſil. cccxcix.Cur. Iun.145.
z l.imperialis.§.j.ubi Bal.C.de nupt.a §.ſi aduerſus.Inſtit.de nupt.b l.non nudis.C.de prob.Barb.conſil.27.ad fin.

catur verè diſponere, id ꝓcedit,niſi communis
loquendi vſus ſtet cōtrà:& ideo traditum eſt,ap
pellatione filij legitimi non compræhendi legi
timam , propter communem loquendi vſum.
quod Caſtrenſis & multi alii tradiderunt [c].
Quod quomodo intelligendum ſit, Alexand.re-
ctè declarat.nec enim ſimpliciter id verum eſt [d].
Subiicit † hîc Bartolus,quoties lex quo ad quę XI.
dam tantùm,pro ciue aliquem habeat,non cen- 96
A ſeri ſecundum veritatem, ſed potiùs ex fictione
diſponere [e]:quæ & Alexand.probat [f]. Qua ra-
tione conſequēs eſſet, vt filii per dignitatem pa-
tria poteſtate liberati,propriè extra poteſtatem
non cenſerētur:quia hoc duntaxat ſtatutum eſt
in his, quæ eis vtilia ſunt [g]. Et tamen Bartolus
hîc ſentit cōtrarium,niſi reſpondeas verè & ſim-
pliciter liberatos eſſe.quamvis hęc diſpoſitio in-
terpretatione paſsiua ex mente legis reſtringa-
tur,ſicvt & in ſtatuto reſponſum eſt,quo cautum
B erat,vt ſcholaſtici haberentur ꝓ ciuibus. ex mē-
te enim legiſlatorum reſtringitur ad ea ſolùm,
quæ commodum ipſorum reſpicerent [h]. nec e-
nim veriſimile eſt, eum, qui beneficium alicui
confert,voluiſſe ei eſſe oneri [i], ne † quod ob fa- 97
uorem datum eſt,vertatur in odium [k], niſi ta-
men de onere tractaretur ab ipſa ciuilitate inſe-
parabili [l].qua de re alibi [m]. Quàmvis enim ſu-
prà ſcripto caſu ſcholaris propriè ſit ciuis [n], ta-
men à proprietate vocis recedimus,ne adverſus
C legis mentem quicquam inducamus. Quod ma
ximè dicendum ſecundum ſuprà ſcripta, quādo
aliquibus verbis mens ipſa argueretur: exempli
gratia,ſi aliquid factum requireretur, putà quòd
præſens à toto ordine in ciuē reciperetur: quod
hîc Bartolus tradit,& cæteri ſequuntur.Pone er-
go:aliquod † eſt munus , quod concedi non po- 98
teſt,niſi ciuibus originariis:nunquid tali ciui fa-
ctitio indulgeri poterit ? & conſtat,non poſſe [o].
nec enim ſtatutum eum originarium facit, ſed
D duntaxat ciuem . nec propriè id facere poſsit,
cùm iſtud ſit facti,non autem iuris. Quòd ſi dice
ret,habeatur in omnibus, & per omnia pro ciue
originario,aliud eſſet:quod Bartolus hîc ſentit,
licet in hoc quoque ſit aliqua controverſia [p].
Sed quid reſpectu tertii? verbi gratia,dicitur ſta-
tuto Ferrarienſi, ꝙ ciues Bononienſes ſint im-
munes à vectigalibus , nunquid de his quoque
intelligetur?& videretur , quia ſunt propriè ci
ues,vt hîc dicitur. Sed contraria ſententia aliis
E placuit , quia non videntur Ferrarienſes de iſtis
cogitaſſe [q].ſunt enim quodammodo adoptatitii
ciues,de quibus non eſt veriſimile in præiudi-
cium ſui publici eos intellexiſſe [r]. quod hîc Ra-
pha.Crotusque tradiderunt.In beneficio tamen
principis,quod latiorem interpretationem ha-
bet,viderentur etiam hi compræhendi [s]: id-
que non tam ex municipum conceſsione,quàm
ex principis ipſius mente:quod hîc Ruy. tradit,
atque ita Bartolus interpretatur [t].Subiicit Cro-
tus,quandoque ex cauſa ſubſequenti interpreta
F tionem fieri,vt talis ciuis non compręhendatur,
velvti ſi bellum inter Bononienſes & Ferrarien-
ſes oriatur.amitteret enim Bononienſes priuile
gium illud ciuilitatis, quod habent Ferrariæ, a-
deò † vt facta pace non cenſeatur reſtitutum [u], 99
niſi expreſsè ita convenerit:quod ex facto Pōta-
nus reſpondit [x],& ego iuri conſentaneum arbi-
tror. Sed quid ſi non omnes Bononienſes,ſed
aliquis particularis id priuilegium habeat?& vi-
deretur bello reipublicę amitti etiam particula-
rium

c Dec.cōſil.275.
d Alex.d.cōſil.ij. uer.non obſtat.
e arg.d.l.ij.ad Maced.
f conſi.18.in ij.
g authent.ſed epiſcopali.C.de epiſc.& cle.Bar. l.iij.de his q ſūt ſui.
h l.iij.§.ſi emācipat ubi Bart. de cōtratab.l. ſi Rufinus. C.de teſt.mil.ubi Doct.
i l.falſa.§.j.de cōd.& demōſt.
k l.quod fauore. C.de leg.ubi. Bal.8.oppoſ.
l d.l. cum ex oratione.§.fin. Cin.l.ſi filius. C. de bonis proſcript Ang. conſil.cccli. generoſus.
m per Bal.in d. oppoſ.
n l.in orbe.de ſta.homi.
o Bal.l.oēs pop. de iuſt. & iur.
p Alex.d.l.ſi Rufinus & l.j.de leg.j.
q d.l.fi.C.de his, qui ueni æt.
r l.certa.C.de iur.fiſc.lib x.
s c.quod circa. de priuil. Alex. l.iij.§.fi. de ope. no. nunt.
t Bar.d.§.legis Iuliæ.
u arg.l.cum ſeruus. de adi leg.
x l.antepe.j. de capt. Pont.conſ. cccclix.



100 rium iura [a]. Sed † durum eſt in bellis inter Chri-
ſtianos, quæ ciuilia ſunt, culpa reipublicæ priua
tos plecti,ſi ipſi à conſiliis belli abhorreant [b]:vi-
deturque hic caſus miſtus , vt licet Bononienſes
pro hoſtibus ſint,non ita intelligatur,qui vtriuſ-
que ciuitatis iura habeat,licet altera hoſtilis prę-
*De fictione priuatiua.* ualeat [c]. Sequitur, vt aliqua de fictione pri-
uatiua attingamus. Ea † definitur, cùm lex ali-
101 quid,quod verè ſit,non eſſe interpretatur.Eſt au-
tem contraria ſuperiori,& cùm contrariorum ſo A
leat eſſe eadem diſciplina,quælibetque affirma-
tiua negationem contineat,& contrà conſequēs
eſt,vt quæ in fictione inductiua diximus,ad hanc
quoque pertinere poſsint,vt ſicut illa in his,quæ
102 meri facti ſunt,locum habet,ita & iſta.Vnde † fin
git lex eum, qui monachorum ordini ſe addixe-
rit,& in cœnobio viuit,mortuum eſſe [d].quod in-
telligo ſecundum legem pontificiam , quæ eos
mundo mortuos eſſe dicit [e]: lex enim ciuilis ge-
neraliter pro viuentibus habet, pacto lucri dota B
103 lis in caſum mortis, duntaxat excepto [f]. Sic † lex
Cornelia fingit eum, qui captus eſt ab hoſtibus,
nec reuerſus , fuiſſe mortuum,& quidem prima
104 hora captiuitatis [g]. Sic † alibi legiſlator ſimpli-
citer ſeruitutem mortalitati ferè comparat [h]. Sic
quandoque eum,qui natus & conceptus eſt, pro
non nato , nec concepto interpretatur [i] :idem-
que de eo , qui mortuus naſcitur [k] : idemque de
eo,qui exhæredatus eſt [l]: idemque de abſente,
105 vel contumace [m]. Sic † eum , qui deportatus , vel C
in metallum datus eſt, non paucis caſibus pro
mortuo habet [n] : quos alibi recenſui [o]. ſubeſt e-
nim & hoc caſu æquitas,vt inquit Bartolus, ſiue
quia publicè intereſt delicta puniri [p] , ſiue quia
delinquens ſe ipſum pœnę cenſetur obligare : &
ideo naturali vinculo ad ea tenetur [q]. qua ratio-
ne lex ait,actionem iniuriarum ex bono & æquo
oriri [r]. Sed videretur hanc fictionem, quam Bar-
tolus priuatiuam vocat,iure non conſiſtere,cùm
enim,vt in carmine Agathonis eſt,nec Deus qui- D
dem id poſsit, vt quæ facta ſunt, infecta ſint [s],ſe-
quitur, vt nec lex id valeat efficere,aut fingere,
ſed ſolùm legiſlatori id relinquat, vt eius quod
factum eſt, nullam inducat rationē,perinde ac
ſi nunquam fuiſſet. At id lex non per fictionem,
ſed verè faceret, vel ſaltem per extenſionem ex
aliqua ciuili regula ductam , vt ſuprà declaraui [t].
Nec lex vlla eſt,quę aut monachum,aut ſeruum,
aut aliàs damnatum dicat fingi mortuum , ſed
comparari mortuis,aut iure extēſionis pro mor- E
tuo eſſe [u]. Et ſicut quando lex aliquem actum ,
aut pactionem pro infectis habet, quia contra
bonos mores ſit , vel alia ratione improbetur [x],
non ex fictione , ſed ſecundum veritatem proce-
dere cenſetur [y], ita & hoc caſu videtur dicen-
dum. Subeſt enim ſemper eadem ratio:alioquin
cùm lex inſtitutionem factam pro infecta ha-
bet [z] , fictè diſponere cenſeretur, vel conditio-
nem appoſitam pro non appoſita [a] , vel condi-
tionem defeciſſe, quæ euenit [b]:& tamen certo F
certius,eſt ſecundum veritatem potiùs diſpone-
re.nam & quòd qui natus erat,non fuiſſe natum
fingat, non ſatis verbis Pauli expreſſum eſt. At-
qui eius reſponſum tali fictione non indiget, ꝙ
poſsint verba teſtatoris futurum tempus ſpectā-

a l.transfugā.ſ. tit.ij.Bar.in extrauag.q ſint rebel.uerſ.rebell. circa medium.
b Anch.con. 36. Dec.cōſ.ccclij.
c l.inter ſtipulātem in princ.de uerb.obl.gl.l. fi. in fi.de dol.exc.
d l.fi.in prin.C. de epiſc. & cl.§. iſtud.ij.in auth. de monach.
e xij.q.j.nō dicatis. c.cū ad monaſt.de ſta.monach.
f d l.fi.in princ. C.de epiſc. & cl.
g l.Cornelia.de teſta.
h l.antepen. de reg.iur.
i l.Titius.§.Lucius.de liber. & poſth.
k l.qui mortui. de uerb.ſign.
l l j.§.ſi pater. de coniung. cū emanc.lib.
m l.j.reſpōſ.pe. quod cuiuſqꝫ uniuer.
n l.j.in fi.de cōtratab.
o l.ex ea.§.in inſulam. de uerb. oblig.
p l.ij.§. exercitum ubi Bar.de his,qui not.
q l.Imperat. de iur.fiſc. Bar.l. ex hoc iure.de iuſt. & iur.
r l. non ſolū.§. j.de iniur.l.quęſitum. de ſepul. uiol.
s §.j.in auth. de æqua dot.32. q. 5.ſi Paulus.
u d.l.antepe. de pet.tut.l.qties.q
z l.ſi pater.l.nec
b l generaliter.

t l non uidetur.ſ.tit.j.l.nam iſ.de dol.l.ſi duo.de admi.tut. reg.iur.d.§.& quid ſi tantū. x l.ij.de auct. tut.l.ij. in fi.qui ſatiſd.cog. y l.pācta,quæ cōtra.C.de pact.l.fi.C.de diſt pig. apud.C.de hæred.inſt. a l.repræhēdēda.C.de inſt. & ſubſt. C.de inſt & ſubſtit.

tia propter mentem ad præſens,ſeu mox pręter- L.15.
itum trahi [c]. Suadet hoc & ratio , cùm priuati- *Si is, qui pro emptore.*
ua hæc fictio negatiuè procedit, non videtur ei,
quod lex non eſſe cēſet, qualitatem fictionis ad-
iici poſſe [d].nec enim neceſsitas ſubeſt, meritò ad
fictionis remedium recurrendum non fuit : nec
cùm ſequens ſtipulatio priorem tollit, ideo di-
citur lex fingere,eam non interueniſſe : imò ipſo
iure ſecundum veritatem tollit [e] , quia poteſt
A hoc facere .Pactum verò,quia facti eſt,id eſt, me-
ris terminis naturalibus relictum,non niſi exce-
ptione , & ſic iure cuiuſdam retentionis opera-
tur:& neutro in caſu,ſeu ſtipulationis,ſeu pacti,
ſeu replicationis vlla ſubeſt fictio. Sed & pro-
babile non eſt , ei, qui exceptionem doli habet,
ſuccurri per fictionem,tanquam aduerſarius fin- 106
gatur actionem non habere [f]. Atqui † cùm fictio
id in caſu ficto operetur, quod veritas in vero [g]:
ſicut ſi non haberet actionem, ipſo iure eſſet ex-
B cluſus,ita & ſi fingeretur,deberet ipſo iure exclu
ſus eſſe.quod tamen faſum eſt [h].apparet ergo ra-
tionem Bartoli non eſſe veram,ſecundum quam
etiam non conſtituit differentia, an dolus de-
derit contractui bonæ fidei cauſam , an ſtricti iu-
ris , cùm tamen conſtet ſubeſſe [i]. Sed & decla-
ratio ipſius , quomodo pacta ſint facti , vera non
eſt , & alibi à me improbata [k]. Conſtituendæ
igitur tres ſunt concluſiones. Prima : fictio pri-
uatiua in his,quæ meri iuris ſunt,locum non ha-
C bet , nec fictio dici poteſt, ſed vera legis diſpoſi-
tio : idque omnes probant. Secunda : in his,
quæ partim iuris, partim facti ſunt, idem eſt.id-
que & Bartolus probat ea ratione, quòd fictio
priuatiua negatiuè fingit. cùm autem contineat
diſpoſitionem negatiuam, ſequitur, vt ad eius
veritatem ſufficiat alterum abeſſe [l]. remoto er-
go iure, in quo certum eſt legem propriè diſpo-
nere, cenſetur remota fictio. Tertia: in † his,quæ 107
facti duntaxat ſunt, fictio priuatiua procedit. ita
D Bartolus.Ego contrà:non procedit,quia talis diſ
poſitio ſecundum veritatem eſt [m] , & non, niſi
craſſa Minerua, poteſt fictio appellari. & hæc eſt
ratio etiam ſecundæ concluſionis . Supereſt, *De fictione tranſlatiua.*
vt † ad tertiam ſpeciem tranſeamus , quæ eſt fi- 108
ctionis tranſlatiuæ, vt ei nomen indidit Barto-
lus [n]: diffiniuitque eſſe, cùm † lex rem, quæ certa 109
forma , aut modo extat, in aliam formam, aut
modum extare interpretatur . id vt plurimùm
quatuor ſpeciebus fit, mutatione temporis, per-
E ſonę,rei,loci. poteſt tamen & circa alia prædica-
menta locum habere [o] , ſed ſuperiora quatuor
ſunt frequentiora. Videamus † primùm elemen- 110
tum temporis. & concludit Bartolus,de tempo-
re ad tempus fingi,tam in his,quæ ſunt meri fa-
cti,quàm in his,quæ ſunt iuris. ſic in lege Corne-
lia fingitur captiuū retrò mortuum eſſe. ſic iure
poſtliminij fingitur retrò quem in ciuitate fuiſſe.
ſic quandoque fingitur pecuniam ex tempore
tranſacto ſolutam [p]. & retrò occiſum , qui nunc
F tantùm moritur [q]. & olim datum damnū , quod
hodie tantùm datur [r]. Quod & ad ea , quæ ſunt
iuris, porrigitur, vt retrò quem in poteſtate fuiſ-
ſe [s], retrò infamia notatum [t]. Et licet in fictio-
ne inductiua,vel priuatiua circa ea,quę iuris ſūt,
non propriè dicatur lex fingere, tamen ſecùs eſt
in hac tranſlatiua. quod enim præſens eſt,vt vi-
deatur olim fuiſſe, non poteſt niſi per fictionem
induci. Huc pertinet,quòd & lex ab adita hære-

c l. verbū oportet.ſ.de verb ſig. d.l.pe.ſi cer.pet.
e d.§.pactus,ne peteret.
f l.nō videtur ſ.de reg. iur.
g l. ſub conditione. de ſolut.
h l. ſi acceptolatū.de accept. l.ſi dari.de verb.oblig.
i l.& elegāter. vbi Bart.de dolo.
k l.j.§.j.ſ. tit.j.
l l. ſi is, qui ducenta.§. vtrùm. in fi.de reb.dub.
m d. l. fi.C. de pact. pign. l. de ætate.§. nihil de interrog.actio.
n arg. l. ſed ſi vnius.§.ſed & ſi pater. de iniur. l. ſicvt.§. ſuperuacuum.
o Azo in Summa.C. in princ.
p l. ſub conditione. de ſolut.
q l. huic.§.pen. l. ait ad leg.Aql.
r l. damni.§. Sabini.de dam.inf
s gl.§. ſi ab hoſtibus. Inſt. qui mod. ius pat.
t l.forti.§.j.de his,qui not. inſam.

a l. heres quādo eū q. de acq. hęr. b l. ſi rem. §. fin. de pig. act. Bal Imol. d. l. hæres.
I.
111 c l. iiij. §. hæc verba de neg. geſt. Bart. d. l. hęres. Iaſ. hic. d d. l. deniq. d. §. Scæuola. ſigs teſt.
112 e l. j. de furt. f § de cri. expil. hæred. per tot.
II. g l. vſuſfructus. de ſtip. ſer. h d. l. hæres.
III. i l. non eſt dubium. C. de iure delib. k §. alienus. Inſtit. de hær. inſti. l Bald. l. j. q. x. C. qui admit.
113 m d. c. non dicatis. xij. q. j. Bal. l. bonorū q. v. C. qui admit. n d. l. non eſt dubiū d. l. j. q. v. bi dixi in j. q. 4 effect. princ. o Bar. l. ij. §. ſi ſeruus. §. de bon. poſ. ſecūdū tab. p l. 2. vbi dixi de bon. poſ. contra tab. l. aut dānū. §. fin. de pœn. q c. ſ. ad Alex. vbi Canō. de cler. coniug.
IIII.
114 r Imol. l. ſi alienum. §. in extraneis de hær. inſt. s l. à Titio. de fur. l. peculiū. ſ. ſed hæc credi tor de pecul. t l. ſi tibi hoc. §. cū ſeruus. l. ſeruū filij. §. j. de leg. j. u l. legatum ita. de leg. ij. l. ei, qui ita hæred. de cōditi ſit. x l. qui autem. quę in frau. cre. y d. §. cū ſeruus. l. quęd tm. de reb. dub. l. proinde ſi cert. pet. z l. Titius. de act. empt.
I.
115 a l. quis. l. Paulus. de uſur. b l. ſi. C. de uſur. c l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. igitur in ſi. C. de

ditate fingit retrò, & ad tempus mortis teſtatoris rem trahit[a]. Vnde aditio facta, pendente iudicio, retrotrahetur, vt confirmet omnia interim nomine hæredi geſta[b]. Sunt autem non pauci caſus, quibus huic fictioni locus non eſt. In † primis quoties de materia agitur, quę ſecundum veritatem tantùm decidenda ſit, tunc ad hanc fictionē fruſtra recurremus[c]. Hincque eſt, quòd in his, quę iuris naturalis ſunt, & à lege in ſuis terminis relinquuntur, non eſt locus fictioni, vt ſuprà de poſſeſſione, quatenus facti eſt, diximus[d]. Qua † ratione rei hæreditariæ furtum fieri non dicitur, quia id committitur inuito domino[e], at eius rei nullus adhuc eſt verus dominus, vt meritò iudicium expilatæ hæreditatis fuerit inducendū[f].

Idemque dicendum, quoties præſenti tempore, à quo ducitur fictio, non poteſt res incipi: quia ſubſtantia deſit, vt perſona in vſucapione incipienda, vel in vſuſfructu acquirendo[g]. quod Bartolus tradidit[h]. Idemque, ſi tempus præſens, à quo fictio retroducenda eſt, aliqua ratione repugnaret. verbi gratia, filiofamiliâs delata eſt hæreditas, interim emancipatus fuit, deinde adijt, an quæretur patri? & videretur, ſi verum eſt retrò hanc fictionem ad tempus mortis trahi. & tamen hoc falſum eſt[i]. quæret enim ſibi hic filius, ſicut & ſeruus manumiſſus[k], & ſolùm tēpus aditionis attendemus: quo exemplo, ſi † monachus, iacente hæreditate, agnati proximi efficiatur epiſcopus, vel aliâs de poteſtate monaſterij exeat, poterit vacantem hæreditatem adire, & ſibi acquirere: quod plerique tradiderunt[l], & Crotus hîc probat, & iure noſtro probabile eſt. Pōtificij verò, ceu per ſcintillam, tranſire ius adeundi ſtatim in monaſterium cēſuerunt, nec monachi voluntatem attendi[m], ſed & confeſtim ius adeūdi ad religionē pertineret, quòd ius ſemel quæſitum facto monachi, ſeu poteſtatis diſſolutione auferri non poteſt. idque & Caſtren.[n] reſpondit. quod maximè in minoritano dicendum, qui pro mortuo habetur[o]. Vnde ſi exeat, nouus homo cenſetur[p], nec ius aliorum agnatorum poteſt minuere[q], qua tamen in re magna eſt altercatio, variis hac in re Bal. ſententiis[r]. Sed † qui rurſus ante aduentum temporis, à quo trahenda eſt fictio? & videtur, non eſſe tranſlationi locum. Vnde quamuis lex fingat à morte teſtatoris dominium in legatarium tranſferri[s], tamen talis fictio effectum non habet, niſi deinde adita ſit hæreditas. tunc enim confirmatis aditione tabulis, incipit verum dominium iuris ciuilis diſpoſitione eius eſſe[t]: diſpoſitione verò hominis tum demum ad legatarium pertinet, cùm legatum ipſe agnouit, adeò vt ſi repudiet, nunquam videatur ſibi acquiſitum, nec creditoribus fraudem feciſſe[x]. meritò ergo res cenſetur in ſuſpenſo eſſe[y]. Poteſt enim hæres credere legatarium non acceptaturum[z]. vnde fructus non præſtat, niſi ex mora[a], vel poſt litis conteſtationem[b]: quia fructus hi propter malam fidem præſtantur, in qua non fictio legis, ſed veritas naturalis obſeruatur. Sic valet rei legatæ emptio ignoranter facta, licet aliâs rei ſuæ nulla ſit emptio[c]: quia iure gentium res ſua non erat. quod Iaſon cenſuit[d]. Quod † verò ad eas, quæ iuris ciuilis ſunt, attinet, fictio attenditur. Vnde à tempore mortis cedit regulariter dies[e], tuncque eſt tranſmiſſioni locus[f].

in gl. j de leg. j. d Iaſ. d. §. qui ſeruum. e l. unica. §. cū cad. tol. f d. l. unica. § in nouiſſimo.

Sic & ignoranti quæritur legatum[g]. ita enim acquiſitiones legales ſunt. Sic actio furti contra legatarium datur, tanquam res nunquam hęredis fuerit[h]. totum enim iuris ciuilis eſt. Sic fauore ſpeciali pupilli idem operatur ſuprà ſcripta fictio, quod veritas[i]. Cæterùm ſicut quæcūque acquiſita à ſeruo legato poſt aditam hęreditatem fuerint, etiam ante moram hęredis nihilo minus legatarij erunt, tanquam iam verè dominus eſſet. Sed † & contrà erit de eis dicendum, quæ ante aditam hæreditatem acquiſiuerit[k]. remanebunt enim hæredi, nec fictio hoc caſu operabitur[l]. nec enim tunc ſeruus in poteſtate legatarij fuit[m], nec fictum illud dominium tali acquiſitioni ſufficiet[n]. Sed & cùm ea fictio in fauorē legatarij à lege inducta ſit, aduerſus eū non retorquebitur[o]. vnde antequā agnouerit legatū, conueniri tanquam dominus non poterit, nec actione furti ex perſona ſerui legati tenebitur[p], nec ipſe furti contra hæredem aget, cùm aliquo reſpectu res illa hæredis eſſet, ſed actione in factum experietur[q]. quo Rogerius tradidit, & alio licet non ſimili caſu in ſeruitute perſonali relatum eſt[r]. Sic hæres legatum ſpeciei teſtatori fictione repudiare poteſt, & impedire, ne in eū tranſeat, cui teſtator ignorans legauit. quod verba legis apertè indicant[s]. nec enim poſteriore legato ſublata eſt hæredi repudiandi ex perſona teſtatoris facultas. Nam &, quod ad confuſionem ſeruitutum attinet, nihil impedimento videtur eſſe ſuprà ſcripta fictio[t]: quia ſeruitutes in quandam conſequentiam debentur, nec tunc ipſo iure tranſeunt[u]. Sed & in lege Aquilia occiſo ſeruo ante aditionem hæreditatis, conſtat actionem non legatarij ex ſuprà ſcripta fictione, ſed hæredis eſſe[x]: quia lex actionem hero dat, verè autem dominium tunc in hæreditate fuit[y].

In fideicommiſſis quoque & legatis damnationis, quibus factum hæredis expectare legatarius debet, conſtat iure veteri locum huic fictioni non fuiſſe[z], ſed dominium à traditione transferri[a]. quod an hodie ſublatum ſit, alibi dixi[b].

Sed † & talis fictio aduerſus voluntatem teſtatoris non operabitur. Vnde ſi legatum in diē ſit, ante diei euentum nec verè, nec ficte transfertur in legatarium dominium. quia lex ante diem nō exequitur. quod in fideicommiſſis & legatis damnationis ſecundū ſuprà ſcripta certiſſimum videtur[c]. Doct. tamen generaliter hoc procedere, reprobata Accurſij ſententia, exiſtimant[d]: qua ratione & in legato conditionali idē eſt, vt ante cōditionis euentum nullum dominium transferatur, adeò, vt ſi ex mora hæredis purum eſſe fingatur, non tamen adhuc tranſeat[e]. Sed & poſt euentum conditionis non tamen retrò fingitur tranſlatum dominium[f]: quia teſtator conditionem adiiciendo ſatis oſtendit nolle diſpoſitioni ſuæ locum eſſe, niſi poſt eius euentum. Ideoque tempus illud attenditur, non autem quod retrò ad tempus mortis fluxit. idque, ſiue in inſtitutionibus[g], ſiue in legatis[h], aut fideicommiſſis, ſiue etiam in donationibus cauſa mortis, quæ tamen ſub conditione ſint factæ[i]. nam ſi præſens ſit, id eſt, vt ſtatim fiat accipientis[k], fruſtrà hac in materia diſputaremus[l]: quicquid commentetur hîc Iaſon. quòd ſi mens teſtatoris aliquibus ex coniecturis argueretur, vnde conſtaret velle eum conditionem in vltima voluntate adiectam re-

d. ait de dō. inter uir. k l. ij. de dō. cauſ. mor. l l. ſenatus. §. ſi. eod. tit.

trotra-

II. III. IIII g l. cū pater. §. ſurdo. de leg. ij. h d. l. à Titio. i l. magis. §. fundum de reb. co. ubi Raph.
I.
116 k d. c. §. cū ſeruus de leg. ij.
II. l arg. l. ſi. §. de col bon. m l. ſeruo leg. ubi Caſt. & Ial. de leg. j. n l. legatariū. in fi. de leg. j. o l. legatarium. in fi. de leg. j. p d. l. à Titio. l. ſi ſeruo leg. de no.
III. q l. ſi hęredis ſeruus. de leg. j. r l. ſi uſuſfru. ſi. de uſufruct.
IV. s l. ſi fundū ſub conditione. §. ſi Titius. de leg. j.
V. t l. huiuſmodi. §. cdes. l. legatū eſt. §. fi. de leg. ij. u d. l. ſeruum ſi. iiij. §. fin.
VI. x d. l. huic ſcripturæ. y d. l. quod ſeruus. d. l. legatū ita.
VII.
117 z d. l. Titius de act. empt. l. cū. ue rō. in fi. de fidei. lib. a l. Herennius. j. §. de uſur. b in rub. de leg. j. c l. Sempronius. Attalus. uerſ. dominiū. pra ſſiterit de uſufr. leg. d gl. l. unica. §. cū igitur. C. de cad. tol. Bar. hic. e l. ſi tamē. ubi Bar de leg. ij. f l. j. §. ſerui. ad Syll. l. ſi mater. §. cādē. ubi Bart. de excep. rei iud g l. ſi ſolus. in fi. de acq. hæred. l. nō eſt dubiū. C. de iur. delib. h l. ſi uxor. C. de cond. inſer. l. ſed ſi ante. uerſ. tūc ad Trebel. i l. ſi. ubi Bar. d. don. cau. mor. c. ſed interim. §. i.



I.
118 II. III. a l. ſi ita. §. Pegaſus. de leg. ij. b l. ſi dies. §. fin. quand. dies. leg. ced. c l. Neratius. de man. teſt.
IV. d l. qui balneū. uer. ſed ſi hęres. qui pot. in pig.
V. e d. §. ſi pendente. f l. j. C. comm. de leg. g l. ſi. §. fin autē ſub conditione. C. cōm. de leg.
VI. h Bal. Nou. tra. do. part. x. in fi. Mod. l. j. de le. j. i l. in ratione. §. j. ubi Bartol. ad leg. Falc. k l. j. §. ſi hæres præcepto. ad Treb.
VII. l l. mulier. §. fin aūt ſub conditione.
VIII.
119 m d. l. ſi. §. fin autē ſub conditione. n l. neceſſario. §. ſi pendēte. de peri. & cōmo. l. ſi filiusfamil. de uerb. obl. o gl. d. l. ſi uxor. p d. §. in extraneis ubi Raph. l. in tempus. eo. tit. de hær. inſt. q l. eū, qui poſt. de cōd. & dem. r l. j. ubi Caſt. l. pen. de reg Catonia. s gl. l. poteſt. de hær. inſtit.

trotrahi, tunc proculdubio id fieret, & regulæ fictionis tranſlatiuæ eſſet locus. Vt cùm teſtator conditionem ſolius legatarij fauore adiecisſet. Retrotrahetur † enim conditio, vt fructus interim percepti, reſtituantur[a]. Idem, cùm conditio hæredi adiecta eſſet. non enim impediret, quin ſtatim adita hęreditate dies cederet[b]. Idē, cùm cōditio negatiua eſt, ſeu (vt clarius loquar) quādo ſecūdum verba ipſi legatario non obſtat, vt cùm teſtator ſeruo libertatem teſtamento dat, ſi filius nullus ſibi erit. licet enim dum ſperatur naſci poſthumus, libertas ſeruo non competat, tamen perempta illa ſpe, retrò fingitur liber[c], quia conditio ſtatim moriente teſtatore purificata eſt, & fictionem quæ obſtabat, ex poſtfacto conſtat non obſtare. Sed & ſi hæres ipſe conuenerit, vt talis res ſit pignori pro legato, quod teſtator ſub conditione reliquerat, conſtat eueniente conditione hypothecam retrotrahi: idq; propter expreſſam hæredis conuentionem[d], quam ſponte nulla legis neceſſitate fecit, ideoq; propriam, non autem vltimæ voluntatis naturam ſeruat[e]. Quod & in conuentione tacita hodie admittendum eſſet. cùm enim hæres adeundo videatur hypothecam in legatis lege Iuſtiniani inductam approbare[f], præfertur legatarius cæteris creditoribus, qui interim pignus ab hærede acceperint, cùm ab ipſa origine hanc lex induxerit: alioquin facilè fraus fieri legatariis poſſet[g]. tametſi Baldus Nouellus aliter reſponderit, quem pauci ſequuntur[h]. Addit Bar. hic, fauore hæredis, vt Falcidiam poſſit cōſequi, retrotrahi hanc fictionem[i], quod ipſemet alibi rectiùs nō approbat, & nec eo caſu fictionem induci oſtendit: ſed cùm propter dubium euētum interim alicuius æſtimationis eſſet ille ſeruus, lex eius æſtimationis rationem habet[k]. Sed ſatis defendi hîc Bartolus poteſt, vt dicamus fauere legē hæredi, ne dubij euentus æſtimationem præſtet, cùm ex poſtfacto apparuerit imputari eum ſeruum non potuiſſe. Sed † & ad fructus perceptos, cōditione pendēte, eatenus fit tranſlatio, vt hęredi imputentur, & fideicommiſſario proſint[l]: quamuis nec id iure fictionis procedat, ſed ex vero potiùs. Idem Bartolus conditionem ait in legatis non retrotrahi, neque dominij reſpectus, neque quod ad rei legatæ commoda pertinet, ſed reſcindendæ alienationis cauſa, quæ aduerſus teſtatoris mentem facta eſt, retrotrahitur[m]. & hæc quidem in vltimis voluntatibus procedunt. In † contractibus verò conditionalibus aliud eſt: quia in his locus eſt regulæ noſtræ, vt fictio tranſlatiua locū habeat, & conditio retrotrahatur[n]. Sed quænam eſt ratio differentiæ? & Iaſon hîc, Crotuſq;, item alij quamplurimas referunt, quæ ſeparatim adductæ non carent ſcrupulo, coniunctæ verò in vnū finem corruunt. in cōtractibus enim ad initium attendimus. quo quis ſua induſtria ſibi acquirit[o], atque hoc agit, vt tunc ius ipſum in ſe confirmet: at in vltimis volūtatibus ad ſolam teſtatoris mentem reſpicimus, quæ nullum ius, niſi poſt euentum conditionis, cōferr: vnde in inſtitutionibus cōditionalibus non attēduntur tria tempora, ſed ſolus cōditionis euentus[p]: idemq; in legatis & fideicommiſſis[q]: ſatiſque eſt, eſſe quem capacem tempore euenientis cōditionis. hic regulæ Catonianæ non eſt locus in his, quæ ſub conditione relinquuntur[r]: idque propter mentem teſtatoris[s]. Sic in fideicommiſſis quis

admittitur, licet nec natus, nec conceptus viuo teſtatore, ſed ſufficit eſſe in humanis tempore euenientis conditionis. quod Labertinus diſputauit, & à pleriſq; reſponſum extat[t]. Sic ante euentum conditionis non dicitur quis creditor in vltima voluntate, licet aliud ſit in contractibus[u]. hinc ius conditionale ex contractu ſtatim per filium familiâs patri acquiritur, nō expectato cōditionis euētu[x]. hinc tale ius in hæredē tranſmittitur[y]: quæ omnia aliter in vltimis voluntatibus obſeruantur[z], hinc in vltimis voluntatibus ſeruus manumiſſus ſi iterum in ſeruitutem incidat, nō cēſetur noua perſona, & ideo ex legato præſtabitur[a]: quod ſecus eſt in contractibus[b]. hinc ſi cùm deberem tibi Stichum, aut decem, & per errorē Stichū ſolui, credens me eū præciſè debere, oblatis decem competit mihi repetitio[c]: oblatis enim decem, cenſentur ea vſque à principio ſolùm debita fuiſſe, & conſequenter Stichus indebitus: quia in contractibus locum habet trāſlatio: at in legatis ſecus eſt: nec vlla erit Stichi repetitio[d]: quia in eis non eſt locus tranſlationi, vt ego ſentio, licet alij aliter.

Sunt † tamen nō pauci caſus, quibus etiam in contractibus non eſt fictioni tranſlatiuæ locus, veluti cùm talis cōtractus nullam obligationem inducit[e], vt quia conditio à poteſtate debitoris pendeat[f], ita q; obligatio nulla vtrinq; inducatur. nec enim poteſt tunc referri ad tēpus cōtractus, qui inanis erat, & alterius voluntate diſſolubilis. Idq; non ſolùm obligationis principalis reſpectu procedit, ſed etiam fideiuſſoriæ[g], quod ſecus eſſet, ſi alter cōtrahentium tali contractu aſtringeretur[h]. hincq; apparet, ideò non retrotrahi, quia extremū ad quod, pro nullo habetur. Sicut † & non retrotrahitur, quādo tempore exiſtētis cōditionis perſona non ſubeſt, ſeu res ipſa deficit[i]. nam & tunc extremum habile non eſt: quod à me alibi proditum eſt[k]. Sed & nūquam retrotrahitur cōditio, vt plus operetur, quàm veritas: ideoq; traditū eſt, cōditionem reſpectu dominij nunquā retrotrahi. ſicut enim ex cōtractu iure celebrato non trāsfertur abſq; traditione dominiū[l], ita ex conditionali nō poteſt fingi trāſlatum. Idq; & in donationibus, quę morte cōfirmantur, procedit[n]. quo fit, vt donatio inter cōiuges reſpectu dominij non trahatur retrò, licet aliud ſit reſpectu fructuū: & ita ſe habet communis opinio[o]. Si tamen traditio quoq; à principio ſubſequuta eſt, nihil videtur obſtare, quin etiam reſpectu dominij retrotrahatur[p]: & ita lex Iuſtiniani videtur accipienda; cauillo diſtingui debere: qua de re latiùs hîc Iaſon, & alij controuertunt[q]. Subiicit † Bar. nec quidē huic trāſlationi locū videri in verbis ſententię cōditionalis quando ſunt poteſtatiua, vt quia quis cōdemnatus ſit in centū, & niſi intra decē dies ſoluerit, in amputatione linguæ: deinde fuit cōſtitutum, vt quilibet retrò cōdemnatus, ſiue in ære, ſiue in perſona, ſolutis quinquaginta abſolueretur: iſte ante lapſum dierū decē obtulit quinquaginta, an ſit abſoluēdus? Bar. dubitat: Torquatus, Crotus nihil decidunt: Imo. Pont. Aret. negāt abſoluendum, ſed linguam ei amputādam[r]: vterq; Ang. Raph. Puteus, Iaſon ſtant pro abſolutione. quæ ſententia eſt verior, idque ſiue verba ſtatuti, ſiue mentē inſpiciamus. Illa enim verba, Retrò condemnatus, etc. in hoc propriè procedūt, quia etiam ſi illa cōditio, ſecūdum Bar. ſententiā, tanquā poteſtatiua, nō trahatur retrò, tamē verū eſt,

L. 15. Si is, qui pro emptore.
t Alex. cōſ. xxj. in iij. xij in 4. u l. is, cui de ac. & oblig. x d. l. ſi filiusfa. y §. ex cōditionali. Inſt. de uer. oblig. z l. unica. §. ſin autē. C. de cad. tollend. a l. ſi chorus. in fi. de leg. iij. b l. qui res. §. aream. de ſolut. c l. cū his. §. fin. de cond. indeb. d l. ſi is, cui de leg. iij.
VI.
120 e l. fin. de don. cauſ. mort. f l. j. in fi. l. poſt or. in princ. qui ſi uero. §. ſi filio. mand. g l. quidā. cū §. fi. de uerb. obl.
II.
121 III. h d. l. j. in princ. d. l. qui balneū. d. l. potior. §. uideamus.
IV. i l. qties. de non uat. d. §. ſi pendente uerb. plāne. k l. cū, qui ita. §. ſi de uerb. obl. l l. traditionib. C. de pact.
VII.
122 m d. l. ſi mater. §. eandem. ubi Bart. n l. j. C. de inof. donat. l. ſequēt. de leg. iij. o Bartol. hîc in princ. iij. oppoſ. p l. pe. in fi. C. de don. inter uir. q Iaſ. hîc. p multas ll. r Aret. d. l. cum quidā. filio. §. fin.

ex illa ſententia, & ſic retrò fuiſſe condemna-
tum[a], licet executio fieri non poſsit, niſi decem
dierũ lapſu expectato, maximè quia aliàs abſur
dum ſequeretur, vt qui ex grauiſsimo crimine
eſſet capitaliter cõdemnatus, euaderet pœnam,
& iſte qui primùm pecuniariter tantùm con-
demnatus fuit, non euaderet. Nec obſtat, q; cõdi
tio illa, niſi ſoluerit, ſit poteſtatiua. Reſpondeo,
nõ eſt ſpõtaneum illud, q; quis inuitus ſoluit, ne
mẽbro plectatur: ideoq; locus eſt translationi[b].
ceſſat enim hoc caſu ratio translationem in cõ-
ditione poteſtatiua impediẽs, cùm inanis actus
non ſit[c]. erit ergo translationi locus[d]. Sed & cõ-
demnatio linguæ poſt diem ſententiæ videtur
pura, licet conditionẽ reſolutoriam habeat, niſi
ſoluerit pecuniam[e]. fruſtra igitur ad fictionis re-
medium recurrimus. Nec rurſus obſtat Imolę &
Pontani argumentum, qui ſtatutum loqui aiunt
de iam condemnatis. at iſte poſt ſtatutum cen-
ſetur condemnatus, quia non niſi lapſis decem
diebus linguæ condemnatio locum habet. Re-
ſpondeo, id falſum eſſe. ſententia enim iudicis
eum cõdemnauit, non lapſus diei[f], cùm perin-
de ſit, ac ſi iudex purè in amputatione linguæ
condemnaſſet, niſi ſolueret[g]. Minus etiam facit,
quod ſtatutũ de eis, qui iam carcere detẽti ſunt,
non debeat intelligi: falſum eſt hoc, vt alibi ipſe
Bart. docet[h], niſi verba ſtatuti aliter cõcepta eſ-
ſent[i]. In ſententia tamen excommunicationis
ſatis putarim non retrotrahi cõditionem illam:
exẽpli cauſa, epiſcopus condemnauit me in cen
tum, & niſi intra mẽſem ſoluerim, adiecit, quòd
eſſem excõmunicatus: nõ ſolui, nunquid tranſ-
feretur conditio? & traditum eſt, non transfer-
ri[k]. excommunicatio enim non niſi in pœnam
contumaciæ, aut cõtẽptus, fertur[l]. at retrò in-
tra dilationem à iudice conceſſam nulla eſt con-
tumacia. ergo extremum, ad quod facienda eſt
trãlatio, repugnat: qđ non pauci tradiderũt[m].
Etiam ego verum arbitror, etiam ſi in ſententia
adiectum eſſet, q; ex tempore præſenti eſſem ex-
communicatus[n]. nec enim poteſt iudex hanc
fictionem inducere, quæ ad legem, non ad ho-
minem pertinet, vt ſuprà videmus. Cæterùm
VIII. † & impedimento huic translationi eſt voluntas
123 legiſlatoris & ideo in ſententia excommunica-
tionis non fingitur retrò, quoties interpoſita eſt
appellatio: quod But. adnotauit[o]. quia lex iu-
bet poſt appellationem omnia eſſe in ſuſpenſo.
quod & dicendum in eo, qui abſolutionem ab
excõmunicatione impetrauit, vt aduerſus Bald.
alij tradiderunt[p]: vel in eo, qui ſacerdotio ante
IX. condemnationẽ renũtiauit[q]. Idemq; † vide-
124 mus in volũtate cõtrahentium, vt cùm qui in no
ua obligatione inter partes promiſſum eſt, non
fingitur retrò in fauore alterius tantùm, qui tem
pore implementi ius non habet[r]: quod Ale-
xand. & cæteri tradiderunt[s]: vel cùm filius fa-
miliâs ſtipulatus eſt, cùm fuerit emancipatus ſi-
bi dari, non retrotrahetur, vt patri quicquam
quæratur, quòd diuerſum expreſsè actum ſit[t].
X. Sed † & ſi ſecundum hanc fictionem actus red-
125 deretur nullus, non eſſet facilè talis interpreta-
tio accipienda. vnde cùm quis ſtipulatur rem
ſuam, ſi ſua eſſe deſierit[u], non transferetur con-
ditio ad tempus contractus, quia contractus in-
firmaretur, cùm nemo poſsit rem ſuam ſibi dari
XI. ſtipulari[x]. In † ſtatutorum quoque interpre-
126 tatione quandoque non erit locus huic fictioni
propter ſtatuentiũ mentem, aut legis rationem.

a c. præterea. 2. de appel. epiſt. inter claras. vbi Albe. C. de ſum. trini.
b l. Lucius. qui po in pig.
c d. l. potior. in princ.
d Ioã. And. reg. cũ ſunt partiũ. in Mercur.
e l. obligationũ. § cõditio de act. & oblig.
f d. epiſt. inter claras. in fi. vbi Alber.
g d. § conditio.
h l. Domitianus. vbi Bart. ad Turpil.
i Ioan. And. in Spe. de oblig. & ſolut. q. penult.
k Bald. authen. cõtra. C. ad Trebel.
l 2. q. 3. c. nemo.
m Deci. d. c. preterea. Doct. cle. j. de cõceſ. preb.
n d. cle. j. l. huiuſmodi. de ver. oblig. vbi dixi. in fin.
o d. c. preterea. ij.
p c. quæſtione. vbi Dec. 2. notab. de appel.
q c. inquiſitionis. vbi Felin. de accuſat.
r l. ſi ſeruus cõm. Meuij. & Caſt. in fi. j. de ſtipul. ſer.
s in d. l. ſi filiuſfamilias.
t l. fi. de ſtipul. ſeruor.
u l. ſi rem meã. de verb. oblig.
x l. nemo rem. eo. tit.

Vnde cùm lex municipij agnato proximo cõce-
deret ius luẽdi intra annũ, reſpõſum extat, alie-
natione conditionaliter facta, diem ab euentu
conditionis, non à tempore cõtractus cedere[y].
totum ergo id ex mente legiſlatoris decidetur:
qua de re & pleriſq; aliis caſibus alibi à me diſ-
putatum eſt[z]. Sed † quid in reſcriptis reſpon-
debimus, an conditio in reſcripto appoſita, tra-
hatur retrò? & videtur non trahi[a]. ſubeſt enim
A in eis eadem ratio, quæ in legatis. quia & reſcri- XII.
pta plurimum ſecundũ principis mẽtem decla- 127
rantur. quę ſentẽtia certiſsima eſt in conditione
poteſtatiua. idemq; etiam in caſuali, ſi in præiu-
dicium alterius, qui medio tempore impetrauit,
fieret translatio[b], vt Iaſ. hîc ait. quod ſi verum
eſt, inanis eſſet quæſtio. nec enim vnquam de
hoc quęritur, niſi vt medius excludatur. Puto ta-
men veram eſſe hãc opinionem in his, quæ prin-
cipi prorſus ſunt arbitraria, veluti in beneficiali-
B bus, in quibus habet Pontifex liberam omnino
poteſtatem[c]: in conceſsionibus verò feudali-
bus, quoniam ad contractus pertinent, non ita
eſt[d]. Vera tamen videtur ratio Iaſonis: quia in
præiudicium tertij non debet eſſe locus huic fi-
ctioni[e]. Vnde † videmus reſtitutionẽ ad bona
interim alienata retrò non trahi[f], quia damnũ
fieret emptori[g]. Rurſus videmus, ſi pendẽte ap- XIII.
pellatione à ſententia, qua Titius notatus eſt in- 128
famia, pro me teſtimoniũ dixerit, deinde lapſa
C ſint fatalia, quo caſu cenſetur etiã retrò fuiſſe in-
famis, non tamen id mihi nocere, & teſtimoniũ
ſuſtineri[h]. Nec obſtat, quòd poſtliminium fingit
etiã in damnum tertij[i]. quia quòd iura captiui
nõ ſint penitus amiſſa, ſed interim ſtent in pen-
denti, nõ cenſetur vlli damnũ fieri[k]. Nec obſtat,
quòd hereditas iacens continuet vſucapionem,
& domino rem ſuam auferat[l]. quia non tam fi-
ctio hæc, quàm interpretatio legis eſt, quæ facit,
vt hæreditas vicem perſonæ ſuſtineat, vt hîc Pau
D lus ait, idq; in negligẽtis domini damnum. Nec
tamẽ dubitandum eſt, poſſe reſcripto principis
reſtitutionem etiam in damnũ tertij indulgẽri,
ſi ita principi placuerit[m]. qua de re alibi diſputa-
ui[n]. Hincq; † infertur, vt cenſeamus, nec tunc XIIII.
huic translationi locum eſſe, cùm medius actus 129.
coniunctionem extremorum impedit[o]. Vn- I.
de ſi ſeruus, per quem captiuus vſucapiebat, fue-
rit aliquando de poſſeſsione deiectus non tra-
hetur retrò vſucapio, ſed ſolùm à tempore recu-
E perationis incipiet[p]. Qua ratione procura-
tor religioſus conſtituere alium, quamuis habi- II.
lem, non poteſt[q]. obſtat enim medium inha
bile: de qua re infrà. Et teſtator aliquem pror- III.
ſus incapacem non poteſt inſtituere, vt hæredi-
tas ſua capaci reſtituatur[r]. obſtat enim medium
inhabile. Nam & videmus idẽ eſſe, ſi quis mã- IV.
dato procuratoris mei vi, vel clàm, quid fecerit,
non poteſt videri me feciſſe[s]. Item contracto V.
ſub conditione matrimonio, ſi quis interim cõ-
F iugem aliam acceperit, amplius non retrotra-
hitur conditio, qua medium illi obſtat. Hinc
quoq; eſt, quòd poſt iuſtum filium, ſi pater natu- VI.
ralem natu maiorem beneficio principis legiti-
mauerit, traditum eſt, retrò id non trahi in iuſtæ
ſobolis detrimentũ: ideoq; talẽ ius primigeniũ
non conſequi: quod Iacob. Butr. diſputãdo cen-
ſuit, & receptiſsimum eſt[t]. Sed † quid in legi- VII.
timato per ſubſequens matrimonium? pone, pa-
ter qui ex concubina filium ſuſceperat, deinde 130
vxorem duxit: qua defuncta duxit concubinam,
an

y Alber. l. ſi procurator. de uerb. oblig.
XII. locus[y]. Sic & legi Aquiliæ locus(vt ego arbitror)erit,quamvis propria manu quis non occiderit[z],dum tamẽ cędes ſit facta, id eſt, ex parte
XIII. percuſsi adimpletus effectus. Sic lex Cornelia de iniurijs,etiã adverſus eũ cõpetit, qui mandauit,vel curauit fieri[a], & verba *Feciſſe*, & *Abduxiſſe*, in ea materia habẽt locũ in eo, q per ſubmiſſam
XIIII. perſonam fecerit[b]. Sic lex Cornelia de ſicarijs, vel ſcientiam ſolam domini plectit, qui permiſit familiam alicui vim facere[c]. & nihil intereſſe ait,an quis occidat,an cauſam mortis det[d].
XV. Sic ſenatuſconſultũ Turpilianũ adverſus eum quoq; locum habet,qui calumniatorem ſubmiſerit[e].quod ex vi verborum procedere videtur, niſi de eo tractetur, qui tãquam miniſter electus eſt,vt alium ſubornaret. is enim non verbis,ſed
XVI. ſententia legis teneretur[f]. Sic & auctoritate

a Alber.q.xliij. in lib.Stat. b d.l.non ideo minus. c d.§.& quid ſi tantum. d l.j.in fi. quod quiſq.iur. e l.iij.§.de noxa lib.l.in hoc iud.§. de ſeruo corrup. f l.j.ad fin.C.de rap.virg.Iaſ.l.j.C.de ſer.fugit. g d.l.ſi ego q̃ vi,aut clã.c.j.de homicid. in vj. h l. athletas.§. Pomponius. de his, q not.infa. gl.§.eos aũt. vt iud.ſine quo quo ſuffrag. i d.l. hęc verba. ad l.Iul. de adult. K xvij.q.iiij.c.ſi quis ſuadente. l d.l.mulie.in fi. de ſentẽt. excõ. m d.c.ij.de cler. pug.in duel.c.ſi qs viduã.l.diſt. n c.ſignificauit. de Iudæis. o l.ſi quis id, quod.ff. de iuriſd.om.iud. p l.pe.in princ. ne quis eũ qui. q d.§.deieciſſe. r l.hoc iure.§.de iecit. ff. de reg. iur. s d l.diuus.de falſ. t l.j.§.expilatores. de effract. u l.ij.§.diuus Pius.de iure fiſc. x d.l.utrum.ad l.Pom. y d.l.iij.§.ſi procurator. quod quiſque. z d.l.ita vulne. §.abduxiſſe.ſ.de ſicar. e l.j.§.in ver.q̃ĩ manum. a l.nõ ſolũ.de iiur. b l.itẽ apud Lab.§.feciſſe. iniur. c c.Petrus diaconus.vbi Felin.de homicid. d l.nihil.de cidit.ad Turpil. f d.§.incidit.verſ.verum.

Bar.receptum eſt, cùm quis id madat, quod delictum non eſt:quia procurator coactus ſuſcepto mandato, facit ipſum dominum teneri[g], vt ſi ſtatutum punit eum, qui iuriſdictionẽ prætoris
declinauerit[h].Sic auctoritate Bal. Pontanique XVII.
traditum eſt,ſtatutum fauorabile ad mandãtem porrigi[i], velvti q homicidæ proſit pax,ne à fiſco inquietari poſsit[k].proderit enim etiam mã-
danti.Sic † quotieſcunq; de aliquo tractaremus, XVIII.
A in quo mandatarius ipſe non puniretur, ſaltem 171
mandãs deberet lege cõpręhẽdi,ne omnino delictum eſſet impunitum[l]. Meritò ergo concludendum eſt legem de faciente loquẽtem etiam mandantem cõplecti,ne facilè à regula iuris re-
cedamus[m], & ne minùs delicti auctor,quàm XIX.
executor puniatur[n]. Quod maximè dicendum in eo,qui ſicarij pecunia conducti,quem aſſaſsi-
num vocãt,opera vſus ſit[o]. Non † eſt tamen per- 172
petua ſuprà ſcripta regula,ſed aliquibus caſibus
B reſtringenda. Et in primis, ſi verba in perſonam I.
concepta ſint,ſatis crediderim veram eſſe Bart. opinionem,vt ſecũdum vim verborum mandãs non contineatur[p]. quod Din.Old.Iac.Butr.&
Alex.probarunt[q]. Ideoque ſi lex effectum non II.
puniat,ſed ſimpliciter factũ, putà ſi puniat eum, qui nocte abſq; lucerna inceſſerit, ad hũc caſum nõ traheretur.quod poſt Bal.Pont. hîc tradidit.
Idemq;,ſi lex cõmentitia ſit,& extrinſecùs ali III.
C quid puniat.quod idem Bal.cẽſuit[r]. ſed in dubio (vt dixi) potiùs effectus videtur perpẽſus[s].
Quòd ſi nec per alium quis fecerit,ſed ſimpli- IIII.
citer occaſionem delicto præſtiterit, cùm nullo modo verbis compræhendatur,eius legis pœna
non punietur[t]. Ex qualitate quoque perſonæ, V.
aut natura rei quãdoq; fit interpretatio, vt mandans ipſe mitiùs puniatur,taliſq; caſu iudex ſententiam ſuam moderabitur[u].quod maximè dicẽdum,ſi verba mandati ambigua ſunt, & mandatarius aliàs omnino facturus erat.quę videtur
D receptior opinio[x]. Sed † & qui per alium fecit, VI.
quandoq; excuſatur, ſi non animo delinquendi 173
fecerit.quę excuſatio faciliùs in ipſo procuratore admittitur[y], tametſi & quandoq; ex perſona mandantis accipiatur:& ſi ſubſit cõſuetudo, inclinabit iudex faciliùs ad moderationem[z].Cæ-
terùm & quotieſcunq; lex factum ipſum dunta- VII.
xat notat,ſatis putarim non compræhendi, qui per alium facit,vt in conſtitutione, quæ clerico
E prohibet tabernariam artem exercere[a]. non enim compræhendetur, qui per famulos facit[b]. vnde & vtilitatem perſonæ, quam ab exercitio lex inducit,conſiderabimus ſecundum faciẽtis, non autem imperantis perſonam[c]. quod alibi
tractatum eſt[d]. Addit hîc Iaſ.non fieri hanc in- VIII.
terpretationem,quando lege municipali caueretur,ne quis capitaliter puniatur,niſi quatenus ſcriptum verbis eius legis eſſet.non enim cõpręhendetur mandans , ſi de homicida tantùm lex
F expreſſerit.quod ex facto Bal.reſpondit[e].qua in re maximè ad verba legis reſpiciendum eſt. Sed quid ſi in ea lege cautum ſit,vt verba ſtatutorum intelligãtur ad literam, & prout iacent? & videretur,adhuc mandantem contineri: idq; virtute extenſionis,quam vocant paſsiuam. & ita Guido Suzar.diſputauit. Sed tamen ſatius eſt,hoc caſu cõtrariam ſententiam ſequi[f]. quod & Alberic.cenſuit[g]. Addunt quoque Doctores, nec
tunc compræhendi mandantem, cùm lex de eo IX.

g d.l.iij.§.ſi procurator. h Bart d.l.ſed ſi vnius.§.j. i arg.l.ita vulneratus. Bar.l. quemadmodũ C.de agri.& cenſ.lib.xj. K l.ij ad Syllã. l d.§.ſi procurator. d.l.aut qui aliter.§.pen.gl. l.in rem.j.§ ſignũ. de rei uẽd. m c.qui per alium. de reg.iur. in vj. n l.& ſi certus. ad Syllan. o c.j.de homicid.lib.vj. p d.l.aut qui aliter.c.fin.d.§. prætor ait. q Alex.conſ.lx. & clx. r d.l.oẽs populi. s d.§.incidit. t l.item ſi obſtetrix.in princ.ad l.Aquil. u d.c.ſicut dig. de homicid. x l.ſi quis mihi bona.§. quid ſi mandaui. ubi Iaſ.de acq.hær. y c.vt famæ.in fi.de ſent. excõ. z d.c.ij.de cler. pug. in duello. a clem. j.de vita & honeſt. cleric.

b gl.c.j.eo.tit.in vj.vbi Gemini. c l.in adulterij. C.de adult. l.humilem. vbi Alber.C.de inceſt.nupt. d l.mercis. vbi dixi, de verb.ſignif. e conſ. lij. eccl. xxxiiij.in v. f Bar.d.l.oẽs populi. in vlt.part. g q.xliiij.q.iij. ſen.lib.iij.

loqui-



loquitur,qui manibus proprijs fecerit[a], vel per ſe,vel perſonaliter[b].His enim verbis apparet,de mandante intelligi non poſſe[c],tametſi quandoq; aliud ſit.nec enim his verbis interpretatio, quam paſsiuam vocãt,intelligitur reiecta[d]. vnde tenetur quis proprijs manibus facere, ſi poſſit,vel adſit:ſecùs, ſi adeſſe nequeat[e].Idem,quoties ratio legis,in qua huiuſmodi perſonales dictiones ſunt,ceſſaret[f]. quod hîc Iaſ.tradidit.videtur enim tũc quis ſua manu facere, quod filij, vel ſerui manu fecit : quia hos in poteſtate habet,vt ſuprà dixi,& iubenti domino non potuerunt non parére[g]. idem alijs caſibus à me alibi
X. explicatis[h]. Cæterùm quoties nullus mandan-
XI. tis dolus argueretur, ſed ſolius mandatarij, dubium non eſt, non videri dominum deliquiſſe, & ſuprà ſcriptæ fictioni locum non eſſe[i]. Sicvt nec tunc erit locus , cùm mandatarius non eſſet mandatum executus. cùm enim factum adhuc non ſit homicidiũ,non poteſt dici ſoli mandato convenire verba legis[k], tametſi iſte iuris communis pœnis ſit puniẽdus[l]. qua ratione in cõtractibus quoq; idem diximus, vt aliud ſi venditio,aliud mandatũ de vendendo[m]. Idem credendum,etiam ſi mandatarius eum occidiſſet ſe defendendo cùm enim non in executionẽ mandati, ſed in caſu licito occiderit, ſicvt ipſe non teneretur[n], ita nec mandãs.quod aliqui tradide-
XII. runt[o]. Nam † & ſi mandatarius aſſeueret,non
174 propter mandatum,ſed propter proprias inimicitias inuiſum ſibi hominem occidiſſe, videtur mandans excuſandus[p]. quod intelligunt Doct. ſi iudici ſederit ex veriſimilibus coniecturis ve-
XIII. ram eſſe iſtius percuſſoris aſſertionem[q]. Sed quid,ſi quis Titium accuſauerit, q aliquem percuſſerit,vnde ille ſit mortuus,ex probationibuſque appareat,non quidem ipſum vulnus feciſſe, ſed mandatorem eius faciendi fuiſſe, & perperam actum eſſe?reſponſum eſt[r], cùm accuſator vnum dixerit,aliud probauerit[s]. quod & ego probo: quia de ſimplici facto hîc agitur, quod rectè deduci debuit . Si tamen verba aliquomodo auctorem delicti compræhẽdere poſſent, ſecus eſſet,vt quia ſimpliciter dixerit, cõmiſiſſe delictum homicidij in perſonam talis. Etenim hæc verba poſſunt mandatori cõvenire[t]. quod hîc Pont.docet,& Butrig.atq; Florian. alibi tra-
XIIII. diderunt[u]. Sed quid in teſtibus, qui pro teſtimonio dixerunt, talem die Lunæ occiſum fuiſſe,ſi deinde conſtet mandatũ cædis eo die factũ, ſed alio tẽpore executum?& nõ teneri eos falſi, Pont.cẽſuit[x],quem etiam Crotus ſequitur: quæ ſententia humanitate defenditur, licet iure deficiat.Etenim teſtis de his,quæ facti ſunt, ſolùm dicere debet[y]. Et proculdubio aliud eſt mandantis,aliud perpetrantis factum[z]. alioquin qua ratione dicta teſtium,eadem & libellus ſuſ-
XV. tineri deberet:quem tamen ſuprà dixi non ſuſtineri. Addit hîc Ang.[a], nec tunc videri mandatorem homicidium feciſſe,cùm non ſuæ, ſed alienæ vindictæ cauſam mandauit[b]. quod ego non probo. videtur enim grauiùs hic delinquere,cùm amicitiæ tribuendum quidem ſit,ſed vſque ad aras,vt in veteri eſt proverbio[c]. poſſet defendi hæc ſententia, cùm amicus ille priùs ipſi mandaſſet, vt per alterum iuberet fieri[d]: & hæc quidem in mandante procedunt. in eo verò,qui conſilium, auxilium, fauoremque præſtiterit,non accipitur hæc fictio,tametſi nõ ideo

a l.j.§ ne aũt.in fi.C.de cad.tol. b clem.j.de vit.& ho.cle. c l.ſi.vbi Bar.C.de erog.militar.annon. d c.ſi.§.pen.de offic.deleg. e Car.cle.j.not.vj.de iureiur. f d.l.diuus. de falſis. g l.is damnũ.ſ.de reg.iur. h l.j.§.j.§.tit.j. vbi dixi. i gl.l.ſub prętextu.j.C.de tranſact.l.ſi is,qui rẽ.j.§.j.vbi Bar. de furt. K glo.clem.j.verb.mand.ſ.de pœnis. l l.non ſolum.§.ſi mãd.vbi Bar. ff.de iniur. m d.§.ſi quis amico. glo. l.in bonæ fidei. de eo,quod cer loc. n l.ſcientiam.§.cum aliter.ad l.Aquil. o Afflictus c.iniurias. iiij. not. de pac.iura. firman.in vſib. feud. p arg.gl.l.pe.C.de fideiuſ. q Bal.moder.d.c.iniurias. r Io.Monach.d.c.qui per alium. Ba.d.c.iniurias. s l.habebat. ff. de inſt. act. t d.c.mulieres. in fi. u Butrig.l.non dubiũ.C. de legib.Florian.d.l. ita vulneratus. x ar.c.periculoſe.de pœnit. diſtinct.j. Roma. ſing.cccccclxxxvij. y l.j.vbi Bar.C. de vſur. z l.aliud.ſ.de reg.iur. a d.l.non ſolũ Io.de Anan.d c. ſicvt. b arg.d.l.Papinianus.ff. mãd. c l.tutori. C.de neg.geſt. d d.l.aut q aliter. verſ. pen.d. l.j.§. inc.verſ.verſ.ad Turpil.

impuniti evadant[e]. Sed hæc ſatis. Tandem, L.15.

**Si is, qui pro emptore.**

vt hæc materia perfectiùs abſoluatur, quærunt Doct. an † duæ fictiones ſimul concurrere poſſint?& Bart.non poſſe exiſtimauit[f], niſi ex diuerſis fontibus oriãtur[g],vel altera alterius conſecutiua ſit[h]: & ita propter Bart.auctoritatem
cenſuerunt plerique Doct. ſed tamen hac in re 175
diligentiùs advertendum eſt. Etenim ſi fictionis definitionem perpendamus[i], nihil in ea di-
A citur,cur non poſsint concurrere, dum æquitas
ſubſit.Sed & ſi regulas communes reſpiciamus, I.
quod non invenitur vetitum, debet cenſeri per- II.
miſſum[k].oſtendam autem nulla lege, aut ratione vetari. Sed & conſtat plures fictiones principaliter ex eodem fonte oriri poſſe,quando di- III.
uerſis temporibus effectum habent[l]. cur non & ſi eodem tempore? nec enim vlla probabilis ratio differentiæ adduci poteſt[m]. Sicvt nec cur
in conſequentiam promittatur id, & non prin- IIII.
B cipaliter. etenim regula eſt,vt quæ ex ſe vetita ſunt,nec ex conſequenti, nec ex principali permittantur[n]. Quòd ſi qui caſus excepti repe-
riuntur,ſpeciali ratione innitantur[o], quæ pro- V.
fectò nulla hoc caſu ſubeſt.quo ſit, vt(quod vulgò ſolemus dicere) plura ſpecialia non concurrere[p],certam non habeat rationem. Proſequamur igitur gradatim caſus minùs dubios, & in quibus nulla eſt Doct.conſenſu altercatio. Et
in primis,quoties duo inducuntur,quorum vnũ I.
C ex veritate ſit,alterum ex fictione, receptum eſt fieri id poſſe,& vſitatum legislatori eſſe, vt in fictione poſtliminij,cuius vnum caput ſecundum veritatem, alterum ſecundum fictionem procedit[q]. Rurſus & illud admiſſum eſt,vt non i- II.
deo minùs dicatur lex ſecũdum veritatem procedere, q actus inducendi ſit fictus. vnde ſi procurator meus à Titio emat fundum, quem venditor conſtituat eius nomine poſsidere, operabitur cauſa conſtituti, vt ego poſſeſſor efficiar[r].
D quia licet traditio ſit ficta,ſeu actus conſtituti fictus,poſſeſsio tamen vera eſt,quæ transfertur[s]. & ita frequentiore calculo receptum eſt.Idemq; Dinus eſſe reſpõdit,ſi non procuratori meo, ſed geſtori venditum conſtitutumq; ſit[t], dum modò ratum habeam. quia ratihabitio comparatur mandato[u]. Idemque tradunt pontificij in inveſtitura,quæ & ipſa fictam traditionem continet, & † conſtituto æquiparatur[x], aiuntque tali ca-
ſu,quamvis fictio,plenum ius acquiri[y], cùm a- 176
E liàs mutabiliter ſolùm transferretur[z]. quã ſententiam & ego ſequor: quia traditionem fictam qualis eſt hæc, quæ clauſula conſtituti fit,lex omnino ſubrogat actui naturali[a], ſecundum quẽ conſtat domino quæri per procuratorẽ poſſe[b]. nec enim quicquam refert,quo inſtrumẽto , aut modo aliquid tradat , nec ideo rei veritas, aut ſubſtantia mutatur[c]. Qua ratione ſicvt poteſt tali clauſula acquirere, ita & vendendo rem do-
F mini poterit procurator transferre:quia contrariorum eadem eſt ratio:& in mandato vendendi videtur etiam facultas tradendi conceſſa[d]. qua de re ſuprà loco ſuo,ſunt enim qui diſſentiant[e].
Sed & receptum eſt, vna † in re poſſe plures fi-
ctiones induci, vt in ſocietate omnium bonorũ, 177
putà ficta ſolutio,& ficta donatio[f]: ſicvt vna res poteſt pluribus ſeruitutibus ſubijci[g]. quamvis non ideo ſeruitus ſeruitutis eſſe poſsit[h], niſi tamen effectu quodam, & per ſimplicis facultatis

e l.quoniam multa.C.ad l.Iul. de vi pub. Bar.d.l.is,qui opem. f l.j.C.de dot. promiſ. g l.ſing. in fi.ſi cert.pet. h l.ſpecies.§.f. de acceptil. i l.j.§.i.de dolo. K l.nec non.§.j. ex quib.cau. maior. l l.fi.C.ad Velleia. dixi l.j.ſol. mat. m d l.ſub cond. ſ.glo.l.ij.in fi.de ſolut. n l.ſi ſponſus.§.j.de donat.inter vir. o l.j.de auct. tut.vbi not. p d.l.j.de dot. promiſ. q l.cum duo.ſ.de capt. r l.quod meo.§.tit.j. s l.certè.§.j.de precar. t Din.conſ.xv. u l.ſi.C.ad Maced. x c.ij.vbi glo de conſuet. y c.accedens.extra,de præb. z c.ſi tibi abſenti. de præbend. in vj. a l.quarundam verſ.nihil video ſ.tit.j. b d.l.ea,quæ ciuiliter.l.j.C.per quas perſon. c d.l.iiij.§.fi.de ſeruit. d l.Papinianus. vbi Ang.de Publiciana. e l.j.in fi.princ. ſ.tit.j. vbi dixi.

f l.licet.§.quoties.de iure dot. g l.qui per certum.com.præd. l.Lucio.de aqua quot. h l.cum eſſent.in fi.de ſer.ruſtic.præd.

modum

178 modum [a]. Ego † tamen exiſtimauerim fictio-
nem fictionis quandoq; induci, vt cùm in ſocie-
tate omnium bonorũ abſque alia ceſsione trãſ-
eunt ſpecialibus quibuſdam caſibus actiones [b]:
vel cùm in legato fundi, quem teſtator ſeruo al-
teri legato reliquit, lex ait, cedere diem ipſius
ſerui legati à tempore mortis, ipſius verò fundi
à tempore aditæ hæreditatis [c]: & tamen vtrunq;
tempus ſecundum fictionem procedit, cùm ſe-
cundum veritatem dominium non tranſeat, niſi
poſtquam legatarius legatum agnouerit [d]: quod
179 ſuprà docui. ſic ſuprà dixi, per † clauſulam con-
ſtituti transferri veram poſſeſsionem, quamvis
per procuratorem procuratoris. Etenim vendẽs
conſtituendo nomine procuratoris mei rem re-
mentis ſe tenere, videtur eius procurator eſſe [e].
Si verò conſtituat meo nomine, res clarior eſt,
quia meus procurator cenſetur, & mihi veram
IIII. poſſeſsionem acquirit [f]. Sanè nec illud in du-
bium venit, quin in alterius principalis conſe-
180 quẽtiam poſsit alia fictio induci [g]. vnde † in per-
ſona eiuſdem & fictio poſtliminij & acceptila-
tio conveniunt [h]. Cùm enim principaliter lex
reſtituat capto omnia, perinde ac ſi captus non
eſſet, cætera in quandam conſequentiam, ſiue
vera, ſiue ficta iura, acquirunt [i]. vnde hæreditas
interim delata ei acquiritur, & fingitur retrò hę-
res [k]. ſic lex fingit quem liberatum, & in con-
ſequentiam retrò obligatum fuiſſe, quod & alijs
exemplis oſtendi poteſt [l]. qua de re hîc latiùs
per Iaſ. qui etiam declarat, quomodo vna fictio
in conſequentiam alterius venire dicatur. Sed
V. & illud fatetur, ſi diuerſa origine vtraque fictio
proveniat, nihil eſſe impedimento concurſui [m].
vnde ſi mãdo tibi, vt facias homicidium, tu por-
rò alteri, qui patrauit: ille tenetur, quia fecit: tu,
quia feciſſe videris: & ego, quia per te & per il-
VI. lum feciſſe videor [n]. Huc pertinet, quod idem
Bartol. ait, admitti hunc fictionum concurſum,
cùm circa diuerſa cõtingit: velvti cùm vna fictio
fauorem creditoris reſpicit, alia debitoris [o], vel
cùm vna obligationem, alia liberationem indu-
cit [p]. Quod extendit Aret. etiam cùm ad vtilita-
tem eiuſdem perſonę ſpectarent, vt in ſuprà ſcri-
pta quæſtione conſtituti facti procuratori, quo
domino poſſeſsio acquiratur [q]. procurator e-
nim recipientis fictè repræſentat dominum [r],
tradens verò in eum dominium fictè cenſetur
transferre, & tamen admittitur concurſus [s].
Idem Aretinus etiam ampliat, vt poſsint duæ fi-
ctiones circa connexa cõcurrere, quorum vnum
alterius confirmandi cauſa præcedat. vnde rece
ptum eſt, clauſulam precarij operari, vt rogans
precariò nomine domini poſsideat, & item vt
dominus naturalem poſſeſsionem tranſtuliſſe
VII. in eum videatur [t]. Supereſt ergo ſolus ille ca-
181 ſus, quãdo † ex eodem fonte æqualiter duę prin-
cipales fictiones procedunt. & Bartol. ait non
I. concurrere. Vnde dos incerta ex pacto nudo
non poteſt peti, ne duo ſpecialia ex eodem do-
tis fauore concurrant. quod ex Alexandri con-
ſtitutione receptum eſt [u]: ſed illa lex nihil ad fi-
ctionem attinet: nec dictio Promiſſum, de facto
nudo accipi poteſt, & aliũ omnino intellectum
II. habet, quàm vt ad hanc materiam poſsit trahi,
vt alibi docui [x]. Nec quicquam facit, quod duæ
diſpenſationes non concurrant [y]. Reſpondeo,
imò concurrunt, ſi pontifex velit. alioquin vbi
duo obſtant, vno ſublato, aliud impedimentum
III. remanet [z]. Addit quoque Bartol. quamvis lex

a l.j. de vſufr. leg.
b l.iij. cum glo. ff. pro ſoc. vbi Fulg.
c l. ſeruo leg. vbi Caſtr. de leg. j.
d l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. eo. tit.
e d.l. quod meo.
f d.l.j. C. p quas perſo. d.l. ea, quæ ciuiliter.
g l. ſi quis poſth. verſ. diuerſ. vbi Aret. de liber. & poſthum.
h d.l. ſpecies. ĩ fi.
i d. §. ſi ab hoſtibus. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſol.
K l. omnia ferè. vbi not. de reg. iur.
l d.l. ſub conditione. vbi Bar.
m Feli. & Dec. c. at ſi clerici. §. j. de iudic.
n l. fluminũ. §. quanquã eius. de dam. infect. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſt. vbi Aret. de vulg.
o d.l. ſi ego.
p d.l. ſingularia d.l. licet. §. quoties.
q d.l. ſub cond.
r d.l. oſſa. in fi. de relig.
s Aret. l.j. §. per procuratorem. ſ. tit. j.
t d.l. interdictũ. vbi Aret. ſ. tit. j.
u l.j. C. de pot. promiſ. glo. l. cũ poſt. §. gener. de iur. dot.
x l.j. vbi Soc. ſol. mat.
y c. ij de filijs presbyter. in vj. c. non poteſt. c. fi. de præbend. in vj.
z §. adfinitatis. Inſt. de nupt. Bart. d. §. quinimò. & l. ſi tibi. de pact.

nouella dominium abſque traditione acquiri
eccleſiæ cõſtituerit, non tamen quæretur, ſi pol-
licitatione tãtùm, vel voto fuerit res promiſſa [a].
ſed id ego non induci ex eo arbitror, quòd plu-
res fictiones non cõcurrant, ſed quia lex nouel-
la id priuilegium eccleſiæ ſolùm tribuit in lega-
tis, in donatione, in venditione. ergo ad votum
trahẽda non eſt, in quo minor ratio ſubeſt, & in
quo non adeò vouens obligatur. Sic rurſus (in-
A quit) non transfertur dominium, quoties & ti-
tulus eſt fictus, & ficta ęquè translatio poſſeſsio-
nis, vt communi ſentẽtia receptum eſt [b], ne ſci-
licet duæ fictiones concurrant. Sed certè alia vi-
detur ratio huius concluſionis, quàm ſuprà ſcri-
pta nempe quòd contractus, quo quis rem ſuam
conducit, nullus eſt [c]: ideo non ſubeſt cau-
ſa, abſque qua dominium nunquam transfer-
tur [d]. quod alibi docui [e]. Subijcit idem Bartol.
etiam quaſdam rationes ſatis à re alienas: in pri-
B mis dum inquit, vna pecunia non poteſt párere
plures compenſationes [f]. Reſpondeo: quid hoc
ad propoſitum facit, ſi vnus aureus expẽdi à me
pro duobus nequeat? Rurſus dum inquit, ani-
mus non poteſt circa duarum poſſeſsionum re-
ſtitutionem operari, vt inquit Accurſius [g]: re-
ſpondeo, quid vetat vni ſubſtantiæ adijci plures
qualitates [h]? vt meritò eam ſententiam ſuprà
non ſim ſecutus. Idemque dum ait, actio præ-
ſcriptis verbis concurrit cum alia, quæ ex diuer-
C ſo fonte, non quæ ex eodem oriatur [i]. reſpon
deo: imò nec, ſi quæ ex diuerſo fonte pro-
veniant, concurrit, vt aliàs libro iiij. Parado-
xorum diſputaui [k]. & etiam ſi verum ſit Bar-
toli pronuntiatum, quid ad materiam noſtram
facit? vulgò ſolet dici, Ex diuerſis non infer-
ri [l]. Meliùs fortè iuuatur hæc ſententia Vl-
piani reſponſo [m], quo traditum eſt, ſi † vt fide-
iuſſori dotem creditori ſoluero, dari actionem
mandati fideiuſſori adverſus principalem debi-
D torem. Quòd ſi filiusfamiliâs, vel ſeruus ſit is fi-
deiuſſor, non dari, ne ſcilicet duplex fictio in-
ducatur, quod voluerit donare illis: & iterum,
quòd per illos patri. Sed ego accepi ideo actio-
nem mandati ſaluam fideiuſſori eſſe, quia dona-
tionis cauſa ſolutum eſt, quæ filio, vel ſeruo non
poteſt videri facta donatio, cùm res eis non re-
maneat, ſed omnis vtilitas patri, vel domino
quæratur [n]. alioquin quid obſtat, quin ſicvt
vera ſolutio à ſeruo facta, à domino facta cenſe-
E tur [o], ita etiam ficta pro ſeruo, in conſequentiam
pro domino quoq; accipiatur? Bartol. hîc aliter
Vlpiani reſponſum intelligit, vultque verſiculo
vltimo ſuperiorem corrigi, & clauſulam illam
*Si ſeruus fideiuſſor ſoluerit*, interpretatur, id eſt, alius
pro ſeruo fideiuſſore ſoluerit. quę expoſitio ver-
ba legis violat, nec veriſimilis eſt [p], vt meritò o-
mnes recentiores hîc eam damnent. Illud er-
go certiùs adduci potuit, q † fictionum remedia
ſubſidiaria ſunt [q], q exorbitantia à regulis iuris:
F ideoq; reſtringenda ſint, nec facilè multa huiuſ-
modi congerenda [r]. idq; verum eſt. Sed non ſe-
quitur, quin ſi ſubſit cauſa ſufficiẽs, aut ęquitas,
tolerandum id non ſit [s]: alioquin † ſi cauſa ſuf-
ficiens non ſubſit, non admittit lex duas fictio-
nes, etiam ſi ex diuerſis fontibus oriantur [t]. Vn-
de quamvis tacitũ legatũ à voluntate teſtatoris
proveniat, translatio dominij in legatariũ ex fa-
cto legis, tamẽ vtrunq; non cõcurrit, tanquã de-
ſit æquitas [u]. qđ & alijs exẽplis oſtẽdi poſſet [x].

*Alciatus Ferrariæ, Idibus Iulijs,* M. D. XLIIII.

Quæ

a l. ſi quis rem. de pollicit.
b d.l. ſi aliquam rem. ſ. tit. j. l. qui rem. C. locat. vbi Doct.
c l. neq; pignus. de reg. iur.
IIII.
d l. nũquam. ſ. tit. ij. Bar. & Doct. l.j. §. ſi vir vxori. ſ. tit. j.
e in d.l. ſi aliquã rem.
f l. quod Labeo. de compenſat.
V.
g glo. j in princ. verb. corporaliter. vbi dixi. ſ. eo.
h l. quid aliud. de ver. ſig.
VI
i l. quoties. de præſcript. verb.
VIII.
K l. in bonæ fide. C. de pac. vbi dixi.
l l. Papinianus exuli. de minor.
m l. ſi vero non remunerãdi. §. j. mandat.
VIII.
182
n d. ſed & ſi pater. §. j ad Macedon.
o d. §. j. verſ. plane. ij.
p l. non ad ea. de cond. & demon.
q l. hæres. in fi. de fideiuſſor.
r l. quod vero. cum ſeq. ſ. de li.
s d.l. fin. C. ad Velleia. l. quoties. §. non tantũ. de adminiſt. tut. l. iij. in fin. verſ. nam & ſi is. de donat. inter vir.
IX.
183
184
t d.l. ſi tibi dec.
u l. ſeruum filij. §. j. de leg. j.
x Curt. Sen. cõſ. lxxx. Affict. deciſ. ccc.



# Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, vt reſtituantur. *Rubrica* †.

† lib. 42. tit. 9.

LEX XXIIII.

1 *Requiſita reuocatoriæ actionis.*
2 *Differentia pignoris prætorij & conuentionalis.*
3 *Quibus caſibus in fraudem alienata reuocentur.*
6 *Inter creditores priuilegiatos in pari cauſa locus eſt occupationi.*
15 *Hypothecæ prioris efficacia quo ad reuocandi ius.*
16 *An bonis omnibus obligatis, pecunia alienata reuocari queat.*
21 *Pecunia neq; loco rei, neque loco pecuniæ ſuccedit.*

SCAEVOLA *libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.*

LEX XXIIII.

PVpillus [a] patri hæres extitit, & vni creditorum ſoluit: mox abſtinuit hæreditate paterna. bona patris veneunt: an id, quod accepit credito, reuocandum ſit, ne melioris conditionis ſit, quàm cæteri creditores? an diſtinguimus, per gratificationem acceperit, vel non? vt ſi per gratificationem tutorum, reuocetur ad eandem portionem, quam cæteri creditores fuerint
A laturi. ſin verò iuſtè exegerit, cæteri creditores neglexerint exactionem, interea res deterior facta ſit vel mortalitate, vel ſubductis rebus mobilibus, vel rebus ſoli ad
B irritum perductis: id quod acceperit creditor, reuocari nullo pacto poteſt: quoniam alij creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre debeant. Quid
C ergo, ſi cùm in eo eſſent, vt bona debito-

PVPILLVS [a]. Vt † revocentur, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, oportet non ſolùm fraudem in debitore ſoluente eſſe, ſed etiam in accipiente: itemque quòd ea fraus effe-
ctum habuerit [a]. At cùm de-
bitor præoccupat ſoluere creditori, non vide-
tur ſubeſſe fraus aliqua, cùm creditor id tantùm
accipiat, quod ſibi debetur [b]: & nemini facit in-
iuriam, qui ſuo iure vtitur. Meritò ergo pro re-
gula conſtituendum eſt, tali caſu nullum reuo-
cationi eſſe locum. quod tamen perpetuum non
eſt, & in primis (vt Accurſius ait) cùm bona ex
decreto prætoris poſſeſſa, vel ab vno creditore
ſunt [c], non licet alteri totum ſoluere, ſed quod
ſupra ratam cæterorum ſolutum eſt, omnino re-
vocatur [d]. poſt bona enim poſſeſſa efficitur par
omnium creditorum conditio, quia iam omnes
ſcire poſſunt ſubeſſe periculum, ne debitor non
ſit ſoluendo: vnde arguitur fraus præoccupan-
2 tis [e]. & † quamuis aliàs in pignore conuentiona-
li, æquali in cauſa potior ſit conditio poſsiden-
tis [f], tamen in hoc prætorio non ita eſt [g]: quia
poſsidens non ſibi ſoli poſsidet, ſed etiam cæte-
ris creditoribus: prætorque hac conditione eum
in poſſeſsionem mittit [h], ſed & ante quam bona
3 poſſeſſa ſint. Referuntur † hîc duo caſus, quibus
reuocatio alienatorum in fraudem conceditur.
Primus eſt, cùm vni ſolutum eſt per gratificatio-
nem, id eſt cùm vtroque creditore inſtante, &
ſolui ſibi poſtulante, maluit debitor alterã præ-
ferre, & illi ſoluere. reuocabitur enim ad ratã [i].
Quod non ſolùm procedit, cùm à principio bo-
na vtrique non ſufficiebant, ſed etiam ſi ſufficie-
bant, quamuis ex poſtfacto imminuta ſint, vt hîc
apertè dicitur. Raphael tamen & Puteus carere

a l. ait prętor. §. j. l. ſi qs cùm haberet. ſ. eo.
b l. qui autẽ. §. apud Labeonẽ. j. eo. l. nihil dolo. de reg. iur.
c l. cùm unus. ſ. tit. iij.
d d.l. qui autẽ. § ſciendum.
e Bar. d.l. ait pętor. §. ſi debitorem. in fi.
f l. ſi debitor. de pig. l. j. de Sal. interdict.
g l. non eſt ſingulari. de pig. act.
h d.l. cũ unus.
i l. ſi non. §. j. ſ. tit. iij. Bal. l. fi. §. & ſi prętatã. in fi C. de iur. deli.

hoc ratione aiunt. nec enim fraus vlla debitoris
fuit, cùm in bonis eſſet, vnde omnibus ſatisface-
re poſſet. ergo edicto huic locus eſſe nõ debet [k].
reſtringendus igitur eſt hic caſus, cùm bona de-
bitoris ſoluendo non ſunt. ſed certè verba legis
noſtrę talem reſtri-
ctionem non pa-
tiuntur, cæterique
Doct. ea ſimplici-
ter accipiunt. cùm
enim alius quoq;
inſtaret, vt ſibi ſol-
ueretur, non fuit
licita præoccupa-
tio: & hoc ipſo ar-
guitur dolus, q
qui par in cauſa, &
ſolicitudine, per
alterius gratiam
tardatus fuerit [l],
& euentui dubio
ſubiectus [m]. De-
fendi tamen iſto-
rum ſentẽtia poſ-
ſet, cùm res omni-
no indiuidua de-
4 beretur. cùm † e-
nim vtrique dari
pars non poſsit,
non poteſt videri
fraudem feciſſe,
qui alterum præ-
5 tulit [o]. quod Ang. hîc docet. Alter † eſt caſus, cùm
vnus creditorum debitori inuito extorſit. tunc
enim id pro non ſoluto habetur, ideoq; reuoca-
tur. Sed videndum eſt, de qua extorſione ſit in-
telligendum? & Din. Iacobuſque extorſionem
hîc intelligunt, quæ violenter, id eſt, vi compul-
ſiua ſit facta, nõ autem per iudicem, quod & An-
D gelus probat: niſi violentia hæc facta ſit licitè,
putà fugienti & ſolum vertenti [n], atque hoc e-
tiam alij ſequuntur. At Oldradus, Albericuſque
etiam ſi per iudicem compulſus quis ſoluerit,
locum eſſe huic exceptioni cenſuerunt [p]. lex e-
nim ſimpliciter ait, ſi extorſerim inuito, etc. A-
liàs cui dubium eſt, violentiam hanc damnoſam
alteri eſſe non debere, cùm nec ipſi quidem de-
6 bitori, qui vim paſſus eſt, noceat [q]? Ego † extor-
ſionem intelligo, quæ non tam vi, quàm perſua-
E ſionibus fit [q]: ideoque quod ſic acceptum eſt,
ad conſtitutionem diui Marci non pertinet. In
caſu autem noſtro facit, vt reuocationi ſit locus:
quia extorquentis dolum arguit [r], redditque
nimia hæc affectatio ſuſpectum exactorem. Ad-
7 dunt † hîc Iacob. Rain. & Ang. alium caſum, cùm
nulla argui negligentia creditoris poteſt. revo-
cabit enim ab eo, qui præoccupauit, argumento
legis noſtræ, quæ vigilantibus ſuccurrit, negli-
gẽtibus adverſatur. At hîc non videtur fuiſſe ne-
F gligẽs, qui non venerit cum ſacco paratus [s], aut
crediderit abvndè ſupereſſe, vnde omnibus ſolui
poſſet, vel à debitore præuentus eſt, qui ſtatim
ad alium pecuniam detulit. Nec enim talis præ-
ventio attẽdenda videtur, cùm nec in cauſa qui-
dem delationis ad fiſcum proſit [t], videturq; ita
ſenſiſſe aliqui Veteres, qui legi noſtrę locum eſſe
duntaxat cenſuerũt aduerſus eum, qui fuerit ne-
gligens [u]. ſed tamen hęc Veterum ſentẽtia rece-
pta non videtur. Et Rap. Com. Puteuſq; diſſen-
tiunt, cùm nihil imputandum ſit creditori, qui
ſuum

L. 24. Pupillus, patri hæres.
k l. j. §. ſi cũ omnes, ad Syll. l. fi. ſ. de relig. c. duobus de reſc. in 6.
l arg l. ſi non. ſ. eod.
m l. uerum uerſ. ſed hæc res. de minor.
n d.l. fi. de reli. l. ſi quis ſeruũ. §. ſi inter. de leg. j.
o d. §. ſi debitorem. cum gl.
p l. j. C. ſi ex fal. alleg.
q l. extat. ff. qd met. cau.
r l. j. C. ne fil. pro patre.
s l. cũ poſtea ut dixi, C. de pact.
t l. ſi ſeruos de pict. act.
u l. edicto. §. cũ ante. de iur. fiſc.
x gl uerb. nullo. ij. ſolut.

ſuũ recipit [a], nec tali caſu fraus aliqua ſubſit, in qua edictũ reuocatoriũ fundatur [b]. Et ſatis dicitur alius negligẽs cõparatione eius, qui ſibi ſolui pcurauit [c]. nec enim lex noſtra de vera negligentia loquitur, ſed de ceſſatione, qualis eſt dormientium: ideóq; conſulit vigilantibus. Nec exẽplum præproperæ delationis ad fiſcũ ſat conuenit, quia, ſecundũ Raph. procedit, quantum ſit ad excuſationem pœnæ eius, qui fidem tacitam dederat, vel potius, vt ego arbitror, quia lex potiorem cauſam eſſe voluit eius, cui relictum eſt, vt ipſe primo loco admittatur, quo ceſſante alij [d]. Et hęc quidẽ ſecundum materiam legis noſtrę, edictiq; reuocatorij procedunt.

8 Cæterùm † cùm huiuſmodi edictum in ſubſidium à prætore propoſitum ſit, cõſtat ei locũ non eſſe, quoties creditori alia actione prouideri poteſt [e]. quod Iacob. Aret. & Alberic. cenſuerunt [f]. Finge ergo inter ſocios agi. nec enim tunc melior erit occupantis conditio, ſed actione pro ſocio redigendi omnes ad æqualitatem erunt [g]. Etenim iudicium ſocietatis hoc ſuadet: ſufficitq; illud, nec ad edictum noſtrum eſt recurrẽdum. Pone rurſus, ex cohæredibus alterum plus parte ſua exegiſſe, cui dubium, quin familiæ erciſcundæ iudicio ab altero conueniri poſsit [h]? Sed quid, ſi partem ſuam duntaxat exegit? & videtur cõueniri non poſſe [i]. Si tamen pro diuiſo corpus hæreditariũ cohæres meus vendicauerit, ad cõtributionem pro rata tenebitur [k]. licet ſecus ſit, ſi pro indiuiſo partem ſuam obtinuerit: quod & Bart. hîc ſentit, & alij tradidere. Illud eadem ratione conſtat, ſi per tutores creditori amplius ſolutum eſt, quàm deberetur, poſſe à cęteris creditoribus condictione indebiti reuocari [l]. Quòd ſi tutores dolo ſoluerint, redigentur omnes creditores ad æqualitatem, ſecũdum ſuprà ſcripta: ſi verò non de bonis hæreditariis, ſed pupilli ſoluerint, repetitio ipſi pupillo, qui

9 abſtinuit, dabitur [m]. Sed † quid de iis creditoribus reſpondebimus qui priuilegiarij ſint? Et ſi in pari cauſa ſint omnes, nullum eſt priuilegium, ſed locus eſt occupationi [n]: ſecundum tamen legis noſtræ diſtinctionem. ſi verò alterius cauſa maiore fauore digna ſit, is etiam in iure revocandi, quod alteri ſolutum eſt, præferetur [o]: quod Accurſ. tradidit. quo fit, vt multò magis ei præferẽdus ſit, qui nullo priuilegio nititur: quod in eo traditum eſt, qui ab eo exegit, cui fiſcus, vel alius

10 priuilegiarius crediderit [p]. Idemq; † inter creditores peculiares proditũ eſt [q]. Sed & ſi filiusfamiliâs mecum cõtraxit, & poſtea ſui iuris factus ſit, nec patri ſucceſſerit, tibiq; deinde ſe obligauerit, conſtat te, quamuis poſteriorem tempore, ceu priuilegiarium, mihi præferri, adeò vt etiam in ſolutũ pecuniã poſsis repetere [r]. Quo exemplo Petr. Cin. Alberic. exiſtimarũt, eum, qui cum eo cõtraxit, qui bonis iam ceſſerat, præferẽdum

11 ei, qui ante ceſsionẽ credidit [s]. Sic † is, qui Titio iã abbati credidit, ei præferetur, qui ante ademptam dignitatem eum ſibi obligatum habuit: quod Gul. Caſtrẽſis, & Fulg. tradiderũt [t]. Hinc-

12 que † infertur, ſi negotiator tam Venetiis, quàm Florentiæ foro ceſſerit, & ex mercibus Venetis Florẽtino ſatisfecerit, dandam Veneto creditori reuocatoriam actionem, cùm in eis ipſe videatur præferendus [u]. Subiicit Bart. potiorem eſſe priuilegiarij creditoris cauſam, ſiue is, cui ſpecies ſoluta eſt, poſſideat, ſiue dolo poſſidere deſierit, cenſetq; hoc Iacobi diſtinctioni adiiciendum fuiſſe. Sed cùm hæc revocatoria actio in perſonam ſit, ſiue ex edicto noſtro oriatur [x], ſiue condictio ex lege, ſiue indebiti ſit [y], non videtur id perpendendum, an iſte poſſideat [z], niſi de condictione

**ris mei vænirent, ſoluerit mihi pecuniam: an actione reuocari ea poſsit à me? an diſtinguendum eſt, is obtulerit mihi, an ego illi extorſerim inuito? & ſi extorſerim inuito, reuocetur. ſi non extorſerim, non reuocetur? ſed vigilaui: meliorem meam conditionem feci: ius ciuile vigilãtibus ſcriptũ eſt: ideóq; nõ revocatur id, quod percepi.**

A

B ipſius poſſeſsionis agatur [a]. Adiicit † idem Bar. prædictæ diſtinctioni non eſſe locũ, cùm quantitas ſoluta eſt. etenim genus perire nõ poteſt [b]: ideoq; ſemper is, qui exegit, pro poſſeſſore eſt. quam ſententiam & ego ſequor: cùm, vt ſuprà dixi, actio hæc in perſonam ſit, in qua non multum refert, an reus conuentus poſſideat [c], cùm perſonalis actio non ſequatur rem. Sanè † & qui 14

C ex cauſa oneroſa creditor eſt, reſpectu eius, qui lucratiuam pręrendit priuilegiarius eſt, iúſq; repetẽdi habet. quod obiter Iaſon ait [d], & verum videtur. Finge: donaſti Titio mille, deinde mecũ contraxiſti: ſicut erga Titium eam exceptionem habebas, ne amplius, quàm facere poſſes, conveniretis [e]: ita & ego ex ſua perſona etiam te inuito habebo [f], & quod ad eam ſummam attinet, Titio pręferat, ſecũdum tamen legis noſtræ diſtinctionẽ. quod Raph. Com. cẽſuit [g].

*De creditore hypothecario.*

Supereſt, vt de creditore hypothecario diſputemus. Et 15

† conſtat, eum, qui tempore prior eſt, habere ius

D reuocandi, quod poſterior eſt ſolutũ: ſiue ea eſt certa ſpecies, ſiue pecunia [h]. Etenim in ea quoq; ius pignoris eſt [i], idq; ſiue reus poſſideat, ſiue 16

dolo deſierit poſſidere [k]. Sed † tamen id tres recipit declarationes: & inprimis, ſi hypothecæ ſint pares tẽpore, nulla eſt revocatio, ſed potior eſt, qui poſſidet [l]. Quid ergo, ſi poſſideat gratificatione, vel extorſione? & videretur ſecus eſſe argumento legis noſtrę. Sed † contrariũ fortè eſt 17

verius. lex enim noſtra in perſonalibus actioni-

E bus loquitur: at realia iura quomodocunq; acquiſita poſſeſsione confirmãtur [m]. idq; ego arbitror verius, & legis verbis magis cõſentaneum, itemq; rationi, cùm reuocatio ex edicto prætextu doli fiat, vt ſuprà dixi: hîc autẽ ex cõuentione & iure in re quęſito oritur. Quòd ſi † à principio 18

vna hypotheca fuit, quę deinde in duos hęredes fuit trãſmiſſa, & alter exegit partẽ ſuã, an qui negligens fuit, à cohærede contributum ſibi fieri obtinebit? Socin. negat: Ant. Fanenſis contrà [n].

F Rurſus natura hypothecę ea eſt, vt aduerſus poſſidentem detur. Vnde ſequitur, vt ſi creditor poſterior, cui ſolutũ eſt, nõ poſſideat, ſed bona fide rem poſſidere deſierit, conueniri hac actione nequeat [o]: niſi tamen in ſubſidiũ in eo, quod vltra id, quod ſibi debebatur, remanſiſſet [p], quod Bar. ait: vel niſi dolo vſus in accipiẽda eſſet [q]: vel niſi actor nõ ſolùm hypotheca, ſed etiam priuilegio potior eſſet [r]: vel niſi legis auctoritate creditor remaneret fraudatus, hoc enim caſu ſpecialiter à Iuſtiniano conſtitutum eſt ius reuocandi eſſe [s].

Sed

a §.1 pud Labeonẽ. l ſumma §.j de pecul.
b d l. ait prętor. §.j l tutores. de cond indeb.
c l non enim. ꝫ. ex quib. cau. maior l. debitor. ꝫ. tit. ij.
d d. §. cum antecum gl.
e l.j. de diſtrac. pig.
f arg l. de hęreditate l. fin. C. de petit. hær.
g l uerũ. §. ſi cũ tres. ꝫ. pro ſoc.
h l. itẽ Labeonem. fam. erciſ.
i l. Lucius. eod. tit l. fi. C. de poſ. l. ſi Titius. pro ſocio.
k l Põponius. de rei uẽd. l. j. §. j. ſi pars hęr. pe.
l l. tutores. ff. de cond. indeb.
m d. l ſi nõ expedierit in fin.
n l. inter. de re iud l. ſi hominẽ in fi. depoſ.
o d. ll & gloſ. l. priuilegia. ꝫ tit. iiij.
p l. pecunia. C. de priuil. fiſc.
q l. ex facto. de pecul.
r l iij. ꝫ. quod cum eo.
s Alber l. iij. C. de bo. auct iud. Raph l. ij. ꝫ. de ceſſ bon.
t in d. l. iij. arg. l j. §. ſi filiusfa. ꝫ. tit. ij.
u l. procuratorib. §. ſi plures. de tribut ubi Caſt. Raph. ꝫ. d. l priuilegia.
x gl. d. l. ſi nõ. §. j. uerb. communicandum.
y d. l. tutores ubi not. d. l. fi. §. licentia.
z Iaſ. d. l. inter.
a l. indebiti. §. ſed ſi nũmi. de cond. indeb.
13
b l in ratione. §. incertę. ad l. Fal.
c l. fi. §. fi. de cõtrah. empt.
d Iaſ. d. l. inter. per gl in c. ij. de reſcr in vj.
e d. l inter.
f l ſi cui. C. de non num. pec.
g Raph. ꝫ. d. l. priuilegia.
h l. ſi fundus. §. in uenditione. de pig.
i l idemq; in fi. qui pot. in pig.
k d. §. in uenditione.
l l. ſi debitor de pig. l j. de Sal. interd. l. ſi nõ dominus. q pot. in pig Soc. xxxv.
m l. ſi fundũ. de fund. dot.
n Tract. pig. v. par ij. membro, no. xxxij.
o l. j. de diſtra. pig.
p l ſi prior. in princ. qui pot. in pig.
q l. qui à debitore. ꝫ. eod.
r l. deferre. in fi. de iur. fiſc. d. l. pecuniam. Ro. conſ. iij.
s d. l. §. ſi licẽtia.



19 Sed † quid in pecunia dicemus? Pone: obligaueras mihi omnia bona tua, deĩde ſoluiſti mille aureos Seio poſteriori creditori, qui eam pecuniã conſumpſit, an nihilominus eum hypothecaria conuenire potero? & videtur poſſe: quod diſertè hîc Iac. Aren. tradit, tanquã res extet. etenim genus perire nõ poteſt [a], videturque hoc ſentire hîc Bart. aitque Raph. hanc eſſe cõmunem ſentẽtiã, quam Alber. hîc probat, & non pauci alij aliis in

20 locis [b]. Sed † tamen Bartol. vbique videtur ſenſiſſe contrarium, qui ſimpliciter non poſſe hunc nõ poſſidentem inquietari ſenſit [c]. quantitas enim non in genere, ſed tanquã certum corpus obligata cenſetur [d]. vnde ea conſumpta pignus deficit. Quòd ſi conſumpta pecunia, rei vendicatio extinguitur, nec ad tantundem dãdum agi poteſt [e]: conſequens eſt, vt idem in hypothecaria quoq; dicamus, quæ ipſa quoque in rem eſt. Et cùm ad certã ſpeciem detur, ex regula iuris in ea non po

21 teſt vna res alterius loco ſuccedere [f]. Et † ſicut pecunia loco rei non ſuccedit [g], ita nec pecunia loco pecuniæ ſubrogatur [h]. quod & Rapha. hîc tradidit, videturque verior hæc ſententia ſaluis quibuſdam caſibus. & in primis Bald. [i] in hypotheca rei vniuerſalis, putà mercimonij, rem loco rei ſubrogari cenſuit, vt cùm negotiator dotem accepit, nihilominus poterit merces vendere, & vẽditarum loco alię promiſcuè ſubrogantur [k]. Addit idem Bald. ſi ſecundus creditor non legitimè inſolutum pignus iudicis auctoritate accepit, eo amiſſo nihilominus ſaluum ius pignoris priori eſſe in pretio [l], nimirum ſentiens ſecùs eſſe, ſi à debitore ſibi ſatisfactum eſſet, vel aliàs legitimè adiudicatio facta.

*L. 14. Pupillus patri hæres.*

Subiicit † hîc Raph. & ratione fraudis concedendam actionem ad pretium 22

aduerſus hunc, qui dolo malo deſiit poſſidere, vel fraudem fecit, qua pignus alteri priori obligatum extingueretur. quod ſatis ſentit Bartol. &

A rationem habet [m]. Sanè videtur & fraudem feciſſe, qui poſtquam mercator decoxit, creditori alicui ſoluit, non recepta cautione, ſi alius prior exiſteret, ei reſtitutum iri [n]. Cęterùm & quoties prior ex cauſa oneroſa, ſequens ex cauſa lucratiua creditores eſſent, in ſubſidium propter quandã æquitatem, etiam re à ſecundo conſumpta, daretur primo actio ad pretium [o]. quæ ſententia receptiſsima eſt. Sed & ſi is prior creditor non ſolùm hypotheca, ſed etiam priuilegio potior eſt,

B verius videtur, ad pretium etiam re conſumpta aduerſus ſequentẽ agere poſſe [p]. quod ſentit hîc Bar. priuilegia. n. actiones perſonales reſpiciũt, in quib. non attẽdimus, an res ſit cõſumpta, ſeu à reo bona fide nõpoſſeſſa. cũ ſecùs ſit in ſimplici hypothecaria. Et ſecundũ hunc caſum arbitror loquutos, qui in ſpeciem diſſentire videbantur, vt Ioan. And. Ioan. Fab. Alberic. & ſiqui ſimiles.

PRIMI TOMI FINIS.

a d. § incertæ.
b Ioan And. in Spec. de obl. Io. Fab. §. itẽ ſi quis Inſt. de act. Bal. d. l. j. de diſtrac pig.
c Bar. & alij, d. l. j. & l Claudio. C. qui pot. Ant. Fan. 6. par. ad ſi.
d l. planè. §. j. de leg. j.
e l. ſi filiusfam. ſi cert. pet.
f l. quidam. de in rem uerſ.
g l. fi. C. de diſtr. pig.
h gl. l. ſi minor. 25. an. filiofam. de min.
i Bal l. ubi. uerſ. tunc ego. C. de iur. dot.
k l. ſi eum ſeruũ ubi dixi, ſi cert. pet.
l Bal d. l. j. de diſtra. pig. l. ſi prior. in princ. qui pot. in pig.
m d. l. qui à debitore.
n arg. l. procuratoris. in fi. de tribut. act. ubi Caſt
o l. mater. C. de rei uẽd. Alex cõſil. 108. in v. ad fi. dixi d. l. ſi filius. Fanẽ. tract. pig. 5. par. j. mẽb. nu. lxiij.
p d. l pecuniã. d. l. deferre. in fin. Dec. Neap. cxc. & in nouiſ. 78.

BASILEAE
Ex Officina Guariniana, Anno
M D LXXXII.

UNIVERSITARIA
GRANADA

PALMA GVAR.